R. 9644

D. ANDREAE

# ALCIATI

MEDIOLANENSIS, IVRECONSVLTI CELEBERRIMI, OPERVM

opera

## Tomus II.

IN PANDECTARVM, ſeu DIGESTORVM Iuris ciuilis ſeptimæ partis titulos aliquot commentaria continens,

*Quorum elenchum proxima exhibet pagina.*

del Colegio M.r y M.r Univ.o de S.ta




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2.º C. 49 N. 11.

BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.

R. 9644

D. ANDREAE

# ALCIATI MEDIOLANENSIS, IVRECONSVLTI CELEBERRIMI, OPERVM

## Tomus II.

IN PANDECTARVM, ſeu DIGESTORVM Iuris ciuilis ſeptimæ partis titulos aliquot commentaria continens,

*Quorum elenchum proxima exhibet pagina.*

del Colegio M.r y R.l Univ.d de S.ta




DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina. Æ. 2.º C. 49 N. 11.

BASILEÆ, ANNO M. D. LXXXII.

*ELENCHUS TITULORUM HOC II. tomo commentarijs illuſtratorum.*


De verborum obligationibus. col.3.
De appellationibus. col.1023.
De verborum & rerum ſignificatione. col.1025.




# OPERUM D. ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENSIS, I. C. CELEBERRIMI, Tomus II.

*IN ALIQUOT SEPTIMAE DIGESTORUM ſeu Pandectarum I. C. partis titulos commentaria continens.*

## De Verborum obligationibus. *Rubrica.* †

† lib.45.tit.j.

1 *Promiſsio diuerſimodè fit.*
2 *Pollicitationis deſcriptio, etymon, & varia acceptio.* 10.
4 *Pacto nudo præſenti, accedentibus conſenſus ſignis, rectè donatur.*
14 *Pollicens interdum efficaciter obligatur.*
17 *Conſtituti definitio, & vſus.*
24 *Stipulationis deſcriptio, etymon, & ratio requiſitorum in ea verborum.*
29 *Stipulatio contractui adiecta naturam ſuam retinet.*
37 *Reſtrictio ſtipulationis in certis caſibus.*
45 *Interrogatio cur in ſtipulatione reſponſionem præcedat.*
49 *Stipulationis vtilitas quæ, comparatione conſtituti reliquorumq́; contractuum.*

1 PROMITTIT † aliquis quatuor modis: per pactum, per pollicitationem, per conſtitutum, per ſtipulationē. De ſingulis igitur videndum.
I. Pactum eſt duorum conſenſus, &c.[a]: Pollicitatio
II. 2 † verò eſt ſolius offerentis promiſsio[b]. Sed videretur raro locum eſſe pollicitationi: quia ſi præſenti ſit, cùm ad eius vtilitatem pertineat, præſens pro conſentiente habetur[c]. vnde
3 † propter conſenſum mutuum, qui in pollicente expreſſus eſt, in altero tacitus, talis contractus in pacti nomen tranſit: idque Imol. Alexand. & quidam alij cenſuerunt[d]. Qua ratione cùm teſtator adieciſſet clauſulam codicillarem, donationisque cauſa mortis, in teſtamento, idque eo præſente, cui datum volebat, reſpōdit Ang. & Socin.[e] valere donationem, quæ pacto nudo hodie fieri poteſt[f], quod ex præſentis illius tacito conſenſu præſumitur. Sed Aretinus, Deciusque in contrariam ſententiam iuere, tanquam in pacto neceſſarius ſit expreſſus conſenſus, nec ſufficiat præſumptus ille, qui ex præſentia & taciturnitate colligitur[g]. Et ideo ſuprà ſcripto caſu nullam eſſe cauſa mortis donationem exiſtimarunt[h]. Sed ego hac in re Bald. & Corn. diſtinguentes ſequor, vt
4 † ſi vltra præſentiam aliqua conſenſus ſigna præceſſerint, pactum ſit, & donatio valeat: ſi verò non præceſſerint, ſecus ſit[i].
5 Sola † enim præſentia tacitum conſenſum non arguit, cùm potius modeſtia quadam interim deliberare taciturnus videatur[k]: et quia, ſi voluiſſet cōſentire, vtique hoc expreſsiſſet[l]. vnde

*De verborum obligationibus.*

A non eſt temerè à regula recedendum, quæ ſilentium pro conſenſu nō habet[m].
6 Qua † ratione & aliqui tradiderunt confeſsionem præſente parte factam, niſi acceptata ſit, non obeſſe[n]. Et vt demus renuntiationem atque liberationem valere, ſi præſenti facta ſit[o], tamē aliud in pacto obligatorio dicendum videtur, in quo non tam facilè conſenſus tacentis præſumi debet[p]. Quòd † ſi aliqua conſenſus ſigna acceſſerint, tunc du-
B 7 bium nō eſt, quin pactum celebratum videatur: vt ſi is, qui præſens fuit, pecuniā acceptauerit[q], vel alius pro eo, putà maritus pro vxore, quæ tacuerit[r], vel aliàs is, qui tacuit, cum aliena iactura locupletaretur[s].
8 Hiſce † igitur & ſimilibus caſibus, quamuis expreſſus non ſit conſenſus, minimè dubitandum videtur, quin pactum initum dicatur, cùm pacta etiam tacito conſenſu cōtrahantur[t], & conſtet parem eſſe taciti & expreſsi virtutem[u], & lex, quæ in definitione conſenſum in pacto requirit, etiam de tacito intelligi poſ-
C ſit[x]. non enim hoc caſu quicquam ad formam verborum attendimus. Nec me mouet, quod †
9 duo ſpecialia, ſiuè duæ improprietates (vt Bartolus inquit) non concurrant[y]. quia cum clauſula donationis expreſſa ſit, vnum tantùm ſpecialiter inducit, id eſt, vt præſumatur conſenſus: ſecus, ſi non conſtaret donationis cauſam ſubeſſe. quamuis illud quoque dici poſsit, conſenſum tametſi tacitum quicquam ſpeciale non inducere, ſed ad veritatem pertinere, cùm veritati inni-
D tatur præſumptio[z]. Sanè, † Polliceri dicitur, qui
10 poteſt liceri, id eſt, qui tantum offert, vt ad licitationem admittatur[a]: & ideò metaphoricôs id nomen ad promiſsionem tractum eſt, vt † ſit pol
11 licitatio ſolius promittentis oblatio tunc non acceptata, quæ ſi in futurum acceptetur, in vim pacti tranſit. incipit enim tunc eſſe conſenſus[b],

a l.j. de pact.
b l.pactum.j. de pollicit.
c l.qui patitur. l.ſi remunerandi.§.qui paſſus. mand.
d Alexā l.j. de pactis, Moder. rub.C.eod.
e Ang.conſ.183 Soc.conſ.cxij.
f gl.l. cum pater.§. Mæuio. de leg.ij.
g l. ex pollicitatione. verb. apud rempu. de pollicit.
h Aretin.l.ij.de leg.j.Dec.conſ. ccxlv.
i Bal. Cor. l. ſeniū. C. qui teſt. fac.
k d.l. ex pollicitatione.
l l.j.§.fin aūt.in ſi.C. de cad. tol.
m c.is, qui tacet.de reg. iur. in 6.
n l. certum §. ſi quis abſente. de confeſ. vbi Dec. Cur.Sen.conſ. lxxviij.
o l.tale.de pact. Bar l.j.C.de re. pet.hære. l.j. C. de pact.
p Bar.l.non ſolū.§. ſi liberationis.de lib.leg.
q d.l qui patit.
r l.donationes, §.ſpecies.de do.
s d.§.q paſſus.
t l. hæreditatē. de do.vbi Rom.
l. mortis cauſa, §.Titia.de don. cau.mor.
u l. cū quid. ſi cert.pet.
x glo l.in adoptionib.in ſi.de adopt.
y l.j.C de dot. promiſ.Bar.l. ſi tibi decem.in ſi. princ. de pact.& §. quin imo l.iiij.ff.cod.
z l.fin.§.mulier. ſ. de probat.
a l licitatio de public.
b arg.l.ſi ſtipuler in fin. ſ. cod.

12 licet nomen quoque pollicitationis ſeruet.
vnde † plerunque pollicitationem accipimus
pro pacto nudo, vel pro eo, quod cohęrentia cō-
tractus eſt firmatum[a], vel etiam pro iuſto & effi-
caci pacto, vt in dote, quam lex ait ex pollicita-
tione deberi[b]. Sanè videtur quoque maximè ea
pollicitatio eſſe, quæ per epiſtolam fit, cum tunc
id non agatur, vt ſtatim quis recepta epiſtola cō-
13 ſentiat. Antè † ergo quàm reſponderit, accepta-
veritque, erit interim pollicitatio[c]: effe-
ctumque habebit, ſi ob honorem, ſeu aliam iuſtā
cauſam facta ſit: ſecùs, ſi ex iniuſta, vel nulla cau-
ſa[d], vel aliquid odioſum non vtile reipublicæ in-
ducat, quale eſt munus gladiatorium[e]: vel huiuſ-
modi pollicitatio ſtatim antè quàm acceptata ſit
reuocata proponatur[f]: vel per vim, aut metum
fuerit extorta[g]. Sed nunquid ex huiuſmodi pol
licitatione oriatur naturalis obligatio, etiam an
tè quàm acceptata ſit? & conſtat non oriri. quod
Guil. Bart. & cæteri tradiderunt[h]: quippe natu-
ralis hæc ex conſenſu oritur[i], qui ante accepta-
tionem nullus eſt. Defendi tamen poſſet ex æ-
quitate naturali oriri[k], ſecundum quam lex di-
uina inter iuramentum & ſimplicem loquelam
differentiam non conſtituit[l], & ſecundum quā
Pſaltes cecinit: Quę proceſſerunt ex labiis meis,
non faciam irrita[m]. licet eum locum aliter intel-
14 ligendum appareat. Hincque eſt, quòd videmus,
ſpecialibus † in quibuſdam caſibus pollicentem
efficaciter obligari: veluti ſi reipublicę quis pro-
miſerit, vel ſi opus cœptum ſit, vel res tradita[n].
quod certè inducendum non fuiſſet, niſi natura-
lis æquitas hoc ſuaſiſſet. Qua † ratione & ex pro-
15 miſsione abſenti principi facta: quam ſolet lex
votum appellare, quis obligatur[o]: ſentiuntque
hoc Pontificij[p], qui iure canonico ex pollicita-
tione agi ſimpliciter cenſuerunt. Sunt &, qui fa-
uore dotis idem tradiderunt[q]. nam † & ſi natu-
ralis ęquitas deſit, vt quia res odioſa & iniqua in-
16 duceretur, conſtat nec reipublicæ quidem factā
pollicitationem obligare: quod Vlpianus reſpō-
dit in eo, qui munus gladiatorium editurum ſe
ſcripſiſſet[r]. Conſtitutum † eſt conuentio, qua
III. quis promittit, quod ipſe, vel alius ciuiliter, vel
17 naturaliter debet[s]: eſtque hic contractus nomi-
natus, cùm ſpeciale propriumque nomen habe-
18 at[t]. Si † tamen ei addita ſtipulatio proponatur,
nulla ex conſtituto actio dabitur[u]: quia licet cō-
tractus ſit nominatus, tamen extraordinarium
eſt remdium, ad quod non deuenitur, cùm aliter
cōſuli poteſt[x]. quāuis aliàs non ſoleat ſtipulatio
cōtractum nominatum, cui accedit, perimere[y].
19 Hinc infertur, ex † pacto iterato actionem da-
ri[z]. cùm enim ex priore quis ſit naturaliter ob-
ligatus, conſequens eſt, in poſteriore id deduci,
quòd primò debeatur, conſtitutumque contra-
hi[a]. Conſtituere enim eſt cum parte ipſa ſtatue-
re, deliberareq;, quid ſoluendum ſit: quæ deli-
beratio ex iteratione arguitur[b]. Iaſon tamen, &
ferè alij recentiores non temerè recedendum à
regula exiſtimant[c], nec tantam vim iterationi
20 tribuunt[d], quos & ego ſequor: niſi † cùm in ſecū
21 do pacto prioris debiti mentio facta ſit[e]. Sed † &
ſi deliberatio nulla adſit, vt quia incontinenti &
eadem verborum effuſione celebratum ſit pa-
ctum[f], verius eſt, non eſſe conſtitutum[g]. quod
Bald. Nouel. hic cenſuit, etiam ſi actum ſit, vt con

dato meo § mand. z arg. l. fi. C. ad l. Falc. Bart. l. cū ſci- agric. & cenſ. lib. xj. a Bar. l. legem. C. de pact. b l. ſi mu- c d. § igitur nuda. d arg. l. ſi veritas. C. de fideicommiſ. dā. de conſt. pec. f arg. l. ſi conuenerit. de pig. act g l. ſi pa-

a l. ſciendū. § dictū. de Aed edi. Aret. l. is, q hæres. de acq. hær.
b l. ad exactionem. C. de dot. promiſ. l. fin. C. ad Velle.
c l. Charidem. de poll. l. metū. § ſed ex facto. ff. quod met. cauſ.
d d. l. j. de polli. l. hoc iure. in prin. de donat.
e arg. l. j. de gladiator. C. lib. xj. l. mortuo. § fin. de leg. ij. & d. l. Charidemus.
f l. ſi pater. in prin. de manumiſ. vin.
g l. metū. § ſed ex facto. quod met. cauſ.
h Bar. l. ſi vnus. § pactus, ne de pactis, Iaſ. hic.
l l. cū amplius. § is natura de reg. iur.
k Bar. l. Iulianus de cond. indeb. l xxij. q. v. c. iuramenti.
m c. qualiter. extrà, de pact. vbi gl. & Abb.
n d. l. j. de poll. d. l. pactum.
o l. ij. de pollic.
p Abb. d. c. qualiter. Butr. c. ex parte. de cenſib.
q d. l. ad exactionē. d. l. fi. Bald. Nouel. trac. do. 6. par. in princ.
r d. l. Charidemo. l. j. C. de gladiat. libr. xj. l. in arenā. C. de inoff. teſta.
s § de conſtituta. Inſt. de act. l. j. § debitum. de conſt. pec.
t Bar. l. iuris gētiū. § igitur. in fi. de pact.
u d. § de conſtituta. in fin. l. j. § cum. q de cōſt. pec. Ruin. hic.
x l. & habet. § j. de precar.
y Bar. l. ſingularia. ſi cert. pet. p l. itē illa. de cōſt. pec. & l. ſi man mus. in fi. C. de liter. ij. C. ad Vel.
e l. Titius. ij. l. 9. cto. ij. C. de pac.

ſtitutum contrahatur: verbi gratia, cùm in inſtru-
mento ſcriptum eſt, *Promitto centum, & ita conſtituo*
*me debere.* Sed quid, ſi quis id promiſit, non quod
ipſe, ſed quod alius debet? & videretur non eſſe
conſtitutum, tanquam hoc caſu nulla maior ſit
deliberatio, cùm ipſe ſemel tantùm teneatur: niſi
tamen expreſsè animo conſtituendi appareat fa
ctam hanc promiſsionem poſteriorem[h]. quod
Accurſ. Cin. cęterique tradiderunt, idque eius le
gis argumento, quæ conductorem à domino nō
A repetere pro colonis prærogata ſanxit, ſi ei pacto
ſimplici promiſerit[i]. quam ſententiam & ipſe
probo. Odofredus † & quidam veteres de colo- 22
nis adſcriptitijs illam legem intelligunt, quibus
conductor prorogationem collationis impetra-
uerat[k], & aliquid ipſe pro ea ſoluerat, non tene-
tur dominus ex conſtituto, quia nec coloni ipſi
illud moræ pretium debuerunt. Sed hæc inter-
pretatio à verbo prærogaſſe, eſt aliena: ego præ-
rogare, exiſtimo id ſignificare, quod ante tēpus
B ad rogantis preces ſoluere[l]. Finge ergo præſti-
tum colonis aliquod ſubſidium, putà emptum
triticum, vt inde viuant, cùm ipſi coloni ſumptu
conductoris alēdi eſſent, quia & illi operas prę-
ſtabunt[m], nullum eſt conſtitutum: quia coloni
eius erogationis nomine non obligabantur: vn-
de nulla eſt obligationis iteratio[n]. Quòd ſi etiā
obligarentur, ſi prerogatum ſit, id eſt, priuſquàm
deberetur ſolutum, nō poteſt eſſe conſtitutum,
quod poſt contractam obligationem ſolùm in-
C ducitur[o]. Cæterùm † qui fideiubentis animo 23
promittit, ſi fideiuſsio non valet, non obligatur
conſtituto, tametſi pro alterius debito promiſe-
rit[p]. Stipulatio † eſt verborum conceptio, IIII.
qua ad rogatum daturos, facturóſue nos cōgruè 24
reſpondemus[q]: à firmitate ducta, quia veteres
ſtipulum, firmum dicebant, vel à ſtipite, vt Iu-
ſtinianus ſcribit[r]: quamuis ego ex Marco Var-
rone malim à ſtipe, vel Græcè ἀπὸ τοῦ στυπου, quod
ſolidum denſumque ſignificat. Sed † cùm in V.
D ſtipulatione neceſſarius ſit conſenſus, cur magis 25
à verbis, quàm à conſenſu ea obligatio appella-
tur? & reſponſum extat, id eſſe, quia ſtipulatio
abſque verbis contrahi non poteſt: cæteri verò
contractus poſſunt, putà per epiſtolam, vel alio
tacito conſenſu[s]. Verba igitur tanquam for-
mam reſpicientia, magis principaliter attendun
tur, quàm conſenſus, qui ad materiam ſpectat[t].
Vnde † apparet, proprium præcipuumque in ſti- 26
pulationibus eſſe, vt verbis celebrentur[u]. Nec
E dubium eſt, nominum appellationem à ſpeciali
potius, quàm à generali effectu ſumendam eſſe,
Solemus enim dicere, ſpeciē † generi præferri[x]. 27
& certiores eſſe eas rationes, quæ circa particu-
laria verſantur quàm quę locis communibus ſo-
lùm innituntur[y]. vnde cōtractus, qui ſpeciali no-
mine carent, innominati dicuntur[z]. Non † au- VI.
tem hæſitandum eſt, quin ſtipulatio contractus 28
ſit nominatus[a], adeò vt ſi contractui innominato
adiecta ſit, deſinat ille contractus eſſe innomina-
F tus[b]: ideoque nec pœnitentiæ in eo ſit locus. quod
frequentiùs hîc traditum eſt, cuius rei rationem
addit Iaſ. quòd enim ſtipulatio à ſtipulo, id eſt,
firmo dicatur, non eſt mirum, ſi contractum in-
nominatum, qui aliàs debilis eſt, confirmat. Ve- VII.
rùm ardua eſt quæſtio, an † ſtipulatio contractui 29
adiecta, eius naturam imitetur, an verò ſecundū
proprias vires iudicanda ſit? in qua conſtituen-
dum pro regula eſt, ſecundum proprias vires iu-
dicari[c]. cùm enim nouatio nulla ideò fiat[d], ſatis
apparet,

h l. cū, qui. § q exigimus. ff. de conſt. pec.
i l. ſi tibi. C. loc.
k l. vnica, C. de colon. Thraceſ. lib. xj.
l l. ſi fundus. § fi. ſol matr.
m C. de erog. mil an. lib. xij. l. in reb. § poſſūt. cōmod. l. fi. C. q cum eo.
n Bart. l. j. C. de conſt. pec.
o gl. in auth de fideiuſſ. verb fideiuſſorem.
p d. l. j. § eum, qui. l. j. § deniq; q iuſſu. gl. d. l. ſi tibi. vbi Bal. & Fulgoſ.
q l. v. § ſtipulatio. ff. eod.
r Inſt. eo. in pri.
s l. j. de pact l. j. in fi. de cōtrah. empt.
t Bart. l. j. § ſi quis ita.
u l. ligni. de leg. iij. l. quæſitum. § illud. eod. tit.
x l. in toto. de reg. iur. Bar. l. legatum. de leg. 3.
y l. j. in fi. ſi q̄s in ius voc.
z gl. l. j. de rer. permut.
a d. l. j. § adeo.
b l. ex placito. C. de rer. pmut. Bart. l. ij. in fi. C. de cōd. ob cauſ.
c arg. l. cū fūdo de ſeruit. ruſti. præd. l. 3. § j. de act. empt.
d l. fi. C. de nou. l. ſi duo, p ſoc.



apparet, partes id agere, vt ius iuri addāt, electio-
nemq; creditor, vtra actione experiri velit, ha-
beat, ſicque ſtipulatio non acceſſoriè, ſed princi-
paliter videtur adiecta: & ideò ſecundum natu-
ram ſuam regi debet[a]. nam † & regulare eſt, vt
30 quotieſcunque vno actu duo, vel plures contra-
ctus celebrentur, quilibet ſecundum propriam
naturam iudicari debet[b]. Hincque ſequitur, vt
ſtipulatio quamuis contractui bonæ fidei ſubie-
cta ſit, ſtricti tamen iuris eſſe cenſeatur[c], & ſecun
dum eorum contractuum naturam diiudicabi-
31 tur[d]. quod & infrà cenſui[e]. Sed † & ſi adiecta ſit
huiuſmodi ſtipulatio emptionis contractui, nec
quidem contrario conſenſu ipſo iure reſcinde-
tur, ſed ſolius exceptionis ope[f]. & ſi numeratio-
ni acceſſerit, nō tamen alteri proderit[g], quamuis
numeratione abſenti acquiri tam dominium,
32 quàm hypotheca poſsit[h]. Sed † ſi confeſsioni
mutui in chirographo factę acceſſerit ſtipulatio,
ex ſola ſtipulatione agitur, non ex pręcedenti li-
terarum obligatione[i], nec tali ſtipulationi non
numeratę pecuniæ, vel doli exceptio, ſecundum
naturam confeſsionis obiicitur[k], ſed ſecundum
propriam naturam iudicatur, vt ſcilicet in factū
exceptione duntaxat excludatur[l], probatioque
non receptæ pecuniæ ad debitorem pertinet[m],
licet in confeſsione ſecùs ſit. quod Abbas cenſu-
it[n], & ego alibi aduerſus cæteros defendi[o]. Ad
33 † hanc quoq; ſententiam pertinet, quod ſtipula-
tio *habere licere*, contractui emptionis ſubiecta, e-
uicta poſſeſsione, vel ſeruitute, committitur[p]: &
34 † tamen ex ipſo emptionis cōtractu tali caſu agi
non poſſet[q]. nam & eadem ſtipulatio ante ſen-
tentiam euictionis cauſa non cōmittitur[r]; cùm
tamen actio ex empto competat[s]. quod & Ful-
goſ. cenſuit, licet alij aliter. Quo argumēto & in-
frà cenſui, eam ſtipulationem ex facto tertij euin
centis non committi, niſi pœna ſubiecta propo-
natur[t], cùm tamen ſecus ſit, ſi actione ex empto
agatur[u]. nam & infrà dicitur, ſtipulationem hāc
indiuiduam ſimpliciter eſſe[x], cùm tamen ſi adie
cta eſſet promiſsioni dandi, debuiſſet recipere di
uiſionem[y], ſi eius naturam imitaretur. Stipula-
35 tio † quoque vacuam poſſeſsionem tradi, ſicut &
ſtipulatio *rem dari*, emptioni ſubiecta, ad fructus
non pertinet: & tamen actione ex empto ad eos
agi poteſt[z]; proceditque maximè hæc conclu-
ſio in contractibus innominatis[a]. nec enim alia
ratione videntur partes ſtipulationem illis adie-
ciſſe, quàm vt fomētum eorum imbecillitati ad-
hiberetur. Nec quicquam me mouet Alxeandri
Imperatoris reſcriptum[b], quod in eius interpre-
tatione demonſtraui nihil huic ſententię aduer-
ſari: quia ibi de contractu agebatur, qui eſt *facio,*
*vt facias*, non autem *facio, vt des*[c]. Exiſtimaui quā-
doque, etiam ſi ex ſtipulatione ſecundum pro-
priam naturam interpretata amplior condemna
tio fieret, locum tamen prædictæ concluſioni eſ-
36 ſe. Si † enim adiectio ſtipulationis operatur, vt a-
ctus, qui per pœnitentiam reuocabilis erat, am-
plius reuocari non poſsit[d], multò fortius debet
non ſolùm efficaciorem, ſed maiorem quoque
condemnationem poſſe inducere[e]. Nam & vi-
demus eum, qui promiſit x, aut noxę ſeruum de-
dere, ad vtrūque alternatiuè obligari[f], cùm tamē
priùs ſeruus in ſolutione tantùm eſſet. Si igitur
ſtipulatio facit, vt qui dūtaxat in ſolutione erat,
in obligatione quoque ſit, ergo in plus debitorē
adſtringit[g]. vnde ſi hic ſeruus citra domini cul-
pam, aut moram decederet, non tamen à quanti-

a Bar l. j. § hęc actio. in fi. ſi q̄s teſt. lib.
b l. diuortio. in prī. de neg geſt. l. ſi remunerādi § apud Iul. mā.
c l in bonę fidei de eo. q cer. loc.
d Bar. l. ſingularia. ſi cer. pet.
e l. ſi quis cū aliter. ff. e. vbi Bar
f l. 3. de reſc. vēd l. empt. de pact. vbi not.
g l. certi condi. § qm̄. & ſeq. ſi cer. pet.
h l. j. C. p quas perſon.
i § j. Inſt. de lit. obl. Alex. conſ. iij j. vol.
k l. ſi ex cautione. C. de nō nu. pec.
l l cū vltra. C. de non nu. pec. vbi Doct.
m l. generaliter eod. tit.
n Abb. c. fin. de ſolut.
o l. qui pecuniā. ſi cer. pet. vbi dixi.
p l. ſtipulatio iſta. § j. verb. diſtractum. ff. eod.
q l. pen. de euic. l. 3. in princ. de act. empt.
r l. habere. de euict.
s l. ſeruus, quē. in fi. de act. em. l. 4. in prin. e. tit.
t d. l ſtipulatio. in princ.
u l. emptor. § fi. de act. empt.
x l iij. ff. eod.
y l. ij. § j. ff. eod.
z l. 3. § j. de act. empt.
a d. l. ex placito de rer. perm.
b l. cū mota. C. de tranſ.
c l. ſi pro fundo. C. de tranſa.
d Bar d. l. q pecuniam Bal. & Paul. l. quāuis. C. de tranſ.
e Bart. l. qui ea mente. 4. oppoſ de fur.
f l. miles. § j. de re iudic.
g § plus autē. Inſt. de action.



tate promiſſa liberaretur dominus[h], cùm ſi ſer-
uus hic in facultate duntaxat ſoluendi eſſet, ſe-
cùs iudicaretur[i]. Apparet ergo veram non eſſe
Alexandri ſentētiam generaliter affirmantis, ſti-
pulationem ſecundum naturam præcedentis a
ctus reſtringi, ne amplior fiat condemnatio[k].
Excipiuntur † à prædicta concluſione tres ca
ſus. Primus eſt in ſtipulationibus prætoriis. cùm 37
enim hę ex iuſſu prętoris neceſſariò interponan- I.
A tur[l], vlteriùs non adſtringunt, quàm pręcedens
obligationis neceſsitas vigeat[m]. quod & gene
raliter dicendum eſt in quibuſcunque cautioni-
bus, quæ ex neceſsitate interponuntur[n]. idem
que in cautione, quæ legati, vel fideicōmiſsi no-
mine præſtentur[o]. idem rurſus in ſtipulatione
*Iudicatum ſolui*[p]: vel *Damni infecti*[q], & ſi quæ ſimi-
les[r]: Fortius videtur in his ſtipulationibus ea
accipienda interpretatio, etiam ſi verba ſtipula
tionis repugnarent[s], vt ea verba quibus ſupra
B quàm neceſſarium eſſet, quis ſe obligaret, per er-
rorem adiecta præſumantur, nec ſtipulatio com-
mittatur[t]. Quod ſi minus promiſerit, actione ex
contractu ſuppleatur[u]. Qua ratione legatarius,
qui ſeruum legatum ſtipulatus eſt fugitiuum nō
eſſe, nihil propter præſumptum errorem agit[x].
Quòd ſi ex certa ſcientia debitor promiſiſſet, ſe-
cùs eſſet[y]. Idē, ſi omni iure indebitum non eſſet,
quod ſolueretur[z]. Idem reſpectu tertij, cui pro-
miſſum per errorem eſt. nec enim hoc ei eſt impu
C tandum, qui fortè aliter non contraxiſſet[a]. Sed
pone: aliquis condemnatus eſt x, aut ſeruum no
xæ dedere: is victori deinde ſpopondit x, aut ſer
uum daturum, an hęc ſtipulatio ſecundum iudi-
cati naturam intelligetur? & videretur. promiſit
enim id, ad quod ſoluendum neceſſariò potuiſ-
ſet cogi. Sed † tamen diuerſa ſentētia verior eſt[b], 38
qa nemo cogitur per ſtipulationem id aduerſa-
rio promittere, in quo iam fuerit condemnatus.
Sibi ergo imputet, qui promiſit, & ex ſtipulatu a-
D ctionem iudicati cauſæ adiunxit[c]. Secundus II.
† eſt caſus, cùm expreſsim actum eſt, vt ſtipulatio 39
nouet contractum, & aliqua ſubſit coniectura, id
quoque agi, vt cōtractus natura obſeruetur. vel-
uti cùm promiſit venditor rem dare, vacuamque
poſſeſsionē tradere, reſtringetur hoc ſecūdū em
ptionis naturā, vt traditio ſola cōpræhendatur[d]:
ſicq; non fructus, ſed id, quod intereſt, præſtetur[e]:
& regula, vt † *quæ non proſunt ſingula, multa iuuant*[f], 40
cedit contrariæ præſumptioni ex natura vendi
E tionis orienti[g]. An (vt ego ſentio) & quia noua-
tio facta erat: vnde non poteſt dici, ius iuri ad-
ditum fuiſſe, quodlibet ſecundum ſuam natu-
ram regi, meritò † interpretabimur nouati con-
tractus qualitatem hoc caſu repetitam[h], ne ſu- 41
pra rei, quę agitur, naturam grauatus venditor vi
deatur: quod alio exemplo Bart. cenſuit[i]. proce-
ditque id maximè, cùm ſequens ſtipulatio ſub
prioris obligationis commemoratione eſt con-
cepta[k]. Tertius † eſt caſus, cùm priuilegium a-
F licui cauſę conceſſum eſt ſi enim adiiciatur ſtipu III.
latio, tamen remanet ſaluum priuilegium[l], cùm 42
& cauſa ipſa ſalua ſit[m]. & quamuis nouata actio
proponatur, non tamen cauſa ipſa in dubio cen-
ſebitur nouata[n]. Huc quoque pertinere poteſt,
quod Iaſ. ait, ſtipulationem † quæ vltimis volun- 43
tatibus acceſſerit, reuocabilem pro libito teſtato-

ro tutel. vbi gl. Bart. l. j. § ij. de quæſt. g l. diuus. in fi h l. aliā. de nouat. vbi Bar. i Bar l. ſi quis cū aliter. ff. eod. mat. l qui ſic ſtipulatus. ff. eod. l l. qui id, quod de don. de priuilig. cred. n d. l. aliam d. § parui ad fin.

Rubrica.
h l. Græce. § ſi q̄s Stichum. de fideiuſſor.
i l. electio. § ſi is, quē de noxal.
k Alex. l. j. ff de pact. Mod. hic.
l l. in conuentionalib. ff. eod.
m gl. l. in prætoriis. de pręt. ſtip. Doct. l. non ſolū. § morte. de oper. no. nunt.
n l. fi. C ad leg. Falcid. vbi Cin. Bal. & Corn.
o l. j. § belliſsime. & § ſeq. vt leg. no. caue.
p l. ſi eum. in fi. ſi quis caut.
q l. damni infecti quidam. de dam. infect.
r l. Titius in fi. ad Treb.
s arg. d. l. in cōuentionalibus. verb. neq; addere.
t l. fluminū. § vitiū. l. ſi ædib9. de dam infect.
u l. emptori in fi. de euict.
x l ſi legat. de leg. j.
y l. damni. § cū parietē. gl. verb præſtaturum. l. le & ſi quis. § quæſitū. ſi quis caut.
z d. l. fi. C. ad l. Falcid.
a l. qui erat ſ. fam. ercisc.
b d. l. miles. § decem.
c l. 4. § ſi ex cōuentione. de re iudic.
d l. ſi ſtipulatus ff. de vſur.
e l. j. de act. em. l. ſi filiusfam. § fi. ff. eod.
f l. i. C. q numer. de in integ. reſt.
k l. ſi prior. ſol.
m l. j. § parui.

ris eſſe [a]. ſubeſt enim cauſa vltimæ volũtatis, quę
vſq; ad extremũ exitum ambulatoria eſt [b]. Con-
ſtat autem non ſtipulationem tantùm, ſed & cæ-
teros cõtractus ſecundũ rei naturam ſubiectam-
que materiam reſtringi [c], etiam ſi verba impro-
44 priè accipiantur [d], quæ † ſemper in dubio ad diſ-
poſitionem iuris referri debent [e]: & ideò ſi pater
ſtipulatur dotem reddi ſecundum iuris diſpoſi-
tionem, filiæ quoque reddi ſtipulatus intelligi-
tur [f]. Videtur ergo ſtipulatio hoc caſu non tam A
præcedentis contractus, quàm rei ipſius naturã
imitari [g]. quæ quæſtio à ſuperiore diuerſa eſt.

VIII. Sed dubitatur, cur † lex hanc formam in ſtipu-
45 latione elegerit, vt pręcedat reſpõſionem inter-
rogatio? etiam omnium ferè calculo traditũ eſt,
reſponſionem, quę ad rogatum fiat, maiore cum
deliberatione factam cenſeri [h]. Plerique enim
ſpontè offerunt: quę ſi crederent fore vt accepta-
rentur, nũ offerrent. Meritò ergo hac ratione im
pulſus legiſlator hanc formam maluit eligere, & B
cùm ratio hæc impulſiua ſit, quamuis ea ceſſet,
durat tamen diſpoſitio [i], vt parum me recentio-
rũ argumenta moueãt, quibus ſubuertere hãc ra-
tionem toto pede (quod dicitur) conãtur. Forti-
ùs illud obſtat, quòd quæ ad petitionem alicu-
ius fiunt, ſpontè facta non videntur [k], cùm pleri-
que ſint, quibus quicquam denegare non aude-
mus. vnde † qui mutuum negat, aut commoda-
46 tum, infamis non eſt: qui verò depoſitum, nota-
tur infamia [l]. In depoſito enim maior creditoris C
fiducia arguitur. vnde eam fallens magis plecti-
tur: cùm veriſimile non ſit, à depoſitario eum ro-
gatum. quod ſecùs in eo eſt, qui mutuum, aut cõ-
modatum habuit. Sed certè aliud eſt petitio, ali-
ud interrogatio: item certis tantummodò in ca-
ſibus ſpecialibus lex reuerẽtiam hanc pręſumit,
quia quis petenti denegare non audeat [m]. Hinc
inferri poteſt, cùm qs ad primum labiorum mo-
tum depræhenſus eſt, per creditoris acceptatio-
nem poſſe eum incõtinenti mutare ſententiam: D
47 vt † ſi oblatam à me tibi pecuniam præter expe-
ctationem meã acceptes, poſsim, dummodò in-
continenti, ſubiicere, me eam promiſsionem re-
uocare: ſicut dicimus in confeſsione ab aduerſa-
rio acceptata. Quæ licet ex interuallo nõ niſi ꝓ-
bato errore, reuocari queat [n], incontinenti tamẽ
abſque alia probatione poteſt: quod Bald. & cæ-
48 teri tradiderunt [o]. nam † & lubricum linguæ nõ
facilè ad obligationem trahendum eſt [p], & quæ
tumultuario mentis impulſu [q], vel calore quo- E
dam licitationis [r], vel nimia animi alacritate [s]
promittuntur, ad obligationem non pertinent.
quod & de verbis iactatoris traditum eſt [t].

IX. Sed † quænam nobis vtilitas maior ex ſtipula-
49 tione, quàm ex conſtituto, ſeu pacto iterato, aut
aliis contractibus oritur? Et cùm pactum iteratũ
ſpecies conſtituti ſit, actioque ex conſtituto ſit
prætoria [u], ſatis apparet, inter conſtitutum & ſti
pulationem intereſſe, quod inter pretorias, & ci-
uiles actiones [y]. Quod verò ad alios contractus F
attinet, multa ſunt negotia, quæ in ſpeciem certi
contractus non tranſeunt [x]: & ideò ex eis nulla
actio datur, niſi ſubiecta ſtipulatio proponere-
tur [z]. Vnde in caſibus, quib. pacta nuda cohærẽ-
tia contractus, vel rei traditione non confirman-
tur, quos ſanè plurimos alibi connumeraui, ne-
ceſſaria eſſet ſtipulatio [a]. Idem in fideiuſsione [b],
acceptique latione [c]. itemque nouatione, quæ
50 † faciliùs verbis, quàm alia obligationis ſpecie
inducitur [d]: idemq; in cautionibus iudicialibus:
quod Pau. Caſtrẽſis rectè cenſuit [e]. Sed nos hæc
omnia alibi, nempe locis ſuis, adſtringemus.

a l. fi. C. de pac. vbi Iaſ. l. ij. §. de ſponſal.
b l. ij. C. de don. cauſ. mort. l. cũ § .§. j. de leg. 3.
c l. 4. §. Cato. j. e. l. ſi vno. locat.
d l. inſulam. de præſcr. verb.
e l. quidã. j. eo.
f l. poſt dotẽ. 3 intelle. §. ſolut. matr.
g arg. d. l. cũ mo ta. & d. l. ij. cum fundo.
h Bar. l. gerit de acq. hæred.
i l. j. §. ſexum. de poſtu. l. j. in pri. C. de cad. to. vbi Corn.
k clem. fi. de cẽſib. vbi Anch. v. notab.
l l. j. de his, qui not. infa.
m l. j. §. j. quar. rer. act.
n Iaſ. l. error. C. iur. & fact. ign.
o gl. c. fi. de iureiur in 6. verb. iuxta.
p l. famoſi. §. pe. j. ad l. Iul. maie.
q 17. q. 4. ſunt, 7 opes. ij. q. iij. ſi quis iratus.
r l. licitatio. de publica.
s gl. Inſti. de liber. §. ſerui. ver. in balneum.
t c. cũ veniſſent. circa med. de in ſtit. Iaſ. l. j. §. ij. j. eod. l. diuus. de teſt. mil.
u §. de conſtituta. Inſt. de act.
x l. in honorarijs. §. t. t. j.
y l. 4. §. de præſcript. verb.
z l. ex placito. C. de rer. perm.
a l. legem. l. bonæ fidei. C. de pact.
b l. blanditus. C. de fideiuſ.
c l. pe. j. de ſolu.
d l. item illa. §. fi. de conſt. pec. vbi Doct.
e l. omnes. § in hac. C. de epiſc. & cler. l. cũ oſtẽdimus. § fin. de fideiuſ. tut.

Auenionenſis prælectio.

### IN RVBRICAM SVMMARIA.

1 *Quatuor ſunt termini in Iure, quibus quis obligatur ex promiſsione.*
2 *Pollicitationis definitio.*
3 *Verbum, Pollicitatio, in inſtrumento inuentum, an de pacto nudo ſit intelligendum.*
A 4 *In dubio non eſt recedendum à proprietate vocabuli, in quacunq; diſpoſitione.*
5 *Inſtrumẽtum nihil iducit circa ſubſtantialia contractus, ſed ſolummodo probat.*
6 *Verbum, Promittere, in inſtruẽmto importat ſtipulationem, ſed in dicto teſtium accipitur pro nudo pacto.*
7 *Præſentia ſola an inducat acceptationem.*
8 *Confeſsio facta parte præſente, niſi expreſſe acceptetur, non prodeſt.*
9 *Pollicens per epiſt. ſi pars acceptet, an videatur cõſentire.*
B 10 *An quis ex pollicitatione obligetur. & num. 11.*
12 *Votum & pollicitatio quomodo æquiparentur.*
13 *Confeſsio parte abſente plenè probat de iure Canonico.*
14 *Pactum quid.*
15 *In curia ſacerdotum omnes contractus ſunt bonæ fidei: idem & in mercatorum.*
16 *An ius Canonicum debeat ſeruari in foro ciuili, cum ſumus in materia peccati.*
17 *In foro animæ non curatur de præſumptione legum.*
C 18 *Vbi agitur de peccato veniali, tunc non attenditur ius Canonicum in foro ciuili.*
19 *Conſtitutum quomodo diffiniatur.*
20 *Pactum geminatum parit actionem.*
21 *Obligatio naturalis, eſt mater actionis.*
22 *Stipulatio quid.*
23 *Stipulatio inuenta propter neceſsitatem & vtilitatem.*
24 *Fideiuſsio contrahi non poteſt ſine ſtipulatione.*
25 *Pactum an veſtiatur calore iudicij.*
26 *Argumentum de pacto expreſſo ad tacitum, an valeat.*
D 27 *Pactum tacitum, quod fit, per præſentem & tacentem, quando obliget.*
28 *Contractus iuriſgentiũ præcedente interrogatione & ſequente reſpõſione, an cõtractus ſtipulationis dicat.*
29 *Emptori ſtipulãti ſi Stichus qui eſt in præſẽtia promittatur, vltra iuriſgentium contractum etiam ſtipulatio contrahitur.*
30 *Contractus emptionis & venditionis eſt correſpectiuus.*
31 *Obligatio duplex non debet oriri ex eiuſdem uerbis.*
32 *Conſenſus an ſit neceſſarius in contractu ſtipulationis.*
Ibid. *Contractus à forma ſunt denominandi non à materia.*
E 33 *Quid ſit forma propriè.*
34 *Quid ſubſtantia.*
35 *Quare adeſſe ſtipulationis requiratur, vt præcedat interrogatio, reſponſio ſequatur.*
36 *Vbi lex inducit aliquid pro forma ex aliqua cauſa, ea ceſſante tamen ſeruatur forma.*
37 *Stipulatio an ſit contractus nominatus.*
38 *In contractibus innominatis addita ſtipulatio propriã naturam ſeruat.*
F 39 *An & quandó ſtipulatio reguletur ſecundum naturam contractus cui adhæret.*
40 *Sipulatio in contractibus nominatis imitatur naturam eorum.*
41 *Stipulatio nouans regulatur ſecundum naturam contractus præcedentis.*

Hæc ab Alciato olim in academia Auenionenſi prælecta, & à Lugdunenſibus omiſſa, ideo adiecimus, quò huius auctoris nihil deeſſet, & appareret quàm verè etiam doctiſsimorum virorum ἀνύτρφαι φροντίδος habeantur, σοφῶτρφαι. Ne tamen cum alijs confunderentur, hac nota ✠ vbique adiecta, ab alijs diſtinximus.

PER-



Rubrica.

PERSTRINGENDO dicta moderno-
rum hìc, & omittendo ea quę non ſunt
neceſſaria pro declaratione Rubricæ,
præmitte, † quatuor eſſe terminos in
1 iure, ex quibus quis obligatur ex promiſsione:
pollicitatio, pactum, conſtitutum, & ſtipulatio.
2 † Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſsio. l.
pactum. j. de pollicitat. Largè tamen loquendo,
appellatione pollicitatiõis venit pactum nudũ.
l. ſi. C. ad Vell. Vnde Bald. poſt. Cy. in l. j. C. de
3 dot. promiſſ. tenet, † quòd ſi in inſtrumento in- A
ueniatᷣ iſtud verbum *pollicitatio*, intelligitᷣ de pacto
nudo, ad hoc vt inſtrumẽtum aliquid operetur.
referunt & ſequuntᷣ mo. hìc. Tu tene contrariam
4 opinionem. † Quia in quacunq; diſpoſitione nõ
eſt recedẽdum à proprietate vocabuli in dubio.
l. nõ aliter. de leg. iij. & l. quicquid aſtringendæ.
j. eod. præſertim quia ratio per quam mouentur
5 præfati Doct. nõ eſt vera. † Non enim de natura
inſtrumẽti eſt vt aliquid inducat circa ſubſtãtia- B
lia contractus, ſed ſolũmodo vt probet. Vnde di-
citũr inſtrumentũ ab inſtruendo, quòd inſtruat
cauſam. l. j. §. de fid. inſtr. Canõ. in rub. extra eod.
tit. facit in ſimili text. in l. Publia. §. final. ff. de-
poſ. vbi cõfeſsio nõ inducit obligationẽ, ſed in-
ductã probat. & ibi Paul. Caſtr. notat ad hoc. Nõ
6 obſtat quòd † verbum promittere, in inſtrumen-
to importat ſtipulationem, & tamen aliter im-
portat in dicto teſtium: nam accipitur pro nudo
pacto. l. ſciendũ. j. eo. qa reſpõdeo, appellatione
promiſsionis venire ſtipulationẽ etiã ꝓpriè lo- C
quẽdo. l. ſciendũ. §. dictũ. ff. de ædil. edict. ſed ap-
pellatione pollicitationis propriè non uenit pa
ctũ: & rationẽ ponit Bart. in l. j. C. de vſur. Sed in-
7 ſurgit hìc prima difficultas. † nã ſi quis pollicea-
tur præſenti, videtur acceptare, ex quo tendit in
vtilitatẽ ſuã, per regulã l. ſi remun. §. iuſſus. & l.
qui patitᷣ. ff. man. & ſic ex parte pollicentis erit
conſenſus expreſſus ratione acceptãtis tacitus.
& iſtud videtᷣ probari in l. donat. §. ſpecies. ff. de
donat. in l. tale pact. ff. de pact. in l. illud C. de ſa- D
croſ. eccl. & ita tenent communiter Doct. Et per
iſtud fundamentũ mod. oẽs tenuerũt eſſe pactũ,
nõ autẽ pollicitationẽ. Guil. tamẽ de Cu. & Bal.
in l. ſenium. C. qui teſt. facere poſſ. & Aretin. in l.
ij. ff. de leg. j. tenuerunt contrariã opin. ꝙ imò ſit
pollicitatio, & ſic ex tali contractu nulla oriatur
obligatio. Mouentᷣ ꝑ tex. in l. ex pollicitatione. j.
de pollicit. Sed ad hoc reſpondent hìc moder. ꝙ
illa verba, apud rempublicã, nõ includũt pręſen-
tiã decurionum acceptantiũ: ſed ſatis dicitᷣ apud E
rẽpublicã, ex quo reipublicæ cõpetit actio, iux-
ta l. is apud. ff. de verbo. ſignifi. q tex. loquitᷣ ſecũ-
dũ interpretationẽ iuris & fictionẽ. In dubio au-
tẽ verba intelligẽda ſunt naturaliter, vt notatᷣ in
l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſth. Alij
reſpõd. ꝙ in illo text. erat pactũ, nõ autẽ pollici-
tatio: quæ ſolutio eſt cõtra verba legis, & etiã
cõtra tit. vnde cõfunditᷣ, per arg. l. Imperatores.
ff. de in diẽ adiect. Confirmatᷣ iſta opi. per text. in
l. ſciendũ. §. dictũ. ff. de ædil. edic. vbi in cõtractu F
emptionis & uenditionis, in ꝙ reqiritᷣ præſentia
partis ſaltẽ ꝑ ꝓcuratorẽ, vt in l. j. in fi. ff. de contr.
empt. dicit interuenire pollicitationẽ. Et videtᷣ
ille tex. probare, ꝙ ſicut pactum nudũ veſtitur co
hærẽtia contractus, ſic & pollicitatio [a]. Non ob-
ſtat text. in l. qui patitᷣ. ff. mand. & in l. ſi remune-
randi. §. iuſſus. quia in illis ll. vltra præſentiã in-
teruenerat etiã actus extrinſecus: qa in l. qui pa-
titur. ille de cuius cõſenſu tractatur, acceptaue-
rat pecuniã in executionẽ mandati: in §. iuſſus. is
qui fideiuſſerat, remanebat deſtitutus actione.
Vnde in caſu illarũ l. aliud interuenit pręter pre-
ſentiam. Et quòd ſola præſentia non inducat ac-
ceptationẽ, deducitᷣ ex alia cõmuni cõcluſione.
Nam cõmunis eſt opi. quod † cõfeſsio facta parte 8
præſente, niſi expreſsè acceptetᷣ, non prodeſt, vt
per moder. in l. poſtquam lit. C. de pac. per Fran.
de Cur. con. lxxxvij. quicquid dicat Alex. in l. iij.
A C. de repu. hær. & Abbas in cap. fi. extra de ſuc.
ab inte [b]. Nõ obſtat aliud fundamentũ de l. do-
nationes. §. ſpecies. ff. de donat. quia ibi inter-
uenerat acceptatio mariti, qui eſt legitimus ad-
miniſtrator vxoris. l. maritus. C. de procu. Non
obſtat l. tale pactum. ff. de pact. nam in illo text.
Iuriſconſultus non dubitat circa verba pacti, ſed
habet pro expedito fuiſſe contractum pactum,
interueniſſe verba habilia ad illud. facit l. qui te-
ſtamento. ff. de teſtam. & quod not. Modern. in
l. Barbarius. in j. col. de offic. præt. Non obſtat l.
B illud. quia non facit ad propoſitum. Et hoc facit
ad quæſtionem, ſi fiat donatio cauſa mortis pre-
ſenti & tacenti, an videatur conſentire: de quo
per Arẽt. in d. l. ij. Socin. conſilio. cxij. colum. iiij.
Secunda difficultas eſt, † ſi quis polliceatur per 9
epiſtolam, & pars acceptet: nam per accepta-
tionem videtur conſentire. l. ſi filius. ff. ad Ma-
cedon. Bartolus in l. quo enim, §. fin. infrà rem
ratam haberi. Math. not. xxj. Eſſet ergo pa-
ctum, non pollicitatio: tamen text. in l. Cha-
C ridemus. appellat pollicitationem. Et hanc par-
tem videntur tenere Modern. Puto quòd con-
traria opinio ſit verior in caſu, quo acceptans
literas expreſsè non conſentiat. Non obſtat.
l. ſi filius [c]. quia in illis literis aſſerebatur, patrem
mandaſſe, vnde debuit interponere proteſta-
tionem in contrarium. In caſu verò noſtro ni-
hil aſſeritur, ſed ſimpliciter offertur & promit-
titur: & pro hoc facit quod notat Bald. in l. j. de
pac. Abb. in cap. ex multiplici. in fi. extra de de-
D cim. Tertia difficultas ſit in videndo, cuius ef-
fectus ſit pollicitatio: & dic regulariter, † ex pol-
licitatione aliquem non obligari. Fallit ſi ſit fa- 10
cta reipublic. ob honorem. Item fallit vbi opus
eſt cœptum. l. j. ff. de pollicit. Item fallit ſi veſtia-
tur cohærentia contractus. d. l. ſciendum. §. di-
ctum. pro quo facit quod notat Aretin. in l. is qui
hæres. in ij. col. ff. de acquir. hæred. vbi ſimplex
renuntiatio partis, veſtitũr cohærentia contra-
ctus. Ad idem quod ipſe not. in l. j. in principio.
E infrà eodem, vbi pactum præſumptum veſtitur
cohęrentia contractus. Tertiò poteſt attenta-
ri, quòd fallat etiam fauore dotis. l. ad exactio-
nem. iuncta rubr. C. de dotis promiſſ. Contra
quod tamen facit, quia dos & fiſcus pari priuile-
gio innituntur. l. ij. C. de priuil. fiſc. & tamen fa-
uore fiſci ex pollicitatione non agitur. Sed de
hoc dic vt per Bald. nouellum in tract. de dote,
in princ. ſextæ partis principal. in ij. column.
F Quartò fallit de iure Canonico ſecundum Ab-
ba. in cap. qualiter. per illum tex. extra de pact.
in verbo, promittuntur. & ſic ille text. loquitur
in qualibet promiſsione. Communis opinio eſt
in contrarium, vt tenet Abbas in c. cum inter v-
niuerſas. de elect. & tenet Iaſon hìc: † nam ex 11
pollicitatione non oritur obligatio naturalis, vt
dicit Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff.
de pactis. verſic. in contrarium. vbi Bartol. Bald.
& alij. Idem tenet hìc Socin. & Bald. not. & Ia-
ſon. & probatᷣ hoc in l. hoc amplius. §. his natura

a Adde, de hoc vidẽdũ etiam Bar. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. in vj. col. verſ. xix. quæro vtrum. ff. de pact.
b Adde Soc. cõſil. 228. in ij. col. & Ioã. Bapt. de S. Seuerino in repe. l. admonẽdi col. 67. ff. de iureiuran.
c Adde Deciũ in c. cũ M. Ferrarienſis. extra de conſtit.

debet.ff.de regul. iur. in l.j.§.j.ff.de pactis. Vnde
ius Canonicum nõ fomẽtat, vbi nõ eſt obligatio
naturalis. Nõ obſt. ratio Ant. de Butr. in c. ex par.
12 ext. de cẽſ. arg. eius ꝙ qs obligať. voto: † qa votũ et
pollicitatio æquiparanť. l. ij. ff. de pollicit. Nã re-
ſpõdetur primò, votum non idem eſſe ꝙ pollici-
tationẽ, niſi quatenus in d. l. ij. æquiparanť, ꝙ hęc
nonnunquã reipub. fit, illud verò principi. In ca-
ſib. igiť, in quib. votũ Imperatori factũ obligat, in
A his ex pollicitatione, vtputa quãdo fit ob hono-
rẽ reipublicę, aut opus cœptũ eſt, ſatis admitterẽ
etiã iure Can. agi poſſe. Secũdò reſpõdetur: dato
etiam ꝙ argumentũ valeret de voto ad pollicita-
tionẽ, tamẽ de voto ꝙ fit deo, iuxta tit. extra de
uoto, nõ ꝓcedit. Ratio differentiæ eſt in prõptu,
ex quo tunc pro cõmuni opinione votũ dici po-
teſt pactũ. Nec eñ is cui votũ fit, abeſſe videť, iux-
ta illud: *Iupiter eſt quacunq; vides, quacunq; moueris*. Pro
13 opinione tamẽ Butr. facit, † qa ſicut cõfeſsio par-
B te abſente plenè probat de iure Cano. vt eſt gl. in
cap. quotiens cordis oculus. j. q. vij. & ità cõmu-
niter teneri atteſtať Felinus in c. ſi cautio. in iij.
charta extra de fid. inſtr. licet de iure ciuili ſecus:
ita videť in caſu noſtro, ꝙ ius Canonicum nõ co-
ſideret iſtã abſentiã, quòminus oriať actio. Poſſet
di ci, ꝙ ex pollicatione ius Canõ. det actionẽ, qa
oriať obligatio naturalis non ex conſenſu, ſed ex
æquitate. Et iſtud eſt quod maximè ponderat gl.
in d. c. qualiter. iuxta illud iuriſgentiũ. *Quæ pro-*
C *cedũt ex labijs meis, nõ faciã irrita*: qđ apud Pſalmiſt.
eſt. Iſta opinio de facili ſuſtineretur, ſi verum
eſſet fundamentũ quod ſuprà dixi, ꝙ confeſsio
parte abſente plenè probet de iure Canon. Sed
valde dubito. quia cõtrarium tenet Feli. in ꝓœ-
mio & Greg. & conſuluit Alex. & alij, ꝙ hîc nõ
attingo: qa nõ eſt locus ſuus: in practica non eſt
recedendum à cõmuni. Secũdò principaliter vi-
14 dendum eſt de † pacto, ꝙ eſt duorũ ſeu pluriũ in
D idem placitum cõſenſus. l. j. ff. de pac. Ex qua dif-
finitione poteſt defendi opinio Raph. Cõ. in l. j.
§. ſi quis ita. j. eod. dicẽtis quod appellatione pa-
cti in genere cõprehendiť ſtipulatio, ex quo etiã
in ſtipulatione eſt duorũ cõſenſus in idem placi-
tum, quicquid dicat Iaſ. hîc, contra quem, omnes
tenent. gl. in l. j. in verbis figuris. ſ. tit. j. Bal. in
tract. de pac. Aret. in l. j. col. iiij. j. e. Abb. in c. j. de
pact. Et cũ pactum ſit conſenſus, conſequens eſt
adeſſe obligationem naturalem. l. Stichũ. §. na-
turalis. ff. de ſolut. l. cùm amplius. §. is natura de-
E bet. ff. de reg iur. Petrus [a] tamen de bella pert. in
concluſionbus ſuis tenuit contrarium, per text.
in l. iuriſgentiũ. §. ſed cùm nulla. ff. de pac. vbi di-
cit tex. non cõſtitui aliquã obligationẽ, ergo nec
ciuilẽ nec naturalem, quia appellatione obliga-
tionis vtraque venit, vt eſt gl. Inſtit. de oblig. in
prin. Tu reſponde ad §. ſed cum nulla. quia text.
ſuperius erat locutus de obligatione efficaci ad
agendũ, quæ eſt in contractibus iuriſgentiũ &
F innominatis, vnde ſecũdum præcedentia debet
intelligi, vt talis obligatio nõ conſtituať: ſecus
in ea quæ ſimpliciter eſt naturalis. facit in argu.
l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j. Et cùm in pacto
ſit obligatio naturalis, licet non detur actio, dať
tamẽ exceptio, quæ oriť ex cõſenſu. d. l. iuriſgen-
tium. §. igitur nuda. Et hæc cõcluſio fallit conſi-
derato iure gentium, quia tunc daretur manus
regia. l. ij. ff. de orig. iuris. Et iſtud tenẽt omnes,
quod eſt notandũ in practica, quando fit cõmiſ-
ſio vt quis iuſtitiã reddat manu regia: nam tunc
pactum obſeruabitur, nec poterit appellari. Bal.

a De hoc vide Io. Igneũ in con cluſionib. quas diſputauit Papiæ.

in procœm. Digeſtorũ, in ij. col. ad fi. Facit qa ap-
pellationes ſunt introductę de iure ciuili. Abbas
in rub. de appel. Sed cõtra primum dictum facit,
quia ſi de iure gentium dabať manus regia, cer-
tè prætor dicens *pacta ſeruabo*, l. iuriſgentiũ. §. prę-
tor ait. ff. de pac. debebat intelligi, vt daret actio-
nem, quæ illi ſubrogata eſt. d. l. ij. Aret. in rub.
extra de accuſat. in fi. aliàs edictum prætoris ni-
hil operatur, contra l. ſi quando. ff. de leg. j. Nam
A etiam ſine ſuo edicto propter ęquitatem & con-
ſenſum naturalem orta fuiſſet exceptio. Cogita,
quia non credo iſtam limitationem eſſe veram,
contra quam etiam tenet Alex. in d. §. ſed cùm
nulla. Secundò fallit in curia in qua proceditur
de æquitate, vt eſt curia mercatorum. ita tenet
Bartol. in l. Quintus. ff. amand. ſequitur Soc. Bal.
nouell. & alij. facit quòd notat Iohan. Fab. in §.
actionum. Inſtit. de actionibus, † vbi dicit, quod 15
B in curia ſacerdotum omnes cõtractus ſunt bonæ
fidei, quantum ad hoc, vt dolus dans cauſam cõ-
tractui, ſit nullus ipſo iure propter exuberantiã
bonæ fidei, quæ requiritur in illis: idem meritò
eſt in mecatoribus. Sed aduerte, quia iſtud pro-
cedit quando vigeret ſtatutum in curia merca-
torum, quòd procederetur de æquitate, vt tenet
Salic. & Alexan. [b] in l. placuit. C. de iudicijs. &
ita etiam debet intelligi quod notat Angel. in l.
argentarius. ff. de edendo. aliàs de iure commu-
C ni non reperitur iſta differentia. Contra iſtam
opin. facit text. in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod
cert. loc. vbi prętor ſemper habet æquitatem an-
te oculos. Soc. reſp. quod intelligitur de æquita-
te regulata ſecundum formam iuris ciuilis: quæ
reſponſio non tollit difficultatem, quia etiam
tale ſtatutum videtur interpretari ſecundum ius
cõmune. l. ſi ſerui. C. de nox. Et ſic intelligitur de
æquitate non deuiante à iure cõmuni: & confir-
matur hoc per tex. in auth. iuſiur. ꝙ præſtatur ab
D his. circa med. vbi Officiales iurãt ſe iudicaturos
ſecundum oẽm æquitatem, & tñ coram eis non
agitur ex pacto. Tertiò fallit in foro Canon. in q̊
proceditur de æquitate. ita eſt tex. in c. j. extra de
pact. & licet diſputando poſſet tęneri contrariũ,
vt per Sal. in l. legẽ. C. de pact. tñ iſta opi. videtur
magis eſſe ſecundum mentem dictæ decretalis.
Sed hîc inſurgit nouas difficultas. Nam cùm in
foro Canon. pacta pariant actiones, vel ſaltẽ offi
cium iudicis: & non ſeruans pactum peccet, c. iu
ram. xxij. q. v. cum ſimus in materia peccati, ius
E Canon. debet ſeruari etiam in foro ciuili, vt per
Bar. in l. priuil. C. de ſacroſ. eccle. Io. de Im. in c. fi.
extra de præſcr. vbi ampliat etiã, vbi ageretur tã
tum de peccato veniali: & ſic etiam in foro ciuili
agetur ex pacto. facit gl. in regula, poſſeſ. de reg.
iur. lib. vj. Ad iſtud obiectum quidam Mod. reſp.
quòd regula non procedit vbi ius Can. ſimplici-
ter excitat officiũ iudicis eccleſiaſt. vt eſt in caſu
noſtro, in d. c. j. vt per Aret. in conſ. xlviij. reuoca-
F tur. col. ij. Per quam cõmunem ibi ipſe cõcludit,
quòd cùm c. cum haberet. de eo qui dux. in mat.
ſimpliciter excitet officiũ iudicis eccleſiaſtici, q̃-
uis ſimus in materia peccati, nõ tñ habebit locũ
in foro ciuili: & conſequẽter in foro ciuili nõ co
gitur pater alimẽtare ſpuriũ. Sed iſta reſp. nõ eſt
bona, qa cõtra Aret. eſt cõmunis opin. [c] vt ꝑ Præ-
poſ. S. Ambroſij. in d. c. cum haberet. Angel. in
§. fin. Inſtit. de iure natur. Socin. conſil. clxj. col. j.
Secundò reſpondetur, quòd non procedit quan-
do lex non aſsiſtit neq; reſiſtit: nam tunc quis nõ
dicitur peccare autoritate legis. Sed iſta reſpon-
ſio in

b Adde Alex. conſ. 41. in 3. vo.

c Vide de hac quæ per d. Pau. Pitium. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.



ſio in totum non ſatisfacit, tum quia ius præto-
rium, quod eſt pars ciuilis, §. prætoris. Inſt. de iu-
re naturali. aſsiſtit pacto. l. iuriſgẽtium. §. prætor.
Et reſponſa prudentum ſunt pars iuris ciuilis. §.
ſcriptũ. Inſt. de iur. nat. & ea expreſsè reſiſtunt
dictæ l. iuriſgent. §. ſed cùm nulla. Pręterea mili-
tat ratio deciſionis: quia ſiue ius aſsiſtat, ſiue nõ,
clarũ eſt eũ qui non adimpleat, peccare: ergo ſer
uandum eſt ius Canon. Tertiò reſpõderi poteſt,
ꝙ lex ciuilis pręſumit incõſiderationẽ in offerẽ-
te, vt j. videbimus: vnde talis incõſideratè reſpõ-
dens non peccat. Sed ad iſtud replicať, ꝙ ex quo
lex Canonica præſumit contrariũ, ea eſt attendẽ
17 da: tũ quia † in foro animæ non curať de præſum-
ptione legũ, ſecũdũ Io. And. in c. is q fidẽ. de ſpõ-
ſalib. tũ qa vbi ſumus in materia peccati, ſemper
debemus attẽdere præſumptionẽ tutiorẽ pro a-
nima. gl. in c. j. extra de ſcruti. c. iuuenis de ſpõſ.
& ſic ꝙ cõſideratè fuerit facta oblatio. Quartò e-
go reſpõdeo, ꝙ aut agiť de dãno euitando, reſpe-
ctu eius cui fuit ꝓmiſſum per pactũ, & caſus non
habet difficultatẽ, qa etiã de iure ciuili datur a-
ctio. l. elegant. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. Aut
non agitur de dãno, & tale mendaciũ nõ eſt pec-
18 catum mortale. xxij. q. ij. vtilẽ. & c. j. in fi. † Et vbi
agiť de peccato veniali, tunc nõ attendiť ius Ca-
non. in foro ciuili, qcquid dixerit Im. cuius opi.
non ꝓbatur aliquo iure, qa tex. in c. fin. loquiť in
peccato mortali: & ita etiã loquiť tex. in c. nouit.
verſ. cum enim. extra de iudicijs. & eſt de mente
Alex. in l. quia tale. §. elegãter. in j. col. ff. ſol. mat.
Tertiò principaliter videndũ eſt de conſtitu-
to [a], † & illud eſt cũ quis ꝓmittit, ꝙ ipſe vel alius
19 debet ciuiliter vel naturaliter. §. de conſtit. Inſti.
de action. l. j § debitũ. ff. de conſt. pec. Et iſte eſt
contractus nominatus, qa habet nomen elegans
& ſpeciale, vt dicit Bar. in l. iuriſgen. §. ſed cũ nul
20 la. ff. de pact. Et ex hoc infertur. † ꝙ pactum gemi
natũ pariat actiõem: cum. n. ex primo pacto quis
obligetur naturaliter propter conſenſum, certè
ſecundò paciſcens promittit illud ad quod tene
batur naturaliter: & ſic dicitur cõſtituere. d. §. de
bitum. Iſta eſt cõmunis opi. q̃ tenent omnes, vt
per D. Alex. in l. iuriſgen. d. §. ſed cùm nulla. & in
l. legẽ. C. de pact. Contrarium tenet Iaſ. hîc & in
l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & dicit, ꝙ imò
non dicitur conſtitutum, niſi appareat ꝙ ſecun-
da promiſsio fiat animo conſtituendi, per tex. in
l. ſi tibi. C. locati. Mouetur primò per tex. in d. l. ſi
pact. vbi quãuis præceſſerit pactũ, ad hoc vt poſ-
ſit agi requiritur quod ſequatur ſtipulatio: ergo ſi
ſequeretur aliud pactũ, non ageretur. Reſponde,
in caſu illius l. illud eſſe, quia incontinenti ſubſe
quitur: vnde talis geminatio non eſt alicuius ef-
fectus, vt in ſimili dicit Alex. & Aret. in l. in prin.
j. eo. dum reprehendunt intellectum Lud. Rom.
ad l. cum oſtẽdimus. Vnde dicit Bal. nouel. hic in
xj. col. ꝙ titulus de conſtituta pecunia non pro-
cedit, quando aliquis in inſtrumento dicat, pro-
mitto tibi centũ, & ita conſtituo me tibi debere.
facit ꝙ notatur in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. &
quod notãt Mod. repe. in l. ij. C. de reſcind. vend.
col. ix. in 4. extenſ. Secũdò mouetur per text. in
l. ſi veritas. C. de fideicõm. vbi quãuis legata vl-
tra Falc. debeãtur naturaliter, vt notatur in l. j. ꝑ
Bar. ff. de cond. indeb. tñ ad ea quis non tenetur,
niſi per ſtipulationem promiſerit. Potes reſpon-
dere, quòd non excluditur conſtitutum, præſer-
tim per illa verba, *negotiumq; vſquequaq; integrum eſt.*
nam vbi interuenit pactum, res non eſt integra:

a De hoc vide late per Iaſ. §. de conſtituta. Inſt. de act.

Rubrica.

Tertiò mouetur ratione: † nam obligatio natura
lis eſt mater actionis. l. licet. §. ea obl. ff. de proc. 21
Sed duæ matres non poſſunt gignere. Reſpond.
ſecundam non eſſe matrẽ, quia eſt obligati ociui
lis, ex quo fomentatur à prætore, qui induxit cõ
ſtitutum. Quartò induxit text. in l. ſi tibi. C. loc.
cũ gl. vbi ſi quis ſoluit pro colonis tertiò, & domi
nus promittat ſe reſtiturũ, non tenetur ex pa-
cto. Mod. hîc multũ inſtant, & tandem neſciunt
A ſe explicare. Tu reſpõde, ꝙ in caſu illius l. non e-
rat primò debitum, vnde non poteſt eſſe conſti-
tutum: ad hoc. n. vt eſſet conſtitutũ, fuiſſet neceſ-
ſarium probare, ꝙ illi coloni pro quib. erogatũ
eſt, debebant, vt dicit Io. Fab. Inſtit. de actio. §. de
conſt. in fi. Bar. in l. j. C. de conſt. pec. Eo enim ca
ſu ſoluẽs habuiſſet actionem negotiorum geſto-
rum contra colonos. l. ſoluendo. ff. de neg. geſt.
& dominus promittens intelligeretur promiſiſ-
ſe quod erat debitum per colonos actione nego
B tiorum geſtorum. Sed alio non conſtito, illi co-
loni nõ poſſunt dici debitores, vt dicit Io. Fabri
vbi ſ. & iſte intellectus ſuadetur ex illo verbo,
prærogaſti: erogare enim eſt diſtribuerę gratis,
vt in rub. C. de erog. militaris ann. lib. xij. Quar-
tò principaliter quęro de ſtipulatione. † Et ea eſt 22
verborum cõceptio, quibus is qui interrogatur,
daturum, facturum, de ſe, id quod interrogatur,
reſpõdet. l. v. §. ſtipulatio. j. eo. Et pro eius decla-
ratione videndũ eſt, de quibuſdã quæſt. ſequen-
C do ordinem Alex. hîc. Primò ergo quæriť, † qua- 23
re inuẽta ſit ſtipulatio: & reſpond. Paul. de Caſtr.
hîc, eſſe inuentam propter neceſsitatem & vtili
tatem. De vtilitate clarum eſt per tex. in l. ſtipul.
iſta. §. alteri. j eo. vbi tex. dicit inuentam vt vnuſ-
quiq; quod ſua intereſt ſibi ſtipuletur. De neceſ-
ſitate probatur in l. blanditur. C. de fideiuſſorib.
vbi † fideiuſsio contrahi non poteſt ſine ſtipula- 24
tione. Idem videtur eſſe in promiſsionib. iudici-
alibus, vt de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo. j.
D de præt. ſtipul. l. j. §. j. & tenet Paul. de Caſtr. hîc.
Alex. hîc & Mod. dicunt oppoſitũ, ex quo † pactũ
nudum, quod tendit ad adiuuandum iudicium, 25
veſtitur colore iudicij. per gl. in auth generali. in
ver. conſcribat. C. de epiſc. & cler. & in l. eum ꝓ
quo. ff. de in ius voc. & idem tenent Mod. in l. ſi-
ue apud acta C. de tranſ. & fuit originalis conſi-
deratio Bal. in l. tale pact. §. qui prouocauit. ff. de
pact. Aduertendũ eſt, qa opin. contraria videť ve
rior, & ſic, ꝙ etiã tali caſu pactũ non veſtiať calo-
E re iudicij: q̃ opin. ꝓbatur in l. oẽs. §. in hac [b]. ij. C.
de epiſc. & cl. vbi clerici Conſtant. in iudicio te-
nentur dare cautiones ſolẽni ſtipulatione valla-
tas. Secundò probať, quia † valet argumẽtum de
pacto expreſſo ad tacitũ. l. cũ quidã. ff. ſi cert. pet. 26
† Sed pactũ tacitum, ꝙ fit per præſentẽ & tacen- 27
tẽ, iuxta l. qui patiť. ff. mand. non obligat, niſi tri-
bus concurrentib. ſcilicet calore iudicij, ſcriptu-
ra, & fauore pupilli. ita eſt tex. in l. cum oſtendi-
mus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. intelligendo eũ ꝙ pro-
F cedat ſpeciali ratione triũ ibi concurrentiũ, ꝓut
tenuit Alex. & eſt cõm. opin. de qua dicam in l. j.
in prin. j. eo. Non obſt. gl. in auth. generaliter. qa
ibi erat promiſsio facta in ſcriptis, vnde potius
interpretatur pro ſtipulatione, quàm pro pacto
nudo, vt per Barto. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. Et licet
gl. dicat nõ fuiſſe ſubiectam ſtipulationem, iſtud
eſt verum de expreſſa ſtipulatione: ſecus de prę-
ſumpta, aliàs ibi non ageretur condictione ex
lege, prout vult gloſ. Item, ibi pactum erat fo-
mentatũ legis auxilio, quia lex iubet deſcribi &
promit-

b *Ad iſtũ text. poteſt tamẽ reſponderi vt ꝑ dominũ meum in l. j. in prin. in primo no. in §.*

promitti,vnde veſtitur,vt per Bar.in l. legitima.
ff.de pact. Non obſt.l.eũ pro quo. quia ibi inter-
uenerat ſtipulatio per verbũ *cauit*.l.ſancim.C. de
verb.ſig.& licet gl.appellet pactũ,eſt pactũ in ge
nere,ꝗ comprehendit ſtipul.gl.in l.j.ſ.tit.j. Sed
conſequẽter hic quero,†qd in contractib.iuriſg.
28 ſi præcedat interrogatio, & ſequatur reſp. an ſit
contractus ſtipul.Pro declaratione huius quæſt.
pone duos caſus.Primus eſt ſi dixero, *Stichũ ſeruũ
præſentem vendis mihi pro decẽ?* & reſpondeas, *vendo*:
A iſto caſu non eſt ſtipul. vt tenet Alex. in l. ij. ff. ſi
cer.pet.Nam ſtipul.reſpicit promiſsionẽ de futu
ro.l.v.§.ſtipulatio.j.e.Nec obſt.ꝗ ſolu. prima di-
cit,reſolui in futurũ,per not.per Bar.in d.§. ſtip.
ubi iſta verba, *promitto quod do*, reſoluunt in futu-
rum.i.promitto ꝗ dabo:quia illud eſt propter re
29 pugnantiá,quæ ratio ceſſat in caſu noſtro.† Secũ
dus caſus eſt, ſi dicá promittis mihi ementi Sti-
chũ,qui eſt in præſentia,pro decem?& tu reſpon
B deas, ꝓmitto:iſto caſu eſt etiam ſtipulatio vltra
contractũ iuriſg.& ita ſe habet comm.opin. quã
tenet Iac.Cyn.Alb.de Roſa. in l.hac conſult. §. p
nuncupat.C.de teſt.Petr.& Iac. in §.ſi.Io.Fab. in
§.ſed cum aliquis.Inſt.de teſt.Rom.Fulg.& Soc.
in l.ij.ſi cert.pet.Raph.Com.& Alex.in l.ſi ſtipu.
§.ſi.j.eo.Contrariũ tenet Alex.in d.l.ij. & firmat
Bal.nouel.hic.Inter cætera pro eis facit, quia ex
eodẽ facto non poſſunt oriri plures contractus,
vt dicit Bar.in d.l. ij. Et licet Fulg. & Rom. iſtud
C intelligant,quando contractus ſunt incõpatibi-
les,per legẽ Ariſt.ff.de don.&l.ij.C.de pact.inter
empt.& vendito.tñ illæ leges non obſtant, tum
quia loquuntur in diuerſis factis,tum qa loquun
tur de contractu mixto,vt declaraui in uoce. Cõ-
firmo iſtã opin.per tex.in l.v.§. conuentionales.
vbi tales obligat. pendent à negotio contracto:
ergo non ſunt coæquæuę, ſed accedunt contra-
ctui & ſupponunt,vt dicit ibi gl. Secundò confir
30 matur,†quia contractus emptionis & venditio-
D nis eſt correſpectiuus.l.ſi.j.de accept. ꝗ nõ eſſet
in caſu noſtro, ex quo emptor haberet vendito-
rem obligatũ per ſtipulationem, non econtrâ.l.
Labeo.§.contractũ.j.de verb.ſig.quod lex repu-
31 tauit abſurdum.d.l.ſi.Tertiò confirmatur,† quia
ex eiſdem verbis non debet oriri duplex obliga
tio eiuſdem ſpeciei,vt dicit Bar.in l.j.in v.col. ff.
de pec.Quartò facit, quia ex eiſdem verbis non
debet ex vna parte oriri actio bonæ fidei, ex alia
actio ſtricti iuris:ꝗ eſſet in caſu noſtro, quia ven-
E ditor teneretur actione ex ſtipulatu,quæ non cõ
peteret contra empt.probatur ex doctrina Bart.
in l.de diuiſ.ſ.ſol.mat.& vt dicit Bal. ibi in vlti.
verbis,iſtud eſt maximè abſurdũ in contractibus
correſpectiuis.Actio enim ex ſtipulatu, etiam i-
ſto caſu eſſet ſtricti iuris,vt per Bar.in l.ſingul.in
vj.priuil.ff.ſi cert.pet.Facit ꝗ not Paul.de Caſtr.
in l.j.in primo ſpeciali.ff.ſol.matr. Et hanc partẽ
tenendo reſpond. ad contraria. Non obſtat pri-
mò ꝗ videatur hoc caſu ſeruata forma ſtipulati-
F onis:quia partes non videntur voluiſſe hoc age-
re, vt in contractu correlatiuo alter plus altero
obligaret.d.l.ſi. j. de accept. nec etiã potuiſſent,
vt per Bar.in d.l.j.de pec.Non obſt.l.ſi ſtipu.§.ſi.
quia ſolũ Iuriſc.venit decidendo quid ſit contra-
ctus iuriſgentium. & ꝗ interuallum reſponſiõis
non vitiat, etiã ꝗ illi contractus eſſent concepti
ſecundum formam ſtipulationis: non aũt quic-
quam attingit,an poſsit agi ex ſtipulatu. Et hoc
quando verba ponuntur affirmatiuè: aliàs ſi ver-
ba ponerentur interrogatiuè tãtùm, eſſet ſecus,

vt not.in l.bonæ fidei.ff.de eo ꝗ cer.loc. † Quæ- 32
ro, nunquid in contractu ſtipulationis ſit neceſſa
rius conſenſus [a].Et clarum eſt ꝗ ſic.l.j.in ſi.C. de
pact.Vnde ſubſequẽter dubitatur,cur magis de-
nominetur à verbis,quã à conſenſu, & cõſenſus
ſit pars principalior,per regulam l.quęritur.ff.de
ſtat.hom.& etiã antiquior,per ea quæ no.Bal.in
l.ea lege.in iiij.col.C.de con.ob cauſ. aſsignãdo
rationem l.traditionib.C.de pact. Dic ex mente
A Paul.Caſt.Alex.& Soc.hic verba magis ſpeciali-
ter requiri,& eſſe pro forma, conſenſum verò ꝓ
materia:ſed contractus debent denominari à for
ma,non à materia.l.Iulia.§.quãtum.ff. ad exhib.
In contrariũ facit ꝗ not.Bar.in l.ita ſtipul.in xij.
opp.primæ partis.j.eo.& in l.j.ff. de cond. inde.
vbi conſenſus eſt de forma.Reſpóde,ꝗ forma ibi
capitur largè apud Barr. prout in ſimili capit Io.
And.in c.ſi.extra de baptiſm.†aliàs forma ꝓpriè
loquendo dicit,vbi eſt aliquis ordo,vt dicit Bal. 33
B eam diffiniens in c.j.de no. for. fid. & probat ex
dictis per D.Abb.in c.nouit.extra de iud.vbi ille
ordo admonitionis requirit pro forma,vt in de-
nuntiatione euãgelica.† Subſtãtia verò eſt quid
intrinſecum,ſine quo contractus eſſe nequit:ve- 34
luti pretium in emptione.Solẽnitas eſt quid ex-
trinſecum ad ſolennizãdum actum, vt autoritas
tutoris in pupillo,cõſenſus agnati in obligatio-
nibus mulierũ per ſtatuta,vt dicit Bal.in l.etiam
C.de excep.rei iud.Alex.in l.de pupillo.§.q nun
C ciat.ff.de oper.noui nunt.Mod.in l.vniuerſa. C.
de precib.Imp.offer. Quintò quæritur,† quare 35
adeſſe ſtipulationis requiritur vt præcedat inter
rogatio,& ſequatur reſponſio? Reſpondent Dd.
eſſe introductum,vt demonſtraretur animus ma
gis deliberatus,iuxta gl.in l.in ementis.C.de cõ
trah.empt.Nam aliàs multi promittunt, quæ nõ
promitterent,ſi ſcirent acceptaturos,vt dicit A-
lex.hic,qui infert ad pactum geminatum,ex quo
oritur actio propter pręſumptam deliberationẽ,
D & ad pactum iuratum:quia ad iuramentum quis
accedit deliberatus.c.ex reſcripto. extra de iu-
reiur. Adde ꝗ contra iſtam rationem multa ob-
ſtant.Et primò,quia in pacto reſpectu promitten
tis præſumitur deliberatio:quia non eſt veriſimi
le quòd quis inconſideratè promittat. l. Labeo.
ff.de ſupel.legat.facit quod notat Bar.in l.ſi poſt
rem.C.de iur.& fact.ign.& in l.non fatetur.ff.de
confeſ.vbi confeſsio præſumitur deliberata,niſi
probetur error.Secundò obſtat, quia ſi conſtaret
E quòd aliquis deliberatè promiſiſſet, ceſſaret ra-
tio legis,vnde tunc poſſet agi ex pacto nudo, per
regulam l.illud.ff.ad legem Aquil. & tamen lex
indiſtinctè negat.§.igitur nuda.Tertiò,quia data
hac ratione pro vera,ſequeretur quòd ius Canõ.
irrationabiliter induxiſſet ex pacto agi,iuxta c.j
de pact. quod non videtur dicendum. Quartò
obſtat, quia ſi pactum nudum inconſideratũ pręſumeretur,
non eſſet ex eo agendũ in caſu dona-
tionis,& tñ agitur.l.ſi quis argentũ.C. de donat.
F Quintò obſtat, qa ſi iſta deliberatio eſt in cauſa
vt agat,ex ſtipulatu poſſet agi,quamuis reſpõſio
facta fuiſſet ex interuallo:qa tunc eſt maior deli-
beratio, ex quo ille habuit tẽpus ad cogitãdum.
Sextò obſtat, qa ſi ꝓmittã tibi omni anno certũ
qd,deinde per quoſdã annos,puta duos vel tres,
ſoluam,iſta ſolutio habet vim nouę deliberatio-
nis,& tñ non poteſt agi in futurum.l. ſi certis an-
nis.C.de pact.Breuiter pro reſolutione oĩum ob
iectorum dicas,quòd iſta ratio aſsignata per Dd.
eſt impulſiua,nõ autem finalis:vnde ea ceſſante,
non

a Adde ꝗ in ea eſt obligatio naturalis, vt probatur in l. ſi fideiuſſor. vbi omnes not.ff. de cõd.indeb.licet aliĭ cõtra per l. interdũ.eo.tit.



non ceſſat diſpoſitio l.j.§. ſexũ.ff.de poſtul. Nam
lex ciuilis volens introducere iſtũ contractũ qui
ſit verbis,maluit eligere eũ in quo præcedat in-
terrogatio: quia vt dicunt Dd. ſit cũ maiori deli-
36 beratione.Et facit ꝓ hoc,quia†vbi lex inducit a-
liquid pro forma ex aliqua cauſa, ea ceſſante, tñ
ſeruat forma:vt eſt in teſtib.teſtamẽtariis,de quo
ꝑ Dd.in l.nemo põt.ff.de leg.j.& in inſinuatione
in l.data.C.de donationib. Et ſic cũ iſta nõ ſit ra-
A tio finalis,ſed impulſiua,conſequẽs eſt,vt ea ceſ-
ſante nõ ceſſet diſpoſitio,ſecũdũ l.adigere. ff. de
iure patronatus. nec ea militãte, nũquid militet
diſpoſitio?iuxta l.illud. ff.ad legẽ Aquil. quia illę
regulæ procedũt in ratione finali,nõ impulſiua,
vt dicit Cora.in l.j.C.de caducis tollẽdis.de quo
per Bar.in l.j.§.ſi.ff.de don.Ex quo infert, ꝗ ma-
lè argumẽtatus ſit Bar.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,
j.eod.& Bald.nouellus hic, ꝓut in voce ibi dicã.
37 Sextò quęro,†an ſtipulatio ſit cõtractus nomi-
B natus.Et clarũ eſt,ꝗ ſic,per tex.in l.j.§.adeo.ff.de
pactis.facit ꝗ not.Bar.in l.in ædibus.§.j.ff.de do
nat.vbi licet ſit dubiũ, an donatio ſit cõtract⁹ no
minatus, tñ ſi in ea interueniat ſtipulatio, dubio
procul erit nominatus,vt notatur in l.ſi.ff.de cõ-
dict.ob cauſam.Hinc infert.Alex.& Areti.hic ad
ea quæ notat Bar.in l.ij.C.de condict. ob cauſ.ꝗ
cùm notarij apponant in cõtractib. ꝗ omnia ſu-
pràſcripta prædictę partes promiſerũt per ſtipu-
lationẽ,ratum erit reperire contractũ innomina
C tum.Et iſta deciſio cõmuniter tenetur, & ſequit
Alex.cõſi.xl.in iiij.vol.Cõtrarium tenet hic Ale-
xan.& in l.j.in ſi. ſ. de pactis. Mouet per notata
38 per Bar.in l.cũ mota. C.de tranſact.†vbi in con-
tractu innominato, in quo addita eſt ſtipulatio,
in obligatione dandi agitur ad intereſſe ſecũdũ
naturam contractuũ innominatorũ. l.naturalis.
§.j.ff.de pręſcript.verbis.cũ aliâs præciſè eſſet a-
gendũ ad rem.l.vbi aũt nõ apparet.§.ſtipulatio.
j.eod.Credo deciſionẽ Bart.eſſe verã,pro cuius
D defenſione videndus eſt iſte articulus, †[a] an &
39 quando ſtipulatio reguletur ſecundum natu-
ram contractus cui adhęret. Et Alexand.in l.j. in
ſi.ſ.de pact. dicit regulari ad hoc, ne quis in plus
teneatur. l. qui ſtipulatus. ff. de vſuris. l. danni
nifecti. ff. de dam. infect. l. j. §. belliſſimè. ff.
vt leg. nomine. l. ij. §. parui. ff. de priuil. cre-
ditorum.Secus ſi teneat efficacius,per l.miles.§.
decẽ.ſ.de re iud.Et cõfirmatur iſta diſtinctio ex
notatis ꝑ Iaſonẽ hic,vbi firmat iſtã cõcluſionẽ.ꝗ
quo ad inducendã firmitatẽ,& ſic vt qs efficacius
E obliget,ſtipulatio ſemper ſeruat propriã naturã,
ex quo ſtipulatio dicit à firmitate.Inſtit.de verb.
oblig.in prin.Cynus in l.expreſsio.C.ſi cer. pet.
Sed contra iſtã communẽ opinionẽ inducit tex.
in d.l.miles.§.decẽ.duobus modis. Primò, quia
ibi ſecundũ naturã præcedentis actus aliud vnũ
erat in obligatione, aliud erat in ſolutione,& tñ
per ſtipulationẽ vtrunq; ſit in ſtipulatione alter-
natiua.Certè iſtud faciet teneri debitorẽ in plus:
quia ſicut niſi vnũ peti poterat, nũc petet vtrũq;
F alternatiuè,& ſic eſt plus. §.plus aũt. Inſti. de a-
ctionib. Secũdò inducitur: Ponamus in caſu di-
ctę legis ꝗ ſeruus moreret ſine culpa & mora do
mini infra tempus iudicati, dominus cũ ſit debi
tor quãtitatis, prætextu certæ ſpeciei quæ eſt in
facultate ſoluendi,liberatur.l.electio.§.ſi is quẽ.
& l.ſi plurimũ.§.ſi.ff.de noxalib.Secus in ſtipula
tione alternatiua:quia cogeret ſoluere quantita
tẽ.l.græcè.§.ſi qs Stichũ. infrà de fideiuſſoribus.
moder.in l. ꝗ te.ff.ſi cer. pet. & tex.in d.§.ſi quis

Stichũ expreſsè cõſiderat talẽ caſum. Tertiò fa-
cit,quia cũ Stipulatio faciat cõtractus innomina
tos natura ſua reuocabiles,l.ſi pecuniã.ff.de con
dict.ob cauſ.ampli⁹ nõ poſſe reuocari. l. Labeo
ſcribit ſi mihi bibliothecã.ff.de contr.emp.certè
multò magis deberet facere,vt qs teneat in plus:
quia cõtractus,à quo perpœnitentiã licet recede
re,dicitur inualidus.Bar.in l.q ea mẽte.in quarta
oppoſ. cũ reſpondet ad l. ſi couenerit. ff. de fur.
A Vnde puto faciendas eſſe duas cõcluſiones. Pri-
ma eſt: In cõtractib.innominatis addita ſtipula-
tio propriam naturã ſeruat.l.ex placito.C.de re-
rum permut.l.ſiue apud acta.C.de tranſactionib.
Bar.in d.l.ij.C.de cond.ob cauſ.& d.l. Labeo.cũ
notatis per Bal.& Paul.de Caſt.in d.l. quãuis.C.
de tranſactionib.Et ratio eſt,quia cũ iſti cõtract⁹
innominati ſint debiles, nõ videtur actũ vt ſtipu
latio ab eis reguletur, vnde ſeruat naturam ſuã.
Contra hãc cõcluſionem obſtat textus in d. l. cũ
B mota. C. de trãſactionib.vbi ſtipulatio in cõtra-
ctu innominato facit vt agatur ad intereſſe cõtra
obligatum ad dandũ.Sed ad illum textũ reſpon-
det Socinus hic,ꝗ imò ibi erat obligatus facere,
ex quo illa verba, *Et partem bonorum acciperet*, im-
portãt traditionem.l.naturalis.§.j,vbi Bar. ff.de
ꝑſcrip. ver. Nec obſtat,ꝗ ibi erat obligatus in ge
nere, quo caſu videt eſſe obligatio dationis, per
tex.in l.ex empto.ff.de act. emp.quia ipſe reſpõ
det duobus modis, vt hic per eũ, vt probaui. Tu
C dic,in caſu d.l.cũ mota.nõ videt actũ vt transfe-
ratur dominiũ, ex quo debitor nõ tenet de eui-
ctione.l.ſi pro fundo.C.de tranſactionib.ſecus in
caſu d.l.ex empto. Confirmat iſte intellectus ex
verbis legis.Nam dicit cõpetere actionẽ ex ſtipu
latu:ſi eñ ille fuiſſet obligatus ad dandũ,agendũ
erat certi cõdictiõe.Inſtit.de verb.obligationib.
in prin.Et certè illa lex aliter intellecta induce-
ret vnũ incõueniens:ꝗ cùm in cõtractu innomi-
nato ideo ꝑciſè nõ agat ad dandũ, quia ſunt de-
D biles,vt dicit Bar.in l.ſtipulationes non diuid. j.
eo.vbi interuenit ſtipulatio,ceſſat illa debilitas,
& tñ adhuc nõ ageret præciſè.Secunda cõcluſio
eſt:†In cõtractib.nominatis ſtipulatio imitat eo- 40
rũ naturã.d.l.ſi ſtipulatus.& d.§.belliſsimè.cùm
ſim.Et ratio eſt, quia tunc videt adiecta tanquã
quid acceſſoriũ,ex quo omnes cõtractus nomi-
nati de ſe erant efficaces.Cõtra iſtã cõcluſionem
obſtat l.emptio. ff.de reſcind.vẽd.vbi re nõ tra-
dita,cõtractus ẽptionis per contrariũ cõſenſum
E reſoluit ipſo iure,iuxta l.ab emptione. ff.de pa-
ctis.ſec⁹ ſi interuenit ſtipulatio.Põt reſpõderi,ꝗ
illa lex nõ loquit quãdo ſtipulatio interuenit in
cõtractu tanq̃ acceſſoria, ſed tanq̃ principalis ex
poſt facto.Itẽ ſtipulatio imitat naturã contractus
circa effectus ipſius,nõ circa reciſionẽ,ex quo a-
liàs operaret cõtra effectũ.arg. l. legata inutilit.
ff.de adim.leg.Secũdò obſt. l.ratio.§.j. ff. de act.
ẽpt.Sed ꝓ reſpõſione eã intellige vt hic ꝑ Iaſ. ad
aliud ꝓpoſitũ.Tertiò obſtat,ꝗ ponit Bar.in l.ſin
gularia.ff.ſi cer.pet.vbi ſi ſtipulatio interueniat in
F cõtractu bonę fidei,tñ ipſa eſt ſtricti iuris [b]:& eſt
tex.in l.in bonę fid.in ver. cõdicturũ.ff.de eo qđ
certo loco.Iaſ.in d.l.ſingularia.nõ videt tenere il
lã opinionẽ Bar.Pro quo facit, qa quis pacta ſint
ſtricti iuris,vt notat in l.j.ſ.tit.j. tñ addita cõtra-
ctui bonę fidei.eius naturã imitat, & ſunt bonæ
fidei,vt notãt Dd.in l.pacta q̃ cõtra.C.de pac.Sed
tñ tex.in d.l.in bonæ fidei obſtat:vnde tu reſpõ-
de, quòd ibi ſtipulatio non interuenerat ſuper
eo,ſuper quo factus fuit contractus bonæ fidei.
Nam ibi

a Vide Ioan. de Imol in §.Cato. in vj. opp.ubi ponit unam limitationem.& Iaſ.in l. ij. §. & harum. in primo numero.j. eod..

b Adde Ioannem de Imola in l.iiij.§.Cato. in v.opp.Bart. j.eod.

Nam ibi fuit celebratus contractus emptionis & venditionis, deinde per ſtipulationem fuit aſsignatus certus locus in quo ageretur ex contractu in perſonam, & ſic condiceretur. §. in perſonam. Inſtit. de actionib. Actiones enim ex illis cõtractib. ſunt perſonales. §. ſequens. Inſtit. de actionib. Quartò contra iſtá concluſionem facit text. in d. l. miles. §. decem. Morderni hîc reſpondent, in caſu illius §. fieri nouationem de iure Digeſtorum, vnde ſtipulatio non regulatur ſecundũ naturam actus nouati. Quæ concluſio nõ eſt vera: quia ibi nõ fit nonatio etiam de iure Digeſtorũ, vt per Bar. in d. l. ſingularia. per text. in l. duo ſocietatem. ff. pro ſocio. aliâs ſequeretur q
4 illa lex hodie eſſet correcta. † Præterea ſtipulatio nouans regulatur ſecundum naturam præcedẽtis cõtractus, vt eſt tex. in d. l. ſi ſtipulatus. tradit Bartolus in l. aliam. ff. de nouat. & in l. j. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. iuſſ. eſſe fuerit. Aret. in d. l. ſtipulationes non diuid. in x. colũ. reſpondet, quòd d. l. loquitur, quandò ſtipulatio interponitur ſuper obligatione deſcendente ex delicto. quæ ſolutio in totum non ſatisfacit: quia dominus ibi tenebatur ex iudicato, & ſic ciuiliter & naturaliter, vt declarat Bart. in l. Iulianus verum debit. ff. de condict. indeb. Tu reſponde aliter ad illum tex. quòd illa lex nõ videt̃ loqui, quando ſtipulatio interponit̃ ſuper ſententia, & ſic in caſu mixto, ſed arguit de vno eorũ ad alium ſpecialiter: & ſic ibi non eſt verum dicere, q ſtipulatio fuerit interpoſita ſuper contractu vel obligatione aliqua: q apparet etiã ex ratiõe text. ibi, *in ea ſingula ſtipulari poſſumus*. Nã de natura actionis noxalis nõ eſt, vt detur ſingula. Et per hæc ſit expedita præſens rub.

## LEX I.

1 *Stipulationis etymologia.*
2 *Stipulatio denominatur ab interrogante.*
3 *Nomina à dignioribus ſumuntur.*
6 *Stipulatiò facti & iuris, diuerſi reſpectus habita ratione, dici poteſt.*
8 *Quæ iuris, quæque facti eſſe dicantur.*
11 *Negatiua verbo* Poteſt, *præpoſita, actum eneruat: eiúſque rei exempla.*
16 *Intelligentia verborum & mentis in loquela, quo ad ſtipulationem, fruſtra ſubintelligitur.*
18 *Stipulatio ſurdaſtri tenet.*
20 *Fictæ ſtipulationis materia.*
28 *Ratio, cur mutus & ſurdus non ſtipulentur.*
30 *Prohibitus loqui cum hoſte, & ſcribere ei prohibetur.*
34 *Mutus & ſurdus arcentur à munere tutelæ, iudicandi, arbitrandi, & procurandi.*
38 *Infans quis.*
42 *Prohibiti per ſeruum poſſunt ſtipulari.*
45 *Actionis* Quod iuſſu, *explicatio.*

a STIPVLATIO a. ¶ Stipulatio ipſa eſt verborum conceptio a, ex qua deinde obligatio oritur. De-
1 ducitur † autem à verbo ſtipulor, quod ſignificat interrogo, vt Acurſ. cenſuit. Hinc † adnota, ſtipulationem nomẽ
2 aſſumere ab interrogãte, tãquam à digniore. Eſt enim dignior, tum quia ipſe eſt creditor, cui ius quærendum eſt b: tum etiam, quia interrogatio eſt principium actus, & pars actiua ipſius contractus c: colliguntque hinc Doctor. rerum † nomi-
3 na à dignioribus ſumenda eſſe d. quod variis

a l. v. j. eod.
b l. 3. in fin. C. de nouat.
c l. ij. de ori. iur. l. j. de reg. Cat. vbi Bar.
d l. j. de ſer. vrb. præd. vbi Flor.

exemplis à nobis aliàs demonſtratum eſt. Cæterùm quod ad ſtipulationem attinet, dubium non eſt, quin uerbum ſtipulor, commune ſit, quod Priſcianus ait: & † ideo ſtipulationis nomẽ, ad promiſsionem quoque referri poſſe c. Verùm 4

VLPIANVS LIB. *quadrageſimo octauo, ad Sabinum.*

## LEX I.

STipulatio a nõ poteſt b cõfici †, frequẽtior vſus obtinuit, vt pro creditore, ſeu interrogãte accipiatur: vnde reum ſtipulandi à
A reo promittendi diſtinguimus f. Melius eſt ergo, vt ſtipulationem ab interrogante dictam credamus, quoniam eius vtilitatem principaliter reſpicit. Solent enim & ab eo appellationes nominibus indi, cuius cauſa res principaliter inuentæ ſunt. Sic † emphyteuſis à meliorationibus nomẽ ſumpſit g: quod & de rei vxoriæ actione traditũ 5
eſt: fortiſsimumq; argumentum eſt, quod ab vtilitate ſumitur h. quod oſtendit & Caſsianum il-
B lud, *Cui bono*, à M. Cicerone non vno in loco celebratum. Vnde & quandoq; ex eo indiciũ quęſtioni ſufficiens oritur i, quod Bart. cenſuit k. Sed hîc
dubitant Interpretes, an † ſtipulatio ſit iuris, vel 6
facti? & cenſuit Alex. dum cõficitur, facti eſſe, ſicut & cæteros contractus l. vnde lex dicit, ſtipulationem eſſe verborum conceptionem. conceptio enim ipſa facti eſt. qua ratione pupillus, qui ea duntaxat, quæ facti ſunt, ſine tutoris auctoritate explicare poteſt m, ſtipulari ſibi poteſt n.
vbi † verò ſtipulatio iam perfecta eſt, tunc iuris 7
C eſſe dicitur: quia ex ea obligatio oritur, quæ iuris eſt. ſicut & actio o. & ita communiter receptum videtur. Sed hæc ſententia ſanè quàm ambigua eſt. nam & pacta dum conficiuntur, facti ſunt: confecta verò iuris effectus pariunt, id eſt, exceptionem, quæ iuris eſt p, & tamen lex manifeſtã differentiam conſtituit inter pacta & ſtipulationem, tanquam in ſtipulationibus ius in pactis factum verſetur q. Igitur ſciendum, aliquid iuris, vel
D facti eſſe, vario modo accipi r. Sed † quod ad rem 8
præſentem attinet, lex ea, quæ iuris ciuilis ſunt, ſiue origine, ſiue approbatione, iuris eſſe interpretatur s: quæ verò iuris gentium, ſeu naturalis duntaxat ſunt, nec à lege ciuili aliquo fomento iuuantur, facti eſſe cenſet. qua ratione alibi oſtendi poſſeſsionem naturalem facti eſſe t, ciuilem
iuris u. Sic † pacta iuſta, id eſt, quæ veſtita ſint, ſeu 9
quæ lex ciuilis approbarit, iuris quoque eſſe ego arbitror x. qua ratione & contractus nominatos
E credibile eſt iuris eſſe y, licet & facti dici poſsint propter originem iuris gentium z. Nam quod lex ait, venditionem † magis facti, quàm iuris eſſe a,
de facto intelligit, id eſt, adminiſtratione curato- 10
ris. vnde nihil ad præſentem materiam facit. vel *de facto*, intelligitur, id eſt, iure naturali ſecundũ quod alteri per alterum quæri poteſt b.
NON POTEST b. ¶ Solet vulgò dici, negatiuam † verbo *poteſt*, præpoſitam, omnem actum b
radicitùs infirmare c. vnde conſequens eſt vt hîc 11
F probetur, adeò in ſtipulatione neceſſaria eſſe verba, vt aliàs nec naturalis quidem obligatio oriatur d: & ideò cenſeantur verba ad formam ſtipulationis pertinere: qua forma neglecta, actus o-
mnino eſt nullus e. Ego † non dubito, quin clau- 12
ſula hæc *non poteſt*, declarationem ſecũdum ſubiectam materiam recipiat, vt ſi prohibitio ſit, ex defectu formę, vel ſubſtantiæ, procedat communis interpretatio f. Quòd ſi ea prohibitio materiam reſpiciat, ſecùs ſit g. Non enim tali caſu impeditur, quin ſaltem obligatio naturalis oriatur.

c l. ſi non fortẽ. §. pen. de cond. indeb. l. magnã. C. co. §. j. in aut. de æqua. dot.
f l. j. ĩ. tit. j.
g l. j. C. de iur. emphyt.
† cõcipi, *aliàs.*
h l. j. §. ſi aũt neceſſe. ne quid in loc. pub. vbi Abb.
i l. j. §. ille autẽ. C. de Lat. lib. tol dixi Parerg. lib. ij. cap. xvij.
k Bar. l. fi. de q.
l l. conſ. in fi. de curat. fur.
m l. j. §. j. de acqui. poſſ.
n §. pupill9. Inſt. de inutil. ſtip.
o Inſtit. de reb. corp. §. j.
p l. j. vbi Bar. de except.
q l. ſi vnus. §. pactus, ne de pac.
r diui lib. j. cap. vlt. Paradox.
s c. j. de conſt. in vj.
t d. l. j. §. j. et l. de niq. ex quibus cauſ. maior.
u l. poſſeſsio. de acq. poſſ.
x l. Stichum. §. naturalis. de ſol
y §. j. Inſt. de ſti. ſeruor.
z d. l. an inutilis in fi. de accept.
a d. l. conſilio. §. quæſitum.
b l. ij. C. p quas perſ. l. ea. ff. de acq. rer. do.
c gl. c. j. de reg. iur. in 6. Iaſon l. Gallus. in prin. de lib. & poſth.
d ĩ. ead. l. §. ſi qs ita.
e l. inter cętera de lib. & poſth. l. mulieris. §. j. de verb. ſign.
f gl. aj.
g Imo. & Ang. l. cũ lex. de fide



a l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig.
b l. obligari. de auct. tut.
c l. nemo poteſt. cum gl. de leg. j.
d l. filius. de con dit. inſtr. 22. q. 2. faciat.

tur a. Idem, ſi ad ſolennitatis defectum referatur b. Sed & ſi ad iuris publici rigorem reſpiciat, cui æquitas naturalis reſiſtat, non impediet, quò minus exceptione conſulatur c. Nam & ciuili quodam loquendi modo dicimur non poſſe, quod commodè, vel qđ honeſtè d non poſſumus e, vel quod no-

NISI VTROQ; LOQUẼTE d.

13 lumus f. Voluntas † enim & poteſtas plerunque iunguntur, & mutuo auxilio innitũtur g. Sed du-
14 bitat hîc Baldus, & recentiores, an, † ſi præſens pręſenti epiſtolam porrigat, in qua ſit interrogatio, & ille per liam epiſtolam reſpondeat, dicatur cõtrahi ſtipulatio? & ſi aliqua verba congruè acceſſerint, purà *Promittis, quod hac epiſtola continetur? Promitto*: non eſt dubium, valere ſtipulationem h. Idem, ſi ſimpliciter dictum ſit, *Promittis? Promitto.* & in epiſtola ſcriptum ſit, de qua re danda agatur i. res enim ipſa non formam ſtipulationis, ſed materiam reſpicit: & ideò neceſſe nõ eſt in ea ad verborum obſeruationem reſpicere k. Quòd ſi ſuprà ſcripta verba non interuenerint, receptius, veriusque eſt, nullam eſſe ſtipulationem. Aliud enim eſt loqui, quod in ſtipulatione neceſſarium eſt: aliud epiſtolam tradere l. alioqui hoc modo & mutus ſtipulari poſſet. quod tamen lex noſtra
15 non admittit. Nec † quemquam mouere Vlpiani reſponſum debet m, quo traditum eſt, ad inducendam obligationem idem poſſe ſcripturam, quod voces lingua figuratas: quia de aliis contractibus intelligendus eſt Vlpianus, nõ de ſtipulatione n. ſi quidem Accurſius ibi, quem cæteri ſequuntur, de literarum obligatione loqui cenſuit, quæ, lapſo biennio, pariter obligat, ac ſi verba verè interueniſſent, idque propter legis præſumptionem o. & ideò obligari nos ait, quatenus placuit, non minùs valere ſcripturam, &c. hoc autem eatenus ſolùm placuit, quò exceptio non numeratæ pecuniæ amplius obiici propter lapſum temporis non poſsit. Ego ſimpliciter verba Vlpiani ad illud Epicharmi Philoſophi referẽda arbitror, quòd mens, inquit, videt, non oculi p. ſic Vlpianus orationi ipſi, quæ à mente proficiſcitur, non literarum characteribus diſpoſitionem tribuit. Sanè Crotus hîc locis quibuſdam vulgaribus ſcholaſtico more aduerſus ſuprà ſcriptam ſententiam diſputat: quos, quia nullo negotio diſſolui poſſunt, omitto.
a VTROQVE LOQVENTE a: Subaudit Bartolus & ſermonis efficaciam intelligente. Sed
16 † hæc ſubauditio non videtur neceſſaria, duplici ratione. Prima: quia ſi conſtet vtrunque ſimul locutum, præſumendum eſt ſe quoque intellexiſſe q. Præſentia enim arguit ſcientiã: & notarius, qui ſcripſit actum Titio præſente, cenſetur ſcripſiſſe, & intelligente r: quod alibi diſputaui. quę interpretatio in caſu noſtro maximè procedit. cũ enim præſupponamus fuiſſe rectè & ad propoſitum reſponſum, credendum eſt, mutuò eos
17 ſe intellexiſſe s. Altera ratio eſt: quia, † etiam ſi efficaciam ſermonis non intellexerint, tamen videtur ſtipulationem adhuc ipſo iure valere. propter enim vim verborum, & formæ obſeruationem debet ipſo iure actus conſiſtere, licet agenti obſtat exceptio t. Nam & qui dolo aliquid ſibi dari ſtipulatur, ab errante & non intelligente ſtipulatur u: & tamen mero iure valet ſtipulatio x.
18 Sed † quærunt hîc Interpretes, quid ſi aliquis ſonum quidem verborum audiat, ſed ſenſum non percipiat, vt quia ſurdaſter ſit, poterítne ſtipula-

e l. nepos. de verb. ſign.
f c. literas. de reſtit. ſpol.
g l. j. §. vſus. de procur.
h Bar. l. ſi ita ſcripſero. de condi. & demonſt.
i glo. l. crucu. ĩ. eod.
k arg. d. §. ſi qs ita. verb. dubis. ĩ. ead. leg.
l l. Titius. de cõſtit. pec. vbi Bar.
m l. non figura. ĩ. tit. j.
n l. ſi ſtipuler. §. fin. j. eod.
o Inſtit. de liter. oblig. verb. planè.
p arg. l. Labeo. in fin. de ſuppel. legat.
q glo. l. ſi tutor. C. de peric. tut. vbi Bald.
r l. corã. de ver. ſign.
s l. de ætate. §. quod autem. de interrog. act.
t §. j. Inſt. de except.
u l. ſi per errorem. de iuriſd. om. iudic.
x l. dolo. C. de inutil. ſtipul.



ri, ſi nutu ſenſum perceperit? & recepta eſt Bartoli ſententia, vt ſtipulatio valeat y. Sicut enim valet ſtipulatio, cùm Latinè interroganti Græcè reſpondetur, quamuis ſtipulator Græcè neſciat, dum tamen interpres adſit z, ita & hoc caſu valere debet, ne minus poſsit ſignificatio, quæ nutu fit, quàm quæ per interpretem. non enim interpres magis ad ſtipulationis ſubſtantiam pertinet, quàm nutus. Satis ergo eſt, quòd vterque ſit
A locutus, quodq; inuicem ſonum verborum exaudiuerint, licet per nutum duntaxat intellexerint: quicquid Iaſon hîc comminiſcatur. Cuius † ſen- 19
tentia eo caſu defendi poteſt, quo verba ipſa congrua non fuiſſent, nec obligationis alicuius ſignificantia, vt cùm agitur, vt per † A ſignificetur
Promittis, per B Promitto a. Vocabula enim iu- 20
ris gentium immutabilia ſunt, nec à partibus fingi poſſunt b. Poteſt & defendi, cùm adeò ſurdus erat ſtipulator, vt nec ſonum quidem audierit c.
B Tametſi enim allegaret ſe ex motu labiorum intellexiſſe, nihil ageret d. quod in neſcio quo Nello Bartol. hîc tradit. Ridiculum enim eſt, credere ex ſolo motu labiorum poſſe ſermonem intelligi e. Sed nunquid ſuprà ſcripta procedant in ſtipulatione ficta? & Doctores tradunt, fingi ſtipulationem etiam, quòd verba aliqua non interuenerint, vt cùm mulier dotem dedit, nec ſibi expreſsim cauit f. vel cùm fideiuſſor tutoris nomen ſuum actis inſcribi patitur g. videturque iis caſi-
C bus agi ex ſtipulatu, & quidem directè, quia lex fingit partes ipſas eſſe ſtipulatas. quòd ſi fingeret ſeruum publicum ſtipulatum, tunc ageretur vti-
liter h. Adnumerant † & alios caſus Doctores, in 21
quibus ego non temerè crederem fingi ſtipulationem, veluti cùm ex ſcriptura alicuius lex actionem dat i. Exiſtimauerunt enim non fictione id induci, ſed præſumptione legis firmiſsima, qua lex interpretatur omnia ſolẽniter acta k. ſicut & cùm quis longo tempore vſuras ſoluit, non fin-
D gitur, ſed præſumitur ſolenniter promiſſas fuiſſe l. Idem, cùm verba aliquo modo mentem contrahentium arguunt, vt quia ſaltem conditionalia m, vel quia de translatione perſonę tantùm ageretur n. Idem, cùm de renuntiatione iuris ſui
tractatur o. Nec † enim vlla eſt ratio, cur tunc ſti- 22
pulatio fingatur, cùm ſola renuntiantis voluntas ſufficiat p. ſed & quibus caſibus proinde quis tenetur, ac ſi fideiuſsiſſet, putauerim tamẽ non fingi neceſſariò ſtipulationem. quamuis enim fide-
E iuſsio expreſſa citra ſtipulationẽ fingi nequeat,
tamen ſecus eſt in tacita, ſeu legali q. Nam † & tu- 23
tores perinde tenentur, ac ſi alter pro altero fideiuſsiſſet r, & tamen nulla in eo caſu fingitur ſtipulatio s. Imò ſolùm affirmatoribus æquiparantur, quos conſtat ex ſtipulatu non conueniri t. ſicut pater, qui præſens nominationi filij tacet, videtur conſentire, & pro filio fideiubere u: & tamen non conſtat ſtipulationem vllam tali caſu fingi, ſed ſolùm ex tacito conſenſu obligari x. quod po-
F tiùs auctoritati legis tribuendum, quàm fictæ ſtipulationi y. Meritò ergo hiſce caſibus lex ſimpliciter ait, non directam, ſed vtilem actionem, aut
officium iudicis dari z. Sed quid reſpõdebimus, 24
quoties † pactum nudum in iudicio celebratum proponatur, an colore iudicij actionem pariet? & conſtat non parere a, nec in hoc vlla eſt altercatio. Verùm in eo magna eſt controuerſia, quid ſi tale pactum adiuuandi iudicij cauſa factum ſit?

L. 1. Stipulatio non poteſt.

y l. 1. in fi. ĩ. tit. 1. & d. §. ſi quis ita.
z ĩ. ead. l. §. fin.
a gl. §. 1. verſ. ſed hæc ſolennia. Inſtit. de verb. obl.
b l. 4. de leg. 1.
c §. mutũ. Inſti. de inutil. ſtipul. verb. omninò.
d l. Labeo. in fi. de ſup. leg.
e l. mutum. de ædil. edict. l. 1. in prin. C. de offic. præf. præt. Afr.
f l. 1. in princ. C. de rei vxor. §. fuerunt. Inſti. de action.
g l. cùm oſtendimus. in fi. de fid. tut.
h l. his verbis. de adopt. l. 1. §. planè. de mag. conſt.
i l. eum. p quo. de in ius vocan. authen. generaliter. C. de epiſc. & cler.
k l. ſciendum. ĩ. eod.
l l. cùm de in rẽ. ũ. de vſur.
m l. ſi ita ſtipulatio. de ope. lib. gl. l. reſcriptum. §. 1. de pact.
n l. quamuis. §. pen. ad Velleia.
o l. 1. §. 1. à quib. appel. non lic. l. ex ſententia. vbi Bart de teſt. tut.
p gl. l. 1. C. de pactis.
q Bar. l. reos. de duob. re. oppoſ. 4. But. c. conſtitutus. in fin. de fideiuſ.
r l. 1. §. nunc tractemus. de tut. & ration.
s Bar. d. l. reos.
t l. ſi verò. §. ſi quis mandauerit. mand l. & eleganter. §. ſi. de dolo.
u l. 2. ad munic.
x l. ſi filius. de tutel. l. 2. C. de filiis famil. lib. 10.
y l. legitima. de pactis. §. ſuper hoc. in auth. vt nul. iud.
z l. ſi finita. §. elegãter. de dam. Falcid. a l. ſi infect. gloſ. l. 2. §. item ſciendum. ſi cui plus, quàm per legem ue apud. Cod. de tranſactionibus.

& hoc quoque caſu idem videtur dicendum. Nõ enim temerè à regula recedendum eſt, vt pacta nuda actionem non pariant. Quamuis ergo iudicij fouendi cauſa adiectum ſit, idem tamen cenſe
25 bimus [a]. Vnde, † ſi fideiuſſor tacitè ſinat nomẽ ſuum actis inſcribi,

**& ideo neque mutus, neque ſurdus a, neque infans b ſtipu- A lationem contrahere poſſunt: nec abſens quidem: quoniam ex-**

non tamen tenebitur, niſi pupilli quoq; fauor id ſuadeat [b]. & ita communiter receptum
26 eſt. Si † tamen ſcripſerit aliquis apud officium ſe cauere, intelligemus legitimè, id eſt, per ſtipulationem cauiſſe [c]. Idem, cùm actor ſportularum cauſa libello ſubſcribit, & fideiuſſorem præſtat, præſumetur per ſtipulationem id factum: & ideò condictio dabitur [d], ne ſcilicet videatur leuiùs ſe obligaſſe, quàm fideiuſſorem. Sunt tamen, qui pactum ſpeciali illo caſu veſtiri non præſumpta ſtipulatione, ſed legis auctoritate cenſeant [e]. quę B
27 interpretatio receptior eſt. Addunt † recentiores alium quoque caſum præſumptæ ſtipulationis, vt cùm ſpondeo me centum tibi promiſſurum. Quamuis enim deinde non promittam, tamen ratione circuitus euitandi fingor promiſiſſe [f]. quam ſentẽtiam rectè Decius improbat [g], & nos quoq; falſam eſſe oſtendimus [h].

a NEQVE MVTVS, NEQVE SVRDVS a.
28 ¶ Cùm † mutus loqui non poſsit, neque ſurdus audire, meritò neuter ſtipulari poteſt, cùm lex C eum, qui ſtipulatur, requirat, vt loqui & exaudire poſsit. Quando ergo huiuſmodi homines ſcri
29 berent, nihil agerent: quia † qui ſcribit, non dicitur loqui [i]. quod maximè procedit, cùm poſt ſcribentis mortẽ epiſtola reſignatur [k]. Et hinc ſequitur, vt lex, quæ prohibet, ne Veſtalem quiſquam alloquatur, in eo locum non habeat, qui ad eam dederit religioſam epiſtolam [l]. Si tamen eadem ratio in ſcriptura ſit, quæ in ſermone, videtur legem prohibentem loqui, ad eum produci debe- D
30 re, qui ſcribit [m]. Vnde † cùm lex prohiberet, ne quiſquam cum hoſte publico colloqueretur, receptum eſt, nec epiſtolam quidem mittere eos poſſe. Lata enim vocabuli ſignificatione & qui ſcribit, loqui, vel dicere cenſetur [n]. ſicut & audi
31 re, qui epiſtolam legit [o]. Fiet † ergo extenſio hoc caſu etiam in pœnalibus [p], maximè cùm aliàs facilè eluſoria ſtatuti diſpoſitio reddi poſſet [q]. Nam ſicut tali caſu lex faciẽtem prohibens, locum habet etiam in eo, qui per procuratorem facit [r], ne- E dum qui per nuntium [s], ita & dicendum in eo, qui epiſtolam mittat. Nec me mouet Socini argumentum, quòd non tanta ſit ratio in ſcribẽte, ſicut in loquente [t], cùm pleraque ſcripturæ credere non audeamus, quæ tamen loquendo addu
32 ceremus: faciliusq́; † quis in ſententiam viua oratione trahatur, quàm ſcripto, aut nuntijs [u]. Reſpondeo enim, haudquaquam veriſimile eſſe, legiſlatorem hanc facilitatem perpendiſſe, ſed ſolùm id egiſſe, ne vllo modo cum hoſte publico F quicquam tractaretur [x]: & cùm id ſtatutum fauore publicæ ſecuritatis editum fuerit, ampliorem recipiet interpretationem [y], & ad eum caſum trahetur, in quo non tanta ſit ratio [z]. qua de re nos libro de verbor. ſignif. II. plura tractauimus.
33 Cæterùm † annotant hîc Doctor. mutum, aut ſurdum, quod ad contrahendam ſtipulationem attinet, infanti æquiparari. quod optimè procedit in hac obligatione, quæ verbis contrahitur [a].
34 Qua † ratione neq; tutelam gerere tales poſſunt,

a l. omnes. §. in hac ij. C. de epiſ. & cler.
b d. l. cùm oſtendimus. §. ſi.
c d. l. eum, pro quo. de in ius voc. d. l. ſciendũ.
d auth. generaliter C. de epiſc. et cler.
e l. legitima. de pact. d. §. ſuper hoc.
f Ioan. And. in rub. de oblig. in Specul.
g Dec. l. cùm fũdus. §. j. ſi cert. pet.
h l. ſi pœnã. l. ſi quis. 4. ij. eod.
i l. Labeo. de ſupel. leg.
k l. miles. de leg. ij.
l l. item apud. §. meminiſſe. de iniu.
m arg. d. l. item. §. feciſſet.
n §. fin. Inſt. de vſu. & hab. & l. j. §. hæc eſt. de ſum. tri.
o l. ſolent. §. fi. de offic. proconſul.
p l. ſi vxor. §. i. de adult.
q gl. ſi c. quãquã. de vſur. in vj.
r l. ij. §. ſi procurator. quod quiſque iur. vbi Doct.
s l. diuus. §. ſcribere. de fal. Bar. l. 4. §. j. de leg. præſt.
t c. vbi periculũ. §. nulli. de elect.
u l. ſi in tres. de arbit. l. j. C. de offi. com. ſacr. pal.
x l. j. verſ. qui ne hoſtibus. ad l. Iul. maieſt.
y l. quemadmodũ. vbi Bart. de agric. & cẽſ. lib. xj.
z c. fi. de ſimon. l. ij. §. ex his. vbi Soc. ij. eod.
a c. paruuli. de conſecrat. diſt. iiij. vbi Arch.

cùm ius auctorandi non haberent. ſiquidem auctoritas verbis interponi debet [b]. Iidem neque iudices eſſe poſſunt [c]. Multa enim iudices verbis explicare tenentur [d]. vnde & neque arbitri [e], neque procuratores quidem ad iudicia conſtituuntur [f]. Exceptis autem iſtis caſibus, ſi quis ſurdus, aut mutus ſit [g], qui & ſani ſit intellectus, & rebus ſuis ſupereſſe poſsit, omnia faciet, quæ cæteris conceſſa ſunt. æquiparantur enim tales maioribus xxv. annis. Vnde hîc dicit, eos obligari actione *Quod iuſſu*, poſſe, & alibi hæreditatis adeundæ ius illis non denegari [h], nec bonorum poſſeſsionis perſecutionem [i]. poſſunt & teſtari ſeruata legis diſtinctione [k]. poſſunt vxorem ducere [l]. poſſunt bona ſua donare [m]. poſſunt delinquere [n]. poſſunt pro teſtimonio exhibita ſcriptura dicere [o], & denique cætera facere, quæ maiores. Sed † quid, 35
ſi rebus ſuis propter debilitatem ſupereſſe non valeant? & receptum eſt illis dandum curatorem [p]. Sed dubium eſt, tali caſu cui æquiparabitur? an infanti, an pupillo, an adoleſcenti? & Doct. ex intellectus qualitate diſcernendum id arbitrantur, vt ſi nihil intelligat, infanti ſit ſimilis [q]: ſi verò aliquid intelligat, licet tenuiter, pupillo æquiparetur [r]. Nec refert, quòd aliquem actum perfectè intelligat, quia non ideò minùs æquiparabitur pupillo, vt Bar. hîc exiſtimauit: cuius ſententia tali caſu defendi poteſt. Idemq́; generaliter, cùm ei curator datus proponitur. quod Ruin. hîc ſentit. ſaluis tamen ijs, quæ extra curatoris adminiſtrationem ſunt [s]. Ego † ſimpliciter 36
iſtos adoleſcentibus comparari arbitror. nec inuitos accipere curatorem [t], ideoque valere contractus ab eis factos [u]. Quòd ſi eis datus ſit curator, cenſetur iudex ea datione interlocutus, quo ad ea, quæ ad patrimonij adminiſtrationem pertinent, prodigi, vel pupilli inſtar eſſe [x]. Quòd ſi nullum intellectum habeant, tunc etiam infanti comparari verius eſt [y], omninoque eis dãdum curatorem. Hinc † inferunt aliqui, ſi mutus, vel 37
ſurdus contractu ſuo ſit læſus, ei, ſicut adoleſcenti, reſtitutionem in integrum concedendam eſſe [z]. quod ad apoplecticos, cæteroſque perpetuo morbo laborantes, quibus curator decerni poteſt, Socinus hîc extendit [a]: & nos ſequimur, ſi morbus ipſe cauſam læſionis dederit. [b]

NEQVE INFANS b. ¶ Infans † dicitur puer b
vſque ad ſeptennium [c]. quia licet vocem ante id 38
tempus habeat, tamen quòd omni ratione caret, non dicitur fari. Vox enim ſine ratione non dicitur vox. vnde & furioſus dicitur carere voce [d]. & qui inarticulatim loquitur, non cenſetur loqui [e]. & Fari, propriè eſt, cum aliquo ſenſu loqui. vnde fatum & faſti dies dicuntur. Infans † ergo duplici ratione ſtipulari non poteſt, 39
nempe quia in eo ratio deficit, id eſt conſenſus, & etiam vox intellectus ſignificatiua [f]. Vnde conſequens eſt, vt etiam ſi maior infante ſit, vt quia pupillus octo, vel nouem annorum, adhuc non eſſet ad celebrandam ſtipulationem admittendus, tanquam adhuc in eo deficeret conſenſus. Neque enim talis ætas aut ſcire, aut diſcernere poteſt [g]. Et † ideo lex ait, talem non intelli- 40
gere, quid agat [h]. Sed tamen ex benignitate quadam propter vtilitatem fauorabiliter hoc eis præſtitum eſt, vt ſtipulari poſsint [i]. Rectè igitur cen-

b l. j. in fi. de interdict. l. pen. de leg. tut.
c l. iij. de auctor. tut.
d l. cùm prætor. §. pen. de iudic.
e l. j. C. de ſent. ex breuic.
f l. ſed & ſi ſeruus. in fi. de arbi.
g l. mutus. de procur.
h l. mutum. de acq. hær.
i l. fin. de bon. poſſ. fur.
k l. diſcretis. C. qui teſt. fac.
l l. mut9. de iur. dot.
m l. qui id, q d. §. mutus. de don.
n l. ſi quis in graui. §. mutum. ad Syllan.
o gl. c. teſtes iij. q. ix. Doct. c. de teſtibus. extra, de teſtib.
p l. dabimus. de priuil. cred. l. cui eorũ. de poſtul. §. j. Inſt. de cura.
q l. ſeruo inuito. §. pen. ad Treb.
r l. Fulcinius. §. adeò. in fi. quib. ex cau. in poſ. eat
s l. j. §. fuit quæſitum. ad Trebel.
t d. §. j.
u d. l. qui id. q. et d. l. mutus.
x l. ſi curatorẽ. de in integ. reſti. C.
y d. l. ſeruo. §. pe.
z d. l. ſi curatorem.
a arg. l. ij. C. de cur. fur.
b arg. d. l. ſi quis in graui. §. mutum. verſ. ſed vbi. de S. C. Syllã.
c l. ſi infanti. C. de iur. delib. l. j. §. ſufficit. de admin. tut.
d l. ſancimus. C. ad Trebel. vbi Bal. & Corn.
e l. Labeo. in fin. de ſup. leg.
f l. mulier. vbi Bal. ij. eod.
g l. pupillus. de acq. hær.
h l. j. §. pen. ꝫ tit. j.
i §. pupillus Inſt. de inutil. ſtip.

cenſuit Caius poſſe eiuſmodi ætatis puerum ſtipulari rem pupilli ſaluam fore [a]. Et licet Accurſ. ſpeciale in illa ſtipulatione eſſe cenſeat, vt etiam infans admittatur, quem Bart. & pauci alij ſecuti
41 ſunt, tamẽ † receptior eſt eorum opinio, qui Caij reſponſum in pupillo intelligũt, nihilque ſpecialiter in ea ſtipulatione conſtitutum autumãt [b].

**audire inuicẽ debẽt. Si quis igitur a ex his vult ſtipulari, per A ſeruum præſentẽ ſtipuletur, & acquiret ei ex ſtipulatu actionem. Item ſi quis b obligari velit, iubeat: & erit QVOD IVSSV obligatus.**

Neq; enim vlla maior ratio ſuadet, vt infans ſibi ſtipuletur rem ſaluam fauore, quàm magnam pecuniæ quantitatem dari. Nam & conſentire non poteſt, vt ad legitima naturæ iura reducatur: & ideò reſcripto principali opus eſt, vt receptior ſe habet [c] ſententia: ꝗ ſi nihil ſpeciale lux induxit eo caſu, quo de abluenda eius perſonæ macula agitur, multò minus credi- B bile eſt hac in ſtipulatione id inducere voluiſſe [d].

a SI QVIS IGITVR a. ¶ Quamuis † ergo mu
42 tus, ſurdus, aut infans ſtipulari per ſe nõ poſsint, per ſeruum tamen poſſunt. Hincq́; apparet, eam
43 regulam limitari, qua traditum eſt, an † capere ſeruus poſsit, ex perſona domini diiudicandum eſſe [e]. Sed quænam eſt limitationis ratio? an quia tales nõ ſunt ſtipulationis incapaces, ſed ſolùm eis inſtrumentum vocis, vel auditus, vel conſenſus deeſt, quod per ſeruum ipſorum ſuppleri po- C teſt [f]? an quia ſatis eſt domino, eum acquiſitionis capacem eſſe, licet in ea ſpecie ex accidenti non ſit [g]? an quia tales perſonæ ꝓpter delictũ aliquod incapaces non ſunt? nec enim naturæ quicquam imputandũ eſt: meritò eis acquiri ꝑ ſeruũ poteſt, qđ aliàs per ſe non poſſet [h]. idq́; & Bart. cenſuit [i]. Qua † ratione fuerũt q exiſtimarẽt ſeruo poſthu
44 mi alieni iure veteri legari potuiſſe [k], tametſi ipſi domino nõ poſſet [l]. Corrigebatur enim incertitudinis ratio per ſerui perſonam, quæ certa erat. D

b ITEM SI QVIS b. ¶ Vt † ergo quis oblige
45 tur actione *Quod iuſſu*, ſatis eſt, ſi iuſſus ex ſcripto interuenerit [m]. qđ ſecùs eſt in auctoritate. Ea enim præſtari à tutore, vel curatore expreſsim, id eſt, prolatis verbis, debet [n]. vnde præſentia & taciturnitas non ſufficerent, niſi in conſequentiam aliquorum verborum ſaltem interponeretur [o]. quod clariùs procederet, quando lex municipalis requireret parabolam. intelligitur enim hæc vox ex vulgari ſermone de auctoritate verbis in- E
I. terpoſita [p]. Sed † quid, ſi conſenſum requireret?
46 quid ſi licentiam? & Ioan. And. Lapuſque exiſtimarunt, expreſsionẽ verborũ eſſe neceſſariam [q]. Ego diſtinguendum arbitror, an conſenſus, vel licentia loco auctoritatis requiratur, & vera ſit ſuprà ſcripta ſententia: aliàs ſufficiat, quomodo-
47 cunque de voluntate conſtet [r]. videtur † autem conſenſus per modum auctoritatis requiri, quoties expreſsim ꝓ forma in ipſo actu requiritur [s], vel ab eo præſtandus eſt, cuius nihil intereſt, vt F cùm agnatus cõtractibus mulierum conſentit [t]. videtur enim id à ſtatuto requiri, vt imbecillitas
II. fœminei ſexus ſuppleatur. Sed † qđ in adoptio-
48 nibus? an neceſſarius erit expreſſus conſenſus? & Accurſius cenſuit eſſe: quia lex requirit, vt is, qui adoptat, roget, an is, quem adoptaturus eſt, iuſtus ſibi filius eſſe velit [u]? Vnde † arrogatio inter
49 abſentes fieri non poteſt [x]. Fuêre tamen, qui contradicerent: quia non ſequitur, lex vult filium rogari, ergo verbis rogandus eſt. Quid ſi epiſtola?

a l. ſeruum. rem pup. ſal.
b Mar. Pet. Bal. Imol. Rõ. Alex. Mod. omnes.
c l. iubem9. vbi Dd. C. de eman. lib. Curt. conſ. 55.
d l. iuſtiſsimè. ĩ prin. de ædil. ed.
e l. ſi mihi & tibi. §. regula. de leg. j.
f §. ei, qui. Inſt. de inutil. ſtipul.
g l. debitor. §. fi. de leg. ij.
h l. Antiſtius. in fi. vbi gl. de acq. hæred.
i l. Labeo. §. j. de vſucap.
k l. eius ſeruũ. vbi Bar. de hær. inſt.
l §. poſthumo. Inſt. de leg. l. Gallus. de liberis & poſthum.
m l. j. reſpon. ij. quod iuſſu. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. §. pater. de acquir. hæred.
n l. j. in fi. de tut. l. 3. de auct. tut.
o l. is, qui hæres. in fi. de acq. hæred. vbi Bal. Aret. l. Gallus. de lib. & poſth.
p Bal. conſ. 213. in ij.
q c. ſi abbatem. de elect. in 6. Lapus allegat. 86. Bal. l. obſeruare. §. poſthæc. in fi. de offic. procon.
r l. ij. §. voluntatem. ſolut. matr. vbi Aret.
s Butr. c. cũ conſuetudinis. de conſuetud.
t Bald. l. ſi vxorem. C. de cond. inſer.
u l. ij. de adopt. Aretin. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. de acq. hæred.
x l. poſt mortẽ. §. fin. eod. tit.

quid ſi nutu? vel quoquo alio ſigno [y]? alibi certè lex ſimplicem voluntatem requirit [z]. vnde tacita videtur ſufficere [a]. Mihi in arrogatione probabilior videtur prior opinio: in ſimplici verò adoptione hæc poſterior, niſi quòd in patre naturali,

**L. 1. Stipulatio non poteſt.**

qui loqui non poſsit, ſufficit, ſi quoquo modo conſentiat [b]. Quid † autem III.
in iuramento ſit, nõ 50
modica eſt altercatio. Et exiſtimarunt veteres in eo neceſſariam eſſe verborũ conceptionem [c]: quia lex verbum pro iureiurando accipit [d]: & quia iurare diffinimus eſſe aliquid Deo teſte dicere [e]: & iuramentum eſſe ipſius iurantis vocem [f]. Quod intelligit Caſtren. Aretin. Alex. hîc in eo verum eſſe, qui loqui ſciat [g]: aliàs in muto admittetur iuramentum etiam citra expreſsionem verborum. nam & in matrimonio idem receptum eſt, vt in eo qui loqui poſsit, neceſſaria ſint verba, alioquin ſufficiat tacitus conſenſus [h]. Sed † ego Pontificiorum ſententiam magis 51
probo, qui indiſtinctè non eſſe neceſſariam verborum expreſsionem in iuramẽto cenſuerunt [i]. quoniam nulla hoc lege conſtitutum reperitur. Lex enim non verbum pro iureiurando accipit, vt vulgò traditum eſt, ſed potiùs pro fide publica, & ſecuritate, quam præſes alicui ad tempus concedit [k]. quod ex nouella, & Græco autographo ſatis oſtẽditur. Suadet hoc & ratio. Cùm † e- 52
nim iuramentum Deo principaliter præſtetur, non eſt credendum, formulam verborum vllam ab eo requiri, ſed nudam mentẽ, ſeu conſenſum [l]. vnde † & per nuntium, & epiſtolam iuramẽtum 53
præſtari poteſt [m]. Et hâc ego ſententiam ſequor, quam & forenſium operarũ vſus approbat. Sed † quid in teſte dicendum? & ſi pro teſtimonio ſo IIII.
lam ſcripturam adfert, non eſt dubium non pro- 54
bare [n]. Quòd ſi expreſsis verbis iurauerit, deinde ſcripturam afferat, cenſuit Bart. id fidei faciendæ ſufficere [o]. Contrà nõ pauci Pontificij [p]. quoniam iudex debet ad conſtãtiam, vel trepidationem aduertere [q]. Sed hæc ratio ſtiuola eſt: quia cùm fides teſtium in arbitrio iudicis plurimùm reſideat, admittẽdo huiuſmodi teſtimonium videtur nihil de teſtis probitate ambigere, ſeu propter qualitatem perſonæ, ſeu quia aliàs res ſibi comperta ſit [r]: ſatisq́; eſt in eo, qui loqui poſsit, iuramentum rectè præſtitum eſſe, cùm ipſa atteſtatio ad illud refetatur [s]. Meritò igitur Bartoli ſententiam ego ſequor [t], quam & forenſes operæ obſeruant, & noſtratium calculis receptior videtur. Quid † verò in ſententia? An in ea proferen- V.
da expreſsio verborum neceſſaria ſit, alibi attin- 55
gitur [u]. & pro regula traditur, eſſe neceſſariã, niſi quòd maiores iudices poſſunt per alium eã pronuntiare [x]. Illud non omittendum, legem † Iuſti VI.
niani, quę mandat, vt teſtator hæredes ſuos voce 56
nuncupet, obſeruatã cenſeri, ſi notarius ipſe teſtamentum legat, hæredisq́; inſtitutionem recitet, eiq́; teſtator conſenſum præſtet [y]. Videtur enim voce ſua teſtator nuncupaſſe, quod ſe præſente notarius iuſſu ſuo nuncupauit. Sanè † iure Cano 57
nico & alij caſus ſunt, quibus verborum expreſ-

y Bal. Nouel. d. §. ſi quis ita. §. eadem lege. Herc. hîc.
z l. in adoptionibus. eod. tit.
a d. §. voluntatem.
b l. ſi pater. 2. de adopt.
c Bald. Alb. Sal. Rom. hîc. Guil. Bart. Fulg. l. qui iuraſſe. de iureiur.
d §. ſed neque. in authent. de mand. princ.
e gloſ. 22. q. j. ſi ... ſumma.
f cap. & ſi Chriſtus. de iureiur.
g Alex. Iaſ. d. l. qui iuraſſe. Paulus & Rom. l. cerit. §. ſi neq; eod. tit.
h c. cùm apud. de ſponſal.
i Abb. & Corſ. in rubr. de iureiur. Bal. rubr. ff. eod. Pet. & Cin. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. Lancel. hîc.
k d. §. ſed neq;.
l c. erubeſcant. 32. diſt. 14. q. 5. ſi quid.
m glo. pen. c. vt circa. de elect. in 6.
n l. 3. §. item diuus. de teſtib. c. a nobis. qui matr. accuſ. c. teſtes. 3. q. 9.
o Bart. l. Theopompus. q pen. de do. præleg. Alexand. conſil. 96. in 2. p Abb. Feſin. cap. de teſtibus. de teſtibus. q l. de minore. §. tormenta. de quæſt. r l. 3. verſ. nam ſi careat. de teſtibus. s gl. l. minimè. de legib. Dd. l. ſi quando. C. de teſtib. gl. clem. j. de officio deleg. t arg. gl. 30. q. 5. qualis. u l. 1. & 2. C. de ſent. ex breu. recit. x c. fin. de reiudic. in 6. y l. iubemus. vbi gloſ. & Doctores. C. de teſtam.

ſio neceſſaria eſt, vt in baptiſmo[a], vt in chriſmate[b], vt in euchariſtia[c], vt in confeſsione[d], vt in abſolutione à ſententia excommunicationis[e], vt in electione[f], vt in collatione ordinum[g]: quos apud Pontificios locis ſuis explicatos reperies.

a c.pen. de baptiſ.
b c.illud. de con ſecra. diſt.ij. vbi Archid.
c c. de homine. c.cùm Marthæ. de celeb.miſſar.
d cap.quoniam pœnitet. de pœnit.diſt.j.
e c.cùm deſideres. de ſent.exc.
f c.eccleſia veſtra. de elect.
g c.j.de ſcrut.in ord.fac.

Prælectio Auenionenſis.

1 *Vbi conſtat aliquos ſimul collocatos fuiſſe, præſumitur in dubio, quòd ſe intellexerint, & vim ſermonis perceperint.*
2 *Præſentia teſtis in teſtamento an ſufficiat, ita quòd non requiratur intelligentia.*
3 *Teſtis ſi dicat quem ſciuiſſe, & interrogatus de ratione dicat, ſcio, quia fuit præſens, iſta ratio non eſt bona.*
4 *Verba ſunt de forma ſtipulationis.*
5 *Solennitas actus quãuis deficiat, tamen parit obligationẽ.*
6 *Si præſens præſenti porrigat epiſtolam in qua ſit interrogatio, & alter per aliam epiſtolam reſpondeat, an fiat ſtipulatio.*
7 *Nunquid poßint partes velle, quòd aliquis actus ſit ſtipulatio, non interueniente loquela.*
8 *Dictio, Perinde, quid importet.*
9 *Nominatus in iudicio & tacens, ſi permittit nomen ſuum ſcribi, conſentire videtur.*
10.11 *Nunquid pactum nudum veſtiatur calore iudicij.*
12 *Capacitas ſerui non conſideratur ſecundùm capacitatem domini.*
13 *Deportatus non eſt capax acquiſitionis ex legato.*
14 *Contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per confeßionem partis.*
15 *Si promitto tibi, quod promittam centum per ſtipulationem, & non promittam, ratione circuitus euitandi fingitur me promiſiſſe.*
16 *Promißio de vendendo continet factum.*
17 *Circuitus non euitatur, quando intereſt contrahentium vt circuitus ſeruetur.*
18 *An promittens centũ ſub pœna, videatur promiſiſſe pœnam.*
19 *Scribens ſe debere centum ex aliqua cauſa, licet non addat ſe promittere, intelligitur promittere.*
20 *Loqui, propriè non eſt ſcribere, & quid ſi ſtatuto prohibeatur cum bannito loqui, vtrum compræhendat ſcribentem epiſtolam. & num. 22. 23.*
21 *An ſtatutũ puniẽs facientẽ, puniat eũ qui facit per alium,*
24 *Quid in ſcribente, vel mittente.*
25 *Quare infans non poßit ſtipulari ſibi dari dotem maternam. & num. 25. 26. 27. 28. 29.*
30 *An infans ſibi poßit per ſtipulationem acquirere iocalia.*
31 *In ſtipulatione requiritur vox rationabilis & conſenſus.*
32 *Depoſitum eſt contractus, qui re contrahitur.*
33 *Sicut in ſcriptura notarij verbum Promiſit, importat ſtipulationem, ita etiam in priuata ſcriptura.*
34 *Præſentia partium præſumitur in priuata ſcriptura.*
35 *Surdus audiens ſolum ſonum verborum, ſed non percipiens ex verbis ſenſum, poterit ſtipulari, ſi nutu vel alio ſigno ſenſum percipiat.*
36 *Verborum obligationis diffinitio.*
37 *Stipulatio an ſit iuris vel facti. & num. 38. 39. 41.*
40 *Pactum & ſtipulatio differunt.*
42 *Vnde ſtipulatio nomen habeat.*
43 *Stipulatio ſi reperitur facta, præſumitur facta ab eo ad cuius vtilitatem ſpectabat.*
44 *Seruitutes vrbanæ à ruſticis diſtinguuntur, denominanturq́; ſecundùm naturam fundi prædominantis tanquam à digniori.*
45 *Denominatio rei fit à digniori in nominibus ſpecialibus, ſecùs in generalibus.*
46 *In ſtipulatione ſermo ita operatur, ne requiratur viſus.*
47 *Teſtis, qui cùm non viderit, dicit ſe interfuiſſe, an ex quo nõ perfectè deponit, probet: et an eò veniat puniẽdus.*
48 *Abeſſe dicitur, qui in rebus humanis amplius non eſt.*
49 *Dictio, In his, an ſit relatiua præcedentium cum omnibus qualitatibus.*
50 *Mutus ſolus poteſt iubere, ſecùs in pupillo.*
51 *Mutus & ſurdus nihil intelligentes, furioſis & infantibus æquiparantur.*
52 *Mutus & ſurdus ſi aliquod graue delictum eos admiſiſſe cõſtet, & præterea cõſtet eos quandoq; fuiſſe demẽtes, præſumitur ꝙ tẽpore cõmißi quoq; fuerint eiuſmodi.*
53 *Mutus & ſurdus aliqualem intellectum habentes, æquiparantur pupillo.*
54 *Quilibet, quamuis non habeat plenum intellectum, ſed ſit ſimplex, teſtari poteſt.*
55 *Surdus non habens perfectam intelligentiam, poteſt ſe et ſua offerre monaſterio.*
56.57. *An mutus & ſurdus, in his quæ ſunt extra patrimonium, æquiparẽtur adultis, & an poßint teſtari & vxorem ducere.*
58 *Mutus & ſurdus perfectum intellectum habentes, æquiparantur maiori xxv. annis.*
59 *Mutis, ſurdis, & mente captis, qui rebus ſuis supereſſe nõ poſſunt, dandus eſt curator.*
60 *Mutus & ſurdus an appellatione infirmorũ comprehendantur.*
61 *Mutus non poteſt eſſe tutor.*
62 *Nec patrimus.*
63 *Mutus et ſurdus nõ poſſunt eſſe procuratores in iudicio.*

STIPVLATIO. In textu ibi, *niſi vtroq; loquente*, ſubaudi & ſermonis efficaciam intelligẽte, vt tenet Bar. & Mod. hîc. Ex quo nota, † ꝙ in dubio, vbi con- 1
ſtat aliquos ſimul collocutos, præſumitur, ꝙ ſe intellexerint, & efficaciã ſermonis perceperint. Idem tenet Imol. hîc, allegat in ſimili Bar. in l. diẽ proferre. §. coram. ff. de arbit. vbi † notarius dicat 2
actum tali præſente, intelligitur & intelligente. Adde quod not. gl. & Bal. in l. ſi tutor petitus. C. de peric. tut. vbi dicit, ꝙ regula quę habet, ꝙ ignorantia præſumitur, non habet locũ in præſente, quia talis præſumitur intellexiſſe. Adde etiam, cõtra deciſ. Bart. in d. §. coram. & in l. coram. ff. de verb. ſign. videntur duo vrgere. Primum eſt, quia teſtator debet teſtari teſtibus præſentibus. l. ſi vnus. C. de teſtam. & tamen in eis non requiritur intelligentia. l. qui teſtamento. §. fin. ſ. de teſtam. Secundum eſt, † quia ſi teſtis dicat talem ſciuiſſe, 3
& interrogatus de ratione dicat, ſcio, qa fui præſens, iſta ratio non eſt bona: quia præſentia alterius non includit neceſſariò ſcientiam, vt dicit Bart. in l. j. ff. de autor. tut. & eſt communis opin. vt per Alex. in l. ij. §. fin. ff. ſolut. matr. Ergo idem erat dicendum in notario, vt per Bart. & alios in l. j. C. de vſuris. Vnde in caſu Bartoli credo, quòd ille notarius poſſet excuſari à falſo: nam falſum non committitur ſine dolo. l. nec exemplum. C. de falſis. & quælibet cauſa excuſat à dolo. l. igitur. ff. de lib. cauſa. In caſu autem noſtro nõ videtur erraſſe, qui præſumptionem iuris ſecutus eſt, de qua in d. l. ſi tutor. Faciunt in ſimili quæ cumulat D. Bart. Veronenſis in conſil. xxj. in vol. crim. Et circa illam quæſtionem Bart. vide etiam Fel. in rubr. de conſtitut. in vj. colum. In textu ibi, *non poteſt*. Nota, quòd † verba ſunt de forma[a] ſtipula- 4
tionis. Iſtud ſic probatur. Nam negatiua antepoſita verbo *poteſt*, abnegat omnem potentiam, & reddit actum ipſo iure nullum. c. j. in gl. de regul. iuris. libro vj. vnde dicitur forma. l. j. ff. de liberis & poſthum. Adde quòd ex iſto textu confunditur doctrina Bartol. in l. cùm lex. ff. de fideiuſſoribus. in ij. colum. vbi dicit, quòd quando text. vtitur verbo præſenti, *non poteſt*, tunc nõ aſsiſtit, nec

a De forma vide latè per Fel. c. cũ dilecta. extrà, de reſcript. in ij. char.



reſiſtit actui, vnde oritur obligatio naturalis. per l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. eod. Nam in noſtro caſu lex vtitur verbo pręſentis temporis, & tamẽ non oritur naturalis. §. ſi quis ita. ſ. eod. Tu tene contra Bar. in d. l. cùm lex. Non obſt. §. alteri: quia reſponde ex mente Angeli & Imolę in d. l. cùm lex. ꝙ ibi erat defectus in materia: ſecùs in caſu noſtro, vbi eſt defectus formæ. Aliqui Mod. hîc per d. §. alteri. tenuerunt ꝙ etiam ex ſtipulatione nulla defectu formæ oritur naturalis obligatio. Mouentur per text. in l. obligari. ſ. de auct. tut. Nam ſecundùm eos, auctoritas tutoris eſt de forma, vt dicit Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. & tamen ea non interueniente oritur naturalis obligatio, vt ibi dicitur. Ad text. in §. *ſi quis ita*. reſpõdent, ꝙ ibi partes egerant, vt contractus non valeret, niſi in vim ſtipulationis: quę reſponſio eſt diuinatiua, & contra Bart. & alios ibi, & contra l. an inutilis. ff. de acceptil. Quare tu reſponde ad d. l. obligari. ꝙ ibi actus peccabat in ſo-
5 lennitate, non in forma †: & quamuis deficiat ſolennitas actus, parit naturalem obligationẽ. ita in terminis d. l. obligari. dicit Bal. in l. ad exactionem. C. de dot. promiſ. Facit quod idem not. in l. j. in iij. col. C. ſi ſeruus extero. & in rubr. C. de reſcind. vend. Et eſt ratio in promptu: nam forma eſt quid incluſum actui, & accedens ad ſubſtantiam, ſecundùm Bal. in c. j. de noua for. fidel. Sed ſolennitas eſt quid extrinſecum, & eſt quædam qualitas, qua actus fit ſolennis, vt dicit Bal. in l. etiam. C. de exec. rei iudi. Vnde maior eſt omiſsio actus intrinſeci, quàm extrinſeci, ſecundùm Bal. in c. dudum. de præſumpt. Confirmatur, quia forma requiritur in ipſo actu, ſolennitas poſt actum, ſecundùm Angel. conſ. lxxxvij. pro deciſ. in j. col. vnde deficiente forma actus ſemper eſt nullus. l. qui Romæ. §. Flauius. vbi Bal. ſ. eod. Secùs ſi deficiat ſolẽnitas, ſecundùm Aret. in c. tuis. extrà, de teſtib. & Mod. in l. ſi vniuerſi. C. de precib. Imper. offer. Adde etiam, ꝙ regula de verbo, *non poteſt*, ſuper qua Soc. & Iaſ. ſe fundant, non videtur vera[a], per text. in c. literas. de reſtit. ſpol. vbi Papa dicit, in nuptiis conſanguineorum nõ poſſe diſpenſari, & tamen poteſt, ſi vult, c. ſicut. xv. diſt. Facit l. in celebrandis. C. de nupt. Contra illam regulam etiam obſtat tex. in l. nemo poteſt. iuncta gl. ff. de leg. j. vbi poteſt in effectu.

a Ad iſtam regulã vide eundem authorẽ in 3. lib. Paradoxorum, c. 4.

Ex prædicto notabili infertur hîc ad j. q. quam
6 mouent Bal. Aret. & Mod. † an ſi præſens præſenti epiſtolam porrigat, in qua ſit interrogatio, & ille per aliam epiſtolam reſpondeat, ſit ſtipulatio. Ex iſto notab. infertur ꝙ non: quia ſi verba requiruntur pro forma, conſequens eſt, vt nõ ſufficiat epiſtola. & omnes hoc tenẽt, & eſt de mente Bar. in l. Titius. ff. de conſtit. pec. Sed obſtat text. in l. non figura. ſ. tit. j. Et licet Aret. hîc multum ſe inuoluat, tu dic quòd nihil facit: nam eatenus quis obligatur literis, quatenus poteſt obligari verbis, & quatenus placuit tantũ valere ſcripturam ſicut verba. Sed in caſu noſtro nõ placuit tantùm valere ſcripturam, ex quo verba requiruntur pro forma: & ſic verbũ quatenus, præſupponit eius correlatiuũ eatenus, vt eſt tex. in l. miles. in prin. ſ. de re iud. non autem debet interpretari quatenus, pro quia, prout facit gloſ. ſatis impropriè. Et iſtud dictum eſt verum, quando omnia verba ſcripta ſunt in epiſtola. Si verò dictum ſit, promittis: & in epiſtola ſcriptum ſit 100. aureos, & ipſe reſponderet, promitto, tunc hæc eſſet ſtipulatio, vt tenent Mod. hîc ꝑ gl. in l. triticum. ſ. eod. Dubito de iſta deciſione: quia quando aliquid fieri prohibetur, intelligitur ratione ſubſtantiæ, vt patet ex not. ꝑ Bart. in l. illa inſtitutio. in iij. col. ff. de hær. inſti. vbi in ratione captatoriæ inſtitutionis intelligitur prohibita eius ſubſtantia, non qualitas. Idem debet eſſe in caſu noſtro: nam nõ ſolùm verbum, promitto, eſt de forma, ſed etiã res quæ debet deduci in ſtipulationem: aliàs ſine re deducta ſtipulatio eſt nulla. facit qđ not. Abbas in c. pen. extrà, de baptiſ. Nec obſt. gl. in d. l. triticum. quia ibi ſtipulationis ſubſtãtia erat deducta in contractum per verba, licet non eius declaratio. Pro eorum tñ opin. facit text. in §. ſi quis ita. in verb. dabis. ſ. eod. Si quis autem diceret, promittis quod hac epiſtola continetur? clarum eſt valere ſtipulationem, per not. per Bart. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demonſt. & Soc. hîc.

L. j. Stipulatio nõ poteſt.

Sequens quæſtio eſt, † nunquid poſsint partes 7
velle, quòd aliquis actus ſit ſtipulatio, nõ interueniente loquela. Et videretur ꝙ ſic, ꝑ tex. in c. tuis. cũ ibi not. ꝑ Abb. extrà, de teſtib. Nam ſolennitati introductæ ob fauorem priuatũ, poteſt renunciari, vt ꝑ Iaſ. vbi alleg. concor. in l. nemo poteſt. in vij. col. de leg. j. Contrarium eſt verũ, per tex. in l. ſi inſulam. C. de præſcrip. verb. & quia legi inducenti formã nõ poteſt renunciari. gl. in l. à D. Pio. ff. de rit. nupt. cum ſimil. alleg. per Mod. in l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. Non obſt. dicta Abb. in d. c. tuis. quia non credo ꝙ iuramentum in teſte poſsit propriè dici ſolennitas, ſed eſt requiſitum ad veritatẽ magis indagandam reſpectu partiũ: aliàs ſolennitas ſubſtantialis reſpicit ius publicum. Bal. in auth. ſed nouo iur. C. ſi cert. pet. Aret. in l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſtam. Adde tñ ꝙ partes cogentur obſeruare dictum contractum ac ſi eſſet ſtipulatio, non in vim ſtipulationis, ſed in vim pacti. arg. not. per Bar. in l. non dubium. in fin. C. de teſtam. & Abb. in conſ. lxiiij. in iij. col. in j. vol. Et prædictũ notab. procedit in ſtipulatione vera, ſecùs in ficta, ſicut eſt ea, de qua dicũt Dd. loqui tex. in l. cùm oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſ. tut. Circa quẽ text. videtur cõmunis opin. Iac. de Aren. Ray. & Bal. ibi, ꝙ ꝓcedat in caſu ſuo tantũ, videlicet tribus concurrentibus, fauore pupilli, patientia in nominatione, & ſcriptura, vt hic per Mod. & idem etiam fauore reipubl. Et ſic poteſt intelligi qđ conſuluit Bald. in conſ. 337. in ij. vol.

Aduerte primò, ꝙ poſſet dici, ꝙ imò in caſu d. l. non fingatur ſtipulatio: quia nõ ſequitur, perinde tenentur ac ſi ſtipulatio facta eſſet, ergo tenen-
tur ex ſtipulatione: quia illa dictio, † *perinde*, im- 8
portans fictionẽ, reſpicit effectum obligationis, non autẽ modũ quo inducatur, & ſic contractum ſtipulationis. Facit, quia tutores inuicẽ tenẽtur, perinde ac ſi fideiuſsiſſent, l. j. §. nunc tractemus. de tutel. & rat. diſtrah. & tñ in illo caſu non fingitur ſtipulatio, ſecundùm Bar. in l. reos. ij. col. ſ. de duob. reis. Et iſtud ſuadetur ex fine legis, dum dicit eandem eſſe cauſam affirmatorũ: certè illi obligantur ex ſimplici affirmatione etiam citra ſtipulationem. l. eleganter. §. ſi. ff. de dolo. vbi agitur actione de dolo, ergo non competit vtilis ex ſtipulatu. l. ij. C. de dolo. Sequitur ergo, ꝙ in illa l. ſit ca-
ſus, † ꝙ in iudicio quis nominatus & tacens, & 9
permittens nomen ſuum ſcribi, videtur conſentire. faciunt not. ꝑ Fel. in c. quoniam cõtra. col. vij. de probat. Et confirmatur hæc opin. per tex. in l. ij. ff. ad municip. vbi quoties pater præſens nominationi filij tacet, tenetur tanquã fideiuſſor, & tñ credo, ꝙ tali caſu nõ præſumatur interueniſſe ſti

pulationem,per l.ij.C.de filiisf.lib.x.vbi etiam ſi
pater appellet, tenetur: certè in appellatione nō
poteſt præſumi ſtipulatio. Non obſt.ſi diceretur,
ꝙ cùm lex obliget eum tanꝗ fideiuſſorem, ſequi-
tur ꝙ fingat interueniſſe ſtipulationē, ex quo ſti-
pulatio aliter non inducitur.l.blanditus.C.de fi-
deiuſſ.& lex fingēs fideiuſsionē,præſumitur ſin-
xiſſe omnia præcedentia.l.illud. ff.de acq.hær. l.
ad rem.ff.de procur. Reſponde per doctr.Bart.in
l.reos.ĵ.de duob.reis.in j.col. vbi reus debēdi vi-
detur fideiubere ꝓ alio. Non obſt. ꝙ non interue
nerint verba d.l.blanditus. quia illud ꝓcedit in
fideiuſsione expreſſa: ſecùs in tacita, vt tenet Dy
nus hîc. facit qđ not.Bal.in l.fi. C.de legit.tut.&
Alex.in l.ſi conſtante.ff.ſol.mat. vbi ſolennitas ꝗ
requiritur alienanti rem immobilem, ꝓcedit in
alienatione expreſſa: ſecùs in tacita, puta legali,
qualis eſt illa qua tenētur inuecta & illata in do-
mum conductā: & eſt communis opin. de qua p
Mod.in l.item quia.ff.de pactis.facit qđ in ſimili
not.Corn.conſ.254. in 4.col. in j.vol.[a] vbi ſtante
ſtatuto ꝙ fœmina non obligatur ſine conſenſu a-
gnati, tale ſtatutū non habebit locum in obliga-
tione tacita legali: veluti ſi defuncto primo viro
tranſeat ad ſecunda vota, & ſic in caſu quo tacitè
videatur eandē dotem dediſſe ſecundo viro: ſe-
cundùm diſtinct.traditam per Bart. in quæſt. ſua
incip. Mulier habens amplum patrimonium, eo
caſu obligata erit ad dotē, non obſtante dicto ſta
tuto.Pro communi opin.ꝙ in d.l.conſideratur fa
uor pupilli,facit qđ not.Dd.in d.l.ij. C.de filiisf.
lib.x.vbi dicunt,ꝙ ille tex.procedit fauore reipu
blicæ:ergo & fauor pupilli conſideratur in d.l.cū
oſtendimus. qui ſolet æquiparari reipubl.l.rem-
publicā. C.de iur.reipubl. lib.xj. & facit l.filiusf.
ſecundùm intellectū gl.ff.de tutel.Et iſta inferun
10 tur ad quæſt.†nunquid pactum nudum veſtiatur
calore iudicij.Et in hoc puncto fac regulā ꝙ non,
ꝑ text.in l.ſiue apud acta. C.de tranſact. & l.om-
nes qui vbi. §.in hac autē. C.de epiſc.& cler. Sed
ad l.ſiue apud acta.conatur reſpōdere Lud.Rom.
hîc cauillando text.vt dicit Alex. Tu clarè potes
reſpondere, ꝙ ille tex.procedit in contractu cor-
reſpectiuo,ſicut eſt tranſactio:nā talis contractus
difficiliùs fomentatur ꝗ pactum nudū.Iſtud pro-
batur tribus rationibus. Nam pactum nudum eſt
fortius, vnde ex pacto ſemper oritur exceptio. l.
iuriſgentium. §.ſed cū nulla. ff.de pact. Sed tñ ſe-
cùs in pacto correſpectiuo. l. ſi pecuniam. ff. de
cond.ob cauſ. Secundò, quia nos videmus,ꝙ ius
Can.fomentat pactum nudum. c.j.extrà,de pact.
& tñ nō fomentat pactum correſpectiuum,vt di-
cit Bald.in l.cùm quis.in x.col. C.de iuris & facti
igno.Et idem Bal.in l.ſiue apud acta. & ibi Mod.
Ferr.in ij.not.& Soc.in repet.rub.ſ̄.eod.in 4.col.

Tertiò, quia contractus correſpectiui genera-
liter ſunt debiliores pactis,ſecundùm Bal.in l.pe
tens. C.de pact.& Bart.in d.l.ſi pecuniā. & Mod.
in l.legem.C.de pact. vnde difficiliùs fomētatur.
Ad l.omnes qui vbi. quæ videtur obſtare illi com
muui opin. ꝙ pactum adiuuans iudicium veſtia-
tur,poſſet dici, ꝙ ibi requiritur ſolēnis ſtipulatio
in clericis: quia cùm in illis lex multa ſpecialia,
præſertim in caſu d.l.induxerit, voluit etiā aliud
inducere,vt ex pacto oriatur actio,tanquā veſtia-
tur calore iudicij: quia lex abhorret multa priui-
legia inducere.l.j.C.de dot.prom.imò alleuiatus
in vno, eſt grauatus in aliq. l.eum qui. ff.de iurei.
11 Puto tñ ꝙ verior ſit opin. ꝙ † pactum indiſtin-
ctè non veſtiatur calore iudicij, prout tenui ſ̄.in

a Vide ſimilem deciſ.per Soc.in conſil. 80. in 4. vol.& aliam ſi-mil. ponit Cor. conſil 185.in 3 co lum in 2 vol.

rubr.præſertim cùm nō debeamus recedere à re-
gula,iuxta gl.in l.omnis diffinitio.ĵ.de regul.iur.
& non adducatur aliquod fundamētum vrgens,
quicquid dixerit Alex.hîc, cuius rationi reſpon-
de vt hîc ꝑ Soc. Et in quantū D.Soc.hîc dicit, ꝙ ſi
quis præſens deſcriberet ſe fideiuſſorem, vel pa-
teretur ſe deſcribi, ꝙ fingeretur ſtipulatio, indu-
cendo text.in §.fin.Inſt.de fideiuſſ.non videtur ꝙ
iſta opin.neq; diſputando poſsit defendi: quia il
A la præſumptio,de qua in d.§.fin.admittit proba-
tionem in contrarium, vt firmat Bal.Nouel. in l.
ſciendum.ĵ.eod.& in ſuo tract.dot.in vj.par.prin
cipali,in j.priuileg. in ij.col. Item partes nō poſ-
ſunt facere,vt illud quod non eſt ſtipulatio, ſit ſti
pulatio:nec poſſunt renunciare formæ, vt ſuprà
dixi: & facit quod Bar.notat in l.iuriſgentium.§.
quod ferè.ff.de pact.Certè attenta ratione Socini
poſſent,quod eſt abſurdum.

Secundò noto,† ꝙ capacitas ſerui nō conſide- 12
B ratur ſecundùm capacitatē domini: vnde infans,
ſurdus & mutus non poſſunt ipſi ſtipulari, & ſic
ſibi acquirere,& tñ per ſeruum poſſunt. Iſtud eſt
contra regul. l.ſi mihi & tibi. §.regula. ff.de leg.j.
cum ſimil. Reſpondet Iaſ. ꝙ imò infans eſt capax
reſpectu effectus, quia eſt capax acquiſitionis, li-
cet non poſsit ipſe ſtipulari.Iſtam reſponſionem
reprobāt Mod.hîc, quia deportatus eſt capax do
minij de iure gentium.l.j.vbi not.C.de hær.inſti.
& tamen non acquirit legatum ſibi factum p me-
C diam perſonam ſerui, quia ſeruus cenſetur inca-
pax.l.ſi deportati.ff.de legat.iij.Suſtinendo hanc
ſolutionem,quę eſt vera,reſponde ꝙ ille tex.non
facit in propoſito: quia pupillus,mutus,ſurdus,
ſunt capaces acquiſitionis ex ſtipulatione, licet
ex defectu accidenti non poſsint ſibi ſtipulari.
† Sed deportatus nō eſt capax acquiſitioni ex le- 13
gato,quia perdit ea quæ ſunt de iure ciuili.l.qui-
dam. ſerui.vbi Bart.ff.de pœn.& acquiſitio ex le-
gato eſt de iure ciuili, vt p Bart.in rubr. ff.de acq.
D hæred.& dex.in c.ius Quiritum.j.diſt.[b] Aduerte
tñ, quia ad iſtud obiectum aliter videtur reſpon-
dere Bar.in l.Labeo. §.j. ff.de vſuc. ꝙ regula d.l.ſi
mihi.procedat in domino, qui eſt incapax ratio-
ne delicti,nos autem loquimur in eo, qui eſt inca
pax ratione intellectus. Sed contra ſol.Bart.ob-
ſtant quatuor. Primò, quia iſta ratio delicti non
videtur conſiderari, ſed ſimpliciter attendimus,
an quis perdiderit ius acquirendi ex iure ciuili,
vel ne: vnde l.ſi deportati. ff.de legat.iij. nō pro-
E cedit in relegato qui deliquit, ſed non perdidit
ius acquirendi de iure ciuili.Secundò cōtra præ-
dictam ſolut. facit gl.not.in l.ſequitur. §.fructus.
ff.de vſucap. vbi dominus qui ex ſuo delicto non
præſcribit, tamen præſcribit per alium qui ſit in
bona fide. ita eſt gl.ibi, circa medium, verſic.alij,
vt Otho. quæ gloſ.eſt vera in caſu ſuo. Tertiò fa-
cit quod not.Alexand.in l.Gallus. in princ. ff.de
lib.& poſthum. vbi de iure veteri nō poteſt inſti-
tui ſeruus alieni poſthumi, quia dominus erat
F incapax,ergo & ſeruus.certè ibi dominus non e-
rat incapax ex delicto, & tamen Alex. ita intelli-
git dictam regulam. Quartò eſt tex.not.in l.debi
tor. §.fin. ff.de leg.ij.vbi dicit text.reſpectu capa-
citatis domini perſona: ad hoc enim inſpicitur,
vt ſit cum eo teſtamenti factio in genere,licet tūc
non ſit, vt declarat ibi Bart.qui text.dat ſolutio-
nem ad præſentem difficultatem.

Tertiò noto, quæ requiruntur in ſtipulatione
vera, iſta non habent locum in ſtipulatione fi-
cta:cuius quinque caſus enumerat Bartolus hîc.
Sed

b Adde gloſ.in l.j. in verſ. nſæ. ſ̄.de acquir.rer. dom. & in l.ex hoc iure. in ver. dominia. in fin. ff.de iuſt. & iur.



Sed pulcher articulus eſt videre, nunquid in illis
quinque caſib. numeratis per Bart. ſint introdu-
ctæ ſtipulationes per fictionem, an per præſum-
ptionem iuris & de iure.& gl.in c.is qui.extra de
ſponſal.videtur dicere quòd ſit per prępumptio-
nem iuris: quæ opin. iudicio meo ſolùm poteſt
procedere reſpectu l.cum de in rem verſo.ff.de v-
ſucap.quia in caſu illius l. poteſt probari ſtipula-
tionem non interueniſſe, & nullam obligationē
præceſsiſſe, vt dicit Cyn. in l. ſi certis annis in x.
quæſt.C.de pact.cum concor.per Alexand.conſ.
cxiij.in j. vol. Reſpectu verò aliorum caſuum,cre
do quòd ſit fictio, ex quo lex loquitur affirmati-
uè,non ſe fundando in præſumptionibus.& vti-
14 litas eſt magna:† quia contra præſumptionem iu
ris & de iure admittitur probatio in contrarium
per confeſsionem partis.glo.in auth.ſed iam ne-
ceſſe.C.de donatio.propter nupt.& alijs caſibus
notatis per Alexand. in l.à diuo Pio.§.ſi pignorà.
15 ff.de re iud.Adde vltra Bart.vnum caſum.† Quòd
ſi ego promitto tibi, quòd promittam cētum per
ſtipulationem:ſi non promittam, ratione circui-
tus euitandi fingitur promiſiſſe[a], vt tenet Ioan.
And.in additione Specu.in rub. de obli.& ſolut.
in j. colū. refert & ſequitur Alexan.in l.cum fun-
dus.§. ſeruum tuum imprudens.ff. ſi cert. pet. Et
pro hoc inferunt Moder.Bon.ſe conſuluiſſe Me-
diolani in caſu in quo facta erat promiſsio de vē-
dendo pro centum, & alius contrahens promiſe
rat de emendo, & cum venditor poſſediſſet diu,
ille emptor dicebat quod ex illis verbis erat con
tracta venditio, & propterea volebat quòd com-
putaret fructus in ſortem. Moder. conſuluerunt
pro emptore, per ſupradictam rationem euitan-
di circuitus. Adde quòd iſta deciſio eſt nimis ri-
goroſa,iuxta text.in l.ſi ſeruum.§. ſequitur. ĵ. eo.
& credo quod de iure non ſit vera. Moueor pri-
mò per gl.& ibi Docto.in l.in bonæ fidei.ff.de eo
quod certo loco.& gl. in c.pen. §.fin.de elect.lib.
vj.cum not. per Iaſ. & Soc. in l. ſi ante nuptias.ff.
ſol. mat. vbi aliud eſt promiſsio de vendendo, a-
liud eſt venditio. Reſpondent Moder.illud pro-
cedere in cōtractu reciproco: quia quamuis pro-
mittam vendere, niſi tu emas, impoſsibile eſt ꝙ
ſit venditio.Adde quod hoc videtur tenere Paul.
de Caſt.in l.ſi hęres.§.quod tamen.ff.de eo quod
certo loco.Iſta reſponſio non eſt bona:quia dona
tio non eſt contractus reciprocus,& tamen aliud
eſt donare, aliud promittere de donando, vt eſt
gl. in §. aliæ. vbi Ioan. Fab.Inſt.de dona.vnde l.ſi
quis argentum.C. de donat. non habet locum in
promiſsione de donando, vt tenet Salic. in l. ij.
C.de condict.ob cau.Imol. in l. in ædibus. §. j. ff.
de dona.Ang.in d.§.aliæ.Alexan. in l. iuriſgenti-
um.in prin.ff.de pact.Io.Bap.de S.Seuer.in tract.
de pac.in vj.q.col.pen. & eſt communis opin.Se
16 cundò facit,† quia promiſsio de vendendo conti
net factum,& idcirco eſt incerta, vnde ex ea agi-
tur actione ex ſtipulatu. Sed ipſa venditio in do-
mino vendente importat dationem: vnde inter-
ueniente ſtipulatione eſſet agendum certi con-
dictione, nec vna transfunditur in effectum alte-
rius.arg.l.ſi quis ſtipul.ſit Stichum.§.fin. ĵ. eo.vbi
promittens de fideiubendo non dicitur fideiubē
re:vnde ex quo eſt obligatus ad factum,ſimplici-
ter condemnatur ad intereſſe. Tertiò facit, quia
ratio per quam mouentur præfati Do. non vide-
17 tur bona,nec militare in caſu noſtro:† nam circui
tus non euitatur quando intereſt contrahētium
vt circuitus ſeruetur.l.ſi vſusf. mihi. ff. vſuf. quo.

a Vide Ray.in petit.§. Cato.in ult.not.

caue. ꝙ eſt in caſu noſtro: quia fortaſſe venditor
mauult ſoluere intereſſe, quo caſu liberatur, ex
quo ſumus in ꝓmiſsione facti.l.ſtipulationes nō
diuid.verſ.Celſus.ĵ.eo. quæ ratio ceſſat in caſu ſ̄.
alleg.deciſ.Io.And.quia ille ibi promiſerat de ob
ligando ſe in centum,certè intereſſe ſtatim eſt li-
quidum:non enim poteſt intereſſe minus centū.
l.numis.ff.de in lit.iur.vbi Bal.[b] Secundus caſus
in quo lex fingit ſtipulationem, eſt in l.ſi ita ſtipu
A latus. ff. de oper. lib. & ita tenet Imol. in l.ſi quis
enim.§.ſi.ff.de vulg.Alex. in l. Gallus.in princ.in
vj.col.ff.de lib.& poſthum.Alex.&Mod.in l.ſi pa
cto quo pœnam. C. de pac. Tertius caſus eſt in l.
reſcriptum.§.ſi pacto. vbi gl. ff. de pact.† vbi ſi ꝓ- 18
mitto tibi certum ſub pœna, videor ꝓmiſiſſe pœ-
nam.Adde ꝙ iſto caſu non eſt verum fingi ſtipula
tionem,quicquid dicant Mod.imò ex interpreta
tione verborū reſultat ſtipulatio: vnde nō eſt per
fictionem, qa interpretatio reſpicit veritatē reſul
B tantem ex verbis.l.Gallus §. etiam ſi parēte.ff.de
lib.& poſth.l.fi. ff. de cenſ. Et iſtud fuit ex mente
Bal.ibi inferētis ſimilem quæſtionem ad ſtatuta:
certè ſtatuta non intelligūtur in caſu ficto. l. iij.§.
hæc verba.ff. de neg.geſt. Quartus caſus eſt in l.[c]
à ſententia.vbi Bar. & Bal.ff.de teſta.tut.in fi.† v- 19
bi ſcribens ſe debere cētum ex aliqua cauſa,licet
non addat ſe promittere,intelligitur promittere.
Adde ꝙ hîc, ꝓpriè nō fingitur ſtipulatio,vt dicūt
Mod. nec credo ꝙ poſsit iſto caſu agi ex ſtipula-
C tu,nec Bar.hoc dicit,ſed agetur actione competē
te ex cauſa expreſſā. Quintus caſus eſt in l.quam-
uis.§.pen.ff.ad Velleia.Sextus caſus eſt quem al-
legat Lud.Rom.in l.iij.§.item ſciendum.ff. ſi cui
plus quā per l.Falc. Septimus eſt de conſecr.diſt.
iiij.c.j.& ibi gl.in verb. cautione. Octauus in l.ij.
ff.ad muni.de quo ſ̄.dixi in j.not.Nonus in l.ſi fi-
lius. ſ̄.de tutel.Not.quarto,† quod propriè loqui 20
non dicitur ſcribi.ad idem tex.in l. miles ad ſoro
rem.ff. de leg. ij. Ex hoc infertur ad quæſtionem
D ſtatuti prohibentis loqui cum bannito,vtrum cō
pręhendat ſcribentem epiſtolam.& iſte tex.facit
ꝙ non:& ita tenet Bal.& alij, & eſt communis o-
pin. Si verò eſſet eadem ratio de loquente ad ſcri
bentem, vigore extenſionis quæ ſit in ſtatutis eſt
ſecus, præſertim ſi aliàs ſtatutum de facili poſsit
eludi,vt per gl.in c.quanquam.de vſur. lib. vj. &
per Alex.hîc,à quo nec Mod.diſſentiunt. Aduer-
te primò,in quantū Alex.hîc dicit iſtam quęſtio-
nem non differre ab ea, † an ſtatutum puniens fa 21
E cientem,puniat eum qui facit per alium:nā iſtud
dicit quia æquiparatur, ſeu quis faciat per epiſto
lam,ſeu per alium, vt per nūcium,vt dicit Bal. in
l.multum in vlt.col.C.ſi quis alte.Vnde ſtāte hoc
aſſumpto,poſſet generaliter dici, ꝙ ſtatutum ꝓ-
hibens loqui,comprædendat etiam ſcribentem:
ſicut nos videmus ꝙ lex pœnalis loquens in faci
ente vel contrahente, habet locum in eo qui con
trahit per nuncium: quia tūc dñs dicitur propriè
facere, ex quo verba concipiunt in eius perſonā,
F & nūcius eſt tanquam pica: ſecus ſi faciat per ꝓ-
curatorē, quia procurator cōcipit verba in ꝓpria
perſona,per diſtinctionem Bar.in l.ſi is qui ꝓ em
ptore. in pen.char. de vſuca. & ibi Imol. & Alex.
in l.iij.§.ſi procurator.ff.quod quiſq; iu.[d] quantū
enim ſit reſpectu iuris inde reſultantis,dicit verè
facere:vnde lex pœnalis habet locum in tali caſu.
fa.l.diuus.§.ſcribere.ff.de fal.Secundò aduerte,† 22
quia data communi opinione pro vera,ꝙ ſtatutū
nō cōpræhendat loquentē per nūciū niſi per ex-
tenſionē,certè in caſu noſtro alloquens per nun-

L.j. Stipulatio non poteſt.

b Contra eandē opin.etiam facit quod notāt Cano.in c. ſi. extra de ſponſal.

c Ad illum tex. vide omnino Flori in l. cū de indebito.§. j.ff. de proba.

d De hoc vide latè per moder. in repet. l. Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.

cium ſemper cõprȩhenderetur:quia etiam in pœnalib.ſemper fit extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam,vt per gl.in auth.minoris.C.q tut.& in Cle.j.in verb.eligantur.de elect.Alex.in l.ij.ff.de leg.j.Mod.in rub.ff.de re iud.in ij.col.Et ita puto intelligẽdum ꝙ not.Bal.licet nõ firmet, in l.tranſigere. in v.col.C.de tranſ. vbi in ſtatutis ſemper ſit extenſio ad caſum in quo eſt maior ratio,etiam ſi imꝓpriè compræhendatur:vnde ſtatutum puniens furem, extenditur ad raptorem, qui eſt imꝓbior fure.l.ſi te.ff. de his qui not.infa. In ſimili ergo imꝓbior eſt mandans ipſo nũcio, quia & ipſe delinquit, & facit alium delinquere. l.in hoc iudicio. ibi, iuſtius eſt eum tenere. ff.de ſeru.corru.gl.in l.athletas.§.Pomponi⁹.ff. de his q not.infam. & in §.eos.in auth.vt iudi.ſine quoquo.ſuffra.vnde ſemper ſtatutum de loquẽte trahetur ad ſcribentem & mittẽtem nuncium, cum largo modo appellatione loquentis veniat ſcribens,vt j.dicam,& appellatione facientis veniat faciens per nuncium. xxx.q. v. c.j. Et iſtud tanto magis ꝓcedit in caſu p̃dicti ſtatuti,cuius ratio eſt ne aliquid machinetur cõtra rempub. vnde cùm militet fauor reipub. videretur ſtatutũ illud ſemper extendendũ,vt dicit Bar.in l.quemadmodũ. C.de agric.& cenſi.lib.xj. & Bal.in l.Gallus.§.qd ſi is.ff.de lib.& poſth.de quo vide per Are. in d.§. quid ſi is.non attingo hîc,quia eſt valde dubia q̃ſtio,& nõ eſt ſuus locus.Tertiò aduerte,quia iſte tex. nõ videtur ꝓbare id ꝙ dicunt Dd.hîc ad materiam dicti ſtatuti,ex quo hîc lex requirit ſimultàneum cõſenſum, ibi,*vtroq; loquente*. Item hîc requiritur ꝙ partes ſe exaudiant: q̃ qualitates non poſſunt cõuenire ſcribẽti.Nec etiã tex.in d.l.miles ad ſororem.ꝓbat:quia illa verba, *ac ſi defunctus cũ ea loquatur*,idcirco dicta ſunt, quia epiſtola erat data viuente milite, & aperta poſt eius mortem: vnde ꝓpriè loqui nõ dicitur ex quo erat mortu⁹. Et ſi intelligeremus ꝙ illa verba referrẽtur ad hæredem,ꝓut tenet gl. caſus eſſet magis clar⁹:quia iſtud nõ poteſt eſſe niſi per fictionem, ex quo lex habet ſermonem cum fideicommiſſario,tãquam
23 ſit habitus cum hærede.† Nõ puto tamẽ recedendum à communi opin. ꝙ ſcribens propriè loqui nõ dicitur:pro qua cõcluſione eſt tex.l.Labeo.ff. de ſupell.leg.ibi, *nam & vocis miniſterio vtimur*. & in fi.ibi, *nemo exiſtimandus eſt dixiſſe*. Certè in ſcribente nõ eſt neceſſaria vox: & licet quis dicatur dicere etiam in ſcriptis,in Clem.j.§.hęc eſt.de ſum.trin. & §.fi.Inſt.de vſu & hab. iſtud eſt largo modo, ſicut etiam in verb.audire.l.ſolet.ff.de offi.proc.& leg.ibi,*audi quid ſentiamus*.fa.c.fin.de conſecr.diſt.j. Quartò aduerte, quia contra communem opin.
24 videtur tenere Soc.hîc. † Nam non videtur tanta ratio in ſcribente vel mittente nuncium,ſicut in loquẽte,ex quo quotidie videmus,ꝙ multa ſunt quæ non audemus mandare in ſcriptis vel fidere nuncio: vnde cùm non ſit tanta ratio, non debet habere locum diſpoſitio.arg.l.cui pacto.ff.de ſer. export.& l. Papinianus exuli. de minor. & videtur probari in c. vbi periculum. §. nulli. de elect. lib.vj.ponderando dictionem, *Etiam*,quę inducit caſum magis dubitabilem.l.ij.C.famil.erciſ.Cõfirmatur iſta opin. quia longè efficacius quis trahitur in ſententiam per verba, quàm per epiſtolã vel nũcium.arg.l.ſi quis pręſens. ff.de arbit.& facit text.in l.vni.C.de offic. com.ſac.pal.Vnde videtur intentio ſtatuti fuiſſe,vt puniret caſum magis periculoſum reipub. ergo nõ eſt trahendum ad eum in quo eſt minor ratio.Tu tenendo communem, reſponde per text. in l.ij.§.ex his igitur. j.eod.vbi Soc.not.quòd quando aliquid introducitur ex aliqua ratione, ſemper fit extẽſio in ſimili caſu,licet in eo non militet tanta ratio: de quo ibi dicam. † Noto quintò, quòd infans ſtipulari 25
non poteſt:quod intellige,vt non poſſit ſtipulari ſibi dari dotem maternam.l.mulier.j.eod. Adde quòd non poterit rectè acquirere feudum, ex quo in inueſtitura,per quam acquiritur feudum,
A requiruntur verba,vt dicit Bal.in rub.ff.de rebus dub.in xx.q.quod not. quia prima facie quilibet diceret contrarium, tanquam princeps concedẽdo feudum videatur ſecum diſpenſare. per not. per Bal.in l.fi.vbi alleg.Old.in ij.col.C.ſent.reſc. non poſſ.de quo per eundẽ in c.j.de inueſt.feud. & per Doct. in l.quidam.ff.de re iud. † Habes er- 26
go rationem, cur infans ſtipulari nõ poſſit,quod eſt ex defectu loquelæ. Adde aliam ex defectu cõſenſus,vt dicit Bal.in d.l. mulier.Et propterea
B vbi deficit conſenſus, lex non attendit fauorem vel odium pupilli.facit tex.in l.vni.C.de falſ.moneta.& in l.pupillus ſi fari. ff.de acq.hær.& l. generali.C.de tab.lib. x.& cum careat ratione,non poteſt dici propriè loqui: quia principale in loquẽdo eſt intelligentia.l.Labeo. ff. de ſupel.leg. Ex quo vox eius qui ſine ratione loquitur,nõ dicitur ꝓpriè vox: vnde furioſus dicitur carere voce.l.ſancimus.vbi Bal.& Cor.C.ad Treb.per illũ text.† Contra iſtud not.obſt.tex.in l.ſeruus.ff.rẽ 27
C pupil.ſal.fore. Sed ad illum tex. reſpondet gl.Dicit Bart. & Aret. hîc, ꝙ ibi eſt ſpeciale fauore cõſeruãdæ rei pupillaris:& ita etiam tenet Paul. de Caſtr.hîc,& Bal. in l.donatarum. C. de acq. poſſ. Adde ꝙ iſta ratio nõ eſt bona,tum quia nõ fuit neceſſaria,tanta ſpecialitas,ex quo poterat ſtipulari per ſeruum.l.j.& ſeq.j. rem pupil.ſal.fore.tum quia,vt dixit Alex.nõ videtur ꝙ ſit maior ratio in cõſeruanda re minoris, quàm in acquirenda magnã pecunia,quę poſſet acquiri per ſtipulationẽ.
D Et licet iſta impugnatio Alex. poſſet morderi vltra alleg.hîc per Iaſ.per tex.in l. qui autẽ.in prin. ff.quæ in fraudem cred. tamen alio fundamento ego impugno dictam rationem ſpecialitatis.†Nã 14
nemini dubium eſt, ꝙ fauorabilior eſt perſona ipſius infantis quàm bona.l.belliſsimè.ff.de ædil. edict.l.j.§.& generaliter.ff.de vent.in poſ.mit.& tamen vbi agitur de augmẽto perſonæ & ſtatus, nõ poteſt ſtipulari,nec præſumitur cõſentire.† I- 15
ſtud probatur, quia infans nõ poteſt cõſentire le
E gitimationi de ſe factæ per patrem, vnde neceſſarium eſt reſcriptum principis per quod ſuppleatur cõſenſus,vt dicit Azo,Bar.& Bal. Ang.& Sal. in l. iubemus. C. de emanc. liber. Pet. de Anch. cõſi.ccxlij.ex tenore Fran. de Cur.conſ.xliiij.ſerioſa narratione.in iij.col.quicquid dixerit And. Sic.conſ.xxxiij.in ij. vol.Si ergo non poteſt conſentire legitimationi, multò minus alijs contractibus, cùm legitimatio reſpectu filij ſit longè fauorabilior.c.vndecũq;. vbi gl.lvj. diſt.in l.legem
F [a].C.de natur.lib.† Quare tu reſpõde ad d.l.ſeruũ. 28
quòd non loquitur in infante, ſed in pupillo, ꝓut tenuit Pet.Mar.& Bal.ibi,& Io.de Imol.Rom. & Alex.& omnes Mod.hîc,& eſt magis communis opinio:& facit, quòd cùm ibi dicatur,pupillus ſi fari poſſit, intelligitur rationabiliter, quia aliàs non diceretur fari.d.l.ſancimus.& facit tex. in l.j.§.ſufficit.ff.de adminiſt.tutorum.Vnde iura nunquam dicunt, infans ſi fari poſſit, ſed pupillus.l.pupillus.ff.de acquir.hære.† Nec obſtant il 29
la verba, quaſi eius ætatis ſit vt non intelligat ꝙ agat:

[a] Vide latiſsimè in l. ij. in prin. j. eod. per dominum meum.



agat:quia debet intelligi quòd erat proximus infantiæ,iuxta.§.pupillus. Inſti. de inutil.ſtip.& §. furioſum.in l.prima.ſ. tit. j. & aliquid intelligebat, licet nõ intelligeret quid agebat, id eſt, quid importaret[a] illa ſtipulatio,ex quo ſtipulans dicitur propriè agere, non contrahere. l. Labeo ſcribit.ff.de verb.ſignifi.& meritò Bal.ibi dicit,quòd non intelligebat illa verba ciuilia, ſicut eſt ſtipu-
30 latio.† Sed nunquid infans poſſit ſibi per ſtipulationem acquirere iocalia? dubium facit,quia poteſt acquirere eorum poſſeſsionem,ſecundũ Cynum,Baldum & alios in l.donatarum. C. de acq. poſſ. Credo quòd non poſſit ea ſtipulari ſibi dari:& eſt ratio differentiæ, quia in poſſeſsione ſatis eſt affectus.l.j.§.adipiſcimur.ſ.de acquir.poſſ.
31 † ſed in ſtipulatione requiritur vox rationabilis & cõſenſus,quicquid dixerint moderniores hîc. Ex prædictis notabilibus tangit hic Bart. quaſdã oppoſitiones. Aduerte, in quantum opponit de l.ea quę.ff.de donat.inter virum & vxor.& ſoluit vt hîc per eum. pro quo optimè facit l. Publia. in
32 fin.ff.depoſiti. † Nam depoſitum eſt contractus qui re contrahitur,& tamen probatur per ſcripturam,vt ibi.Adde quòd d.l.ea quæ.videtur proba-
33 re,† quòd ſicut in ſcriptura notarij verbum, promiſit,importat ſtipulationem, idẽ eſt in ſcriptura priuata.adde text.conformem in l.j.C.de contrah.& committ.ſtipul. & eſt gl.notab.amplians
34 prædicta in l.tutor.§. fin.ff.de vſur. † & ſic in ſcriptura priuata præſumitur præſentia partium, ꝓut etiam tenet gl.in d.l.j. & Bal.in l. optimam.C. eod.tit. Tu aduerte, quia iſta lex probat contra opinionem Ioan. de Imol. & Aret. in l. Titia.§.idem reſpondeo. ij. j. eod. vbi diſtinguunt,quòd aut ſcriptura priuata eſt talis quæ ſolet fieri inter præſentes,vt apodiſſa, & præſumitur præſentia: & ita procedit gl.in d. l. j. Aut ſolet fieri inter abſentes,vt epiſtola, & non præſumitur præſentia, & per conſequens ſtipulatio.l.optimã.C. de contrahen. ſtipul. in verbo, ſi inter præſentes actum eſt.Nam d.l.ea quæ. loquitur in epiſtola,& tamẽ præſumitur ſtipulatio,tenẽdo opinionem Imol. & Aret.quam puto veram.Limita, vt diſtinctio illa procedat in epiſtola in qua de pręſenti aliquid promittitur:ſed tex.in d.l.ea quę. loquitur de ꝓmiſsione aliàs facta, quando partes erant præſentes,ibi,quæ ſumma mihi numerata eſt. Præſumitur enim numerata ſolenniter. Et ex hoc confunditur vna deciſio Bald. nouell.in tract.de dote.in vj.parte.in x. priuil.in ij.col.vbi dicit, quòd ſi notarius ſcribat in inſtrumento fideiuſsionem eſſe factam de conſenſu partium, ſeu prout partes affirmauerunt, quòd non creditur,ex quo ſtipulatio non interuenit tempore conditi inſtrumẽti.per gl.in l.j.C. de fide inſtr.lib.x. Certè hoc non eſt verum, & confunditur ex d. l. ea quæ. & quia notarius probat de confeſsione partium facta coram ſe, & confeſsio probat ſtipulationem, d.l.ea quæ. vbi per Bart.Item dum Imol. & Aret. dicunt de apodiſſa,in qua præſumitur pręſentia, limita illud ꝓcedere quando apparet de cõſenſu vtriuſq; partis,tunc præſumitur conſenſiſſe in p̃ſentia. Secus ſi appareat niſi de cõſenſu alterius: & ſic poteſt ſaluari dictũ Paul. de Caſtr.in l.illud. in ij.colũ. C.de ſacroſan. eccle.Circa quæſtiones
35 Bar.aduerte.In quantum dicit † ꝙ ſurdus audiẽs ſolũ ſonũ verborum, ſed nõ percipiens ex verbis ſenſum,poterit ſtipulari,ſi nutu vel alio ſigno ſenſum percipiat.per tex.in §.ſi quis ita. j. eod. & in l.j.ſ.tit.j. in fi. vbi ſufficit aliqd ſignificari per interpretationẽ,l.& melius.facit tex.in §.fi.j.ead.l. L. 1. Stipulatio non poteſt.
Adde ꝙ cũ Bar.alij trãſeũt.Raph.Com.Hier.Tor. & Iaſ.hîc tenẽt contrariũ, & contrariũ etiã tenuerunt Mod.Bon. qui mouentur inducendo tex.in d.§.fi.j.ead.l.Nã data opi.Bar.ꝓ vera,ſequeretur, ꝙ ſi ego interrogo te græcè,& tu neſciẽs græcum reſpondeas latinè,& annuas capite, ꝙ abſq; alio interprete valeat ſtipulatio: ꝙ eſt cõtra illũ text. Tu reſponde,ꝙ imò ille tex. ꝓbat optimè intelle
A ctũ Bar.Nã ſi ego neſciã græcè loqui, & te interrogẽ latinè,tu reſpondeas gręcè,quantũ ad me ego nõ audio niſi ſonũ,& nõ intelligo.Idem eſt in caſu Bart. nec interpres ibi requiritur de ſubſtitutia ſtipulationis,ſed ſolũmodo ad intelligentiã.Vnde text. dicit ſufficere ſiue p me,ſiue p interpretẽ intelligã. Potero aũt intelligere per me ex nutu. Nec admittendus eſt ad illũ tex. intellectus Soc. hîc,ꝙ ille text. ꝓcedat ſpeciali fauore cõmerciorũ: quia lex nõ conſiderat iſtam ſpecialitatẽ,aliàs
B ille text. non procederet niſi in mercatore, ꝙ eſt abſurdũ.Cõtra eand.opin. Bar.ſecundò facit fundamentũ Iaſ. hîc: quia ſicut nõ dicitur legi niſi ꝙ corporeis oculis inſpicitur. l. j. in verſ. legi.ff.de his q̃ in teſt. del. ergo etiã non debet dici audiri, niſi verba intelligantur per organũ auditus,& nõ per nutũ. Sed iſta ratio eſt fragilis,& cõcludit oppoſitũ. Nã ſi legi dicitur ꝙ corporeis oculis inſpicitur,abſq; ꝙ intelligatur ex illa ſcriptura,vt in d. l.j.& eſt gl.vbi dñs Abb.in ꝓœm. decr.in iiij.col.
C pariformiter debet dici, audiri ꝙ reſpectu ſoni tãtũ auditur, licet nõ intelligatur. Tertiò facit alia ratio Iaſ. Nã partes debẽt ſe inuicem exaudire,vt hîc,& l.j.§.fit.ſ. tit.j.ponderãdo dictionẽ *ex*,q̃ auget.Reſpondeo, ꝙ ſatis dicitur exaudiri ꝙ ex ſono verborũ iũcto nutu intelligitur. Nã quamuis reperiatur prohibitũ ſtipulationẽ nutu concipi, nõ tñ cẽſetur prohibitus caſus mixtus, videlicet ꝙ cõcipiatur verbis,& intelligatur nutu.arg.not. per Barto. in l.certi condictio.§.quoniã.ff.ſi cert.
D pet.vbi ſi ſtatutũ prohibet probationẽ fieri per teſtes, ꝓbatio poterit fieri per inſtrumenta vnà cũ teſtibus.Quartò adducitur gl.in §.ſed & ſolẽnia. Inſt.de inut.ſtip. quã ſeqtur Bar. hîc.Sed reſpondeo,ꝙ in caſu noſtro declaratur illud ꝙ fit per verba verè ſignificantia, licet diuerſo idiomate: ſed in caſu gl.illud A.& B.nihil ſignificat.Nec obſt.ꝙ partes egerint vt ſignificaret, promittis,promitto: quia iſtud facere nõ potuerunt, ex quo verba iuriſgentiũ ſunt incõmutabilia. l. ſi quis in fundi
E vocab.ff. de leg. j. nec partes poſſunt fingere.l.& ſi fortè.ff.de caſt.[b] pec.In gl.j.in verb.oblig.Iſtam gl.repræhendit Bar.hîc:† & quia verborũ obliga- 36
tio eſt ius reſultãs ex ſtipulatione, non aũt ſtipulatio.Pro quo facit, quia definitio nõ debet definire p verba importantia ſuũ effectũ,vt dicit Bar. in l.j.in j.col.qñ reprobat definitionem Azo.j.de appell.Differt enĩ cauſa à ſuo cauſato,ſicut mater à filio, vt ibi per eum.Alex.ſaluat gl.& ſequuntur Mod.ꝙ ſtipulatió prout in eſſe deducitur,eſt con
F ceptio verborum.l. v. j. eod. Sed prout eſt in eſſe deducta, eſt verborum obligatio. Pro iſta ſaluatione adde quod not.Bar.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret.in viij.colum.ff.de pact.vbi videtur ſequi gl.hîc:& facit quod not.idem Bart.in l.j.in tertia colum.ſ.de acq.poſſ.vbi concludit,quòd melius eſt vt res definiatur prout eſt in eſſe deducta, quã prout in eſſe deducitur. allegat tex. Inſt. de obliga. in princip. ibi, *obligatio eſt iuris vinculum &c.*
Conſequenter hîc infertur notabilis quæſtio, † 37
An ſtipulatio ſit iuris vel facti:& communis opinio

[a] Facit d. l. pupillus ſi fari.ibi, licet eius ætatis ſit vt cauſam acquirendę hereditatis non intelligat.ff.de acq. hered.

[b] Adde Iaſ.in §. ſi in ij. not. j. co.

nio eſt ſecundum dicta hîc per Alex.quòd quate-
nus eſt in fieri, ſit facti. l. v.j. eo. Sed quatenus ſit
in eſſe deducta,ſit iuris.quam opin.tenet Paul.de
Caſtr.in rub.ſ.eod.Raph. Com.Lud. Rom. Iaco.
de Put.& Mod.in l.j.§.adipiſcimur. ff. de acquir.
poſſ.& Mod.in d.§. ſtipulatio. Et ꝓ iſta opin.ad-
ducitur,quia cõtractus ſunt facti.l. conſilio. in fi.
ff.de cura. fur. Sed ſtipulatio eſt contractus.l.j.ff.
de pact.Secundò adducitur tex.in d.l.v.§.ſtipula
tio. vbi ſtipulatio eſt verborum conceptio: quæ
verba ſonant in factum:& fortius probat ille tex.
conſiderando quòd illa ſunt verba definitionis,
& definitio reſpicit ſubſtãtiam [a].l.j.§. j. ff. de dol.

a Adde quòd de finitio eſt ſubſtã tiæ rei demonſtratio, ſecundũ Pan. in rub. de ſenté. excomm.

Tertiò probatur per tex.in l. j.§. adipiſcimur.vbi
eſt text.ꝙ ea quæ ſunt facti,poſſunt explicari per
pupillum ſine tutoris autoritate:ſecus in his quę
ſunt iuris. Sed ſtipulatio poteſt fieri per pupillũ
etiam ſine tutoris autoritate.l.ſeruum.ſ.rem pu-
pil. ſal. fore. §. pupillus.Inſt.de inut. ſtipul. ergo
38 ſequitur ꝙ eſt facti. † Contrarium videtur cõclu-
denter probari in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.
de pact.ibi, *in ſtipulationibus ius continetur, in pactis fa-
ctum verſatur*.Nam etiam pactum prout eſt in fieri,
eſt facti.d. l. conſilio. & prout eſt in eſſe deductũ,
eſt iuris.ex quo ex eo reſultat effectus iuris, id eſt
exceptio,quæ eſt iuris,vt dicit Bar. in l.ex hoc iu
re.verſ.ſed quæro.ff. de iuſt. & iur. Abb. & Mod.
in rub.extra de except. & tamen text. innuit eſſe
differentiam inter eos,ergo ſequitur quòd ſtipu-
39 latio nullo pacto ſit facti. † Qui vellet tenere con
trariam opinionem, poſſet reſpondere ad tex.in
l.conſilio. quòd ſtipulatio ſemper eſt nomen iu-
ris,& nõ dicitur ſtipulatio, niſi vbi eſt in eſſe de-
ducta,ꝙ oſtenditur arg.nominis.Nã ſumpſit no-
mẽ à firmitate,vt hîc in gl.& Inſtit. de obligatio-
nib. in princ. quæ firmitas illi non contingit niſi
vbi ſit perfecta.Non ita eſt in alijs contractib.qui
acceperunt nomina verbalia ab actu qui eſt in fie
ri,ſicut venditio à vendendo, quia vẽditur: & ſic
de alijs.Ad ſecundum,ſcilicet ad §.ſtipulatio.re-
ſpondetur. quòd ibi non eſt definitio,ſed deſcri-
ptio, ex quo deſcribit ſtipulationem per actum
quo introducitur, cùm tamen definitio reſpiciat
ſubſtantiam & effectum, prout in ſimili fecit Iu-
riſc.in bonorum poſſeſsione,l.iij. ff.de bon.poſſ.
& declarant Doctor. in rub.C. qui admit.vbi illa
verba, ius proſequendi, id eſt, ius propter quòd
proſequimur. Et facit pro iſta ſolut.quia debet
eſſe differentia à cauſa efficiẽti ad ipſum effectũ.
c.fin.de inſtit.c. dãnamus. de ſumma trinit.Abb.
in rub. extra de re iud. & Mod. in l.j. C. de ſeruis
fugit. Ergo conceptio verborum, quæ eſt cauſa
efficiens,& ipſa ſtipulatio quæ reſultat ex tali cõ
ceptione, debent eſſe diuerſa: & ſic non loqui-
tur ille text.de ſubſtantia ſtipulationis.Ad terti-
um reſpõdetur vt per gl.in d.§. adipiſcimur.quæ
ſubaudit dictionem *maximè*. Vel non ſubaudien-
do reſponde vt ibi per Raph.Com.& Lud.Rom.
quos referunt Mod. Non recedendo tamẽ à com
40 muni,reſponde ad d.§.pactus ne peteret. † quòd
differẽtia quæ ſit inter pactum & ſtipulationem,
procedit hoc modo: quia ſtipulatio eſt contra-
ctus iuris ciuilis, cuius potentior pars eſt forma,
vnde eſt efficacior:& conſequenter actus ciuilis
poteſt tollere alium ciuilem ipſo iure, ſed pactũ
eſt facti: cùm enim non corroboretur à iure ciui-
li, remanet in ſuis terminis, & ſic in mero pacto,
quod ſolum iure naturali parit exceptionem, vn
de non eſt efficax vt tollat ipſo iure. Facit, quia
nos videmus contractus iuriſgentium,qui de di-

recto non poterunt tolli, per ſtipulationem no-
uari ſolitos, & vbi erant nouati, per Aquilianam
ſtipulationem tolli.l.& ab vno. infrà de acceptil.
† Poteſt etiam teneri primus intellectus ad d. §. 41
pactus ne peteret. quòd in ſtipulatione ius verſe
tur,id eſt,actio, quæ eſt ius petẽdi in iudicio,&c.
vt Inſtit.de acti.in prin.In pactis verſatur factum,
id eſt, exceptio [b], quæ eo reſpectu dicitur facti,

b Adde Bald & Iaſo.in l.cum a[...]uus.ff. de pa.

quia non oppoſita nihil prodeſt. facit in ſimili ꝙ
A notat Bartol. & Moder. in l. à diuo Pio. §. j. ff. de
re iud.
In ead. gl. ibi, *genus à digniori*. Declara gl. hîc, vt
per Aret.Et aduerte, in quantum gl. dicit † quòd 42
ſtipulatio nominationem ſumit ab interrogante
tanquam à digniori, intellige ꝙ dicatur dignior,
tum quia interrogatio eſt caput & principium a-
ctus, vnde dignior.l.ij.ff.de orig. iur.l.cũ in diuer
ſis.ff.de rel. & ſumpt. fun.tum quia ſtipulatio eſt
pars actiua,reſponſio paſsiua.arg.notatorum per
B Bar.in l.j.ff.de reg.Cato.Non videtur tñ bona ra-
non ſit modicus, & conſiſtat in ſolis verbis, ſecũ- 21
A dum Paulum de Caſtro hîc, per l. quæ extrinſe-
cus. infrà eodem: & facit gloſſa in dicta l. cum an-
tiquitas. in verbo, ſuperflua. Vnde Angelus intel
ligit illam legem in actu prolato per modum cã-
tilenæ, de quo per modernos ibi.
Secũda cõcluſio eſt, ꝙ longũ interuallum viti-
at ſtipulationẽ. ita probatur hîc in ſecũdo reſpõ-
ſo à contrario ſenſu, & in l. continuus. in princ.
infrà eod. in l. duos. in fin. ĩ. tit. j. & eſt communis
opinio. Contrarium tenet gloſſa hîc in verbo, re-
B ſponſum. quæ concluſio videtur probari in l. ex
duobus. in princ. ĩ. in tit. j. † vbi reſponſio facta 22
die ſequenti, vitiat, quando actor diuertit ad ex-
tranea negocia: ergo ſecus ſi non diuertit. Et ita
tenuit Paulus de Caſtro hîc, & diſputatiuè iſta o-
pin. poſſet teneri. Non obſtat iſte tex. à contrario
ſenſu, quia hîc interuenerat contrarius actus, vi-
delicet diſceſſus. Non obſtat l. continuus. quia
poteſt dici, ꝙ incontinẽti ſemper dicatur facta re
ſponſio, qñ partes ad extranea negocia nõ deuene
C runt, vt per Bar. in l. in bonæ fidei. C. de pact. per
Bal. in l. j. in pen. col. C. qui admitt. † Et ſatis dici 23
tur actus cõtinuus, ex quo partes non receſſerũt
ad alios actus, vt dicit Paul. Caſt. hîc. Non obſtat
l. duos. quia ille text. non loquitur in ſtipulatio-
ne, ſed in conſtitutione duorum reorũ, & de in-
teruallo inter obligationem vnius rei, & obliga-
tionem alterius: qui caſus multum differt à ſtipu
latione: nam in duobus reis vbi præcedit ſtipula
tio perfecta, & incontinenti non ſequatur alterã,
D de facili præſumitur ꝙ prior ſit habita pro perfe-
cta, & quod de nouo ſtipulantes habeant animũ
contrahendi aliam obligationem penitus ſepa-
ratam: ſed vbi præcedit ſola interrogatio, ante-
quam ſit reſpõſum, non poteſt dici quòd partes
habuerint contractum pro abſoluto, quia ante re
ſponſionem perfici non potuit, vt in ſimili dicit
Soci. hîc, reſpondens ad l. ſi quis eũ. §. fi. & ſ. dixi.
Adde pro iſta reſponſione quod not. Aret. in con
ſil. lxxj. diligenter & maturè. in penul. col. vbi di
E cit, quòd aut præcedit actus qui eſt pars diſpoſi-
tionis ſequentis, & tunc actus neceſſarius natu-
ræ interueniens tollitur de medio, & actus dici-
tur continuatus. d. l. cum antiquitas. aut actus
neceſſarius naturæ interuenit inter alios actus
iam perfectos, & tunc ſecus, quia tales non di-
centur continui, & teſtis, qui ita diceret, eſſet fal
ſus. quæ eſt notabilis deciſio, ſi eſt vera: nam vi-
detur eſſe contra communem intelligentiam
Doct. in d. l. duos. §. fin. † Et ſic iſta gl. poſſet de- 24
F fendi, vt dixi, tamen non puto recedendum à
communi opin. Non obſtat tex. in d. l. ſi ex duo-
bus quia poſſet reſpõderi diſtinguendo, vt com
munis opinio procedat in dubio: quia ex longo
interuallo præſumitur digreſſum ad extranea
negocia: ſed ſi probaretur non eſſe digreſſum,
tunc ſecus, prout tenuit Aret. in d. l. continuus.
& moder. hîc. Sed iſta ſunt contra communem
opinionem, & etiam in puncto iuris non ſunt
vera, vt patet ex his quæ dixi in præcedenti con
cluſione: vnde reſponde ad illum text. vt ibi di-

xi. Limitatur iſta concluſio, quandò inter partes
actum eſſet vt daretur tempus ad deliberandum
ſuper reſponſionẽ : & ita videtur eſſe de mente
Alexan. in conſ. cvij. in vlt. col. in j. vol. allegat Io.
de Imol. in l. ſi ſtipuler. §. fin. j. eo. qui loquitur in
aliis contractibus non in ſtipulatione. Sed poſ-
ſet defendi iſta opinio, quia quòd incontinenti
reſpondeatur, non videtur propriè eſſe de for-
ma, ſed ſolùm quod præcedat interrogatio, ex
quo forma reſpicit ordinẽ, vt dixi ſuprà in prin. A
legis: vnde videtur, quòd partes poſsint renun-
ciare, ſtatuendo terminum ad deliberandum.
Nec obſtaret deciſio Bald. in tract. de conſtit. &
in rub. C. de conſtit. pec. & Alexand. hîc in ij. col.
quia procederent vbi expreſsè non eſſet actum
inter partes quòd valeret ſtipulatio. Quartò
25 not. † quòd iſta dictio *mox*, & ſimiles important
modicum temporis interuallum: de quo dic vt
hîc per Aret. qui infert ad multas quæſtiones.
Tu primò aduerte, in quantum Bart. dicit quòd B
dictio *mox*, aliter & aliter accipitur ſecundum
ſubiectam materiam: dic tamen quòd de ſui na-
tura importat modicum temporis interuallum,
vt eſt gl. in c. quia propter. de elect. Bartol. in l. j.
ff. ſi cer. pet. & Aret. in l. lex Cornelia. de vulg. &
pupill. Vnde ſi quis accuſatur quod fecerit inſul-
tum, & mox vulnus, intelligitur incontinenti,
& non poterit puniri niſi de vulnere, non de in-
ſultu, iuxta gloſſ. in l. qui de crimine. in verb. plu
rima. C. de accuſ. de quo per Bald. in l. diuortio. C
ff. ſol. matr. vbi etiam de iſta dictione plura per
26 Alexand. † Secundò aduerte, in quantum Bar-
tol. dicit, quòd quando iſta dictio *mox*, vel ſimi-
lis additur actui executiuo obligationis, impor
tat magnum aut paruum interuallum arbitrio iu
dicis. l. quod dicimus. infrà, de ſolut. fac. gloſſ. in
c. potuit. extra de loc. & quod not. Bal. in l. Gal-
lus. §. ille caſus. in j. colum. ff. de liber. & poſt-
hum. Adde quòd contra iſtam doctr. videtur fa-
cere quod not. Bald. in l. vnic. C. de ſuper exact. D
lib. x. vbi tex. dicit, quòd quicquid illicitum fue-
rit exactum per exactores, ab eis induplum erua-
tur, & prouincialibus mox reſtituatur: dicit ibi
Bart. quòd tamen iſti exactores debent habere
quadrimeſtre quod datur iudicatis, iuxta l. fin.
C. de vſur. rei iud. & ſic dictio *mox*, non facit rẽ ar
bitrariã iudici. Puto dicta per Bar. hîc procedere,
quandò iſta dictio applicatur actui executionis:
nam tunc fiet incontinenti, arbitrio tamen iudi-
cis, ne quis veniat cum ſacco paratus. & ita po- E
teſt procedere quod not. gl. & Bald. in l. ij. C. de
temp. ap. & ſequitur Rom. hîc. Vnde ſi in d. l. v-
nic. fuiſſet dictum, mox eruatur, fuiſſet tempus
arbitrariũ, vt ibi ſentit Bart. licet Bald. contrà, &
malè: ſed in text. illo dictio illa additur verbo re-
ſtitutionis, vnde prius pecunia erat eruenda, ſe-
cundum diſpoſitionem aliarum legum, & ſic
conceſſo quadrimeſtri: vbi verò eſſet exacta, de-
27 bebat reſtitui. † Et ex notatis hîc poteſt inferri
ad queſtionem ſtatuti dicentis, quòd conductor F
finita inueſtitura relaxet domino rem locatam
ſtatim & ſine exceptione: aliquis noluit relaxa-
re, & lata ſententia appellauit, fuit dubitatum
nunquid eſſet deferendum appellationi, tanquã
eſſet ſublata per ſtatutum. Et videbatur quòd ſic:
primò per deciſionem Baldi, Paul. de Caſtr. & Ia
ſon. in l. ij. C. vt lit. pend. vbi producens inſtru-
mentum prohibitum produci à ſtatuto ſub pœ-
na protinus exigenda, debebit incontinenti pu-
niri ſine alio proceſſu. Secundò facit deciſio Bal.
in addit. Spec. in tit. de arbit. in iiij. col. verſic. ſed
quid ſi ſtatutum. vbi ſi ſtatutum dicat quòd con-
tra laudum nulla exceptio poſsit opponi, cenſe
tur ſublata reductio ad arbitrium boni viri [a]. In
contrarium faciunt quæ not. Alexand. conſil.
cxiij. in vlt. col. in v. vol. vbi ſtante ſtatuto, quòd
ſi quis negauerit poſitiones, iudex compellat ne
gantem, omni exceptione remota, ad ſoluen-
dum certam pœnam infrà decem dies à tempo-
re, quo conſtiterit eas veras: dicit ibi Alexand.
quòd non cenſetur ſublata appellatio. Puto in
præcedenti quæſtione, ſi pars neget finitam in-
ueſtituram, vel aliquam qualitatem requiſitam à
ſtatuto, quòd licebit appellare, per not. per Bal.
in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clàm. Debet enim
conſtare, partem eſſe in caſu ſtatuti: & non dicit
conſtare niſi latæ ſint tres ſententiæ conformes,
vel vna quæ tranſierit in iudicatum. l. j. ff. de re
iud. Cle. j. eo. tit. Vnde ſi ſimus in caſu in quo ali-
ter conſtet partem eſſe in caſu ſtatuti, ſatis poteſt
dici per illa verba eſſe ſublatam appellationem.
Et hoc modo poſſent procedere allegata in con
trarium. Tertiò aduerte, in quantum dicit quòd
† verbum incontinenti, aliter accipitur in l. j. C. 28
vnde vi. & in l. idem. §. eum igitur. ff. de vi & vi
arm. declara diſtinguendo. † quia pro defenſio- 29
ne propria debet quis ſtatim in ipſo inſultu ſe
defendere: in defenſione verò rerum poteſt eti-
am infra aliquod tempus, vt etiam per moder. in
l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. Vnde ſi quis ſit deie-
ctus de fundo, poteſt venire in ciuitatem, & con
uocare amicos, & quamuis ſtet per biduum vel
triduum, ſi reuertatur ad recuperandam poſſeſ-
ſionem, dicetur incontinenti reuerſus. ita tenet
gloſſ. in d. §. eum igitur. Fortius tenuit Hugutio
antiquus doct. prima diſt. c. ius naturale. quòd
etiam ex qualitate rei & perſonæ poterit recupe
rare infrà decem annos: veluti ſi quis eſſet ſpolia
tus magno ſtatu, & interim præpararet per de-
cem annos, poteſt recuperare, & dicitur incon-
tinenti. idem tenet Bald. in l. fin. C. de his quæ à
non domino. Io. de Imol. Com. Aret. & Soci. hîc,
Angel. in §. recuperandæ. Inſtit. de inter. Feli. in
c. ſignificaſti. de homici. Ego dubito in puncto
iuris de iſta deciſione, & in contrarium primò
induco text. in d. §. eum igitur. vbi text. ponit
duos caſus quos ſimul æquiparat. Primus eſt,
ſi tu me velis armis deijcere, ego poſſum confe-
ſtim armis te repellere. Secundus eſt, ſi tu me ar-
mis deijcis, ego poſſum incontinenti armis te
deijcere: † certè ſicut in primo caſu illa dictio *con* 30
*feſtim*, intelligitur in ipſo actu certaminis, ita etiã
debet intelligi in ſecundo caſu in ipſo actu, non
aũt ex interuallo. arg. regulæ l. quamuis. C. de
impub. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Se-
cundò facit, quia lex concedit illud priuilegium
incontinenti, ne quis habeat experiri illo inter-
terdicto: debet ergo intelligi illa dictio, vt im-
portet breuius tempus quàm concedatur ex in-
terdicto: nam interdictum, quantum ad meram
pœnam, habet terminum anni l. j. in prin. ff. eo.
Ergo impoſsibile eſt quòd intelligatur ibi incon
tinenti, id eſt, vſq; ad decennium. Tertiò confun
ditur iſta opinio per text. in c. olim. el j. extra de
reſtit. ſpol. vbi text. declarans iſtam dictionem di
cit, *ſtatim ex quo vobis innotuit, vim vi duxiſtis repellendã*:
& ſic declaratur, nõ cumprimùm potuerint fieri
præparationes, ſed cumprimum innotuit. Quar
tò moueor autoritate gl. in §. recuperandæ. In-
ſtit. de inter. quã ibi ſequitur Io. Fab. qui intelli-
git

a Adde Iaſ. in l. iiij. §. Cato. in iij. q. j. eod.



git illud incontinenti, niſi de vno die: & ita te-
neo in puncto iuris, licet à cõmuni opinione in
practica non eſſet recedendum, quam tamen li-
mita duobus modis. Primo, vt non procedat qñ
non fecit neceſſaria præparamenta cumprimũ
potuit, ſecundum
Aret. & Socin. hîc.
Sed quid ſi habuit
etiam alias occu-
pationes, propter
quas ipſe ſuperſe-
dit à faciendis præparamentis? Fel. in d. c. ſignifi
caſti. ij. in antepen. col. tenet q; adhuc põt, quia
impedito non currit tempus. c. ex tranſmiſſa. de
præſcrip. & l. Cæſar. de publ. [a]. Sed iſtud non pu
to verum, q; tunc non eſſet incontinenti, vt lex
requirit. d. §. eum igitur. nec iſtæ occupationes
excuſant. d. l. continuus. & l. ait lex. §. fi. ff. ad leg.
Iul. de adul. niſi eſſent occupatiões, quibus pro-
uideri non poſſet, puta, quia fato acciderent. Se-
cundo limita, ſi à principio ſubſit ſpes recupera-
tionis, aliàs amplius non poteſt, quia amiſit ciui
lem poſſeſsionẽ. l. quod meo. §. fin. ff. de acquir.
poſ. vbi Alex. & alij not. Adde etiã pdictis quę di
cit Bal. in c. in literis. in j. col. extra de reſtit. ſpol.
31 † q; illi qui ſunt hoſtes publici, & vadũt latroci-
nãdo, ſi inuadãt caſtra aliena, poſſunt quãdocũq;
expelli etiã ex interuallo: quia etiam occidi poſ
ſent, cùm ſint in perſeuerãtia delicti. de quo per
Iac. de Are. & Cyn. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

a Adde tex. in l. plus. ff. de con dit. & demon.

¶ Si quis ita [a] interroget, DABIS? reſponderit, QVID NI [b]? & A is vtiq; in ea cauſa eſt, vt obligetur. contrà, ſi ſine verbis annuiſſet.

1 *Verba ſunt de ſubſtantia ſtipulationis.*
3 *Ex inutili ſtipulatione interdum naturalis obligatio naſcitur.*
7 *Conſenſus ex verborum interpretatione elicitus, ſufficit.*
10 *Hæredis nuncupandi variæ aliquot formulæ.*
17 *Actus nullus meliori modo quo poteſt, qualiter ſuſtineatur.*
33 *Stipulatio de donando quomodo locum habeat.*
36 *Surdus contractus aliquos rectè celebrat.*

a
1 §. SI QVIS ITA [a]. ¶ Cùm † verba ad ſubſtan
tiã ſtipulationis pertineant, ſufficit, ſi ea ſubſtã-
tia interpretatione quadam intervenerit. Quòd
ſi verba nullo modo acceſſerint, ſtipulatio eſt nul
la, adeo vt nec obligatio naturalis inde oriatur.
Sed quã eſt ratio, vt ſaltem in vim pacti nudi non
valeat contractus? & Bart. cenſuit id eſſe, quia de
obligatione inducenda agitur, quo caſu actus eo
modo, quo fieri poteſt, non ſuſtinetur [b]. quod vé
rum eſſet, cùm in alium æquè principalem con-
tractum ſuſtineri eum oporteret [c]. at hîc pactum
ſtipulationi includitur, vt infrà dicam. Melius er
go facit ratio hæc. quando enim aliquis contra-
hit, ſi actus ſit nullus, præſumptio videtur, q; ſci-
2 ens, prudensq; faciat, ne verè obligetur. Vnde †
tanquam deficiente conſenſu, nec naturalis qui-
dem nexus oritur [d]. quod certiſsimum eſt, ſi de
hoc conſtet. Et ideo Dinus, Iac. Rain. Paul. Alex.
& nõ pauci alij textus noſtri regulã ea ratiõe pro-
cedere intelligũt, cũ cõſtabat, id à partib. actũ, vt
obligatio ex ſtipulatu tantùm, non aũt ex pacto
oriretur, vt quia dictũ eſſet, *Promittis per ſtipulationẽ
centum*? quæ interpretatio ſimpliciter accepta,
& diuinatoria & violatiua eſt. Aretin. interpreta
tur ita in dubio videri actum, tanquam ex inter-
rogatione, quæ præceſsit, depræhendatur ſtipu-
lationem conficiendi intentio [e]. quod vt verum

b l. j. §. eſt, qui. de conſtit pec. l. j §. deniq;. quod iuſſ.
c l. ſi ego. ſi cert. pet.
d l. an inutilis. ſ. de acceptil.
e arg. l. inſulã. de præſcr. uerb.



ſit, non tamen ideo excluditur conſenſus. Ego
diſtinguendum arbitror, vt ſi ſtipulatio peccet in
ſubſtantia, nec obligatio quidem naturalis oria-
tur [f], vt in contextu noſtro, in quo reſponſionis
verba omiſſa erant, quę quidem verba propriè ad
ſubſtantiam ſtipu-
lationis pertinẽt.
tali enim caſu ve-
riſimile eſt non id
actũ, vt in vim pa-
cti valeat [g]. Quo
3 † caſu excepto, putarẽ ex inutili ſtipulatione na-
turalem obligationem oriri, ſiue peccet in mate-
ria, vt quia is, cuius non intereſt, alteri ſtipulatus
ſit [h]: ſiue qa omiſſa ſit legis ſolẽnitas [i], ſiue quodli
bet aliud vitiũ extrinſecus acceſſerit [k], vel contra
naturam contractus aliquid ſit actum [l]: idẽ, ſi nõ
ſubſtãtialis, ſed naturalis forma mutata ſit, vt qa
non ſit incontinẽti reſpõſum, ſed poſtera die, cũ
partes ad alia negotia diuerterint [m], qua tamẽ in B
re Bar. diſſentit [n]: vel cùm præceſſerit interroga-
tionem reſponſio: aut inter abſentes res geſta ſit
[o]. Hi enim caſus non videntur ad defectum ſub-
ſtantiæ pertinere, ſed ad naturam potiùs. & ideo
actus eo modo, quo fieri poteſt, ſuſtinetur [p]. Sub-
ſtãtia autem eſt in verbis: vnde & verborum ob-
ligatio ſumpſit nomen. Et licet conſenſus quo-
que ad ſubſtantiam pertineat, tamen id generale
communeq; eſt omnibus contractibus: at verba
C ſpecialiter ſtipulationibus attributa ſunt. Hinc- 4
que † ſequitur, vt ſi in contractibus, qui re perfici-
untur, actus eo nomine non valeat, quia res deſit,
nec naturalis quidem obligatio oriatur [q]. Idemq;
in cõtractibus, qui ſpecialiter cõſenſu cõtrahun- 5
tur, quatenus cõſenſus deſit [r]. Rurſus † ſequitur,
vt Bartoli ſententia vera nõ ſit, exiſtimantis, quo
ties actus in forma peccat, funditus eſſe nullum,
etiam ſi de liberatione agatur [s]: multò magis, ſi
de obligatione contrahenda tractetur. Etenim
D quòd præcedat interrogatio, ad formam ſtipula-
tionis pertinet [t], & tamen ſuprà dixi, oriri obli-
gationem naturalem [u]: idque ex Accurſij ſenten-
tia, quam communiter probari Alex. hîc tradit.
Sed fortè formam impropriè Bartol. appellauit,
quam nos ſuprà ſubſtantiam diximus. confun-
dũt enim plerũq; Doct. hoſce loquendi modos [x].
QVID NI [b]? Cur non? quaſi dicat, Non b
recuſo. eſt † enim & hęc dictio concedentis, licet 6
non planè affirmet, ſed cauſam videatur inquire-
E re, cur affirmandum non ſit. Et ideò adnotant
hinc Doct. quamuis † in ſtipulatione verba pro 7
forma requirantur, tamen ſufficere, ſi ex verbo-
rum interpretatione conſenſus percipi poſsit.
Nam & lex, quæ pro ſolennitate licentiam re-
quirit, obſeruata cenſetur, dum modò licẽtia per
interpretationem verborum aliquo modo præ-
ſtita ſit [y]. Vnde † infertur, ſi te interrogem, *Promit-* 8
*tis mihi Stichum, & Pamphilum*? tuque reſpondeas,
*In Pamphilo diſſentio*, obligationem reſpectu Stichi
F contrahi. quia qui vnum negat, iuris interpreta-
tione videtur in alio conſentire [z]. & ita Baldus
Nouellus hîc cenſuit, & probabilis eſt opinio.
Nam & in iudicijs qui poſitioni duplici reſpon-
dens, vnum negat, in alio cenſetur conſentire [a].
Vnde ex hoc quoque contractu oriri obligatio-
nem receptum eſt, *Promittis centum? non promitto,
niſi Pontifex Peruſium venerit* [b]. Nec † obſtat, quòd 9
argumentum, quod à contrario ſenſu, vel quod
ab excluſione alterius inducitur, non expreſsim
ex verbis, ſed tacitè, ſeu ex coniectura deſcendat

L. 1. Stipulatio nõ poteſt. §. Si quis ita.

f arg. l. cũ lex. ſ. de fideiuſ.
g d. l. an inutilis. ij. reſponſ.
h l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. ea
i l. j. ſ. de nouat.
k l ſi acceptilatũ. de acceptil. l. ſi unus. §. ſi accepril. de pact.
l l. cũ emptor. de reſcin. uend.
m l. ſi ex duob. ſ. tit. i. Alexan. prox. §. Bal. rub. C. de cõſtit pec. in fin.
n Bart. l. con nuus. in princ. ſ. eod.
o gl l iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. uerb. igitur. de pact.
p l. j. in fi. mãd. l pen. §. ſi de cõtrah. empt.
q l. ſi tibi x. in princ. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi, ſi cert. pet ubi dixi.
r l. in uẽditionib. de contrah. empt l. ſi id, quod aurum, ſ. eod.
s d. l. an inutilis.
t Bal c. j. de noua for. fidel.
u gl. d. §. ſed cũ nulla.
x Bartol. l. j. de cond. indeb.
y l. is, qui hęres. in fi. de acq. hæred. ubi Bald. Aret. l. Gallus. in princ de liber. & poſthum.
z c. nonnc. de præſump.
a l. ſed &, ſi ſi ne. §. ſed quod Papinianus. de minor. ubi Bal.
b Bald. c. cũ acceſsiſſent. de conſtit.

**Non tantùm autem ciuiliter, ſed nec naturaliter a obligatur, qui ita annuit: & ideo rectè dictũ eſt, nõ obligari pro eo nec fideiuſſorem quidem.** A

a.quia nõ dicitur omnino tacitũ, cuius origo expreſſa eſt b. habet.n. mixturã expreſsionis c. An verò ſtipulatio illa, *Promitto, niſi Põtifex, etc.* valeat, II. j. dicetur loco ſuo d. Rurſus † infertur: teſtator 10 interrogatus, an ſubſtantiã ſuã tali velit relinque reſpõdit, cui alij, quã illi velim relinquere? an rectè dicatur hæredẽ nuncupaſſe? & receptum eſt, rectè inſtitutũ e, vt qđ in cõtractib. hîc traditũ eſt, vt ad vltimas quoq; volũtates, quæ longè fauorabiliores ſunt, producatur. Quæ ſententia in legatis, & fideicõmiſsis tam particularibus, quã vniuerſalibus, certior eſt, cũ huiuſmodi poſsint 11 etiã nutu relinqui f. Quod † & tũc defendi põt, cùm teſtator notario accerſito mandaſſet, vt talẽ ſcriberet hæredem. Si enim ille coram teſtibus in teſtamẽti recitatione tali interrogatione vſus proponatur, vtiq; perinde erit, ac ſi propria voce 12 eum teſtator nuncupaſſet g. Idem, ſi † teſtator reſpondiſſet ſimpliciter μάλιστα, id eſt, maximè. hæc enim vox affirmatiua eſt, vt ex reſponſo conſtat h, in quo in vulgaribus exemplaribus vox Græca μάλιστα, ex Pandectis Florentinis petenda, deeſt. Vnde Iaſoni, & cæteris obortæ ſunt in eius para III. graphi interpretatione magnæ tenebræ i. Sed 13 † iterum quæritur, ſi iudex ſic pronunciauit, *Non video, cur talis non ſit condemnandus*, an cenſeatur condemnaſſe? & ſi ſolenniter dictum ſit, receptũ eſt 14 cenſeri cõdemnaſſe k. Quid † ergo, ſi fiduciarius conſultor in cauſa datus reſponderit, reum eſſe condemnandum? & diſtinguẽdum eſt. aut enim iudex ſimpliciter dixit ſe condemnare, prout in conſilio: & cenſetur diffinitiuè condemnaſſe l, valetq; ſententia. Aut dixit, ſe pronuntiare eum condemnandum, prout in conſilio: & tunc dici- 15 tur tantùm eſſe interlocutus m. quia † aliud eſt condemnare, aliud pronunciare condemnandũ n. Habebit aũt hęc interlocutio vim definitiuæ, & niſi ab ea appelletur, poterit iudex, ſi ſubſit inſtantia, rurſus definitiuè condemnare. Neque ab hac poſteriore ſententia poterit prouocari, cùm in executionem prioris lata ſit o.

a SED NEC NATVRALITER a. ¶ Stipula- 16 tio † ergo inutilis nec quidem in vim pacti ſuſtinebitur. Vnde generaliter quærunt hîc Doct. an 17 † actus nullus, vt agitur, ſuſtinendus ſit eo modo, quo valere poſsit? Qua in re conſtituendæ ſunt duæ concluſiones. Prima: vt ſi is modus inſit actui, qui agitur, id eſt, (vt Bar. ait) in modo conſtituendi non differat, tunc ſuſtineatur p. vnde acceptilatio inutilis habet pactum q. idem in ſtipulatione inutili, ex Accurſij ſentẽtia r. & conſtitutum nullum valet in vim pacti s. & ſubſtitutio, *ſi antè quàm nuberet*, valet in vim pupillaris t. & donatio cauſa mortis abſenti in teſtamento facta, in vim fideicommiſsi ſuſtinetur u: quod & alijs exemplis probari poſſet x: arbitrorque procedere, etiam ſi vitium ſit in cauſa efficiente y. 18 Vnde † nuptiæ inter impuberes, in vim ſponſalium valent z. ſunt enim ſponſalia quædam pars 19 antecedens nuptiarum. Quòd † ſi re ipſa celebratæ non ſint nuptiæ, ſed collatæ, atque in tempus præmaturum reiectæ, tunc nec in vim quidem ſponſalium collatio hæc valet a. Non procedit autem (vt ſuprà dixi) hæc concluſio, cùm in ſubſtantia interiore actus deficit, vt in lege noſtra b: licet Bartol. hæc latiùs accipiat, vt arbitror, non ſat rectè. Vel cùm conſtat partes non tam contrahere, quàm eludere voluiſſe c. idque probandum eſt: quia alioquin capitur coniectura pro valore actus d, tanquam ſit illa efficacior, qua quilibet præſumitur ſcire leges e, cùm ſcilicet de fauore liberationis ſolaque exceptione agitur f, quod Raph. & Alexan. hîc exiſtimarũt. Sed cur trãſactio inutilis ſaltem in vim pacti donationis non valet g? an, quia vitium illud ad ſubſtantiam pertinet h? an, quia potiſsima eſt præſumptio, neminem † ei, cum quo litigat, 20 velle donare? vnde ex mente contrahentium donatio ſeparatus omnino contractus à tranſactione eſt. Altera eſt concluſio, vt † actus nullus non ſuſtineatur in vim alterius æquè principalis & diuerſi i: id eſt, qui in conſtituendi modo ab eo, qui agitur, differat, ſiue vitium ex cauſa efficiente proueniat k, ſiue vitium aliter interueniat l, ſiue de voluntate vnius & dotali diſpoſitione agatur, (quod Bartol. & cæteri probant m) ſiue (vt ego cum Alexand. ſentio) etiam de particulari n. Vnde † ſeruo alieno libertas directè data, nec in vim quidem fideicommiſsi valet o, & talis datio nullum caſum vtilem habet p. fieret enim tranſitus ad rem prorſus diuerſam, cùm libertas directa ſoli ſeruo proſit, fideicommiſſaria etiam hæredi propter ius patronatus, quod nec verè, nec cauſatiuè in bonis teſtatoris eſt, vt alibi Bartol. dicit q. Quòd ſi ad rem prorſus diuerſam non fieret tranſitus, ſecus eſſet. & tali caſu non procederet concluſio r. Et † non dicitur res diuerſa, quando in modo conſtituendi non differt, vt ſuprà vidimus s, vel quando ſub verbis compræhendi aliquo modo poteſt t, vel cùm probabilis coniectura mentis adſit, quæ ſuadeat agi, vt quoquo modo ſuſtineatur actus u. Verbum enim ſubſtitutionis etiam fideicommiſſo conuenit, & mens præſumitur, cùm aliàs actus nunquam potuerit valere x, tametſi vel ſola mens ſufficiat, quæ in fideicommiſsis totum facit y. Quæ † coniectura faciliùs ſumitur in his, quæ à voluntate vnius pendent z, quàm in contractibus a. quamuis & idem in contractibus ſit, ſi ea mens ſit expreſſa, putà per pactum b, qua de re alibi c: vel aliter ex eo, quod actum eſt, appareat d. Item † maximè dicendum partes id egiſſe, vt actus omni modo valeat, vt quia adiecta ſit clauſula *Omni meliori modo, &c.* e. Vnde † ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris, idq; præteritione filij ſit nullum, in vim tamen codicillorum obſeruabitur f. Et ſi teſtator particulariter aliquid filio præterito legauerit adiecta clauſula *Omni meliori modo, &c.* cenſebitur iure inſtitutionis reliquiſſe. qđ Paul. Caſt. g, & Alexand. h reſponderunt. Idemq; eſt, etiam ſi clauſula illa expreſſa non ſit, ſed à lege ſubaudiatur, vt in teſtamento militis i. Idem, ſi † iuramẽtum interueniſſet. habet enim effectum ſuprà ſcriptæ clauſulæ k, vt actus eo modo valeat, quo põt, quatenus ſcilicet verba ipſius iuramenti inferre poſſunt l, nec veriſimilis mẽs iurantis repugnet.

Margin notes (p. 59): a l. pen. in prin. C. de fur. Bal. c. conſtitutus. de appel. b l. cũ filius §. hæres meus. de leg. ij. c Alexã auth. ex teſtamento. C. de collat. d .j. §. ſeq. e l. Pãphilo §. propoſitum. de leg. iij. f l. & in epiſtola. ubi Bal. C. de fideicom. Paul. l. j. C. de impub. Socin. cõſ. cxiij. g gl. l. iubemus C. de teſta. h d. §. propoſitum. i Iaſ. l. v. de leg. j. k arg. l. uxorẽ. §. concubinæ. de leg. iij. l Doct. c. cũ uenerabilis. de except. Alex. hîc. m gl. l. Aemilius. de minor. l. fundus, qui Lucij. de reſcind. uend. n l. qui ſe dicit. de iud. gl. l. j. C. ſi aduerſus lib. ubi Bart. o gl. l. ſi cũ exceptiõe §. hęc aũt. de me. cauſ. I. concluſio. p l. ſi tam anguſti. de ſeruit. l. diuus in princ. de uſu & habit. l. uia. de ſer. ruſt. præd. q d. §. ſi accepti latio. & ibi dixi. r gl. d. §. ſed cũ nulla. s l. hactenus. §. j. de conſt. pec. t l. qui habebat de uulg. u Bartol l. j. de don. cauſ. mor. x c. quidã. de cõuerſ. cõiug y l. quacunq. ℥. de procur. z c. j. de deſpon. impub. in vj. a l. quæſitũ. ℥. de ſponſal. b & d. l. in uenditionib. in fi.

Margin notes (p. 60): c in d. l. an inutilis. ubi Bar & l. nõ ſolũ. ℥ tit. j. d l. quoties. j. eo. e l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus. f d. l. quacunq. gl. d. §. eum, qui. g l. iuus. C. de re pud. hæred. l. ſi cauſa. C. de trãſact. h l. j. ℥. de trãſact. i d. l. ſuus. d. l. j. §. eum, qui. d. l. j. §. denique II. cõcluſio. k l. multũ. in fi. C. ſi quis alt. uel ſib. l. iij. §. j uerſ. ſed & ſi quidẽ. iudic. ſol Fel. c. nonnulli. in fin. uer. limita ij. de reſcript. l l. eo tempore. uerſ. ſed fideiuſſorem. de pecul. m l. non codicillum. C. de teſt. l. j. & l. ſi n l. uerbis. ℥. de uulg. l. tutores. §. j ubi Bart. de adm. tut. o l ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. j. p l. Stichus. in fi. de manum. teſt. q Bartol. l. j. de leg. j. r l. ubi ita. de do na. cauſ. mort. Bar. l. j. eo. tit. s c. ex inſinuatione in fi. ubi gl. de appel. t l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero de iureiu. u gl. d. l. uerbis. x l. Scæuola. ad Treb. l. filiusfamil. §. ut quis. de leg. j. y l. qui filiũ. in prin. ad Treb. z l. legatũ ciuitati. ubi Bart. de uſufr. leg. a d. l. filiusfam. §. ſi quis alieni. & gl. in l. multum. j. eo. b l. j. mandat l. pen. in fi. de contra empt. c l. ij. in princ. ſi cert. pet. d l. ſi olei. C. loc. l. inſulam. de præſcr pt. verb. e l. ex ea. §. fi. de teſta. l. fi. C. de codicil. f Doct. auth. ex cauſa. C. de lib. præter. g conſil. cccxlv. ſuper puncto. h conſil. cxij. in iij. dub. i l. iij. ℥. de teſt. milit. Bar. l. j. de iur. codic. q vj. & xv. k l. cum pater. §. filius matrẽ. de leg. ij. l c. pe. ex. de iureiur. Bar. l. ij. C. de reſcin. vend.

gnet.



28 gnet. Nec † enim vltra, quàm conſenſum eſt, iuramentum operatur a. Si igitur in ſtipulatione nulla defectu ſubſtantiæ, vt in caſu textus noſtri, acceſſerit iuramentum, valebit cõtractus in vim pacti nudi, quod Socin. hîc tradit, & reſpondit Alexand. b: dabiturque ex eo exceptio, & pontificum iure etiã actio c. Satis enim videtur hoc inter partes agi propter religionis reuerentiam. 29 Enimuerò † generaliter traditũ eſt, clauſulam illam *Omni meliori modo, &c.* non valere in caſum à partibus non cogitatum d, & de quo, nec in quem cogitari veriſimiliter potuerit e: vt quia valde inſolitus f, vel quia præter omnem expectationem contigerit g, niſi conuentum proponeretur, vt etiam in caſum incogitatum actus ſuſtineretur. Poteſt enim id fieri, valetque pactio. quod Angel. Pont. Alexanderque tradiderunt h; & aliàs docui i. Sanè ſi lex iubeat aliquid certa ſignificatione exprimi, receptum eſt, non videri legem obſeruaſſe, qui generali hac clauſu- 30 la tantummodò ſit vſus k. Vnde † cùm lex requirat, vt donationi, quam cauſa mortis filiuſfamiliâs facit, pater ſpecialiter conſentiat l, non ſufficeret is conſenſus; qui teſtamento adhibitus cum prædicta clauſula proponeretur, idq; ex facto Socin. reſpondit m. cuius ſententia ſcrupulo nõ caret, & abſq; dubio nõ procederet, quoti- 31 es iuratus cõſenſiſſet n. Habet † enim iuramentũ vim ſpecialis conſenſus o: & quod ad certitudinem attinet, magis operatur, quàm ſimplex clauſula *Omni meliori modo, &c.* quod Aretin. reſpondit 32 p. Addit † Ancharanus, quoties diſpoſitio mixtim ex pertinentibus, ineptisq;, ſeu cõtrariis modis concepta ſit, nullam huius clauſulæ eſſe efficaciam, & aditionem ex ſecundo teſtamento inutili factam, non ideò ex primo ſuſtineri q. quæ ſententia ſatis dubia eſt, & alibi diſputãda r. Sed 33 † pone: in caſu legis noſtræ dictum eſt, *Dabis ex mera liberalitate centũ aureos?* ſecuto nutu, an valeat in vim donationis? & Bartol. ſentit, non valere, ſicut ſi promiſiſſes pecuniam tanquam debitam, cùm non eſſet promiſſa animo donandi, inutilis ſtipulatio s non ſuſtineretur in vim conſtituti. Iaſon, & alij recentiores contrà: quia verba illa *Ex mera liberalitate*, ſatis declarant animum volentis donare, ſeu ſeparatum à ſtipulatione cõtractum donationis facere t: & Bar. intelligunt, quando expreſſum illud non eſſet, licet aliàs tacitè præſumeretur actum u. quam ſententiam & ego probo, licet non ſatis quadret verbis Bartol. qui verba illa in vim cauſæ prolata, ſi ſtipulatio ſit inutilis, ſentire videtur, & ipſa infirmari tãquam ipſius ſtipulationis acceſſoria x. quod alibi docui y, cùm aliud ſit in cõfeſsione ſimpliciter facta z, vt mox dicam. Addit idem Bart. ſi ſtipulatio inutiliter actui, vel contractui adiecta ſit, non ideò impediri actionem, quæ aliàs ex illo actu de ſe valido competeret a. Vnde † ſi ſit in inſtrumẽto ſcriptum, q̃ Lellus ſurdus mutuauit tibi cẽtum aureos, quos illi ſtipulanti reddere promiſiſti, quia ſtipulatio non valet, agetur ex mutuo, quod probabitur per confeſsionem b: ſed ſi ex lege municipali inſtrumenta iudicis chartularij præcepto confirmata c executionem habeant, aliud eſſet. non enim quæreremus, an ſtipulatio valeret, & an confeſsio mutuum probaret, vt ex eo contractu ageretur, qui quodammodo eſſet nouatus d: ſed propter ſtatutum executio actione in factũ, vel officio iudicis eſſet concedenda e. idq; Ang. Imol. Alex. & Aret. probant, cùm ſtatutum executionem inſtrumento concedit. Videtur enim auctoritate legis in eo contenta obligatio probari f, & ſecundum naturam executionum ampliùs de ea quæri non poſſe g: ſecùs, ſi ſtatutum nõ de inſtrumento, ſed de cõtractu loqueretur. Etenim † cõtractus appellatione de valido eſt intelligẽdum h. Oportet ergo priùs, quàm executio concedatur, conſtare contractum fuiſſe validũ i. Addit Iaſon, nec tũc concedi ex inſtrumento execu- A tionem, qñ verba ſtatuti expreſsè nõ excluderẽt oẽm exceptionẽ nullitatis k: idq; contendit ſentire Bar. vt eũ repræhendat. ſiquidem, ſecundum eum, nũquam cẽſetur à tali ſtatuto reiecta exceptio, quæ ex perſonę inhabilitate oritur l: & quia infirmato contractu etiã præceptum chartularij iudicis tanquam acceſſorium infirmatur m. Sed reſpõde, licet inhabilis ſit perſona † ſurdi ad ſtipulandum, tamen eſt habilis ad cõſentiendum; & ideò non eſt infirmus omnis contractus, ſed B ſola ſtipulatio, mutuum verò ſtat firmum.

L. 1. **Stipulatio nõ poteſt. § Qui præſens.**

Auenionenſis prælectio.

1. *Conſenſum habere per interpretationem ex verbis præcedentis interrogationis, ſufficit, quamuis in ſtipulatione verba requirantur pro forma.*
2. *Vtrum ſtipulatio valeat, ſi interrogatus, promittis mihi Stichum & Pamphilum? reſpondeat, in Pamphilo diſſentio.*
3. *Negans vnum, alterum conſentire videtur, non expreſſè, ſed tacitè.* C
4. *Statuta vt aliquid operentur, ſumi debet argumentum à contrario ſenſu.*

*Ibi. An vitiet ſtipulationem imperſonalitas.*

5. *Interpretatio rationabilis non reijcienda, nec in materia ſtricta.*
6. *Decretum principis puniens rebellem & eius fratres, an compræhendat fratrem inimicum rebellis.*
7. *Stipulatio peccans in forma, an poſsit validari per partes.*
8. *An obligatio naturalis oriatur ex ſtipulatione, in qua nõ ſit ſeruata forma.* D
9. *Vbi adeſt defectus in forma, quod non valeat vt ago, non valet vt valere poteſt.*
10. *An cenſeatur reliquiſſe, qui interrogatus, vis tu dimittere ſubſtantiam tuam tali? reſpondet, cui alteri quàm illi vellem dimittere?*
11. *Verba, vellem, & volo, quid importent, & vtrum eorum maiorem habeat efficaciam. & num. 12.*
13. *Oratio, volo relinquere, quid in teſtamentis & in codicillis importet.* E
14. *An ſententia iudicis, pronuncio eum damnandum prout in conſilio, verè condemnet. & num. 15.*
16. *An poſsit appellari ab executione, vel etiam à pronunciatione de exequendo.*
17. *Regula, Quod non valet vt ago, an valeat vt valere poteſt, ſeptem declarata concluſionibus. & num. 19. 20. vſque ad 42.*
18. *Actus omnino eſt nullus, ſi quod lex certitudinaliter exprimi requirit, non exprimatur.*
21. *In teſtamento militari clauſula, Si non valet iure communi, valeat iure militari, etiam non expreſſa ſubintelligitur.* F
22. *Seruus apud acta appellatus filius, an per hoc cenſendus ſit filius adoptiuus.*
23. *Proteſtatio vt valeat, requiritur quòd fiat loco congruo.*
24. *Libertas directa ſeruo alieno data in teſtamento, non flectitur in fideicommiſſum.*
25. *Num ſubſtitutio compendioſa facta à pagano, poſt mortem expiret in totum.*

26

Margin notes (p. 61): a l. ſi. C. de non num. pec. b conſil. xij in j. c Abb. c. cũ contingat. de iureiur. verſ. ſeptimus caſus. d Fel. d. c. cũ ſuper in fi. Soc. conſi. xciij. in iiij. lib. e l. qui iure. de teſt. milit. Aret. conſi. xxxiij. Socin. conſi. cxlij. f l. fiſtulas. in fi. de cõtrah. emp. g Aret. conſil. xxiiij. Rom. conſil. ccxciiij. h Alex. conſil. xj. in iiij. uol. i in l. ſub prætextu ij. C. de tranſact. k c. j de poſtul. prælat. in vj. l l. filiusfam. §. fi. de donat. m Soc. cõſi. cxij. & clxxij. n d. §. filius matrẽ. (de leg. o Bal. l. ii. C. cõ. p conſil. xvij. q l. Clodius. de acq. hær. Anch. conſi. ccclvij. r Dec. cõſ. xiiij. s d. §. eum, qui. t d. l. hactenus in fi. vbi not. de conſtit. pec. l. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat. u l. ij. §. circa. de doli excep. x gl. l. ſi patronus uerbo. Fauiana ſi quid in frau patro. y l. ij in fi. C. de edend. z l. Publia. in fi. depoſ. a d. l. certi cõdictio §. quoniã. ſi cert. pet. l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſog. ℥. eod. b d. §. Chryſog. uerſ. ſupereſt. c gl. Bar. l. j. ℥. de iudic. d l. ſi uer. ſi uerò nouatur. C. de uſur. rei iud. gl. & Doct. l. j. C. de iudic. e l. intra. de re iud. gl. l. ſi debitori. de iudic.

Margin notes (p. 62): f Bar. l. ij. in fi. C. de excep. rei iudic. g l. cùm putarẽ. ℥. fa. erciſc. h l. iiij. §. condemnatũ. de re iud. l. diuus. de teſt mil. i Bart. l. j. §. & parui. ℥. quod vi, aut clàm. k Doct. c. ex parte. de offi. deleg. l l. tutor. §. prodigus. de iureiur. Dec. d. c. ex parte. uer. quartò fallit. Io. And. in Spec. de ſent. §. ut aũt. m l. fin. de conſtit. pec. gl. d. l. ſi patronus. Bald. l. ſi abſentis. in fin. C. ſi cer. pet.

26 *Legatum libertatis, & legatum aliarum rerum, quid differant.*

27 *Teſtator legans ſeruo ſibi oppignerato libertatem directam, valebit legatum in vim fideicommiſſi.*

28 *An conceſſo aliquo, ſemper veniant ea, ſine quibus actus expediri non poteſt.*

30 *Hæreditas fideicommiſſaria nunquam trahitur ad directam.*

31 *An error teſtatoris in nomine appellatiuo vitiet legatum, quamuis legatum appellauerit nomine conformi, ſed minoris importantiæ.*

32 *Facilius fit extenſio in verbis legis quàm hominum.*

33 *Vtrum ſubſtitutio pupillaris facta à matre in codicillis, valeat in vim fideicommiſſi.*

37 *Venditionis appellatione omnis alienatio continetur.*

38 *Error in forma, eſt vitium intrinſecum, & facit vt nunquam actus valeat.*

39 *Acceptilatio peccans in forma, non habet in ſe tacitum pactum.*

40 *Ignorantia iuris in dubio non præſumitur.*

41 *An valeat baptiſmus, ſi quis maſculum baptizare intendat, cum ſit fœmina.*

42 *Extenſio ex identitate nunquam fit de perſona ad perſonam.*

43 *Qui ſtipulatur rem, cuius non habet commercium, non valet ſtipulatio.*

44 *Iuramentum habet effectum clauſulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*

45 *Minor ſimpliciter iurans non venire contra contractum, non cenſetur renunciaſſe beneficio l. ij. C. de reſcind. vend.*

46 *Si mulier iuret in contractu fideiuſſionis, iuramentum operatur vt cenſeatur certiorata.*

47 *Minor renuncians hæreditati paternæ cum iuramento ſimplici, illa renunciatio non ſortitur plenum robur.*

48 *Si maritus minus donaſſet vxori ſuæ, & ſimpliciter iuraſſet non contrauenire, an poſſet reuocare.*

49 *Nunquid ſtipulatio in caſu huius noſtri §. in qua interuenerit iuramentum, valeat in vim pacti ſimpliciter.*

50 *Satis eſt ſi iuramentum ſuſtinet actũ aliquo modo, etiã ſi non operetur duos effectus.*

51 *An pactum præſumptum pariat actionem.*

52 *Maritus promittens ſocero aut vxoris ſuæ fratribus, eam nihil petituram de hæreditate, illa promiſſio non valet.*

53 *Contractus qui fit per ſtipulationem, refert an addatur alteri vel non.*

54 *An valeat ſtipulatio, ſi in inſtrumento non contineatur vera numeratio perſonaliter facta, ſed confeſſio.*

55 *Vbi interuenit confeſſio, non poteſt opponi de ineptitudine proceſſus.*

§. SI QVIS ITA. Sequitur notabilis §. ſi quis ita. Summa & diuide vt hîc per alios. † Not. pri-
1 mò, quòd quãuis in ſtipulatione requirãtur verba pro forma, tamen ſufficit quòd cõſenſus habeatur per interpretationẽ ex verbis interrogationis præcedentis. Nam illa dictio, *quid ni*, ex proprietate ſermonis importat, cur nõ: vnde lex interpretatur conſenſum, per argumentũ à cõtrario ſenſu, quod habet locũ etiã in ſtipulationib. l. pecuniã. ff. ſi cert. pet. & cùm id quod exprimitur per arg. à cõtrario ſenſu dicatur tacitè factũ, vt eſt gl. per illũ tex. in l. cũ apud antiquos. C. de furt. ſequitur quòd in ſtipulatione ſatis ſit tacitus cõſenſus reſpectu promittentis, dummodo eruatur per interpretationẽ verborũ expreſſorũ. Et hoc infertur primò ad
2 quæſtionẽ quã ponit Bal. nouell. hîc. † Pone quòd te interrogẽ, promittis mihi Stichũ & Pãphilũ? & tu reſpõdeas, in Pãphilo diſſentio, nũquid valebit ſtipulatio reſpectu Stichi? Et videtur quòd ſic: quia qui vnũ negat, per interpretationem de alio cõſentire videtur. c. nónne. de præſump. vbi Doct. & ita reſidet Bald. Nouel. hîc. Adde quòd pro eo facit quod not. Bal. in l. nihil intereſt. per illum tex. ff. de inoff. teſtam. vbi qui eligit vnũ cõtrariorũ, videtur alteri renũciare. Item melius facit quod not. idẽ Bal. in l. ſed ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. vbi dicit, quòd ſi fiat poſitio duplex, puta
A quia cõtinet duo, & reſpondens neget vnũ, intelligitur confiteri alterũ quod tacet. & idem tenet Aret. in §. ſi ſtipulãti. in vlt. col. j. eod. & Card. Alex. in c. qualis. xxv. diſt. & facit quod idem not. Bald. in l. legata inutil. in fin. ff. de leg. j. vbi habens poteſtatem infirmandi vel confirmandi ſtatuta, ſi aliqua infirmet, videtur alia confirmare. Et comprobatur iſta opinio: nam ſtipulatio non incerta, quæ nullum habeat defectum niſi declarationis verborum, eſt valida. §. fina. j. ead. l. Sed
B qui vnum negat, aliud conſentit, & talis conſenſus non habet alium defectum niſi declarationis verborũ. arg. gl. in c. j. in verſ. filio. de ſum. trin. & & fid. cath. lib. vj. Cõtrariũ tenuerunt aliqui moder. hîc, quia tacens non habetur verè pro cõſentiente, ex quo tacere eſt mediũ inter conſentire & diſſentire. c. is qui tacet. de reg. iur. lib. vj. Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. Et non obſtat iſte tex. quia ſecundum eos illa verba *quid ni*, magis inferũt in conſenſum, quàm taciturnitas in Stichũ:
C quod argumentum modernorum non concludit, quia tunc procederet, quando ille promiſſor ſemper tacuiſſet: ſed in caſu noſtro ex quo dicit in Pamphilo diſſentio, videtur conſentire in Stichum. Nec hîc ſumus in caſu regulæ, *Is qui tacet*. ſed potius regulæ traditæ in l. cũ prætor. in prin. ff. de iud. Sed tamen in alia ratione ego puto ſtipulationem non valere. † Nam qui vnum negat, 3
in aliud conſentire videtur non expreſsè, ſed tacitè, vt dicit Bald. in c. conſtitutus. in vlt. col. ex-
D tra de appell. & ſatis eſt de mente Doct. in d. c. nónne. ſed tacitus conſenſus non eſt ſatis ad ſtipulationem, vt in hac l. in prin. Non obſtat quòd in hoc tex. videatur tacitus conſenſus, vt ſuprà deduxi: quia reſpondeo duobus modis. Primò, quia licet per etymologiam vocabuli *quid ni*, importet *cur non*, tamen ex vſu peritorum abſolutè ponitur pro Certè, vt dicunt grammatici: vnde conſenſus eſt expreſſus, quia in ſignificatione vocabulorum plus attendimus vſum quàm etymo-
E logiam. §. exhibitoria, Inſtit. de interd. Secundò reſpõdeo, quòd magis tacitũ dicitur illud quod venit ad excluſionem alterius, quàm quod venit per argumentum à contrario ſenſu. Iſtud probo:
† nam in ſtatutis vt aliquid operentur, ſumitur 4
argumentũ à contrario ſenſu, vt per Alexan. & alios in l. j. ff. de offic. eius cui. & tamen non ſumitur argumentum quod venit ab excluſione vnius. textus eſt, qui non eſt alibi in iure, in cap. ad audientiam. extra de clericis non reſiden. Se-
F cundò infertur ad quæſtionem, nunquid imperſonalitas vitiet ſtipulationem: puta ſi interrogo te, *promittis centum*? & tu reſpondeas, *promittuntur*, nunquid valeat ſtipulatio. Doct. in l. fin. ff. ſi cert. pet. cõmuniter tenent quòd non, per text. in authen. ſi quando. C. de cõſtit. pec. qui text. nõ loquitur in ſtipulatione, ſed in cõſtituto, & ſic in pacto: vnde ſecus videtur in ſtipulatione, quia reſponſio licet ambigua, declarabitur per præcedentẽ interrogationem, vt probatur in hoc text. & facit l. ſi defenſor. §. j. ff. de inter. act. & ita teneo, quicquid



quid dicat Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quidem ita. j. eod. & facit quod notat Azo in ſumma. C. de inutil. ſtipul. vbi ſi te interrogem, habebo talem veſtem? & tu reſpondeas, habebis, valet ſtipulatio. Et adde tria carmina Plauti Comici poëtæ in Pſeud.

*Nullum periculum eſt, quod ſciam ſtipularier,*
*Vt concepiſti verba viginti minas dabin'?*
*Dabuntur. hoc quidem igitur actum'ſt haud malè.*

5 Secundò not. ex illo tex. † quòd in materia etiam ſtricta, & requirente aliquid verbis explicari, non cenſetur reiecta ſana interpretatio, quæ poſsit ex verbis colligi: imò lex non poſſet talem interpretationem prohibere, ſecundum Bal. in l. ij. §. his legib. ff. de orig. iur. vbi quia naturaliter interpretatio eſt neceſſaria, nulla conſtitutione prohiberi poteſt, quia aliàs lex eſſet impoſsibilis. Et iſtud facit ad ſtatutum dicẽs, quòd verba in ſtatutis intelligantur ad literam prout iacent: nam non cenſebitur prohibita interpretatio rationabilis, vt per Bart. in l. omnes populi. in pen. col. ff. de iuſtit. & iur. cum multis ſimil. aggregatis per And. Sicul. in l. cũ acutiſsimi. char. xxiiij. C. de fideicomm. & per Franciſ. de Cur. conſil. ix. in viij. colum. In contrarium facit deciſio Bald. in l. ij. C. de patrib. qui filios diſtra. vbi concludit, quòd tunc cenſebitur ſublatum argumentum à contrario ſenſu. ſequuntur moder. in l. j. ff. de offic. eius cui. colum. xiiij. quod not. Bal. in l. precibus. C. de impu. vbi ſtante tali ſtatuto, in ſubſtitutione expreſſa vulgari non continebitur tacita pupillaris. ſequitur Alex. in l. j. ff. eod. tit. item quod notat. Ang. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſthum. vbi ſtante prædicto ſtatuto, ſub ſimplicib. non comprehendetur caſus mixtus. ſequuntur moder. in l. ij. infrà, eod. Pro reſolutione, quia iſta quotidie vertuntur in conſilijs, potes dicere, quòd aut in ſtatuto agimus de reſtrictione, & tunc licet militent verba, ceſſat ratio expreſſa, vel quæ ſola poteſt aſsignari, iuxta gl. in l. quamuis. C. de fideicommiſſ. & ſtatutum non comprehendet illum caſum, quia non videtur dictum per ſtatuentes, quod mente non agitauerunt. l. Labeo. ff. de ſupell. leg. & ita procedit quod in not. caſu conſuluit Decius conſil. lxiiij.
6 † vbi decretum principis puniens rebellem & eius fratres, factum ad finem vt tales magis abſterrerentur reſpectu propinquorum, non comprehendet fratrem inimicum rebellis, quia propter talem quis non abſterretur. Aut agimus de extenſione, & ſi in ſtatuto militet eadem ratio, extendetur quatenus vis verborum importat, etiam latè ea intelligendo, literaliter tamen: vnde non comprehendetur quod venit à contrario ſenſu, ſecundum Bal. & alios. [a] Et conſequenter appellatione maſculorum non venient fœminæ, quia iſtud non eſt intelligere literaliter, ſed ex extenſione, vt concludit Bald. conſil. cccclx. Ioan. in v. vol. Cor. conſil. xiiij. in col. penul. in ij. vol. & facit text. quem ibi notaui in l. penult. in fin. C. de præpoſ. ſac. cub. lib. xij. ibi, quæ de cubicularijs dicta ſunt, extendi propagariq; ad cubicularias decernimus. fa. quod not. Bartol. in l. liberorum. ff. de verb. ſig. Vnde puto quòd malè conſuluerit Curt. in d. conſil. ix. vbi in hoc puncto tenet contrarium. Nec obſtant not. per Bart. in d. l. omnes populi. quia non attingit quando ſtatutum dicit quòd verba ad literam debent intelligi: tale enim ſtatutum multum operatur vltra ius commune, & habebit interpretationem rationabilem, ſecundum ſupradicta.

[a] Adde Deci. in l. fœminæ. colum. xiij. verſ. ſexta regula. ff. de reg. iur.

**L. 1. Stipulatio nõ poteſt. §. Si quis ita.**

Tertiò not. † quòd partes non poſſunt facere vt ſtipulatio peccans in forma valeat. facit gl. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nup. Et hoc infertur ad quæſtionem, nunquid dato quòd ſtipulatio ſoleat apponi in contractibus, per notarios cenſeatur appoſita, dato quòd non conſtet de formali- 7
tate verborum, ex quo notarius cenſetur roga-
A tus vt apponat clauſulas conſuetas. l. fin. C. de fideiuſſ. Angel. & moder. in l. quicquid adſtringendæ. j. eod. tenet quòd non: vnde dictio, &c. non extenditur ad iſtum caſum, vt per Soci. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſthum. facit text. in c. pen. de iureiur. Sed aduertendum eſt, quòd contra illud quod notarius cenſeatur rogatus de apponendo clauſulas ſolitas, facit quod not. Bart. in l. j. in iij. colum. ff. de iur. codicill. & Bald. in l. quotiens. C. de hæred. inſtit. vbi
B concludunt quòd clauſulæ ſolitæ apponi de conſuetudine notariorum nihil operantur. cum ſimil. allegatis per Franciſ. de Curt. in conſilio lxxv. in vj. colum. Diſtingue ergo, quòd aut loquimur de actu dependente ex voluntate vnius, prout ſunt teſtamenta & inſtitutiones, & procedit doctrina Bart. in d. l. j. quia non eſt veriſimile quòd teſtator conſiderauerit tantam efficaciam in clauſula codicillari, vt extraneos præponeret ſuo ſanguini. l. cum auus. ff. de cond. & de-
C mon. Aut loquimur in actu dependente ex voluntate duorum, & tunc illæ clauſulæ operantur effectum ſuum, quia ſemper reſpiciunt vtilitatem alterius ex contrahentibus. & ita procedunt not. per l. fin. C. de fideiuſſ. Fallit vbi reſultaret magna enormitas, de qua non ſit veriſimile à principio partes cogitaſſe, per ea quæ not. Ant. de But. & Abb. in c. quintauallis. de iureiur. vbi in compromiſsis dicunt illam clauſulam, renunciantes enormi & enormiſsimæ læſioni, ni-
D hil operari, quia videtur adiecta de conſuetudine notariorum, nec eſt veriſimile partes conſideraſſe talem caſum. l. ſi libertus operas. ff. de oper. liber. Quartò not. † quòd è ſtipulatione, in 8
qua non ſit ſeruata forma, non oritur obligatio naturalis. In contrarium eſt gloſſ. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. quæ generaliter vult, quòd ſtipulatio inutilis valeat in vim pacti. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. ff. de pact. l. an inutilis. ff. de accept. Ad iſtud obiectum reſpondet Ioan. de
E Imol. Paul. Caſt. & alij hîc, quòd iſte tex. ſolùm procedit quando conſtabat, quòd partes haberent ſolum animum ſtipulandi, puta quia dicerent, *promittis mihi ſtipulanti decem*? ſecus ſi ſimpliciter dictum ſit, *promittis decem*. & ita atteſtantur cõmunẽ opin. eſſe Alex. & Aret. hîc. Cõtrariũ tenet Aret. per iſtũ text. quia eſſet magna ſubauditio. Cõfirmo iſtã opin. Nã ſicut in primo caſu huius §. ſuperfluũ fuiſſet addere iſta verba *per ſtipulationẽ*, nec Iuriſcõſultus põt in eo caſu ita intelligi, ergo
F nec in ſequenti caſu, in quo non recedit à prima cõceptione verborũ. Secũdò, quia Iuriſcõſultus fuiſſet valde diminutus, ſi omiſiſſet illa verba, in quib. cõſiſtebat tota difficultas ſuę deciſionis: nã quæ ſpeciali nota digna ſunt, cẽſentur neglecta ſi prætereãtur. l. itẽ apud Labeon. §. prętor ait. ff. de iniu. Tertiò obſtat, quia ſi dictum fuiſſet, promittis per ſtipulationẽ? & reſpõſum per nutũ, iſta ſtipulatio fuiſſet nulla, nõ tã ex defectu formæ, quã etiã ex defectu materiæ, id eſt, conſenſus, qui eſt de materia contractuum, vt dicit Io. de Imol. in prin.

prin.decret. in vj. col. quod eſt contra mentem
text. in quo proſequuntur defectus in forma.
Quartò obſtat doctrina Bart. hîc communiter
9 approbata, † quòd vbi adeſt defectus in for-
ma, quod non valet vt ago, non valet vt valere
poteſt: certè in noſtro text. erat defectus in for-
ma. Quintò facit, quia partes incipientes ab in-
terrogatione, ſatis oſtendunt quòd volunt ſtipu
lari: quia contractus magis cognoſcitur à forma
ipſius, vt etiam dicit Aret. hîc, quam à denomina
tione. l. inſulam. ff. de preſcrip. verb. l. ſi cum vno.
ff. loc. vnde ex quo præcedit interrogatio, quod
eſt principale in ſtipulatione, ſatis declaratur a-
nimus à principali intentione. l. ſi quis in ſerui-
tute. ff. de fur. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. &
ita teneo, prout etiam tenuit Bald. in l. cum quis.
in vij. col. C. de iur. & fac. ignor. vbi dicit gloſ. in
d. §. ſed cum nulla. à moder. reprobari: nec Bar-
tol. in l. ſi ſtipuler. §. fin. j. eod. dicit contrarium,
prout eum refert Alex. & malè, ſicut nec Ang. in
l. ſi certis annis. in j. col. C. de pact. Moder. hîc te-
nendo opin. gl. dicunt, quòd quando quis ſtipu-
latur tertio, hoc modo, *promittis mihi ſtipulanti dare
centum Titio?* quòd non valet ſtipulatio, nec oritur
obligatio naturalis, per hunc text. & ita limitant
gl. cum ibi notatis, in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. j.
eo. Teneo cõtrarium, quia quando actus peccat
in forma, tunc non oritur naturalis obligatio. &
ita procedit hîc text. Sed §. alteri non loquitur in
defectu formæ, ſed naturæ. vnde oritur obliga-
tio naturalis, vt dicit Ang. & Imol. in l. cum lex.
ff. de fideiuſſ. Expeditis notabilib. Bart. inducit
10 primò iſtum tex. ad quæſtionem. † Quidam in-
terrogauit, *vis tu dimittere ſubſtantiã tuam tali?* & ipſe
reſpondit. *cui alteri quàm illi vellem dimittere?* conclu-
dit per iſtum tex. quòd cenſetur reliquiſſe: nam
ſi iſta verba inducunt conſenſum in contracti-
bus, multò magis in vltimis voluntatib. l. in te-
ſtamentis. ff. de reg. iur. fa. l. Pamphilo. §. propo-
ſitum. ff. de leg. iij. In iſta quæſt. aduertendum eſt
ad tria. Primò, in quo actu facta ſit ꝓmiſsio. Qui-
dam moder. dixerunt eſſe factũ per pactũ, quod
eſt ſpecies vltimæ volũtatis. l. fin. C. de fideicom.
ſed iſtud eſt impoſsibile, quia nec per pactũ nec
per ſtipulationes põt dari hæreditas. l. licet. C.
de pac. l. pactũ quod dotali. C. eo. tit. præſertim
quando ſtipulatio concipitur per alium, quàm
per eum ad quem deuoluitur hæreditas. §. alte-
ri. Iaſ. hîc dicit ꝙ Bart. loquitur in fideicommiſſo
particulari, & quòd in eo caſus eſt clarus, ex quo
huiuſmodi fideicõmiſſa relinquuntur etiã nutu.
l. nutu. de leg. iij. quod non eſt in vniuerſali, vt
per Ang. in l. in epiſtola. C. de fideicom. Aduerte,
quia ſi ita intelligeretur Bart. eius ratio non con-
cluderet, ex quo in iuriſdictione fideicõmiſſorũ
particularium non ſit plena interpretatio, prout
ipſe dicit, per l. in teſtamentis. de reg. iur. ſed ſtri-
cta. l. numis. ff. de leg. iij. cum ſimil. & firmat Lud.
Rom. in l. plures. ff. de dam. inf. vnde eorũ adem-
ptio non eſt fauorabilis, vt eſt text. in l. ſi fuerit.
& ibi Soci. in vj. notab. ff. de reb. dub. Item nõ eſt
verum quod dicit Iaſ. quòd fideicõmiſſa vniuer-
ſalia non poſsint relinqui nutu: nec Angel. hoc
dicit in l. in epiſtola. per eum alleg. imò Bal. ibi [a]
tenet contrariũ, & Paul. de Caſt. in l. j. C. de im-
pub. Soci. conſil. cxiij. in iij. colum. ad fin. quic-
quid dicat Iaſ. allegans eũdem Ang. in l. in lega-
tis. C. de lega. & in l. j. C. de pac. ponens limita-
tionem ad gl. in l. Lucius. ff. de hær. inſtit. quam
non puto verã, per ſupradicta. Intellige ergo di-

a Adde quod idem tenet Bal. in l. iubemus. in prin. C. de teſta.

ctũ Bart. generaliter, vt procedat etiam in inſtitu
tione quæ põt fieri in teſtamento ad interroga-
tionẽ alterius notarij, vt eſt gl. cõmuniter appro-
bata in l. iubemus. in verſ. quemadmodum. C. de
teſtam. de qua per Corn. conſil. cccxix. in j. So-
cinum cõſil. xix. in iij. cum ſimil. Secundò aduer-
tendum eſt, an deciſio Bartoli ſit in ſe vera: & pu
to, ſtante illa forma verborum, quòd non. Nam
etiam ſi prædictæ interrogationi reſpõdiſſet ex-
A preſsè teſtator, quia dixiſſet, vellem relinquere,
tamen iſta promiſsio non faceret quòd relinque
ret: † nam verbum *volo*, ſeu *vellem*, iunctum infini- 11
tiuo verbi ſignificanti actum de futuro, nihil di-
ſponit, niſi ſit iunctum infinitiuo uerbi *eſſe*, puta,
uolo eſſe hæres, ut dicunt Doct. communiter in
l. ſerui electione. ff. de leg. j. Ant. de But. in c. ex li-
teris. extra de ſponſ. Iaſ. in l. cunctos populos. in
iiij. colum. C. de ſum. trin. & fid. cath. Et propte-
rea dicit Bald. in l. unic. in vij. colum. C. de con-
B feſſ. quòd ſi aliquis ſit interrogatus, utrum fece-
rit delictum, & reſponderit, uolo confiteri me fe
ciſſe, non intelligitur confeſſus. Vnde in caſu no-
ſtro ſi dicatur, *vellem relinquere bona mea tali*, non
per hoc dicitur reliquiſſe. Et ſi iſtud eſt in uerbo
*volo*, multò magis procedet in caſu Bartoli, in
quo dictum eſt, *cui magis vellem quàm ſibi?* ex quo il-
lud uerbum *vellem*, habet tractum de futuro, nec
reſpicit præſens tam efficaciter ſicut verbum *vo-
lo*. l. cum in plures. §. mandaui. ff. locat. licet Bald.
C & Imol. in l. fin. ff. de teſtam. non faciant differen
tiam inter vtrunq;. Non obſtat l. Pamphilo. §. ꝓ-
poſitum. de leg. iij. quia poteſt reſponderi prout
reſpondet Iaſon in d. l. ſerui. quòd illud proce-
dit propter ſex concurrentias, quia amicos con-
uocauerat, quia miles, quia fideicommiſſarius e-
rat contubernalis ſuus, & quia teſtator carebat
agnatis, & quia geminata verba, & quia ab alio
interrogatus idem reſpõderat. † Tu aliter reſpõ- 12
de & melius, quòd difficultas ibi nõ eſt, quia te-
D ſtator vſus ſit verbo *velle*, prout dicunt omnes
Doct. imò illa verba, *quòd vellet relinquere*, ſunt ver-
ba Iuriſcõſ. non teſtatoris: ſed Iuriſconſ. facit fun
damentũ ſuper reſpõſo teſtatoris inſerto in teſta
mento, quod lingua græca fuit prolatũ, vt dicit
ibi gl. Vnde in Pandectis Florentinis, quas ego
quãdoq; vidi, poſt illud verbum, *reſponſo tali*, ſub-
ſequitur vna dictio græca, quæ in latino ſignifi-
cat *maximè*. Dubitat ergo Iuriſcõſultus, nunquid
ex quo cõuocatis amicis teſtator dixerat ſe relin
E quere velle certa prædia, quæ tamẽ corã eis non
nominauerat, quib. in teſtatione redactis & per
fideicõmiſſarium ſpecificatis, interrogatus an de
eis dixiſſet, reſpõdit μάλιστα, id eſt, maximè. Dubi-
tabatur, quia illa dictio nõ eſt in totũ affirmatiua:
itẽ, quia ipſe teſtator non ſpecificauerat bona, an
valeat fideicommiſſum? Et text. dicit ſine dubio
valere, ex quo ex conuocatione amicorum, corã
quibus dixerat ſe relicturũ prædia, ſatis videtur
declarauiſſe voluntatẽ, licet ambiguam, ꝙ de eis
F ſenſerat, de quib. fuerat interrogatus, Et ſicut ſtã-
te illa dictione *vellem*, in caſu Bar. magis placet
contraria opin. Si verò teſtator interrogatus, *re-
linquis omnia bona tua Titio?* reſpondiſſet, *cui magis re-
linquo?* videtur quòd valeret, per iſtum text. Et i-
ſto caſu ſaluabitur Bart. quod tamen intellige,
quando teſtator accerſiuiſſet notarium, & iuſsiſ-
ſet vt ſcriberet talem hæredẽ nominando Titi-
um, per gloſſ. in d. l. iubemus. quæ ſic declaratur
à Doctoribus, vt ibi per Corn. In fideicõmiſſo ve-
rò caſus eſſet magis expeditus. Tertiò aduerten-
dum



dum eſt, quod Ioan. de Imol. in l. gerit. in vj. col.
ff. de acqui. hæred. & Alex. in d. l. ſerui electione.
13 videntur tenere, † quòd verbum *volo relinquere*, in
teſtamẽtis tantùm importat inſtitutionem, pro-
pter præſumptam deliberationẽ, quia in eis te-
ſtes debent rogari. l. hæredes palàm. §. in teſta-
mentis. ff. de teſta. Secus eſt in codicillis. l. fi. C.
de codicill. nam iſtud arg. Alex. non procedit in
caſu Bart. hîc, in quo præſupponit teſtes roga-
tos, ſi non ad ſolennitatem codicillorum, ſaltem
ad effectum præſumendæ maioris deliberatio-
nis: quod etiam videtur probare text. in d. §. pro-
poſitum. ibi, accerſitis amicis. vnde ſi non ſunt
accerſiti, eſt ſecus. l. fi. ff. de teſtam. ita intelligit
Bart. & intellectus in ſe eſt verus, ſed non conue-
niens literæ, vnde non tenetur communiter, vt
per Bal. Ioan. de Imol. Paul. de Caſt. & Aret. in d.
l. fin. Et quòd ſimplex conuocatio conſideretur,
& habeat hunc effectum, tenuit etiam Bart. in d.
l. gerit. in iij. col. Vnde errãt Moder. Seneñ. hîc, di
centes ſufficere interrogationem ſine conuoca-
tione. Plus etiam errant dum dicunt text. noſtrũ
procedere tantùm quando ſtipulatio ſit conuo-
catis teſtibus ad hoc, & ita velle Bart. quod non
eſt verum: quia iſta conuocatio non conſidera-
tur in contractibus, ſed in vltimis voluntatibus
tantùm. authen. rogati. C. de teſtib. l. ad fidem. ff.
eod. tit. & contrarium vult Bar. in d. l. gerit. in iij.
col. dum allegat iſtum §. & dicit ex præcedenti
interrogatione præſumi deliberationem. per gl.
in l. in ementis. C. de contrah. empt. Et poteſt e-
tiam ſubuerti deciſio Socini hîc, limitantis text.
in c. relatum. extra de teſtam. vt procedat quan-
do teſtes ſunt rogati: quod videtur contra illum
text. qui ſe fundat ſuper iure gentium, quo iure
non erat neceſſarium teſtes rogari, quia hæc eſt
ſolennitas iuris ciuilis. d. §. in teſtamentis. nõ re-
cedo tamen in hoc vltimo ab eius opinione. Se-
cundò inducit Bartol. iſtum tex. ad aliam quæſt.
quãdo tertius arbiter dixit, *non video cur non ſit con
demnandus*: nam videtur condemnare. l. vxorem.
§. concubinę. ff. de leg. iij. Et iſtud infert ad quę-
ſtio. per Bal. Angel. Rom. & alios: Nunquid ſi cõ-
ſultor datus in cauſa, dicit reum eſſe condemnã-
14 dum, & iudex pronuntiat hoc modo, † *pronuntio
prout in conſilio*, an valeat ſententia? & communis
opinio eſt quòd ſic. ſecus ſi iudex diceret, pronũ-
tio eum condemnandum prout in conſilio: nam
iſto caſu communis opinio eſt quòd non valeat,
vt hîc per eos, & per Canon. in c. cùm venerabi-
lis de except. Ratio eſt in iſto ſecundo caſu, quia
aliud eſt condemnare, aliud pronuntiare conde-
mnandum, vt dicit Bar. in l. j. C. ſi aduer. lib. & in
l. fi. C. vbi & apud quem. & in l. ab executione. C.
quo. app. non reci. & iſta eſt vera ratio, per quam
mouentur Doct. Aliam poſuit Rom. hîc, quia tra
ctatus futuri temporis non ſpectant ad iudicem.
l. non quemadmodum. ff. de iudic. & l. j. ff. de v-
ſur. quæ ratio non eſt bona in caſu noſtro, & con
tra notata in l. qui ſe dicit. ff. de iudic. & gl. in l.
fin. C. vbi & apud quem. cum ſimil. hic alleg. per
Alex. Vnde teneas primam rationem. Ex qua in-
15 fertur, † quòd iſta ſententia licet omnino valeat
in effectum condemnationis, vt dicunt hîc Doct.
tamen valebit in ſe, & erit interlocutoria habens
vim diffinitiuæ, vt eſt de mente Bald. in l. cum iu
dex. C. de ſenten. & Alexan. hîc dum reſpondet
ad l. Aemilius. ff. de minor. vnde niſi appellet, ſi
ſubſit inſtãtia poteſt iudex rurſus iudicare & cõ-
demnare, & iſta ſecunda non erit appellabilis, ex



quo venit in executionem primę, vt eſt gl. not. in
l. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod
met. cauſ. † Et ab executione, vel etiam à pronun
ciatione de exequẽdo, non appellatur, vt eſt ma
gis communis opinio, vt per Angel. in l. ab exe-
cutore. ff. de app. Alex. conſil. xcv. in ij. vol. & mo
der. in c. nouit. de appel. cum ſimil. quicquid di-
cat Bar. in d. §. hęc autem actio. Et in quantum A-
ret. hîc arguit contra communem opinionem, e-
A ius argumentis reſponde vt per moder. in d. c.
cum venerabilis.

L. j. Stipulatio nõ poteſt. §. Si quis ita. 16

In gl. in verb. *ſed nec naturaliter.* attingit hîc Bart.
regulam, † Quod non valet vt ago, an valeat vt 17
valere poteſt, & diſtinguit vt hîc per eum, & eius
doctrina in quolibet membro communiter tene
tur. Tu pro declaratione fac ſeptẽ concluſiones.
Prima eſt, quando expreſsè fuit actum quòd a-
ctus valeret vt melius poteſt, tunc valebit [a]. l. j. ff.
de codicil. l. fi. C. eodem. Pro iſta concluſione fa-
B cit quod not. Bartol. in l. j. in iij. colum. ff. de iure
codicil. nam in teſtamento requiritur inſtitutio
vel exhæredatio pro forma. Pone filium præte-
ritum in teſtamento in quo ſit clauſula codicilla
ris certè valebit in vim codicilli, vt tenent Doct.
communiter in auth. ex cauſa. C. de lib. præter.
Item facit quod conſuluit Paul. de Caſt. conſil.
cccxlv. ſuper puncto quo quæritur. & Alex. conſ.
cxij. in iij. vbi ſi teſtator reliquit aliquid particu-
lariter filio, ſi in teſtamento ſit clauſula, *Omni me-
C liori modo*, habebitur ac ſi reliquiſſet iure inſtitu-
tionis. Limita iſtam concluſionem, † quando lex 18
requirit aliquid certitudinaliter exprimi: nam
niſi ſit expreſſum, actus penitus eſt nullus. ita eſt
tex. in cap. j. de poſtul. prelat. lib. vj. Et facit quod
conſuluit Aret. conſil. xvij. in iij. colum. nam ex
quo lex requirit ad validitatem donationis inter
patrẽ & filium, iuramentum nõ eſt ſatis, ſi dona-
ret pater omni meliori modo, &c. & ita debet in-
telligi quod not. Calder. conſ. j. ſub tit. de accuſ.
D quicquid dixerit Felin. in cap. cum ſuper. in fin.
extra de offic. deleg. Item facit quod not. Specul.
in tit. de inſtrum. ed. §. compendioſè. in j. colum.
nam filiusfamil. non poteſt teſtari, nec codicilla-
ri, etiam conſentiente patre. l. tam is. §. j. ff. de do-
nat. cauſ. mort. Doct. in l. ſenium. C. qui teſt. fac.
poſſ. Sed poteſt donare cauſa mortis, dummodò
pater expreſsè conſentiat. l. filiusfamiliâs. §. fina.
ff. de donat. Pone quòd teſtetur cum conſenſu pa
tris, in quo teſtamento adſit clauſula codicilla-
E ris, & omni meliori modo, an valebit? certè non.
ſequitur Socin. conſil. cxij. & conſi. clxxij. in iiij.
colum. Secundò limita, vt non valeat in caſum à
partibus incogitatum, puta quia nondum eue-
niſſet. & ita conſuluit Lud. Roman. conſil. ccxc-
iiij. hæc confeſsio. refert & ſequitur Felin. in d.
c. cũ ſuper. facit quod notat Aret. conſil. xxiiij. in
ij. col. uerſ. non obſtat iuramentum. vel quia ca-
ſus eſſet valde inſolitus. arg. l. fiſtulas. §. frumen-
ta. ff. de contrah. empt. Alex. conſil. xxxj. penult.
F col. in ij. vol. Intellige tamẽ, vt quando adeſt clau
ſula, *omni meliori modo*, trahatur ad cogitata in ge-
nere. arg. l. qui iure. ff. de teſt. milit. & eorum quæ
not. Bar. in l. ſub prętextu. ij. C. de trãſact. in prin.
Ant. de But. in c. ſi diligenti. poſt medium. de for.
compet. Et dicitur de aliquo in genere [b] cogita-
tum, quando in genere facta eſt mentio, vt per A-
ret. conſil. xxxiij. conſultatio. Socin. conſil. cxlij.
in fi. vel quando aliter probatur, vt per Ang. in au
then. ex cauſa. in j. col. in fin. C. de lib. præter. &
ſatis probatur in d. l. qui iure. Item intellige, niſi

a Adde quòd in dubio quis uidetur facere actum omni meliori modo quo poteſt, ſecundũ Abb. conſil. lxvj. in j. colum. in fi. in ij. uolu. quod dictũ eſt nimis generale, unde reſtringi debet ſecundũ notata hic.

b Quod intellige quando præſumitur cogitatum ex ueriſimili mente diſponentis, ut per Soci. conſil. xciij. uerſi. quinto nõ obſtat ſeptimaratio. in ij. uol.

actum ſit,vt etiã actus valeat in caſum à partibus
incogitatum,vt vult Angel.in l. tres fratres.in ij.
colum.ff.de pac.Rom. in l. ſicut certi. in vlt. col.
de teſtam.milit.Alexan.conſil. xj.in penult.col.
in ſecundo. †Tertiò limitatur: quando in diſpo
19 ſitione expreſsi ſunt modi inepti, & modi apti,
nullatenus condeſcendunt ab expreſsis: nã tũc,
vt dicit Felin. in d. c. cum ſuper. etiam ſi partes
agerent vt actus valeret omni meliori modo, tñ
non valet,per conſiliũ Anchar. ccclvij. quia prę-
ſupponit,vbi ſi quis ſit inſtitutus in duobus teſta
mentis,quorum primum eſt validum,ſecundum
inualidũ,ſi adeat ex ſecũdo omni meliori modo,
&c.non ſuſtinetur aditio ex primo.Tu tene con
tra iſtam limitationẽ,quia in caſu Anchara. ideo
non videtur adiuiſſe ex prima,quia expreſsè ſibi
reſeruauerat tale ius.& contrarium etiam tenet
Ang.in conſil.clxxxiij.& latè Decius conſi.xiiij.
20 †Secunda concluſio:†Quando in modo con
ſtituendi non eſt differentia inter actum qui agi-
tur,& eum qui valere poteſt,tunc quod non va-
let vt ago,valet vt valere poteſt. l.ſi tam anguſti.
ff.de ſeruit.l.via.ff.de ſeru.ruſt.præd.Adde quòd
iſtæ leges allegatæ per Bart. non videntur mul-
tum vrgere. Primò, quia in caſu d. l. ſi tam angu-
ſti.erat facta demonſtratio,quæ præualet verbo,
ſecundum gl.in l.quæ extrinſecus. ĩ. eod.referũt
moder. hîc:& etiam l.via.quicquid illi dixerint,
minus probat: quia in illa l. ſolùm Iuriſconſul.
procedit diffiniendo quæ ſit via, & quod ſit iter:
& licet gloſſ.ibi notet, quòd,ſi quis intendat viã
conſtituere,erit iter,tamẽ illud notabile nõ pro-
batur concludenter in illa l. Item iſte intellectus
Bar.ad d.l.tam anguſti.nõ tenetur ibi.Imol. Bal.
Ang.Alber. de Roſ.& Flor. intelligũt illum tex.
quòd ibi ſit: quia appellatione viæ impropriè
vocabulo venit iter.Vnde per illum text.fundant
regulam, quòd actus qui non poteſt ſuſtineri ex
proprietate ſermonis, ſuſtinetur ex improprio
intellectu: & iſtud maximè procedit in ſeruitu-
tibus realibus, quibus lex fauet. l. iiij.vbi gloſſ.
ff.de ſeruit. Alium intellectum ponit Bald. in l.
non codicillum.C.de teſtam.Raph.Com.& Iaſ.
hic,quòd ideo ibi illa conſtitutio, quæ non po-
taſt operari in ſeruitutem viæ,operatur in ſerui-
tutem itineris vel actus: quia ſub ſeruitute viæ,
quæ eſt amplior, continetur ſeruitus itineris,
quæ eſt minor.arg.§.ſi ſtipulanti.ĩ. eodem. Sed
contra iſtam concluſionem facit quod not.Bart.
in §.ſi.in iij.colũ.ĩ.ead.l.vbi dicit, quòd,ſi interro
gatio ſit de aliquo, & reſpõſio de parte,q̃ ſit pars
impropriè, veluti quo ad commoditatem tantũ,
non valet ſtipulatio: quia reſponſio non eſt de
parte interrogationis.l.& per iuſiurandum.in ij.
reſponſo.ĩ.de acc. Iſtud propriè eſt in caſu no-
ſtro: quia in via non continetur actus, ſeu iter,
prout ſeruitus, ſed prout commoditas. l. qui v-
ſumfructum.& ibi not.ĩ.eod.& eſt glo.in l. ſcire
debemus.eod.tit.Fortaſſe poſſet dici(quia actus,
prout eſt in cõſtituendo,eſt pars viæ: & idem de
itinere.l.loci.§.j. ff. ſi ſer.vend. licet vbi ſeruitus
eſt conſtituta inſit tantummodò vt cõmoditas)
quòd nos loquamur de actu quatenus eſt in con
ſtituendo.Sed tamẽ iſtud non puto verum: quia
quamuis vnum poſsit conſtitui ſine alio,non ſe-
quitur quòd ſit pars ipſius.Contra iſtam rationẽ
etiam obſtat tex.in d. l. diuus.ff.de vſu & hab.v-
bi legatum vſus valet in vim vſusfructus, & ſic
in eo quod eſt plus,& tamẽ vſusfructus nõ cõprę
henditur in vſu,imò potius eſt ecõtrà:& ille tex.
etiam videtur vrgere contra doctrinam Bar.in l.
tutori.§.j.ff.de admin.tut.de quo infrà dicã. Pro
reſolutione potes tenere intellectum commu-
nem in d.l. ſi tam auguſti. iunctum cũ intellectu
Bart. hîc, vt actus trahatur ad caſum qui impro-
priè continetur, quando non eſt differentia in
modo conſtituendi.

Tertia concluſio: In his quæ dependent à vo-
luntate vnius, ſi agitur de totali diſpoſitione, ꝙ
A non valet vt ago, non valet vt valere poteſt.l.nõ
codicillum.C.de teſtam.cum iuribus ibi alleg.in
gl. Contra iſtam concluſionẽ primò obſtat tex.
in l.ſi miles qui deſtinauerat. ff. de teſt.milit.vbi
qui vult teſtari iure communi,ſi eo iure teſtamẽ-
tum nõ tenet,ſaltem valet iure ſpeciali. Nec ob-
ſtat quòd iſtud ſit,quia vterque actus eſt eiuſdem
ſpeciei,vt dicit Paul.de Caſtr. Cor.in d.l.non co-
dicillum.quia tex.ſe non fundat in hoc,ſed quia
non videtur renunciare iuri ſpeciali: qua nemo
B cenſetur elegiſſe viam qua iudicia ſua ſubuerte-
ret,vt ibi dicit:quę rationes procedunt generali-
ter.Potes reſpondere,†quòd iſtæ rationes ſint ve 21
ræ in teſtamento militis, in quo ſemper ſubintel
ligitur illa clauſula, *Si non valet iure communi,valeat
iure militari*,vt dicit Bartol.in l.j.in xv.q.& in vj.ff.
de iur.cod.fa.l. licet. C. de pactis. Nã aliàs vide-
mus in pagano, qui ſi expreſsè agit vt teſtamen-
tum condat in ſcriptis,non ſuſtinetur in vim nũ-
cupatiui.Cyn.in l. hac conſultiſsima.§.per nun-
cupationem. C. de teſtam. Bart. in l. ſi.ff.de iur.
C cod.& tamen ſunt eiuſdem ſpeciei,quicquid di-
cat Iaſ.hîc.Secundo obſtat text. in l.vni. §.ſimili-
que modo.C.de lat.liber.tol.vbi eſt tex.†quòd ſi 22
quis ſeruum ſuum apud acta appellet filium, nõ
per hoc cenſebitur filius adoptiuus, & ſic actus
non valebit vt agitur, ſed erit liber, vnde valebit
vt valere poteſt,etiam in ſpeciem diuerſam:quia
aliud eſt eſſe filium, aliud ſimpliciter eſſe liberũ.
Reſponde, quicquid dicat gl. quòd ille tex. non
facit in materia:quia per illam appellationẽ do-
D minus non agebat vt ſeruũ adoptaret,ſed lex ſim
pliciter introduxit illũ actũ manumiſsionis ra-
one de qua ibi :vnde teneo concluſionẽ Bartoli:
pro qua facit ꝙ notat idẽ Bar.in l.nõ ſolũ.§.mor-
te.in xij.colũ.verſ.videamus de congruo.ff.de o-
per.noui nũt. †Ad hoc vt proteſtatio teneat, de- 23
bet fieri in loco cõgruo:ponamus ꝙ quis exiſtẽs
in loco incongruo proteſtetur ſimpliciter, talis
proteſtatio nõ valet vt agit̃:ſed vtrũ valebit vt po
teſt,ſecũdum ꝙ cenſeat̃ facta vt ſoluat̃ loco con-
E gruo?Bart.ibi tenet quòd non,per tex.in l.ſi cum
dies.§.quid ergo.ff.de arbit. Limita iſtam cõclu
ſionem.Bar.vt non procedat quãdo expreſsè nõ
cognoſcitur,quem actum voluerit quis magis fa
cere:quia in dubio interpretabitur pro ſuſtenta-
tione actus, vt videat̃ voluiſſe facere eũ q valuit,
vt per Bal.in l.j.C.de iure codicil. Paul. de Caſt.
in l. proximè.ff.de his quæ in teſt.delen. vbi ſi qs
cõuocatis ſeptem teſtibus dicat, *ſitis teſtes huic meo
nuncupatiuo teſtamento*, deinde nõ facit aliquam in-
F ſtitutionẽ hæredis, teſtamentũ valebit in vim co
dicilli. Nam quamuis adhibuerit ſeptem teſtes,
illi non reſpiciunt ſubſtantiã actus,quia ſunt cau
ſa probationis,vt dicit Bal.in c.j.in vlt. col.quid
ſit inueſt.nec pluralitas quinq; teſtium repugnat
codicillis: & quamuis appellauerit teſtamentũ,
tñ præualet forma. l. ſi inſulam. ff. de præſcript.
verb.ex quo enim nõ fecit inſtitutionẽ,oſtendit
ſe nolle facere teſtamentũ.d.l.nõ codicillũ.& ſic
teneo iſtam deciſionẽ, quicquid dixerit Iaſ.hîc.
Quarta



Quarta concluſio: In his quæ dependent â volũ-
tate vnius, ſi agitur de particulari diſpoſitione,
actus qui non valet vt ago,valet vt valere poteſt.
l.filiusfam.§.vt qui hæredem. ff.de leg.j.l.Scęuo-
la.ĩ.ad Treb. Et ratio differentiæ à ſuperiore ca-
ſu eſt,qa in eo agens trãſire in aliũ diuerſum,ſed
iſto caſu nõ: nã quãuis ſubſtitutio directa trahat̃
ad fideicommiſſariũ,teſtamẽtũ tamẽ remanet in
ſuo nomine:quod nõ erat in pręcedẽti caſu,quia
non valuiſſet vt teſtamentũ, ſed vt codicillus: &
ſic licet ſubſtitutio directa apponat̃ obliquè ſe-
cundum Bar.in l.centurio. in j.oppoſ.ff.de vulg.
tamen vna in aliã transfunditur,ex quo nõ alte-
ratur actus principalis. Contra iſtã concluſ. ob-
24 ſtat,†quia libertas directa ſeruo alieno data in te
ſtamẽto nõ flectitur in fideicõmiſſum.l. ſi ſeruus
legatus.§.ſi ſeruus alienꝰ.& ibi gl.Bar. Bal. Ang.
Flor.Raph.Com.Iac.de Put.& Pau.de Caſt. ff.de
leg.j.Ad iſtud fundamentũ reſpondet[a] multipli
a Adde Deciũ. in l.precibus, in pen.chart.C.de impub. & alijs ſubſti.
citer.primò per Alex. in d. l. centurio.ꝙ in d.§.ſi
ſeruus alienus. actus à principio fuit nullus,ſecꝰ
ſi valere potuiſſet: quę ratio eſt cõtra cõmunem.
Doct.in l.verbis.ff.de vul.Itẽ cõtra l. Scæuola.ff.
ad Trebel.vbi ſubſtitutio in codicillis directa à
principio nõ valuit.Itẽ iſta ſolutio nõ tollit diffi
cultatẽ:quia data doctrina Bar.pro uera,actus i-
bi à principio non fuiſſet nullus,ſed datio liber-
tatis valuiſſet in vim fideicõmiſsi. quare aliis du
obus modis reſpõdet, quos reproba,vt ibi p Iaſ.
Alio modo reſpondet Iaſ. ꝙ ibi ideo non tenet
datio libertatis, quia teſtator non habebat a-
liqđ ius diſponẽdi de ſeruo,vtpote alieno.Sed i-
ſtud nõ videt̃ vrgere, ex quo ſatis habebat ius di-
ſponẽdi ſaltẽ per fideicõmiſſ. & tñ nõ obliquat̃.
Vnde ſecundo modo reſpõdet, ꝙ ideo ibi nõ va-
let libertas in vim fideicõmiſſariæ,qa teſtator eũ
ſeruũ alteri legauerat,& de eo prouiderat.& hãc
ſolutionẽ etiã referũt moder.in l.precibus.C.de
impub.Sed iſta ſolutio nõ placet, qa tex.præſup
ponit, ꝙ etiam ſi legatus nõ fuiſſet ſeruus,datio
libertatis nõ valeret, nec obliquaret̃ in fideicom
miſſariã.Præterea iſta ratio eſt contra aliã cõmu
nem opin.quòd libertas directò data ſeruo alie-
no nõ obliquatur,quam tenuerunt Doct.ſ̃.rela-
ti in d.§.ſi ſeruus alienus.& Bald. Alber.de Roſa.
& Salic. in l. ſeruo. C. de manu.teſta. gl.Bart.&
Raph.Co.Paul. de Caſt. & Alex.in l.cogi.§.ſi pa-
ter.ff.ad Trebell.gl.in l.ij.§.j. ff.de iur.codicil.&
in l.ſeruum filij.§.idem. ff. de leg.j.gl.& Bal.in l.
ab eo.C.de ſer.pig.dat.man.Bar.Raph.Com.A-
ret.Alex.& Iaſ.in l.j.ff.de leg.j. Imola in l.centu
rio.ff. de vulg.Vnde dicit Alex. hîc, ꝙ nunquam
vidit bene reſpõſum ad illam l. & per illum tex.
25 ipſe tenet contra communem concluſionem,†
quòd ſubſtitutio compendioſa facta à pagano,
poſt mortem expirat in totum, adeò quòd non
valet neque in vim fideicommiſsi: & reſpondet
ad l.Scæuola.ff. ad Trebell. vt ĩ. dicam. Ego re-
ſpondeo ad d.§. ſi ſeruus alienus.& ad l.Stichus
ſeruus.in fin. ff. de man.teſt.cum ſimilib. tenen-
26 do opin.Bart.hic,† & dico eſſe differentiam à le-
gato libertatis,ad legatum aliarum rerum, & ad
fideicõmiſſum.Nam ideo libertas directa nõ ob-
liquatur, quia tranſiret in ſpeciem penitus di-
uerſam: nam per directam libertatem prouidet̃
tantùm ſeruo,per obliquam prouidetur etiã hæ-
redi,reſpectu iuris patronatus quod habebit in
ſeruũ.Et ſi dicas,cùm directa hæreditas obliqua-
tur, nónne prouidetur non ſolùm fideicommiſ-
ſario,ſed etiam hæredi veniẽti ab inteſtato, pro-
pter quartam Trebellianicam? Reſpõdeo,quòd
L.j. Stipulatio nõ poteſt. §.Si quis ita.
illa prouiſio facta à teſtatore eſt in ſuis bonis, &
teſtator poteſt liberè diſponere de ea:ſed ius pa-
tronatus nõ eſt neq; verè neq; cauſatiuè in eius
bonis,vnde nõ eſt tranſmiſsibile ad hæredes ex-
traneos.l.ſi nõ fortè.§.libertꝰ.in ſi.ff.de cõd.ind.
& ita declarat Bar. in l.j. in iij.col.ff.de leg.j.Ra-
tio ergo cur nõ obliquet̃,eſt,quia tranſiret in ſpe
ciem penitus diuerſam:quia de relicto quod de-
A beret eſſe propriorum bonorũ,traheretur ad reli
ctũ eius ꝙ nec verè nec cauſatiuè eſt in bonis te-
ſtatoris.Et ſic habes primã limitationẽ ad doctr.
Bart.hîc,& quia iſta ratio eſt ſatis ſubtilis & rigo
roſa,per Iuriſcõſultos modificata fuit,vt nõ pro-
cederet quãdo teſtator directè legaſſet libertatẽ
ſeruo hæredis,& reliquiſſet illi hæreditatẽ fidei-
cõmiſſariam.Nã ſi hęres ſpõtè adierit,cõpelletur
manumittere,& reſtituere fideicõmiſſum: & eo
in caſu libertas directa trahetur ad fideicõmiſſa-
B riam.l.cogi.§. ſed ſi ſeruo. ff.ad Trebell.†Idem ſi 27
teſtator leget libertatẽ directam ſeruo alieno,ſed
ſibi pignorato: quia ex quo habet aliquod ius in
eo,valebit in vim fideicõmiſsi.l. generaliter.§.ſi
quis ſeruo pignorato. ff.de fideicõ. lib.Vnde di-
cit tex.ꝙ quãuis rigor iuris obſtet eo in caſu,prę-
ualebit fauor libertatis.Et ſic tollunt̃ magnæ dif
ficultates Doct.in l. ſeruum filij. §. ſi idẽ ſeruus.
ff.de leg.j.

Secundò principaliter cõtra d.concluſionem.
C obſtat tex.in l.tutores.§.j.ff.de adm.tut.vbi ſi pa
ter dat curatores pupillo,talis datio nõ valet,ne-
que vt videant̃ dati tanquã tutores.& ratio eſt ſe
cundum Bar.quia illud ꝙ valere poterat,& ſic ꝙ
cenſeretur dati vt tutores, plus importabat quã
principalis datio,& dicit Iaſ. hîc,quòd iſte caſus
mirabilis.Adde pro confirmatione rationis Bar.
illud quod notãt Doct.in l.ij.ff.de iuriſd.om.iud. 28
vbi dicunt, †ꝙ quamuis aliquo conceſſo veniãt
ea,ſine quibus actus expediri nõ poteſt d.l. ij. fal
D lit quando illud quod nõ eſt expreſſum eſſet[b] ma
ius. l.pen.§.illo.C.de neceſſ.ſer. hær.inſt.Secun-
dò adde ꝙ not.in l.j.ff.de tranſact. vbi quãdo ali-
quis tranſigit poſt rem iudicatam, ex tali tranſa-
ctione non cenſet̃ renũtiaſſe rei iudicatæ,ex quo
res iudicata eſt maior trãſactione: vnde trãſactio
erit nullꝰ momẽti.l.elegãter.§.poſt rẽ.ff.de cõd.
indeb.Tertiò adde ꝙ not.Aret.in l.à Titio. in ſi. ĩ.
eod.vbi dicit,†ꝙ quãdo verba neq; ex ꝓprio,ne- 29
que ex largo ſignificatu poſſunt cõpręhẽdere ca-
E ſum in quo diſpoſitio q̃ nõ valet vt ago,valere po
ſſit,tũc nõ ſaluat̃ diſpoſitio,ſed reddit̃ penitꝰ in-
utilis,alleg.d.l.tutores. §.j.idẽ refert & ſequitur
Iaſ. in l.quotiẽs.in ij.colũ.ĩ. eod. Quartò adde ꝙ
not.Iaſ.in l.cẽturio.in xiij.col.ff. de vulg.vbi te-
net,†ꝙ quãuis hęreditas directa ſecũdũ cõmunẽ 30
opin.trahatur ad fideicõmiſſum,tamẽ hæreditas
fideicõmiſſa nunquã trahit̃ ad directam.per d.§.j.
niſi in caſibus ſpecialibus, de quibus per Bart.in
d.l. verbis. Nam plus eſt obliquũ fieri directum,
F quã ecõtrà.Quintò adde,ꝙ per illũ tex.Iaſ. in l.ſi
quis in fundi.in x.col.ff.de leg.j.tenet cõtra opi.
Bar.& communẽ ibi,†ꝙ error teſtatoris in nomi 31
ne appellatiuo vitiet legatum, quamuis rẽ lega-
tam appellauerit nomine cõformi, ſed minoris
importantiæ.Sexto ad illũ tex. adde Aret.in l.in
pupillari.ff.de vulg.& in §.ſed ſi mihi.ĩ. ead. l. in
iij.colũ.Et licet Iaſon.hîc.& in l.qui quartã.in fi.
ff.de leg.j.videatur tenere cõtra Bar. in d.§.j.per
gl.in auth.vt hi qui oblig. ſe hab.per hib.in prin.
vbi appellatione curationis in genere venit tu-

b Adde quòd iſtud eſt uerum regulariter, ſed aliquando etiã uenit illud ꝙ eſt maius,dum tamẽ ſit eiuſdem ſpeciei,ut dicit Bar.in d.l.ij.per l.quotiens.C.de iudic.

tela,tu reſponde ſequendo Bar. quòd in diſpoſi-
tione legali procedit illa gl. & appellatione cu-
ratoris largè venit tutor,vbi militat eadem ratio.
Secus in diſpoſitione hominis, quia non fit in eã
tam larga interpretatio. l. liberorum. ff. de ver-
32 bor. ſign.iuncta l. quod ſi nepotes. ff.de teſtã.tu
tel.Facit,† quia facilius fit extenſio in verbis le-
gis,quã in verbis hominũ.l.Titius. & l. cõmodiſ
ſimè.ff.de lib.& poſth.iuncta l.non poſſunt.ff.de
leg.Vnde in verbis legis indefinita ſemper æqui-
pollet vniuerſali: ſecus in diſpoſitione hominũ.
Bar.in l.ſi plurib. in ij. col.ff.de leg.ij.Quare for-
tius obſtat tex.in l.diuꝰ.ff.de vſu.& hab. Sed ſol
ue,ꝙ ille tex.ꝓcedit vbi nõ eſt differẽtia in mo-
do conſtituẽdi.Sed ſecꝰ eſt in caſu noſtro: eſt eñ
differentia in hoc,quia curator debet cõfirmari,
nõ tutor.§.j.Inſti.de curat.Et ſic teneo iſtã doctr.
Bar.in d.l.tutores.§.j. quæ comprobat̃ ex ſupra-
ſcriptis rationibus, licet iudicio meo non bene
probetur in illo tex.Nam ibi teſtator dederat cu
ratorem,certè illa datio tenet in ſe, & debet con
firmari.l.j.& ij.ff de cõfir.tut.§.j.Inſtit.de cura.&
iſtud tenet ibi Iac.de Raue.quicquid dixerit Bar.
Nõ valet ergo illa datio in vim tutoris, quia ſatis
poteſt valere in eum caſum in quẽ facta eſt,dum-
modò confirmet̃.Ex illo tex. habes ſecundã limi
tationẽ ad doctr.Bart.hîc. Tertiò cõtra concluſ.
Bar.opponit̃ de l.verbis. ff. de vulg. hîc allegata
per eũ.Alex.hîc per illa l.& per d. §.ſi ſeruus alie
nus.tenet cõtra cõcluſ.Bar.& reſpõdet poſt Imo
la ad l.Scæuola.ff.ad Trebel.ꝙ ideo ibi ſubſtitu-
tio directa valet in vim fideicõmiſsi, qa eſt nulla
ex defectu accidẽtali, ꝙ ſit facta in codicillis: ſe-
cus ſi ſit facta in teſtamẽto, qa dicit facta lege reſi
33 ſtente.ſed cõtra iſtã ſol.eſt gl. in d.l.verbis.& ibi
Bar.in verſ. vlterius.† vbi ſubſtitutio pupillaris
facta à matre in còdicillis,valet in vim fideicom-
miſsi.Tu ad d.l.reſpõde ſecũdum diſtinctionem
ibi traditã,ꝙ aut actus à principio valere potuit
ꝓut agit̃, & nunq̃ flectit̃ in fideicõmiſſum vt va-
leat ex poſt facto: ſecus ſi nõ valet à principio.&
ita loquit̃ doctr.Bart.hîc.& ratio d.l.eſt,qa com-
pẽdioſa à principio valuit in vim ſubſtitutionis
pupillaris, q̃ ꝓuidet pupillo, ſi deinde flecteret̃
in fideicõmiſſum,eſſet onus,& operaret̃ diuer-
ſum vt dicit,Bar.in l.in pupillari.ff.eod.tit.Itẽ ex
quo à principio potuit valere,ſatis eſt.arg.l.fun-
dus qui locatus. ff. de fun.inſt.& gl.mag.in l.ſed
& ſi quis.§.fi. ad fi.ff.ſi qs caut.& ꝙ not. Ang.in l.
ſi tã anguſti.ff.de ſer.vbi dicit, ꝙ verba quãdo ali
quid poſſunt operari, ſatis eſt,nec trahunt̃ vltra.
Et ſic habes tertiam fallentiã ad cõcluſ. Bar. per
quã concluſ. cõfirmat̃ deciſio eiuſdẽ Bart. in l.
34 legatum ciuitati.ff.de vſufr.leg.

Quinta cõcluſio:† in actibus qui dependẽt ex
volũtate duorũ, ſi agit̃ de obligatione cõtrahen-
da,actꝰ q nõ valet vt ago,non valet vt valere po
teſt,vt eſt tex.hîc,& in l.j §.eũ q. ff. de cõſtit.pec.
qui tñ tex. nõ vident̃ ꝓbare,qa hîc eſt defectus in
forma, vnde actꝰ indiſtinctè eſt nullus,vt dicã in
ſeq.cõcluſ.& ex doctr.Bar.hîc reprobat̃ gl.in l.iu
riſgẽtiũ.§.ſed cũ nulla.ff.de pac. de aqua dixi in
notabilib.Adde ꝙ illa cõcluſ.Bar.melius proba-
tur in l.tẽpore.verſ.ſed fideiuſſorẽ.ff.de pecul.&
in l.j.§.deinde.ff.ꝙ iuſſu.Et ratio eſt,qa quãdoqs
ſe obligat,& nulliter,lex præſumit ꝙ eius inten-
tionis ſit, ꝙ quãuis ſciat actũ nullũ, ꝙ taceat, ne
ſe obliget.arg.l.an inutilis.ff.de accept.& fa.tex.
in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact. vbi tranſactio
ſuper re clara quæ non valet in vim trãſactionis,
non valet in vim pacti.& ad idẽ l. ſuus hæres. C.
de repud hær.Limitãt hanc concluſionẽ Ant. de
But.in d.c.cum ſuper.Iaſ.& moder.hîc, vt nõ ꝓ-
cedat quando peccatũ eſt in materia: & mouent̃
moder.hîc per quatuor rationes.Primò per l.ſi di
uortio.j.eo. vbi promiſsio ex cauſa dotis,quę va
lere nõ poterat vt agebat̃, ex defectu dotis nõ re-
ceptæ, valet vt donatio. Secũdò adducũt gl.in l.
hactenus. ff.de cõſtit. pec. vbi cõſtitutum nullũ,
A quia aliquod debitum nõ præcedebat,ſi ſcienter
ſit factũ,valet vt donatio vel in vim pacti de non
petendo.ſecũdum Bar.& Paul.Caſt.ibi,de quo ꝑ
Alex.in l.iuriſgentiũ §.ſed cũ nulla.ff.de pac.Ter
tiò adducit ꝙ not.Io.de Imol. Alex.& alij,in l.3.
ff.de dam.inf.vbi finito cõpromiſſo,& ſic impro-
rogabili,l.ſed & ſi manẽre.ff.de prec.ſi partes ꝓ-
rogent,valebit in vim noui cõpromiſsi.fa.tex.in
l.ſi qs mihi bona.§.ſed quid ſi mandaui.vbi Aret.
ff.de acq.her.& gl.in iij.in prin.vbi Bar.& alij.ff. 35
B de acq. poſ. Quartò adducũt tex.in l.vbi ita do-
natur.ff.de donat.cauſ.mor.Sed aduertẽdũ eſt ꝙ
iſta limitatio eſt expreſsè cõtra Bar.hîc,vnde nõ
puto eã eſſe verã.Nõ obſt.l.ſi diuortio.quia nõ fa
cit ad ꝓpoſitum noſtræ quęſt.nã ibi actus nõ va-
let vt agit̃,ſed falſa cauſa in eo nominata nõ attẽ
ditur.nec vitiat obligationẽ.Nõ obſtat gl.in l.ha
ctenus,quia ibi loquit̃ in actu, in quo nõ eſt diffe
rentia in modo conſtituẽdi:& ſic ibi ſumus in ca
ſu ſecũdæ concluſionis.Bart.dũ allegat l.ſi tã an-
C guſti.Nõ obſtãt notata in d.l.3.quia reſpondet̃,ꝙ
ꝓpriè nõ ſumus in actu obligatorio,ex quo poſ-
ſet alter ab altero liberari,vt declarat ſingulariter
Bar.in l.furti.§.ꝙ iuſſu.in fi.ff.de his q not.infam.
& illa deciſio in d.l.3.fortè non eſt vera, ꝓut te-
nuit Spec.Bal.& alij relati ibi per moder. & in l.
legata inutiliter.ff.de leg.j.& tex.in d.§.ſed qd ſi
mandaui.& gl.in d.l.3.de acquir. poſſ. loquũtur
in actu dependẽte ex volũtate vnius, vnde nihil
faciunt cõtra Bar.Nõ obſtat d.l.vbi ita donatur.
D quia actus ibi valet vt agitur: donans eñ cauſa 36
mortis,apponendo pactũ ne poſſet reuocari, nõ
videtur voluiſſe facere donationem cauſa mor-
tis,ſed ſimplicem donationem: l. non codicillũ.
C.de teſtã.quare non puto diſcedendum ab opi
nione Bart.†Adde tamen quòd contra eum pri-
mo videtur facere quod idem not.in auth.ingreſ
ſi.C.de ſacr.ſan.eccleſ. vbi ſi aliquis vult fieri mo
nachus, & in ingreſſu paciſcatur reſeruando ſibi
aliquas facultates,talis actus non valet vt agitur,
E & tamen valet vt valere poteſt:quia reiicitur pa-
ctum.& ſequitur Aret. in l.impoſsibilis.j.eo. &
in l.ſi quis vi.§.differentia.ſ.de acquir.poſſ.& fa
cit l.cum precario.j.ff.de precariis. & quod not.
Gemin.in c.j.in fin.principij.de iur. patr. lib.vj.
Sed [a] reſpondeo quòd iſtud eſt propter illam re-
gulam, quòd vbi aliquid impoſsibile adiicitur
diſpoſitioni, ſi eſt adiectũ per vim modi,modus
reiicitur,& diſpoſitio valet. Secus ſi ſit facta ad-
iectio per conditionem, quia tunc actus in totũ
F corruit.l.impoſsibilis.vbi not.j. eod. Vnde ibi
actus qui principaliter agitur, bene valet,ſed nõ
prorſus eadem forma, quia modus impoſsibilis
reiicitur,de quo etiam per Aret. in §.ſed ſi mihi.
in iij.col.j.eo.Secũdò cõtra concluſ.Bar.opp.de
tex.in l.ſed & ſi poſſeſſ.§.itẽ ſi iurauero. ff. de iu-
reiur.vbi ſi ego iurẽ me habere vſumfruct.in reb.
in quibus ꝓpter abuſum nõ cõſtituitur vſusfru-
ctus,talis actus nõ valet vt agitur,ſed valet vt va-
lere poteſt:qa cõſtituet̃ etiã illarũ rerũ vſufructꝰ,
cautione oblata. Sed ad illum tex. reſpondetur
quòd

[a] Hãc diſtinctionem pont. Bart.in d.auth. ingreſsi.



quòd ibi ſatis verificãtur verba,ex quo lex habet
pro vſufructu illum qui eſt in rebus quæ vſu cõſu
muntur.l.j. ff.de vſuf.ea.re.& ille actꝰ valet vt a-
gitur. Cùm enim cõpręhendatur ſub verbis ſaltẽ
largè acceptis,videtur de eo actum,& ideo valet.
Et ille tex.fa.ad not.in l.ſi tam anguſti.ff.de ſeru.
vbi ſecundũ communẽ intellectũ dicũt Doct. ꝙ
ſemper vt actus qui agit̃ valeat, fit interpretatio
ſermonis.& idẽ not.in l. ſi tibi pecuniã. ff.ſi cer.
A pet.Si verò actus de ſe valeret,nõ extẽderet̃, etiã
dato ꝙ verba deberent accipi in potiore ſignifi-
catu,vt dicit Soci.in conſi.vlt.in vlt.col.in ij.vol.
ita limitãdo regulam traditã in l. j. ff.ſi ager vect.
vel emphy. Tertiò opp. de l. ſi olei.C.loca, & l.
inſulam.ff.de præſcrip.verb. & c.conſtitutus.de
rel.dom.Sed reſponde, quòd ibi actus poteſt ſu-
37 ſtineri ſaltẽ ex improprietate ſermonis,†ex quo
appellatione venditionis continet̃ omnis alie-
natio.l.ſtatuliberi à cæteris.§.Quintus.ff.de ſtat.
B lib.quẽ tex.intellige & declara ſecundũ text. In-
ſtit.de teſtã.in princ.ne aliàs ratio Iuriſcõſulti ſit
inepta:& declara illam l.inſulam.vt per Ale.hîc,
ex cuius dictis ſuſtinetur doctr.Bar.in l. ſi ante ſ.
de acquir.poſſ. quicquid dixerit Iaſ. in d.l.inſu-
lam.in fin.Iſta tamẽ ſolut. eſt nimis generalis, &
cõtra eam fa.ꝙ not. Bal. in l. teſtamentum nõ i-
deo.C.de teſtã. & dixi in voce: quare tu ſolue,ꝙ
ibi erat error in nomine. Nam quando ſeruatur
forma alicuius contractus, & appellatur alio no
C mine,lex præſumit voluntatem contrahentiũ eſ
ſe, vt faciant illum contractum cuius formã ſer-
uant:quia fortior eſt pręſumptio quę orit̃ ex ſub-
ſtãtia,quàm quę oritur ex nomine, vt dicit Fulg.
& Alex.in l.non codicillũ.C.de teſtã.fa.regula l.
in venditionib.ff.de contrah. empt,ibi, nihil eñ
error nominis facit ubi de corpore cõſtat.Et hoc
modo tolluntur multa quæ contra iſtam ſol. ad-
ducuntur hîc per moder.

Sexta concluſio: Si actus peccat in forma,non
D valet vt valere poteſt,etiã ꝙ agat̃ de liberãdo: ſe-
cus ſi peccat in materia.l.an inutilis.ff. de accep.
l.ſi acceptolatum.ff.eo.& l.ſi vnus.§.ſi acceptila-
38 tio.ff.de pact.†Et ratio eſt,quia error in forma eſt
vitiũ intrinſecũ, & facit vt actus nunquã valeat.
c.cum ſuper abbatia.extra de off.deleg. & poten
tior eſt forma quã materia. l.Iulian.§.quantũ.ad
exhib.l.Seiæ.ff.de aur.& arg.leg.Sal.in l.fi.C.de
accep.Adde quòd iſta cõcordia quã facit Bartol.
hîc,eſt multum diuinatiua:quia l.an inutilis.ſim
E pliciter dicit inutilem acceptilationẽ: & ibi in-
telligere ex defectu formæ, & eadem verba in d.
§.ſi acceptilatio. intelligere ex defectu materiæ,
eſt mera calumnia. Raph.Com.hîc tenuit gene-
raliter, ꝙ ſtipulatio & acceptilatio inutilis etiã
defectu formæ,valeat in vim pacti:ſed ſuæ ratio-
nes ſunt ſatis leues. Vnde, quicquid etiã teneat
39 Socin.hîc,teneo generaliter cũ Bar.†ꝙ acceptila
tio peccans in forma,nõ habet in ſe tacitũ pactũ.
& ita intelligitur de l.an inutilis. Sed tamẽ ex ea
F oritur exceptio de non petendo,non propriè ex
pacto,ſed propter quandam æquitatẽ,vnde non
oritur immediatè ex acceptilatione. & ita proce
dit tex.in d. §.ſi acceptilatio. vnde vtit̃ quibuſdã
verbis importantib.præſumptiones,videlicet,ta
cita pactione actũ videt̃. Non eñ inducit̃ ex cõ-
ſenſu & obligatione vera naturali, vt dicit Bart.
Sali.& alij cõmuniter in l.vbi pactũ.in gl.j.de trãſ
act.& propterea non eſt pactũ in acceptilatione,
ſed ex ęquitate, propter illã oritur exceptio de
nõ petendo. Et ſic habes clarã reſolutionẽ,licet
Doct.non aduertant. Nec obſtat arg.Soc.hîc ar-
guẽntis ex litera Piſana:quia aliàs ratio aſsigna-
ta in tex.nõ videret̃ bona: dũ dicitur: (Poteſt er-
go nõ eſſe cõſenſus.fingamus eũ qui accepto tu-
lit prudentẽ ſcientemq; nullius eſſe momẽti ac-
cepto tuliſſe.) quæ verba ſecundum eum probãt
ꝙ regulariter ineſt cõſenſus, quod eſt contra cõ-
munem intellectum. Tu dic,ꝙ ſi bene videantur
verba tex.hoc non importãt:imò illa verba (po-
A teſt ergo nõ eſſe conſenſus ) ſunt interrogatiuè
prolata per Iuriſconſultũ, generaliter arguentẽ
nõ eſſe cõſenſum.Cõprobatur,quia aliàs ex quo
iuris ignorantia nõ præſumitur,l.leges ſacratiſsi
mæ.C. de ll. ſatis partes ſciũt actũ non valere nõ
ſeruata forma:vnde præſumitur velle facere actũ
deluſoriũ.l.nõ ſolùm.ſ. tit.j. Et iſtud procedit in
actu in quo peccatũ ſit in forma : quia præſumũ-
tur ſcire partes diſpoſitionẽ legis omni caſu an-
nullantis illum actum. Secus ſi non ſit defectus
B in forma,ſed in materia:quia præſumunt̃ etiã ſci
re ꝙ lex eum ſuſtinet,vt aliquo modo valeat. Vn
de Raph.Com.& Alex.hîc malè vident̃ loqui,dũ
dicunt,quòd vbicunque faciens actũ ſciret eum
non valere eo modo quo fit,tunc nõ valeret ſub
alio,ex quo in dubio, niſi ſit iuriſperitus, præſu-
mitur ignorantia.l. ij. §. Seruius Sulpitius. ff. de
orig.iuris. † Nam iſtud eſt falſum: quia in dubio 40
non pręſumitur ignorantia iuris, vt per Bar.in l.
non fatetur in vlt.colũ.ff. de cõfeſ.& ipſemet A-
C lex.& moder.in l.iuris ignorantia.C. qui admit.
& Feli.in c.de quarta.in vij. col. extra de præſcr.
declarando vt ibi.Vnde etiã non puto verum ꝙ
dicit idem Alexand.poſt Salic.in l. non codicil-
lũ.C.de teſtã.ꝙ in mercatorib. qui nõ tractãt de
apicibus iuris,ſemper eſt præſumendum quòd
crederent actũ valere eo modo quo agitur, & i-
deo ſemper valebit prout valere poteſt. quod di
ctũ non eſt verũ.per ſupradicta, & contra text.
in d.§.eum qui.& in l.j. §.deinde.ff. quod iuſſ.cũ
D ſimil.qui loquuntur generaliter.Limita iſtam cõ
cluſ.Bart.per tex. in c. dilecti. extra de maior. &
obed.vbi Io.de Imol. in j. col.not.ꝙ quãuis pec-
catũ in forma actus,qui agitur, nõ valeat etiã vt
valere poſsit,iſtud ꝓcedit vbi eſt vnus actus tan
tùm: ſecus ſi ſunt plures articuli ſeparandi,quia
tunc illi tenent,vt ibi per eũ. Et iſta inferunt̃ ad
quæſtionẽ.†Si aliquis intendit baptizare maſcu 41
lum cùm in veritate ſit fœmina, an valeat baptiſ
mus? Et videtur dicendum ꝙ ſic,per doctr.Bart.
E quia in tali caſu agitur de obligatione diſſoluen
da,vt per gl.in c.j.de cõſecr.diſt.4. Contrariũ te-
nuit Hoſt.in ſumma de baptiſ.in §. q̃ ſit eius for-
ma.per l.alioqn.in fi.de cõtrah.empt. ſequit̃ Fel.
in c.ſignificante.de reſcript. Iaſ. in l.iiij. de leg.j.
Sed tex.in d.l.alioquin. procedit̃ in actu princi-
paliter dependente à voluntate partium: ꝙ non
eſt in baptiſmo,cuius character non cauſat̃ dire-
ctè ex intentione baptizantis, ſed ex elemento
materiali exterius adhibito, vt per S. Thomam
F in iiij.ſent.diſt.xxx.q.j.

Septima cõcluſio,quòd vbi eſt defectus in cau
ſa efficiente,ſi nõ valet vt ago,actꝰ ſuſtinet̃ vt po-
teſt,etiã ſi agat̃ de obligatione contrahẽda.per c.
j.de deſpõſ.impu.lib. vj. ita tenẽt Canõ.in d.c.j.
cũ ſuper.& Gemi.in d.c.j.Ale.Soc.& moder. hîc,
& Sal.in d.l.codicillũ.gl.in d.l. verbis.ff.de vulg.
ſubſt.vbi ſubſtitutio pupillaris facta à matre,& ſic
nulla ex defectu pſonę, valet in vim fideicõmiſsi.
& ita intelligit Iaſ.hîc loqui Bart. Limita primò
iſtam concluſ. vt non procedat quãdo actus va-

L.j. Stipulatio nõ poteſt. §.Si quis ita.

leret in perſonam alterius. ita dicit Ang.hîc per
tex.in l.multum intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi.
42 Et facit,† quia licet regulariter ſiat extenſio ex i-
dentitate rationis de caſu ad caſum, nunquam
tamẽ fit de perſona ad perſonã.l.Titius. in prin.
ff.de lib.& poſth.Io.de Imol.in l.ſi verò. §.de vi-
ro.ff.ſol.mat.Aret.in l.Gallus. §. quid ſi is. in iiij.
col.ff.de lib.& poſth.Secundò limita, quãdo ta-
lis actus fieret contra legis prohibitionem, quia
nõ valet vt poteſt. c. q̧ in dubiis.extra de renun. A
Gemi.in d.c.j.& fa.gl.in c.P.& G.de offic.deleg.
ex quo lex reſiſtit ꝓrogationi iuriſdictionis de-
legati.fa.quod not. Alex. hîc dum reſpondet ad
l.Scæuola.ff.ad Treb. Tertiò limita, niſi ſuſtinẽ
do actum vt valere poſſet, fieret tranſitus ad ſpe-
ciem penitus diuerſam,vt probat l.multum.j.eo.
43 † Nam ſi quis ſtipulatur rẽ cuius eſt incapax, nõ
valet ſtipulatio,licet reſpectu æſtimationis vale-
re potuiſſet. Ratio eſt,quia multũ diſtat ſpecies
ab eius æſtimatione. Et hæc eſt ratio, cur teſta- B
mẽtum filiifamil.cum conſenſu patris nõ valeat
in vim donationis cauſa mortis.l.filiusfam.§.ſed
de actu.ff.de donat.de quo per Iaſ.hîc. Aduerte
tñ,q̧ in quantum poſui cõcluſionem etiã ſi agaẽ
de obligando, iſtud eſt expreſsè cõtra Bar.qui lo
quitur ſolùm in actu liberatorio, & ad hoc alle-
gat d.l.ex quacunq;.Nec obſt.q̧ alleget.l.multũ.
quia allegauit vt cognoſceret in actu liberatorio
eſſe ſecus. Et iſtud ꝓbatur cõcludenter in illa l.
qcquid dixerit Iaſ.hîc: nã ibi eſt tex.q̧ ſi quis ſti- C
puleẽ rem cuius cõmercium nõ habet,talis ſtipu
latio nõ valet:intellige nõ ſolũ in vim ſtipulatio-
nis,ſed neq; in vim pacti nudi:quia ꝓmiſſor non
tenebiẽ,neq; naturaliter.l.j.§.ſi id q̧ dari.ſ̃. tit. j.
Bartol.in l.j.in vlt.col.ff.de nouat.vnde non pu-
to diſcedẽdum à Bart.Nõ obſtat tex.in c.j.de de-
ſponſ.impub.lib.vj. quia poteſt reſponderi q̧ ſit
ſpeciale fauore matrimonij,ſicut etiam videmus
in dote. vt per Bald. nouell. in tract. dot. in vj.
part. lvj.priuileg. Vel ſecũdò & melius reſpõde- D
tur,q̧ quamuis ſpõſalia in caſu illius c.inducunt
obligationẽ in ipſis impuberibus,tñ non eſt vera
obligatio,ex quo poſſunt pœnitere,& qlibet re-
cedere à cõtractu.c.de illis.extra de deſponſ.im-
pub.Iuxta prædicta ſubdit hîc Bar. quòd ſi fuerit
a iuratũ ſuper ſtipulatione inutili, valebit in vim
44 pacti:quia† iuramẽtum habet effectum clauſulæ,
vt actus valeat omni meliori modo.l.cum pater.
§.filius matrem.ff.de leg ij. Adde quòd ille text.
nõ videẽ probare, quòd valeat omni meliori mo E
do,ſed ſimpliciter quòd valeat vt poteſt: nam ibi
nõ ſupererat niſi illa ſpecies ſucceſsionis in qua
valuit:& iſtud credo verius,& eſt de mẽte Raph.
Com.ibi,& ſic ſatis eſt ſi iuramẽtum operetur a-
liquid,licet non omnia, niſi interuenerint verba
validè prægnantia. Et pro iſta opinione [b] facit q̧
not.Bar.in l.ij.C.de reſcin.ven.& ſequũẽ mod.in
authẽ.ſacramẽta puberum. C. ſi aduer.vend. vbi
45 † ſi minor ſimpliciter iurat nõ venire cõtra con-
tractũm,intelligetur rationem minoris ętatis,nõ F
aũt vt cenſeatur renuntiaſſe beneficio d.l.ij.& ſic
ſatis eſt vt actꝰ valeat in ſe, licet nõ omni melio-
rj modo,vt tradũt alij in l.ſi quis cum aliter.j.eo.
Secundò facit q̧ not.And.Sicul.conſil.xliij.in pe
46 nul.col.in ij. † vbi ſi mulier iurat in contractu fi-
deiuſsionis,iuramentum operatur vt cenſeatur
certiorata. c.ex reſcripto.extra de iureiur.nõ aũt
q̧ per hoc cenſeatur renuntiaſſe beneficio excuſ-
ſionis,qui aliàs inducerentur duo ſpecialia,con-
tra l. j. C.de iur.dot. & iſtud ſatis volunt moder.

a Adde Iaſ. qui plura cumulat in §.itẽ ſi quis. col.iij. Inſtit. de actio.

b Adde gl. & Dd. in c. ex reſcriptis de iureiuran.ubi ſi qs iurat q̧ Titius faciet, reſoluitur talis promiſſio quod curet, & ſatis eſt ſi iuramentum illud operatur, etiam ſi non habeat hunc effectum ut tali caſu teneatur pręciſe.

in d.c.ex reſcripto.in penul.colum.cum cõcord.
Tertiò facit,† quia ſi minor renuntiauit hæredi- 47
tati paternæ cum iuramento ſimplici,illa renun-
ciatio non ſortitur plenũ robur,ſecũdum c.quã-
uis de pact. lib.vj.Et ratio eſt, quia illa renuncia-
tio de ſe vt teneat, requiritur quòd ſit iurata: vn-
de ſatis eſt,ſi iuramentũ operatur illum effectũ,
& ſic ſi reperiatur lęſus,poterit petere reſtitutio-
nem in integrum,vt per moder. in l. fi.C.de pac.
A &tex.in d.c.quamuis. loquens in minore,intel-
ligitur,quãdo iuramentũ interueniſſet per verba
valde generalia,vt ſatis oſtendit Gemi. ibi, in fi.
† Et propterea quartò inferri poſſet,quòd ſi ma 48
ritus minor donauit vxori ſuæ, & iurauit ſimpli-
citer non cõtrauenire,quòd poterit reuocare: &
ratio eſt,quia licet [c] donatio inter virum & vxo-
rem ſecũdum magis communem opin.valeat ſi
eſt iurata,ſecũdum Iaſ.in l.pacta quę contra.in ij.
col. C. de pact. tamen ſatis eſt ſi iuramentum il-
B lud operatur, abſq; quòd alteret beneficium re-
ſtitutionis in integrum. Quintò facit quod in-
fertur magis in propoſito materiæ, † nũquid ſti- 49
pulatio in caſu §.noſtri, in qua interuenerit iura-
mentum,valeat in vim pacti ſimpliciter, an verò
ſit etiam potens ad agendum? Alex. in conſil.xij.
in vlt.col.in j. vol. videtur præſupponere quòd
valeat in vim pacti nudi, & ſit ſolùm ſufficiẽs ad
retentionem: & ita etiam tenuerũt mod.Senen.
hîc. †Nam ſatis eſt ſi iuramentum ſuſtinet actum 50
C aliquo modo, etiam ſi nõ opereẽ duos effectus.
Contrarium tenet Abb. in c.cum contingat.col.
penul.verſ.ſeptimus caſus. extra de iureiurã. vbi
appellat tale pactum veſtitum. Sed iſtud ego nõ
puto verum,nec Bar.in l.ſi quis pro eo.j.de fide-
iuſſ.allegatus per Abb.hoc dicit: & quãdo pactũ
eſſet ſine cauſa, caſus eſſet clarior per moder. ex
quo non veſtitur, vt dicit Bald. in rub.C.de rerũ
permut.& Corn.conſi.cxxxv.in v.colũ.in ij.vol.
Aduerte tamen ex tali pacto iurato, de quo lo-
D quitur noſter tex.in quantum Soci. tenet,non o-
riri actionem etiam de iure Can. tanquam pactũ
ſit præſumptum,arg.notatorum per Bart.in l.iu-
riſgentium.§.quinimò in vlt.col.ff. de pact.puto
contrarium eſſe verius: quia ratio Bart. ceſſat in
hoc caſu: † pactum enim præſumptum donatio- 51
nis non parit actionem, ne concurrant duo ſpe-
cialia, quod non eſt in foro canonico, in quo re-
gulare eſt vt agatur ex pacto.c.j.extra de pact. Li
mita [d] dicta Bart. hîc, vt non procedant vbi defi-
E cit conſenſus.l.fi.C. de non num. pec. Rom.cõſ.
lxvij.in caſu prop. Aret.conſ.xxiiij. cum ſimilib.
de quibus per Iaſ.in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum.
in vlt. col. ff. ſi quis caut. & in l.eam quam.in iij.
char.C.de fideicomm. Corn. conſil. cij. in j.vol.
& infinita cumulata per moder.in tract.de virtu
te iuramẽti.Secũdò limita,vt in promiſſore iura-
mentum faciat actum valere eo modo quo poſ-
ſit,non tamen vt cenſeatur aliud factum promit-
tere,quàm quod promiſit.†Vnde inferẽ ad quęſt. 52
F mariti promittentis ſocero vel fratrib.vxoris ſuę
cum iuramento,quòd vxor non peteret aliquid de
hæreditate. Nam iſta promiſsio tanquam de fa-
cto alieno non valebit, nec iuramentum opera-
biẽ q̧ maritus curet:quia cùm ꝓmiſerit factũ alie
nũ, nõ debet trahi ad factũ propriũ. ita cõſuluit
Corn. conſil.cxcij.in vlt.colum. in primo. quæ
deciſio eſt dubitabilis, per not.per moder. in l.
ſtipulatio iſta.§.alter.j. eod. dum allegant gloſſ.
in c. quotiens cordis oculus. & eſt gloſſ. vbi
Abb.& Fel.in d.c.ex reſcripto.de iureiurã.Dic vt
ibi per

c De hoc uide latè p Anto. de Petru. in l. j. in ſecundo effectu iuramenti.ff.de iureiur.

d Hanc limitationem ponit Bart. d.l. ſi quis pro eo.uer.octauo prohibetur.



ibi per eos. Limita etiam aliis modis prout ſ̃. li-
mitaui in prima concluſione, dum tetigi naturã
clauſulę,*omni meliori modo,&c.* Circa ſecundã quę-
ſtionem Bartol.aduerte primò,quia Doct. mul-
tum laborant circa intelligentiam ipſius.Dic in-
tentionem Bartol.
53 eſſe, † quòd aut cõ
tractus, qui fit per
ſtipulationem, nõ
additur alteri, &
ꝓcedit regula tex.

¶ Si quis ſimpliciter [a]
interrogatus,reſpon-
derit, SI ILLVD A
FACTVM ERIT,
DABO: non obli-
gari eum conſtat.

noſtri: quia ſi non valet in vim ſtipulationis, nõ
valebit in alium modum. Aut adiicitur alteri cõ-
tractui, vt puta numerationi ex cauſa mutui fa-
ctæ,& licet ſtipulatio ſit inutilis, valebit contra-
54 ctus mutui. † Sed pone quòd in inſtrumẽto non
contineatur vera numeratio pręſentialiter facta,
ſed confeſsio,puta, quia inſtrumentum diciẽ,ta-
notat Petr. de Anch. in d. c. hi qui. & ſequitur Fe-
lin. in d. c. licet. pro quorum opinione eſt tex. in
c. ad abolendum. in fin. extra de hæret. † vbi ſi
Papa mandet ordinario, quòd procedat contra
exemptos, fiet delegatus: certè cùm ordinarius
habeat fundatam intentionem in diœceſi ſua, c.
ad decimas. de reſtit. ſpol. lib. vj. pupillus. §. ter-
A ritoriū. ff. de verb. ſig. videtur quòd ſolum tolla-
tur obſtaculum exemptionis. In practica tamen 12
non recedendo à communibus, aduerte ad de-
clarationes. Et primò conſideranda ſunt verba
reſcripti, nunquid principaliter reſpiciant com-
miſsionem, in cuius executione tollatur obſtã-
culum, veluti in caſu d. c. ad abolendum. in fi. de
hær. & deciſionis Pet. de Anch. in d. c. hi qui. &
tunc videtur quod iudici ſit alterata iuriſdictio:
ſecus ſi reſcriptum principaliter emanauerit ad
B tollendum obſtaculum. & ita procedit text. in d.
c. cum aliquibus. Et hæc ſit prima limitatio. Ex
qua ſequitur, † quod ſi princeps ſcribat iudici or- 13
dinario vt procedat non obſtantibus feriis, re-
manebit ordinarius, ex quo ſolum tollitur ex-
ceptio feriarum, quæ obſtabit exercitio iuriſdi-
ctionis. Secundò limita, vt non procedat quan-
do princeps ſimpliciter appoſuiſſet in reſcripto
verba reſpicientia proceſſum: nam tunc proce-
det vt delegatus, ſed pronunciabit vt ordina-
C rius, ſecundum Bal. in l. qui procuratorem. in
vlt. colum. ff. de. procur. de quo per moder. in d.
l. ius ciuile. & ueritas dependet ex not. per Bar.
& alios in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudic. nū-
quid commiſsio cognitionis cauſæ extendat̃ ad
definitionem. Tertiò limiata, † ut ſi princeps 14
ſcribat, ordinario dando nouam formam: ſi or-
dinarius non ſeruet illam formam, & ſic nō pro-
cedat vt delegatus, tamen ualet ſententia, licet
iudex ipſe puniatur, vt eſt gl. in Clem. j. in verſ.
D inhibentes. circa medium. de iure patr. cum cō-
cor. per Feli. in c. ex parte. col. iij. de cōſtit. Quar-
tò limita, quando ex forma ſtatutorum aliqua
cauſa ſpectat ad ordinariū: nam ſi princeps eam
committat ordinario, etiam aliquid addēdo vel
diminuendo, tamen ille non dicetur delegatus:
quia tale reſcriptum intelligetur ſecundum ſta-
tutum, non autem illi derogabit. per not. per Io.
And. in c. dudū. de deci. & Alex. in l. quanquam.
C. de teſt. mil. Et iſtud puto procedere etiam, ſi
in reſcripto diceretur, vt autoritate principis
E procederet: quia etiam iſta verba poſſunt con-
uenire ordinario. §. fi. ubi Iac. de Beluiſ. in auth.
vt defun. ſeu fun. & iſta interpretatio eſt capien-
da ne cenſeatur derogatum ſtatuto. Quintò li-
mita, quando iudici ordinario ſpecialiter com-
mittitur aliqua cauſa ſine aliqua additione vel
diminutione: nam tunc cenſetur adiecta iuriſdi-
ctio delegata, & ex forma procedendi iudicabi-
tur, quam uiam elegerit, vt dicit Imol & Fel. in
c. ex officij, de præſcr. colum. xij. ſecus in com-
F miſsione generaliter facta, quia tunc ſolum di-
cetur excitata iuriſdictio. ita procedit text. in d.
c. licet in corrigendis. Sextò limita, quãdo prin-
ceps aliquid committit ſuper iuriſdictione uo-
luntaria, per quod fiet iuriſdictio neceſſaria. d. l.
j. §. ſi quis in appellationem. & ibi per Com. &
Ang. de Aret. ubi delegare, quod eſt uoluntariæ
iuriſdictionis, fit neceſſariò per reſcriptum. gl. in
l. ſæpe audiui. ff. de off. præſ. & tamen remanet
ordinarius. Non obſtat text. in c. cum aliquibus.
de reſcript. et in d. c. hi, qui de præben. lib. vj. cū

ſimil. quia commiſſio ſuperioris ibi habet in ſe
nouum actum, id eſt, approbationem perſonæ:
vnde plus alteratur iuriſdictio ordinarij, ex quo
cogitur præciſè illi cõferre. Septimò limita, qñ
commiſſio fieret vt cauſæ diſtribuerentur tantũ,
declarando vt per Bal. in l. fi. in vlt. colũ. C. vbi ſe-
nat. vel clariſ. & refert Iaſ. in d. l. ius ciuile. in iij.
col. Vndè quãdo Papa committit cauſam alicui
ex auditoribus Rotæ, dicitur diſtribuiſſe, & erit
ordinarius in cognoſcendo, & delegatus in ſen-
tentiando: de quo in Clem. auditor. de reſcript.
& moder. in c. j. in v. colũ. de reſcrip. lib. vj. Octa-
uò limita ſecũdum Bal. in l. j. col. ij. ff. de iur. om.
iud. vbi vult ꝙ quãdo princeps extendit iuriſdi-
ctionem quam iudex ordinarius habet in aliqua
ſpecie imperfecta, & eam perficit, nõ per hoc di-
cit delegatus: vnde ſi iudici habenti cognitionẽ
ſolum in cauſis iuriſdictionis ſimplicis, fiat com-
miſſio per principem de cauſa mixtì imperij, in
ea dicatur adhuc cognoſcere tanquam ordinari-
us ex iuriſdictione prorogata: de qua deciſione
dubitat hîc Aret. per d. c. hi qui. Dic vt per eum.
Nonò limita, quando alteratio eſſet facta in clau
ſulis executiuis: quia illæ nõ ſolent alterare prin
cipalem diſpoſitionem. Clem. j. de præb. de quo
per Felin. in d. c. licet. & Iaſ. in dicta. l. ius ciuile.
15 Noto quartò, † quòd ſi ſequatur complacentia,
quòd ſtipulatio quæ eſt nulla, corroboratur, ꝙ
intellige, ſi ſequatur complacentia in eo ꝙ adij-
cit vel diminuitur: ſecus ſi in principali. Et ideo
ſi dicam, *promittis mihi equũ?* tu reſpondeas, *promit-
to bouem*, etiam quod ſequatur cõplacentia in bo-
ue, non valet ſtipulatio, vt per Io. Fab. in §. præte-
rea. Inſtit. de inut. ſtip. ſequit Iaſ. & Soci. hîc. Cõ-
trariũ tenuit Bart. in §. fi. j. ea. l. & Bal. nouell. ſ. in
rub. in vij. col. & pro iſta opin. facit, ꝙ ſecundum
opi. Bar. hîc, §. ſed cùm adiicit. referatur etiam ad
ſubſequentia. Si ego interrogẽ, *promittis centum?* &
tu reſpondeas, *promitto centũ quinquaginta*, ſecuta
complacentia ualet ſtipulatio in totum, & tamẽ
reſpectu illorum quinquaginta nulla præceſſit
interrogatio, & res penitus diuerſa deducitur
principaliter in contractum. Secundò compro-
batur per rationem Bart. hîc, quam etiam in pro-
16 poſito adducit Bal. Nouel. in d. rub. † Nam ratio
cur in ſtipulatione debeat pręcedere interroga-
tio, eſt, vt ſimus certi quòd ille reſpondeat ani-
mo ſe obligandi: quæ ratio militat ſecuta cõpla-
centia. Tertiò ego adduco: quia ſicut ſtipulatio
ex mutatione ſeu additione qualitatis redditur
nulla, vt in iſto text. & ſecuta complacentia cor-
roboratur, ergo idem in ſtipulatione nulla ex de
fectu ipſius rei, cum aliàs fuerit expreſſa: nõ eñ
magis eſt nulla in primo caſu, quam in ſecundo.
Quartò cõfirmat: qa ibi qualitas eſt requiſita ad
actũ, ea nõ interueniẽte, ita res annullat, ſicut ex
defectu principalis. l. Fulcinius. §. j. ff. ex qui. cau.
in poſ. ea. fa. l. quę de tota. ff. de rei ven. Mihi ſem-
ꝑ placuit cõtraria opi. ꝙ imò ſtipulatio ſit nulla.
Non obſt. primũ fundamentũ: quia puto ꝙ verſ.
*ſed cũ adijcitur.* nõ ſit referẽdus ad §. ſeq. ꝓut tenuit
Bart. unde magis placet opin. Pet. per rationem
ſuam: quę opi. cõprobatur ex iſto tex. dum in eo
dicitur, pari caſu uitiatam eſſe obligationẽ. Nã
verbum *uitiatum*, ſi refertur ad præcedentia, intel-
ligitur, in totum: ſi referatur ad ſequentia, intel-
ligitur in partẽ. Certè iſta interpretatio non eſt
accipienda. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.
quamuis aliquando videamus contrarium, vt in
§. præterea. Inſtit. de inut. ſtip & gl. in l. ij. ff. de
off. proconſ. & leg. Cõfirmatur etiã alia ratione:
quia tex. dicit, cum aliquid adijcitur vel detrahi-
tur obligationi, & ſic reſpicit ſubſtantiam ipſius
obligationis: ſed in caſu ſeq. non adijcitur prin-
cipaliter obligationi, ſed rei deductę in obliga-
tionem. Nec obſtat ratio Bart. quòd clauſula in
medio poſita refertur ad utrunque. l. iij. §. filius.
ff. delib. & poſth. Nam iſtud verum eſſet, niſi ſe-
quentia continerentur in alio capite diuerſo, vt
A dicit Abb. in c. ſecundò requiris. in ij. col. de ap-
pell. ꝙ eſt in caſu noſtro: ex quo enim eſt in alio §.
arguitur diuerſitas à præcedenti caſu. Iaſ. in §. ſed
iſte. in j. colum. Inſtit. de act. Item eſt ratio diffe-
rentiæ, cur debeat magis referri ad præcedentia,
quàm ad ſequentia: quo caſu nõ procedit illa re-
gula, vt declarat Bald. in d. §. filijs. & moder. in d.
c. ſecundò requiris. Nõ obſtat ſecũda ratio Bart.
& Bald. Nouell. quia vtra ſolut. Socin. hîc potes
dicere, quòd illa ratio eſt impulſiua, non finalis,
B vt concluſimus ſuprà in rub. vnde nõ eſt arguen-
dũ ab ea ceſſante. l. j. §. ſexum. ff. de poſtu. l. j. in
fin. ff. de minor. Nõ obſtat tertia & quarta ratio:
quia ex quo interuenit forma ꝓpter pręcedẽtem
interrogationẽ & ſubſecutam ratiõem, illa nul-
litas ſtipulationis orta ex diſſormitate, facilius
reparatur ſequuta complacentia, quàm vbi non
eſt ſeruata forma. Et iſta opinio in puncto iuris
magis mihi placet, licet in practica non eſſet re-
cedendũ à communi. Sed conſequenter dubita-
C tur hîc, † an iſta cõplacentia debeat fieri uerbis, 17
an ſufficiat nutu. Socin. in §. ſeq. & Iaſ. hîc tenent
requiri verba: & idẽ ante eos tenuit. Io. Fab. in d.
§. præterea. vbi aſſignat rationem. Nam cùm ſti-
pulatio dicatur à firmitate, iura voluerunt om-
nem firmitatem & claritudinem verborũ inter-
cedere. Tu aliã aſſigna: nam lex in iſto caſu ſub-
rogauit cõplacẽtiam loco interrogationis pręce
dentis, vnde in ſubrogato cẽſetur requiſita prior
qualitas. c. tranſlato. vbi Bal. extra de conſtit. l. j.
D C. de impo. lucra deſc. lib. x. & facit quod not.
Bald. in c. quoniam contra. in vj. colum. extra de
probat. vbi tabelliones tenentur iurare, ꝙ offici-
um ſuum exercebunt legaliter. Pone quòd loco
tabellionũ ponuntur duumuiri, nũquid tenebũt
iurare? certè ſic, per prædictã rationẽ. In ꝓpoſito
ergo, cũ interrogatio debeat fieri verbis, ita etiã
cõplacentia, quæ illi in iſto caſu ſubrogatur. Et
cõprobatur iſta opin. quia aliâs cõcurrerẽt duo
ſpecialia, cõtra regulam l. pen. C. de dot. promiſ.
E Cætera dic vt hîc per Iaſ. † Extra gl. infert Bart. 18
hîc text. ad quæſt. ſtatuti, vt poſitionibus reſpon
deat ſimpliciter: an ille qui reſpõderit ſe nõ ha-
buiſſe, & ſi apparuerit quòd expendit in nego-
cijs, etiam videatur nõ reſpõdiſſe ſimpliciter, &
ſic habeatur pro cõfeſſo? Et cõcludit quòd ſic: &
idem tenent cõmuniter Doct. hîc, & in l. j. ff. de
vulg. & fa. text. in c. is qui cõtra. de elect. lib. vj.
quem allegat Feli. in c. præterea. in princ. de offi.
deleg. Raph. Cõ. & Paul. Caſt. hîc tenẽt cõtrariũ:
F quia iſta adiectio eſt ſuperflua & abũdans, vnde
non debet nocere. argu. l. qui mutuam. ff. mand.
Et hoc tenẽdo, adde quòd nõ obſtat quod etiam
actus nullus puniatur, vt dicunt moder.[a] per l.
eum qui duas. C. de adul. cum ſimil. per Bar. in
l. vbi pactum. in fin. C. de tranſact. quia ex quo in
caſu noſtro ex adiectione nulla non deſinit re-
ſponſio eſſe ſimplex, pœna ſtatuti locum non ha
bet, quia uerba non verificantur. l. iiij. §. totiens.
ff. de dam. infe. l. id autem. in prin. ff. de admi. tut.
Sed in contrarijs verba legis verificabantur in
actu

a Adde de hoc uidendũ etiam Bar. & Dd in l. non dubium. C. de leg.



actu nullo. Confirmatur iſta opin. quia ratio iſti-
us ſtatuti, eſt vt reſponſio ſit clara. l. qui ætate. §.
tacuit. vbi Bar. ff. de inter. act. & firmat Bald. in c.
j. in prin. extra de ſum. trin. & fid. cath. Vnde etiã
ſi ita reſpondeatur, reſponſio eſt clara, quia reij-
citur illud ſuperadiectum. Facit quod not. Bart.
in l. eum qui. in prin. ff. de iureiu. vbi dicit, quòd
ſi quis negat qualitatem, per quam aduerſarius
non grauetur onere probandi, quòd talis non in-
cidit in pœnam ſtatuti impoſitam neganti, quia
ceſſat ratio per quam negans punitur. Vnde idẽ
videretur dicendum in caſu noſtro. Comproba-
tur eadem opin. per tex. in c. dilecti extra de iud.
vbi eſt text. quòd in reſcripto in quo mandatur
vt factum inueſtigetur purè & ſimpliciter, cenſe-
buntur ſolùm reiectæ nimiæ ſubtilitates iuris, &
captioſa inueſtigatio: non autem faciet quo mi-
nus aliâs ſolitus ordo ſeruetur. Vnde dicit ibi
Abb. & Io. de Imol. & Bal. in c. ſuper literis, in iiij.
col. de reſcrip. quòd per talia verba nõ iuducetur
alia correctio iuris communis. Et per d. text. in
c. dilecti. confunditur deciſio Bal. in l. nec quid-
quam. §. de plano. ff. de off. procõſ. vbi vult, quòd
ſi ſtatutum dicat, quòd iudex procedat ſimplici-
ter, non poterit fieri cumulatio actionis in caſi-
bus in quibus aliàs fieri poſſet. ſequitur Aret. hîc,
& Socin. in l. j. ff. de vulg. Credo illam deciſionẽ
non eſſe veram: & tenendo hanc partem reſpon-
detur ad iura contraria, quòd iſta dictio ſimplici-
ter eſt generalis ſecundum Bald. in l. j. in j. col. C.
de ædil. act. & capitur ſecundũ ſubiectã materiã.
l. ſi vno. ff. loc. Et illa iura non ſe fundant ſuper ꝓ-
prietate illius dictionis, ſed incidenter vtuntur
illa dictione qualificata per pręcedentia & ſub-
ſequentia. Nõ obſtat quòd nõ poteſt negari quin
conceptio verborũ in ſe ſit duplex, etiam quòd
pars habeatur pro non adiecta: quia lex non vi-
detur conſideraſſe hunc caſum, ex quo ceſſat ra-
tio, vt ſ. deduxi. Facit, quia actus nullus propriè
loquendo non dicitur actus, vt eſt gl. in l. iij. ff. de
teſtã. tut. vbi Bal. vnde propriè loquẽdo illa re-
ſpõſio dicet ſimplex, quia illa additio eſt nulla,
nec habetur ꝓ actu niſi impropriè: quę proprie-
tas non eſt conſiderabilis in ſtatutis. l. iij. ff. de
neg. geſt. præſertim quando quis incideret in
pœnam. c. odia. de reg. iur. lib. vj. & pro hoc eſt
tex. not. in l. j. §. hæc verba. ff. quod quiſ. iu. & ibi
Bal. per illũ text. dicit, quod ſtatutũ puniens op-
ponentẽ exceptionẽ, nõ cõpræhẽdet eũ qui op-
ponat nulliter. cũ ſimil. alleg. per moder. in l. ſi.
in iij. col. ff. de quæſt. Nõ obſt. ꝙ dicit Iaſ. arguen-
19 do ab etymologia uocabuli, † ꝙ ſimpliciter dicat
quaſi ſine plica, ſecundũ gl. in Clẽ. ſępe. de verb.
ſig. qa ex quo illa adiectio reiicit, nõ dicitur eſſe
aliqua plica. Item illa verba *ſine plica*, intelligunt,
ſine dolo & fraude, vt declarat Archid. xvj. q. j. c.
ſi cupis. & viij. diſtin. c. conſuetudo. Et facit, quia
ſimpliciter propriè dicitur fieri, quod fit ſine do-
lo[a]. gl. in c. Petrus. xxxix. diſt. & not. Imol. in d.
Clẽ. ſæpe. vnde taliter reſpõdens nõ dicit in do-
lo. l. ſi quidẽ. vbi not. C. de except. Et hoc modo
intelligendo ſtatutum non eſſet ita rigoroſum,
ſed conformaret ſe iuri communi: quæ interpre-
tatio in dubiis eſt capienda. l. iij. C. de noxal. Nõ
recedendo tamen in practica à communi opin.
20 pulchra quæſtio ex his infertur. † Pone quòd tu
mihi mutuaueris cẽtum in camera nemine præ-
ſente, quæ etiam tibi reſtitui nemine pręſente:
tu interrogas me, nũquid mutuaueris mihi cẽtũ,
quomodo mihi conſulet in reſponſione? ſi enim

a Adde Abb. in c. dilecti. col. ij. uerſ. & ideo colligo. de iudi.



L. j. Stipulatio non poteſt. §. Si quis ſimpliciter.

reſpondero quòd mutuaſti, ſed quòd reſtitui, nõ
ſtabitur meæ reſponſioni: imò ex quo reſponſio
non erit ſimplex, habebitur pro confeſſo. Ego
puto, quòd ſi pars reclamet, iudex non debębit
admittere ita generaliter iſtam poſitionem ſeu
interrogationem: & iſtud ſuadet æquitas ad ob-
uiãdum calumnijs: vnde debet addere hoc mo-
do: *Interogo te, an mutuauerim tibi centum, quorum mihi
ſis debitor?* & ita tenet Io. de Imol. & Gem. in c. cu-
A pientes. in prin. de elect. lib. vj. Barthol. Veronẽ.
cautel. lx. incip. ſi mutaui c. & caut. cxxxvj. incip.
ſi debitor ſoluit in ſecreto. ſequitur Franciſ. de
Cur. in l. ij. §. quod obſeruari. vbi tractat materiã
poſitionũ. C. de iur. ob cal. in xxiiij. breuiloquio.
idem tenet Iaſ. in l. manifeſtè. in penul. col. ff. de
iureiur. Et facit, quia poſitiones inuentæ ſunt à
iure, vt pars releuetur ab onere probandi. c. j. de
confeſſ. lib. vj. & ibi not. l. eum qui. in princ. ff. de
iureiur. l. ij. & iij. ff. de inter. act. vnde iſtud reme-
dium non debet operari vt reus ipſe grauetur in
onere probandi: quod eſſet in caſu noſtro, quia
deberet probare ſe reſtituiſſe, cum reſpectu pro-
bationum fauorabilior ſit reus quàm actor. & vbi-
cunque iudex habet aliquam conſcientiam vel
coniecturam, ſine dubio deberet iſtud facere, vt
etiam dicit Bal. in conſi. cccxcviij. ſtatuto Peru-
ſij. in v. & Lanf. de Ori. in reper. Clem. ſæpe. de
uerb. ſig. in vlt. col. Si verò iudex admittat gene-
raliter interrogationem, & pars reſpõderit quod
C non accepit mutuò aliquid propter quod ſit eius
debitor, adhuc de iure communi iſta reſponſio
erit admittenda, vt dicunt præfati Doct. Et facit,
† quia iudex ex æquitate poteſt admittere reſ- 21
ponſionem qualificatam, cauſa uitandi calum-
niam ponentis. l. iuſiurandum & ad pecunias. §.
nõ ſemper. vbi Bal. Lud. Rom. & Iaſ. ff. de iure-
iur. Bal. in l. j. in prin. C. de ædil. act. Socin. poſt
alios in d. l. j. ff. de vulg. Stante verò ſtatuto quòd
ſimpliciter reſpõdeatur, tunc non poſſet admit-
D tere talem reſponſionem. Et ita procedit com-
munis opin. hîc vnde ante admiſſionem inter-
rogationis debet inſtare pars ne iudex eam ad-
mittat ita indiſtinctè. Sed quid ſi ſtatutum dicat,
quòd interrogationibus quis teneatur reſpõde-
re ſub iuramento? & quòd tali iuramento ſtetur
tam in contentis in forma, quàm ſuper cõnexis:
nunquid credetur iuranti ſibi fuiſſe mutuatum,
ſed ſe reſtituiſſe? Videtur ꝙ ſic: quia an aliquid ſit
connexum, multum operatur arbitrium iudicis.
E gl. in c. ſi ciuitas. de ſen. excom. lib. vj. Io. de Imol.
cõſil. cxxxix. in vlt. col. Sed iudex in tali caſu de-
bet arbitrari iſtud eſſe cõnexũ, per not. in d. c. cu-
pientes. & per aliam rationẽ videntur conſulu-
iſſe Signorel. de Homo. & Raph. Fulg. in quodã
conſil. impreſſo poſt tractatum malefic. Angel. In
contrarium facit quod voluit Anton. de Butr. cõ-
ſil. lxv. circa medium, & etiam contrarium vide-
tur de mente Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit.
de libe. leg. Vnde puto eſſe tutius quòd pars à
F principio faciat formam modificari, prout ſ. di-
xi. Nec obſtat quod notat Bart. in l. j. §. accuſatio-
onẽ. in fin. j. ad Turpil. quia in caſu Bart. lex præ-
ſumebat contra negantem ſe eſſe culpabilẽ: ſed
in caſu noſtro lex non præſumit, nec pro reſtitu-
tione mutui, nec contrà, ex quo iſta ſunt quædã
accidẽtia extrinſeca, in quib. lex nihil pręſumit,
ſed relinquit ea in ſuo eſſe. & qui dicit, probare
debet, vt declarat Comẽ. in l. ij. §. fin. ff. de excep.
Item ibi erat facta interrogatio, vt factum ipſum
explicaretur, quod erat fundamentum inquiſiti-

onis ipſius iudicis, vnde debuit ſpecificari, & ceſ
ſat ęquitas de qua in caſu noſtro. Infertur iſta de-
22 ciſio Bart. hîc ad aliam quæſt. † nunquid admit-
tenda ſit reſponſio homicidæ negantis ſe inter-
feciſſe: & quantenus conſtet, dicentis ſe feciſſe
ad ſui defenſionem. Et in hac quæſt. diſtingue:
quia aut nos loquimur de iure communi, & ad-
mittitur talis reſponſio, & per hoc nõ dicitur ali-
quid confeſſus. vt dicit Bart. in l. cũ de indebito.
ff. de probat. & notabiliter per Aret. in l. decem.
in vlt. col. j. eo. Aut loquimur ſtante ſtatuto vt qs
ſimpliciter reſpondeat, & hoc caſu non admit-
tetur. imò habebitur pro confeſſo, vt per Angel.
& alios hîc, & Ang. de Are. in tract. crimi. in verb.
comparent inquiſiti et partem negat. Et iſtud eſt
vtile in practica pro confitentib. eo modo corã
iudicibus, qui non tenerentur ſeruare formã ſta-
tutorũ: nam tunc erit in arbitrio iudicis quod ius
velit ſequi. Et ſic eſſet punctus pro amico. Sed qd
ſi dicat ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ? dicunt Doct.
communiter, quòd erit ac ſi ſimpliciter reſpon-
diſſet, ex quo iſte confeſſus eſt cum qualitate, cõ-
tra quam eſt præſumptio legis: vnde onus pro-
bandi ſpectabit ad ipſum, ſecundum Bart. in d. l.
Aurelius. §. idem queſiit. et eſt text. in c. cũ veniſ-
ſent. extra de inſtit. Adde tamen, quòd reus ita
cõfitẽs non poterit puniri pœna mortis, vt dicit
Abb.[a] in c. auditis. in vlt. col. de præſcrip. Feli. in
c. ſignificaſti. de homi. Auguſti. Arimi. in addit.
Angel. in d. verſ. comparent inquiſiti. Iaſ. in l. vt
uim. ff. de iuſt. & iur. moder. in c. cum uenerabilis.
de exc. & ſunt plena ſingularia modernorum.
Aduerte ad duo. Primò, quid Abb. loquitẽ de iu-
re communi, aliâs iſta deciſio non procederet,
vbi ſtatutum requireret reſponderi ſimpliciter:
nam tali caſu quis decapitabitur etiam ex con-
feſsione præſumpta, ex quo talem lex approbat
in criminalibus. vt per Bald. in l. fin. C. de pro-
bat. Abbas in c. accedens. de ſimon. Et iſtud
eſt de mente Alexan. hîc. Secundò[b] aduerte,
quia videtur quòd ſaltem iſte confitens ſic qua-
lificatè poterit torqueri ad eruẽdam veritatem,
nunquid fecerit ad ſui defenſionem: licet aliqui
moder. teneãt contrarium: ex quo enim habet
præſumptionem legis contra ſe, illa eſt ſuffici-
ens indicium ad torturam. Bald. in l. quamuis.
ij. C. de adul. & Bald. in l. ea quidem. in j. col. C.
de accuſ. Sed pone quod in tortura perſeueret
ſe feciſſe ad defenſionem: puto quod tunc eſſet
abſoluendus in totum, vt dicit Alb. de Roſa. &
moder. in l. edictum. ff. de quæſtio. Barthol. Ve-
rum. conſilio xxxij. quidam ruſtici. quæ nota be-
ne, quia quotidiana. Limita tamen ſupradicta, vt
non procedant quando ille ſic confitens eſſet in
caſu, quo præſumeretẽ interfeciſſe ad ſui defenſi-
onẽ quẽ caſum ponit Ioã. Fab. in §. ius autẽ gẽti-
23 tiũ. in iij. col. Inſt. de iure nat. gẽt. vbi dicit, † q̃
quãdo reperitur vnus viuus & alter mortuus, nec
cõſtat quis fuerit aggreſſor, viuus abſoluendus
eſt. argũ. l. j. §. cũ arietes. ff. ſi quadr. pau. feciſ. dic
[c]. Et hoc qñ uiuus eſſet vir probus, & merita prę-
cedẽtis uitæ hoc ſuaderent. fa. q̃ not. Flor. in d. §.
cũ arietes. & Bar. Verò. in conſil. xxviij. magiſter
Iacobus. Et hoc modo limitatẽ illud quod ſolet
dici, quòd non præſumitur quòd ille fuerit[d] ag-
greſſor, qui reperitur percuſſus: de quo Iõ. And.
in c. ſignificaſti. de pœni. & remiſ. Bal. in c. j. de pa-
ce tenẽ. in feu. & in l. vt vim. in pen. col. de iuſtit.
24 & iure. Ex ſupradictis ergo habemus, † quòd ſim-
pliciter illud fieri dicitur, quãdo in eo actu nõ eſt

a Adde quod cõtra dictũ Ab. fa. l. j C. de ſica. & alia de quib. per Soc. in l. nõ utiq; col ſi. ff. de excep. ubi tenet contra Abb. ſed uide Dec. in ca. cũ uenerabilis. col. xij. extra de exce. ubi ſaluat Abb & reſpondet omnib. con trarijs.

b Adde Thomã de Ferra in cautela ſua 5.

1 Adde text. in ſ. ſcietiam. §. cũ ſtramẽta. ff. ad l. Aquil.

d Quis præſumatur aggreſſor, uide Alexã. conſ. 378 ponderatis. ad fi. Aret. conſil. 34. Fel. in c. dilecti. col. pe. de excep.

aliqua conditio. Fallit, niſi conditio eſſet de na-
tura actus. l. qui liberis. vbi Angel. & Imol. ff. de
vulg. & pup. Alex. & alij in l. j. eo. tit. & eſt com-
munis opi. pro qua eſt text. in l. eam quam. C. de
fideicom. vbi fideicommiſſum dicitur ſimplici-
ter factum in quo grauata erat mulier reſtituere
fideicommiſſum antequam duodecimum æta-
tis annum impleſſet. Adde quòd contra iſtã opi.
videtur text. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſth. vbi
A iſta inſtitutio, *filium & nepotem inſtituo*, dicitur ſim-
pliciter facta, & tamen ſi extendatur ſecundum
conſilium Galli, cuius conditiones inſunt de na-
tura eius actus, erit ſimplex inſtitutio. idem pro-
batur in l. j. ff. de vulg. & pupil. vbi ſubſtitutio
vulgaris dicitur ſimplex, & habet in ſe tacitam
pupillarem, & tamen ſi pupillaris extenderetur
quæ ineſt de natura actus, non diceretur ſim-
plex. f. l. l. precibus. C. de impub. idem probatur
in c. ei qui. de præb. lib. vj. & ibi Arch. not. quod
B illud diceretur ſimpliciter fieri, quod fit per ver-
bum generale. Pone quòd enumerentur ſpecies
contentæ in genere, certè non dicetur ſimplici-
ter factum. l. coiri. vbi Fulg. ff. pro ſoc. Pro reſolu-
tione dic, quod conſiderata forma verborum,
diſpoſitio non dicitur ſimpliciter facta, in qua
fuit expreſſa conditio de natura actus exiſtens.
& ita procedunt ſuprà alleg. Sed conſiderato ef-
fectu, eſt ſecus. Statuta verò debent intelligi ra-
tione effectus. l. j. §. fi. ff. quod quiſque iur. cum ſi-
C mil. & facit l. j. ver. ſed ſimpliciter eum confir-
mat. ff. de confir. tut. & iſta procedunt de condi-
tione quę ſubintelligatur ex natura actus, vel cõ-
prę̃hendatur ſub generalitate verborum. Sed qd
ſi cõprę̃hendatur ex coniecturis? dicit Bald. in c.
quia propter. in j. col. de elect. † quòd ſi ſtatutum 25
dicat, quòd debeat clarè reſponderi poſitiõibus,
non poteſt adijci conditio quæ tacitè ſubintelli-
gatur ex coniecturis. Et eſt ratio in promptu: nã
quando ineſt ex natura actus, vel comprę̃hendi-
D tur ex generalitate verbi, ineſt ex neceſsitate. Se-
cus ſi ex coniecturis, quia illæ plerunque non
ſunt veræ. Bald. in l. ea quidem. C. de accuſ. Vndę
ſi quis interrogetur, nunquid elegerit Titium:
& reſpondeat, elegi, ſi erat dignus, non dicetur
reſpondiſſe ſimpliciter, licet in dubio quis præ-
ſumatur eligere dignos. c. ſi. de præſum. & c. j. de
poſtul. præ. lib. vj. Secundò limitatur communis
concluſio, † quando poſitio eſſet duplex vel in- 26
certa: nam tunc etiam pars poterit reſpondere
E dupliciter vel incertè. l. vt reſponſum. C. de trãſ.
Bal. & alij in d. l. j. ff. de vulg. Adde q̃ tali poſitiõi
pars nõ cogitẽ reſpõdere, vt eſt gl. in c. ij. de cõfeſſ.
li. vj. q̃ ad hoc no. Bal. in l. p̃cib. in prin. C. de imp.
& hoc etiã ſi ponẽs appõeret clauſulã, q̃ ponit cõ
iuncti & diuiſim. & idẽ tenet Bal. & Aret. in l. ij. §.
q̃ obſeruari. C. de iur. ob cal. Erit ergo in electiõe
eius cui ſit poſitio, vel opponere, ſe non teneri
ad reſpondendũ tali poſitioni, vel facere talẽ re-
ſpõſionẽ incertã. Sed cautius faciet ſi reſpõderit
F ex quo actor nõ reuelabitẽ, & in eadẽ inſtãtia nõ
poterit ãplius ſpecificari, & rurſus de ea interro-
gare, vt dicit notabiliter Bal. in c. dudũ. ij. in an
tepẽ. col. de elect. Tertiò limitatur, niſi iudicis
æquitati videretẽ ex aliqua cauſa, vt admitteret
reſpõſionẽ duplicẽ. l. iuſiurãdũ & ad pecunias. §.
nõ ſemper. ff. de iureiu. & ſ. dixi, & tãgit Soci. in
d. l. j. Confirma, quia iudex poteſt ex iuſta cauſa
recedere à iure ſcripto, tollẽdo vel alterãdo pœ-
nã. l. & ſi ſeuerior. C. de his qui not. inſã. l. quid er-
go. §. pœna grauior. ff. eo. tit. Itẽ iudex ſi ſubſit æ-
quitas



quitas vel iuſta cauſa, poteſt alterare voluntatem
teſtatoris, vel ab ea recedere. l. iij. §. ſi pater. & §. ſe
quẽ. ff. de adm. tut. & l. j. ff. vbi pup. educ. deb. Are.
in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Puto tamen in caſu
noſtro ſi iudex admitteret talẽ reſpõſionẽ, quòd
deberet in actis apponere cauſam, ne aliàs tene-
retur in ſyndicatu, prout in ſimili dicit Bart. in l.
Lucius. in fi. ff. de his qui not. infa. & Felin. in c.
de cętero, in iiij. col. de re iu. & in c. licet cauſam,
27 extra de probat. Amplia nunc ſupradicta, † vt
quãdo aliquis debet reſpõdere ſimpliciter, ſi re-
ſpondeat conditionaliter vel cum qualitate, ita
actus eſt nullus, vt iudex nõ debeat pati quòd re-
ſponſio iſta ponatẽ in actis. ita dicit notab. Bal. in
c. dudũ. ij. in antepen. col. de elect. & fa. gl. in l. j.
in verb. libellis. ff. de off. aſſeſſ. Nã puto iſtud di-
ctũ verũ, ex quo intereſt rei vt ponatẽ p̃pter al-
leuiãdã pœnã, per dictũ Abb. in c. auditis. de prę-
28 ſcrip. & ſ. dixi. Ex iſto tex. infert hîc etiã Ang. † ſi
aliq̃s negauit poſitionẽ, quo caſu nõ poteſt ſe fũ
dare ſuper ea, c. ex eo. de reg. iur. lib. vj. nũquid ad
finem vt poſsit ſe fundare, poterit reuocare nega
tionẽ? Et dicit Ang. quòd ſic incõtinẽti, per iſtum
text. aliâs ex interuallo non poſſet, niſi ſub præ-
textu erroris, vt dicit Bart. in l. poſt legatũ. in vlt.
col. ff. de his qui. vt indig. Et adde, q̃ ſi poſitio
in ſe erat intricata vel obſcura, præſumitur error
abſq; alia p̃batione, vt dicit Gemin. xxv. diſtin. §.
criminis. & c. erit autem lex. iiij. diſt. Sed quomo-
do dicetur incõtinenti reuocare? Rom. hîc & A-
ret. dicunt quòd nõ dicetur incõtinenti, vbi pars
acceptauerit. alleg. Baldum in l. Gallus. §. quidã
rectè. ff. de lib. & poſthũ. Idẽ videtur eſſe vbi ne-
gatio redacta ſit in ſcriptis. ita tenet And. Sicul.
hîc per gl. in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. xj.
vbi Nico. de Neap. Aduerte, quia aliud vult gl. in
c. ſi. de iureiu. lib. vj. vbi dicit quòd nõ ſufficit eſſe
factã in ſcriptis, ad hoc vt nõ poſsit reuocari, ſed
debet eſſe redacta in actis: tunc enim eſt irreuoca
bilis. & ita tenent ibi Doct. Ego tamẽ puto quòd,
etiã ſi ſit redacta in actis, incontinenti poterit re-
uocari: ſicut videm9 quòd dicta teſtium ſunt de
actis, & tamen ſi teſtis reuertatur incontinenti,
poteſt corrigere dictũ ſuum. c. præterea. de teſt.
cog. Bart. in l. repeti. ff. de quæſtio. & ita videtur
voluiſſe Ioã. de Plat. in d. l. rura. Idem ſi negatio
fuerit geminata. arg. gl. in Clem. cum à repulſio-
ne. de appell. & ita firmat And. Sicul. hîc. Eſt verũ
quòd gl. per eum allegata nõ bene probat iſtam
opin. prout etiam dicunt moder. in l. q̃ iuſsit. in
iij. col. ff. de re iud. & magis probatur per ea quæ
dicunt Doct. de virtute geminationis, de qua in
l. baliſta. ff. ad Trebel. & Bartol. in l. cum ſcimus.
C. de agri. & cenſit. lib. xj. In gl. in verb. *vitiatam*.
Iſta gl. expeditẽ in §. pe. j. ea. l. & ibi dicem9 de ma
teria principali iſtius gl. In ea. ibi, ſed ſi ſimplici-
ter reſpondeat, ad omnia videtẽ reſpõdiſſe. §. prę-
terea. Inſtit. de inutil. ſtipul. not. hîc Bar. in j. op-
29 poſi† quòd talis intelligitur reſpõſio, qualis prę-
ceſsit interrogatio. Ad idem facit l. ſi defenſor. §.
qui interrogatus: ff. de inter. actio. & l. quæro. §.
fin. ff. de ædil. edict. ad idem quod not. Soci. con-
ſil. ciij. col. pen. in iij. vol. vbi vult, q̃ ſi quis ponat,
quòd tempore contractus habuiſti notitiam co-
dicillorũ & cõtentorum in eis: ſi reſpondeas te
credere quòd habueris notitiam codicillorum,
intelligitur tempore contractus. faciunt plura ſi-
milia relata per Felin. in c. inter dilectos. in v. co-
lum. de fide. inſtrument. & Iaſ. in l. pen. ff. de iu-
ſtit. & iur. col. ij. Cõtra prædicta obſtat quod no-



L. j. Stipulatio nõ poteſt.

§. Si quis ſimpliciter.

tabiliter voluit Bartol. in l. ſi cui. ij. ff. de leg. j. † v-
bi ſi interrogo te quòd cognoueris carnaliter
Bertam vxorem Titij, & tu reſpondes quòd co-
gnouiſti dictam Bertam, non videris confeſſus
quòd ſit vxor Titij. & item tenet Bal. ibi, & Ioan.
de Ana. in rubr. extra de adulter. & Matheſ. not.
xxxiij. Puto pro reſolutione eſſe faciendos duos
caſus. Primus eſt, quando dicitur in reſponſione
quòd cognouit dictam Bertam, tunc cenſetur cõ
A feſſus omnia ſecundum formam poſitionis: quia 30
reſponſio declaratur ſecundum interrogationẽ.
& ita tenet Raph. Comã. Alex. & alij in d. l. ſi cui.
& eſt cõmunis opin. vt dicit ibi Iaſ. & Fel. in c.
nonne. in ij. colum. de præſum. Nam illa dictio
*dictam*, refertur ad omnia, tam reſpicientia ſubſtã-
tiam, quàm qualitatẽ, vt dicit Aret. conſil. cliij. in
vlt. col. Aut ſimpliciter reſpõdet quòd cognouit
Bertam, & tunc non cenſetur confeſſus illam
qualitatem, quòd ſi vxor Titij. & ita poteſt ſalua-
B ri Bartol. & Bal. in d. l. ſi cui. cum ſimil. & hoc te-
net Specul. in tit. depoſiti, §. vij. verſ. vj. Matheſ. in
d. notab. xxxiij. Aret. in l. gerit in iiij. colum. ff.
de acquir. hæred. Alex. conſil. xlij. in v. vol. Corn.
conſil. cviij. col. pen. in princ. Et facit, quia con-
feſsio in dubio interpretanda eſt in fauorem cõ-
fitentis. l. ſi quis intẽtione. ff. de iud. Nec obſtat q̃
dicit Bar. ibi, in vlt. quæſt. q̃ reſponſio interpre-
tanda ſit ſecũdum interrogationem, vt videatur
reſpõdiſſe ad interrogata: quia ſatis videtur re-
C ſpondiſſe ad interrogata, qui reſpõdet ad ſubſtã-
tiam, licet nõ ad qualitates: vnde ſibi imputet po
nẽs, qui debuit facere duas poſitiones, iuxta gl.
in c. ij. de cõfeſſ. lib. vj. nõ aũt vnam duplicem. 31
Habes ergo primam limitationẽ, † q̃ reſpõſio po
ſitionũ debet interpretari ſecundum interrogat.
Illud eſt verum quo ad ſubſtantiam, non vt cen-
ſeantur repetitæ qualitates, etiã ſi valde pertinẽ-
tes ad negotium, vt ibi: quia niſi illa fuiſſet vxor
non fuiſſet adulterium, & conſequẽter nõ potuiſ
D ſet puniri ex illa inquiſitione. Et ratio eſt vt dixi,
quia cõfeſsio interpretatur ſecundum intentio-
nẽ cõfitentis, vt etiam per Bart. in l. is qui reus. in
pen. col. ff. de pub. iud. Secundò fallit, quãdo in
poſitione eſſet aliquid extrinſecum & imperti-
nẽs vel adiectum cauſa demonſtrationis. tunc e-
nim nõ videtur quis illud confiteri, etiam ſi ap-
poſuiſſet illud verbum *dictam*. ita videtẽ velle Ma-
theſ. in d. notab. xxxiij. & facit l. ſi. §. Titia. ff. de
lib. leg. vbi dicit Bar. quòd clauſula refertur ad id
E q̃ principaliter in diſpoſitione narratẽ, non ad ea
quæ addũtur demonſtrationis cauſa. Confirma-
tur etiam, quia licet iſta dictio *dictam*, referatur e-
tiam ad qualitates, debet intelligi de qualitatib.
requiſitis ad ipſam diſpoſitionem non de imper
tinentibus, vel extrinſecis. arg. l. Seio, §. medico
ff. de ann. leg. & l. nouatione. ff. de nouat. Tertiò
limita, vt in dubio reſpõſi interpretetẽ, ne reſpon-
dens incidat in contrarietatem, & ne aduerſe-
tur aliis per ſe dictis, etiam ſi talis interpretatio
F non conueniret in totum interrogationi, ſecun-
dum Corne. conſilio. cviij. colum. penul. in
princip. allegat Bald. in l. cum falſa. C. de iur. &
fact. ignor. Quartò limita, vt quando ex tali
interpretatione reſultaret magnum præiudi-
cium parti, nunquam in reſponſione cenſeatur
repetita perſona, de qua in interrogatione, ſecũ-
dum Bartol. & Bal. in l. j. C. de diuer. reſcript.
quòd dictum eſt verum in caſu ſuo. Et ſic rema-
net expeditus iſte notabil. §. ſi quis ſimpliciter.

2 *Fideiuſſor ſe in plus non obligat, quàm principalis.*
3 *Maiori minor ſumma ineſt: interdum contrà.* 19, 21, 25, 31.
6 *Præſens qui tacet, præſumptione tantùm conſentire videtur.*
7 *Expreſſa tacitis præualent.*
10 *Interdum totum plus interrogãti debetur.*
18 *Confeſſus partem totius petiti, in mora conſtituitur.*
28 *A toto petito abſolutus, de parte conueniri nequit.*
38 *Teſtes non ſemper ob contrarietatem in ſumma reiiciũtur.*
39 *In arbitriis ad minorem ſummam, non ad maiorem attenditur.*
40 *Vt teſtis à pœna periurij, vel falſi liberetur, minor ſumma in maiore cenſetur indiſtinctè ineſſe.*

¶ Si ſtipulanti mihi decem, tu viginti reſpondeas: non A eſſe contractam obligationem niſi in decem, conſtat. ex contrario quoque[b], ſi me viginti interrogante, tu decem reſpondeas: obligatio niſi in decem non erit contracta. A licet eñ oportet cõgruere sũmã: attamẽ mãifeſtiſsimũ[a] eſt, viginti & decẽ ineſſe.

§. SI STIPVLANTI[a]. ¶ Qui † de minori a ſumma interrogat, ſi de maiore reſpõdeatur, ea- 1 tènus obligat promiſſorẽ, quatenus ſummæ cõcordant: & vice verſa Sed quænã ratio dubitãdi hoc in caſu fuit? an quia reſponſio interrogationi omnino non cõueniebat? imò in qualitate videbatur ſubeſſe diuerſitas. Si enim ſtipulator velit ſummam minorem petere tanquam promiſſam, nõ poteſt, ſed ſolùm rectè agit, cùm ceu debitam duntaxat petit[a]. quod Bartolus cenſuit Rurſus & in forma ſubeſſe diuerſitas videbatur. nã ſi cùm deberem quinquaginta, fideiuſſorem in centũ dederim, is fideiuſſor omnino non obligatur, id eſt, nec in minore ſumma, vt Bart. tradidit[b]. quia in forma ſtipulationis ſubeſſe vitiũ lex interpretatur, perindeque eſt, ac ſi plus tépore, appromiſſor ſpopondiſſet. quo caſu nec naturalis quidẽ obligatio orit[c]. Sed tamẽ Iuriſcõſultus decidit cõtrariũ ea generali ratione, q, in maiore ſumma minor inſit. & ideo quatenus ſũmæ concordãt, nulla videtur eſſe diuerſitas. Nec obſtat, q, ſumma minor peti nõ poſsit, tãquam promiſſa, ſed tãquam debita duntaxat. quia ſcrupuloſa nimis hæc eſt ſubtilitas: &, etiam ſi vera ſit, nihil impedit, cùm ea ſolùm qualitatis diuerſitas vitiet ſtipulationem, quæ facit, ne conſenſus iungãtur, cõtractumq; in pẽdenti cõſtitueret, vt cùm diuerſitas in tempore eſt[d]. In ſumma verò, ſeu in rebus ſtatim cõtractus perficitur, nec eius valor in pendenti eſt; quia verum eſt, in ſumma minori partes eſſe concordes. nec exẽplum fideiuſſoris mouet, quia in Pandectis Ethruſcis dicitur fideiuſſorem nõ omnino obligari. Vnde cùm negatio ſigno vniuerſali præpoſita ſit, indicat aliquo ſaltem modo valere, licet non omnino[e]. quod lib. ij. c. xxvj. Dial. Laur. Valla diſputat. Sed & ſi ſententiam Bar. ſequamur, adhuc tamẽ argumentum non vrget. in illo enim caſu forma rem ipſam reſpicit, quum lex expreſsim iubeat, ne † in plus poſsit ſe fideiuſſor obligare, quàm 2 principalis[f]. Sed in caſu noſtro forma rẽ ipſam nõ reſpicit, ſed perſonas, quas ſatis eſt verbis cõ- 3 cordes eſſe. Sed † nunquid minor ſumma maiori inſit ex proprietate verborum? & adnotãt hìc omnes propriè ineſſe[g]. vnde & in cõditionibus, quas propriè & ad verbũ obſeruari oportet, qui x. dare iuſſus, xx. dat, obſeruaſſe dicitur[h]. quod Aret. hìc cenſuit, veriſsimaq; eſt ſententia. Exceptis tamẽ duobus caſibus: alter, cùm ſumma hęc negatiuè profertur, veluti *centum aureos non habeo*, nõ ſequitur, quin quinquaginta habeã[i]. ex interpretatione igitur ſolùm certis caſibus ſumma maior negatiuè prolata minorẽ continet[k], qđ Cin. & Rainer. hìc docuerunt. Alter, cùm non de re controuerſia eſt, ſed de verbi ipſius ſignificatione. & cõſtat, verbum maioris ſummæ demonſtratiuum propriè minorem nõ ſignificare. Nec enim centum propriè quinquaginta ſignificãt[l], licet per interpretationem hìc intellectus accipiatur, cùm in cẽtum vtiq; etiã quinquaginta cõtineantur: & ideò in multis caſibus ſuprà ſcriptæ regulæ locus non eſt. Nã & ſi duo arbitri condemnãt in x, tertius in v, non dicuntur expreſsè in illa v. B cõſentire, ſed tacitè tãtùm[m]. vnde ſentẽtia x. cõtinens præualet[n]. Sed † pro declaratione textus 4 vidẽdum eſt, quid reſpectu aliorũ decem, quæ ſupra interrogationẽ promiſſor obtulit, cõſtituendũ ſit, an debebũtur ſaltẽ iure pacti, tanquã ſtipulatoris præſentia, & taciturnitas cõſenſum inducãt[o]? qđ quidẽ pactũ cohærẽtia ſtipulationis foueri, cõfirmariq; debuit, ſi vera eſt eorũ ſentẽtia, qui in contractibus quoq; ſtricti iuris ineſſe pactum cenſuerũt[p]. Sed † textus noſter repugnat, 5 C qui non eſſe contractam obligationẽ, niſi in decẽ oſtẽdit. reſpectu ergo aliorum decem nulla erit obligatio, nec naturalis quidem[q]. Ego quamuis arbitrer de obligatione ciuili Iuriſconſultũ hìc loqui[r], tamen non negauerim prędicto caſu, nec pactũ quidem vllum eſſe[s]. qui † enim pręſens tacet, non niſi præſumptione quadam videtur cõ- 6 ſentire. quæ præſumptio in caſu noſtro cõtrariis argumentis tollitur[t]. Primùm, quia non eſt veriſimile ſtipulatorẽ actũ difformẽ feciſſe, q partim D in vim ſtipulationis, partim in vim pacti coaleſceret[u], idq; in caſu dubio. Expreſsè enim nõ eſt dubitandum, quin poſſet[x]. Deinde, quia interrogando de ſolis decem, ſatis indicaſſe videtur nõ plus ſe petere. Quia, † quæ expreſſa ſunt, taci- 7 tis præualent[y], & vnius incluſio eſt alterius excluſio[z]: & quia in tali ſumma affirmatiuè prolata, videtur legis interpretatione ineſſe taxatiuã[a]. Cùm igitur pactum nullum inde contractũ pręſumatur, fruſtrà de eius veſtimento tractaretur, E maximè cùm tale pactum legem contractui non det, æquè principale ſit, quo caſu nunquam cohærentia contractus fulciatur[b].

EX CONTRARIA QVOQVE[b]. ¶ Si igitur de maiore ſumma interrogatus, minorẽ pro- b 8 mittas, in minori duntaxat valet ſtipulatio. Sed hæc ſententia & ratione, & l. dubia eſt. Et in primis videtur hoc iniquũ. quid enim ſi ſtipulator aliàs ſtipulaturus non eſſet, niſi integra ſumma ſibi offerretur[c]? Poteſt enim de tali negotio F tractari, in quo ſtipulatoris interſit, vel totum habere, vel nihil[d]. Rectius ergo Iuſtinianus, qui, inutilis eſt ſtipulatio, inquit, ſi ad ea, quæ quis interrogatus fuerit, nõ reſpondeat: veluti *Decem aureos dare ſpondes?* tu quinq; promittas[e]. Sed † ta- 9 men à regula legis noſtræ recedendum non eſt, quia verba Iuſtiniani intelliguntur, inutilẽ eſſe ſtipulationẽ in eo, quòd interrogationi reſponſio non quadrat: reſpectu autem minoris ſummæ non eſt dubium quadrare. Nec mouet, quòd

a Bar. l. ſcire. in prin. ꝟ. eod.
b l. Græcè. §. illud. de fideiuſſ. uer. quæro principaliter.
c l. fideiuſſor obligari. §. j. de fideiuſſor.
d §. §. pcedẽti.
e l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi qs caut.
f §. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſ. l. qui quarta. de leg. j. l. qui cõbinam. §. j. de ... Iaſ. So. hic. ... l. 3. §. ſi plus, de ſtatulib.
i l. ſi is, qui ducenta. §. utrum. de reb. dub.
k l. ſi unus. §. ſi cũ mihi. de pact. l. ſi quis cum totum. de except. rei iudic.
l c. cui de nõ ſacerd. de pręben. in 6. ubi Gemi. & Imol. hic.
m not. l. diẽ. §. ſi plures. de arbit.
n c. j. de arbit. in 6. Doc. l. inter pares. de re iudic.
o l. qui patitur. mãd l. 3. C. de repud. hær. ubi Alex. & no Iaſ. ꝟ. eadem rubr.
p l. lecta. ſi cert. pet.
q gl. Inſt. de oblig. in princ.
r l. Iuriſgentiũ. §. ſed cũ nulla. de pact.
s l. ſi tibi decẽ. locat.
t l. cũ de indebito. de probat.
u l. iam hoc. de uulga. Matheſ. not. 27.
x l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. pet.
y l. ex facto. §. j. de uulg.
z l. cũ prætor. de iudic.
a l. pen. §. fin. de act. empt. Iaſ. d. §. ſi tibi.
b Bar l. ſi tibi. de pact. dixi. C. de pact. l. in bonæ fidei.
c l. ſi ita ſtipulatus fuerò, hãc. ꝟ. eo. l. ſi decẽ. loc.
d l. tutor. §. Lucius. de uſur.
e §. præterea. Inſt. de inutil. ſtipul.



potuit intereſſe ſtipulatoris, vel totum, vel nihil I. acciperet, quia ſi interfuiſſet ſua, veriſimiliter ſtatim diſſenſiſſet: quo caſu tota ſtipulatio cenſeretur extincta[a]. Cæterùm ex ſuprà ſcriptis inferunt Doct. an † ſi quis in iudicio poſitionem 10 edat, quæ plus contineat, quàm verè debeatur, poſsit ea in totum negari, an ſaltẽ eatenus agnoſcenda ſi bona ſit fides, quatenus verè debetur? & Bar. non poſſe in totum negari cenſuit. cùm ſcilicet plus quantitate, nõ autem qualitate petitur, idq; legis noſtrę argumento. nec dubium eſt, convenire hoc bono viro, idq; nõ pauci hìc ſequuntur[b]. quæ ſentẽtia indubitata eſt, cũ verba poſitionis etiã de parte intelligi rectè poſſunt[c], veluti cùm quis interrogatur, an fundum II. poſsideat. quãtacunq; enim parte poſsideat, verum eſt eum poſsidere fundum[d]. Idem, ſi interrogatio quidem de toto ſit, reſponſio autem partem habeat, quæ ad totum trahi ex aliquo euentu poſsit: vt cùm quis interrogatur, an ſit hęres ex aſſe, debet reſpondere, ſi vel pro parte ſit hæres[e]. Aliis enim repudiantibus inſolidũ hæ- III. res eſſet[f]. Idem, ſi poſitionibus adiecta ſit vulgaris clauſula, *Coniunctim & diuiſim, ſi non de tanto ſaltem de quanto*. tunc enim tenebitur reus reſpondere[g], nec vlli excuſationi eſſet locus. quod Ang. & plerique alij reſponderunt, & veriſsimum eſt, niſi poſitio non in ſumma, ſed in qualitate ſub- IV. ſtantiali eſſet falſa[h]. Tunc enim clauſula illa, *coniunctim & diuiſim, etc.* non operatur. Idem, quoties actor teſtatus eſſet, ſe eã partem accepturũ, quã reus liquidò ſe debere profiteretur[i]. Idem, 11 ſi † iudex ipſe iuſſerit, vt etiam de parte reſpon- V. deatur[k], factum enim iudicis partis negligentiã VI. ſupplet[l]. Idem quãdo † verbis poſitionis adiecta 12 eſſet dictio, qua oſtenderetur, etiã de parte actum eſſe, putà dictio *quid*, id eſt aliquid[m]. Eſt enim diſtributiua, quę quamlibet vel minimam comprætiẽdit[n]. Exceptis hiſce caſibus non ſolẽt aduocati ſentẽtiam hãc Bart. ſequi. Et ſi creditor in poſitione plus, quàm ſibi debeatur, adfirmauerit, totum negant: quæ opinio probabilior eſt[o]. 13 Nã † aut loquimur eo effectu, ne reus in periuriũ incidat. & receptius videtur ſemper fieri interpretationem, vt negans totum, ad totã ſummam cõiunctim reſpexerit, ne in periurium incidat[p]. quod & Soci. & alij recentiores prodiderũt, vnde qui iurat fundum ſuum non eſſe, de toto intelligitur iuraſſe, niſi adiecerit, neq; ſibi cõmunẽ eſſe[q]. & ſi ex duobus teſtibus alter dixerit, fundum à Titio poſsideri, alter verò nõ poſsideri, ſit 14 interpretatio euitandi periurij cauſa, vt alter de toto, alter de parte intellexerit[r]. Aut † loquimur eius finis reſpectu, vt totũ negans in expẽſis condemnetur, tanq̃ iniuſtè litigauerit, qui noluerit fateri ſe partem debere. & adhuc idem dicendũ eſt[s]. Eſt enim, quod imputetur actori, qui plus poſuerit[t]. Nec obſtat, quod actor videatur non ſolùm de toto, ſed etiam de qualibet eius parte interrogaſſe[u]. igitur reſponſio ipſa debuit eſſe interrogationi conformis, vt ſi totum negaret, partem ſaltem adfirmaret[x]. Reſpondeo: poteſt (ſi vult) reus de parte reſpondere, valebitque ex quadam humanitate reſponſio, licet non omnino ad rogatum facta videatur[y]. Quòd † ſi de par- 15 te reſpõdere nolit, ſed totũ neget, videtur ab expenſis abſoluendus. probabiliter enim credidit eum qui centũ ſibi deberi affirmauit, de integris centũ intellexiſſe[z], nec partem accepturũ fuiſſe[a]. Appellatione enim rei in dubio venit integra[b], maximè cùm de materia iuramẽti agatur, quod ſolet actũ indiuiduũ reddere[c]. Nec obſtat, quòd ſententia certę ſummę de qualibet eius parte intelligatur[d], q̃a hoc verũ in ſentẽtia, quę aliàs eluſoria redderetur, vt infrà oſtendã. Idem † in litis cõteſtatione, in qua fit interpre- 16 tatio, vt de eodem reus ſentiat, de quo actor[e]. aliud † verò in poſitionibus quę ad leuamẽ proba- 17 tionis attinent, & in quibus nõ eſt permittendũ, vt in pari culpa melior ſit actoris, quàm rei cõditio. debent enim poſitiones certa explicatione B ab actore fieri[f]. vnde ſolet dici, poſitionibus in- 18 certis non cogi quemq̃ reſpondere[g]. Sed † num creditor, qui totũ petit, debitorem in mora reſpectu partis conſtituat? verbi gratia: petij centum, cùm ſola mihi quinquaginta deberentur, nunquid in eis quinquaginta reus cenſeatur eſſe in mora? & concludendũ videretur cenſeri[h], niſi pars illa ſit incerta, & reus ante eius declarationem ius retinendi totum habeat[i]. Item, niſi pars, quæ poteſt retineri, liquida quidem ſit, ſed C actor proteſtatus non fuit, ſe aliam partem accepturum[k]. qua de re alibi diffuſiùs.

ATTAMEN MANIFESTISISIMVM[a]. a
¶ Adnotant hìc omnes, in † maiore ſumma mi- 19 norem ineſſe. quod procedit, ſiue minor pars diſcreta ſit, vt hìc dicitur, ſiue etiam quota[l], ſiue connexiua[m], ſiue collectiua[n]. Semper enim plus in ſe continet, quod eſt minus. Quæ tamen concluſio aliquot reſtrictiões recipit. Et inprimis, ſi I. pars proteſtetur, quòd non intendat in maiore ſumma cõpræhendi minorem[o]. vnde tali caſu D ſtipulatio non valeret. In cõtractibus enim maximè ad mentem cõtrahentium attendimus, ſicut & in legatis ad mẽtem teſtatoris[p]: vnde in eis proteſtatio facta contraria magis attenditur[q]. Sed 20 † quid in ſentẽtia iudicis, vel arbitri? pone: vnus arbitrorũm condemnauit in quinq;, alter in decem, tertius in quindecim, proteſtatuſque quilibet ipſorum eſt, non in minore ſumma ſe condemnare, an proteſtatio valebit, impedietque, ne videantur omnes in quinque conſenſiſſe[r]? & E receptius eſt. non valere proteſtationem[s]. cùm enim laudatiuum, aut ſententia rem, prout geſta eſt, iúſque inde proueniens declaret[t], & à libero arbitrio iudicũ non pẽdeat, nihil operatur huiuſmodi proteſtatio, cui quodammodo naturæ actus repugnat, vnde præualet actus[u]. II.

Hinc † infertur, nec hìc in maiore ſumma 21 contineri minorem, cùm ſpecialiter de minore eſſet alio modo diſpoſitum[x], idque circa diF uerſas perſonas. Si enim reſpectu eiuſdem perſonæ non ſufficeret hęc coniectura[y], ſicut nec quãdo diſpoſitio non ab eodem, ſed à diuerſis perſonis eſſet celebrata: quod Iaſon hic tradit[z]. III.

Ad † hæc pertinet, & cum veriſimilis mens 22 contrahentium eſt, vt in maiore ſumma non contineatur minor, veluti cùm ſtipulans ex cauſa oneroſa damnum ſubiret, quia rei ſuæ iuſtum pretium non conſequeretur. qua ratione ſi architecti æſtimationem vario modo renuntiẽt,

a l. Stichus. la j. de manu. teſt. l. non ad ea de cõdi. & demonſt.
b Aret. hic cũ concord.
c l. qui ſeruum. §. ſi. de interro. act.
d l. Mæuius. §. duorũ. de leg. ij. no. l. 3. §. è cõtrario. de acq. poſ.
e l. de ætate. §. ſi interrogat9. de interrog. act.
f l. cum hæreditate. de acq. hæred.
g Angel. Mod. hic, Alex. conſ. dxxxiij in v.
h §. pręced. gl. c. ij. de cõfeſ. in 6.
i l. qui ſolidum. de leg. ij.
k l. qui ſeruum §. fin.
l l. j. C. ſi in cau. iudic.
m l. ſi is, q ducẽta. §. utrũ. uerſ. proinde. de reb. dub.
n gl. cl. j. uerſ. aut earũ. de for. comp.
o Imo. c. dilecti. de maior. & obed. Abb. c. j. in fi. de plus. pet.
p c. cum tu. de teſtib.
q l. pupillus. §. ſi. de uerb. ſign.
r Din. Bal. Abb. l. ij. de cõd. inſt.
s d. l. qui ſolidũ ubi Bar. Iaſ. l. pꝛopandum. §. ſin aũt alterutra. C de iudic.
t l. uiro. ſol. mat. l. j. ꝙ quiſq; iur.
u d. l. ſi quis cũ totũ. ſ. de excep. rei iudic.
x l. ſi defenſ. §. j. de inter. act.
y d. §. ſi interrogatus. ſecund intellect. Soc. hic.
z l. Titia cũ teſtamẽto. §. j. de leg. ij.
a l. tutor. §. Lucius. de uſur.
b l. ſi in rẽ. de reiuend. l. 5. in fi. de leg. j.
c gl. l. ſi uſusfr. legatus. de uſufruct. Bal. c. j. §. cum aũt. de cõt. inueſt.
d d. l. ſi qs cum totũ. Caſtr. d. l. qui ſolidum.
e l. inter ſtipul. § ſi Stichũ. ꝟ. eo.
f l. precib. C. de impub. ubi Bal. j. not.
g Doct. l ubi. §. qui illud. ꝟ. eo.
h l. ſi ſeruus. §. boue. de condit. fur. ubi Docto. Bar. l. nõ poteſt. de reg. iur.
i l. in fideicõm. de uſur. In prin.
k d. l. q ſolidũ. ubi Bar.
l l. qui quartã. de leg. j.
m l. rerũ miſtura. de uſucap. l. & p iuſiurand. uerſ. ſi autẽ iter de acceptil.
n Bart. l. qui uſumfruct. ꝟ. eod.
o gl. hic. & d. §. pręterea.
p l. cũ teſtamẽto. de uerb. ſign.
q l. ſi qs in pri. de leg. ij.
r l. diẽ. §. ſi plures. de arb.
s gl. & Dom c. j. de arbit. in 6. Iaſ. l. inter pares de re iudic.
t l. Põponius. §. ſi iniuſſu. ubi gl. de acq. poſ.
u gl. l. pacta, nouis. C. de pact. Ang. l. iuriſgentium. §. q fere. de pact.
x l. ex facto. §. j. de uulg.
y l. inter ſtipul. § ij. uerſ. diuerſa. ꝟ. eo.
z Alex. cõſ. 79 in 5.

L. j. Stipulatio nõ poteſt. §. Si ſtipulanti.

non erit minori ſummæ ſtādum: quia damnum
in cauſa oneroſa fieri parti poſſet [a], vt Salic. cen-
ſuit [b]. Sed cur non idem in ſententia iudicis,
vel arbitri eſt [c]? in ea enim conſtat minorem
ſummam attendi [d]. an, vt Iaſon cenſuit, in ſen-
tentiis nō tractatur de veriſimili partis præiudi-
cio, cùm lex pro eis præſumat [e]? ſed cùm con-
cordes non fuerint, vix eſt, vt ego id probem. An
23 ergo, quod Salic. mauult, quia † iudices, vel arbi-
tri nihil noui inducūt, ſed quod eſt actum, quid-
que inde iuris ſit, declarant [f]: æſtimatores ve-
rò pretium ex qualitate rei conſtituunt, ſicque
aliquid noui faciunt? An, quod ego magis pro-
bo, æſtimatores partium factum repræſentant,
pretiumque conſtituunt? vnde eorum renuntia-
tio perinde habetur, ac ſi à contrahentibus ex-
preſſa eſſet [g]. Vnde † fit interpretatio, vt minus
24 ſit parti ipſi oneroſa [h]: iudices verò non ad fa-
ctum partium principaliter, ſed ad ius publicum
IV. reſpiciunt. Sanè † quoties plus, vel minus qua-
25 litate differunt, non eſt dubium in eo, quod plus
eſt, non contineri, quod eſt minus [i]. Pone igi-
tur: alter arbitrorum condemnauit, vt quis in-
tra tres menſes eat Romam: alter, vt intra bien-
nium: tertius in aliud tempus: certè, non vide-
buntur in breuiore die conſenſiſſe [k]. Sed finge
ſeptem iudices eſſe, quorum tres decollandum
reum pronuntiarint, duo deportandum, duo li-
berandum. & quæſtio eſt elegantiſsimè, copio-
ſèque tractata à veteribus, Quintiliano decla-
matione cccLxv, qui trium ſententiam arbitra-
tur obſeruandam. Nam & Plinius quadam ad A-
riſtonem Iuriſconſ. epiſtola, in ſingulas ſenten-
tias eundum exiſtimat, vt ea obtineat, quam ma
ior pars probet, ſicque decollantes à deportan-
tibus, ſimulque hos à liberantibus, ſeparari.
quam ſententiam iuris rigore defendi arbitror
[l]. Ego tamen pronior in contrariam propter
eius humanitatem ſum, vt reſeruanda quidem
reo ſit vita [m], cùm quatuor ſint, qui à ſummo
ſupplicio abſoluant [n]: ſitque ſecundum legis
mentem regula, qui decollandum cenſuerunt,
vtique ſaltem deportandum exiſtimaſſe vide-
antur. Huic igitur limitationi ſuprà ſcripto
caſu propter fauorem humanæ vitæ locus non
erit [o]. ſicut nec tunc locus eſt, quando diffieren-
tia qualitatis ſubſtantiam rei nō immutaret. vn-
de videmus vinum vetus à nouo qualitate di-
ſtare [p], & tamen in eo, quod optimum eſt, vti-
que bonum eſt [q]. quod non alia ratione pro-
cedit, quàm quia mutatio huius qualitatis non
facit, quin eadem vini ſit οὐσία, id eſt ſubſtan-
26 tia [r]. Nam † & ſi teſtes alij dicant ſe vidiſſe Ti-
tium talem fundum xxx. annis poſſediſſe, alij
dicant x, probata eſt poſſeſsio [s]: quia tempus
V. hoc caſu ad ſubſtantiam non pertinet. Cæte-
27 rùm † & quando ſumma negatiuè prolata eſt,
ſuprà tradidi regulæ locum non eſſe, ſiue euun-
tiatiuè proferatur [t], ſiue cōditionaliter [u]. Cùm
enim dico, me cētum non habere, non ſequitur,
quin minus centum habeā. & ratio eſt, quia hæc
dictio *Centum*, propriè integræ ſummæ ſignifica-
tiua eſt: cui ſi quicquam deſit, non amplius id
nomen habet. Aliquo tamen caſu etiam in ſum-
28 ma negatiuè prolata locus eſt regulæ, vt † cùm
actor centum petiit, & iudex reum abſoluit, in-
telligitur & à centum, & ab omni eius ſummæ
parte abſoluiſſe [x]. petitio enim & controuerſia
non de integra ſumma tantùm, ſed & de quali-
bet eius parte litigatum fuiſſe oſtendit [y]. pro-

a arg. l. ſi fundū in fi. mand.
b Sal. l. hac edi-ctali. §. his illud. C. de ſecū. nupt.
c d. §. ſi plures.
d l. inter pares. in fin. de re iud.
e l. Herēnius. §. Caia. de euict.
f gl. d. §. ſi iuſſu.
g gl. l. ſciendū. in fi. ſ. eod.
h d. l. ſi decem.
i ſ. §. præced. c. cui de non. de præb. in 6. gl. c. plus ſemper. de reg. iu. in 6. & c. cui licet. eo. tit.
k Bald. l. j. C. de ſent. q ſine cert. quant.
l d. §. ſi plures.
m arg. d. l. inter pares. uerſ. quid & in publicis.
n not. l. 4. C. de poſ.
o arg. l. ſcientiā. § cū ſtramenta. ad l. Aquil. Ioā. Fab. §. ius autē gētium. Inſt. de iur. nat. gent.
p l. cum quid. ſi cert. pet.
q l. ubi. ſ. eod.
r l. in uenditio-nib. de contrah. empt.
s Bald. l. ij. C. de teſt. Doct. l. Celſus. ad fi. de uſu-cap.
t d. l. pupillus. in fin.
u d. l. ſi is, qui. §. utrum.
x d. l. ſi quis cū totum.
y l. ut fundus. com. diuid.

pter ergo iudicij naturam in prædicto exemplo
hæc accipitur interpretatio, alias actus eluſo-
rius eſſet [z], ſi ei qui in petitione centum ſuccu-
buit, nonaginta nouem ex ea ſumma petenti,
vel deinceps, nō obſtaret rei iudicatæ exceptio.
Quòd ſi † de minore ſumma litigatum non ſit, 29
procedet limitatio. verbi gratia, pronuntiarunt
† arbitri, talem fideiuſſorem non eſſe ſoluendo 30
cētum, quin minore in ſumma exiſtimetur ido-
A neus [a]. quòd ſuprà in definitiua dixi, & in con-
tractibus, ſi eadem ſubſit ratio, habet locum. Vn-
de ſi promitto non petere cētum, nec minorem
quidem ſummam in ea comprehenſam poſſum
petere [b]. Idem, ſi fundum legauero, adiecta con-
ditione, ſi ab hærede meo centum non petierit.
videtur enim id actum, vt liberatio ſequatur
non ſolùm à toto, ſed à qualibet eius parte. Il- VI.
lud † quoque non omittendum eſt, in indiuiduis 31
ſuprà ſcriptæ regulæ locum non eſſe, quales ſu-
B prà dixi eſſe actus, in quibus forma ſummam i-
pſam reſpicit [c]. Qua ratione & in mandato i-
dem aliqui tradiderunt. Vnde ſi iubeat pontifex
præbendam centum aureorum alicui expectāti
dari, eiq; de ſacerdotio minoris ſummæ proui-
deatur, nihil actum cenſetur [d], quamuis deſignā
tus ille cōſenſerit. Sed quænam huius rei eſt ra-
tio? an, quia conceſsio illa pontificis videtur for-
mam inducere [e]? quod hîcà quibuſdam traditum
eſt. An quia non de ſacerdotio in genere, ſed de
C certa beneficij ſpecie Pontifex prouidere iuſſe-
rat? vt differentiam in qualitate, non in ſumma
tantùm fuiſſe probabile ſit [f]. Non enim ſic ſacer-
dotium quinquagenum aureorum ſacerdotio cē
tenum ineſt, ſicut ſumma quinquaginta ineſt cen
tum. An, quod Iaſon & Socinus maluerunt, quia
† gratiæ huiuſmodi expectatiuæ odioſæ ſint & 32
reſtringēdæ [g]? quod vix probauerim. Si enim odio-
ſæ ſunt, debuit ille minore ſumma poſſe conten-
tus eſſe. Minus enim odij in modica re, quàm in
magna eſt. Ego † in mandatis quoque locum eſ- 33
D ſe regulę arbitror, vt in maiore ſumma minor cō
tineatur [h]. vnde ſi mandem, vt centum tibi nume
rentur, & is, cui mandaui, quinquaginta dunta-
xat numeret, in eis quinquaginta conueniat [i]. Si
enim in ſtipulationibus quæ ſunt ſtricti iuris, i-
temque in iudiciis regulæ eſt locus, nulla eſt ra-
tio, cur & in mādatis obſeuari non debeat, cùm
ſufficiat iuxta mandatum id fieri, quod manda-
tum eſt [k]. Nam & in delictis cenſuit Bal. idem eſ-
E ſe [l]. vnde ſi mando alicui, vt ſtricto enſe occidat
Titium, & ille accepto fuſte occiderit, nihilomi-
nùs obligabor [m]. Nec me mouet ſuprà dicta con-
ſtitutio [n]: quia † ibi de mandato agitur, quod non 34
ſimplicem impetrantis commoditatem reſpicit,
ſed etiam ius publicum. Vnde quamuis ille mino
ri ſummæ acquieſcat, non tamen ſufficit. non e-
nim videtur arbitrio ipſius ſummam fuiſſe per-
miſſam: cùm ea, quæ ſuo vſui ſuperſunt, egenis
dare teneatur [o], vel in eccleſiæ vtilitatem verte-
F re [p]. Vnde nec ſacerdotium tenuius conſtitui de-
bet, quàm quod quotidiano victui ſufficiat [q]: ali-
às plurium ſit adunatio [r]. Qua ratione nec dimi-
nuta beneficia conferri poſſunt, tametſi benefi-
ciarius conſentiat [s]. Sed † quid in ſententijs di- 35
cemus? & quando ſententia in totum valet, non
eſt dubium, etiam in quibuslibet partibus va-
lere, quia aliàs eluſoria redderetur, vt ſuprà
declaraui [t]. Idem, cùm ſententia in tota ſumma
non valet propter errorem calculi, ſaltem in mi-
nore valebit, in qua nullus ſit error [u]. Idem puta-
uerim,

z c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in
a l. ſi uero. §. j. l. ſi fideiuſſor. §. q ſatiſd. cog.
b d. l. ſi unus. §. ſi cum mihi. ubi Ang. de pact. j.
c d. l. Græcè. §. illud. de fideiuſ.
d d. c. cui de nō ſacerdotali.
e l. diligenter. mand.
f gl. d. c. plus et d. c. cuilicet Bal. d. §. ſi plures.
g c. quanuis. de præb. in vj.
h l. rogatus. & d. l. diligenter. mand.
i l. ſi ultra. C. de fideiuſſor.
k l. iā tamen. §. pe. iud. ſol. l. fin. in fi. mand.
l arg. c. ſi. de homicid. in 6.
m Bal. l. non ideo. C. de accuſ.
n d. c. cui de nō.
o 23. q. 8. c. conuenior.
p 16. q. j. c. fi.
q c. cum ſecundum. de præb.
r c. ij. de relig. domib.
s c. j. ut eccleſ. benef.
t d. l. ſi quis cū totum.
u l. j. quæ ſent. ſine appel.



uerim, ſi cùm centum petiiſſem, iudex in ducen-
tis aduerſarium condemnauerit. Videtur enim
ſaltem in centum ſuſtineri definitiuam [a]: quia
lex id duntaxat, quod contra ius eſt geſtum, fir-
mitatem non habere ait [b]. at contra ius ſolùm
eatenus geſtum eſt, quatenus petitam ſummam
iudex exceſsit. Si verò ſummam ſuæ iuriſdictio-
nis à lege ſibi conceſſæ exceſſerit, arbitratus eſt
Bart. totam ſententiam infirmari [c]. quæ opinio
36 receptior eſt, quamq; & ego ſequor. Cùm † enim
maioris ſummę iuriſdictio alteri conceſſa ſit, ap-
paret de materia limitata agi, in qua ſuprà con-
cluſi locum regulæ non eſſe [d]. Vnde & ſi cōmiſ-
ſio iudicis talis ſit, vt ſuper toto iudicet, idem e-
rit [e]. Nam & in iudicio familiæ eriſcundæ, ſi iu-
dex de omnibus perſonis non iudicauerit, ſentē
tia omnino infirmatur [f]: quia ad ſubſtātiam eius
iudicij pertinet, vt de omnibus perſonis pronū-
tietur [g]. quod in aliis iudiciis regulare non eſt [h].
Quandoque tamen, qui de parte iudicat, cenſe-
tur ſuper toto pronuntiaſſe, vt quia reſpectu alte
rius partis ſit obiecta exceptio perēptoria [i], vel
ſi abſolutio ab obſeruatione iudicij ſequi debu-
rit [k]. Sed & qui in minore ſumma adiecta dictio-
ne taxatiua condemnat, à reliquo abſoluere vide
37 tur: quod Sal. cenſuit [l]. Sed † quid rurſus in teſti-
bus reſpondebimus? & traditum eſt, in eorum at-
teſtationibus minorem ſummam maiori nō in-
eſſe [m]: non, quia non poſsit in teſtimoniis quoq;
prædictæ regulę eſſe locus, ſed quia ſi inter ſe te-
ſtes de ſumma diſcrepent, videntur eſſe ſingula-
res [n], & ideo non probant [o]. Vnde ſi vnus teſtis
dicat me mutuaſſe centum, alius dicat quinqua-
ginta, non videbuntur de eadem ſumma, eodem
què actu loqui, fidemque iudici non facient. Sed
quid ſi conſtet de eodem actu eos intelligere? &
aiunt hoc quoque caſu non probare. propter
enim diuerſitatē credibile eſt, eos aut falſos, aut
negotij rectè conſcios non eſſe: falſos, ſi ſcientes
plus eſſe mutuatum, minus dixerint, vnde eis ni-
hil eſt credendum [p]. negotij neſcios, ſi ignorātes
minus dixerint. Conſtat enim etiam eum teſtem
I. reiici, qui perfectè rem non teneat [q]. Putarim
38 † tamen, ſi modica ſit ea differentia, in humanio-
rem partem tranſeūdum, vt non reiiciantur: quod
aliqui reſponderunt [r]. modica enim contrarie-
tas, vel diuerſitas etiam in facto principali teſti-
II. monium non vitiat [s]. Idem, ſi contrarietas nul-
la argui poſsit, vt quia teſtimonium de re tractū
habente perhibuerint [t] veluti alter dixit, me poſ-
ſidere talem fundum à xxx. annis citrà, alter dixit
à x. annis circà, conſtat decennalem poſſeſsionē
eſſe probatam [u], niſi tamen circa poſſeſsionis
III. initium eſſent contrarij: quod Bal. tradidit. l. j. C.
de teſtū. Cæterùm putauerim ſuprà ſcripta pro-
cedere, quoties duo teſtes tantùm producti ſunt,
vel aliàs quodlibet teſtimonium imperfectum &
ſingulare eſt. Quòd ſi teſtimonia ſingularia non
ſint, tunc ad regulam attendemus, vt maior nu-
merus minorem ſuperet [x]. Videtur autem maior
numerus qui mediam ſummam affirmat [y]. Fin-
ge: duo teſtes dixerunt me tibi mutuaſſe quinq;
alij duo decem, alij duo xv: receptum eſt, cùm de
eodem actu conſtat, mediam ſummam, id eſt x,
probatam eſſe [z]: quia in ea conſentiunt etiā, qui
maiorem ſummam dixerunt, ſicque hi quatuor
priores duos vincūt. Quod ſi nulla ſit media ſum
ma, tunc minor cenſebitur probata [a]: vt ſi duo
teſtes dixerunt quinque mutuata, alij duo decē.
quod Alexand. hîc cenſuit. Sed cur media ſum-

a gl. l. ij. C. de re iud. lo. An reg quę fiunt in vj.
b l. certa C. quā do prouoc non eſt neceſ.
c l. fi. de iur om. iud. ubi Bar. Fel. c. cū inter. de re iudic.
d d. l. ex facto. §. j. ſolemus. in fi. de iud. l. qui in lancē de aur. & arg.
e l. dic. §. j. de arbit.
f l. in hoc iudi-cio. fam. erciſc. l. ſi idem in fi. de iur. om. iudic.
g l. j. de quibus reb. ad eund.
h l. de unoq. q. de re iu. Sa. l. j. C. ſi aduer. re iud.
i § ſi plures in princ. ubi Bart. ad fi. de fideiuſ & mand.
k l. ſi conſtante. §. ſi ſol. matr.
l d. l. j. arg. gl. l. rationes. C. de probat.
m Io. And. c. j. de arbit. in 6. cū cōcord. p Alex. hîc.
n l. 50. de prob.
o l. iuriſiurādi. in fi. C. de teſtib.
p c. j. de cri. falſ.
q gl. l. Lucius de infamib. Iaſ. l. fi. C. de bo. poſ. ſec. ta.
r Bolog. cōſ. 55. in conſ. 70. do. Ana.
s But. c. ij. de re gular. Alex. cōſ. vj. in j.
t gl. d. §. ſi plures
u Bar. l. Celſus. in fi. de uſucap.
x c. in noſtra. de teſtib. l. ob carmen. §. fi. eo. tit.
y gl. d. §. ſi plures.
z Sal. l. ij. C. de reſcind. uend. Alex. conſ. 64. lib. ij. Aret. lxv. & in d. l. ex facto. §. j.
a l. Sēpronius. de leg. ij.

ma cenſetur à teſtibus probata? & tamen in arbi-
tris nō ad mediam ſummam attendimus, ſed ad
minorem [b]? & Sal. Alex. Fel. varia comminiſcun-
tur. Ego † in arbitris ſtari minori ſummę arbitror,
quia omnes in ea conſentiunt, & ſentētia media
per minorem vincitur, ſicut maior per vtranque.
vnde cùm in eodem actu ſit quædam repugnan-
tia, diminuitur de ipſius viribus [c], & quod mini-
A mū eſt, ſequimur [d]. Sed in teſtimoniis nō ita eſt,
quia ea inuicem ſe non perimunt [e], nec in eodē 39
actu cenſetur eſſe repugnantia. vnde de virib. i-
pſius ſubiecti non diminuitur. teſtimoniū enim
vnius ab alterius teſtimonio prorſus ſeparatur,
& quodlibet ex ſe cenſetur. quod in arbitrorum
ſententiis non eſt, quæ neceſſariò iungi debent,
vt auctoritatē rei iudicatæ habeāt [f]. Illud quo-
que nō omittendum, vt † teſtis à pœna periurij
vel falſi liberetur, indiſtinctè cenſeri in maiore 40
B ſumma minorem ineſſe. quod ex facto Bal. Rap. IV.
Socin. reſponderunt [g]: cùm teſtis rogatus quo-
tum annum ageret, dixiſſet quinquageſimum, &
ex ea computatione manifeſtum mēdacium ar-
gueretur, cenſuerunt illi defendendum, etiam ſi
ſexageſimum ageret, quod in ſexaginta vtiq; &
quinquaginta ſint.

L. j. Stipulatio non poteſt. §. Si quis ſimpliciter.

b d. §. ſi plures. Fel. c. cum inter col. ult. de re iu.
c gl. l. prolatā. C de ſent.
d l. ubi repugnātia. de reg. iur. ſ.
e a l. §. ſi qs ſimpliciter. ubi Iaſ. iij. not.
c Bar. l. admonēdi. de iureiur.
f l. itē. §. j. de arbitr.
g Raph. conſ. 91. Soc. conſ. 65. in iiij. dub.

Prælectio Auenionenſis.

C 1 *Quid ſit dubium.*
2 *Diuerſitas qualitatis vitiat ſtipulationem.*
3 *Si dico, promittis mihi decem? & tu reſpondeas, promitto viginti, quid iuris.*
4 *Summa minor ineſt maiori.*
5 *Forma mandati eſt diligēter attendenda, nec trahenda ad caſus non expreſſos.*
6 *In diſpoſitione quantumuis odioſa, ſemper verba intelliguntur quatenus ex proprietate vocabuli poſſunt comprehendere.*
D 7 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
8 *Manifeſtiſsimum quid dicatur.*
9 *Ineſſe etiam dicuntur quæ per fictionem inſunt.*
10 *Actus vitiatur vbi aliquid additur formæ.*
11 *Interpretatio legis præualet proprietati vocabuli.*
12 *In maiori ſūma negatiuè prolata nō ineſt propriè minor.*
13 *Minor ſumma ineſt maiori affirmatiuè prolatæ.*
14 *Verbū ſignificatiuū maioris ſummæ non comprehēdit minorem ex proprietate vocabuli. & num. 15. 16.*
17 *Proteſtatio in actibus depēdentibus ex mera voluntate contrahentium, quamuis contraria facto tamen præualet. & num 18. 19. 20.*
21 *Si plures æſtimatores variè referūt, nō ſtat minori ſūmæ.*
22 *Sententia lata in diuerſis capitulis vt valeat.*
23 *Si tibi promitto, me nō centum petiturū, non potero nec minorem ſummam petere.*
24 *Interpretatio ſemper debet fieri ne actus fiat eluſorius.*
25 *Iudex habēs iuriſdictionē in cauſis vſq; ad C C. nō poteſt cognoſcere in cauſis infra centum.*
26 *In mandatis ſumma minor ineſt in maiori et n. 27. 28. 29.*
30 *An mandans alicui vt extra plateam aliquē percutiat, & is percuſſerit in platea, teneatur.*
F 31 *In ſtipulatione requiritur, vt interrogatio & reſponſio concordent pro forma.*
32 *Contractus indiuidui qui dicantur.*
33 *Nunquid in ſententia maior numerus cōtineat minorem. & num. 34. 35.*
36 *Si teſtis vnus deponat, me tibi mutuaſſe decē, alius dicat quinq;, an minor ſumma ſit probata.*
37 *Teſtes diuerſi nō probāt, quia præſumuntur ſingulares.*
38 *Si cōſtet teſtes diuerſos in ſumma mutuata deponere eodem actu, an probent minorem ſummam.*

39 Si

39 *Si duo producuntur mandata, in dubio ſeruabitur quod concedit minorem poteſtatem.*
40 *Deponentes de minori ſumma, an videantur aſtruere negatiuã de maiore.*
41 *Si vnum inſtrumentum dicat de pluri, aliud dicat de minori, ſtabitur vltimo.*
42 *Quando poſitio plus continet debito, an poßit in totum negari. & num.43.44.45.& 47.*
46 *An valeat argumetũ, Interrogatio affirmatiua intelligitur de qualibet eius parte: ergo reſponſio negatiua debet quoque intelligi de qualibet parte.*
48 *An creditor petendo totum, conſtituat debitorẽ in mora reſpectu partis.*

§. SI STIPVLANTI. Summa & diuide
iſtũ textũ vt hîc per alios. Tu pro intellectu iſtius
1 §. attẽde circa rationem dubitandi: † & videbatᷣ B
dubiũ, ex quo reſponſio non congruebat in to-
tum interrogationi: imò videbatur diuerſitas in
qualitate, quæ vitiat ſtipulationem, vt dicit Bar-
tol. & alij in §. præcedente. Nam ſi mihi interro-
ganti, *promittis decem?* reſpondeas, *promitto viginti:* ſi
velim petere decem tanquã promiſſa, ineptè &
impropriè peterem, ſed debeo petere tãquam de
bita, vt dicit Bartol. in l. ſcire debemus. in fi. prin-
cipij. ĩ. eodem vnde reſultat differentia in medio
concludendi in libello, quæ differentia oſtendit C
diuerſitatem, vt per Bartol. in l. certi cõdictio. in
princip. ff. ſi certum petatur. Iuriſconſultus tamẽ
decîdit contrariũ: & ratio decidendi eſt, quia ſa-
tis congruit interrogatio reſponſioni, ex quo in
maiori ſumma minor ineſt. Nec obſtant not. in §.
pręced. quia text. ibi loquitur in qualitate indu-
cente differentiam reſpectu formæ. Cùm enim
cõtractus ſtipulationis habeat in ſe formam ver-
borum, dicitur indiuiduus: vnde interroga-
tio & reſponſio debent verificari eodem tem-
2 pore, nec poſſunt ſtare in pendenti, vt ibi dixi: †
meritò illa diuerſitas qualitatis ex quo inducit
peccatum in forma, vitiat ſtipulationem: ſed in D
caſu iſto reſponſio ſtatim conguit interrogatio-
ni, vnde nõ vitiatᷣ ſtipulatio in eo, in quo cõgruit.

In text. ibi, *non eſſe contractam obligationem.* Nota
primò, † quòd ſi dicam, promittis mihi decem? &
3 tu reſpondeas, promitto viginti, valet ſtipulatio
niſi in decem: reſpectu verò aliorum decẽ nõ eſt
contracta obligatio, & ſic nec ciuilis, nec natura-
lis, per gloſ. Inſtit. de oblig. in prin. Ad idem facit
textus in §. ſubſeq. ibi, *pro ſuperuacuo habendum.* &
tex. in l. tibi decem. ff. loc. Contra iſtud fortiter E
facit, quia ſi promitto tibi aliquid ex cauſa lucra-
tiua, quo caſu loquitur iſte text. ſecundum Bar-
tol. hîc, quamuis tu taceas, oritur obligatio natu-
ralis: quia præſumeris acceptare. l. qui patitur. ff.
manda. cum ſimilibus. & firmant moderni in ru-
brica ſuprà eod. vbi dicunt tali caſu contrahi
pactum, non pollicitationem. Et ex hoc infertur,
quòd iſtud pactum deberet veſtiri cohærentia
contractus. l. petens. C. de pactis. & l. lecta. verſic. F
dicebam. ff. ſi cert. petatur. quod tamẽ textus ne
gat. D. Matheſil. in not. xxvij. reſpõdet ad iſtud
obiectum, quòd in caſu noſtro iſte ſtipulans non
videtur habuiſſe animum paciſcendi, & quòd
actus valeret partim in vim ſtipulationis, & par-
tim in vim pacti. arg. l. iam hoc iure. ff. de vulg.
Socinus in §. ſi quis ita, ſuprà, eodem. reprobat
iſtam ſolut. per gloſſ. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer-
tum petat. vbi idem Socinus hoc tenet: nam ſi
mutuo decẽ, pacto appoſito, vt reddas vndecim,
in illo pluri ineſt pactum, & ſic obligatio eadem
difformiter accipitur. Iaſ. in §. ſeq. reſpondet, ꝙ
ibi, ex quo impoſsibile erat, quòd obligatio cõ-
traheretur vltra decem. l. ſi tibi decem millia. ff.
de pact. in illo vno qui ſupereſt remanet pactum
nudum: ſed in caſu noſtro poſsibile erat, quòd
obligatio contraheretur vltra decem, puta ſubſe
cuta complacentia. Sed iſta ratio non concludit:
quia non redditur ratio, cur iſta poſsibilitas de-
beat facere vt nõ oriatur pactum: nam ſi conpla-
A centia ſecuta non tollit quin ſit pactum, quia in
ſtipulatione ineſt pactum, l. j. in fin. ff. de pactis.
certè poſsibilitas quòd ſubſequatur complacẽ-
tia non debet illud tollere. arg. l. Iulianus verum
debitorem. ff. de cond. indeb. Quare tu dic, quòd
in d. §. ſi tibi. acceſsit expreſſus conſenſus vtriuſ-
que partis: ſed in caſu noſtro adeſt niſi præſum-
B ptus, quia ex quo tẽdit in vtilitatem, tacens prę-
ſumitur acceptare. d. l. qui patitur. quæ præſum-
ptio ceſſat in caſu noſtro, per fundamentũ Mat-
heſil. quia non eſt veriſimile quod ſtipulans vo-
luerit facere alium contractum d. l. iam hoc iure.
Eſt verũ quòd iſta ratio eſt multũ dubia, tenẽdo
cõmunem intellectũ ad §. ſi quis ita. ſ. eo. dũ vo-
lũt Doct. quòd ſi ego interrogẽ te, promittis cẽ-
tũ? nõ per hoc arguitᷣ magis volũtas quòd volue-
rit ſtipulari, ꝗ paciſci. Vnde pro reſolutione poſ-
C ſes dicere, tenẽdo opin. quam tenui in rub. ſ. eo.
quòd iſte tacens nõ videatur conſentire, ſed talis
cõtractꝰ ſit pollicitatio, nõ pactũ: ꝙ etiã voluit
Bal. in l. j. C. de pact. Vel etiam ſequendo cõmu-
nia potes dicere, in caſu noſtro non cenſeri taci-
tè conſenſum per ſtipulantẽ: quia interrogatio
de minori ſumma ſimpliciter prolata, habet in ſe
taxatiuã. l. pen. §. fi. ff. de actiõ. ẽpt. Paul. de Caſt.
Alex. & Iaſ. in d. l. rogaſti. §. ſi tibi. Et ſic ceſsãt iſta
obiecta[a]. Et dato etiã quòd in caſu noſtro obliga
tio naturalis oriretur, nõ tñ tale pactũ veſtiretᷣ co
hęrentia contractꝰ, ex quo non daret legem cõ-
tractui, ſed eſſet ęquè principale, vt declarat Bar.
D in l. ſi tibi decẽ millia. ff. de pactis. Et iſta ratio eſt
melior ea, quã dicũt moder. hîc, quòd iſtud, ſit ne
duæ fictiones ſimul concurrant. Prima, quòd ta-
cẽs videatur cõſentire. Secũda, quod pactum in-
ſit contractui: iſtud enim eſt fictionem. d. verſ. di-
cebam. Nam iſtud confunditur per text. in l. hæ-
reditatẽ. ff. de donat. vbi Ioan. de Imol. & Rõ. no-
tant, quòd pactũ præſumptũ veſtitur cohærentia
contractus. Secundò not. † quòd ex proprietate 4
vocabuli minor ſumma ineſt maiori, prout tenẽt
E cõmuniter Doctores hîc, & probatur in iſto tex.
in verb. manifeſtiſsimum. & in verb. ineſſe. tale
enim verbũ denotat proprietatẽ. l. mercis. ff. de
ver. ſig. & eo. modo inducũtur hîc ꝑ Iaſ. tex. in l.
ꝗ quartã. ff. de leg. j. & in l. ſi quis cũ totũ. ff. de ex-
cep. rei iud. & l. qui concubinã. §. j. ff. de leg. iij.
Et confirmatur iſta opin. ſecundum Are. per tex.
in l. iij. §. ſi quis plus quàm iuſſus. ff. de ſtat. lib. iũ-
cto eo, quòd conditiones debent impleri ſpeci-
F ficè, & ſic propriè. l. qui hæredi. ff. de cond. & dẽ.
& eandem opinionẽ tenet Soci. hîc per rationes
de quibus hîc per eum. Contrariũ tenet Io. de I-
mol. hîc, & Gem. in c. cum de nõ ſacerdotali. de
præb. lib. vj. per illũ tex. vbi ſi Papa mandet pro-
uideri alicui de integra præbenda, non poteſt il-
li prouideri de dimidia: & ſi mandat prouide-
ri de præbenda de centum, non poterit proui-
deri de quinquaginta, etiam eo volente. Et
ratio eſt ſecundum textum: † quia forma man- 5
dati diligenter eſt attẽdenda, nec trahitur ad ca-
ſus non expreſſos. Nec ad illum textum, eſt bo-
na

a Vel fortè poſſet dici ſuſtinẽdo Matheſ. ꝙd ſtipulatio non ualet tãquã pactũ quo ad ſupadditũ in reſpõſione, quia peccauit in forma, ex quo quantũ ad illud ſuperadditũ nõ præceſsit interrogatio: & in iſto textu apparet cõtrahẽtes uoluiſſe ſtipulari, ut probatᷣ in primis uerbis, ibi, ſi ſtipulãti, &c. §. ſi quis ita. ſ. e. l. ubi per eundẽ D. meũ in 6. cõcluſ. Et pro Matheſil. etiã facit, quia ex eodem facto non poſſunt oriri plures contractus, ut dicit Bart. & ſequũtur aliĩ in l. ij. in princ. ff. ſi cert. pet.



na reſponſio Soci. & Iaſ. hîc, dicentium quòd pro
cedit in odioſis. c. quãuis. in princ. eod. tit. quia
ille tex. non fundat ſe ſuper odio, ſed ſuper regu-
la, quòd forma mandati eſt attendenda, & quòd
talis caſus nõ eſt expreſſus: quod eſſet falſum, ſi
ex proprietate ſermonis contineretᷣ, vt per Bart.
6 in l. pretor ait. ff. de ope. no. nunt. † Præterea in
qualibet diſpoſitione quantumuis odioſa, ſem-
per verba intelliguntur quatenus in proprietate
vocabuli poſsũt cõpręhẽdere. l. cũ lege. vbi Aret. A
ff. de teſtã. facit quod not. Bar. in l. ſi cõſtãte. in ix.
qõ. principali. ff. ſol. matr. Et ſic videtur verior
iſta ſecũda opino, quę & ſecundò confirmatur
per tex. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. in
verb. videtur. ĩ. eod. Tertiò probatur per text. in
c. j. de arbit. lib. vj. vbi ſi duo arbitri cõdẽnant in
decem, & tertius in quinque, expreſsè non dicũ-
tur conſentire in illa quinq;, ſed tacitè tantùm,
7 vnde pręualet ſententia de decem, † quia expreſ
ſum facit ceſſare tacitũ, vt dicit Ioan. de Imol. Ia- B
cob. de Put. & alij cõmuniter in l. inter partes. ff.
de re iud. ita intelligẽtes tex. in d. c. j. Quartò pro
batur ex doctrina Bart. in l. ſcire debemus ĩ. eod.
vbi ſi pietas minorem ſummam, & probes maio-
rem tibi fuiſſe promiſſam, non ſuſtinetur libellꝰ
niſi ex improprietate ſermonis. Et hoc tenendo
non obſtant allegata in contrarium: & primò
8 text. noſter in verb. *manifeſtißimũ.* & in verb. *ineſſe.*
† quia illud dicitur manifeſtiſsimum[a], quod ve-
nit ſolùm ex interpretatione legis & coniecturis. C
l. in tẽpus. §. fi. ff. de hæredib. inſtit. l. ſi conſtãte.
9 in prin. ff. ſolut. matrim. † Item illa dicũtur ineſ-
ſe, quę per fictionẽ inſunt. Iſtud probatur ex l. le-
cta. verſ. dicebam. ff. ſi certum petatur, vbi pacta
iuxta contractũ ineſſe videntur cõtractui, & tamẽ
lex ſimpliciter dicit quòd *in ſunt.* l. iuriſgentiũ. §.
quinimò. ff. de pactis. Item probatur in l. prima
in fi. iũcta l. cõditiones quę extrinſecꝰ. ff. de cõd.
& demonſt. Non obſtãt iura allegata per Iaſ. dũ
ponderat vebum *eſt*, tanquã denotans proprie- D
tatẽ: quia etiam ſignificat illud quod nõ verè eſt,
ſed ex interpretatione legis, vt per Bal. in l. quæ
fortuitis. in iij. col. C de pig. act. & per Iaſ. poſt
alios in l. cætera. §. itẽ quærit in iiij. notab. ff. de
leg. j. Item poteſt reſponderi alio modo, vt ĩ. dicã
ſaluando cõmunem. Nõ obſtat tex. in d. §. ſi quis
plus quàm iuſſus. qa Iaſ. hîc reſpondet quòd cõ-
ditiones ſatis propriè dicuntᷣ impleri, ſi impleã-
tur in forma ampliori. l. ſi quis mihi bona. §. ſi
mandauit. ff. de acq. hæred. Iſta tñ reſponſio eſt E
dubitabilis, quia tex. in §. ſi mãdauit. loquitur in
actu reſpiciente effectum: ſed tex. in d. l. iij. loquitᷣ
in actu reſpiciẽte modũ: inter quos caſus eſt ma-
gna differentia, vt declarat Bar. in l. Gallus. in §.
& quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthũ. Et contra
iſtam ſolutionem eſt regula quam firmat Iaſon
in l. nemo poteſt. ff. de legat. j. in prima oppoſ.
Bartol. & idem tenet in l. j. in vj. colum. ff. de lib.
& poſthum. & Felinus in c. cum dilecta. in xij.
colũ. verſi. amplia primò. de reſcript. vbi dicunt: F
10 † quòd actus vitiatur vbi aliquid additur formæ.
per textum in l. diuus. §. licet. ff. de iure codicill.
Sed tu dic iſtud procedere in forma tradita à le-
ge, non autem à contrahentibus, vel ab homine.
per Bal. in c. dilecti. de maior. & ob. & per Aret.
in l. patris & filij. in ij. colum. ff. de vulg. et pup.
dicam in §. ſeq. Nõ obſt. quod Soci. dicit, quòd,
niſi contineretur propriè, iſta regula nõ haberet
locum in ſtipulationib. nec in ſentẽtijs. l. quic-
quid aſtringẽdę. ĩ. eo. Nã reſpõdeo, ꝙ imò ea quę
veniunt ex interpretatione legis, habent locum
in contractib. & in ſententijs. l. & puto. vbi gl. ff.
fam. erciſ. † imò pręualet interpretatio legis pro-
prietati vocabuli. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. inſu-
lam. ff. de præſcript. ver. l. ſi tibi pecuniã. ff. ſi cert.
pet. Non obſt. tex. in c. plus. de reg. iur. ponderã-
do verbum, continet, qđ ſignificat proprietatẽ
vocabuli, ſecundum Bart. in l. cui eorũ. §. affini-
tates. ff. de poſtu. quia illa doctrina Bart.[b] cõmu 11
A niter nõ tenetᷣ, & eam reprobat Aret. Iaſ. & Soci.
in l. Gallus forſitã. ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. emã-
cip. C. qui admit. Feli. in rub. de fid. inſtr. in iij.
col. & idẽ ſatis vult Bar. in l. liberorũ. verſ. ſecũdò
principaliter eſt vidẽdũ. in fi. ff. de verb. ſig. In iſta
ergo materia pro reſolutione fac tres concluſio-
nes. Prima: † In maiori ſũma negatiuè ꝓlata, mi- 12
nor nõ ineſt propriè, ſed tãtùm ex interpretatio-
ne legis, vt tenet Cyn. & Ray. hîc, & Bald. in l. ſi
vnus. § ſi cum mihi. ff. de pac. & in hoc nemo diſ-
B crepat. Secunda eſt † Minor ſumma ineſt maiori 13
affirmatiuè prolatæ, propriè, qa ſine ea ad maio-
rẽ perueniri non poteſt. & ita procedit cõmunis
opi. hîc. Tertia: † Verbũ ſignificatiuum maioris 14
ſummę, puta centũ, ex proprietate vocabuli non
cõpræhendit minorem, puta quinquaginta. & i-
ta ꝓcedit opin. Gemi. in d. c. cum de non ſacerdo
tali. ſed ex interpretatione eſt ſecus. Et iſta infe-
runtur ad quęſt. Aliquis prætendit ſe habere ius
confiſcationum quæ fient in tali caſtro de quin-
C quaginta ſolidis, & probat ex inſtrumẽto ſentẽ-
tię vel trãſactionis, in quibus verba ſtrictè intelli
guntᷣ. † Pone cõmiſſum eſt delictũ, cuius pœna ex 15
forma ſtatuti eſt centũ ſolidorũ, nũquid debebit
habere quinquaginta, & illud ꝙ eſt ſupra ſpectat
ad principẽ? Cyn. & Bal. in l. ij. C. de ſport. tenẽt
ꝙ ſic, per illũ tex. quę deciſio eſt vera in caſu ſuo,
in quo erant verba concepta, ꝙ haberet vſq; ad
quinquaginta: & ſic ſtatutũ nõ conſiderabat prę-
ciſam confiſcationẽ. Sed in caſu noſtro puto cõ-
D trariũ per text. in d. c. cũ de nõ ſacerd. & per ſu-
pradicta. Et iſtud verum, niſi ex cõſuetudine vel
forma ſtatuti nullũ delictũ eſſet quod puniretur
in quinquaginta: quia ne iſtud inſtrumentũ red-
datur eluſorium, intelligẽtur in eo verba etiã la-
ta ſignificatione d. l. & puto[c]. In gl. in verb. *nõ erit*
ibi, *ſolebat ſtipulatio.* Iſta ſol. in ſe eſt vera, ſed diui-
nat ad text. in d. §. prętere a. vnde reſpõde vt hîc
per Bar. reprobato intellectu Proc. ibi, vt hîc per
Iaſ. Pro reſolutione huius materię tu primò fa. re-
E gulã, ꝙ in maiori ſumma minor ineſt. tex. eſt hîc.
Amplia ſiue ſi pars diſcreta, ſiue quotatiua. per
tex. in l. qui quartam. ff. de legat. j. Adde idem
eſſe in parte collectiua, vt per Bartol. in §. fi. ĩ. ea.
l. Idem etiam eſt in parte integrali, vt per Bart. in
l. qui vſumfructum. ĩ. eo. Limita primò ſecũdum
hanc gl. quando pars proteſtatᷣ ꝙ pręciſè intelli-
git de ſumma maiore, & quòd nõ aliter intẽdit
obligari. ad idem gloſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuerit
hanc. ĩ. eo. & fa. l. cũ in teſtamẽto. ff. de verb. ſig.
F Ex hoc infert hîc Angel. ad quæſt. Si tres arbi-
tri ſint, & vnus iudicet in quindecim, alius in
decem, alius in quinq;, clarũ eſt ꝙ valebit ſenten
tia in quinq;. l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de ar-
bit. c. j. de arbit. lib. vj. Quid ſi arbiter proteſta-
tus eſt quòd condemnat in quindecim, & nõ mi
nus? vel ꝙ intendunt ꝙ maiori ſummã non in-
ſit minor? Angel. Alex. Aret. hîc tenẽt quòd non
ualebit ſententia in quinq;, per iſtam gl. imò nul
la ualebit, vt hic per eos. & idem etiam tenuit
Spec. in tit. de arbit. §. fin. in ij. col Paul. de Caſtr.
Lud.

L. j. Stipulatio non poteſt. §. Si ſtipulanti.

a Adde tex. in l. licet Imperator ff. de leg. j. ubi manifeſta uolũtas dicitur quæ per coniecturas probatur.

b Adde Iaſ in l. ij. §. & harũ. in ult. col. ĩ. eod.

c Fa. c. ſi à ſententia. & c. ſi ciuitas. de ſent ex cõm. lib. vj.

Lud.Rô.et Alex.in l.inter pares.ff. de re iudi. Et
confirmatur, quia ex tali proteſtatione indica-
tur volũtas iſtorum arbitrorum, per quam actus
ſit indiuiduus, vt dicit Bart. in l.grecè. §.illud.ff.
de fideiuſſ. et in indiuiduis iſta regula non ꝓce-
dit, vt per Bart.in l.fin.ff. de iur. om.iud. et ĩ.di-
cam. Contrarium tene glo.ord.in c.j.de arb.lib.
vj.vbi Gemin. et alij eam ſequuntur. Idem con-
ſulendo tenuit Raph. Cô. conſ. xvij.Hierô.in j.
col.Raph.Co.& Iac.de Put.& Iaſ.in d.l.inter pa- A
res. Lanf.de Oria.in tract.de arbit.in xij.q.Iaſ.et
moder.hîc: et puto quòd iſta opin.ſit verior. Et
aduertendum eſt, quòd, etiam ſi teneamus, quòd
in maiori ſumma inſit minor propriè, tamen
partes contrahentes poſſunt impropriare ver-
ba, et ponere vnũ pro alio, & attenditur ſolum
quod agit̃, nõ autem verba.l. inſulam.ff.de præ-
ſcrip.ver.et ideo in contractib.ſi pars nolit quòd
in maiori ſumma contineatur minor, licet ex vi
verbi contineat̃, tamen attenditur voluntas ip- B
16 ſorum.& ita procedit hæc gl.† In ſententiis verò
eſt aliud: quia licet attendatur etiam mens iudi-
cis, tamen non attenditur quãdo repugnat ver-
bis, imò attenduntur verba.l.ab executore.vbi
not.ĩ.de appel.l.ij.C.de ſent.ex peric.recit.vnde
non poteſt arbiter ex poſt facto alterare ſenten-
tiam latam etiam declarando, vt dicit Spec.in d.
17 §. fin. in pen. chart. Facit [a], † quia proteſtatio in
actibus dependentibus ex mera voluntate con-
trahentium, quamuis contraria facto, tamẽ præ- C
ualet. l. ſi quis in princ. teſtamenti. ff.de leg.iij.
Abb. & moder. in c. cum M.Ferrarien. de con-
ſtit. & ita procedit hæc gl. quæ loquitur in con-
tractibus, qui ex voluntate contrahentium legẽ
accipiunt l. pacta conuenta.ff.de contrah.empt.
Si verò facta ſit in actibus non dependentibus
ex voluntate, ſed ex diſpoſitione iuris, tunc pro-
teſtatio non præualet, ſed actus. Ang.in l. iuriſ-
gentium.§. quod ferè.ff.de pact. Bald.in l.vt de-
bitum. C. de hæred. act. Pro eadem opin. etiam D
facit, quia ſi arbiter condemnat in quindecim,
intelligitur præciſè condemnare vt non ſint mi-
nus quindecim.l.cum in teſtamento. ff. de verb.
ſig.vnde ſoluendo decem, reus non liberaretur.
l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cert.pet. Si ergo di-
cat, condemno in quindecim & non minus, ex-
primit illud quod tacitè ineſt, & talis expreſsio
18 nihil debet operari.l. iij.ff.de leg.j.† Non obſtat
fundamentum Are.dum dicit quod ex quo pro-
teſtatio eſt in eadem oratione cum facto contra-
rio, actus in totum annullatur propter repugnã- E
tiam. l.vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. & Bar.in l.
non ſolùm.§. morte.in ij.artic.proteſtationis.ff.
de oper.nou.nunt. & in l.fin.§.j.ff.de cond.inde.
quia contrarium eſt verum, & non vitiatur niſi
alterum, vt dicit Alexan. & alij in l.ſi ita aſcrip-
tum.ff.de leg. j. Ang. in d.§. quod ferè. & d.l.vbi
repugnantia.loquitur in contrarietate ſcriptura
rum, non autem vbi factum repugnat proteſta-
tioni. Non obſtat quòd ex tali proteſtatione de- F
claretur volũtas, per quam actus ſit indiuiduus:
quia iſtud procederet in contractu merè volun-
tario. Sed nos loquimur in laudo, cuius decla-
ratio non eſt in mera facultate ipſorum arbitro-
rum, vt ſ.deduxi. Et ſic remanet declarata vna
ampliatio ad d. §.ſi plures. quem limita duobus
modis, de quibus hîc per Aret. & vide Fel. in c.
19 cum inter. in vlt.colum.de re iud.† Secundò li-
mita vt prædicta regula procedat in actibus lu-
cratiuis, ſecus in cõtractu oneroſo, per tex.in l.ſi

[a] An & quãdo factũ præualeat dicto uel proteſtationi, uide p Bal.in l. ſi tã anguſti.ff.de ſeru.

decem. ff. locati Bar. & Doct.hîc, & Alex.conſil.
xviij.in j.col.vol.j.Sed contra iſtam limitationẽ
facit primò iſte tex.qui nimis reſtringitur, & qui
debet intelligi etiam in contractu oneroſo, ex
quo loquitur in ſtipulatione conuentionali, quę
quidem ſtipulationes accedunt omnib.contra-
ctibus etiam non lucratiuis.l.v.§.j.ĩ.eo.Secundò
obſtat text.in l.cum furti.ff.de in lit.iur.Nam iu-
ramentum in litem quando defertur agenti con-
tra furem, dicitur deferri ex cauſa oneroſa, quia
datur ad reſarciẽdum damnum, & tamen in tali
materia habet locũ d.regula. Tertiò obſtat text.
in d.l.diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & l.
inter pares.ff.de re iud. vbi in ſententia & in lau-
do procedit dicta regula, & tamen ibi non agit̃
de materia lucratiua, ſed potius oneroſa, quia
poteſt eſſe damnoſum & præiudicare parti. Nec
eſt bona ſolutio Iaſ. quòd in ſententiis non tra-
ctetur de veriſimili præiudicio partium, ex quo
præſumitur pro ſententia. l. Herennius. §. Gaia.
ff.de euictio. quia iſtud procederet quando ſen-
tentiæ ſimul concordant in totum, non autem
in caſu noſtro, vbi diſcordant: quia non videtur
ratio cur magis præſumatur pro vno quàm pro
alio: imò ex quo vnus iudicauit in plus, alter in
minus, ſe inuicem impediunt reſpectu iſtius prę
ſumptionis argũ.l.diuus.ff.de in integ. reſt. Nec
etiã reſponſio Salic.in l. hac edictali.§. his illud.
C. de ſec.nupt.eſt bona: quia cùm dicit illud eſſe
in arbitris qui ſunt electi ad abſoluendum vel
condemnandum, & ſic ad aliquid noui inducẽ-
dum, quãuis eſſet præiudiciale partibus: iſta cõ-
ſideratio non eſt veriſimilis, & poſſet procedere
ſolùm data concordia omnium: ſed vbi ſunt diſ-
cordes, hæc ratio non eſt concludens.† Qua- 20
re tu pro reſolutione declara iſtam limitationẽ
Bart. vt prædicta regula non procedat in contra-
ctu oneroſo, quando pars læderetur, quia ſit diſ-
proportio numeri ad æſtimationem rei. ita di-
cit Bald. conſil. cccvij. in primo. & in rub. extra
de arbit.Bal.Fulg. & Salic.in d.l.ſi decem.& Bal.
in l.j.C. de ſent. quæ ſine cert. quan.profer.in j.
colũ. Bal.& Fulg.in d.§.ſi plures & fa.l.Impera-
tor.§.ſi centum.ff.de legat.ij.Et hoc modo etiam
ſuſtinetur deciſio Salic. in d. §. his illud. † vbi ſi
plures æſtimatores variè referunt, non ſtatur mi- 21
nori ſummę, quia ſequeretur pręiudicium parti.
Eſt verum, quòd dum dicit eſſe ſeruandum mo-
dum traditum in l. ſi fundum. cum l. ſeq.vbi idẽ
Salic.ff. man. Non puto quòd ſit verum, quia re-
ſultat eadem diſproportio, de qua in d.l. ſi decẽ.
Tertiò limita, quando plus & minus differunt
qualitate ſecundum Bartol.hîc, per tex.in §.prę-
ced. & eſt gloſ. in cap. plus ſemper. & in cap. qui
licet de reg. iur.lib. vj. Contra hãc limitationem
opponũt hîc moder. quòd vinum vetus diſtat à
nouo in qualitate, vt dicit glo. & Bart. in l. cum
quid. ff. ſi cert.pet. & tamen in eo habet locum
regula, quod optimum eſt, vtiq; bonum eſt.l.v-
bi autem non appatet.ĩ.eod.Sed reſponde, quòd
iſta qualitas non inducit differentiam in ſub-
ſtantia.l. venditionibus. ff. de contrah. empt.
quod ſecus eſt in §. præced.Secundo obſtat l.ex
eo. C. de agen. in re.lib.xij. Sed reſponde vt ibi
per Dd.& per moder. in cap.cum non ab homi-
ne.de iud.Et ex hac limitatione infertur, quòd
ſi vnus arbiter condemnauit reum ad ſoluendũ
infra tres menſes, alius infra quinque, alius infra
decem, quòd non valeret ſententia alicuius. ita
dicit Bald. in l. j. C. de ſent. quæ ſi cert.quan.in
princ.



prin.& Archid. hîc: plus enim ſoluere infrà tres
menſes, quàm in lõgiore termino.l.ſi ſtipulatus
22 fuero decem vel quindecim. ĩ. eod. † Sed quid ſi
ſentẽtia lata eſt diuerſis capitulis? puta quia om-
nes arbitri abſolutè condemnauerunt in centũ,
& deinde alio capitulo taxauerunt tempus, in
quo fuerunt diuerſi. Puto quòd ſententia in cen-
tum valeret, per doctr.Bart.in l.fin.ff.de iur.om.
iud.& ita poteſt ſaluari opin.Lud.Rom.hîc, pro
quo fa.glo.in c.ſicut dignũ.in fin.de homic.et ſic A
ſolũ cõpromittendũ erit ſuper dilatione, vnde
poterit creditor ne litiget expectare vltimũ ter-
minũ, arg.gl.in c.cũ ceſſante.de app.Et ex hac li-
mitatione etiã infertur ad id ꝙ dicit Bal.in l.j. C.
de teſtã.vbi vult, ꝙ ſi aliquis teſtis deponat, ꝙ vi-
derit Titiũ à tali tempore per xxx.annos poſsi-
dere, alius per x.annos, probata eſt poſſeſsio, qa
ſunt cõcordes in x. & ſic in minori tẽpore. Et ra-
tio eſt in iſto caſu, quia minus tẽpus nõ inducit
diuerſitatẽ in ſubſtãtia obligationis. Quartò li- B
mita, quando maior ſumma profertur negatiuè
per modũ eiuſdẽ enũciationis ſeu conditionis.
per text. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrũ. ff. de reb.
dub.& ita tranſeunt Bart.& alij hîc, voluit Bart.
inducere illum tex.in verb. proinde. à contrario
ſenſu, qui tamen nõ bene probat, licet cõcluſio
ſit in ſe vera. Sed cõtra eam primò obſtat, quia ſi
affirmatiuè procedit regula, multò magis de-
bet ꝓcedere vbi verba ꝓferũtur negatiuè, ex quo
plus negat negatio, quã ponat affirmatio, vt eſt C
gl.in l.hoc genus. ff. de cõd. & dem. & fa.gl.in.
c.dilectus.in gl.mag. extra de cõſuet. Ad hoc re-
ſpõdet Pau.Caſt.hîc, ꝙ gl.in d.l.hoc genus.ꝓce-
dit reſpectu temporũ vel caſuũ: ſecus in ſummis,
in quibus eſt diuerſa ratio: quia vno deficiẽte, ve
rũ eſt dicere, nõ habeo cẽtũ. Sed in caſib.ſi dicat̃,
ſi nõ nupſeris: ſi aliquando nubas, non erit verũ
dicere quòd non nupſeris, licet ſteteris multo
tempore ſine matrimonio. Sed iſta ſolutio ple-
nè non ſatis facit, quia quod operatur affirmati- D
ua in ſuo caſu propoſito, idem debet operari ne-
gatiua in caſu oppoſito.l.fin.§.fin.ff. de leg.iij.&
quia cõtrariorum eadẽ ratio, in auth. vt nõ fiant
pig. §. j. Vnde tu dic, quòd in affirmatiua ſi quis
dicat, habeo cẽtum, intelligitur integra: quia nõ
dicit̃ ꝓpriè habere, qui integra nõ habet.l. Titia
cũ teſtamẽto.§.j.ff.de leg.ij. Quare eodẽ modo ſi
quis neget ſe habere centum, intelligitur inte-
gra: & conſequenter non dicet mendacium, ſi
habuerit minorem ſummam. Et ex hac conclu-
ſione infert Imol.hîc, quòd ſi iuro tibi me nõ ha-
bere centũ, quis habeã niſi vnum numũ minus,
23 nõ ſum periurus. Secũdò obſtat, † quia ſi promit
to tibi non petere centum, non poſſum neque
petere minorẽ ſummam. l. ſi vnus. §.ſi cum mihi
decẽ.ff.de pac. Reſpõdet Bar. & ſequunt̃ alij, ꝙ
ibi verba erant prolata per modũ ineundæ cõuẽ
tionis, quo caſu nõ procedit dicta limitatio, ſed
ſolum quando proferuntur per modum condi-
tionis, vt ſ.dixi. Iſta reſponſio non videtur habe- F
re rationem diuerſitatis. Pone enim quod cùm
mihi decem deberes, legaueris Titio fundum ſi
xxx.ab hærede tuo non peterem, nunquid pro-
cedat ille text. Certè ſic, arg. l. quæ de legato. ff.
de leg.j.& tamen prolata eſt illa ſumma per mo-
dum conditionis. Item contra iſtam ſolut.ob-
ſtat. Pone enim ꝙ inter cõtrahentes dictũ eſſet,
*promittis non dare* Titio xx? & tu reſponderes, *promit-
to nõ dare* x. certè nõ eſſet ſatis factũ volũtati ſtipu
lantis, nec valeret ſtipulatio. arg. l. cũ in teſta. &



clẽ.ij.de magiſt. Vnde tu melius reſpõde, [a] ꝙ ideo
in d.§.ſi cũ mihi.ille ꝓhibet̃ petere decẽ, ex quo
illud pactũ de nõ petẽdo xxx. habet in ſe tacitã
affirmatiuã: quia habet effectũ liberationis à de-
bito præcedente, & quis obligat̃ naturaliter ea
nõ petere, vt not.in §.pactus ne peteret.ea.l.Ter-
tiò obſt. ſecundũ. Bart.hîc tex. in l. ſi quis cũ to-
tũ.ff.de excep.rei iud.vbi in ſũma negatiuè ꝓla-
ta in ſentẽtia, minor ſumma maiori ineſt: cõclu-
dit Bart.& cõmũiter alij, ꝙ iſtud ꝓcedit in ſentẽ-
tijs & in iudicijs, in quib. pars tenet̃ reddere ad-
uerſariũ certũ.l. qui ſolidũ. ff.de leg. ij. Iſta ratio
poſſet ꝓcedere in poſitionibus, de quibus ĩ.dicã.
Sed in ſentẽtia eſt alia ratio: nam niſi ita dicere-
mus, ſentẽtia redderet̃ eluſoria. Pone enim ꝙ fu-
erit iudicatũ, me nõ debere tibi centũ, certè tale
iudiciũ eſſet inutile ſi poſſes petere xcix. † Inter- 24
pretatio autẽ ſemper debet fieri ne actus reddat̃
eluſorius.c.in ciuitate.de ſent.excõ.lib.vj.c.Ro-
dulphus. vbi Feli.in ij.col.de reſcr.vnde ſi ſentẽ-
tia poſſet operari, videret̃ ſecus, veluti ſi pronũci
atũ eſt talẽ fideiuſſorẽ nõ eſſe ideonũ facultatib.
ꝓ ſumma centũ, certè nõ ſequit̃ quin ſit idoneus
pro minori ſumma.arg.l.ſi uerò.§.j.& l.ſi fideiuſ-
ſor.in princ.ff.qui ſatiſd.cog.Et facit, quia nõ vi-
det̃ eſſe differẽtia inter iudicia & cõtractus, imò
valet arg. de vno ad aliud. l. omnẽ.ff.de iud.l. li-
cet.§.idẽ ſcribit.ff.de pec.Facit etiã, quia intelle-
ctus Bar.ad tex.in d.l. ſi quis cũ totũ.nõ multum
cõuenit literæ: quia text.nõ ſe fundat ſuper iudi-
cijs, ſeu ꝙ pars teneat̃ certificare aliũ, ſed qa præ-
ceſsit petitio, ibi, ſi qs cũ totũ petijſſet: quæ ver-
ba ſunt prolata cõditionaliter, & ſic diligẽter at-
tendenda: quia vt dicit Bal.in auth.matri & aui.
cõditio in lege poſita nunq̃ importat leuem rati-
onem.ſequit̃ Aret.in c.in cauſis.de teſt. & Alexã.
in l.fin.in fin.principij. C. de iur.delib. Quare tu
dic, quòd vera ratio eſt in iſto caſu, quia præceſ-
ſit libellus, & ſic petitio affirmatiua, in qua ſine
dubio maior ſumma minorẽ cõplectit̃: vnde ſen-
tẽtia quis negatiuè cõcepta, declaratur ſecundũ
p̃ced.petitionẽ.arg. l.vt fundus. ff.cõm.di. & ſic
vt neget om̃e illudꝙ fuerat in petitiõe affirmatũ.
& fa.ꝙ not.Bar. hîc in vlt. q. vbi reſpõ. negatiua
poſitiõis, includit minorẽ ſummã ꝓpter præce-
dentẽ petitionẽ. Quintò vltra Bartol. hîc limitã
iſtã cõcluſ. vt nõ procedat vbi ſpecialiter proui-
ſum eſt de minori ſumma: nã tũc arguitur differẽ
tia à maiori.per l.ex facto.§.itẽ quæro.ff.de vulg.
ubi Bal. & alij inferũt, † quòd ſi ex forma ſtatu- 25
ti vnus iudex habet iuriſdictionẽ in cauſis vſque
ad centum, alius uſque ad ducenta, iſte ſecundus
nõ poterit cognoſcere in cauſis infra centum, qa
hoc caſu maior ſumma nõ cõprehendit minorẽ,
imò minor ſumma tanq̃ ſpecies derogabit maio-
ri tanquã generi, vt declarat Alexã.cõſil. clxxix.
in vlt.colũ.in v.& ſic maior ſumma non verifica-
bitur in minore. facit quod notat idem Alex.in.
l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſthũ.& Felin.
in c.inter cæteras.pen. col. de reſcrip. Cõtra iſtã
limit.obſtat text.in d.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſti-
pulante. & in d.l.ſi ſtipulatus fuero decẽ aut qn-
decim.ĩ.eod.Sed reſpõde, quòd aut facta eſt mẽ-
tio ſeparatim de maiori & minori ſumma circa
diuerſas perſonas vel res, & procedit d. §. item
q̃ro. & cõſequẽter iſta limitatio. Aut circa eandẽ
perſonã vel eaſdẽ res, & tunc ſecus. Et ſic habes
vnã declarationẽ ad d. limit. Aliam ponit Alex.
in d.cõſil.clxxix. de qua dic vt hîc per Iaſ.& mo-
der. Sextò limita prædictã regulam, vt nõ proce-

L.j. Stipulatio non poteſt. § Si ſtipulanti.

[a] Adde quod iſtud etiam uult Angel.in d.§. ſi cum mihi.

dat in indiuiduis. & ſic nō procedat in mādato,
cuius forma eſt diligenter attendēda. d. c. cui de
nō ſacerdotali. & generaliter in actib. in quibus
eſt forma. l. græcè. §. illud. ff. de fideiuſſ. & in ſen-
tētijs quæ ſunt indiuiduæ. l. in hoc iudicio. ff. fā.
erciſ. Bar. in l. fin. ff. de iur. om. iud. neq; in dictis
teſtiū, quorū atteſtatiōes ꝓpter iuramentū ſunt
indiuiduę. l. ſi ex falſis. C. de trāſact. vbi per Doct.
& c. ſi ad ſcripturas. ix. diſtin. Videamus particu-
26 lariter de omnibus. † Et circa mandatū videt̃ ꝙ
A in illo in maiori ſumma inſit minor. l. ꝑ ſi vltra.
C. de fideiuſſ. & l. rogatus. ff. manda. & ita tenet
Iaſ. & Socin. hîc: pro quibus facit, qa mādans te-
netur, ſi mādatarius facit iuxta mādatū, licet mā-
datū nō eſſet, vt eſt text. in l. iā tamē. §. pen. ff. iud.
ſol. & facit l. fin. §. fin. ff. mād. Sed in contrariū for
titer vrget text. in d. c. cui de non ſacerdotali. de
præbend. lib. vj. Moder. hîc reſpondent quòd in
d. c. erat plus in qualitate, non autem in quan-
B titate: & intelligunt illum text. quòd ibi fue-
rat factum mandatum de certa præbenda certi
ualoris, vnde aliud eſt beneficiū centum librarū,
aliud beneficium quinquaginta: & ſi cū talis dif-
ferentia inducat diuerſitatē in ſubſtātia & quali-
tate, in eo ꝙ plus eſt non cōtinetur minus. & il-
lū tex. ita etiā videtur intelligere gloſ. in d. c. plus
ſemper. & in c. cui licet. & Bal. in l. diem profer-
27 re. §. ſi plures. ff. de arb. † Ex quo inferūt hîc alij
moder. ꝙ, ſi pōtifex nō reſtringēdo ſe ad certam
C ſpeciem dicat, *illi prouideas de aliqua præbenda centum
aureorum*, hoc caſu non procederet ille tex. imò
conſentiente impetrante poterit conferri præ-
benda de quinquaginta. & iſta eſſet notabilis li-
mitatio ad illū text. ſi eſſet vera. Sed tamē iſta de-
claratio eſt expreſsè contra illū text. vbi pōtifex
generaliter differat debere prouideri tali de prę-
benda certi valoris, nec ſpecificauerat certā præ-
bendā, vnde nō eſt aliqua differentia in qualita-
te: ſecus ſi cōcedens applicuiſſet animū ad cer-
D tā ſpeciē, qa tūc aliud eſt corpus prębēdæ centū
aureorum, aliud quinquaginta. Quare alij hîc re-
ſpondent inhærendo ſolutioni Iaſ. & Soc. quòd
ille tex. loquitur in materia odioſa, prout etiam
tenuit Aret. in l. quicquid aſtringēdę. ĵ. eo. et Fel.
in c. cauſam quę. in viij. col. de reſcr. verſ. prædi-
cta declara. Et licet in odioſis in eo ꝙ plus eſt cō-
tineatur minus. l. nec in ea. verſ. ſed qui occid. ĵ.
de adult. cū cōcor. per Alex. in l. in ſuis. ff. de lib.
& poſthū. tamen hîc eſt etiā forma, & ſic propter
E utrūq; nō cōtinet̃, qa duo obiecta magis impedi-
unt q̃ vnū. l. vim paſsā. §. reſcriptione. ff. de adul.
Sed etiā iſta ſolutio nō ſatisfacit, quia text. ſe nō
fundat in materia odioſa. præterea licet huiuſ-
modi interpretationes tanq̃ ambitioſæ reſtrin-
gatur. c. q̈uis. de pręb. lib. vj. tamē in caſu d. c. cui
de nō ſacerdotali. ceſſat odiū, ex quo ſi potuiſſet
eo volēte cōferri præbēda de quinquaginta, mi-
nus pręiudicaretur iuriſdictioni ordinarię, q̈ ſi
mādatū fuiſſet ſpecificè adimpletū in ſumma de
F centū. ꝑ gl. in c. diſpendia. & in c. j. de reſcrip. lib.
vj. fa. ꝙ not. Felin. in d. c. cauſam quæ. vbi ponit
aliquos caſus, in quib. ipſæ gratiæ non ſunt o-
dioſæ, vnde in eis nō procederet d. c. ꝙ eſt cōtra
generalitatē caſus. Quare ego puto aliter reſpō-
dendū, & cōſidero ꝙ, vbi de intētione cōtrahen-
tis nō eſt, ꝙ in maiori ſumma inſit minor, ceſſat
prædicta regula, vt eſt gl. hîc, & ſuprà dixi. Vnde
in caſu d. c. quādo Papa mandat prouideri de be-
neficio valoris centū aureorū, intētionis ſuę prę-
ſumit̃ nō eſſe, vt cōpręhēdat aliud minoris valo-

ris. Ratio eſt, quia verba propriè hoc nō impor-
tant, vt declaraui in ij. not. & talis caſus nō dici-
tur expreſſus, ex quo corpus minoris ſummæ in
prębendis eſt diuerſum à corpore minoris: quod
non eſt in pecunia, quia quinquagīta ſolidi in-
ſunt in centū ſolidis: ſed præbenda de quinqua-
ginta nō ineſt in prębēda de centū. Itē quia volū-
tas impetrantis nō poteſt hoc caſu omnino attē-
di, ex quo iſtud nō reſpicit in totum fauorē ſuū:
nā eaquę ſuperabūdant ad uictū, tenet̃ pauperib.
erogare. 23. q. viij. c. cōueniūt. vel in vtilitatē ec-
cleſię cōuertere. xvj. q. j. c. ſi. nec debet eſſe minus
beneficiū quàm vt ſatis ſit ad uictū quotidianū. c.
cū ſecudum. de præben. aliàs fit vnio pluriū. c. ij.
de rel. dom. vnde nō poſſunt beneficia diminuta
cōferri etiā cōſentiente parte. c. j. vt eccleſ. benef.
ſi. di. confer. † Et ex ſupradictis infertur, ꝙ, ſi mā- 28
do tibi, vt emas certā rē pro certo precio, ſi eme-
ris pro uiliori, diceris ſatisfeciſſe formæ mādati,
quia veriſimile eſt eā fuiſſe intētionē mādantis:
ſi verò nō ſit veriſimile, eſt ſecus, per ſupradicta.
Vnde ſi mādo tibi vt emas domū precij mille au-
reorū, nō diceris ſatisfeciſſe, ſi emis vnā de quin-
gentis. d. l. diligēter. ff. maud. Et ita poteſt ſalua-
ri opinio Alexā. hîc. † Secūdò infertur ad quęſti- 29
onem: Si mādo Titio vt accepto enſe occidat Se-
ium, & ipſe accepto baculo percutit, nūquid te-
near de mādato. Et videbatur quòd nō, per dictā
l. diligēter. Contrariū tenuit Baldus in l. nō ideo
minus. in vltima colum. C. de accuſ. quia ſi mā-
daui quòd eſt plus, videor mandaſſe quod eſt mi-
nus. alleg. tex. in l. iam tamē. §. penultimo. ff. iud.
ſol. Idem videmus è conuerſo: quia ſi mandē vt
percutias cum baculo, ita quòd non interficias:
ſi percuſſus moritur, mandans tenetur de homi-
cidio. c. fin. de homicid. lib. vj. Ratio eſt, quia ve-
riſimiliter potuit cogitari, cùm ex quo percuſsi-
ones nō ſunt in poteſtate mandatarij, potuiſſet
accidere vt maius malum ſequeretur: vnde etiā
de eo mandans tenetur, vt declarāt Canon. in d.
c. fin. & Cepol. conſ. xxxiiij. per totum. Sed pul-
chrum dubium eſt. † Quid ſi mandem tibi vt per- 30
cutias aliquem extra plateam, et tu percutis in
platea, nunquid tenear? & Bal. in d. l. non ideo
minus. in vlt. col. tenuit quod non [a], per regulam
d. l. diligenter. & quia ceſſat ratio d. c. fin. de ho-
mi. ex quo fuit in poteſtate mandatarij non ex-
cedere mandatum. ſequitur Io. de Ana. in c. ſicut
dignum. verſ. inſuper. el ij. de homi. Ang. Aret. in
trac. malef. in verb. Sempronium mandatorem.
in xviij. q. Felin. in c. vniuerſitati. de ſent. excōm.
Adde quòd iſta deciſio apud me eſt multum du-
bia. Primò, quia mandans homicidium extra
plateam, videtur duo mandare, quod fiat homi-
cidium, & quod fiat extra plateam. c. cum dilecti.
§. præterea. de dol. & cōtum. l. Celſus. ff. de arbit.
vnde ſi factum eſt homicidium licet in platea,
debet teneri mandans ex primo capite manda-
ti. Secundò, quia intentum principale mandan-
tis erat vt iſte occideretur, vnde ſatis fuit ſi adie-
ctio illa de platea, fuit adimpleta per æquipol-
lens. argum. l. ſi mulier. ad Treb. & per Bart. in l.
Gallus. §. & quid ſi tantnm. colum. ij. ff. de lib. &
poſth. Tertiò, quia nos videmus, quòd etiam ſi
nullo modo mandatum iſtud habuiſſe effectum,
nihilominus mandans puniretur extraordina-
riè. l. j. in princ. ff. de extraord. crim. Bartol. in l.
non ſolum. §. ſi mandato. in j. columna. ff. de in-
iur. Salic. in d. l. non ideo minus. in iij. quæſt. C.
de accuſ. Ergo multò magis debet puniri in caſu
noſtro

a Adde ꝙ ꝓ deciſione Bald. facit, quia uarietas tēporis uel loci facit delictū cēſeri aliud diuerſum delictum, ut tradit Bart. in l. is qui reus. col. 6. verſ. uenio ad quæſtion. ff. de pub. iud. & in l. q uxori. §. quid tñ. col. j. decimo q̃ro ergo primo, & c. ff. de adult. cum igit̃ locus non fuerit obſeruatus, uidet̃ eſſe aliud delictum ab illo q̃d mādatum fuit, & per cōſequēs non debet mandans puniri ſaltem pœna ordinaria ꝓ illo delicto, ex quo illud nō mandauit, &c.



noſtro, in quo delictum ſecutum fuit, licet non
prorſus ſecundum formam mandati. Nec d. l. di-
ligenter. alleg. per Bal. multum facit in propo-
ſito: quia illa loquitur de mandante reſpectu
mandatarij, ſed nos loquimur de mandante re-
ſpectu offenſi: inter quos caſus eſt magna differē
tia, vt per Bar. in d. §. ſi mādato. pen. col. & Felin.
in c. j. de præſump. Puto ſaluādo Bal. quòd eius
decifio debeat intelligi, quando qs mandauit vt
A occideres extra plateā, & admonuit expreſsè ne
occideret̃ in alio loco vel etiam tacitè, puta ſi ali
quo reſpectu eius intereſſet ne alibi occideret̃: nā
iſto caſu non veniret mandans puniendus pœna
ordinaria: puto tñ ꝙ eſſet puniendus extra ordi-
nem, per d. l. j. de extraor. cri. cū ſimil. & poſſet iu-
dex ex qualitate perſonarū & negocij arbitrari
etiam pœnā mortis, vt eſt gloſ. Inſt. de iniur. §. in
ſumma. & Cor. conſil. ccxlix. pen. col. in j. vol.
Circa ſecundum, nunquid in actu vbi eſt for-
B ma, minor ſumma inſit maiori. Doct. hîc tenent
communiter quod non, per text. in l. græcè. §. il-
lud. ff. de fidedeiuſſ. vbi volunt Bar. & alij, quòd
ſi principalis debet centum, & fideiuſſor pro-
mittit C C. talis fideiuſsio non valet, neque in il-
lis centum, per illum text. in verb. omnino non
obligari. quæ verba ex quo ſunt præciſa, exclu-
dunt omnem obligationem, vt declarat Bart. &
Io. Fab. in §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſ. fa.
etiam ſecundū Bart. & Imol. ibi, quia ſi fideiuſſor
C obliget ſe in plus tempore, obligatio eſt in to-
tum nulla. l. fideiuſſor obligari. §. j. ff. de fideiuſſ.
ergo idem in quantitate. §. plus. Inſtit. de act. Sed
caue, quia contra iſtud fundamentum obſtat
text. non iuncto §. præced. in quo apparet de di-
uerſitate inter tempus & ſummam. Præterea
aduertendum eſt, quia iſta communis opin. vi-
detur confundi per text. noſtrum. Clarum eſt †
31 quod in ſtipulatione requiritur, vt interrogatio
& reſponſio concordent pro forma, vt per Imol.
D Soc. & Iaſ. in §. qui præſens. Bart. & alios in §. ſi
quis ita. & tamē in tali contractu in maiori ſum-
ma ineſt minor, vt eſt text. hîc. Et in contrarium
etiam videtur facere text. in l. ſi vltra. C. de fide-
iuſſ. vbi ſi principalis tenetur in certa ſumma,
mandator in plus tenetur ſaltē pro ſumma prin-
cipaliter. Et hanc partem tenendo, ad text. in d.
§. illud. poteſt reſponderi, quòd illud verbum
*omnino non teneri*, debet intelligi quatenus fideiuſ-
ſor acceſsit in duriorem cauſam. Et iſta ſol. pro-
E batur, tum quia illa dictio non reſpicit quantita-
tem deductam in obligatione, ſed modum obli-
gationis: & ſic videtur appoſita ad oſtendēdum,
quòd talis fideiuſſor non obligatur neque ciuili-
ter neque naturaliter: quatenus tamen acceſsit,
in plus tenetur quàm principalis. Et pro hoc fa.
tex. in §. emphyteoſim. in auth. de non alien. vbi
alienatio facta per eccleſiam vltra nouennium,
nullū penitus robur obtinet: & tamen iſtud non
eſt verum niſi in eo in quo exceſſum eſt tempus.
F vt dicunt Doct. communiter in auth. qui rem. C.
de ſacroſan. eccleſ. Et ſic illæ dictiones quamuis
præcisè reſtringuntur, tamen vt non annullent
niſi partem contractus. Facit quia iſta dictio *om-
nino*, quamuis pręciſa & geminata, recipit tamen
reſtrictionem ad terminos iuris. l. pen vbi Ri-
minal. per illum tex. C. de pact. & idem tenuit
Aret. in c. qualiter. ſecundo. col. vij. de accuſ.
Non recedendo tamen à communi, poſſet re-
ſponderi ad iſtum text. aſsignando rationem
differentiæ ad §. illud. Nam ibi ne fideiuſſor

obligetur plus quàm principalis, eſt inductum
pro forma [a], & ſic forma ibi reſpicit rem, un-
de in re maiori non ineſt minor. Sed in §. no-
ſtro forma non reſpicit rem, ſed ordinem, ſcili-
cet vt præcedat interrogātio, & ſequatur re-
ſponſio, vnde reſpectu rei ex quo in ea non eſt
forma, maius continet quod eſt minus. Et ad
tex. in l. ſi vltra. reſponde vt ibi per Salic. & ad-
verte, quia ſecundum communem intellectum,
A vt etiam dicit Odof. ibi, ille text. non poteſt be-
ne conſtrui, & Imperator videtur fuiſſe defe-
ctiuus: quare tu intellige alio modo, videlicet
quòd ego credens te accepiſſe à Titio centum,
cùm tamen non accepiſſes niſi quinquagin-
ta, obligaui me mandatario nomine pro cen-
tum, vnde tu poſtea accepiſti de nouo alia quin-
quaginta, dicit text. quòd ego ad ea non teneor:
dicuntur tñ numerata vltra mandatum, quia ego
mandaui tanquam de debitis, non tanquā de de-
B bendis. & ſic ille text. redditur valde ſingularis.
Circa tertium principale, quid in ſententijs,
& in ſimilibus actibus, qui regulariter ſunt in-
diuidui? Videtur quòd prædicta regula non pro-
cedat, vt plenè per Doctores hîc: & pro hoc fa-
cit l. ſi decem. ff. locati. † Nam contractus dicun- 32
tur indiuidui, neque valent pro parte, quando
voluntas alicuius contrahentis eſt, vt non vale-
ant niſi in totum. l. quod ſi vni. ff. de in diem
adiec. l. ſi quis aliam. ff. de. ſolut. Bart. in d. l. il-
C lud. Vnde in d. l. ſi decem. quia mens locatoris
erat non locare niſi per decem, ideo ibi contra-
ctus non valet in minori ſumma. Et hæc ratio
eſt iungenda cnm ſolutione Bart. & Bald. de qua
s̃. in ſecunda limitat. Et circa principale quęſitū,
† nunquid in ſententia maior ſumma contineat 33
minorem, communiter tenetur opinio Bart. in
l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. vbi concludit, quòd ſen-
tentia quæ non poteſt valere in maiori ſumma,
non ſuſtinetur in minori, ex quo ſententia eſt
D actus indiuiduus, qui non poteſt pro parte vale-
re. l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſ. Vnde ſi ſit ali-
quis iudex, qui non poſſet cognoſcere niſi à cen-
tum libris infra, & ferat ſententiam in ducen-
tis, non valebit ſententia in centū. Ad idem facit
quod not. And. Sicul. conſil. xxxvj. in iiij. vol. in
vlt. colum. vbi permulta concludit, quòd ſi quis
in libello petat ducentas viginti libras, & iudex
condemnauit in cxcvi. & non fecit mentionem
de reliquis xxiiij. quòd ſententia eſt ipſo iure
E nulla, quamuis in proceſſu conſtet quòd fuerit
oppoſita compenſatio, & probata in illis xxiiij.
libris. Sed aduerte quòd iſtud conſilium Barb.
eſt de directo contra Bar. cuius ipſe mētionem
non facit, in l. ſi plures. in ſi. principij, & ibi Paul.
de Caſt. ff. de fideiuſſ. quem etiam in alio propo
ſito ſequitur Aret. hîc, & Feli. in c. cum inter. in
v. columm. in j. fallent. de re iud. † Contra iſtam
concluſ. obſtat primo iſte text. ex quo probatur 34
quòd in indiuiduis maior ſumma continet mi-
F norem: nam iſte text. loquitur in iudiuiduis, tum
quia loquitur in materia contractuū, qui regula-
riter ſunt indiuidui. d. l. quòd ſi vnum. cum ſimil.
tum etiam quia in iſto contractu eſt forma, quæ
facit actum indiuiduum. l. furioſum. C. qui te-
ſtam. fac. poſſ. Secundò obſtat, quia prædicta
regula procedit etiam in iudicijs, etiam ſi ver-
ba negatiuè proferant̃. dicta l. ſi qs cū totū. ff. de
except. rei iud. & declarat Bar. & cōmuniter alij
hîc. Sed reſpōde ad primū, ꝙ in l. ꝙ ſi vno. cum ſi-
mil. cōtractus dicūtur indiuidui ex volūtate cō-

L. j.
Stipulatio nō poteſt.
§. Si ſtipulanti.

a Adde quod iſtud tenet Io. de Plat. in d. §. fideiuſſores Inſt. de fideiuſ. & probatur ut ibi in uerb. nō poteſt. iunctis not. per eūdem D. meū s̃. in princ. huius l. in ij. not.

trahentium, quando non eſt veriſimile quòd ve-
lint pro parte valere : ſed tunc eſt ſecus, quia ex
quo ſumus in contractu lucratiuo, ſeu facto in fa
uorem ſtipulatoris, lex præſumit quòd ſtipulans
erit potius contẽtus lucrari illam partem quàm
nihil. Et ad illud quod dixi de forma, reſponde
vt in præc. q. Ad ſecundũ reſpõde, ꝙ in l. ſi quis
cum totum. ſententia valebat in totum: nos au-
tem loquimur, nunquid poſſet valere ex parte A
minori. Et hæc eſt planiſsima reſpõſio, licet mo
derniores hîc multũ dubitauerint, & ꝑ illud fun-
damentũ diſtinguant: quando iudex nõ potuit
ferre ſententiam ex defectu iuriſdictionis, vt in
totum ſit nulla, aliâs ſecus: quod vltimum mem
brum eſt contra cõmunem opin. † Diſputando
35 tamen poteſt teneri contra opin. Bart. in d. l. fin.
prout etiam tenuit Ioan. And. in rég. iur. ea quæ
fiunt. in vj. & Ful. in l. j. C. de error. calc. & pro iſta
opin. primò facit text. in l. certam. C. quãdo pro- B
uoc non eſt neceſſ. ibi, *id quod contra ius geſtum vide-
tur firmitatẽ non tenere.* Illa enim verba, *quod contra ius
geſtum*, ſtant reſtrictiuè, id eſt, quatenus cõtra ius
geſtum eſt, ex quo reſpiciunt ipſam diſpoſitionẽ,
vt dicit Bartol. in l. Stichum qui meus. in ij. colũ.
ff. de leg. j. Secundò facit tex. in l. j. ff. quæ ſent. ſi-
ne app. reſcin. vbi ſi ſententia ſit lata in plus per
expreſſum errorem calculi, corrigitur: & ſic præ-
ſupponit quòd valeat in vera ſumma. Nam ver-
bum *corrigitur*, in ſcripturis importat [a] addere vel
diminuere, non autem in totum tollere, vt decla C
rat Bar. in l. edita. in ij. colũ. C. de eden. pro quo
eſt tex. in auth. de nõ alien. §. j. & in auth. de nup.
§. per occaſionem. Nõ obſtat l. in hoc iudicio. ff.
famil. erciſc. quia ibi ex quo agitur de hæredita-
te diuidenda, & in iudicio omnes interuenerunt
debet de omnibus iudicari: quia perſona omniũ
eſt de ſubſtantia in illo iudicio, vt declarat ibi
Flor. in ij. colũ. quod non eſt in aliis iudiciis. per
text. in l. de vnoquoq;. & ibi not. ff. de re iud. &
declarat Salic. in l. j. C. ſi aduerſ. rem iudic. Cæte- D
ra videre per Fel. in c. cum inter. extra de re iud.

Circa quartam quæſt. † nunquid ſi vnus teſtis
36 deponat me tibi mutuauiſſe decem, alius dicat
de quinq;, ſit probata ſaltem ſumma minor? Ioã.
And. in c. j. de arbit. libr. vj. & Imol. in l. inter pa-
res. ff. de re iud. & alij cõmuniter hîc tenent quòd
non: & ratio eſt, quia cùm deponant de diuerſa
ſumma, præſumitur diuerſitas actuum. l. quin-
genta. ff. de probat. l. cum centum. ff. de adim. le-
gat. Fac ergo ex dictis Doct. duas concluſiones. E
Prima, † quòd tales teſtes diuerſi in ſumma mu-
37 tuata non probant, quia præſumunt̃ ſingulares.
Sed aduerte primò, quia in dubio videretur dicẽ
dum quòd probent, nec iſta diuerſitas præſuma-
tur, ex quo regula [b] eſt, pluralitatem non præſu-
mi. l. omniũ. C. de teſt. in præſentia. vbi moder.
de probat. Doct. in l. ij. C. de bõ. poſſ. ſecun. tab.
& iſta regula procedit etiã ſi aliâs quis in periu-
riũ incideret. l. fin. C. de reb. cre. quia potior eſt
præſumptio reſultãs ex iſta regula Facit, quia nũ F
q̃ præſumit̃ pluralitas in his quę poſſunt eſſe vnũ
& idem. Iac. But. in l. ij. C. de error. aduoc. Bald.
in l. edita, in vlt. col. C. de eden. Vnde in caſu no-
ſtro licet ſit differentia in ſumma, tamen videtur
ſtandum prẹſumptioni legis, ſecundum quam
ſufficit ꝙ teſtes probent, vt per Bartol. in l. j. ff. ſi
cert. pet. Secũdò facit, quia in maiori ſumma mi
nor ineſt etiam propriè loquendo, vt videtur eſſe
cõmunis opi. vnde ſi ſit interꝓtatio etiã im ꝓpria
vt dictũ teſtis ſuſtineat̃, vt in c. cũ tu. extra de te-

a Vide tñ gl. in Cle. ſtatutũ. in uerb. declarаui. in princ. de elec. & in cl. ſi Rom. in uerb. declaramus de præb. q̃ aliter ſentiunt.

b Adde ꝙ iſtã regulã limitat notab. Aret. in l. ſi pater impuberis. col. ij. uerſ. in gl. j. & c ff. de uulg. & pupil.

ſtib. quanto magis debet fieri in caſu noſtro, ex
quo ſuſtinet̃ ex ꝓprietate ſermonis, prout etiam
ꝓbatur in l. vbi aut. in prin. j. eo. Tertiò fa. tex. in
d. l. ſi vnꝰ. §. ſi cũ mihi decẽ. ff. de pact. Nã ſi ex dif-
ferẽtia in quantitate, præſumeretur differentia
in actu ſeu diuerſitas ſummarũ, certè petẽti decẽ
nõ obſtaret exceptio pacti de nõ petẽdo XX. qa
illud pactũ intelligeretur de alia ſumma. Quar-
A tò facit doctr. Bart. in l. ſcire debemus. j. eo. dũ
vult, quòd ſi qs petat quinquaginta, & ꝓbat de
ſumma maiori, obtinebit in ſumma petita, ꝑ iſtũ
tex. & è cõuerſo: certè tibi eſt diuerſitas ſumma-
rũ, & tamẽ teſtes præſumũtur depoſuiſſe de ea-
dẽ ſumma, de qua in petitione. Nec obſtat reſp.
Alex. ibi, dũ dicit illud ꝓcedere in libello quẽ a-
ctor põt declarare. l. ſi qs intẽtione. ff. de iud.
qa hîc nõ eſt opus declaratiõe, ex quo ex ꝓprie-
tate ſermonis maior ſũma cõtinet minorẽ. Quin
B tò iſta opi. ſuadet̃, qa teſtes in dubio debẽt inter-
pretari vt ſint cõteſtes, et deponãt de eodẽ actu,
vt ꝑ Bal. & Alex. in l. ij. C. de bõ. poſſ. ſecũ. tab. cũ
cõcord. Sextò cõfirmat̃ per id ꝙ not. Ant. de But.
Imo. & alij in c. j: de off. leg. vbi dicũt, quòd licet
vnus teſtis minꝰ deponat de facto q̃ alter in ſuo
teſtimonio, ꝑ hoc nõ cẽſet̃ inter eos aliqua cõtra
rietas, & ꝓbãt. Vltimò facit quia in dicto teſtis de
ponẽtis de minori ſumma, nõ ſubaudit̃ taxatiua.
l. cũ furti. ff. de in lit. iur. vnde nõ eſt cõtrarius te-
C ſti deponẽti de maiore ſumma, vt dicit Bar. in l.
fi. §. qui indiuiſam. ff. de leg. ij. & j. attingã: vnde
deberẽt ꝓbare tanq̃ cõcordes in minori. Nec ob-
ſtat d. l. quingenta. & d. l. cum centũ. quia ibi ex-
preſsè cõſtabat de diuerſis actibus. Sed tñ adhæ-
reo præfatæ cõcluſioni, quę cõmuniter tenetur,
declarando tamen vt j. dicam.

Secunda concluſio eſt, † quòd ſi conſtet teſtes 38
deponere de eodẽ actu, probabũt in minori ſum-
ma: vnde debebit articulari de eodem tẽpore ad
finem, ne præſumatur diuerſitas actuum, vt etiã
D tenet Alex. hîc per tex. in l. Sẽpronius Proculo. ff.
de leg. ij. Et facit quod not. Ang. cõſil. cclxxiiij.
vbi ſi vnus teſtis dicat quòd talis ſcriptura fuit
ſcripta per duos dies antè, alius dicat ꝑ quatuor,
quòd erunt conteſtes. de quo dic vt per Aretin.
in §. ſeq. in vlt. verbis. Sed cõtra hanc cõcluſ. ob-
ſtat, quia vbi vnus teſtis dicat quòd tu mutuaui-
ſti mihi tali tempore quinque, alius dicat decem,
videntur ſibi contrarij, vt neuter probet. l. duo-
bus. §. fin. vbi not. ff. de iureiur. l. qui falſa. ff. de te
E ſti. Nec obſtat ſi dicatur, quòd iſtud procederet,
ſi ille, q depoſuit de minori ſumma, addidiſſet ta-
xatiuã, vt ꝑ Bar. in d. l. cũ furti. Quia ille teſtis qui
depoſuit de minori ſumma, aut ſciuit ꝙ maior
fuit mutuata, & tacuit, & eſt falſus, vnde in nul-
lo ſibi creditur. c. j. de cri. fal. Bal. in l. presbyteri.
C. de epiſ. & cle. & in c. j. ſi de inueſt. inter dom.
& vaſ. lis oria. & Barth. Vero. conſil. lxj. in ij. col.
Aut neſciuit quòd maior ſumma eſſet mutuata,
& adhuc illi nõ creditur tanquã malè informa-
F to, ex quo dictum teſtis, qui non plenè narrauit
factum, reprobatur, vt eſt gl. in l. Lucius. ff. de his
qui not. infa. Bald. in c. j. in ij. col. ſi de inueſt. &
in l. cũ antiquitas. col. fin. C. de teſtã. & in l. ij. de
donat. int. vir. & vxo. Iaſ. in l. fi. C. de bõ. poſſ. ſecũ
dũ tab. col. fi. Io. Bap. de S. Seueri. in l. admonẽdi.
col. xl. de iureiur. Cor. cõſil. cccix. in iiij. vol. Nec
obſtat tex. in d. l. Sẽpronius. quia ibi quodlibet
exemplar faciebat fidẽ de ſe: vnde dato quòd al-
terum eſſet vel falſum, vel errore ſcriptũ, alterũ
probabat: quapropter lex præſumit̃ in fauorem
hæredis



hæredis pro minore ſumma [a]. Sed in caſu no-
ſtro quilibet teſtis de ſe non probat, vnde alter
alterum confundit propter contrarietatem. c. in
noſtra. de teſti. Præterea & ſecundò, d. l. Sem-
pronius. loquitur in ſcriptura, in qua præſumi-
tur error, non falſitas, vt declarat ibi Bald. &
Raph. Com. Et fa. quod not. Bar. in l. quotiens. §.
j. ff. de hæred. inſt. Sed nos loquimur in teſtibus
in quibus potius præſumitur falſitas q̃ error, vt
dicit Spec. [b] in tit. de teſte. §. j. verſ. itemq́ aliquid. A
& Aretin. in c. in noſtra. in iij. col. de teſti. vnde
falſitas vitiat in totũ, et reddit negociũ magis ſu-
ſpectũ, q̃ error. Pro reſolutione iſtius materię pu
to ſic diſtinguendũ: qa aut non cõſtat de eodẽ fa-
cto, & vnus teſtis deponit de maiore ſumma, al-
ter de minore, & nõ probãt, qa præſumũtur ſin-
gulares, vt per Ioã. And. in c. j. de arbit. lib. vj. cum
cõcor. hîc ꝑ Alexã. Et ratio eſt, quia licet in maio-
ri ſumma inſit minor propriè, tamẽ teſtis minus
dicens tacitè negat de pluri, vt eſt verior cõclu. & B
j. videbimus: vnde eſſet cõtrarius alteri, & ad eui-
tandã cõtrarietatem præſumit̃ potius ſingularis
in ſua mente, q̃ diuerſitate ſummarũ: quibus duo
bus concurrentibus ceſſant rationes, ſcilicet cõ-
tra cõmunem opin. adductę: & ſumus in caſu cla-
ro, quòd tales nõ ſunt conteſtes. Aut cõſtat quòd
deponũt de eodem actu, & hoc caſu aut modica
eſt differẽtia inter eos, et probant, vt dicit Lud.
Bol. inter conſila Ioan. de Ana. cõſil. lxxvj. Ratio
eſt, quia modica contrarietas vel diuerſitas etiã C
in facto principali, nõ vitiat dictũ teſtis, vt dicit
Ant. de But. in c. ij. de regul. Alex. cõſil. v. in cauſa
inquiſitionis. lib. j. Aut eſt magna differentia, et
tunc aut ſunt niſi duo teſtes, ſeu quodlibet dictũ
de ſe eſt imperfectũ, et nõ probãt: quia ſi præſup-
ponamus alterũ verum, neceſſe eſt ꝙ alter ſit vel
falſus, vel malè informatus, vnde non probat. et
ita procedit quod not. Alex. conſil. 50. penul. col.
in v. quare dato caſu quòd ceſſaret prędicta ratio,
puta in actibus habentib. tractum ſucceſsiuũ, tũc
probarent [c], vt tenet Io. de Imol. in l. inter pares.
in ij. col. ff. de re iud. Pone exemplũ in caſu Bart.
in l. Celſus. in fin. ff. de vſucap. et Bal. in l. conuẽ-
ticulam. C. de epiſ. et cle. vnde ſi vnus teſtis dicat
me poſſediſſe talẽ fundũ ab hodie retrò per xxx.
annos; alius dicat me poſſediſſe ab hodie retrò
per decẽ annos, ꝓbata eſt poſſeſsio de decem an-
nis, vt etiam tenet Imol. & Io. de Ana. in c. cum
oporteat. de accuſ. Aut ſunt plures teſtes, & ſerua
tur text. in cap. in noſtra. extra de teſt. & in l. ob
carmen. §. fin. ff. eo tit. quia ex quo ſunt contrarij,
præualebunt digniores, vel dicentes magis veri-
ſimilia, vel plures numero: quo caſu media ſum-
ma probabit̃, quia in ea concordant etiã qui di-
cũt de pluri, vt dicit Salic. in l. ij. C. de reſcin. vẽd.
pẽ. colũ. & ſic vincunt numero illos qui dicũt de
minori. vnde ſi duo teſtes dicant rem valuiſſe de-
cẽ, alij duo dicant valuiſſe quindecim, alij vigin-
ti, ſtabit̃ mediæ ſummæ, vt etiã cõſulendo tenuit
Alex. cõſil. lxiiij. in ij. Aret. in l. ex facto. §. j. in vlt.
col. ff. de vulg. & in conſil. lxv. in prin. Et ad §. ſi
plures. in l. diem proferre. de arbit. qui videt̃ ob-
ſtare, reſpõde vt ibi per eos. Data verò paritate,
puta quia duo dicant rem valere viginti, alij duo
dicãt, valere triginta, tunc poſſet procedere opin.
Alexã. hîc, ꝙ cenſeat̃ ꝓbata minor ſumma. arg. d.
l. Sempronius. & iſtud tenet Aret. in d. §. j. pẽ. col.
& fa. quod not. Bald. in l. falſus. pẽ. col. C. de furt.
39 vbi vult, † ꝙ ſi producãtur duo mandata, in dubio
ſeruabit̃ ꝙ cõcedit minorẽ poteſtatẽ. Eſt verũ ꝙ

a Adde ꝓ hoc facere, quia de iure iſta præſumitur eſſe uolũtas teſtatoris, ut in minus grauet hæredẽ ſuũ quã fieri poteſt. c. fideicom. §. ſi quis decẽ. ff. de leg. 3. cũ ſimil.

b Adde quę ponit D. meus j. in §. ſeq. in fin.

c Vide Fel. in c. licet ex quadã col. 4. & 5. de teſtib. ubi de hoc multa ponit.

cõtra hanc concluſ. tenuit Aret. in d. conſi. lxv. in
præſenti cõſultatione. ij. col. & idem tenuit Ioan.
de Imol. in c. pen. col. pen. de emp. & ven. Mouẽ-
tur, quia † deponẽtes de minori ſumma, vident̃
aſtruere negatiuam de maiore, & ſic quòd non
fuerit plus q̃ ipſi dixerint, vnde minus eis credit̃:
quia data paritate plus creditur teſtib. affirman-
tibus q̃ negantibus, vt eſt gl. in d. §. ſi plures. & ita
referunt tenere Bald. in l. ij. C. de reſcind. vend. in
A fi. Sed aduerte, quia idem Aret. quem refert & ſe-
quitur Felin. ibi in d. c. in noſtra. tenent cõmunẽ
opi. reprobantes Bal. in dicta l. ij. quia illa regula
non procedit vbi affirmatiua & negatiua ęquali-
ter poſſunt cadere in ſenſum directum teſtis, vel
habent ſimul ęquale fundamentũ veritatis, quod
eſt in caſu noſtro, prout declarat ipſemet Areti.
in d. §. j. pen. col. in v. concluſ. Et ſic iſta commu-
nis concluſio remanet defenſata. Tu aduer-
te, quia contra eam fortiter ſtringit: nam vide-
B retur ſtandum maiori ſummæ, ex quo illi duo
teſtes deponentes de minori ſumma, non vi-
dentur deponere taxatiuè, & ſic negare quòd
res non valeat plus. arg. d. l. cum furti. ff. de in lit.
iur. & per Bartol. in l. fi. §. qui indiuiſam vbi
Paul. de Caſtr. & Com. ff. de leg. ij. & iſtud in te-
ſtibus expreſsè tenet Alexan. in d. conſil. lxv.
& Aret. in d. §. j. in ij. concluſ. pro quo facit quod
ſingulariter conſuluit Raph. Com. conſil. xcj. [d]
in ij. colum. vbi in teſte, qui interrogatus, cuius
C ætatis eſſet, dixerat ſe habere xlv. annos, ex quã
computatione reſultabat manifeſtum menda-
cium, ipſe concludit, quòd non videatur de-
poſuiſſe per taxatiuam: vnde etiam ſi habuiſ-
ſet maius tempus, excuſabatur, arg. d. l. cum fur-
ti. & idem videtur tenuiſſe Bald. conſil. ccxlvij. in
prin. Puto iſtam opin. non eſſe veram, & quòd
imò in teſte ſubaudiatur taxatiua, prout eſt de
mente gloſſ. in d. §. qui indiuiſam. & ita etiam
tenet Sali. in d. l. ij. pen. col. verſ. ſed circa proba-
D tiones. & Bald. ibidem, & Aretin. & Felin. in d.
c. in noſtra. & eſt de mente Doctorum in c. j. de
arbit. lib. vj. vbi volunt, quòd ſi vnus teſtis dicat
quòd mutuauiſti decem, alius quòd mutuauiſti
quinque, quòd propter contrarietatem præſu-
muntur ſingulares: niſi tantum ſubaudiretur ta-
xatiua, tunc non eſſet contrarietas. Et pro hac
parte primò facit: quia ſi in articulis diceretur
quòd res valebat centum, & teſtis interrogatus
ſuper eis dicat, ꝙ valebat quinquaginta, videtur
E negare quòd valeat plus. c. nõnne. de præſum.
Bal. in l. ſed ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de
minor. Cardin. Alex. xxv. diſtin. c. qualis. Secun-
dò facit, quia ſi teſtis deponat de valore ſecundũ
communẽ ęſtimationẽ, & dicat rem valere quin-
quaginta, certè videtur negare quòd valeat plus:
quia aliàs eſſet defectiuus in dicto ſuo, & non
probaret. per gl. in d. l. Lucius. & quia tacendo
illud plus, ſciẽter committeret falſum. d. c. j. de
crim. falſ. quæ interpretatio nõ eſt aſſumenda, vt
F per Bart. in l. Labeo. penult. col. verſ. crederem
contrarium. ff. de ſupel. legat. Tertiò, quia vide-
mus in inſtrumentis, † quòd ſi vnum inſtrumen- 41
tum dicat de pluri, aliud dicat de minori, ſtabitur
huic vltimo. d. l. Sempronius. de leg. ij. Bald. in l.
Imperator. ff. de ſtat. hom. Nam niſi inſtrumentũ
de minori haberet in ſe taxatiuam, eſſet ſtandum
maiori: quia in ea ſumma aliud non diſcordaret.
quod tamen eſt falſum. Si iſtud eſt in inſtrumen-
tis, multò magis in teſtibus, quibus maior ratio
hoc ſuadet, vt ſuprà dixi. Non obſtat d. l. cũ furti.

L. j. Stipulatio non poteſt. §. Stipulanti.

40

d Adde So. cõſ. 56 in pen. col. in 4 uol.

quia loquitur in ſimpliciter affirmante, & qui nõ
tenetur de toto dicere, ſicut teſtis. & ita procedũt
etiã not. in l. ſi quidẽ. C. de trãſac. & gl. in c. j. in gl.
mag. xv. diſt. Nõ obſt. q̃ not. Cõ. in d. cõſ. xci. qa il
lud poſſet procedere tantũ quo ad euitandũ per-
iuriũ, pro cuius euitatione fiũt multæ ſubauditi-
ones. c. cum tu. vbi Felin. de teſtibus. Nõ obſtant
notata in d. §. qui indiuiſam. qa Bar. nõ firmat: &
Raph. Imol. & Paul. de Caſtr. poſsũt bene loqui
in caſu ſuo: qa ſi teſtis dicat de re valẽte plus quã
valeat centũ, dicit veritatẽ in hoc, ſed eſt falſus,
qa tacuit illud plus. d. c. j. de crim. fal. Et ex iſtis in
ferẽ ad §. ſi pulres. in d. l. diẽ proferre. Nam ibi ex
quo arbitri debẽt quantũ poſsũt laborare vt ſint
concordes, & vnus iudicare ſuper toto eo ſuper
quo alter iudicat, l. ſi tres. l. ſicuti. ff. de arbit. & hoc
nõ faciãt, præſumiẽ in dicto eorũ taxatiua, ſicut
in teſtibus. Vnde primus arbiter dicẽs de minori
ſumma, intelligiẽ negare maiorẽ: & ſic nõ eſt dif-
ferẽtia ſiue apponãt taxatiuã, ſiue abſoluãt à reli-
qs, vt etiã tenent Aret. hîc. Et quãuis in caſu illius
§. videreẽ ſtandũ mediæ ſummæ, ſecundũ quã ſe-
cundus arbiter pronũciauit, tñ ex quo primus illi
reſiſtit per ſubauditam taxatiuam, & tertius non
cõſentit niſi tacitè, conſenſus iſtius tertij tacitus
expugnatur per diſſenſum primi æquè tacitũ, &
in dubio prẹualet negatiua quæ nocet. l. ſi qs in
graui. §. fin. ff. ad Syllã. Bar. in l. ſi vir. ff. pro donat.
l. Sabinus. ff. cõmuni diuid. & ſtatur minori ſum-
mẹ. l. ſemper in dubijs. ff. de rebus cred. Et in hoc
vltimo eſt differentia inter arbitros & teſtes: quia
in teſtibus dictũ vnius teſtis ex vna parte, et dictũ
alterius ex altera viciſsim, non diminuuntur, vt
declarat Antõ. de Butr. & Abb. in d. c. in noſtra.
Doct. poſt Bart. in l. admonendi. in vlt. col. ff. de
iureiur. & tamen contrariũ videmus in arbitris.
Ratio eſt, quia ſententia iſtorum eſt quid vnitum
& coniunctum, vnde eſt repugnantia in eodem
ſubiecto, quæ diminuit de viribus ipſius ſubiecti
quatenus eſt repugnantia. l. vbi repugnantia. ff.
de reg. iur. Sed atteſtationes vnius nõ ſunt vnitæ
cum atteſtationibus alterius, ſeu in eodem ſubie
cto. Et iſta ratio differentiæ eſt melior quàm illæ
quas refert Salic. in d. l. ij. & Alexã. in d. conſil.
lxiiij. & iſtud magis placet q̃ ea quẹ poſuit Felin.
in d. cap. cum inter. in vlt. colũ. Subſequenter
Bart. impugnat calumniã aduocatorum tenen-
42 tium, † quòd quãdo poſitio continet plus debito
poteſt in totũ negari abſq; periurio. Et cũ Bart.
eſt magis cõmunis opin. licet Imol. contrarium
dicat in c. dilecti. de maior. & obed. & dicit Abb.
in c. j. in fi. extra de plus pet. q̃ in practica nõ ſolẽt
aduocati recedere ab iſta opin. contra Bart. & eã
etiã ego puto veriorẽ. Nam aut loquimur quo ad
finẽ, quòd iſte negans totũ incidat in periuriũ, &
tali caſu nõ videtur quòd opin. Bart. poſsit pro-
cedere, vt etiã tenent Peruſini hîc, & Soci. & mo-
der. quia ſemper faciẽda eſt illa interpretatio, per
quam euitatur periurium. c. cum tu. extra de te-
ſtib. vnde hoc caſu fiet interpretatio quòd nega-
uerit poſitionem habito reſpectu ad totam ſum-
mam, non autem ad partem. Aut loquimur quo
ad finem condemnationis expenſarũ, tanquã iſte
interrogatus de toto, iniuſtè litigauerit nõ confi-
tendo partem, & adhuc opinio Bart. non poteſt
ꝓcedere: qa imò nõ eſt cõdemnãdus in expẽſis,
vt firmat ipſemet Bart. in l. qui ſolidum. vbi alij
ſequũtur. ff. de leg. ij. & eſt cõmunis opi. quã etiã
tenet Iaſ. in l. ꝓperãdum. §. ſi aũt alterutra. in vj.
43 col. C. de iud. vbi etiã Sali. idẽ tenet. † Nec obſtãt
adducta in contrariã opi. Et primò, q̃ ponens af-
firmatiuã, videatur ponere nõ ſolùm de toto, ſed
etiam de qualibet parte. l. ſi quis cum totum. ff.
de except. rei iud. ergo etiã reſponſio debet eſſe
nõ ſolùm de toto, ſed etiã de qualibet eius parte.
l. ſi defenſor. §. j. ff. de inter. act. Reſpondeẽ, quòd
imò ponens ſe crediſſe centũ, intelligitur inte-
gra & unita, nõ autẽ ſeparata. l. Titia qui teſtamẽ
tũ. §. j. ff. de leg. ij. & qa appellatione rei in dubio
A venit integra. l. ſi rem. ff. de rei vẽd. l. de pupillo. §.
qui nuncium. vbi notatur. ff. de oper. no. nun. per
Doct. in l. ſerui electione. §. fi. ff. de leg. j. & qa iſte
ponens iurat, & per iuramentũ actus redditur in-
diuiduus, ſecundum Bal. in cap. j. de contro. in-
ueſt. in ij. col. vnde iſte poteſt negare totũ, qa ve-
riſimiliter credit interrogationẽ factã de toto in-
diuiduè. Nec d. l. ſi qs cũ totũ. obſtat in cõtrariũ:
quia ibi, niſi etiã intelligereẽ de qualibet eius par
te, act⁹ eſſet eluſori⁹ vt ſ. declaraui. Idẽ in litis cõ-
B teſt. in qua fit interpretatio, vt de eodem ſentiat
reus de quo actor, vt ꝑ Bar. in l. inter ſtipul. §. ſi Sti
chũ. j. eo. tit. Potes etiã reſpondere vt per Paul. de
Caſt. in d. l. q ſolidũ. Nec obſt. d. l. pupil. §. fi. ff. de
verb. ſig. Nã tex. ibi efficaciter ꝓbat contra Bart.
licet gl. cauillet illũ text. Nec obſt. l. qui ſolidum.
ff. de leg. ij. quia in caſu illius l. actor obtulerat q̃
erat cõtentus receptare partẽ: vnde ceſſante iſta 44
oblatione, tex. probat contrarium. † Nec obſtat
tex. in l. de ætate. §. ſi interrogatus. ff. de interrog.
C actio. alleg. hîc per Aret. quia vt dicit Soci. hîc,
probat potius contrarium, vt hîc per eum. Non
obſtat l. qui ſeruum. §. fin. ff. de inter. actio. allega-
tus hîc per Iaſ. quia in caſu d. §. ſi quis poſsidebat
fundum ex quota parte, verum eſt dicere quòd
poſsideret fundũ. l. Mẹuius. §. duorum. ff. de leg.
ij. & notat. in l. iij. §. ex cõtrario. de acqui. poſſeſſ.
Sed in caſu noſtro ſi quis debet octoginta, nõ eſt
verum dicere quòd debeat centum: vnde poteſt
reus negare totum, ex quo poſitio actoris non
D eſt vera: quod non eſt in d. §. fi. qui debet intelligi
in poſsidente pro indiuiſo: quia ſi poſsideret di-
uiſim, pars ſua eſſet integer fundus. l. planè. §. fi. ff.
de leg. j. l. ſi duas. ff. commun. præd. Alexã. conſil.
clxxxiij. in v. † Nõ obſt. text. in l. ſi is qui ducẽta. 45
§. vtrũ. verſic. proinde. ff. de rebus dubijs. quem
inducit ibi Bar. quia ibi intelligitur interrogatio
de qualibet parte, propter diſtributiuũ *quid*, id
eſt, aliquid, quòd verificatur in qualibet parte e-
tiam minima, vt eſt gl. in Clem. j. in verb. aut ea-
E rum. de for. compet. cum concord. per Iaſ. in l.
Gallus. §. in omnibus. in iij. not. ff. de lib. & poſt-
hum. Præterea generaliter ad omnia ſupradicta
fundamenta poteſt reſponderi, q̃ non eſt bonũ
argumentũ in noſtra materia ſi dicamus, † inter- 46
rogatio affirmatiua intelligitur de qualibet eius
parte, ergo reſponſio negatiua debet etiam ipſa
intelligi de qualibet parte. Nam iſtud procede-
ret niſi ageremus de euitãdo periurio, ꝓpter cu-
ius euitationem capiũtur verba impropriè. d. c.
F cũ tu. Vnde ſi vnus teſtis dicat quòd Titius poſ-
ſedit fundum, alius dicat quòd nõ poſſedit, vt ſa-
luẽtur q̃ vnus ſentiat de toto, alter de parte, vt di-
cit Dy. & Bal. in l. ij. ff. de cond. inſt. Idem ergo eſt
dicẽdum in caſu noſtro. Ad euitandas igitur iſtas
contrarietates inoleuit practica, vt actor poſi-
ta certa ſumma, ſubdat illam clauſulam, Si non
credit de tanto, dicat de quanto, vſque ad vnum
nũmum: nam tunc tenetur reus reſpõdere etiam
de qualibet parte, vt dicit Angel. & moder. hîc.
† In contrarium tamen facit, quia ſi fiat poſitio 47
multiplex,



multiplex, licet ſubdatur clauſula, quòd ponitur
coniunctim & diuiſim, nõ tamen tenetur reſpõ-
dere, vt dicit gl. in c. ij. de confeſſis. lib. vj. & Bal.
in l. precibus. C. de impub. in princ. & in l. ij. §.
q̃ obſeruari. in vj. col. C. de iurã. calum. & ibi Are.
& Franc. de Curt. i-
dem tenent: ergo i-
dem in caſu noſtro,
cũ iſta clauſula vi-
deaẽ eiuſdem effe-
ctus. Sed tamen in
tali caſu melius eſt
adhærere Barto. &
mod. hîc: quia illa
gl. debet intelligi
vbi poſitio eſt multiplex reſpectu qualitatis, ſe-
cundũ Bar. hîc, non quantitatis, vt tenet Per. de
Anch. in d. c. ij. de confeſſ. lib. vj. & propterea illa
clauſula non operabitur, vbi poſitio cõtinet ali-
quid falſum in qualitate, per ſupradicta: & ſecũ-
dum iſtã limitationẽ Bart. conſuluit Alex. in d.
conſi. clxxxiij. in v. de qua etiã per Feli. in c. nam
cõcupiſcentiam. in fi. de cõſtit. Poſtremò, in quã-
tum Bart. hîc cõcludit, † quòd creditor petendo
48 totũ, cõſtituit debitorem in mora reſpectu par-
tis, allegãdo tex. in d. l. qui ſolidũ. intellige prout
ibi declarat, videlicet quãdo obtulit ſe partẽ ac-
cepturũ. Et eſt ratio, quia nõ eſt veriſimile quòd
petẽs totũ, ſit cõtentus accipere partem. l. tutor.
§. Lucius. ff. de vſur. aliàs enim non eſſet in mora
vt eſt text. in l. in fideicommiſsi. in princ. ff. de v-
ſur. & ita tenet Ioan. de Imol. Paul. Caſtr. & alij in
d. l. qui ſolidum. Alex. hîc, & communis opinio
Aduerte, quia in contrarium vrget, quod tenet i-
pſe Bart. in l. non poteſt videri. ff. de reg. iur. vbi
etiam non facta iſta proteſtatione vult Bartol.
reũ conſtitui in mora ratione minoris ſummæ,
niſi debitum ſit intricatum: & ſic videtur concor
dare Barto. cum his quæ dicit hîc generaliter in-
telligen. & pro hac parte fa. text. in l. ſi ſeruus. §.
bonæ. ff. de cõd. fur. nam ſi fur bouis dederit pre-
cium corij domino, & dominus condicat bo-
uem niſi fur offerat precium bouis, detracto pre-
cio corij ſemel ſoluti eſt in mora: niſi reſpondeas
vt hîc per Alex. cuius prima reſponſio poteſt de-
fendi. Sed tu concordando iſtas opin. diſtingue,
quòd aut pars quam poteſt retinere debitor, eſt
incerta, & antequam liquidetur habet ius retinẽ-
di totum, & nunquam dicitur in mora. d. l. in fi-
deicõmiſsi. & Bart. in d. l. non poteſt. & fa. l. quæ
de tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. Aut pars quæ
poteſt retineri eſt liquida, puta ex confeſſione
rei vel aliter, & tunc actore partem ſe acceptu-
rum offerẽte, reus eſſet in mora. d. l. qui ſolidum.
Aut non ſumus in materia in qua detur ius dedu
ctionis, & ſic reus non habet ius aliquam partem
retinendi, & tunc etiam ſi actor non offerat ſe ac-
cepturum, eſt in mora, ſecundum Bartol. hîc, &
& in d. l. non poteſt. Et iſta faciunt ad quæſt. Fi-
deicommiſſarius petit fideicõmiſſum, hẹres op-
ponit detractionem quarundam expenſarum &
æris alieni quod ſibi debebatur per teſtatorem,
dubitabatur nunquid interim non eſſet in mora
ita quòd faceret fructus ſuos. Videbaẽ quòd ſic,
per d. l. in fideicommiſsi. & ita videtur tenere
Guido Pap. q. ccccxcvj. Reſp. cõtrarium: quia ꝓ-
pter tale debitũ hẹres non habet ius retinẽdi fi-
deicõmiſsũ, ſed debet reſtituere ſaltem verbo, &
retinere res iure pignoris. l. debitor. ff. ad Trebel.
vnde nõ facit fructus ſuos, niſi impetret ius do-
minij, vt ibi probaẽ. quæ ratio ceſſat in Falcidia,
in qua cõpetit ius retinendi, et ante eius dedu-
ctionẽ nõ cõpellitur hẹres reſtituere neq; verbo.
d. l. & fideicõm. Et per hæc ſit expeditus iſte no-
tabilis. §. ſi ſtipulanti.

¶ Sed ſi mihi [a] Pam-
philum ſtipulanti, tu
Pamphilum & Sti-
chum ſpoponderis:
Stichi adiectionem
pro ſuperuacuo ha-
A bẽdam puto. nam ſi
tot ſunt ſtipulatio-
nes, quot corpora:
duæ ſunt quodam-
modò ſtipulationes
vna vtilis, alia inuti-

4 *Stipulationẽ reſpõ ſio exceptiua nõ vitiat.*
7 *Per inutile interdũ vtile vitiatur. 20.*
9 *Indiuidua res tripliciter dicitur.*
11 *Forma variè à lege inducitur.*
21 *Fides indiuidua.*

§. SED SI MI-
HI. [a] ¶ Si † igitur me de vna ſpecie interro-
ges, ego coniunctim duas promittam, valet in a
vna tãtùm ſpecie ſtipulatio. Sed quid ſi diſiun- 1
ctim, putà *Promittis mihi Pamphilum? Promitto Pamphi-*
B *lum, aut Stichum.* & conſtat nõ valere [a]. Alternata
† enim reſponſio perinde ac conditionalis eſt: *Si* 2
*Stichum non dedero, dabo Pamphilum: &, ſi Pamphilum nõ*
*dedero, dabo Stichum* [b]. vnde differentia eſt in qua-
litate: idemque eſt, ac ſi quis purè interroganti
conditionaliter reſpondiſſet: quod ſuprà attigi [c].
& hæc quidem in alternatiua ſpecierum vera
ſunt, ſed alternatiua ſummarum ſecus eſt. locus
eñ adhuc erit noſtro textui: verbi gratia, *Promit-*
*tis decem? aut xv? promitto decem,* valebit ſtipulatio x [d].
C Et ratio eſt, quia quomodocunque eueniat
conditio, quam dixi in alternatiuis intelligi,
ſemper conformis erit interrogationi reſpon-
ſio: *ſi non dabis x, dabis xv: ſi non dabis xv, dabis x,* ſemper
conſtat x. dari: quia maior ſumma minorem cõ-
tinet. quod in ſpeciebus nõ eſt. Meritò † ergo hu- 3
iuſmodi conditio, cuius euentus nihil operatur,
ſtipulationem non impedit [e]. Sed quid, ſi ſtipu-
lator electionem ſibi reſeruaſſet? & traditum eſt,
tunc non valere ſtipulationẽ [f]. Manifeſtus enim
D tũc eſt diſſenſus, cùm reſpondens ſex. daturum,
electioni non conſentiat, quam ſtipulator ad ſe
trahebat. Hẹc autem electio differentiam in qua
litate inducit. Cùm enim electio promiſſoris eſt,
ſola minor ſumma in obligatione eſt [g]: ſed cùm
eſt ſtipulatoris, vtraque ſumma eſt in obligatio-
ne [h]. Id enim ipſi ſtipulatori vtilius eſt, qua de re
alibi. Sed † quid, cùm interrogatio generalis eſt,
reſponſio verò exceptiua? veluti, *Promittis omnes* 4
*ſeruos tuos? promitto, Sticho excepto,* an adhuc legi no-
ſtræ ſit locus, vt ſtipulatio valeat? & dicẽdum eſt
E ex Dini, & Bartoli ſentẽtia, valere. nulla enim eſt
in qualitate differẽtia reſpectu eorum, qui in ob-
ligatione remanent. eſtque vna hæc ſtipulatio, à
qua à principio exceptus eſt Stichus. Quòd ſi † in 5
terrogatio verbis quidem generalibus, ſed & re-
ſponſio exceptione generali facta ſit, ſecùs eſſet:
vt *Promittis omnes ſeruos? promitto, vno excepto.* Accur-
ſius enim, Din. veteréſq; cenſuerunt, ſtipulatio-
nem eſſe nullã, cùm interrogatio certa ſit, reſpõ-
I ſio incerta [i]. quæ ſententia receptior eſt. nemo e-
nim à principio cẽſetur eſſe in obligatione, cùm
non conſtet, quem promiſſor ſit excepturus [k].
Vnde eadem prorſus eſt ratio, quæ in reſponſio-
ne ſpecierum alternatiua [l], reprobaturq; com-
muniter Bar. opinio, ſolam exceptionem reiici
propter incertitudinem exiſtimantis [m]. Iniquum
enim eſſet, vt promiſſor plus prẹſtare cogeretur,
quàm ſpopondiſſet tamen. Vno enim excepto
non conſenſit. igitur vbi cõſenſus non eſt, ibi nec
ſtipulatio [n]. Nec quicquam rationes Bart. faciũt,
quibus Alex. & Iaſ. rectè reſpondent. Amplius a-

L. j. Stipulatio non poteſt. §. Sed ſi mihi Pãphilum.

a l. inter ſtipul. §. ſi ſtipulante. j. eod.
b l. cũ ita in principio de opt. leg.
c d. §. ſi quis ſimpliciter.
d d. §. ſi ſtipul. & ſi ita. j. j. eod.
e l. aliquãdo. in fi. ad Velleia.
f Bar. hîc, Alex. §. præced.
g d. l. ſi ita. Bar. l. ſi duo. j. eod.
h l. planè. j. §. pen. de leg. j.
i l. ubi autẽ in prin. j. eod.
k l. cum is. §. fi. ubi gl. de cond. indeb.
l l. 3. qui, & à quib. manu.
m arg. l. Titiæ textores. de leg. j. l. ſi fuerit. de reb. dub.
n l. j. in fin. de pact.

liqui crediderunt [a], ſtipulationem valere, quam-
uis Stichus nominatim execeptus nō ſit, ſed ſo-
lummodò vnus in genere, dum tamen promiſſor
de certo ſeruo propter ſe declarando intellige-
ret [b], vt quia exceptus eſt Stichus, cùm familia
plures huius nomi-

**lis neq; vitiatur vtilis a per hanc invtilē.**

nis adeſſent. videbi
tur enim electus à
principio vſq;, ex-
ceptus fuiſſe [c]. quam ſententiam ego probare nō A
6 poſſum, quia † in contractibus, qui à duorum vo-
luntate pendent ſi de re certa actum ſit, alterius
declaratio nō ſufficit: imò actus potiùs ex incer-
titudine infirmatur [d]: & etiam ſi declaratio hæc
ſufficeret, tamē adhuc ſtipulatio vitiaretur: quia
licet declaratio retrotrahatur tamen, hoc per fi-
ctionē ſolā fit. In ſtipulatiōe autē adeò debet verè
à principio iūgi cōſenſus, vt nō ſufficiat fictio [e].
Vnde ſolemus dicere nō poſſe ſtipulationis va- B
lorem in pendenti eſſe. Defendi tamen hæc ſen-
tentia videretur, quando interrogatio non ver-
bis generalibus, ſed vniuerſalibus cōcepta eſſet:
puta, *Promittis chorum, vel familiam ſeruorum* [f]? Cùm
enim videatur ſtipulator ad particulares propriè
reſpexiſſe [g], poteſt etiam promiſſor ipſe incertum
aliquem excipere. quod Aret. ſenſit. quæ tamen
res non ex vi verborum tantùm, ſed & ex natura
rei diſcernenda eſt [h].
a NEQVE VITIATVR VTILIS [a]. ¶ Cō-
ſtituitur hîc ergo regula, in his quæ ſeparationē C
recipiunt vtile non vitiari propter adiectionem
inutilem [l]. quod variis in ſpeciebus oſtendi po-
teſt, ſæpiſsimeque reſponſum eſt [k]. proceditque
regula etiam in tempore [l], quod & Iaſon hîc tra-
dit. procedit & in perſonis, vt perſonæ ſuperva-
I. cua adiectio actum aliàs vtilē non vitiet [m]. Nō
7 † tamen perpetua hæc ſunt, ſed quādoque, quod
vtile eſt, ab invtili corrūpitur, veluti cùm id vtile
inutili ineſſet. Vitiato enim expreſſo, nulla ratio
II. fuit, cur & cōſequens vitiari nō debuerit [n]. Sed D
& vbi actus in fraudem legis fieret, in totum in-
firmaretur. quod cum iudicio accipiendum eſt,
nempe & legis & hominis fraus allegetur [o],
vt cùm libertus in fraudem legis, itemque patro
ni ſui minorē ſe centenario facit. Quòd ſi aduer-
ſus legis tantùm diſpoſitionem quicquam geſtū
eſt, valet actus, quatenus vtiliter poteſt: vt cùm
quis in fraudem legis grauiores vſuras ſtipula-
tur [p], vel cùm quis ſupra modum à pontificibus
præfixum donat [q]. Vnde & cùm pater filio dona E
uit, ſi in eadem voluntate perſiſtat, in vim legati
III. ſuſtinebitur [r]. Sed & quoties actus partim in-
utilis eſt, partim incertus, traditum eſt in totum
vitiari [ſ], cùm propter incertitudinem nulla ſit ra-
tio, vt vna pars magis ſit nulla, quàm alia. Nam
& cùm donatio omnium bonorum præſentium
& futurorum, facta eſſet, reſpondit Alex. omnino
eſſe nullam [t], quia non ſubeſt ratio, cur magis fu-
IV. tura reuócentur, quàm præſentia: quod & ſimili-
bus aliis caſibus proditum eſt [u]. Cæterùm & F
quoties duplici vitio, rei ſcilicet & perſonę, labo
rat diſpoſitio, omnimodò inutilis redditur, nec
ſuprà ſcriptæ regulæ eſt locus [x]. vt, cùm paterfa-
miliâs filio, vel vxori ſupra ccccc. ſolidos donat,
inſinuationemque omittit, non conſiſtet dona-
tio neque intra ccccc [y]. Sunt tamen, qui hoc ob-
ſeruatum fuiſſe credant vſque ad Iuſtiniani no-
uiſſimam legem, qua ſanxit, donationes ſupra le
gitimum modum intra ccccc. ſolidos nihilomi-
nus valere, idque ſine aliqua diſtinctione [z]. quæ
ſententia graues habet auctores [a], licet facilè diſ-

a Soc hîc.
b l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. de leg. j.
c l. hæredes. §. j. de teſtam.
d l. ita ſtipulatus. ȷ. e. ubi Bar. 8. opp. & in l. q ex plurib. ȷ. eo.
e l. uſusfruct. de ſtipul. ſeru.
f Bar. l. ſi ita. de auro & arg.
g l. ſi chorus de leg. 3 uerb. quaſi
h l. cū eiuſdē. ff. de Aedil. edict.
i c. utile. de reg. iur. in 6. Alex. l. ex facto. §. fi. de uulg. Aret. l. cō tinuus. §. illud. ȷ. eod.
k Alex. conſ. 83. in ij. doc. cōſ. 41. in 4. Paul. Elea. q. 7. Laur. c. con ſuluit. de uſufr. q. cxxxv.
l l. in pupillari de uulg.
m l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſt.
n l. ſi ſpōſus. §. j. de do. inter uir. dixi l. j. de uulg.
o l. ſi libertus in prin. de iur. pat
p l. placuit. de uſur.
q 17. q. 4. c. quæſtio.
r Alex. l. ſi donationis. C de collat.
s d. l ſi libertus §. ſi quis plures. glo. 12. q. 2. c. bonæ.
t Alex. conſ. 95. 83. & l ſtipulatio hæc. ȷ. eod.
u Abb. c. fraternitatem. de do. c. dilectus. ȷ. de præb c. ſi ſacerdos de off. ord.
x l. antepen. C. de do. inter uir. ubi Salic.
y Iaſ. Mod hîc, Soc. l. j ſol mat.
z l. pe. §. fi. C. de donat.
a Ioan. And. in Spec. de don in pri. Are. cōſ. 17.

putando ſubuerti poſsit. & hæc quidem in ſepa
rabilibus procedunt. En imverò † in indiuiduis V.
nulla eſt ambiguitas, quin vtile per inutile vitie- 8
tūr [b]. Dicitur † autem res indiuidua tribus modis: 9
auctoritate legis, voluntate cōtrahentium, item
natura rei. de ſingu-
lis igitſ ſpeciebus vi-
dendum. Et in pri- I.
mis, quādo † lex for- 10
mā inducit. cōſtat ea nō ſeruata actū omnino ex-
tingui [c]. Videtſ † aūt inducere formā quādo expreſ 11
ſim ſub pœna infirmationis actus aliquid prohi-
bet, idque ipſo iure, vt in electione ſacerdotali,
ne interſint ſeculares. Abhorret enim lex, vt hu-
iuſmodi ſe ſacris conuentibus [d] ingerant. Idem,
cùm per modum auctoritatis conſenſum in ipſo
actu requirit, vt in eccleſia locante rem vltra no
uennium: quod abſque epiſcopi licentia fieri nō
poteſt [e]. Vnde ſi factum ſit aliquod, penitus robur
non habet [f], nec quidem intra tempus promiſ-
ſum. quia in vim alienationis tranſit, quę non po
teſt fieri, niſi adhibitis legitimis ſolennitatibus [g]. 12
Sed quid ſi lex præcisè alienationem non prohi-
beat, ſed ſimpliciter actum infirmet? & nō eſt cre-
dendum formam tam facilè induci. Vnde † dona-
tio non inſinuata valet, ſaltem intra ligitimum 13
modum [h]. Inſinuatio † enim formam non reſpi-
cit, ſed extrinſecùs accidentem ſolennitatem, i-
deoq; etiā ex poſtfacto adhiberi poteſt [i]. qđ ſe-
cus eſſet, ſi formam reſpiceret, vt in auctoritate
epiſcopi ſuprà dictum eſt, quæ in ipſa rei aliena-
tione interponi debet [k]. Cenſuit tamen Bald. ſi
contractu celebrato vtraq; partium etiam ex in-
teruallo adeat epiſcopum, iſq; auctoretur, vale-
re, quod geſtum eſt, in vim noui contractus, tan-
quam conſenſus huius nouam ſubſtātiam actui
det [l]. quam ſententiam & ipſe probo [m]. Quod
† in inſinuationis defectu dictum eſt, idem rece- 14
ptū eſt, ſi citatio legatariorū ab herede dei inuē-
tarium cōficiente, omiſſa ſit. Cōſtat enim, adhuc
valere inuentarium eorum reſpectu, qui nouati
ſunt: licet, quod ad alios attinet, ſit inutile [u]. Sed
† nūquid, ſi formæ addatur, actus ſit nullus? & pu 15
to adhuc valere [o]. Vnde ſi duo tutores cōtractui
pupilli adſint, quāuis alter ſit inhabilis, ex altero
actus ſuſtinebitur [p]: & ſi in inſtrumento teſtamē
ti addātur plures teſtes, quàm neceſſe ſit, quam-
uis adiecti non ſint idonei, teſtamentum ſuſtine
tur [q]. Nam & ſolet dici, poſſe mandati fines exce-
di, dum ampliore forma id fiat [r]: quod & alii s ca-
ſibus oſtēndi poſſet [ſ], ſed hi ſufficiant. Intellige
hoc procedere, vt formæ addi poſsit, dum tamen
illa adiectio actui non repugnet [t], vel pręceden-
tem actum non reformet, diuerſitatemque ſub-
ſtantiæ non inducat, vel [u] aliàs lex expreſsim &
ſub pœna infirmationis eam adiectionem non
reprobet, vt ſuprà oſtēdi in conuentu ſacerdotū,
cùm lex prohibet adeſſe ſeculares [x]. In aliarum
enim vniuerſitatum coitionibus, tametſi adſint
inhabiles, nihil vitij oritur [y]. Quia lex ſolùm de
ſacerdotibus loquitur, quibus laici ſe immiſceāt
quicquid hîc Iaſon comminiſcatur. Indiuidua II.
† res voluntate contrahentium eſt, quādo aliter 16
celebratus non fuiſſet cōtractus, niſi credidiſſent
partes in totum eſſe valiturum [z]. Hoc igitur ca-
ſu vtile per inutile vitiabitur, ſiue de cōtractibus
agatur [a], ſiue de compromiſſis [b], ſiue ea fuiſſet
vtriuſque partis intentio, ſiue alterius tantùm [c],
ſiue indiuidua res verè ſit, ſiue non ſit, ſed partes
eſſe credidiſſent. Vnde duobus delegatis cū clau

c l. cum eiuſdem de Aedil. edict. l. ſi duos de contrah. empt.

b d. l. ſi ſpōſus. §. generaliter. l. j. §. Trebat. de aqua q̄t. & æſt.
c l. Grecè. §. illud. de fideiuſ. Rom. conſ. 66. Soc. 26.
d c. Meſſana. de elect.
e cl. j. de reb. eccl. non alie.
f §. emphyteuſim. in authē de non alie
g Iaſ. auth. qui rē. in fin. de ſac. ſanct. eccl.
h d. l. pen. in fi. C. de don.
i Bar l. uniuerſa. C. de p̄c. imp.
k Iaſ. d. authē. qui rem.
l arg. l. ſi q̄s ſpōtan. C. de cur. li.
x Bal. conſ. 475. in prin.
m l. ſi ſtipuler. in fin. ȷ. eod.
n auth. ſed cū teſta. ubi Bart. Bal. Alex. C. ad l. Falcid.
o gl. l ſi nō ſunt de ſtat hom gl. l. q teſtam. §. j. uerb. poſſe. de teſtam.
p l. j. uerſ. ſed Pomponius. ꝗ falſ. tut.
q l. hæredes. in prin. de teſtam.
r l. ſi quis mihi §. ſed ſi mandaui. de acq. hære.
s l. diui. §. licet. de iur. codi. l. unum. §. ſi duos. ubi Bart. de leg. 2. l patris et filij ubi Aret. col. ij. de uulg.
t gl. c. ſi nō ſanctificatur. de cō ſec. diſtin. iiij.
u d c. cui de nō. & ſ. §. ſi q̄s ſimpliciter.
x d. c. Meſſana. & c. illa. ubi Doctor. eo. tit.
y c. ſi. de p̄cur. ubi Ab. d. c. illa.
z l. ſi nō ſortē. §. ſi centū. de cō dict. indeb.
a l. ſi quis aliā. de ſolut. l. j. de euict. ubi Doc.
b l. Pedius. de arbit.

ſula,



ſula, *Quòd ſi ambò, &c.* ſi vnus recuſetur, & alter ni-
hilominùs cùm eo procedat, iudicium nō valet,
quia videtur ille credidiſſe nō poſſe ſe abſq; recu
lato procedere [a]. Nec refert, ſi acceſſoriū tantùm
invtile ſit, dum partes non fuiſſent abſq; eo con-
tracturæ [b]. Vnde propter ephippium non præ-
ſtitum redhibitoria ad equum agi poteſt [c]. Huc
17 † pertinet &, quòd peculium ex voluntate domi-
ni ipſi ſeruo acceſſorium eſt, veluti cùm ſeruum
legat cum peculio [d]. Vnde ſi legatum in ſeruo nō A
conſiſtit, nec in peculio quidem valebit, quando
peculium inſtar acceſsionis eſſe dominus voluit:
ſecùs, ſi æquè principaliter relictum ſit [e], vt quia
coniunctim ſeruum & peculium legauerit [f], &
quoties veriſimiliter partes agūt, vt extincto prin
cipali etiam acceſsiones extinguātur, non eſt du
bium eas, quamuis aliàs vtiles, extingui [g]. ſecus,
ſi partes contrarium agant. Proinde ſtipulatione
ſublata, traditum eſt vtiliter tamen ex confeſsio-
ne agi [h]. Ad hæc ſpectat etiam, quod frequentiùs B
receptum eſt, de eo, qui ſe monaſterio bonaque
ſua obtulit. Si enim ab vxore repetitus domúm-
que adductus ſit [i], etiam bonorum donatio re-
vocabitur. nō enim aliàs erat donaturus, niſi ob-
latio convaleſceret [k]. Quod & aliqui exiſtima-
18 runt, cūm † ingrediens monaſterium propria bo-
na ſibi aduerſus legē cœnobij reſeruat. cùm enim
reſeruare non poſsit, nec ipſe aliter eſſet ingreſſu
rus, videtur potiùs omnem actum irritum eſſe [l].
Nec obſtaret, quòd Bar. cenſuit, bona ſcilicet mo C
naſterio relinquenda eſſe, tanquam dedicatio te-
neat, & reſeruatio aduerſus actus ſubſtantiā reii-
ciatur [m]. ſicut videmus in precario, cui adiectum
ſit pactum ſubſtantiæ eius repugnans, vt putà ꝙ
non poſsit ante certum tempus reuocari [n]. Nam
non poterit confirmari in parte. Secundò, quia
text. ibi, *ex eo tempore, ex quo eædem donationes confir-
matæ ſunt*, &c. præſupponit, † vbi donatio fuerit 32
F vltra legitimam ſummam, nõ retrò trahi, niſi vſq;
ad tempus confirmationis: certè ſi à principio
tenuiſſet in parte, debuiſſet pro illa parte retrò
trahi vſque ad tempus donationis, cuius contra-
rium tex. præſupponit. Nec obſtat, quòd contra-
rium tenuerit Io. And. in addit. Spec. tit. de dona.
in prin. in additione incip. quintò ſciãs. quem re-
fert & ſequitur Aret. conſ. xvij. in ij. col. quia fun-
damentum per quod mouetur Aret. non eſt ve-
rum, dum dicit, quòd d. l. venit interpretatiuè &
extenſiuè ad d. l. ſancimus. vnde debet interpre-

L. 1. Stipulatio non poteſt. §. Sed ſi mihi Pamphilum.

a Adde quod notat idem D. meus in §. ſi q̃s ſimpliciter. in ſ. not. ſ. eod.

b Facit, q̃a duo obiecta fortius impediunt, quã vnũ. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adult.

tari ſecundùm illam,vt per Bartol.in l.nihil.ff.de
coniug.cum emanc.lib. & in l.prætor.§.erit.ff.vi
bon.rapt.& ſic declarabitur ſecundùm eũ, vt do-
natio tantùmmodo non confirmetur quantũ ad
inſinuationem,niſi ratione ſuperadiecti,quia va-
lebat vſque ad quingentos ſolidos : nam reſpon-
deo quòd eſt falſum, quòd d.l.veniat interpreta-
tiuè,imò expreſsè probatur contrarium,vt ſuprà
induxi. Nec etiam iſta opinio Aret.probatur per
tex.in l.ſi quis ꝓ redemptione.in fi. C.de donat.
vbi ſecundùm Iaſ. lex dicit, ꝙ donatio vltra quin
gentos aureos non inſinuata, valet vſq; ad quin-
gentos, ſine diſtinctione : quia vltra Iaſ. dic me-
lius,quòd illa verba,ſine diſtinctione, referuntur
ad ſupradicta in materia legis : quia in principio
erat facta diſtinctio,an donatio fieret pro redem-
ptione,& ſimilibus caſibus,vel non: vnde clauſu
la finalis declaratur ſecundùm præcedentia. l.ſi
ſeruus plurium.§.fi.ff.de legat.j.l.Titia.§.j.j̃.eod.
Limita, vt prædicta regula nõ procedat vbi actus
eſt inutilis ꝓ parte, & cõcurrit incertitudo : quia
propter incertitudinem in totum vitiabitur, vt
eſt text.in l.ſi libertus minorem. §.ſi plures.ff.de
iur.patron.Adde primò ad illum tex.quod notat
Abb.& Ioan.de Imol.in c.fraternitatem.extrà,de
donat. vbi volunt, ꝙ ſi donatio fiat à prælato in
graui ſumma,ſi ſit dubium quæ res priùs vel po-
ſteriùs fuerint alienatæ,ratione dubij reuocabun
tur omnes, quamuis aliâs in modica ſumma te-
neat alienatio. Secundò adde, quod not.gl.in c.
bonæ.xij.q.ij.Ioan.And.Abb.& Ioan.de Imol.in
33 c.apoſtolicæ.de donat.† epiſcopus poteſt dona-
re quinquageſimam eccleſiæ quam ædificauerit,
& non plus : ſi verò donauerit plus, ſimul & du-
bium eſt,quod priùs datum ſit reuocabitur totũ.
Tertiò adde,quòd not.Ioan.And.& Abb.in c.di-
lectus.el j.de præbend. vbi ſi in eccleſia determi-
natus ſit numerus Canonicorum,puta decem : ſi
recipiantur quindecim,aut ſit ſucceſsiuè,& quin
que vltimi repelluntur : aut ſimul, & ratione du-
bij repelluntur. & dicit Abb.quòd iſtud eſt, quia
ex quo iſti ſunt ſimul admiſsi, talis actus reddi-
tur indiuiduus. Quartò adde,ꝙ not.Cald.Abb.
& Imol. in c.ſi ſacerdos. extrà,de offic.ordin. vbi
ſi ſacerdos habebat ante ſe quindecim hoſtias, &
eas conſecrauit, exiſtimans eſſe niſi decem, & ea
intentione vt non conſecraret niſi decem, dicũt
præfati D.d.ꝙ nulla erit conſecrata propter incer
34 titudinem, arg.gl.notab.ibi,quæ vult, † ꝙ ſi epi-
ſcopus dicat, *Excõmunico vnum de illis qui tale pactum
fecerunt*, nullus erit excommunicatus propter in-
certitudinem. l. cùm ex pluribus. ff.de manum.
teſtam.l.duo ſunt.ff.de teſtam.tut. & facit l.ſi fue
rit. in j.reſpon. ff.de reb.dub. ad idem l.ſciẽtiam.
§.ſtramenta. ff. ad leg.Aquil. & c.ſacris. de ſepul.
Quintò adde, quòd not.Alex. in l.ſtipulatio hoc
modo concepta. in iij.char. j̃.eod. & in d.conſil.
lxxxiij.in pen.colum. in ij.volum. vbi ſi facta ſit
donatio omnium bonorum pręſentium & futu-
rorum, reuocatur in totum : quia nõ ſubeſt ratio,
cur magis debeat inualidari in futuris, quàm in
præſentibus.ꝑ d.§.ſi plures.& idem tenuit Bald.
in d.l.certi condictio.§.quoniam verò tertius ca-
ſus. de quo etiam per Angel.conſil.clxxix. viſis
35 præfatis inſtrumentis. Tertiò limita, † vbi actus
ſit in fraudem legis, quia tunc in totum annulla-
tur d.l.ſi libertus.in princ. Sed aduerte:quia imò
actus factus contra legem in totum non eſt nul-
lus,vt probatur in l.ſi vt allegas.C.de vſur.& in l.
placuit. ff.eod.tit.& l.ſi pro mutua. C.ſi cert.pet.
& facit text.in c.quæſt.ſunt. xvij.q.iiij. vbi ſi do-
natio facta ſit prohibente canone,non reuocatur
niſi pro ea parte, quam canon vetat, & vtile per
inutile non vitiatur. Ad idem quod not.Alexan.
poſt alios in l.ſi donationis.C.de collat.Pater nõ
poteſt donare filio in poteſtate, quia lex prohi-
bet:ponamus quòd donet, & perſiſtat in illa vo-
luntate,valebit in rem relicti,& vtile nõ vitiatur.
facit quod not.Aret.in conſil.ij. Nec obſtat d.l.ſi
A libertus. quia ibi diſpoſitio erat nõ ſolùm in frau
dem legis, ſed etiam in fraudem hominis. Pone
enim quòd libertus habebat in bonis centũ vi-
ginti, & alienauit triginta, alienatio in totum eſt
nulla, ex quo omnia illa viginti fuiſſent reuocan
da per Flauianam vel Caluiſianam actionem,vn-
de lex maluit in totum annullare. arg.l.eùm qui.
ff.de vſucap. Et ſic intellige iſtam limitationem,
quando alienatio ſit in fraudem legis & hominis
ſimul.Quartò limita,†quando vtile tacitè ineſſet 36
B inutili, quia tunc etiam in ſeparabilibus actus in
totum perit: & ratio eſt,quia vitiato expreſſo,de
bet etiam vitiari tacitum. ita eſt tex. & ibi gl.in l.
ſi ſponſus.§.ſi maritus.ff.de donat.inter virum &
vxorem.de quo dic vt hîc per Mod.Et ita ſit expe
ditum iſtud quartum notabile. Quintò & vlti-
mò nota,† quòd ſi interrogas me de duabus ſpe- 37
ciebus copulatiuè, & ego reſpõdeam de vna, vel
econtrà, tenet ſtipulatio in illa. facit text.in l.in-
ter ſtipulantem.§.ſi ſtipulanti.j̃.eod. Secùs eſt, ſi
C alternatiuè interrogem,& tu reſpondeas pręcisè
de vna,nam vitiatur ſtipulatio in totum. d.§.ſi ſti
pulante.Et ratio differentię eſt,quia in iſto ſecun
do caſu diuerſitas eſt obligationis inter interro-
gationem & reſponſionem, vnde vitiatur ſtipu-
latio.§.ſi quis ſimpliciter.s̃.eod. interrogãs enim
alternatiuè, eſt perinde ac ſi ſub conditione in-
terrogaret : quia idem eſt dicere, *Promittis Stichum,
aut Pamphilum?* ſicut ſi diceres, *ſi non dabis Stichum,da
bis Pamphilum*: &,*ſi nõ dederis Pamphilum,dabis Stichum*,
D vt eſt text.in l.iij.in fi. ff.qui & à quib.manum.vn
de ſi reſpondeas purè,eſt difformitas,& annulla-
tur ſtipulatio. d.§.ſi quis ſimpliciter. Facit, quia
in obligatione alternatiua mortuo altero non ta
men eſſes liberatus. l.græcè. §.ſi quis Stichum.j̃.
de fide.& tamen ex obligatione pura eſſet ſecùs.
l.quod te.ff.ſi cert.pet.Et ex ſupraſcripta ratione
infertur ad aliam rationem differentię inter pro-
miſsionem alternatiuã ſpecierum & ſummarũ.
Nam in ſummis ſi dicatur, *Si non dederis mihi decem,
E dabis quindecim? & ſi non dederis quindecim, dabis decem?*
quocunq; modo eueniat conditio, debebuntur
decem,vnde interrogatio habetur ꝓ pura, reſpe-
ctu decem : quia † conditiones quarum euentus 38
nihil operatur, habetur pro puris, & fruſtra expe
ctantur.l.Iulianus verum debitorẽ.ff.de condict.
ind. verſ.quia nec abſolutus.l.aliquando. in fi.ff.
ff.ad Vell. vnde in ſummis ſemper cenſetur pro-
miſſum id quod eſt minus, & ſic cenſetur vna ſti-
pulatio de minore ſumma,quod nõ eſt in ſpecie-
F bus.& ſic idem vult gl.& Bartol.licet prima facie
videretur diſcordes : & idem vult Bar.in l.ſi duo
rei. j̃.eod. Io.de Imol. in §.ſi quis ita. Alex. & alij
hîc. & Io.Fab.in §.præterea. Inſt.de inutil.ſtipul.
& iſta declaratio eſt verior,quàm Doct.hîc. Et ex
ſupraſcriptis habes,quòd ſi interrogo te, *Promittis
decem vel quindecim?* & tu reſpondeas, *Promitto decem*,
vel etiam reſpondeas, *Promitto quindecim*, valet ſti-
pulatio, niſi in decem : quia videor de minore
tantùm ſumma interrogaſſe. & idem tenet Ioan-
nes de Imol.in §.præcedenti.& etiam Alexan.ad
finem.



a Adde ꝓ hoc videri eſſe text. in l inter ſtipulantem. § ſi ſtipulante.j̃.eod. ibi, hic enim & ſi decem ſpopõderis,&c.

fin.[a] Limitatur iſta concluſio ſecundùm Bar.hîc,
& Alex.in §.præced. niſi ſtipulator reſeruaſſe ſibi
electionem, vel aliter intereſſet promiſſoris ſol-
uere potius maiorem ſummam : quod intereſſe
conſiderabitur, vel ex affectione perſonæ, cui fa-
cienda eſt ſolutio, vel ratione loci, vt per Bart.in
d.l.ſi duo.j̃.eod.Angel.& Iaſ.hîc: vnde ſtipulatio
tali caſu erit nulla.Tu aduerte circa iſtam limita-
tionem ad tria.Primò,quia imò videtur,ꝙ,quan-
do ſtipulator reſeruauit ſibi electionẽ, valeat ſti-
pulatio, ex quo quamcunq; partem eligat ſtipu-
lator, ſemper reſponſio conueniet interrogatio-
ni,vnde ſtipulatio debet valere.d.§.præterea. Nã
in præmiſſo caſu ſi interrogas me, *promittis decem
vel quindecim, prout voluero?* & reſpondeam, *promitto
quindecim*: ſi elegeris quindecim,reſponſio eſt con
formis electioni:ſi elegeris decem, adhuc eſt con
formis, quia in maiori ſumma minor ineſt; vt in
§.præced. Idem ſi reſpondeam de decem,quia v-
trumcunque elegeris, ſemper reſponſio concor-
39 dabit, ergo ſtipulatio debet valere. † Facit in ſi-
mili quod dicitur de libello,qui non admittitur,
vbi eſt alternatiuus.l.vbi autem.§.qui illud.j̃.eo-
dem. & tamen vbi vtraq; pars alternatiuè tendit
ad eundẽ effectum, libellus procedit, ſecundùm
Cyn.in l.Gallus. §.ſi eius. & ibi Doct. ff.de lib.&
poſthum.& Alex.in d.§.qui illud. facit etiam qđ
not.Ioan.And.in c.j.de pact.in vj.& Alex.in l.in-
ter ſtipulantem. §.j. j̃.eod.vbi licet probatio am-
bigua non releuet probantem, c.in præſentia.de
probat. tamen vbi in omnibus ſuis partibus eſt
concluſiua ad intentionem agentis, probat. Sed
ad iſtud obiectum potes reſpondere, quòd imò
reſponſio eſt difformis : quia ſtipulans ſibi dari
decem, vel quindecim, prout voluerit, eſt veriſi-
mile quod eliget quindecim,& non minus, quia
iſtud magis tendit ad fauorem ſuum, vnde ſi re-
ſpondeatur de decẽ, reſpõſio eſt difformis,qa lex
nõ pręſumit eum fore contentũ de minore ſum-
ma:vnde tunc in maiore minor non ineſt,ex quo
pars non eſt contenta,vt eſt gl.in §.præced. Item
reſpondens tollit electionem, ex quo reſpondet
præcisè, & interrogatus vult eam habere : vnde
reſultat alia differentia, & meritò annullatur ſti-
latio. Secundò aduerte,quia quãdo intereſt pro-
miſſoris ratione perſonæ ſoluere maiorem ſum-
mam, non videtur quòd ſtipulatio debeat annul
lari,ex quo iſtud intereſſe eſt de affectione : quod
non habet locum in contractu ſtricti iuris, ſicut
eſt ſtipulatio, vt eſt gloſ.ſingularis in l.ſed ſi fide-
iuſſor.ff.de pactis.& facit l.fin. ff.de oper.ſer. vn-
de affectio non debet operari vt ſtipulatio, quæ
aliâs valeret, annihiletur. Et iſtud argumentum
etiam facit contra aliam rationem Bart.in d.l.ſi
duo. dum dicit, quòd in ſummis ſemper minor
cenſetur promiſſa : ſecùs in ſpeciebus, quia inter
eas cadit affectio. Sed ſuſtinendo communem
40 reſponde, † quòd in contractibus ſtricti iuris in-
tereſſe affectionis non ſit ſufficiens in faciendo
quòd oriatur actio vbi aliâs non oriretur : tamen
eſt ſufficiens ad prohibẽdum ne oriatur vbi aliâs
oriretur,ex quo propter tale intereſſe ceſſat præ-
ſumptio conſenſus, ſuper quo fundatur contra-
ctus.l.j.§.j.ff.de pact.facit regul.l.iij.ff.de ſuſpect.
tut. Tertiò aduerte ad rationem Bart.& D.d.in d.
41 l.ſi duo. dum dicunt, † quòd quando ſtipulatio
eſt alternatiua in ſummis, & ſtipulator reſerua-
uit ſibi electionem, vtrunque eſt in obligatione.
Nam contra hoc facit, quia ſi quando electio eſt
debitoris, minor ſumma cenſetur tantùm in obli

L j. Stipulatio nõ poteſt.
§. Sed ſi mihi Pamphilum.

gatione : quia non eſt veriſimile quòd det maio-
rem : ergo quando eſt creditoris, ſola maior de-
bet eſſe in obligatione, ex quo non eſt veriſimile
quòd creditor attentauit minorem. l.cùm de in-
debito. ff.de probat. Nec obſtat quòd facilius ſit
remittere quàm dare, ꝙ licet hoc in ſe ſit verum,
tamen non eſt præſumenda iſta remiſsio, ex quo
præſumptio donationis nõ eſt admittenda, imò
potius ſtipulatio in effectu annullatur, quã præ-
A ſumatur donatio. l.à Titio. vbi Alex. j̃.eod. Suc-
ceſsiuè Bart. hîc tangit iſtam quæſtionem : Si di-
co, *promittis mihi omnes ſeruos tuos?* & tu reſpondeas,
*promitto omnes, vno excepto*, vtrum valeat ſtipulatio?
Gl.& Dyn.tenebant,quòd non.Bart.tenet quòd
imò ſtipulatio valet, ſed vitietur exceptio ratio-
ne incertitudinis. l.ſi fuerit. ff.de rebus dub. & l.
Titiæ textores. ff.de legat.j.In hac quæſtione vi-
dendum eſt primò, an iſta ſtipulatio vitietur ra-
tione incertitudinis. Secundò, an vitietur pro-
B pter difformitatem, ſeu differentiam obligatio-
nis in qualitate, quæ eſt inter interrogantem &
reſpondẽtem. Circa primum puto,quòd iſta ex-
ceptio non ſit incerta,ita ꝙ debeat vitiari. † Nam 42
propter incertitudinem vitiatur ſtipulatio duo-
bus modis. Primus eſt,quando ex tali incertitu-
dine promiſſor dando rem minimã liberaretur,
veluti in ſtipulatione animalis, vel etiam fundi:
nã ex quo fundus conſtituitur volũtate domini,
l.plane.§.fin.ff.de legat.j. dando palmitem terræ
C quis liberaretur, & propterea ſtipulatio non va-
let, vt per Bart.in l.ita ſtipulatus. in viij.oppoſ. j̃.
eod. Iſtud non poteſt procedere in caſu noſtro.
Secundò vitiatur,quando ſtipulatio eſſet incerta
in genere generaliſsimo:aliâs ſi ſit incerta de cer-
tis,vt eſt in caſu noſtro, quia familia eſt certa, ſed
ſeruus exceptus eſt incertus, talis ſtipulatio va-
let, & electio eſt apud promiſſorẽ dare quem ve-
lit,vt eſt text.in l.qui ex pluribus. & ibi D d.j̃.eo-
dem.Et propriè non videtur quòd iſta promiſsio
D ſit inualida ratione incertitudinis, quia iſta exce
ptio poteſt certificari ex electione promittentis,
vt dixi,& eſt caſus in l.Iulianus. in fin. ff.qui,& à
quibus manum. Nec obſtat l.ſi fuerit. vbi ſi teſta-
tor leget Sempronio, hæres non eligit, ſed ra-
tione incertitudinis legatum corruit. Sicut er-
go incertitudo perſonæ vitiat legatum,ita incer-
titudo perſonæ exceptæ debet vitiare exceptio-
nem. Nam reſponde, quòd ex quo teſtator ſenſit
de vno Sempronio certo, & retulit mentẽ ſuam
E ad ſpeciẽ præciſam, ſi non poteſt probari de quo
ſenſerit,vitiatur legatum : ſicut etiam ſtipulatio,
quando ſenſerunt partes de certa ſpecie, quæ nõ
poteſt probari propter incertitudinem, vt tenet
Bart.in d.l.ita ſtipulatus. in vj.oppoſ.pro text.in
d.l.qui ex pluribus. Sed in caſu noſtro promiſſor
nõ applicauit mentem ſuam ad vnum in ſpecie,
puta Stichum,ſed ad vnum in genere, quem ipſe
poſtea elegiſſet, vnde talis incertitudo nõ vitiat.
Prærerea in caſu noſtræ quæſt.etiam ſi promiſſor
F applicauiſſet mentem ſuam in ſpecie,adhuc non
videtur exceptio propter incertitudinem, quia
poteſt declarare de quo ſenſerit, vt etiam tenet
Socin.hîc in ij.concluſ. Secùs in caſu d.l.ſi fuerit.
Nam facilius quis declarat mentem ſuam, quàm
teſtatoris. l.item Pomponius ſcribit, ſi mihi fru-
mentum. §.fi.cum gl. ff.de rei vend.l. inter ſtipu-
lantem.§.j.vbi Bar.j̃.eod. Nec obſtat l.Titiæ tex-
tores. Nam ibi illa exceptio non poterat aliquo
modo certificari, vt declarat Raph.Com.Alex.&
Iaſ.hîc. Et ex his apparet, ꝙ iſta exceptio non vi-

tiatur propter incertitudinem: vnde non eſt verum quod dicit Bart. hic eam reiici, quòd vltra ſit prædicta eſſet iniquiſsimũ, vt promiſſor qui promiſiſſet minus, teneretur ad plus: nam in illo vno non promiſit: ſi ergo non eſt conſenſus, nõ eſt ſtipulatio.
43 pulatio. l. j. in fin. ff. de pact. † Secunda dubitatio eſt, vtrum vitietur ſaltem ratione diſcordantiæ, propter differentiam qualitatis in interrogatione vnius, à reſponſione alterius. Et videtur quòd
A ſic: quia ſi dico, *Promittis mihi omnes ſeruos tuos?* ponamus quòd ſint decem, tu reſpondeas, *vno excepto*, iſta ſtipulatio non debet valere, ex quo ille vnus exceptus poteſt eſſe maximi precij, vt eſt gl. in dicta l. ſi fuerit. vel etiam mediocris, vel minimi. Sed qua ratione affectionis excipiatur, vt not. in l. apud Iulianum. §. ſciò. ff. de leg. j. videtur quòd ad illum quis ſe obliget eum dare ſi voluerit: & ſic eſt eadem ratio, quę in alternatiuã, vt dicit Comen. Ioan. de Imol. Aret. & alij hic: pro qua opi-
B nione eſt textus in d. l. iij. ff. qui & à quib. manu. Secundò adducit Aretin. quia interrogans per collectiuum omnis, puta, *promittis omnes ſeruos?* non videtur velle decem, cùm in maiori ſumma inſit minor: quia pars propriè non dicitur de toto in nomine collectiuo. l. non diſtinguemus. §. cùm plures. ff. de arbitr. & propterea promiſſor excipiendo vnum, nõ reſpondet interrogationi. Tertiò adde, quòd etiam alio modo oſtenditur differentia inter interrogationem & reſponſionem: nam omnes ſerui ex interrogatione eſſent in ob-
C ligatione, ſed ex forma reſponſionis nemo eſſet in obligatione antequam ſit facta electio. l. cùm
44 is. §. fin. vbi gl. & Doct. ff. de cond. indeb. † In contrarium, quòd imò iſta ſtipulatio non vitietur ex diſſenſu. facit, quia ſi dicis, *promittis omnes ſeruos?* & ego reſpondeam, *promitto, excepto Sticho*, talis ſtipulatio valet, ſecundùm Dyn. & Bartol. & alios hic, & tamen ſi eſſet differentia in diſſenſu, non valeret: ſequitur ergo quòd ſit nulla, ſecundùm Do-
D ctores hic, ſolùm ratione incertitudinis: quæ ratio non eſt concludens, vt ſuprà deduxi, & conſequenter ſtipulatio deberet valere. Secundò facit, quia dictio *omnis* eſt vniuerſalis, vt dicit Bartolus in l. quod Nerua. in ij. quæſt. ff. depoſiti. & conſuluit Decius conſil. lxix. in ij. colum. In vniuerſali autem non cenſentur res particulares principaliter conſiderari, ſed in conſequentiam, & tacitè, vt per Paul. de Caſtr. in l. j. ff. de officio eius cui. vlt. colum. & Abbat. in c. ex literis. de iur. patron.
E Vnde in propoſito, ſi te interrogo, *Promittis omnes ſeruos?* iſta interrogatio refertur ad ſingulos particulariter, ſed in genere: vnde ſi reſpondes, *vno excepto*, iſta exceptio etiam ipſa refertur ad vnum in genere: vnde videtur quòd reſponſio ſit conformis, & conſequenter valeat ſtipulatio. Et hoc tenendo, poſſet reſponderi ad argumenta contraria. Nõ obſtat primum fundamentum, quia procederet, quãdo in interrogatione eſſet actum de certis ſpeciebus: ſed in caſu noſtro ex quo interrogatio ſit vniuerſaliter, non videtur habitus re-
F ſpectus particulariter ad ſingulos: vnde etiam ſi excipias quem volueris, valet ſtipulatio, quia lex non præſumit diſſenſum meum, ex quo interrogatio nõ arguit affectionem ad ſingulas ſpecies: vnde propriè loquendo ſingulę ſpecies non ſunt in obligatione ſecundùm formam interrogationis. Non obſtat fundamentum Aret. quia falſum eſt, quòd interrogans per collectiuum, non videatur velle quòd in maiori ſumma inſit minor: nam licet terminus vniuerſalis *omnes*, non verificetur

in parte, vt dicit Bart. in l. ſi pluribus. ff. de leg. ij. tamen pars continetur ſub illo vniuerſali: ſicut decem non verificantur in quinque, & tamen quinque continentur in decem: aliàs attenta ratione Aretin. etiam ſi exceptio eſſet certa, ſtipulatio vitiaretur, quod eſt contra communem. Non obſtat tertium, quòd ex forma reſponſionis nullus iſtorum decem eſſet in obligatione ante electionem: quia noue ſunt in obligatione in abſtracto conſiderati, argumento notatorum per Bart. in l. Meuius. §. duorum. in vij. col. ff. de legat. ij. & in l. cùm incertus. per D d. ff. de legat. j. Et hoc modo poſſet defendi iſta opinio, quòd in nõ ſtipulatio in totum valeat: ſed tñ non recedendo à cõmuni, faciamus concluſiones. 45
† Prima eſt: Si interrogo per nomen vniuerſale, puta, *promittis mihi chorũ ſeruorum tuorum?* vel, *promittis familiam tuam?* & tu reſpondeas, *promitto, vno excepto*, valeat ſtipulatio ꝑ rationem ſuprà dictam: quia ſatis ſumus cõcordes, ex quo tu non videris habuiſſe reſpectum ad aliquẽ particularem. & ita puto quòd fuerit de mente Aret. hic, licet eius lectura ſit corrupta. Non obſtat l. ſi chorus. ff. de leg. j. vbi in legato chori ſeruorũ cenſentur perſonæ ſingulariter conſideratæ: quia reſpondeo quòd iſtud nõ eſt verum propriè loquẽdo, vt probat ille text. in dictione *quaſi*, & dicam in §. ſeq. Secunda concluſio eſt, † quando ſit interrogatio per verba generalia, prout in caſu D d. hic: 46
nam dictio *omnis*, licet ſit vniuerſalis quãdo additur rei vniuerſali, ſecùs eſt ſi addatur contemplatione plurium particulariũ, vt declarat Bar. in l. ſi ita. in ij. col. ff. de aur. & arg. leg. vnde hæc interrogatio, *promittis omnes ſeruos tuos*, non eſt vniuerſalis, ſed generalis, vt etiam dicit Bar. in §. ſequitur. & conſequenter tali caſu ſi fiat exceptio de aliquo incerto, nõ valet ſtipulatio: quia eſt eadẽ ratio in iſto caſu quæ eſt in alternatiua, vt ſ. dixi. & iſta cõcluſio eſt communis. Nec obſt. fundamentũ, quòd facta electione cenſebitur à principio noue fuiſſe in obligatione, & ſic exceptionẽ fuiſſe certã: quia poteſt primò reſponderi ex mente Soc. hic, quòd licet declaratio retrò trahatur, nõ tñ retrò trahitur electio, in qua ꝓpriè procedit quæſtio noſtra: quia nos loquimur, quando non eſt cogitatũ de certa ſpecie, ſed attendimus tempus electionis: ſed iſta reſponſio nõ eſt dubia, quia videtur, quòd etiam electio retrò trahatur, & dicatur à principio fuiſſe in obligatione deductus ille, de quo facta eſt electio. ꝑ tex. in d. l. iij. ff. qui & à quib. man. lib. & in l. cùm incertus. ff. de leg. j. & per Bar. in d. l. Meuius. §. duorum. in vij. col. Vnde ego aliter reſpondeo. Nam ita eſt neceſſaria conformis reſponſio in ſtipulatione, vt non ſit ſatis, ſi deinde retrò trahatur ꝑ fictionem, puta quia retrò trahatur iſta electio, tùm quia ex quo interrogatio procedit ſecundùm veritatẽ, ita etiam debet eſſe reſponſio, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur. arg. l. eum q. ff. de vſucap. tum etiam quia aliàs ſtipulatio in caſu noſtro ſtaret in pendenti, quod eſſe nõ poteſt: quia ex tempore præſenti vires accipit ſtipulatio, vt eſt tex. in l. vſusfr. ff. de ſtipul. ſer. vbi ſeruus hæreditarius non poteſt ſtipulari ſibi dari vſumfructum, quia vſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt, & tamen illo caſu interueniebat perſona per fictionem, quia hæreditatis aditio retrò trahitur, & fingitur hæres vſque à principio adiuiſſe. l. hæres quandocunque. ff. de acquir. hæreditate. Tertia concluſio eſt: Si in caſu prædictæ quæſtionis ſit facta exceptio in ſpecie, puta, *promittis omnes ſeruos? promitto præter Stichũ*, quòd valet



valet ſtipulatio. & vult Dyn. Bar. & alij hic, licet gl. innuat contrarium, prout etiam tenet Bald. in c. ad audientiam. j. in vlt. col. de reſcript. ꝑ quib. facit gl. ratio quam adducit: nã ex quo iſta interrogatio, promittis omnes ſeruos tuos, eſt vnita, non debet poſſe diuidi, vt ꝓbatur in noſtro text. dum dicitur valere ſtipulationem, quia duæ ſunt quodammodo ſtipulationes: & ſic præſupponit tex. quòd ſi eſſet ſtipulatio vnita, quòd non valeret, & non poſſet diuidi, tanquam quid inſeparabile: ſed tamen non eſt recedendum à communi. Non obſtat iſte tex. quia ratio Iuriſconſulti in caſu ſuo eſt bona, nec eſt trahenda ad iſtum in quo eſt alia ratio, de qua in §. præced. Amplia hanc concluſionem de mente Moder. hic, vt procedat etiam ſi expreſſum non ſit in exceptione ſpeciale nomen ſerui, ſed tamen promittens intelligeret de certo: nam adhuc valet ſtipulatio, & poterit declarari. Vnde ſi reſponſio ſit facta, excepto Sticho, cùm plures haberet Stichos, poterit declarare de quo intelligit. l. hæredes palàm. §. j. ff. de teſtam. & ille declaratus à principio dicetur fuiſſe exceptus. per not. in l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ff. de lega. ij. & ita tenet Soci. hic. Sed aduertendum puto: quia videtur quòd iſta declara-
47 tio fieri non poſſit, † ex quo in contractibus dependentibus à voluntate duorum, ſi ſit actum de certo, nec conſtat de quo, non ſtatur declarationi vnius, imò ſtipulatio non valet tanquam incerta. l. ſi ex pluribus. ꝗ. eod. & per Bar. in d. l. ita ſtipulatus. in viij. oppoſ. Nec obſtat d. §. ſi quis plures. quia procedit in actu dependenti à voluntate vnius, in quo diſtinguitur vt ibi, & per gloſſ. in d. l. ſi fuerit. Nec videtur eſſe ratio differentiæ, ſiue quis excipiat vnum in genere de omnibus ſeruis, ſiue Stichum in ſpecie de pluribus Stichis: quia ſemper exceptio eſt incerta de certis, vnde ſemper ſtipulatio annullatur, propter differentiam in qualitate obligationis, quæ eſt inter interrogantem & reſpondentem, vt ſuprà dixi. Sed pulcher caſus eſt. Pone, interrogaui te, *promittis omnes ſeruos tuos?* tu reſpondiſti, *promitto omnes vno excepto*: nunquid poſſumus ego & tu dicere, quòd tempore contractus intelligebamus de certo ſeruo excipiendo, ad finem, quòd dicatur ſtipulationem valuiſſe, & hoc in præiudicium fortè aliquorum creditorum, qui ſunt poſteriores? Et videtur quòd ſic: quia declaratio retrò trahitur, & fingitur vno & eodem tempore facta cum re declarata: & dicit Ioan. And. in addit. Specul. in titul. de teſte. §. nunc videndum. vltim. colum. in addit. incip. plus dico. refert & ſequitur Rom. conſil. lxv. & conſil. cccclxxxij. in vltim. colum. Contrarium puto verius, quia iſta declaratio non debet retrò trahi in præiudicium tertij: pro quo facit, quia ſi debitor ſoluit creditori, non poſſunt ex poſt facto declarare intentionem ſuam, in quam cauſam voluerint illam ſolutionem verti in præiudicium tertij. l. ij. & iij. vbi Angel. Imol. Paul. de Caſtr. ꝗ. de ſolut. ad idem text. in l. ſi partem. §. fin. ff. quemad. ſeruit. amitt. vbi non poteſt legatarius declarare voluntatem ſuam, & dicere ſe repudiaſſe in præiudicium tertij. ad idem l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. & quod not. Paul. de Caſtr. conſil. cxxxiiij. in cauſa Ser. Ludouici. in j. volu. vbi non valet confeſsio contrahentium ex poſt facto, ſi poſſent alterare ſcripturam & tempus anticipare in præiudicium aliorum creditorum. Ad idem quod notatur in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. vbi non va-

let confeſsio cedentis in fraudem ceſsionarij. & quod notat Felin. in c. cum olim. in iij. colum. de re iudic. vbi declaratio, quæ nõ conſonat verbis, in præiudicium tertij non valet, & declarans præſumitur circumuentus. Vnde in caſu noſtro iſta declaratio non retrò trahitur: quia propter præiudicium tertij res non dicitur amplius integra. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & quod not. Oldr. conſil. cxlvij. ante omnia. in fin. Et iſtud ſatis eſt de mente Bartoli & Aret. in d. l. hæredes palàm. §. ſed ſi notaui.

l. ij. Stipulatio non poteſt. §. Sed ſi mihi Pãphilum.

In gl. in verb. *ſi tot quot pro conſtanti*, &c. † Nota quòd coniunctio *ſi*, in his, quæ ſunt iuris, non inducit dubitationem, & ſic non ſeruat naturam ſuam: imò importat rationem legis, non autem cõditionem: de quo per Bartolum in l. dõ monſtratio. §. j. vlt. col. ff. de condit. & demonſt. Et eſt ratio, quia ius eſt ſemper certum ipſis Iuriſconſultis l. ij. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. facit quod notatur in l. cum quidam. §. ſuum. ff. de acquiren. hæred. Et iſtud facit ad clauſulam quæ ſolet apponi in reſcriptis, *Concedo, ſi de iure vel prout iuris* &c. Nam ex quo princeps præſumitur certus, & habere iura in ſcrinio pectoris, l. omnium. C. de teſtam. videretur talem dictionem importare cauſam ſeu rationem, non autem cõditionem. Facit, quia in ſententia principis talis clauſula non importat conditionem. c. quoniam Abbas. in fin. de offic. deleg. Idem in priuilegijs, per text. in c. Abbate. extra de verb. ſig. de quo per Feli. in c. ij. in v. col. de reſcrip. In contrarium facit, quia imò videtur quòd in reſcriptis ſubintelligatur talis clauſula, etiam ſi non ſit appoſita, & operetur effectum conditionis, vt dicit Innoc. in c. ex parte. de reſcrip. quem alleg. Bal. in margarita ſua, in verb. literæ. vbi concludit quòd literæ ſuper confirmatione ſententiæ intelliguntur, ſi de iure eſt confirmanda. fa. quod not. Ioan. de Ligna. in c. ad audientiam. in ij. col. de regul. † Nam reſcripta principũ debent interpretari ſecundum ius. l. iij. C. de paganis. & not. in c. paſtoralis. de fid. inſtr. cũ ſimil. 49
Item facit, quia regulariter iſta clauſula Si de iure, &c. non operatur niſi quatenus ſit iuris, & ſtat conditionaliter, vt per Bar. & Imol. in l. ſi quando. de leg. j. & Feli. in c. cum contingat. in iiij. col. de off. deleg. cum concord. & fa. l. ij. in prin. C. de his qui latro. Credo quòd etiam in reſcriptis ſtat conditionaliter, quia debent interpretari ſecundum ius commune. l. puniri. C. de diuer. reſcript. niſi quando princeps cauſa plenè cognita & ex certa ſcientia concedit, vt in ſimili dicit Abbas in c. examinata. ad fin. extra de confir. vtili vel inutil. & ita procedit iſte text. quia Iuriſconſultus hanc conditionem appoſuit in re, in qua habet certam ſcientiam: aliàs in dubio puto ſecus. Non obſtat quòd princeps præſumitur in iure informatus, quia reſpondeo vt per gl. xxiij. diſt. c. præterea. Item illa clauſula potuit ſubdi reſpectu facti: propter minimam facti alterationem ius vitiatur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. & ibi Alb. de Roſ. ff. ad leg. Aquil. vel etiam reſpectu iuris dubij, in quo ſint variæ opiniones, cuius ignorantia probabilis eſt, vt not. in §. quibus. in prima conſt. C. per Bar. & alios. Extra gl. & Bar. quærit hic Rom. & Aret. † quid de teſte qui eſt falſus in vno, an eius 50
dictum vitietur in omnibus? vt ſuprà tetigi vnũ verbum. Dic quòd ſic: quia fides eſt indiuidua, vñde in totum vitiatur. c. pura & ſimplex. iij. q. ix. & eſt cõmunis opinio per Doct. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & Canoniſtæ in c. fraternitatis. de hæret.

51 †Limita primò,vt nō ꝓcedat ſi falſitas nō cōſiſtat
circa ſubſtantialia,vt p Spec.& Io. Andr.in tit.de
teſte.§.j.cū conc.per Feli.in d.c.fraternitatis.fa.
ꝙ not.Maria.Soci.in c.ſi.in iij.col. de crim.fal. &
refert Feli.in c.ij.in ix.col.de reſcr. vbi ſi quis ad-

¶ Eadem a, an alia lingua reſpondeatur, nihil intereſt. Proinde A ſi quis Latinè interrogauerit, reſpondeatur ei Græcè: dummodò congruenter reſpondeatur, obligatio conſtituta eſt. Idē per contrariū. Sed vtrùm hoc vſq; ad Græcū a ſermonē tātū protrahimus, an verò & ad alium, A Pœnū fortè, vel Aſſyriū, vel cuius alterius linguæ, dubitari pōt. & ſcriptura Sabini, ſed & verū patitur, vt omnis ſermo cōtineat verborum obligationem: ita tamen, vt vterque alterius linguā intelligat, ſiue per ſe, ſiue per verum b

dat vel diminuat
aliqd in reſcriptō
nō ſubſtātiale, nō
punitur de falſo,li
cet ſecūdum eum
ſit excōmunicatꝰ.
& facit ꝙ cōſuluit
Ang.cōſ. cxciiij.in
ij.col.vbi dicit, ꝙ ſi teſtis interrogatus ſup gene-
ralib.reſpondet rectè,cùm tñ eſſet affinis, ſi nō e-
rat in gradu ꝓhibito ad ferendum teſtimoniū,ꝙ
dictum valet,nec eſt falſus:quia illud mēdacium
nō reſpicit ſubſtantialia.alleg.Iac.Butr.ita tenen
tem in l.Lucius.ff.de infamibus, & idem Iaſ.in l.
ſi duo.§.idē Iulianus.in fi.ff.de iure.Fran.de Cur.
in tract.de teſtib. in v.concluſ. cum conc. Si verò
eſſet in gradu tam ꝓpinquo vt ꝓpter ſuſpicionē
ei nō crederetur,ſi tacuit affinitatem,eſſet falſus,
& eiꝰ dictum in totum vitiaretur. ita poteſt intel
ligi ꝙ not.Bar.conſ.lxxxviij.in quæſt.inter Fran-
ciſc.in j.col.& Bar.Veronen. in conſ.iij.in crimi-
nalib.Sed aduerte,qa illa deciſio Ang.adhuc non
videtur vera: quia iſta limitatio debet intelligi,
quando teſtis eſſet mendax ſuper aliquo nō ſub-
ſtantiali,& nihil pertinente ad cauſam:ſecus ſi a-
liquo modo poſsit pertinere, vt dicit Aret.hîc,&
in conſ.lxxj.in ij.col.& etiam leuiter adminiculā
tia dicuntur pertinere ad cauſam , vt dicit Bal. in
c.iij.extra de teſtib.Iſtud aūt eſt in caſu noſtro:qa
quādo affinis admittitur in teſtem ꝓ affine,licet
ꝓbet,nō tñ eſt maior omni exceptione, vt eſt gl.
in §.cogitandum. in Auth.de monach.Guilel.de
Cun.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtul.& p
Alex.in con.xviij.in j.vol.& iſtud puto verius,&
eſt de mente Bar. in d.conſ.lxxxviij. dū loquitur
in nepote conſobrino,qui admittitur ad teſtimo
niū:vel per Doct.in l.parentes.C. de teſtib. vnde
credo ꝙ prędicta deciſio Ang.ſolùm ꝓcederet ad
euitandam pœnam falſi, ꝓut loquitur Iaſ. in d. l.
ſi ex falſis. Secundò limita, quando teſtis falſum
ignoranter dixiſſet,vt per Bal.in d.l.ſi ex falſis.&
52 Feli.in d.c.fraternitatis. cū ſimil. † Sed nunquid
in dubio pſumatur ignoranter depoſuiſſe,an ſciē
ter? & ſic pſumitur dolus.Spec.in tit.de teſte.in
§.j. in vlt. char. verſ. itē ꝙ aliquid de ſuo addidit.
& Ang.in l.ꝓ hęrede.ff.de pet.hær.& Aret.hîc,&
in c.in noſtra. de teſt. in iij.col. pſupponit pſumi
dolum,nec admitti iſtā excuſationem ignorātię,
ex quo teſtis non debet dicere, niſi ꝙ in veritate
vidit & cognouit. Confirmo iſtam ſententiā per
53 tres rationes.Primò , † quia teſtis præſumitur ꝓ-
pter iuramētum deponere cōſideratè, & de eo ꝙ
eſt certus.c.ex reſcripto.extra de iureiu.&ꝙ not.
54 Alex.in rub.ſ.eo.in pen.col.Secūdò,† quia teſtis
dicens aliqd falſum , cōmittit contra ius diuinū
& naturale,vnde ignorantia non excuſat à dolo,
vt per Ang.in l.plagij.C. ad l.Flauiam. de plagia.
&Salic.in l.ſenatus.C.de ijs q ſibi in teſt.adſcrib.
55 & Bar.Veronen. in conſ.xxj.in pen.col. Tertiò,†
quia in his in quibus debet præcedere diligētia,
præſumitur ſcientia & dolus illius qui debebat
diligenter inquirere, nec admittitur excuſatio i-
gnorantiæ,vt eſt gl.in c. ad falſariorū.& ibi Ioan.
de Ana.in pen.col.extra de crim. falſ.Et ſic cōclu
do, ꝙ in dubio nō pſumitur ignorāter depoſuiſſe
falſum,& cōſequenter in dubio totū dictū annul
latur. Fallit tñ in facto multū antiquo , vel multū
implicitoq: quia tunc pſumitur ignoranter depo-
ſuiſſe.vt dicit Aret. in d.c.ſi noſtra. & Feli. in d.c.
fraternitatis. Puto iſtud non eſſe ita generaliter
verū: quia non de-
bet excuſari in tali
caſu teſtis qui de-
poſuit certitudina
liter, & ſic videtur
cōfiteri ſe plenè re
cordari, vnde non
eſt ei ſuccurrendū,
& militāt contra eū pdictæ rationes. quare tu in-
tellige ea ꝓcedere accedentib. alijs coniecturis:
nā debet iudex attēdere qualitatē hominis, ſi ſit
vir ſimplex,vel imꝓbus.Vnde dicit Ang.in auth.
de teſt.§.& licet.per illū tex.in verb.aſtu.† ꝙ ſi ru 56
ſticus idiota nullatenus intelligens ſit ſibijpſi cō
B trarius in dicto ſuo, non tenetur pœna falſi : quia
non ex malignitate pſumitur depoſuiſſe,ſed per
imprudentiā: & ad hoc dicunt debere aduertere
dominos iudicantes:& etiā dicit Soci. in l. ſi is q
ducenta.§.vtrū.pen.col.ff.de reb.dub. Vnde ſi ſit
vir aliâs bonæ æſtimationis & magnæ ꝓbitatis,
præſumitur potius depoſuiſſe falſum per errorē,
vt dicit Bald.in l.quotiens.ff.de hær.inſt.& Bart.
Veron.in d.conſ.xxj.in vlt. col. & ſic iſtud multū
conſiſtit in arbitrio iudicis,qui habebit arbitrari,
C nunquid iſte doloſè depoſuerit,& quā fidem de-
beat adhibere eius teſtimonio.c.literas.verſ.quā
quam veriſimilius. extra de præſumpt. & tradit
Barbat.cōſ.lxv.in iiij.col.in iiij. vol. Facit etiam,
quia licet falſum non cōmittatur ſine dolo.l.nec
exemplum.C. de fal. tñ eſt in arbitrio iudicantis
qua alia pœna eū iudex puniat, vt eſt gl.notab.in
l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cauſ.infa. irrog.& in ſi-
mili ꝙ not.Iac.Butr.& Ang.in d.l.Lucius.Aduer
te etiā , † quia in vno alio caſu teſtis præſumitur 57
D ex ignorantia mendaciū dixiſſe, ſcilicet qñ dicit
aliquid non eſſe factū coram ſe,quia ſubintelligit
ꝙ ipſe ſciat.& eſt gl.viij.q.iij.Artaldus. Bal. Ang.
& Imol.in l.hæredes palàm.in prin.ff.de teſtam.
Franc.de Cur. in tract.teſtiū in conc.lvij.& ſic ta-
li caſu dictū eorum non vitiabitur per falſum ꝙ
eſt inutile: niſi dicas ꝙ iſta ſubauditio fit ad ſaluā
dum alios,qui dixerūt tales eſſe præſentes,vt ꝓ-
priè loquuntur Doctores, non autem ad ſaluan-
dum dicta ipſius arrogantis ſe interfuiſſe. & pro
E hoc facit text.in d.c. Artaldus. quia aliter ille ſu-
perfluè addidiſſet in iuramento illa verba, me ſci
ente &c.Reliqua dic vt per modernos in d.c.fra-
ternitatis.Et hoc modo ſit expeditus iſte §.

2 *Congruæ reſponſionis explicatio.*
6 *Differentia itineris,actus,viæ.*
7 *Ad interrogationem rei vniuerſalis ſecuta de particulari reſponſio vitiat ſtipulationem.*
12 *Per interpretem obligatio contrahitur.*
17 *Vnus interpres ſufficit.*
21 *Pactum de ſtando vnius teſtis dicto tenet.*

F
§. EADEM a. ¶ Quamuis † igitur in ſtipulatio- a
ne neceſſarium ſit,vt partes ſe audiant,& intelli- 1
gant,tamen ſatis eſt, ſi quis per ſe , vel per verum
interpretem intelligat , dum modò congruenter
reſponſum ſit.Sed dubitant hîc Doct. quomodo
† congruè reſponſum videatur?finge conueniſſe, 2
vt per A.intelligamus *Promittis*,per B.*Promitto*:nū-
quid ſtipulatio his elementis cōcepta valebit?&
receptū eſt, non valere a. Non enim verba huiuſ-
modi

a gloſ.§.j.verſ. ſed hæc ſolēnia. Inſt.de verb. ob lig.



modi congrua ſunt.Nec obſtat,ꝙ ex partium cō-
uentione ſatis videntur congrua:quia iſtud ꝓce-
deret in alia materia,vbi verba ad formā nō perti
nerent.In vltimis ergo voluntatib.ſtandum eſſet
I. demonſtrationi a.Item † in contractibus,qui cō-
3 ſenſu perficiūtur,
veluti in mādato:
nā tales cōtractus
etiā per notas Scy
thicas &ſynthema
ta celebrari poſsūt:
ꝙ Alex.reſpōdit b,
ſufficiatq; ſi vel ſo-
no tubæ percipiā-
tur:ꝙ Bal.cēſuit.ꝙ
non ꝓcedere in ſti
pulatione arbitrarer. Non enī loqui dicitur,q tu-
bam inflat c; quicquid Alex. hîc tradiderit.
II. Sed † quid,ſi interrogē de toto , tu reſpondeas
4 de parte impropriè?verbi gratia, *Promittis viā? pro-
mitto iter.* & Bart. non eſſe congruè reſponſum ait
d:quæ ſentētia defendi poteſt, cùm ſeruituti iam
conſtitutæ detrahere iter quis vellet,veluti, *Viam
quam tibi conſtitui,accepto fers? accepto fero iter.* tunc e-
nim nihil agitur, quia obligatio indiuidua acce-
5 pto ferri ex parte non poteſt e. Sed † cùm de obli
gatione conſtituendæ ſeruitutis tractatur, puta-
rim ego non valere ſtipulationem. ſub ſeruitute
enim viæ,quæ eſt amplior, etiam ſeruitutis itine
ris continetur f, & in modo conſtituendi non eſt
vlla in qualitate differentia,niſi quatenus,ꝙ plus
eſt, diſtat ab eo,quod eſt minus g.Vnde ſi ſtipula-
tio viæ non valeat, fortè propter anguſtiam loci,
ſuſtinetur tamen, quatenus poteſt,in viam actus,
vel itineris h. Idem ergo in caſu noſtro dicēdum,
vt ſtipulatio ſuſtineatur:quo caſu abſurdum non
eſt, vt etiam impropriè verba accipiantur i. Nam
6 † & iter,& actus à via differunt: quia qui habet a-
ctum,non poteſt ligna,vel lapides trahere,aut ha
ſtam rectam ferre:ſicut nec,qui habet iter k:ꝙ cō-
trà eſt in habente viam:& tamē ſi ſtipulor,*Promit-
tis viam?* & reſpondeas , *Promitto iter & actum*, valet
ſtipulatio, & (vt cōtractus ſuſtineatur) lex inter-
pretatur promiſſam eſſe viam l,tanquam latiores
fines actui tribuere promiſſor voluerit,ſicq; rectè
7 ad rogatum reſponderit m. Sed † quid ſi interro-
gatio de re vniuerſali facta ſit,reſponſio de parti-
culari? & conſentiunt omnes ; ſtipulationem nō
valere,neq; congruè reſponſum videri.vniuerſa-
liter enim interrogans de rebus ſingulis non vi-
detur ſenſiſſe.idq; procedit,ſiue vniuerſitas ſit iu
ris tantùm n:vt ; *Promittis talem hæreditatem? Promitto
Stichum ſeruum hæreditarium*:ſiue ſit facti, *Promittis gre
gem?promitto ouem:promittis familiam? promitto Stichum.*
Stichus enim nō niſi impropriè pars eſt familiæ,
quod dictio *Quaſi*,oſtendit o.Sunt tamen,qui hāc
ſtipulationem valere cenſuerūt,vt Rapha.Socin.
Iaſ.quorum ſententia procedere poteſt,cùm ali-
qua ex coniectura appareret, id à ſtipulante actū,
vt etiam particulariter ad ſingula corpora reſpe-
xerit p,putà quia modica eſſet familia, vel Stichꝰ
eius familiæ columen eſſet. Sed & in vniuerſita-
te mixta, iuris ſcilicet & facti,non valere ſtipula-
tionem,verius videtur,vt in peculio , vel dote.a-
liud enim eſt peculium,aliud res ſingulæ q. Nec
me Iaſonis ratio mouet, ideò valere ſtipulationē
exiſtimantis , quia peculium ſingulariter vendi-
catur , quamuis alia vniuerſalia ſic vendicari ne-
queant r.Falſum hoc eſt.cùm enim res ſingulę pe
culij vendicantur,non dicitur peculium vendica

a glo.l.ſi quis.in fundi.de leg.j. Caſtren.hic.
b Alex conſil.cxlvj.in l.j.col.pen.
c l.Labeo.in fin. de ſup.leg.
d arg.l.ſi mater.§.ſi quis iter.de except.rei iud.
e l.& per iuſiurandum.§.j. de accep. vbi Bartol. Abb. Ang.Imol.
f l.j de ſerui.ruſti.præd. gl.l.ſi cre.§.eod.verb.in præcedenti.
g l.qui vſumfructum.§.eod. l.ij.quemad. ſeruit. l.j.de adi.leg.
h l.ſi tam anguſti.de ſeru l uia. de ſerui. ruſt. præd.
i l.quoties.§.eo.
k l.via.l.qui ſel-la de ſerui.ruſti.
l d.l.& per iuſiurandum verſ.ſi autem iter.
m l.certo.§.latitudo.§.de ſerui. ruſt.
n l.hęreditas.de pet.hæred.
o l.ſi chorus.de leg.iij.
p l.cum eiuſdē.§.interdum. de Aedi.l.edict.
q l.ſi peculium ſeruo.de pec leg. l.proinde.de Aedil edict.
r l. vendicatio. de rei vend.

ri s.ſicut † & cùm res ſingulę gregis vendicantur, 8
non dicitur grex vendicari t. L.j.
ADGRAECVM SERMONEM a. ¶ Videba- a
tur Latinis duntaxat verbis concipi debuiſſe ſti-
pulationem. cùm enim à iure ciuili inuenta ſit,
debuit verbis Qui
ritum duntaxat ce
lebrari u. Nā & lex
ait,Decreta à præ-
toribus Latinè in-
terponi debere x.
Sed aliud eſt in de
cretis, quæ in cau-
ſis miſti imperij in
terponebātur,ma-
giſtratibusq; Ro-
manis ſpecialiter reſeruabantur y:aliud in cōtra-
ctibus , quos † nihil refert, qua lingua quis cele- 9
bret. In ſententijs quoque nihil intereſt , an &
B Græcè proferantur, cùm poſt coloniam Roma-
norum Byzantium tranſlatam Romæi quoque
ipſi Græcè loquerentur z. hodie tamen rece-
ptum eſt, vt ſimpliciter ad conſuetudinem atten
damus , vt mos maiorum in iudicijs obſerue-
tur: ſicut Franci etiam nunc obſeruant, qui La-
tina vulgari iudiciaria acta conficiunt. Quòd
ſi quis ad alium ſcribat ; eius idiomatis lite-
ras dare debet , cuius is eſt , ad quem ſcribi-
tur a: aliàs nihil hæ literæ damni inferre illi poſ-
C ſent b. Vnde conſequens eſſe Alexand. cenſuit,
vt † libelli iudiciales non Latina vulgari, ſed e- 10
rudita concipiantur, cùm non partibus , ſed iu-
dicibus ipſis offerantur c. Nec ideò partes præ-
textu ignorantiæ excuſari poſſunt , cùm ſatis ſit,
ſi illis per aduocatum, vel quemlibet alium de-
clarentur d.
SIVE PER VERVM b. ¶ Sed cùm b
id verum dicatur, quod probatum eſt e, quomo-
do conſtabit tunc eſſe verum ? Potuit enim
D contingere, vt, ſicut Plautinus ſeruus in Pœnu-
lo, malè interpretaretur, vel alteram partium il-
luderet: & ſentiunt Doctor. præſumi † fideliter 11
ab eo actum eſſe, cùm fuerit à partibus ipſis ele-
ctus f. Quod † ergo ad inducendam ſtipulatio- 12
nem attinet, fiduciarius hic interpres ſufficit, vt
oriatur obligatio. Quòd ſi de ea probanda in
iudicio ageretur, quo caſu non interpretis , ſed
teſtis munere fungeretur g, ſolus ipſe fidem non
faceret , quamuis electum ſe à partibus affirma-
E ret h. Non enim in hoc eſt electus, vt teſtimo-
nium perhibeat. Oportet ergo alia via id pro-
bari,putà per publicum documentum, vel duos
i teſtes: Qua probatione facta de eo, quod i-
pſe interpretatus eſſet, ſtaretur dicto ſuo, tum
propter fiduciam, quam eum eligendo partes o-
ſtenderunt k,tum etiam, quia atteſtaretur de re à
ſe geſta, & minimè vtilitatem ſuam reſpiciente
l. Sed † quid, ſi duo interpretes aſſumpti pro- 13
ponantur,nunquid in iudicio probabunt, quòd
F à partibus electi fuerint, alterque alteri teſtimo-
nium præſtans fidem faciet?& Imol.& Aret.face
re fidem exiſtimant m. Nec enim omnino ſingu-
lares ſunt,cùm alter alteri adminiculetur n, ma-
ximè cùm poſsit iudex, ſi ita ſibi ſederit, etiam
ſingularibus teſtibus fidem adhibere:quod Paul.
& Socin.quandoque cenſuerunt o. Quo exem-
plo & tabellio Latinus documentum conſcribe
re inter Theutonicos poterit, & duobus inter-
pretibus fidem adhibere, vel etiam omni conſen
ſu partium electo.Dixerit aliquis, quomodo ſci-
et eos

Stipulatio non poteſt. §. Eadem, an alia.
s d.l.ſi peculiū.
t l.j.in princ.de rei vend.
u l.an inutilis in fin.de accept.
x l.decreta.de re iudic.
y l.ij. C.de aſſeſ. & domeſt.l.j.de offic.eius,cui.
z l.iudices.C.de ſent.
a Bar.l.ex militari in princ.de teſt mil. Doct.l.j.de excuſ.tutor. per illum text.
b §.alienationis. in auth.de non alie.l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.de inſtitor.
c auth. offeratur.C.de lit.conteſt.
d l.j.§.j.de edēd.
e Archid.xxx.q.j.c.iudicantem.
f l.Theopōpus. de dot.præleg.
g c.propoſuiſti. c.pen.de proba.
h l.iuriſiurandi. C.de teſtib.
i l.vbi numerus. de teſtib.
k d.l.Theopompus.
l l.ſi quis decurio.C.de falſ.Salic.l.quæro.in fi.de Aedil.edict. Doct.l.nec is.de acq.hær.
m arg.l.ſi quis ex argentarijs.§.j.de eden.
n Bald.(ab)Soc.l.Gallus.§.fin.de lib.& poſthum.
o Caſt.l.Lucius.de infam.Socin.cdxij.

et eos pro interpretibus electos, ſi Theutonicum
idioma non intelligit? reſpondeo, ex re ipſa hoc
intelliget, cùm videat partium verba ab eis exci-
pi & declarari. nec enim voluntas minus facto,
14 quàm verbis demonſtratur[a]. Sed † quid, ſi ipſe ta
bellio linguę Teuto-
nicæ peritus eſſet, an
ſolus abſq; interpre-

**interpretem [a].**

te conficere documentum illud poſſet? & Bar. cẽ
ſuit poſſe[b], tãquam & tunc id faciat, quod ad of- A
ficium ſuum pertinet: nempe documẽtum de ea
re conficere, de qua ſe rogatũ nouit. idq; recepti⁹
15 eſt. Vnde † & actuario, id eſt, notario abaci, circa
examinationem teſtium electo creditur, ſicut &
iudici[c]: quia hæc cura propriè ad eos tãtùm per-
tinet[d]. Et vnicuique creditur in officio ſibi publi
cè iniuncto[e]: licet in his, quę iudex abſq; notario
efficere non poteſt, qualia ſunt iudicialia acta, ſo-
li ipſi non credatur[f].

a INTERPRETEM a. ¶ Cùm † numero ſingu- B
16 lari Iuriſconſultus vtatur, indicat ſatis eſſe, ſi vn⁹
interpres adhibeatur. cùm enim de actu extraiu-
diciali agatur, hoc eſt conficiẽda ſtipulatione, ſa-
17 tis † eſt vnum interpretem adhiberi: nam & vide
mus aliàs quoq; perito homini, quamuis vni, fidẽ
in extraiudicialibus præſtari[g], & boni viri aucto
ritatem iuſtam credulitatis excutionem eſſe[h]: &
qui egregij doctoris conſilium ſecutus litem mo
uit, quãtum ſatis eſt, inſtructus fuiſſe cenſebitur,
& temeritatis notam non ſubibit[i]. In iudicialib. C
verò regulariter quantumuis perito nõ creditur,
ſi ſolus ſit[k], cùm tales tunc propriè dicantur te-
ſtes, & ideò non niſi iurati admittantur[l]: & hĩ li-
cet teſtimonij ſui rationem per iudicium intelle
I. ctus ſolùm reddant: idque frequentiùs hîc tradi-
18 tum eſt. Quod † procedit, etiam ſi quis publicè
electus ſit, adhuc ſolus non probabit[m], niſi ad id
principaliter conſtitutus ſit[n]. vnde ſolius medi-
ci teſtimonio non creditur, vt tyro tãquam æger
cauſariam miſsionem impetrarẽ poſsit. Medici D
enim à principe in exercitu deputãtur, vt milites
II. curent, nõ vt teſtificentur[o]. Item † procedit, eti-
19 am ſi talis valde excellentis peritiæ eſſet, vel ma-
ximę dignitatis[p]. Id enim tribuitur defunctis dũ
taxat auctoribus, quorum ſcripta cõſenſu ſtudio-
ſorum approbata ſint, vt Hippocrati, & Ariſtote-
III. li, vt, quamuis ſoli, in arte ſua faciãt fidem[q]. Item
20 † procedit, etiam ſi vnus tantùm eſſet in ciuitate.
Nam adhuc ei in cauſis arduis credendum nõ eſ-
ſet, ſed ex locis vicinis alij accerſiri deberent[r]. ſi- E
cut & quoties lex certum numerum teſtium re-
quirit[s]. In cauſis verò leuibus ſatis receptum eſt,
vni ſoli credi, ſi ipſe dũtaxat in ciuitate ſit: idem-
que in cauſis grauibus, ſi vltra eius atteſtationem
alię ſolennitates interuenerint[t]. Sed & in ſui dã-
num poteſt pars teſtimonium vnius tantùm ap-
probare, vt hîc ſentit Alex. quod omnes fatentur,
21 quoties teſtimonium iam perhibuiſſet. Sed † qd,
ſi partes à principio conuenerint ſtare dicto vni⁹
in iudicio, an valeat conuentio? & receptum eſt, F
valere[u]. Sed hoc ab ea quæſtione pendet, an poſ-
ſint partes conuenire, vt dicto vnius teſtis ſtetur?
in qua Bartol. hîc videtur cenſuiſſe non poſſe.
Probatio enim à iure publico pendet, quod ex e-
ius definitione apparet[x]: & iudici fit. Vnde con-
uentio priuatorum non videtur attendenda[y].
22 Lex † enim diuina, in ore, inquit, duorum ſtat o-
mne verbum[z]: prohibentque pontifices aliquo
in caſu probationis formam mutari, conſuetudi-

a l. Paulus reſpõdit. rẽ rat. hab.
b arg. d. l. ſi quis decurio. & d. l. Theopompus.
c Bal. d. l. iuriſiurandi. in fi. & c. quoniam cõtra. de prob.
d auth. apud. C. de fid. inſt.
e c. cùm parati. de appel. Bar. in extrauag. ad reprimendam verb. nuntium. in fin.
f d c. quoniam contra. & l. iiij. C. de arb. vbi Bart.
g §. fi. in auth. vt pr. pon nomẽ. viij q. iij. Thalia
h gl l. Titio fundus de cond & demonſtr.
i Bar. l. in bonorũ. de bon. poſſ. Abb. c. calumniam. de pœn.
k l. lex, q̃. verb. multorũ. C. de admi. tutor. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nupt.
l gl. d. c. pe. & d. c. propoſuiſti.
m l. ſemel. C. de re mil. lib. xij.
n l. ij. C. de pond. & aur. lib. x.
o l. j. l. fi. C. de proſeſ. et med. lib. x.
p c. licet vniuerſis. de teſtib. d. l. iuriſiurãdi in fi.
q l. ſeptimo. de ſtatu hom.
r c. ſi fortè. lxv. diſtin. iij. q. viij. ſuggero. ubi gl. Mod. d. c. p. poſuiſti.
s l. ſi quis. l. magiſtros. vbi gl. C. de profeſ. lib. x. Bal. j. conſt. Digeſtorum.
t §. quod aũt. in auth. de non alien. vbi Ang.
u l. fi. C. de fideic. l. iij. C. fi. reg.
x Doctor. rub. de probat.
y gl. in auth. vt ſine prohib. §. fi. Doct. l. iubemus. C. de iudic.
z d. c. licet.

nemque contrariam reprobant[a], vt meritò pa-
ctum quoque reprobare videantur. Nam & ta-
bellio quamuis conſentientibus partibus teſtes
examinare non poteſt, niſi etiam iudicis conſen-
ſus acceſſerit[b]. quod indicat id non ad priuato-
rum voluntatem ſolùm pertinere, videnturque
id ſenſiſſe veteres, qui à Theopompo approba-
tam amici fidem ſolùm ſemiplenæ probationi
ſufficere exiſtimarunt[c]. Sed tamen recentiores,
A Pont. Aret. Soc. Iaſon. aliter ſenſerunt, & ſufficere
atteſtationem vnius cenſuerunt, ſi partes conſen
ſiſſent[d], dum tamen talis perſona ſit certa. pro-
pter enim fiduciam, quam in eo haberent, ita con
ueniſſe videntur. vnde in tali non adeo veriſimi-
lis eſt falſi ſuſpicio[e]. Item dum de certa cauſa aga
tur. Generaliter enim non valeret conuentio, ſi-
cut nec ſtatutum[f], ne via periurijs & falſitatibus 23
aperiatur[g]. Ego † arbitror poſſe in ſpeciem diſſi-
dentes has opiniones concordari, vt conuentio
B quidem valeat, iudexque eam ſequi debeat, non
quòd ſibi ſit plenè probatum, ſed quia partes vi-
dentur confeſſæ ita eſſe[h]. Vnde fatetur Alexand.
conſenſu † partium fieri non poſſe, vt ſcriptura 24
priuata documentum publicum ſit. & tamen cõ-
uenire poſſunt, vt tali ſcripturę perinde fides ha-
beatur, ac ſi publica eſſet[i]. Sicut & conuenire
poſſunt, vt exemplo inſtrumenti fides ſit, quam-
uis aliàs exemplum nihil probet[k]. Videntur e-
nim tali conuentione approbare eam ſcriptu-
C ram[l], & iuramentum, cæteraque ſolennia pacto
remittere[m]. Igitur † idem quoque hoc caſu di- 25
cendum, vt iure conuentionis teſtimonio ſingu-
lari fides adhibeatur: ſi tamen ipſum teſtimoni-
um, id eſt atteſtatio, approbata ſit: non, ſi perſo-
na tãtùm teſtis. Aliud enim eſt dictum ipſum ap-
probare, aliud perſonam, quod Alexan. & Iaſon
hîc oſtendunt[n]. Sed † nunquid prędicto caſu ad- 26
uerſus teſtimonij approbationem obijcere, &
contrarium probare pars poterit? & aliqui ſen-
D ſerunt, non poſſe[o]. Ego contrà: ſicut † videmus, ſi 27
quis promiſerit reſpectu fructuum, aut eius quod
intereſt, ſtare ſimplici creditoris affirmationi,
non tamen impediri, quò minùs ad boni viri ar-
bitrium confugiat[p]. Et ſi conuentum ſit, vt ſen-
tentiæ talis fiduciarij conſultoris ſtetur, non ta-
men prohibebitur appellatio[q]. Et † ſi lex genera- 28
liter mandet ſtari dicto vnius, non tamen vetu-
iſſe cenſebitur, quin poſsit contrarium probari[r].
Quod ergo in legis iuſſu receptum eſt, ad pactio-
E nes quoque contrahentium videtur producen-
dum[s]. Poſſunt † tamen expreſsim partes age- 29
re, vt non ſolùm certo teſti ſtetur, ſed etiam con-
trarium probari non poſsit, valetque conuen-
tio propter indubitatam fiduciam. quod hîc ſen-
tiunt Doctores, & conſultum à Tudeſco extat
[t]. Putarem tamen tali caſu adhuc ob enormem
læſionem reclamari poſſe[u], & ad id iudicis offi-
cium pertinere, ſi ſibi hoc ſederit, vt ampliùs
quærat, nec illi ſoli adhibeat fidem. aliàs enim
F facilè teſtes ad delinquendum, falſique crimen
perpetrandum adigi poſſent[x]. Quòd ſi non di-
ctum teſtis, ſed perſona duntaxat approbata ſit,
cùm tunc minus noceat, (ſemiplenè enim tan-
tùm probat) non poteſt amplius reprobari, niſi
noua cauſa acceſſerit[y]. Illud conſtat, ſi atteſta-
tiones deficiant, non ex cauſa, quia vnus tan-
tùm adfuerit teſtis, poſſe eas partium conſenſu
indiſtinctè confirmari[z]. non enim tali caſu ius
publicum eis reſiſtit, ſed ſolùm priuata vtili-
tas[a].

Præ-

a c. ij. de probat.
b Doct. c. tuis de teſtib. Bal. extrauag. de pace. Cõſti. verb. ſecundum mores.
c d. l. Theopompus. vbi Din. Iaſ. Rai. gl. c. ueniẽs. de teſtib. & d. c. licet. Bal. l. j. C. de ſent. quę pro eo. And. de Piſ. pœ. inſt. Bar. hic.
d arg. d. l. fin. & c. quia indicante. de præſcript.
e arg. l. conuenire. de pact. Doct. Are. Soc. Iaſ. hic.
f d. c. ij.
g Matheſ. no. l. Alex. conſ. cxxxviij in prin. Fel. d. c. ij. d. c. tuis.
h l. ſi cõuenerit. de re iud. glo. in authẽ. ut differ. iud. in prin.
i Mod. hic, & c. cũ P. de fid. inſt. Iaſ. l. admonendi. de iureiur.
k auth. ſi quis in aliquo. C. de edẽ.
l Bar. l. ſi ita ſcriptſero. de condit. & demon.
m d. c. tuis.
n gloſ. §. & licet. verb. ſupplicijs. in auth. de teſti.
o Iaſ. l. j. C. ſi aduer. lib. Bald. l. in bonæ fidei. ſi cert. pet.
p Bartol. l. fi. de præt. ſtipul.
q Bar. d. l. ſi conuenerit. de re iud.
r l. j. C. de re iud. ubi Doct. et Do. d. c. propoſuiſti.
s l. non impoſsibile. de pact.
t Abb. conſil. lj. in j. dub.
u c. Quinta vallis. de iureiur. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. pro ſoc. Bar. d. l. fi. Alex. conſ. liiij. in ij. dub.
x d. l. conuenire. l. iubemus. vbi Ale. C. de iudic.
y gl. d. §. & licet. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.
z c. veniens. lo. i. de teſtib.
a c. tuis. eod. tit.



Prælectio Auenionenſis.

1 *Stipulatio eſt contractus, cui tradita eſt forma à iure ciuili Romanorum.*
2 *Non refert ſi latinè interroganti reſpondeatur græcè, dũmodo reſponſio intelligatur.*
3 *Ad hoc vt valeat ſtipulatio, verba debent eſſe congrua.*
4 *Quod fit per interpretem, non dicitur fieri per ſe.*
5 *Vt ſtipulatio valeat, requiritur vt interpres ſit verus.*
6 *Verum dicitur, non quod in ſe verũ eſt, ſed quod eſt probatum.*
7 *Intelligentia partium inter ſe, licet ſit de forma in ſtipulatione, tamen ſatis eſt ſi habeatur per interpretem.*
8 *Quid ſit forma.*
9 *Quare à Romanis ſit conſtitutũ, vt ſententia à magiſtratu ferretur latinè.*
10 *In actibus ſemper vtẽdum ea lingua, quæ intelligatur ab his, quibus actus poteſt præiudicare.*
11 *Libellus qui offertur iudici & nõ parti, debet offerri lingua latina.*
12 *Interpres in caſu huius legis nõ eſt teſtis, ſed declarator, vt arbiter & agrimenſor.*
13 *Et huius rei ratio.*
14 *Quilibet peritus deponens in iudicio de ſua arte, dicitur teſtis.*
15 *Quare credatur vnico interpreti. & num. 16. 17.*
18 *An partes poſsint facere, quòd dicto ſolius interpretis credatur.*
19 *Acta non poſſunt deſtrui de partium conſenſu, niſi iudice conſentiente.*
20 *Dicta teſtium inualida poſſunt de cõmuni conſenſu partium validari.*
21 *Quando ſtetur dicto vnius teſtis vſq; ad num. 25.*
26 *Cùm partes promiſerunt ſtare dicto tertij, nũquid poſsit probari contrarium.*
27 *Sicut partes poſſunt conuenire, quòd ſtetur dicto vnius certi teſtis, ita poſſunt conuenire quod ſtetur priuatæ ſcripturæ.*
28 *Dilutio argumentorum Socini contrarium tenentis. & num. 29.*
30 *Quid obſeruandum ſit in faciendo inſtrumento contractus facti inter theutonicos. & num. 32. 33.*
31 *Si duo adhibeãtur teſtes, an vnus de alio poſsit teſtificari.*
34 *Peritis in arte antequam credatur, oportet quòd ſint magiſtri in illa arte.*
35 *Periti qui dicantur.*
36 *Quando periti inter ſe ſunt diſcordes, quibus maior ſit fides adhibenda.*
37 *Ad aſſumendum informationes extraiudicialiter, ſtatur dicto vnius periti.*
38 *In actibus iudicialibus requiruntur duo periti.*
39 *Quando hæc regula fallat. vſq; ad num. 42.*
43 *Si interrogatus de toto & vniuerſali reſpondeat impropriè, an vitietur ſtipulatio.*
44 *Sub ſeruitute viæ, continetur ſeruitus itineris.*
45 *Quando diuerſitas interrogationis & reſponſionis vitiet ſtipulationem.*
46 *Vſusfructus cauſalis eſt inſeparabilis à fundo.*
47 *Si interrogatus an promittat viam, reſpondeat promitto actum, valet ſtipulatio.*
48 *Si interrogem, promittis viam? & reſpondeas, promitto iter & actum, valet ſtipulatio.*
49 *Quando interrogatione facta de vniuerſali, reſpondeatur de particulari, an valeat ſtipulatio.*
50 *Si interrogem, promittis gregem? & tu reſpondeas, promitto ouem, non valet ſtipulatio.*

§. EADEM. Summa & diuide hnnc tex.
vt hîc per alios. Circa primam partem text. ratio
1 dubitandi potuit eſſe, † quia ſtipulatio eſt contra
ctus cui tradita eſt forma à iure ciuili Romano-
rum. §. de conſtituta. Inſtitut. de act. vndè debuiſ-
ſet etiam eorum lingua concipi. & facit text. in l.
an inutilis. in fin. j. de accept. & Inſtitut. de pat.
pot. §. j. Sed contrarium deciditur: quia cùm ex i-
ſto contractu oriatur verborum obligatio, ergo
qualiacunque verba ſint, dummodò congrua,
debent producere iſtam obligationem, per arg. à
generalitate verbi, quod valet. l. j. §. quod autem.
ff. de aleat. cum ſimilibus. Circa ſecundam par-
A tem in verſ. ſed verum. ratio dubitandi eſſe potu-
it ſecundum Moder. hîc, quia maior conformitas
eſt inter latinum & græcum, quàm cùm alijs lin-
guis, vt eſt gl. in §. alienationis. in auth. de non a-
lien. Sed iſta ratio non eſt concludens, nec facit
ad propoſitum, quando interrogarem te Aſſyriè,
& tu reſponderes Punicè. Vnde dic melius, quòd
ratio dubitandi eſt, quia Latina lingua & Græca
erat magis generalis & cognita per omnes pro-
uincias Romani imperij, vt dicunt hiſtorici, & fa
B cit §. ſed noſtra. Inſtit. de ſuc. lib. & gl. in procem.
Digeſtorum. ibi, *noſtra & græca lingua*. Ratio deci-
dendi fuit, quia quæ ſtatuuntur propter maio-
rem frequentiam, locum ſibi vendicant etiam in
caſu nõ ita frequenti, vt eſt gl. in l. vnic. C. de rap.
virg. & in auth. caſſa & irrita. C. de ſacr. ſanct.
eccleſ.
Not. primò ex text. † quòd non refert ſi latinè 2
interroganti græcè reſpondeatur, dummodo re-
ſponſio intelligatur. Et hoc facit ad quæſt. quam
C poſuit Alber. de Roſ. hîc, & in l. j. in ij. colum. C.
de Iuſtin. Cod. emen. vbi dicit ſe fuiſſe interroga-
tum per quendam magnum Doctorem, vtrum
interpretationes græcorum verborum quæ ſunt
in ff. fidem faciant, & habeant vim legis: & de iu-
re videtur concludere quòd non: & ita tenet A-
zo in ſumma, C. quod cum eo qui in alien. po. in
iiij. col. verſ. quid ſi pater. Tu dic quòd imò ſtan-
dum eſt, arg. iſtius text. & ex quo iam longa con-
ſuetudine ſint approbatæ: ſicut dicimus de feu-
D dis. arg. l. minimè. ff. de legib. & vbi dubitatur,
nunquid interpres verè tranſtulerit, recurrẽdum
eſt ad literam Piſanam tanquam originalem. fa.
tex. in c. vt veterum. ix. diſt. Et iſta vtilia ſunt pro-
pter tit. ff. de excuſ. tut. in quo omnes ll. Modeſti
ni interpretatæ ſunt græcè, & propter auth. cum 4
multis alijs, in quibus non eſt arguendum à pro-
prietate vocabuli. Not. ſecundò in verbo, *dummo-
do congruente*, &c. † quòd verba debent eſſe cõgrua 3
ad hoc vt valeat ſtipulatio: & hoc fa. pro gl. in §.
E ſed hæc ſolennia. Inſtit. de verb. obligat. quæ cõ-
muniter tenetur, vt dixi ſ. in prin. l. Et ex iſto tex.
confunditur limitatio Paul. de Caſtr. hîc, dum di
cit illam gl. non procedere, quando partes à prin
cipio per proteſtationem declarauiſſent intelle-
ctum illarum vocalium. arg. gl. in l. ſi quis in ſimi
li. ff. de leg. j. Sed contrarium eſt verius, vt te-
net Iaſo. hîc, & fa. iſte text. qui requirit verba con
grua pro forma. & gloſſ. in d. l. ſi quis fundi. loqui
tur in actu in quo non attenduntur verba, ſed vo-
F luntas. Vnde dictum Paul. poſſet procedere in
contractibus qui conſenſu contrahuntur, veluti
in mandato, prout etiam eſt principalis intentio
Alexan. in conſil. cxlvj. in cauſa & lite. in pen. co-
lum. in verſ. v. vbi dicit tales contractus poſſe eti-
am fieri per literas & z pheras: & etiam in tali-
bus contractibus ſatis eſſet, ſi verba inducentia
conſenſum perciperetur ſono tubæ, vt dicit Bal.
in l. falſus. in viij. colũ. C. de fur. per text. in l. La-
beo. in fin. ff. de ſupell. leg. licet Alex. hîc teneat
idem eſſe in ſtipulatione, q eſt falſum, & text. in
d. l.

L. j.
Stipulatio non poteſt.
§. Eadem, an alia.

d.l.Labeo probat cõtrarium, dum præſupponit,
eos qui inarticulata voce vel ſono quodã loquun
4 tur,nõ poſſe dici quòd loquantur.Not.tertiò,† q,
illud non dicitur fieri per ſe,quòd ſit per interpre
tem.& hoc facit ad quæſt.Quãdo princeps com-
mittit ordinario, quòd in tali cauſa per ſe proce-
dat,& iuſtitiam faciat, nunquid cenſeatur ſubla-
tum conſilium ſapientis, quod aliâs ſequi debu-
iſſet ex forma ſtatuti?Et videtur quòd ſic, per iſtũ
A text.ad idem fa.text.in c. in criminalib. v.q.iij.&
ibi Gemi.notat,quòd vbi lex apponit dictionem
*per ſe*,actus non poteſt expediri per alium. & faci
unt notata per Bart. in l.iubemus.C.de erog.mi-
lit.annon.lib.xij.In contrarium fa. quod not.Iaſ.
in l.j in x.colum.ff. de off.eius cui.vbi vult, quòd
ſi princeps in reſcripto dicat,per te cognoſcas,q,
tamen iudex poterit delegare.alleg.Bald. in c.fi.
in ij.col.extra de off.del.Sed iſta deciſio confun-
ditur per hunc text.per ſupradicta:nec Bal.loqui
B tur quando verba ſic concepta ſunt, ſed quando
in reſcripto ſimpliciter dicitur, tu cognoſcas : nã
videtur potius expreſſum quod tacitè inerat.arg.
l.ij.ff.de leg.j.

Not.quartò in tex.ibi,*per verum interpretem*.quòd
5 ad hoc vt ſtipulatio valeat, † vbi eſt difformitas
linguæ,requiritur quòd interpres ſit verus.Et cõ
ſequenter infertur,quòd cùm iſta qualitas requi-
ratur in interprete, quòd debeat probari.per no-
tata per Bal.in c.j.§.ſi inſtrumentum.de notis feu
C dorum.Are.conſil.lxxxiij.quia multa fuerunt.in
pen.colum.vnde niſi probaretur quòd iſte fuiſſet
verus interpres, ſtipulatio non eſſet probata.Fa-
6 cit,† quia illud dicitur verum,non quod in ſe ve-
rum eſt, ſed quod eſt probatum, vt per Archid.
xxx.q.v.iudicantem.& Bal.in c.j.in j.col.de con-
ſtit.Doct. non ponderant iſtum text. & præſup-
ponunt, quòd partes promiſerint ſtare dicto iſti-
us:quod niſi rectè intelligatur, diuinat ad text.
Sed non recedendo à communi ſententia poteſt
D ſic dici: quia aut loquimur quo ad ſtipulationem
in eſſe deducendam,& tali caſu eo ipſo quòd par
tes eligant iſtum interpretem, intelligitur quòd
velint ſtare dicto eius, & oritur obligatio. & ita
loquitur iſte text. Aut loquimur quo ad proban-
dam ſtipulationem in eſſe deductã, quando pars
negat contractum, & iſte caſus non tangitur in
text. & tũc poteſt procedere quod dicunt Doct.
videlicet quòd non probabitur ſtipulatio per ſo-
lum interpretem, niſi partes expreſſè conuene-
E rint ſtare dicto illius, & de iſta conuentione ple-
nè conſtet,vt dicit Raph.Co.& Soc.hîc. Aut non
negatur contractus, ſed dicitur interpretem non
tradidiſſe fideliter ſenſum verborum contrahen-
tibus, & tali caſu mihi videtur quòd debeat ſtari
dicto ipſius interpretis,niſi probaretur contrari-
um.Moueor,quia iſte eſt teſtis in re à ſe geſta quę
ad ſuam vtilitatem non ſpectat, vnde debet illi
ſtari,vt dicit Paul.de Caſt. in l. quicunque.ad fin.
C.de ſer.fug.& in l.ſi debitorem.ff. de noua.Sali.
F in l.ſi quis decurio.in iiij. oppoſ. C. de fal.& Fir-
mi.in repertorio, in verb. teſtes duo regulariter.
Dec.conſ.lvj.& conſ.clix.& licet de illo dicto du
bitent Alex.& Iaſ.in l.nec is.ff.de acq.hęr.tamen
ſine dubio debet procedere quando iſte teſtis fu
it talis,de quo ſemel partes habuerunt fiduciam
eum eligẽdo.arg.l.Theopompus.ff.de dot.præ-
leg.ſi non militet aliqua ſuſpicio contra eum : &
eſt de mente Doct.vt j dicetur. Quatenus ergo
text.requirit verum interpretem, intellige pręſu
mi verum, quando fuit electus à partibus,ſecun-

7 dum ſupradicta.Not. vltimò, † quòd quamuis in
ſtipulatione ſit de forma,quòd partes inuicem ſe
audiant & intelligant, vt probatur s.in prin.l.ta-
men ſatis eſt, ſi iſta intelligentia habeatur per a-
lium,videlicet per interpretem: & ſic videtur p-
bari ex iſto tex.quòd ſufficiat ſi forma adimplea-
tur per æquipollens, quod eſt cõtra communem
regulam latè traditam per Iaſo.in l. j. ff. de lib. &
poſth.per Felin.in c.cum dilecta. de reſcript.Sed
A reſpõde, quòd imò intelligentia inuicem nõ re-
quiritur pro forma : ſed bene verum eſt, quòd in
conſequentiam, ſi lex requirit quòd ſe exaudiãt,
etiam ſubintelligendum eſt,quòd debeant ſe in-
uicem intelligere:& ſic habes ſecundum Moder.
hîc, quòd ſufficit formam, reſpectu eorum, quæ
veniunt in conſequentiam, adimpleri per æqui-
pollens.facit quod not.Bal.in l.vnic.in iij.col.C.
ſi ſeruus extr.vbi dicit,quod vbi contractus defi-
cit in forma conſenſus, qui conſenſus veniat in
B conſequentiam,tunc talis contractus,quamuis à
principio inualidus,poteſt conualeſcere. l. fi. C.
ad Maced.quod non eſſet ſi conſenſus requirere-
tur principaliter, ſecundum eum : tamen poteſt
dici, quod vbi aliquid venit in conſequentiam,
8 non videtur propriè eſſe de forma, † ex quo for-
ma eſt quid principaliter requiſitum quod dat
eſſe rei.l.Romæ. §. Flauius.j. eod. l. Iulianus.§. ſi
quis. ff. ad exhib. & ad prædictam regulam vide
aliam limitationem per Bald.in l.vnic.in iiij.op-
C poſ.C.vt quæ deſunt aduoc.

In j.oppoſ.Bart.de l.decreta. ff. de re iud. dum
ibi interpretatur *verbis latinis*, id eſt, intelligibili-
bus,ſecundum Dyn.& Oldr. Idem etiam tenent
Alex.& communiter Doct.hîc, & fa.ad quæſt.ſta
tuti Lucani, de quo dic vt hîc per Com. & Soc.
Adde quòd iſte intellectus eſt violatiuus, & im-
propriè intelligit literam:vnde Raph.Com.& Ia
cob.de Put.ibi aliter intelligunt illum tex.& ma
9 gis propriè, videlicet, † quòd ita conſtitutum ſit
D à Romanis, vt magiſtratus lingua latina ferrent
ſententias,vt linguam ſuam magis dilatarent, &
redderent magis honorabilem. allegant Valer.
Max.in ij.lib.in tit.de inſtitutis antiquis.Sed iſte
intellectus non placet:quia Valerius loquitur de
priſcis inſtitutis,quæ fuerunt obſeruata à maio-
ribus,& quæ tempore ſuo amplius non ſeruabã-
tur:& fuit tempore Tiberij Imperatoris,& mul-
tò antiquior Tryphonio Iuriſconſulto autore di
ctæ l. decreta.qui fuit ſub Seuero & eius filijs.Prę
E terea Valerius expreſſè dicit,quòd nolebant ma-
giſtratus Romani neque loqui græcè, & tamen
ſententia poteſt ferri verbis græcis.l. iudices. C.
de ſent.Quare tu intellige planiùs:nam ille text.
loquitur in prætoribus, & ſic in magiſtratibus,
qui dicebant ius Romæ. l. Barbarius. ff. de offic.
præt.vnde non eſt mirum ſi debent pronunciare
latinè,vt dicit gl.hîc: in prouincijs enim non di-
cebant ius prætores, ſed proconſules vel præſi-
des,vt not.per Moder.in l.j.ff. de off. eius cui.Po
F teſt tamen ſaluari communis intellectus: quia vt
s.dixi,in prouincijs Romani Imperij tam lingua
latina quam græca erant multum in vſu, & ſic ſi
iudices illo idiomate pronunciabant, ſatis dice-
bantur vti verbis intelligibilibus:hodie verò,vbi
iſta idiomata non ſunt in vſu, non procederet d.
l. iudices.ſed ſeruanda eſſet conſuetudo fori, p-
ut fit Pariſijs, vbi etiam acta ſcribuntur in vulga-
ri ſecundum Paul.Caſtr.in l.ſed ſi pupillus.§. p-
ſcriptum.ff. de inſt. act. & in Burgundia, vt dicit
Iac.de Put.in d. l. decreta. Et iſta procedunt in
ſenten-



10 ſententijs : † in alijs verò actibus ſemper vtẽdum
eſt ea lingua,quæ intelligatur ab his, quibus act9
præiudicare poteſt.d. §. alienationis. in auth. de
non alien.& d.§.proſcriptum. fa. c. oportet. viij.
q.j.& Clem.ne in agro.§. ſanè in ſingulis.de ſtatu
monach. & conſequenter vbi ad aliquem ſcribi-
tur, vtendum eſt lingua intelligibili per eum cui
11 ſcribitur.l.j.in prin.ff. de excuſat.tut. † Vnde li-
bellus qui offertur iudici,non parti,debet offerri
lingua latina,non vulgari, licet pars non intelli-
geret,vt hîc per Imol.Alex.& alios : quia ſatis eſt
quòd intelligatur per aduocatum,vel quemlibet
alium.l.j.§.j.ff.de edend.

Circa ſecundam oppoſ. Bar. collige tres cõclu
12 ſiones,vt hîc per Iaſ.Prima concluſio eſt,† q, in ca
ſu noſtræ l.iſte interpres non eſt teſtis,ſed potius
declarator,ſicut eſt arbiter & agrimenſor. Cõtra
hanc concluſionem tenet Iaſ.& ſequuntur aliqui
Mod.q, imò ſit teſtis:quia quotieſcunq; declara-
tor deponit ſeu declarat id quod ab alio audiuit,
diciturr eſſe teſtis : ſecus ſi ex ſuo iudicio, vt dicit
Bar.in l.Theopompus.ff.de dot.præleg. vnde in
caſu noſtro,cum iſte interpres declaret q, audiuit
à partibus,debet eſſe teſtis.Putò quod Iaſ.nõ be-
ne loquatur,nec rectè perceperit intentionẽ Bar.
hîc:quia oppoſitio quam facit Bar.de d.l.iuſiurã-
dum. C. de teſtib. ita formanda eſt:Sicut in iudi-
cio nõ ſtatur dicto vnius teſtis,d. l. iuſiurandum.
ita nec extra iudicium contrahenda ſtipulatione
debet credi vni interpreti, ex quo poteſt eſſe q,
malè interpretabitur dicta partium. Et reſpõdet
Bar.quod iſte interpres non eſt teſtis: & ratio in-
13 ter hos caſus eſt,† quia teſtis in iudicio debet de-
ponere & pbare veritatem,aliâs reus abſoluitur.
l.qui accuſare.C.de eden. & veritas nõ poteſt p-
bari per vnum : ſed interpres in noſtro caſu ſatis
eſt q, declaret, & ex illa credulitate quam habet
vtraq; pars in illum, contrahitur obligatio. In te-
ſtibus eſt ſecus, ex quo ſemper altera pars cõtra-
dicit.l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.j.eod.Et i-
ta declarando nõ obſtat doctrina Bar.in d.l.Theo
pompus.quia Bar.ibi loquitur de eo qui debet in
iudicio deponere quod audiuit â partibus : ſed
tex.noſter loquitur in eo qui non debet depone-
re in iudicio, ſed ſimpliciter declarare voluntatẽ
partium quo ad ſtipulationem in eſſe deducen-
dam,non quo ad probandum,vt ſuprà dixi:& ſic
ęquiparatio Bar.de agrimenſore & arbitro eſt ve
ra:quia ſicut illi dicunt ſecundum ſuum iudiciũ,
ita iſte interpres declarat partibus verba Græca
ſeu Punica, ſecũdum ſuum iudicium.Et ex dictis
per Bar.hîc infertur limitatio ad dicta per eum in
d.l.Theopompus. quatenus voluit, quòd quãdo
aliquis dicit de re quam audiuit à partibus, q, eſt
teſtis:nam iſtud procedit quando deponit in iu-
dicio : ſecus ſi ſimpliciter diceret apparere ſuum
14 extra iudicium. Et idem videtur dicendum † in
quolibet perito in arte,qui ſi deponat in iudicio,
propriè dicitur teſtis,& debebit iurare.c.propo-
ſuiſti. de probat.gl.in c. pen. in verb.pars.eo.tit.
& fa.tex.in l.hac edictali.§.his illud. C. de ſecun.
nupt.quia deponit de facto,licet etiam reddat ra
tionem per iudicium intellectus. Nec Bal.in d.c.
propoſuiſti.vult contrarium,dum dicit tales pe-
ritos non compræhendi in ſtatuto puniente fal-
ſos teſtes : quia iſtud non eſt : nam non dicuntur
etiam propriè teſtes:ſed quia illa dictio *falſos*,non
verificatur in eis : quamuis enim reperiatur con-
trarium, tamen non conuincuntur de falſo, ex
quo non atteſtantur de veritate, ſed de credulita



te.per not.in l.j.in princ.ff.de vent.inſpic.Iaſo.in L.j.
rub.ff.de iureiur. 15

Secunda concluſio eſt,quòd in iſto textu † ideo Stipula-
creditur ſoli interpreti, quia aſſumptus eſt de vo tio nõ po-
luntate partium. arg. l. Theopompus. ff. de dot. teſt.
præleg.vbi ſtatur dicto vnius de voluntate ipſius
teſtatoris. Aduerte primò circa intellectum. d. l. §.Eadem,
Theopompus. quia intellectus communis nõ vi an alia.
detur poſſe procedere.Primò,quia ſi ille tex.eſſet
A principaliter factus ad decidendum,quòd ſtare-
tur dicto illius electi à teſtatore, illa l. nihil face-
ret ad titulum, quod eſt contra l.Imperatores.ff.
de in diem adiect.Secundò,quia in caſu illius l.vi
detur quòd teſtator expreſſè declarauerit mentẽ
ſuam,quæ erat, vt illa ſecunda filia æqualem por
tionem dotis nomine haberet, ſicut prima: vnde
etiam ſi ille electus nihil dixiſſet,idem erat.

Tertiò, quia ſecundum intellectum Bar.ibi eſt
caſus ſpecialis fauore dotis: quia aliâs non ſtare-
B tur dicto illius electi, tanquam diſpoſitio eſſet ca
ptatoria.prout etiam tenet Alex.vbi alleg.cõcor.
in conſ.liiij. circa id quod quæritur. in ij. volũ.&
tamen tex. ibi non fundat ſe in aliquo ſpeciali fa
uore dotis:imò iſta ſpecialia ſunt euitanda,vt di-
cit gl. in l. filium quem habentem. C. fam. erciſ.
Quartò,quia in concluſione quæſiti expreſsè in-
tellectus dubitat in hoc, videlicet an extra partẽ
hæreditatis eadem ſumma minori filiæ eſſet pſtã
da, non autem an ille electus probet:& illa con-
C cluſio quæſtionis eſt attendenda, ſicut dicimus
in per.c. ex parte. extra de for.cõp.& q, not. Bal.
in l.ſi volũtate.C.de reſcin.vend.† Verus itaq; in- 16
tellectus eſt,quia dubitabatur an dos eſſet danda
huic filiæ minori tanquam prælegata,ſecundum
naturam tituli, & ſic ex communi pecunia omni
um, de bonis vltra partem hæreditatis. Et ratio
dubitandi erat, quia ſatis verificabantur verba te
ſtatoris, ſi dos illi fuiſſet ſtatuta ęqualis doti prio
ris filiæ,licet non de bonis communibus : & po-
D tuiſſet iſta filia minor acceptare dotem, & repu-
diare hæreditatem,ſi voluiſſet:lex tamen decidit
dotem dandam de bonis communibus:quia hoc
modo eſt omnimoda æqualitas cum filia prius
nupta. Et hunc intellectum tenendo, illa verba
in tex. ſciens mentem meam in æqualibus por-
tionib.non ſpecificãt qualis fuiſſet mens ſua: ſed
ſimpliciter atteſtantur illum electum ſcire, nun-
quid mens teſtatoris eſſet,vt ęqualis dos daretur
ſecundæ filiæ.& iſtud etiam melius colligitur ex
E litera Piſana, in qua verba teſtatoris ſcripta ſunt
Græcè.Nec eſt verum quòd diſpoſitio ibi eſſet ca
ptatoria, & propterea lex illa procedat ſpeciali
fauore dotis: quia aliud eſt cõmittere diſpoſitio-
nem in voluntatem tertij, quo caſu diſpoſitio eſt
captatoria.l.captatorias.C.de teſt.milit.aliud cõ
mittere alicui amico tãquam informato de men
te ſua,vt dicit Raph.Com.conſ.cxvij.in ſecundo
dubio:& in hoc ille tex. eſt ſingularis. Secundò
aduerte, quòd iſta concluſio Bar. in caſu ſuo eſt
F vera, ex quo aſſumptus fuit hîc interpres ad de-
clarandum de conſenſu partium, vnde ei ſtatur
reſpectu declarationis. ſecus ſi perhiberet teſti-
monium in iudicio:nam tunc ei ſoli non credere
tur, ex quo non fuit aſſumptus à partibus ad finẽ
teſtificandi. & ita eſt communis opi.quam tenet
Bal.in c.pen.de probat. in c. veniens.de teſt.in l.
pen.C.de teſtam.manum.in l.iudices.C.de ſent.
Raph.Com.& Soci.hîc.Et p hac parte facit,quia
etiam peritis in arte non ſtatur regulariter, ſi ſit
niſi vnus,vt per Abb.Aret.& Moder. in c.propo-

ſuiſti. de prob. niſi ſit electus ad hoc à partibus.l.
ſi irruptione.ff.fi.regun.ſed in noſtro caſu iſte in-
terpres non fuit electus ad hoc vt teſtificaretur,
ergo non debet plenè probare. Limita iſtam con
17 cluſ. vt non procedat † quando iſte interpres eſ-
ſet ſolus in ciuitate qui intelligeret illam linguã:
quia tunc videtur propter neceſsitatem, quòd ſo
lus etiam in iudicio probaret iſtam ſtipulationẽ:
per tex.in §.quod autem.in auth.de non alien.Et
ita poteſt ſaluari dictum Bald. in l. iudices. C. de
ſent. & in c.licet vniuerſis. circa fin.extra de teſt.
de quo per Iaſo.hîc. Et pro iſta limitatione facit,
quia cùm interpres ſit ſolus in ciuitate intelligẽs
illam talem linguam, partes eum eligendo, vidé-
tur elegiſſe non ſolùm quo ad declarationem ſti-
pulationis in eſſe producendæ, ſed etiam quo ad
finem teſtificandi in iudicio ſi ſtipulatio negaret,
ex quo ſciunt partes illam ſtipulationem aliter
non poſſe probari: nec præſumuntur voluiſſe fa-
cere actum eluſorium.l.iij.ff. de teſt.milit. & qui
ſi negaretur, probari non poſſet. arg.l.conficiun-
tur.verſ.quid enim.ff. de iur. codicil. quod nota,
quia eſt pulchra limitatio, ſi eſt vera.

Tertia concluſio, quæ tacitè colligitur ex ver-
18 bis Bar.eſt ſecundum Lud.Rom.Aret.& Iaſo.† q,
partes nõ poſſunt facere quòd credatur dicto ſo-
lius teſtis.pro qua concluſione adducunt Mode.
quia non poteſt fieri per ſtatutum vel conſuetu-
dinem vt credatur ſoli teſti, vt eſt communis opi
nio Canon.in c.ij.de probat. quia talis conſuetu
do eſſet nedum contra ius ciuile & canonicum,
ſed etiam contra ius diuinum. Si non poteſt fieri
per ſtatutum, ergo nec per pactum. iuxta gl.in ru
bri.C.de decret. decur.lib.x. & Doct.in l.non im
poſsibile.ff.de pactis. Adde quòd pro eadem opi
nione facit, quia plures teſtes ad probandum re-
quirũtur, vt falſitas euitetur.l.fin.C.de fideicom-
miſſ.l.hac conſultiſsima. in fin.C.qui teſt.fa.poſſ.
vnde partes non debent poſſe renũciare huic di-
ſpoſitioni legati, ex quo non poſſunt renunciare
neq; falſo pręſumpto, vt eſt tex.in l.tranſigere.C.
de tranſact.ad idem facit gl.in Auth.vt ſine prohi
bitione matres debitrices.§.quia verò.facit quod
not.Alex.in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om.
iud.Secundo pro opinione Bal.facit text.in c.li-
cet vniuerſis. in fi. extra de teſtib. vbi lex expreſ-
sè prohibet in aliquo caſu admitti probationem
per minorem numerum teſtium, quàm per duos:
ſed legi prohibitiuæ non poteſt renunciari.gl.in
rub.C.ne fideiuſſ.dot.dentur.Bal. in c. tranſmiſ-
ſam.de elect.& Doct. in l.Modeſtinus. ff.de don.
Tertiò comprobatur, quia non debet attendi ſo-
la voluntas partium, vt ſtetur dicto vnius teſtis,
ex quo iſtud reſpicit non ſolùm intereſſe partis,
ſed etiam iudicis: quia hoc attinet ad iuris publi-
ci obſeruantiam, & eius intereſt ferre ſentẽtiam
ex legitimis probationibus, vt probatur ex nota
tis per Bar.in l.iiij.§.hoc autem.ff.de dam.infect.
& Aret.in l.vnic.C.vt quæ deſunt aduoc.part.dũ
allegat tex. in authen. de tabellionibus in princ.
19 cum ibi not.Et facit, † quia acta non poſſunt de-
ſtrui etiam de conſenſu partium, niſi iudice con-
ſentiente.l.acta.ff.de re iud.Item facit q, not.Bal.
in extrauag.de pac.Conſtan.in verſ.ſecundũ mo
res. vbi dicit, quòd tabellio non poteſt recipere
dicta teſtium de conſenſu partium, niſi accedẽn-
te etiam iuſſu iudicis: quia eius intereſt.Ad idem
quod not.gl.Ioan.And.Bald. & communiter alij
in c.tuis.extra de teſtibus vbi quamuis poſsit iu-
ramentum remitti de conſenſu partium, tñ iſtud

intelligitur ita demum ꝓcedere, ſi etiam ipſe iu-
dex conſentiat, quicquid ibi dixerit Abbas & Iaſ.
in l. j. ff. de ferijs. Et ex his probatur iſtam opin.
Bar. pluribus rationibus fulciri. Adde quòd ean-
dem opin. etiam tenet gl. in d. l. Theopompus.
prout eam declarat & ſequitur ibi Dynus & Ray.
& gl.in c.veniens.in gl.fin.& in c.licet vniuerſis.
& vtrobiq; Bal.extra de teſtib.And.de Piſis anti-
quus doctor in procem.Inſtit.Bal.in l.vnic.in j.co
A lum.C.de ſent. quæ pro eo quod inter.profer. &
ibi dicit quòd ita tenet gl.vbiq;: & videtur com-
munis ſententia Doct.in d.l.Theopompus.dum
dicunt in d.l.diſpoſitionem eſſe captatoriam, vt
ſ.dixi: nam ſi crederetur plenè huic electo, iſtud
non eſſet verum. Idem etiam firmat And. Sicul.
hîc: quia quòd ad probandum requirantur plu-
res teſtes, fuit introductum pro communi vtilita
te.l.fi.C.ſi cer.peta. ergo partes non debent poſ-
ſe illis renunciare, vt dicit ibi Bald.de quo per A-
B lex.in auth.iubemus.C.de iud.& ſi Mod.hîc con
ſideraſſent iſtas autoritates, non ita de facili di-
xiſſent communem opin. eſſe contra Bar. hîc. Et
hanc partem tenendo de facili poſſet reſponderi
ad allegata in contrarium. Et primò non obſtat
quod notat Bart. in l.fin.ff.de præt. ſtipul. & in l.
iuſiurandum quod ex conuent.in prin.ff.de iure-
iur. vbi Doct. tenent quòd valet pactum de ſtan-
do ſimplici verbo creditoris reſpectu intereſſe, &
eſt communis opinio: quia reſpondetur in d. ca-
C ſu ceſſare prædictas rationes, ex quo poteſt recur
ri ad arbitrium boni viri, vt ibi per eum.Non ob-
ſtat l.fin.C.de fideicomm.quia illa lex non loqui
tur in teſte, ſed in parte cui defertur iuramẽtum,
cuius confeſsioni ſtatur, ſecundum tradita in l.
manifeſtè.ff.de iureiur. Non obſtat l.ſi conuene-
rit. ff. de re iud. quia illa lex ſimpliciter procedit
in his quæ reſpiciunt priuatum fauorem partiũ,
vt ibi per Alex.& Iaſo. Secus videtur in teſte, qui
reſpicit etiam intereſſe iudicis, & obſeruantiam
D iuris publici, ne committatur falſitas.Nec obſtat
† q, dicta teſtium inualida, poſſunt de communi 20
conſenſu partium conualidari, vt per gl.in c.cum
cauſam in fi.extra de teſtib.Bal.in l.fi.in princ.C.
eo.& faciunt notata in c.veniens.eo.tit.& in d.c.
tuis.p Aret. vbi teſtes examinati in iudicio ſum-
mario, faciunt fidem de conſenſu partium in iu-
dicio ordinario: quia reſpondetur, q, in iſto caſu
ceſſant prædictæ rationes, ex quo concurrit legi-
timus numerus teſtium.Nec obſtat l.Theopom-
E pus.quia ibi ille electus non eſt teſtis, nec depo-
ſuit in iudicio, ſecundum Barto.hîc, & Salic.in l.
iuſiurandi.in iij.colum.C.de teſtib. Sed noſtra
quæſtio procedit in iudicio, in quo militant prę-
dictæ rationes.Vnde in caſu d. l. ſi ille fuiſſet ele-
ctus à teſtatore ad perhibendum teſtimonium in
iudicio, puta quia teſtator dixiſſet (volo q, ſi oria-
tur controuerſia inter hæredes meos, iudex ſtet
dicto Polliani amici mei, cuius dictũ habeatur ꝓ
plena probatione) certè talis nõ faceret niſi ſemi
F plenam ꝓbationem, vt declarat ibi Dyn. & Ray.
cũ ſimil.ſupradictis.Et ſic iſta opinio Bart.hîc vi-
detur multum defenſabilis etiam in practica, ꝓ-
pter ꝑdictas autoritates. Contrariam tñ ſententi
am ſequitur Alex.Aret.Iaſ.& cæteri Mod.hîc, te-
nentes † ſtari dicto vnius teſtis, quãdo partes ſe- 21
mel conſenſerunt in eum: quam ſentẽtiam ſe-
quendo, vt etiam tollantur obiecta contraria, po
teris declarare eam aliquibus modis. Prima de-
claratio eſt, † quòd valet pactum partium de ſtan 22
do dicto vnius teſtis in aliquibus caſibus parti-
culari-



cularibus: ſecus ſi generaliter fieret. Non valet e-
tiam ſtatutum, quòd omni caſu ſtetur dicto vni-
us: ſecus ſi diſponeret in aliquibus caſibus parti-
cularibus ex aliqua cauſa, vt dicit Math. in not.
ſuo 51. incipiente, nota quòd conſuetudo. & per
Alex.conſ.cxxxviij. in iij.col.in prin.facit q, not.
Felin.in d.c.ij.de probat. & in c.tuis.in ij. col. de
teſtib.Adde tamen, quòd vbicunq; ſtatutum vult
quòd ſtetur dicto alicuius, intelligitur ſemper,
dũmodo ille ſit maior omni exceptione. per Bal.
in l.directas.C.de teſtam.manu.Alex.conſ.cxiiij.
in ij.col.in iiij.volum.facit gl.in c.ſignificaſti.j.in
verb.ſi ita eſt.de homicid. & quod not. Iaſ.in l. ꝓ
hærede.in iij.col.ff.de acquiren.hæred.vnde ali-
às inferebam ad ſtatutum, volens quòd ſtetur iu-
ramento domini conquerẽtis de re furto ſibi ab-
lata per domicellum.quòd debet intelligi, ſi ali-
às dominus eſt vir fide dignus, & bonæ æſtima-
tionis [a]. Et iſtud etiam facit ad ſtatutum mandãs
q, ſtetur libro mercatoris tam pro ſe, quàm con-
tra ſe: nam intelligitur ſi mercator eſt aliâs fide di
gnus & legalis, vt per Bal. in l.ſi quis ex argenta-
23 rijs.§.j.ff.de eden.Secunda declaratio eſt, † vt iſta
opinio procedat, vt ſtetur dicto vnius, quãdo ſpe
cificatur certa perſona, in qua quælibet partium
habet confidentiam. Secus ſi agatur de perſona
incerta, quia in tali militat maior timor falſitatis.
arg.l.ij.C.de ponder.aur.pub.lib.x.ibi, qui ſua fi-
de atq; induſtria neq; fallat, neq; fallatur.& ita te
net Ang.in l.pactum inter hæredes. in vlt. col. ff.
de pact.per text.in l.conuenire.ff.de pact. dot. i-
dem tenet Aret.Iaſ.& Socin.hîc. Adde quòd con
trarium tenẽt Moder. quia imò in perſona etiam
incerta non eſt timor falſitatis, ex quo poteſt ꝓ-
bari contrarium, vt communiter dicunt Doct. in
d.c.propoſuiſti.& ĩ.dicam. Vnde veriſimile eſt, q,
propter metum magnæ pœnæ ſi detegeretur fal-
ſitas, dicet potius veritatem.arg.not. per Bart.in
d.l.fin.j.de præt.ſtipul.vbi idem dicit in parte, cu
ius iniquitas detegeretur per arbitrium boni vi-
ri.Sed iſta conſideratio non videtur concludens:
quia ad excluſionẽ edicti præſumpti non eſt ſuf-
ficiens præſumptio timoris, quòd contrarium
poſsit probari per teſtes: quia talis probatio cen
ſetur difficilis, vt per Spec.in tit. de libel. conce-
ptione.§.ſi verò.graue enim eſt.facit l.is qui deſti
nauit.ff. de rei vend. Secundò mouentur per do-
ctrinam Bar.in l.ſi merces.in prin.ff. loc. vbi non
valet locatio facta arbitrio incertæ perſonæ, pro-
pter præſumptam diſcordiam partium in eligen
do: vnde ea ceſſante, videretur quòd valeret. Re-
ſponde, q, dictum talis arbitri, ſi eſt doloſum, po-
teſt reduci ad arbitrium boni viri.l.ſi ſocietatem.
§.arbitrorum.ff.eod.tit.q, facilius ſit, quàm pro-
batio per teſtes in contrarium. Tertiò mouentur
alij, quia videretur q, ſtari poſsit dicto incertæ ꝑ-
ſonæ.Nec obſtat q, daretur occaſio delinquendi:
quia iſtud non debet haberi in cõſideratione, ex
quo hæc conuentio directè non eſt ordinata ad
hunc caſum, vt per Bar.in l. ij.§.fin. ff. ſi quis cau.
Alex.conſ.ij.in antepen.col.in j. vol. verſ.nõ ob-
ſtat ſeptimo.Feli.in c.de cætero.extra de ſen.ex-
com.Sed reſponde, q, etiamſi in conſequentiam
inducatur præſumptio delicti, dummodò ſit ve-
riſimilis, adhuc prohibetur actus fieri, & ꝓcedit
d.l.conuenire.vt per Bar. in l.nemo poteſt. in iij.
oppoſ.ff.de leg.j.& in l. damni.§. Sabini.in j.col.
ff.de dam.infe. & ita reſideo cum Ang.& Moder.
Eſt verum q, text.in d. l.ij. non multum facit pro
eis, quia loquitur in eo qui conſtitutus eſt de pu-

a Adde q̃d hoc facit ad ſtatutũ prouinciale, dictans quod ſtetur iuramento damnum paſsi, &c.

blico.Tertia declaratio ſit, † vt quando iſte teſtis 24
depoſuit teſtimonium, iudex debeat pronuncia-
re ſecundum eius dictum: non q, ille faciat plenã
ꝓbationem, ſed quia partes ita cõuenerunt.arg.
d.l.ſi conuenerit.ff.de re iud. & ꝓpterea conclu-
ſio Doct.non procederet in his, in quibus partes
non poſſent ſibi per pactum vel confeſsionem ꝑ-
iudicare, vt not. in c. tuis. extra de teſt. Videntur
enim partes confiteri ea, quæ dicuntur per illum
A teſtem in quem conſenſerunt; arg. gl. in auth. vt
diffe.iudi.in verb. conuentum.& ex ea confeſsio
ne fertur ſententia, non q, teſtis de ſe plenè pro-
bet: quia plena probatio recipit declarationem à
iure publico, non autem à voluntate partium, vt
apparet ex diffinitione tradita per Abb. in rub.
extra de probat. vnde confeſsio propriè non eſt
probatio, vt ibi communiter dicunt Canoniſt.&
facit tex.in c.forus.in verb.probatio.de verb.ſig.
ibi, *probatio teſtibus conſtat*. & ſic in numero plurali.
B fa.quod not.Alex.hîc, dum dicit, q, non poteſt fie
ri conſenſu partium, vt ſcriptura priuata ſit publi
cum documentum [b], & tamen poteſt fieri vt illi
ſtetur: inter quos caſus eſt magna differentia, li-
cet Moder.non aduertant, & inconſultè reprę̃hẽ
dant Alex.Et iſta inueſtigatio poteſt eſſe vtilis ad
ſtatuta inducentia aliquid in caſu, quo quis fue-
rit conuictus per plenam probationem factam
per teſtes. † Quarta declaratio colligitur ex not. 25
per Bal.in l.in bonæ fidei.in pen.col.C.ſi cer.per.
C quem ſequitur Alex. & Iaſ.hic, & Iaſo.in repet.l.
admonendi.in xxj.char. ff.de iureiur.vbi dicunt,
q, communis opinio procedit, quãdo partes ex-
preſsè promiſerunt ſtare dicto ipſius teſtis: ſecus
ſi ſimpliciter approbauerunt perſonam: quia li-
cet non poſsit amplius reprobare niſi ex cauſa ſu
perueniente.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.gl.in §.
& licet.verb.ſupplicijs.in auth. de teſti.tamen ta
lis non faceret niſi ſemiplenam ꝓbationem. Sed
dubium eſt, † quando partes promiſerunt ſtare 26
D dicto tertij, nunquid poſsit probari contrarium?
Et Bald.in d.l.in bonę fidei.præſupponit q, non,
dum dicit, quod vbi talis teſtis eſt confidatus v-
triq; parti, quòd non licet eius dictum infringe-
re.Puto q, veritas ſit in contrarium: ſicut videm9
q, vbi lex in aliqua materia ſtatuit ſtari dicto vni-
us, tamẽ poteſt probari contrarium, vt dicit Bal.
& Salic.in l.j.per illum tex.C. de re iud.& eſt cõ-
munis concluſio Canoniſt. in c. propoſuiſti. ex-
tra de proba.& valet argumentum de diſpoſitiõ-
E ne legis, ad diſpoſitionem contrahentium.l.non
impoſsibile.ff. de pac. Confirmatur per id quod
not.Bar.in l. ſi conuenerit. de re iud. vbi ſi partes
conueniunt ſtare ſententiæ ferendæ per talem
confidatũ partiũ, nihilominus poterit appellari.

Confirmatur etiam per id quod not. Abb. in
conſ.lj.in primo vol. vbi ſi teſtator mandat quòd
circa talem negociationẽ ſtetur libris certi mer-
catoris tantùm, poterit tamen probari contrari-
um: & taxatiua videtur appoſita non vt excludat
F contrariam probationem, ſed vt oſtendat dictis
libris debere credi, etiam in caſibus vbi aliàs non
crederetur.Limitatur hoc vt non procedat, quan
do partes expreſſè egerint quòd non poſsit pro-
bari contrarium: nam valeret talis conuentio, vt
pręſupponit Abb.in d.conſil.lj.& Doct.hîc, dum
præſupponunt iſtud pactum valere propter in-
dubitatam fidem, quæ habetur in eum, in quem
conſentiunt. & ita reſpondent ad gl.in d. §. quia
verò.in authen. vt ſine prohib. & in iſto caſu po-
teſt intelligi deciſio Bald. in d. l. in bonæ fidei.

Lj. Stipulatio nõ poteſt. §.Eadem, an alia.

b Adde qu[...] ſtud facit [...] tutum c[...] meræ Aqu[...] ctans quod non poſsit exponi cl[...] niſi debitum probetur inſtrumento pu blico: nam non haberet locum in ſcriptura priuata, cui de con ſenſu partium deberet ſtari. per not.hic.

Adde quòd videretur iſtud non procedere, vbi i-
ſte teſtis enormiter læderet: ſicut videmus, quòd
ſi pars promittat ſtare dicto arbitratoris, & renū-
ciat reductioni ad arbitrium boni viri, & quibus-
libet defenſionibus, etiam cum iuramento, tamē
tale pactum non valeret quando enormiter quis
læderetur, vt eſt communis concluſio Doct. in c.
quintauallis. de iureiur. Et eſt ratio, quia tale pa-
ctum ſi valeret, de facili induceret aliquē ad de-
linquendum: ideo tanquā inutile in tali caſu de-
bet reijci. l. cōuenire. ff. de pact. dot. quod not. ad
doctr. Bar. in l. ſi. de pręt. ſtip. de qua per Alex. cōſ.
27 liiij. in ij. vol. Quinta declaratio eſt, vt † ſicut par-
tes poſſunt conuenire ꝙ ſtetur dicto vnius certi
teſtis, ita etiam poſſunt conuenire ꝙ ſtetur ſcri-
pturæ priuatæ, vt dicit Bald. in l. de quibus. in iij.
col. ff. de legib. cum cōcord. per Alex. hîc, & Can.
in c. cùm P. tabellio. de fid. inſtr. & per Iaſ. in rep.
d. l. admonendi. in xij. char. & per Alex. cōſ. cxiij.
in iiij. vol. Confirmo iſtam opin. per ea quæ not.
Bar. Bal. Aret. & Mod. in auth. ſi quis in aliquo. C.
de eden. vbi concludunt, ꝙ quamuis exemplum
nihil plus probet quam ſcriptura priuata, tamen
ſi ſit factum de conſenſu partium, faciet plenam
28 ꝓbationem. † Nec obſtant fundamenta Soci. hîc
contrarium tenentis, dum dicit ꝙ nō eſt bonum
argumentum de ſcriptura ad teſtem: quia nos vi-
demus ꝙ teſtis de ſe facit ſemiplenam ꝓbationē,
& ſcriptura priuata non: nam reſpondetur vt ſ. di
xi, ꝙ teſtis non plenè probat ex ſe, ſed ex conſen
ſu partium: quia partes videntur confiteri ea, quę
ille teſtis dicet eſſe vera. arg. d. gl. in auth. vt diffe.
iud. in prin. Iſtud eſt in ſcriptura priuata: quia per
conuentionem prius factam videntur partes con
fiteri de eius veritate, vnde ꝓbat, licet ex ſe non
probaret: ſicut videmus in ſimili de ſchedula ap-
probata à teſtatore in teſtamēto, de qua per Bart.
in l. ſi ita ſcripſero. ſ. de cond. & demōſt. vnde me
ritò dicit hîc Alex. ꝙ talis ſcriptura non valebit
vt publicum inſtrumētum, licet probet propter
conuentionem partium. quod eſt vtile ad ſtatuta
concedentia executionem publicis documētis.
29 † Secundò non obſtat aliud argumentum, dum
dicit Soci. in teſte requiri iuramentum, quod nō
eſt in ſcriptura priuata: & faciliùs quis committe
ret falſum, ſi non iurabit. Nam reſpondeo, quòd
partes conſentientes ſtare ſcripturæ priuatæ, vi-
dentur remittere iuramentum, quod poſſunt. c.
tuis. extra de teſt. Item in teſte in quem conſenſe
rint partes, non requiritur iuramentū, vt per Bar.
30 in l. Lucius. in fi. ff. de fideiuſſ. † In quæſt. Bart. qñ
notarius conficiat inſtrumentum contractus fa-
cti inter theutonicos, habenda eſt conſideratio
circa tria principaliter. Secundò aduertendū eſt
dum dicit, ꝙ debet prius conficere inſtrumētum
qualiter interpres fuit electus de voluntate par-
tium: nam in iſto caſu erit difficultas: quia nota-
rius non debet conficere inſtrumentum, niſi de
eo, de quo fuit rogatus per partes, & quod ipſe
intellexit per viſum & auditum, vt eſt gl. in auth.
de inſtr. caut. & fid. §. ſi verò moriantur. Sed ad
hanc difficultatem tollēdam Io. de Imol. & Aret.
31 hîc ponunt duo remedia. † Primum eſt, ſi duo in-
terpretes adhibeantur: quia poterit vnus teſtifi-
cari de alio, & vnus corroborabit dictum alterius.
per l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Tamen
aduerte, quia iſta opinio in puncto iuris eſt ſatis
periculoſa, ex quo iſti interpretes ſunt ſingula-
res, vnde non debet illis credi. arg. d. l. iuriſiuran
di. in practica tamen non putarem recedendum
ab eorum opinione, tum quia iſta ſingularitas nō
eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, per not. ꝑ Bal.
Iaſ. & Socin. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. &
poſth. tum etiam, quia poteſt iudex ſi inducatur
in credulitatem, adhibere fidem etiam teſtibus
ſingularibus, vt dicit Paul. de Caſtr. in d. l. admo-
nendi. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. ſequi-
tur conſulendo Soc. conſ. cclxij. in cauſa magnifi
ci. in antepen. col. Idem videtur dicendum in ca-
A ſu noſtro, in notario, qui veriſimiliter debet cre-
dere iſtis interpretibus, licet ſingularibus. facit
in ſimili quod not. Bal. in c. j. §. ſi inſtrumentum.
de notis feud. vbi ſi requiruntur duo teſtes pares
curiæ, ſatis eſt quòd vnus atteſtetur de alio. ad i-
dem gl. not. ij. q. vij. c. quærendum. vbi vnus te-
ſtis atteſtatur de probitate alterius inuicem, &
creditur, licet ſint ſingulares. Secundum remedi
um eſt, quando eſſet niſi vnus interpres, quòd fa-
ciat ſe eligi prius in interpretem, deinde decla-
B ret notario: quia notarius debebit illius dicto ſta
re, ex quo eſt electus de conſenſu partium. Sed
circa hoc eſt difficultas: quia vt dicit Soc. ex quo
illi adhibetur fides, quia inter pares debet prius
conſtare notario de qualitate, per quam fides illi
adhibetur. arg. not. per Bart. in l. diuus. ff. de teſt.
milit. & quæ not. in l. non erit. §. dato. ff. de iure-
iur. & ſic debebit prius notarius ſcire ꝙ ſit inter-
pres. Reſponde ex mēte Alex. & Doct. hîc, quòd
ſatis eſt ſi notarius iſtud percipiat per nutus &
C ſigna: ex quo enim videt partes præſentes, & fa-
cientes illum interpretari dicta ſua, ſatis decla-
rant voluntatem ſuam quòd eum elegerint in in-
terpretem: quia voluntas non tam verbis quàm
factis declaratur. l. repræhendenda. C. de inſt. &
ſubſt. & de hoc ſtabitur inſtrumento notarij. arg.
not. per Bar. in l. j. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fi-
ſca. lib. x. & iſtud poteſt procedere in primo exē-
plo ſ. dicto, & maximè eſt verum in iſto actu ex-
traiudiciali. arg. d. l. Theopompus. vt ſ. dixi.
D † Secundò principaliter aduertēdum eſt, dum 32
Bar. dicit, ꝙ ſi notarius ipſe intelligeret theutoni
cos, tunc ſtaretur dicto ipſius ſolius. arg. l. ſi quis
decurio. C. de fal. Adde ꝙ contra hanc concluſio-
nem facit, quia tex. in d. l. ſi quis decurio. quate-
nus vult ꝙ credatur ſoli notario, habet tantūmo-
do locum quando inſtrumentum in ſe habet o-
mnia requiſita, & tantum dubitatur nūquid ſcri-
ptum fuerit per talem notariū: nam quo ad hæc,
creditur ſoli notario, vt dicit ibi Bar. & Bald. non
E aūt vbi dubitatur de veritate negocij principa-
lis, prout eſt in caſu noſtro. Item in contrarium
facit, quia notarius non poteſt habere duplex of
ficium, & ſic eſſe interpres, & eſſe notarius: ſicut
non poteſt eſſe teſtis & notarius. l. Domitius. vbi
Bartol. ff. de teſtam. & quod not. Bart. in l. ex ſen-
tētia. ff. de teſtam. tutel. Ad idem facit quod not.
Bald. in l. iubemus. per illum text. C. de lib. cau-
ſa. Innoc. & Bald. in c. quoniam contra. extra de
probat. vbi dicunt, quòd non creditur notario di
F centi, quod talis ſit confeſſus aliquid coram ſe. I-
tem in contrarium facit, quia concurrerent duo
ſpecialia in perſona iſtius notarij: vnum, ꝙ crede
retur ſoli notario, quod eſt cōtra not. in d. c. quo-
niam contra. aliud, ꝙ vnus interpres ſufficeret,
contra regulam de qua in dicto §. quod autem. in
auth. de non alie. Et iſta quæ dicuntur de nota-
rio, habent locum etiam in iudice. d. c. quoniam
contra. Non puto recedendum ab opinione Bar.
qui dicit veritatem in caſu ſuo, videlicet in nota-
rio cauſæ ſeu banchi, cui ſoli creditur quando eſt



electus à iudice ad examinationem teſtium in ſe-
creto, vt dicit Bald. in l. iuriſiurandi. in fi. C. de te-
ſtib. Abb. in dicto c. quoniam cōtra. in x. col. verſ.
ad vnum tamen notabile. & idem debemus dice
re in iſto caſu, quando iudex ipſe vnà cum nota-
rio examinat talem teſtē, quia ſtabitur interpreta
tioni iudicis intelligentis tale idioma, ex quo ad
iudicem ſpectat examinare teſtes, & eſt officium
ſuum. auth. apud eloquentiſsimum. C. de fide
inſtr. & creditur ſoli dicto cuiuslibet in officio ſi-
bi de publico iniuncto. c. cum parati. extra de ap-
pell. c. ad audientiam. de præſcr. Bar. in extrauag.
ad reprimendum. in verb. nuncium. in fi. nec tex.
in d. c. quoniam contra. loquitur in tali caſu quā-
do iudex ſolus intelligens examinat teſtem vnà
cum notario. & iſtam opi. tenent hîc mod. & pla
cet, licet Romā. Aret. & Iaſon hîc diſſentiāt in iu-
dice. per tex. in d. c. quoniam cōtra. & quod not.
Bar. in l. ne in arbitris. C. de arbit. Sed limitatur
regula dictorum iurium reſpectu examinationis
teſtium: nec poteſt aſsignari in iſto caſu ratio dif
ferentiæ, cur magis credatur notario actorū quā
iudici: & iſtud tanto magis procederet in terris
vbi viget ſtatutum guarentigiæ, & vbi ſunt iudi-
ces chartularij: quia tūc poteſt iudex fungi vtro-
que officio tam iudicis quam notarij, declarādo
tamen vt per Barto. in l. iubemus. in vlt. col. C. de
ſac. ſan. eccl. Tertiò principaliter aduerte, in quā
33 tum Bar. dicit, † ꝙ ſi iudex vel notarius neſciret
interpretari, conſilium eſt, quòd adhibeat duos
interpretes, vel vnum, ſi vnus tantum in loco re-
periatur. Pro eius declaratione videndi ſunt duo
articuli. Primus eſt circa perſonas, vbi admittun-
tur periti, quales eſſe debeant, & quibus magis
credatur. Secundus eſt circa numerum perſona-
rum, videlicet quot eſſe debeant. Circa primum,
34 † quando periti in arte teſtificantur, videretur ꝙ
non ſufficiat eſſe aliquo modo inſtructos de illo
negocio, ſed neceſſarium eſſet, quòd eſſent magi
ſtri in illa arte: aliàs eorum dicto non ſtaretur. ita
probatur in d. §. quod autem. ibi, *duobus inſignibus
mechanicis*. idem tenet Spe. in tit. de fruct. & inter-
eſſe. §. viſo. circa fin. & ſequitur conſulendo Aret.
in conſil. lxxxiij. in pen. col. vbi reprobat quendā
teſtem molendinarium, qui depoſuerat molendi
num eſſe bene inſtructum: nam licet haberet ali-
quam intelligentiam de hoc, vtpote molendina
rius, tamen non habebat veram & perfectam in-
telligentiam, ex quo non erat magiſter ædifican-
di. Ad idem facit quod not. Bal. in l. ſeptimo men
ſe. in tertia lectura. ff. de ſtatu hom. & Angel. in l.
qui luminibus. ff. de ſerui. vbi dicunt regulariter
requiri duos de peritioribus. Sed in contrarium
facit quod conſuluit Alex. conſil. xv. in vlt. colū.
in prin. refert & ſequitur Iaſ. in l. ij. in fin. ff. quod
quiſq; iuris. vbi ad cognoſcendum, nunquid vul-
nus ſit mortale, ſatis eſt quod adhibeantur medi
ci in talibus experti, quamuis non ſint doctores
nec magiſtri in tali profeſsione arg. l. j. §. ne autē.
C. de communi ſer. manumiſſ. & iſtud puto veri-
us. nec Bald. & Angel. dicunt contrarium: quia
bene faciet iudex ſi adhibeat duos ex peritiori-
bus: ſed tamen poterit adhibere etiam non tam
peritos, & iſtud multum eſt arbitrarium iudici:
35 † & ille qui ter ſe bene geſſerit in diſputatione il
lius artis, exiſtimabitur peritus, vt dicit Bar. in l.
vni. C. de athle. lib. x. Sed conſequenter quæritur,
36 † quid ſi iſti periti ſunt diſcordes inter ſe, quibus
magis fides ſit adhibenda. Puto hoc multū conſi
ſtere in arbitrio iudicantis: ſicut etiam dicimus
de teſtib. l. iij. §. tu magis. ff. de teſtibus, qui incli-
nabit in eam partem, in qua concordat maior nu-
merus. l. j. §. j. & §. ſi omnes vel plures. ff. de vētre
inſpic. niſi ille numerus maior eſſet imperitorum,
ſecūdum Spec. in tit. de homic. poſt prin. in ver.
de facto quæritur. Data verò paritate numeri, ma
gis credet veriſimiliora deponentibus, vt dicit
Bal. in c. j. in iij. col. quibus modis feud. amit. &
veriſimilius exiſtimabit quod dicūt illi qui ſunt
A famoſiores in arte. l. pen. C. de cond. indeb. vel
qui meliora ſtipendia de publico conſequuntur.
l. ij. C. de offic. magiſtri off. vel etiam qui ſunt ſe-
niores in illa arte. arg. not. in l. cum quid. ff. ſi cer.
pet. & in c. clerici. de iud. & ita intelligendum eſt
quod not. Bal. in prima conſt. ff. veteris, & Alex.
hîc in ij. not. dum dicit, in dubio, vbi diſcordant,
ſtari peritioribus: nam difficultas eſt maxima in
diſcernendo peritiores: & plerunq; videmus in-
doctos vulgò haberi ꝓ doctioribus, vt dicit Quin
B tilianus in j. lib. inſtitutionis oratoriæ, & fa. text.
in c. pen. in fi. de pœnit. diſtin. v. Vbi verò ceſſant
ſupradicta, & omnimoda eſt æqualitas, pronun-
ciandum erit pro reo, ſicut dicimus in teſtib. arg.
gl. in c. clerici. lxxxj. diſtin. & per Moder. hîc. Cir
alternatiua, habet in ſe tacitam cõditionẽ. d. l. iij.
vt ſi vnus nõ detur, alius detur, & tam in vna quã
in altera nemo eſt in obligatione præcisè, ſed
omnes, prout fingũt, ſunt in obligatione ſub cõ-
ditione tacita, ſi alius nõ detur, vt ĩ. dicã. Nec ob-
ſtat d. l. ſi duo. qa nõ admittit illũ intellectũ quẽ
E dant Doct. communiter, vt ĩ dicam: ſequendo
tamen communem opin. habes primam limita-
22 tionem ad d. regulã. † Secundò oppo. quia ſi do-
minus Pamphili ſtipulatur ſibi Stichum aut Pam
philum dari, non tenet obligatio reſpectu Pam-
phili, nec poterit ſolui, dato quòd interim exe-
at de dominio ſtipulatoris: et tamen ſecus eſt
ſi quis ſtipuletur hominem in genere. l. qui de-
cem. §. Stichum aut Pamphilum. ff. de ſolut. &
iſte tex. videtur de directo contrarius textui in
F l. Mæuius. §. duorum. in fin. ff. de leg. ij. vbi text.
vult, quod imò etiam in obligatione generis
Pamphilus non poterit ſolui. Doctor. commu-
niter in dictis iuribus reſpondent, quòd text.
in d. §. Stichum. procedit de æquitate, alter de
rigore: quæ reſponſio nihil valet, quia præſup-
ponit vnam legem corrigi per aliam, vt dicit gl.
in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public.
Dubitaui quandoque ne textus in d. §. Stichum.
eſſet corruptus vitio ſcriptorum: quia illa ver-
ba, vi quidem ipſa, non multum congruunt

[a] Adde tex. in l. non ignorans. C. de don.

ad ſenſum Iuriſconſulti: ſed pro nunc, non re- L. 2.
cedendo à communi litera, dic quòd in caſu d. §. Stipula-
Stichum. differentia eſt inter promiſsionem al- tionum
ternatiuam, vel hominis in genere: quia in alter- quædam.
natiua, ſi tu promittas mihi Stichum aut Pam- §. Et harũ.
philum, non valet ſtipulatio in Pamphilo, quia
nemo poteſt rem ſuam ſtipulari ſibi dari. l. nemo
rem. l. exiſtimo. ĩ. eod. vnde iſte qui ita ſtipulat̃,
videtur ſtipulari purè, & ſic ſibi dari ſolũ Stichũ,
A vnde conſideratur tempus contractus. ſed in ſti-
pulatione generis nõ videtur ſtipulator habuiſſe
affectionem magis ad vnum quàm ad alium, nec
plus de vna ſpecie egiſſe quàm de alia, vnde po-
terit ſibi ſolui ſeruus, quia aliàs fuiſſet in domi-
nio ipſius ſtipulatoris: quia ſtipulans hominem
in genere, videtur cõſideraſſe tempus ſolutionis,
ex quo tunc incipit certificari per electionem de-
bitoris. Vel poteſt quis ſtipulari rem ſuam ſibi da
ri caſu quo amplius ſua non ſit. d. l. exiſtimo. &
B hoc eſt quod dicit text. loquens de alternatiuis,
in d. l. ſi duo. ĩ. eod. ibi, *quia vtraque res ad obligationem
ponitur, non ad ſolutionem*: in alternatiua enim vide-
tur habitus reſpectus etiam ad tempus cõtractus
ſeu obligationis: ſed in ſtipulatione generis eſt
ſecus. Nec per hoc ſequitur, vt dicũt Docto. quòd
magis in alternatiua vtrũque ſit in obligatione,
quàm in ſtipulatione generis ſingula corpora in
genere conſiderata. Nec huic declarationi obſtat
text. in d. §. duorum. quia text. ibi dicit, nõ poſſe
C eundem hominẽ ſolui duobus promiſſorib. ho-
minis in genere ex cauſa lucratiua: & ratio eſt, qa
duæ cauſæ lucratiuæ nõ poſſunt ſimul concurre-
re: & ibi dicitur. Tex. verò in d. §. Stichum. nõ lo-
quitur in tali caſu. ſed quãdo obſtat regula, quod
quis rem ſuam ſibi dari ſtipulari non poteſt, quo
diſtinguitur, vt ibi. & ſic habes ſecundum limita.
ad d. not. † Tertiò oppo. de l. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipu- 23
latus. cum ſeq. ff. de pactis. vbi pactum de non pe-
tẽdo ſuper vna ex rebus alternatiuè debitis. por-
D rigitur ad aliam: ſed interpoſitũ ſuper vna re præ-
cedente obligatione in genere, nõ porrigitur ad
aliam rem. Reſponde, quòd in alternatiuis ne-
mo eſt in obligatione præcisè, vt s̃. dixi: vnde, ſi
paciſcar de non petendo Stichum, tale pactum
trahitur ad aliam partem alternatiuæ, quia aliàs
ſi poſſem petere illam partem, ſequeretur quòd
deberetur præcisè: nec intentio paciſcentium
fuit facere de obligatione alternatiua obligatio-
nem præciſam, vnde in tali caſu pactum de non
E petendo idem operatur, quod ipſa ſolutio vnius
ſpeciei. Sed in obligatione in genere aliud eſt:
quia quamuis non poſsim petere Stichum, po-
tero tamen petere alios homines in genere, nec
per hoc obligatio redditur præciſa. Et conſequẽ-
ter infero, quòd ſi tu deberes mihi tres ſpecies al-
ternatiuè, puta Stichum, aut Pamphilum aut Sẽ-
pronium, ſi paciſcerer de non petendo Sticho,
tale pactum non extingueret debitum de alijs
ſpeciebus, quia tunc idem eſſet quod in obliga-
F tione generis nec in tali caſu pactum de non pe-
tendo æquiparatur ſolutioni vel acceptilationi.
& ſic habetis tertiam fallentiam. † Quartò op- 24
po. nam vna ex rebus alternatiuè debitis oblata,
poſt eius interitum debitor ipſo iure liberatur.
l. ſtipulatus ſum Damam. ĩ. eo. & tamen in obli-
gatione generis vno oblato non liberatur de-
bitor ipſo iure, ſed ope exceptionis. l. huiuſmo-
di. §. ſi cui homo. ff. de leg. j. Bartol. & commu-
niter Doctor. in d. l. ſtipulatus ſum Damam. di-
cunt non eſſe differentiam inter iſtos caſus, niſi

quando promiſſor rei debitę alternatiuè, reſer-
uauit ſibi expreſsè electionem per futurum ſub-
iunctiui, ita quòd non poteſt amplius variare: &
in tali caſu per oblationem liberatur ipſo iure,
aliàs ſtat firma regula: & ſic liberabitur promiſ-
ſor tantummodò ope exceptionis in alijs ca-
ſibus, ſiue obligatio ſit alternatiua, ſiue generis.
Iſta ſolut. cauillat text. in d. l. ſtipulatus ſum
Damam. quia ibi nihil dicitur quod iſta reſerua-
tio eſſet facta per futurum ſubiunctiui: vnde ma-
gis placet ſolutio Raph. in d. §. ſi cui homo. quod
imò ſemper iſte offerens liberetur ipſo iure,
tam in obligatione alternatiua, quàm generis:
& text. in d. §. ſi cui homo. loquitur de exceptio-
ne intentionis & facti, non iuris. Tenendo ta-
men communem intellectum ad d. l. ſtipula-
tus. haberes quartam differentiam ſeu limitatio-
25 nem ad iſtam regulam. † Quintò opponitur,
quia acceptilatio interpoſita ſuper parte rei al-
ternatiuè promiſſę, trahitur ad partem alterius.
l. ſi hominem. ff. de accept. & tamen acceptila-
tio ſuper parte rei promiſſæ in genere non valet,
vt declarat Aretin. in d. §. ſi tamen hominem. ĩ.
ead. l. vnde ex hoc colligeretur quinta limitatio.
Sed quicquid dicat Aret. quantum ſit ad hoc,
non videtur differentia de vna obligatione ad
aliam, vnde ſtandum eſt regulæ: & contra Aret.
26 tenet Iaſ. in d. § ſi tamen. & ibi dicam. † Sex-
tò opponitur, de l. ſi non ſortem. §. fin. ff. de cond.
indeb. vbi ſi ſoluatur pars rei alternatiuè debitæ,
non competit repetitio incontinenti, & tamen
ſecus videtur in obligatione in genere, per iſtum
text. & ſic haberes ſextam fallentiam, ſecundum
Iaſ. hîc in gl. in verb. reperi. in fin. & ibi dicam
poſt alios, quia opinio Iaſ. videtur contra iſtum
text. Alia notabilia ex iſto text. videre per
moder.

In gl. in verb. & harum. In prima parte iſta
gloſſa colligit etiam ex tex. quòd quædam facta
ſunt diuidua, & enumerat aliquos caſus. Sed
aduerte, quia iſta ſolutio ad text. licet teneatur
per Bart. & alios, non videtur vera: quia cum
Iuriſconſul. hîc procedat diſtinguendo per viam
regulæ, non eſt veriſimile quòd conſiderauerit
iſtos caſus ſpeciales. arg. l. iiij. in ij. reſponſ. ff.
de fideicommiſſ. liber. Nec eſt veriſimile quòd
habuerit reſpectum ad caſus ſpeciales quando
facta ſunt diuidua, & non ad caſus ſpeciales,
quando obligatio dandi eſt indiuidua, prout
ſuprà enumeraui plures caſus: vnde puto verius,
quòd Iuriſconſultus in iſto §. vſque ad §. item ſi in
facto. nõ loquaẽ niſi de ſtipulationib. dandi. & in
§. itẽ ſi in facto. vſq; ad §. ſi. loquaẽ in obligationi-
bus faciẽdi: q; apparet ex verbis tex. nã vſq; ad d.
§. itẽ ſi in facto. ſemper vtiẽ verbo dandi. Nec ob-
ſtat ratio gl. & Bart. dũ dicũt, q; Iuriſcõſult⁹ vten-
do iſtis verbis, & harũ omniũ, &c. videtur prę ſup-
ponere, q; aliqua ſint facta diuidua: qa reſpõdeo,
q; debẽt ſingula ſingulis cõgruè adaptari, prout
in ſimili dicit gl. in §. quiſquis in auth. quib. mod.
nat. effi. legi. & ſic, cũ primò dixerit ſtipulationũ
alias eſſe in dãdo, alias in faciẽdo, ſubdẽdo, & ha-
rũ omniũ, intellige, ſtipulationũ quæ ſunt in dã-
do: qa aliam partẽ diuiſionis proſequitur in §. itẽ
27 ſi in facto. † Pro quo facit illa dictio, *item*, quę
arguit dependentiã à pręcedẽtibus, in re tamẽ di-
uerſa, per text. in §. itẽ lapilli. vbi gl. Inſtit. de rer.
diuiſ. & Bart. in l. in recipiẽdis. ff. de legatis tertio.
28 Ex ſecunda parte gl. not. † quòd ſtipulatio
operarum eſt diuidua, per text. l. in ſtipulationi-
bus. §. operarum. in fin. ĩ. eo. Solutiones gloſ. cõ-
muniter nõ tenẽtur: ſed Doct. diſtinguunt, quòd
ſtipulatio operarum numero diuiditur, ſed vna
opera eſt indiuidua. Aduerte primò circa primã
concluſionem: quia non videtur verum, quòd
operæ poſsint diuidi numero, nec eſſet differen-
tia inter vnam operam & plures: nam vna opera,
ſecundum Doct. eſt indiuidua, quia non poteſt
qui tenetur hodie ad vnam operam, mihi ſeruire
A hodie per medium diem, & cras per alium mediũ
diem, ex quo vna opera vnius diei eſt diuerſa ab
opera alterius diei, ſecundũ diſpoſitionẽ corpo
rũ, vt dicit text. in l. ſi non ſortẽ. §. liber. ff. de cõd.
inde. Certè iſta ratio militat etiam in pluribus
operis. Pone, quòd tu mihi promiſeris trigin-
ta operas, incipiendo ab hodie vſq; ad finem: cer-
tè iſta promiſsio debet eadem ratione dici indi-
uidua: & cõſequenter, ſi ſoluas quindecim, dein-
de, mora medij temporis facta, facias alias quin-
B decim, nõ deberes eſſe liberatus. Præterea cõtra
cõmunem opin. etiam adduco text. l. j. §. vſuſ-
fructus. in fi. ff. ad l. Falcid. vbi legatis ſerui operis
nõ fit diuiſio, neq; per numerũ, quia pars operæ
intelligi nõ poteſt. & ille tex. videẽ vrgere cõtra
cõmunem: qa ſi operæ eſſent diuiduæ per nume-
rũ, in caſu illius §. hæres deberet retinere quartã
partẽ operarũ, per l. Falcid. & tamẽ tex. dicit con
trariũ: quia imò debẽt reduci ad æſtimationẽ, ſi-
cut de alijs rebus in totũ indiuiduis. Secundò ad
C uerte ad aliã cõcluſionẽ, dũ dicũt, q; vna opera eſt
indiuidua: qa in cõtrariũ vrget tex. alleg in gloſ.
d. §. operarũ. ibi neceſſe eſt vtriq; dominorũ par-
tem operę petere, intelligere illum text. prout fa-
cit Bar. l. ſtipulationes non diuid. in ix. oppo. &
Doct. hîc, et ibi communiter, vt intelligamus
partem operę, id eſt, partem æſtimationis operę,
eſt expreſſa violentia quæ fit ad illum tex. Imò
videtur, quòd hæc expoſitio ſit contra literam,
dum ſubdit, *Solutio autem eſt expeditiſsima, ſed æſtimatio-*
D *nem operæ*, & c. Nam per illam dictionem, *autem*,
oſtenditur, quòd in verſ. pręcedenti Iuriſconſul-
tus non loquitur de petitione æſtimationis
operæ, ex quo illa dictio ſtat aduerſatiuè, l. hoc
amplius. §. de his autem. ff. de dam. infe. nec Iure-
conſul. ibi loquitur de promiſsione operę, cui ſit
ſtatuta dies, & conſequenter lapſa die quandò
opera eſt præterita, quo caſu ſuccedit obligatio
ad æſtimationem, d. l. ſi quando. ſed loquitur à
principio, quando promiſſa eſt operá in genere,
E quę adhuc non eſt pręterita. Quid tenendum?
Non recedendo à communibus, adhæreo prædi-
ctis concluſionibus: & pro reſolutione cõtrario-
rum fac primam concluſionem, † Vt ſtipulatio 26
vnius operæ ſit regulariter indiuidua, d. l. liber-
tus. d. l. iij. & d. l. ſtipulationes non diuid. cum ſi-
mil. Fallit primò, quando opera iam eſt debita, &
lapſus eſt dies, quo debuit fieri: quia tunc debe-
tur æſtimatio, quæ eſt diuidua, d. l. ſi quando. ff.
de oper. lib. & d. l. ſtipulationes. verſ. Celſus. Fal-
F lit ſecundò, quo ad commoditatem: vnde ſi duo,
quibus debeatur opera, concordent, quòd debi-
tor præſtet illam operam in aliqua re communi
eodem tempore, dicetur diuiſa opera reſpectu
commoditatis, d. §. operarum. in vltimis verbis.
Fallit tertiò, quo ad liberationem conſequen-
dam volente creditore: vnde ſi tu debeas mihi
operam, & ſim contentus, quòd hodie opere-
ris vſque ad dimidium diem, & cras etiam ad
dimidium, eris liberatus: non tamen per hoc,
quòd opera cenſeatur diuiſa, vel quòd cenſearis
mihi



mihi ſoluiſſe operam debitã, ſed potius quia ſol-
uens aliud pro alio volente creditore liberatur,
l. ij. §. j. ff. ſi cert. pet. & ita eſt de mente Bar. in d. l.
ſtipulationes, in ix. oppoſ. Fallit quartò, quando
tacitè vſq; à principio videtur actum, quòd poſ-
ſit ſolui dimidia opera: veluti ſi libertus duobus
patronis, vel ſeruo communi duorum domino-
rum vnam operam promiſerit, cùm iſta opera ſit
præſtanda ex commodo patronorum, l. quotiẽs.
A in fin. ff. de oper. liber. videtur actum, quòd quili-
bet poſsit petere partem operæ, ex quo vna non
poteſt inſolidum præſtari duobus. Ita intelligo
text. d. §. operarũ. & iſte intellectus eſt de mente
gl. hîc. Nec obſt. fundamentũ Bart. quòd etiam
volente creditore opera non põt diuidi: pro quo
facit tex. d. l. libertus. ibi nec promitti, nec ſolui,
nec peti, nec deberi opera pro parte põt, quia re-
ſpõdeo, quòd opera eſt diurnũ officiũ, & iſtud
B nomẽ habet à iure: quia aliàs opera eſt nomẽ val-
de generale: ſed quantum ſit in iure, habet ſtatu-
tos ac certos fines, d. l. iij. de oper. lib. vnde non
poſſunt contrahentes eos alterare, vel diuidere.
& ita procedit d. l. libertus. Sed ſi cõtrahentes à
principio tacitè, vel expreſsè, agãt, q; opera debi-
ta poſsit ſolui pro parte valet cõuentio, & pote-
rit pro parte peti, & pro parte ſolui: ſed nõ diceẽ
per hoc diuiſa opera, quia quãtũ ſit ad debitorẽ,
erit integra opera, quoniã tenebiẽ operari ꝑ inte
grũ diem: ſed reſpectu creditorũ erit diuidua, ꝓ-
C pter cõmoditatẽ. Vnde in caſu d. §. operarũ. dũ di
cit text. quòd neceſſe erit vtriq; dominorũ partẽ
operæ petere, nõ intellige, quòd vnus poſsit pe-
tere, vt libetus tali die operetur ſibi vſq; ad ſex
horas, alter aliã die: ſed debebũt conuenire, qua
die ſibi velint præſtari operã. & libertus opera-
bitur per dimidiũ temporis in agro vnius, & per
dimidium in agro alterius fa. l. hæ operę. §. patro
ni. ff. de oper. liber.
30 Secunda concluſio ſit, † quòd ſtipulatio plu-
D rium operarum eſt diuidua numero, d. §. opera-
rum in princi. d. l. libertus. in fin. & facit, quia re-
gulariter ſtipulatio continens plura facta, eſt di-
uidua reſpectu ſingulorum factorum, vt dicit hîc
Alexan. Fallit primò in caſu d. l. j. §. ſi vſufru-
ctus. vbi legatis operis ſerui, hæres non deducit
Falcidiam in ipſis operis, vt de ſingulis quibuſ-
que quatuor operis hæres ſibi retineat vnam,
ſed recipit æſtimationem, ſicut fit in legatis pe-
nitus indiuiduis. Ratio eſt, quia à principio in-
E certum eſt, quantus futurus ſit numerus ipſa-
rum operarum, vnde non poterunt diuidi nume
ro. Nec debuit compelli hæres ad expectan-
dum tempus, quo certificarentur: quia hæres
non cogiẽ expectare. ſed poteſt incõtinenti reci-
pere Falc. ſuã, l. j. in princ. in verſu, dum ita detur
legatum & l. hęreditatum. ff. ad & Falcid. & fa. l. li
nea. eo. tit. vbi Falcidia reſecat ipſo iure, & incõ-
tinenti quæritur ius hęredi. & ita intelligo illum
tex. Cogita tamẽ, quia nec iſta ſolutio caret diffi-
cultate. Fall. ſecundò, quãdo eſſet ſtatuta certa
F dies iſtis operis: nam tunc nõ fit diuiſio, quia vi-
dẽtur pręcisè cõſiderati dies ex quo differt ope-
ra facta in vna die, ab opera facta in alia, d. l. ſi nõ
ſortem. §. libertus. Sed tamen aduertendũ eſt ad
iſtã limitationẽ: quia iſta ratio nõ infert, q; ideo
operæ ſint indiuiduæ, quia vna diſtat ab alia: ſed
bene infert, ſi opera non ſit facta in die ſtatuta, q;
amplius præſtari non poſsit, quia non præſtareẽ
eadem: & iſtud puto verius.
Gl. in verb. *præſtationem*. Declara glo. quomodo
ſtipulatio dandi dicatur diuidua. Et in quantum L. 1. Stipulationum quædam. §. Et harũ.
ſubaudit ad tex. vt talis obligatio recipiat præ-
ſtationem partis volente creditore, per text l. tu-
tor. §. Lucius. ff. de vſur. dic, quòd iſta ſubauditio
non eſt neceſſaria, vt ſ̃. dixi in primo not. Sed hîc
contingit dubitari, † quæ ſit ratio, quòd obliga-
tio dandi ſit diuidua. & Alber. de Roſ. & Paul.
Caſtr. hîc dicunt, quòd ratio eſt, quia dare, eſt do-
minium transferre, §. ſic itaque. Inſtit. de act. do-
A minium autem recipit diuiſionẽ, quia dominus
dicitur etiam, qui pro parte dominus eſt, l. j. §. do
mini. ff. ad Syll. l. pupillus. §. fi. ĩ. de verb. ſign. Sed
Bart. in l. ſtipulationes non diui. in viij. oppoſ. vi
detur ſentire aliter, videlicet q; obligatio dãdi eſt
diuidua: quia ſi quis dedit partem, liberatur pro
illa parte, ex quo ceſſat inconueniens §. pro par-
te. quia poterit debitor compelli ad ſoluendum
aliam partem præcisè, q; non eſt in obligatione
B facti. l. ſi ſeruum. §. fi. ĩ. eo. Sed cõntra iſtam ratio-
nem Bar. facit: quia ſequeretur, q; in caſib. in qui-
bus in obligatione dandi fit condemnatio ad in-
tereſſe, putà in contractib. innominatis, iuxta l.
naturalis. §. j. ff. de præſcr. verb. talis obligatio eſ-
ſet indiuidua, q; eſt contra generalitatem noſtri
text. Puto, vtranq; rationem eſſe veram: & ratio
Alb. de Roſ. cõcludit, q; obligatio dandi eſt diui-
dua contractu & petitione: ratio Bar. concludit,
quòd eſt etiam diuidua ſolutione: & ſic puto v-
tranq; eſſe iungendam. Nec obſtat arg. d. l. natu-
C ralis. quia poteſt dici, quòd in contractibus inno
minatis, licet ſuccedat obligatio ad intereſſe, i-
ſtud procedit, quando nulla pars ſpeciei promiſ-
ſæ datur: alioquin ſi pars ſit data, deberet poſſe
cogi debitor ad ſoluendum aliam partem in ea-
dem ſpecie, vt euitetur illud inconueniens. &
pro hoc facit quod not. Aretin. §. ſequent. j. col.
dum vult poſt Paul. de Caſtr. quòd, vbi ſoluens
partem ſpeciei non haberet facultatem varian-
di, putà quia liberetur reſpectu partis ſolutæ, co-
D gitur ſoluere aliam partem in eadem ſpecie, quia
videtur vſque à principio illam elegiſſe. Potes e-
tiam dicere, quòd inuitus creditor non cogetur
in tali caſu accipere intereſſe, ex quo competit
ſibi condictio ob cauſam, ad repetendum data,
d. §. j. & l. j. ff. de rer. permutat. & in quantum gl.
dicit, quòd iſta obligatio diuiditur inter hære-
des, per legem XII. tabularum, pro hæreditarijs
portionibus, l. j. C. ſi cert. pet. & l. ij. C. vt actio
ab hæred. cum ſimil. ex hoc primò infertur, † 32
E Quòd ſi vnus ex hæredibus creditoris exigat par
tem ſuam à debitore, qui poſtea efficiatur non
ſoluendo, non tenebitur conferre illam partem
cum ſuis cohæredibus: quia ſibi imputent, qui
fuerunt negligentes, cùm facta ſit diuiſio per le-
gem, vt in text. in l. final. C. depoſ. Secundò
infertur, Quòd, † ſi vnus ex hæredibus debito- 33
ris efficiatur non ſoluendo, alij cohæredes non
poterunt conueniri pro portione illius, l. lega-
torum. ff. de legat. ij. Angel. conſil. ccxxx. in ij.
F dubio. Iſtud tamẽ limitatur non procedere in
foro canonico, per tex. in c. tua. vbi Hoſtienſ. ex
tra de vſu. Vnde vno hærede nõ exiſtẽte ſoluẽdo
tenebiẽ alijs exonerare cõſcientiam defuncti. &
ita tenet Pet. de Anch. in regula, peccatũ. in pen.
char. de reg. iur. in vj. refert & ſequiẽ Aret. Cõtra-
riũ tenent mode. hîc, quia iſti cohæredes non te-
nentur vltra portiones hæreditarias, nec obliga-
tione ciuili, nec naturali: ergo non tenẽtur in fo-
ro conſcientiæ, vt not. Innoc. & Canoniſtæ in ca.
quia pleriq; de immu. eccleſ. ſeu tamẽ in practica

a Adde q̃ idem forte eſſet pendente die: item etiam quando eſſet cõſultum creditori aliquo remedio, puta actione hypothecaria contra tertios bonorũ poſſeſſores, in quos pars illius hæredis qui poſtea effect⁹ fuit non ſoluendo, eſt alienata.

non puto recedendum ab opin. Hoſtieñ. & An-
ch. quæ videtur magis communis, & ſatis poteſt
probari in d. c. tua. vbi filij ſunt ad reſtituendum
vſuras cogendi, ſicut parantes, ſi viuerent: & ſic
lex obligat iſtos hæredes, licet non reſpiciat ad
portiones hæreditarias, vt declarat Anchar. in d.
regula, peccatũ. Et iſtud intellige ſanè, vt proce-
dat fauore ſpeciali, pro exonerando conſcientiã
ipſius defuncti: vnde quãdo cõſcientia non exo-
neraretur, ſecus eſſet, puta in vſurario, qui non
mandauit vſuras reſtitui: nam talis incontinenti
eſt damnatus, nec eſt ſperandum, de ſalute ſua.
c. quia in omnibus extra de vſur. Idem eſſet in eo
qui pendente cõditione debiti moreretur: nam
quamuis non ſoluatur integrè creditori per hæ-
redem, ipſe non erit in aliquo periculo ſalutis æ-
ternæ, ex quo non fuit vnquam in mora[a]. Item
iſtud intellige,† vt tñ hæredes non teneantur vl-
34 tra vires hæreditarias, vt eſt tex. in c. in literis. de
rap. ibi, *iuxta facultates ſuas condignè ſatisfaciat*. Et p
iſta opin. comuni etiam facit, quia regulariter tẽ-
netur hæres ad exonerandam cõſcientiam de-
functi. c. fin. de ſepul. cap. à vobis. ij. de ſent. ex-
cõ. Abb. & Doct. in c. ij. de præſcript. licet de iure
ciuili nõ teneretur, niſi quatenus ad eum perue-
niſſet ex delicto eius. l. j. C. ne ex delic. defun.
Tertiò infertur, quòd, cum lex XII. tab. diuidat
obligationem dandi in hæredes ſequitur q̃ hæ-
redes non repræſentent perſonã defuncti, niſi ꝓ
rata reſpectu portionũ hæreditariarũ, in cæteris
verò habeantur pro extraneis. l. cũ à matre. C. de
rei vend. gl. in l. ij. in fin. in gl. mag. ff. de præt. ſti-
pula. Et propterea dicit Bart. in l. cõtinuus. §. fin.
j. eo. quòd ratio, cur in obligationibus dãdi quis
nõ poſsit vni ex hæredib. acquirere, ſecus in ob-
ligationib. faciendi, eſt iſta: quia cùm obligatio
diuidatur per legem XII. tabul. non poteſt ali-
quis in totũ per ſtipulationem acquirere vni ex
hęredibus: quia ſequeretur quòd extraneo acqui
reret, cùm vnus ex hęredibus, præterq̃ reſpectu
portiõis hęreditarię, reputet̃ ꝓ extraneo. Quar-
tò infert̃, quia cùm lex XII. tab. diuidat obliga-
tionem dandi tam actiuè quàm paſsiuè, ſequitur
quòd obligatio qua tenebatur defunctus, ea-
dem ſit cum illa, qua tenentur hęredes: quia aliàs
nõ diceret̃ lex diuiſiſſe, ſed nouã induxiſſe. Cyn.
& Salic. in l. pacto ſucceſſorũ. C. de pact. dicunt
quòd nõ eſt eadẽ verè, ſed fictè: non enim poteſt
eſſe eadẽ verè, quia obligatio ita inhęret oſsibus,
q̃ nõ poteſt ſeparari. gl. in l. quis ergo. ff. de pe-
cu. Contrariũ & melius tenet Bal. in auth. defun
cto. in ij. col. C. ad Tertul. quæ opi. probat̃ in iſto
text. dum dicitur iſtam obligationem recipere
diuiſionem partium: q̃ intelligit gl. in perſona
hæredum pro rata: & ſic text. loquitur de eadem
obligatione: & iſtud eſt de mente Bart. & Doct.
hîc, & in d. l. continuus. §. fin. iſtud tamen limita-
tur, quando contrahens fecit expreſſam mentio-
nem hæredis: quia ex illo contractu videtur ac-
quiſita hæredi noua obligatio, non autem trans-
fuſa, vt dicit Imo. in d. §. fi. Eſt ſubtilis quæſtio, de
qua dicam in §. Cato. in vj. q. Bar. j. eod.
35 In gl. j. verſ. viam † Nunquid qui ſtipulatur viã,
dicat̃ ſtipulari ius vel factum? Debent iuuenes ꝓ
intelligentia terminorũ ſcire, quòd quãdo aliq̃s
debet dare rem corporalem, eam dando media-
te traditione liberatur. l. traditionib. C. de pact.
Sed quando quis debet dare aliquod ius, puta
viam vel iter, per ſimplicem cõſtitutionẽ ſerui-
tutis non liberatur, niſi accedat patientia: quia
debitor cõſtituat ſeruitutem, & patiatur credito-
rẽ ea vti: quia cũ traditio non poſsit procedere in
rebus incorporalibus, eius loco ſucceſſit patiẽ-
tia, vt eſt text. in l. quotiens. vlt. ff. de ſeruit. & de-
clarat Aret. in l. quod meo. in quæſtionib. Bart.
ff. de acq. poſſeſſ. In propoſito ergo, ſi tu debe-
res mihi viam, ante præſtitam patientiam nõ di-
cereris eſſe liberatus, nec dicereris dediſſe viam,
& conſequenter non competeret creditori ali-
A qua actio realis, ſed perſonalis tantùm, per quam
compellereris ad cõſtituendum viam, & ad prę-
ſtandum vſum ſeu patientiam: & iſta actio non
præſcriberetur, niſi longiſsimo tempore. l. ſi par-
tem. ff. quemad. ſeru. amit. licet aliæ actiones quę
cõpeterent, ſeruiture iam conſtituta, tollerentur
decem vel viginti annis, vt not. in leg. corruptio
nem. C. de vſufr. Et ſic pro intelligentia ſciendũ
eſt † debitorem viæ teneri ad duplicem patien-
tiam. Prima eſt, vt quando conſtituitur via, non 36
B dicatur perfectè conſtituta, niſi vbi debitor per-
miſit creditori, vt vteretur ſeruitute ſaltem per
vnicum actum: nam tunc dicetur plenè conſti-
tuta. d. l. quotiens. Idem ſi permiſit vt faceret præ
ambula ad talem vſum: verbi gratia, ſi cum debe-
res mihi ſeruitutem ducendæ aquæ de fonte tuo
in fontem meũ, ſi præſtitiſti patientiam facien-
di riuum ſeu cauum, per quod aquam ducerem,
diceris conſtituiſſe ſeruitutem. d. l. ſi partem. in
princip. quem text. ad hoc not. Aret. in d. l. quod
C meo. licet aquã deinde non duxerim. Si ergo ali-
quis debitor ſeruitutis ex ſtipulatu non conſti-
tuat ſeruitutẽ, vel cõſtituat inducendo me in fun
dum, ſed non patiendo me vti, non dicetur tran-
ſtuliſſe ius aliquod, quia non tradidit, vnde agã
contra eum actione ex ſtipulatu, ex quo promi-
ſit mihi ſeruitutem, & non dedit: quia non dici-
tur dediſſe, nec aliquod ius reale tranſtuliſſe, niſi
ſaltem ſecuto iſto primo vſu, vt declarat hîc Paul.
Caſt. & fa. tex. in l. iii. §. reddita. ff. commod. & in
D l. Iulianus. §. qui fundum. j. eodem. Secunda pa-
tientia eſt, quæ debetur vbi ſeruitus iam eſt con-
ſtituta & ius tranſlatum: puta, cùm deberes mi-
hi viam ex ſtipulatu, conſtituiſti eam & permiſi-
ſti me vti, certè per hos actus trãſlatum eſt ius in
me: deinde me turbas, & non pateris amplius
quòd vtar, quomodo mihi ſuccurretur? Et cla-
rum eſt in tali caſu, ſi me turbas, quia neges ſerui-
tutem mihi competere, potero agere confeſſo-
ria actione. §. æquè. Inſtit. de actionibus. & pote-
E ro cogere te vt caueas, nè in futurum moleſter.
l. harũ. & l. egi. ff. ſi ſeru. vend. quæ remedia cõpe-
tũt etiã cõtra quẽlibet extraneũ turbantẽ. l. ſi q̃s
diutur. ff. ſi ſeru. vẽd. Si verò me ſimpliciter tur-
bas, quia aſſeris etiã te poſsidere, cõpetit interdi
ctũ *vti poßidetis*. d. l. quotiẽs. & ibi gl. Sed nunq̃d
potero agere ex ſtipulatu, quãdo ꝓmiſſor qui iã
cõſtituit, me turbat, nec præſtat patientiã? Et in
iſto caſu ſtat quæſtio Dd. hîc: quia ubi ius à prin-
cipio fuit in me tranſlatũ per conſtitutionẽ vię
F & primã patientiã, videt̃ quòd ꝓmiſſor fuerit li-
berat⁹ ab illa ſtipulatiõe: & reſolutio hui⁹ diffi
cultatis pẽdet ex veritate queſtionis tactę hîc ꝑ
Doct. Iſtis ſic pręmiſſis dicit gl. † quòd, qui pro- 37
mittit viã, dicitur promittere factũ, quia tenetur
præſtare patientiã. Et iſta gl. poteſt habere du-
plicẽ intellectũ. † Primò, vt intelligat̃ de patiẽtia 38
quę requiritur ad hoc vt trãsferatur ius, & ſic de
prima patiẽtia. & ita eã declarat Aret. Secũdò, vt
intelligat̃ de ea quę requirit̃ ex pòſt facto, vbi ius
iã fuit tranſlatũ. & ita intelligit Socin. & alij mo-
der.



der. ſed Bart. & Doct. antiqui ſi bene videantur,
intelligunt de vtraque: & ita etiam intelligit
Bart. in l. ſi vſufructus mihi in bienniũ. ff. de vſuf.
leg. In propoſita igitur quæſtione cõcludit Bart.
poſt gl. & eſt cõmunis opinio, vt dicunt mod. q̃
ille, q̃ ſtipulat̃ viã, dicit̃ ſtipulari dationẽ & factũ:
tenebit̃ enim promiſſor ad cõſtituendũ ius, & ſic
ad dandum: item ad pręſtandã continuam pati-
entiam, & ſic ad factum. & pro hac concluſione
A allegatur primò tex. in l. iij. §. dare. ff. de vſufr. de
quo j. dicam. & facit l. fin. iuncta gl. ff. commun.
præd. in verbo, *dare, facere*. Secundò allegatur tex.
in l. qui vſum fructum. §. fi. ff. de vſuf. vbi debitor
vſusfructus cõdemnat̃ ad intereſſe, ergo eſt obli-
gatus ad factũ. d. l. ſi ſtipulationes. verſ. Celſus.
Tertiò adducitur, quia pro vſufructu datur actio
incerti, & etiã pro alijs ſeruitutibus. l. vbi autẽ. §.
fundi. j. eod. l. ſed ſi me putẽ. §. fin. ff. de cond. in-
deb. & l. loci. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruit. vend. allegata
B hîc in gloſ. ergo non eſt obligatio dandi, quæ eſt
certa. d. l. vbi autem. in prin. Quartò adducitur,
quia in legatis hæres damnatus vendere vel
locare, tenetur actione ex teſtamento ad patien-
tiam. l. ſi hęres teſtamento. ff. de actio. emp. Idem
eſt in contractibus. l. ex conducto. & l. ſi quis do-
mum. ff. loca. Ergo idem debemus dicere in pro-
miſſore ſeruitutis, qui debet teneri ad patientiã,
actione ex eo contractu.. Quintò pro iſta opini-
one videtur tex. quẽ allegat hîc Rom. & moder.
C in l. ratio. §. ſi iter. ff. de act. empt. vbi debitor ſer-
uitutis nõ liberatur tradẽdo, ſed cõpellit̃ actione
ex contractu ad cauendum de præſtanda patien-
tia. † Sed his nõ obſtantibus, puto contrariã opi-
39 nionem eſſe veriorẽ, videlicet quòd promit-
tens ſeruitutẽ dicatur ſimpliciter obligatus ad
dandum: & licet teneatur præſtare patientiam,
quæ ſuccedit loco traditionis, tamen iſtud venit
in conſequentiam: vnde factum quod inducitur
propter dationem, cenſetur tanq̃ datio. l. natu-
D ralis. §. & ſi quidem. ff. de præſcri. verb. & conſe-
quenter non poterit agi ex ſtipulatu contra tur-
bantem & non patientem frui ſeruitute cõſtitu-
ta. & iſtam. opin. tenuit Petr. Dyn. Ray. Alb. de
Roſ. Chriſtoph. de Caſtill. Raphael. Com Pet. de
Beſu. Iacob. de Put. Paul. de Caſtr. Aret. & mo-
derniores Taurinenſes hîc. Idem tenet Bart. ſibi
contrarius in repetitione l. ſi is qui pro emptore.
in iij. quæſt. principali, circa med. ff. de vſucapi.
& idem ſentit in l. ſtipulationes non diuid. in iiij.
E quæſt. principali. & idem tenet Iacob. Pet. Cyn.
Albe. de Roſ. in d. l. emptionem. & in d. l. vbi au-
tem. §. fin. j. eod. & ſi enumeremus iſtas autorita-
tes, redditur dubium quæ ſit magis cõmunis. Et
omittendo leuia, pro iſta parte inducitur primò
40 efficax ratio: † nam idem operatur præſtatio pa-
tientiæ in incorporalib. quòd traditio in corpo-
ralibus. d. l. quotiens. vlt. de ſerui. & l. ſed ſi ego.
§. j. ff. de public. ſed traditio non facit quòd obli-
gatio dandi per hoc dicatur eſſe facti. d. l. vbi au-
F tem. §. fin. & gl. in l. certi condictio. in princ. in
verb. certũ. ff. ſi cer. pet. ergo idem dicendum eſt
de patiẽtia. Nec placet ſi diceres ex mente Soci.
hîc, quòd arg. procederet de illa prima patientia,
quæ requirit̃ ad hoc vt dicatur quis habere ius in
ſeruitute cõſtituta, nõ autẽ de patiẽtia quę requi
ritur poſt ius quæſitum: quia iſta reſpõſio eſt cõ-
tra gl. hîc, & etiam cõtra Bar. dum allegat d. §. da-
re. qui tex. ꝓpriè loquit̃ de patiẽtia, quæ requirit̃
41 in ipſa ſeruitute cõſtituenda, vt j. dicã. † Secundò
pro iſta parte vrget text. in l. j. in fin. ff. de ſeruit.
ruſt. pręd. vbi patientia præſtatur officio iudicis, L. 2. Stipulationum quædam. §. Et harũ.
ergo venit in conſequentiam, non autem tanq̃
debeat̃ ex ſtipulatione. Nec reſponſio Bar. hîc
ſatisfacit, dum dicit q̃ tex. loquit̃ quãdo ſeruitus
iam eſt cõſtituta, & agitur cõfeſſoria, & ſic actio-
ne reali. Nam iſta reſpõſio primò eſt cõtra gene-
ralitatẽ illius l. quę loquit̃, quotieſcunq; agatur
ad ſeruitutẽ, & ſic ſiue reali, ſiue perſonali: & in-
diſtinctè vult, q̃ traditio et patientia veniant of-
A ficio iudicis. Et quòd loquatur etiã, quando agi-
tur actione perſonali, vt ſeruitus cõſtituat̃, ſuadẽ-
tur hoc primò per verbũ, *traditio*: nam ſi iam eſſet
cõſtituta, non amplius erat facienda traditio. Et
licet Alex. Iaſ. & Soci. reſpõdeãt, q̃ poteſt intelli-
gi de traditione tuenda ſeruitutis iam cõſtitutæ,
per l. ſi ego. §. j. ff. de public. tamẽ iſta reſpõſio ca-
uillat tex. qui expreſsè vult, q̃ officiũ iudicis in-
ducit̃ à traditione: & ſic vt traditio fiat, datur of-
ficiũ iudicis: ſecus eſt in d. §. j. vbi text. dicit quòd
B traditio defendat̃, non autem inducatur. Et aliæ
reſponſiones Soci. etiam plus reſtringunt text.
Item ſuadetur alia ratione: nam in actionibus
realibus reſtitutio fit officio iudicis mercenario
deſeruiente actioni intentatæ. l. officium. & l. nõ
ſolum. vbi Bart. ff. de rei vend. Bar. & Doct. in l.
naturaliter. §. nihil commune. in v. lect. ff. de acq.
poſſ. In perſonalibus verò traditio fit officio iu-
dicis nobili. l. ſi intra. vbi Bart. & Doct. ff. de re
iud. Vnde dum text. in d. l. j. dicat competere of-
C ficium iudicis, in dubio intelligemus de nobili.
l. j. ff. de iuriſ. om. iud. & facit regula l. j. ff. ſi ager
vect. vel emphyt. & ſic tex. intelligetur quando
agitur actione perſonali. † Tertiò principaliter 42
contra Bart. adducitur: quia ſi obligatus ad ſerui-
tutem reſpectu patientiæ teneretur ad factum,
ex natura obligationis ſequeretur, quòd, ſi de-
beres mihi ſeruitutem, morte tua extingueretur
obligatio, quatenus cõcernit factũ, & deberetur
noua ſeruitus per hæredem, non autẽ eadem. l. ſi
D nõ ſortem. §. libertus. ff. de cond. ind. & per Bart.
in §. Cato. in vj. q. j. eod. & tamen iſtud eſt falſum.
l. penul. ff. de ſeruit. leg. † Quartò & fortius dicõ 43
contra Bart. vrgere text. in d. §. dare. licet Doct.
dicant ibi eſſe caſum pro Bar. Probo quòd eſt to-
tum contrarium. Ibi dicitur, quòd dare intelligi-
tur, qui patitur legatarium frui: & ſic appellatio-
ne dationis ibi venit patientia. aut ergo volumus
dicere, quòd patientia requiratur principaliter?
& iſtud eſt impoſsibile: quia factum conſidera-
E tum principaliter, eſt quid diuerſiſsimum à da-
tione. §. ſic itaque. Inſtit. de act. Neceſſarium ergo
eſt dicere, quod veniat illa patientia in contra-
ctum acceſſoria dationi: nam tunc dare etiam di-
citur, qui principaliter dat, licet in conſequenti-
am veniat aliquod factum. l. quod ſeruus. ff. de
cond. & dem. & dixi ſ. in prin. huius l. † Quintò 44
inducitur iſte text. tenendo quod vſq; ad §. item
ſi in facto. Iuriſc. tantum loquatur in ſtipulatio-
nibus in quibus vertatur datio, prout ſ. tenui: &
F faciunt omnia iura dicentia, quòd promiſſor ſer-
uitutis tenetur dare. l. ſi vnus ex ſocijs. §. final. ff.
de ſeruit. ruſt. præd. l. cùm vſusfructus. ff. quem-
ad. vſufru. amitt. Nam aliter Iuriſconſultus eſſet
diminutus, ſi in tali obligatione etiam eſſet fa-
ctum. Et tenendo hanc opinionem gloſſ. & Bar.
poteſt reſponderi ad fundamenta inducta in
contrarium. Et primò non obſtat d. §. dare. in
d. l. iij. quia vt ſuprà dixi. probatur ibi opinio cõ-
traria, ſi bene ponderetur, ex quo illa patien-
tia venit in conſequentiam, ſicut traditio re-

rum corporalium in conſequentiã dationis: vn-
de ſicut ſi debeo dare Stichum, eum dando & tra
dendo liberor, ita debens viã liberat̃ conſtituen-
do & permittendo primò eũ vti: nec reperitur iu
re cautũ ꝙ iſte promiſſor non dicat̃ trãſferre ple-
num ius, niſi ſemper pręſtet patientiã: & propriè
tex.in d.§.dare.loquitur de iſta prima patientia,
vt etiã declarat Paul.de Caſt. & ita etiã intelligit̃
tex.in l.fi.ff.cõm.pręd. Nec opi.Soc. hic eſt vera.
dum conatur ꝓbare, ꝙ imò d.§.dare. loquitur de
patientia, quæ debet præſtari poſt conſtitutam
ſeruitutem, ex quo ſecundum eum, quia vſusfru-
ctus cohæret fundo, per ſolam cõſtitutionem &
inductionem in fundũ, ſine aliqua patientia trãſ-
fertur ius in vſufructuariũ l.naturaliter.in princ.
ff.de acquir.poſ.ſicut per traditionem rei corpo-
ralis transfertur ius feudi.c.j. de conſue.recti feu
di.Nam iſta opin.Socin. latè reprobatur ex nota
tis per Aret. in l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſſ.
Et ratio eſt in promptu: nam poſſeſsio naturalis
ipſius fundi ex ſola inductione in fundum tranſ-
fertur in uſumfructuarium.d. l. naturaliter. quia
eſt corporalis: ſed quaſi poſſeſsio ipſius iuris v-
tendi, fruendi non transfertur, niſi concurrente
etiam patientia.d. l. quotiẽs. quę propriè loquit̃
in ſeruitutib.realibus & cohęrentib.fundo: ſicut
in ſimili non acquiritur poſſeſsio iuriſdictionis
per ſolam inductionem in territorium, niſi incœ
perit quisvti iuriſdictione, vt per Bar.& Dd.in d.
l.iij.in prin.ff.de acq.poſſ. quicquid dixerit Soc.
hic.Non obſt.ſecundò.d.l.qui vſumfructum.§.fi.
quia ibi petebatur vſusfructus peremptus. † I-
45 demque eſt in vſufructu præteriti temporis: quia
talis amplius præſtari non poteſt, ex quo ſi fue-
rit præſtitus, non erit ille met, ſed nouus uſusfru-
ctus.l.ſi uſusfructus mihi infra biennium.ff.de v-
ſufru.leg.vnde in ſimilibus caſibus deuenitur ad
intereſſe: ſicut etiam videmus in cæteris obliga-
tionibus dandi, in quibus ſi res ampliùs præ-
ſtari non poſsit, fit condemnatio ad intereſſe. d.
l.ſi ſeruum.§.fin.cum gloſ. Et hoc eſt quod dicit
tex.in d.l.qui vſumfructum.ibi, *aliud dici non poſſe*,
& in d. l. ſi vſufructus mihi. ibi, *peti quidem vſusfru-
ctus*. nam ſi vſusfructus eſſet facti, illa ratio non eſ
ſet bona: quia etiam quòd præſtari res poſſet, tñ
ſuccederet obligatio ad intereſſe.d. l. ſtipul.non
diuid.verſ.Celſus. Non obſtat tertiò, quòd in v-
ſufructu detur actio incerti, d.§. fundi. & d. l. ſed
ſi me putem.§.fin.quia ad hoc reſpondet Aret. &
alij, quòd vſusfructus eſt incertus non ex natura
obligationis, ſed ex natura rei quæ venit in con-
tractu, videlicet ratione præſtationis & tempo-
ris, vt declarat Bar.in l.certi condictio.in prin. in
v.col.ff.ſi cert.pet.Alex.& alij in d.§.fundi. & eſt
communis opin.quicquid dicat Socin. hic. Et e-
tiam poteſt dici incerta talis promiſsio, qa in ſe
continet illud, ꝙ non eſt in rerum natura. & pro
hoc facit ꝙ not.Bar.in d.l.ſtipulationes.in x.op-
po.in verſ.quartam rationem, &c. Et ſic tollitur
aliud fundamentum Socini hic.Non obſtat quar
46 tò, † quòd obligatus ex teſtamento ad dandum
teneatur etiam ad patientiam.d.l.ſi hæres. nam
reſpondeo quòd contrarium eſt verius. l. in nu-
merationibus.§.fi.ff.de ſolut.& per Bar.in l. ſi fi-
deiuſſor.in fi.ff.de legat.j.vbi reſpondet ad d. l.ſi
hæres.Nec obſtat tex.in d.l.ex conducto.& in d.
leg.ſi quis domum.allegatus per Iaſ.quia locans
intelligitur promittere ſe paſſurum, ex quo a-
ctus locãdi habet tractum ſucceſsiuum: ſed pro-
mittens iter, intelligit̃ ſolùm promittere de con-
ſtituẽda ſeruitute, & in cõſequentiã quaſi trade-
re per illã primã patientiã, vt ſ̃.dixi. Vltimò non
obſtat d.l.ratio.§.ſi iter.† vbi ad hoc vt promiſſor 47
ſeruitutis liberetur, tenetur cauere de præſtan-
da patiẽtia: qa ad illũ text. reſp. ex mente Raph.
Cõ. hic, quòd procedit quãdo ſtatim poſt cõſti-
tutionem ſeruitutis promiſſor turbauit dominũ
ſeruitutis in poſſeſsione: nam tunc tenebitur
cauere: ſi autem ſtatim non turbet, ſecus eſt. Sed
A iſta ſolutio eſt diuinatiua ad vtrunq; text.vnde
nõ placet. Quare ſecũdò reſpõdet̃ ſecundũ Soci.
hic diſtinguentẽ, ꝙ aut loquimur quoad conſti-
tuendam ſeruitutem, & nõ eſt neceſſaria cautio.
d.l.quotiens. aut quoad hoc vt quis per traditio-
nẽ liberetur ab obligatione patientiæ, & tunc ſe-
cus.d.§. ſi iter. & ſic † quando aliquis ſimpliciter 48
promiſiſſet cõſtituere ſeruitutẽ, talis promiſsio
cõtinet ſolam dationem, ſecundũ Socin. quæ eſt
notab.limitatio ad cõmunẽ.Sed aduertendũ eſt,
B qa iſta ſolutio eſt cõtra tex. in d. l.quotiẽs.qui lo
quitur quoad effectũ traditionis, vt ibi, & ibi ex-
preſſe reprobatur ratio poſita in d. §. ſi iter.vnde
ego putò ꝙ imò talis promiſſor ſeruitutis non
poſsit cõpelli ad cauendũ.per d.l.quotiens. quæ
eſt attendenda.ex quo expreſſe reprobat rationẽ
Labeonis, ſuper qua ſe fundat alter Iuriſconſ. in
d.§.ſi iter.Et ſi dicas, cur ergo dict.§.ſi iter.cùm ſit
correctus per d. l. quotiens. fuit poſitus in volu-
mine Digeſtorum, contra §. quibus. in prima cõ-
C ſtitutione Codicis? Reſpondeo quòd nõ eſt cor-
rectus in totũ: nec negatur ſi aliquis iudicat te in
fundũ & caueat, quin dicatur cõſtituta ſeruitus.
d.§.ſi iter. Sed dicitur quod poteſt etiã aliter cõ-
ſtitui, puta ſi aliquis inducat te in fundũ, & præ-
ſtet patientiã vt poſsis vti, ſecundũ d. l.quotiens,
vnde ſolùm corrigitur ratio legis, nõ autẽ diſpo-
ſitio, quę poteſt eſſe vera ex alia ratione. Nã cauẽ-
do ſatis dicit̃ quis pati, ex quo cautio eſt præãbu-
la patientię. Facit quod ſ̃. declaraui allegando d.
D l.ſi qartem.ff.quemad.ſeru.amit.& Aret.in d.l. ꝙ
meo. Et ſic in hoc articulo arbitror opinionem
contra gloſſ.& Bartol.eſſe de iure veriorem. Te-
nendo tamen opinionem gloſſ. & Bartol. limita
eam quatuor modis. Et primò limitat ſeu decla-
rat eam Bald. hic, † vt quod dicitur, ſtipulatio-
onem ſeruitutis continere dationem & factum, 49
ita intelligatur, vt ex perſona promiſſoris con-
tineat factum: quia ille tenetur conſtituere ſerui-
tutem & pati: quæ omnia ſonant in factum: ex
E perſona uerò ſtipulatoris contineat ius ſeu dati-
onem: quia ſtipulator acquirit quaſi dominium
iſtius ſeruitutis, mediante conſtitutione & pati-
entia promiſſoris. Et quòd ex parte promiſſo-
ris ſit ſimpliciter factum, non autem datio, pro-
batur: quia non poteſt dici quod ipſe transferat
dominium ſeruitutis cum illud non habeat, quia
res ſua nemini ſeruit.l.vti frui.ff.ſi vſufr.pet. Et
ſecundum hanc declarationem poteſt intelligi
text.in d.l.ſed ſi me putem. §. fin. ff. de cond. in-
deb. vbi datur condictio incerti ad faciendum
F cõſtitui ſeruitutẽ, ergo in ea cõſtituenda reſpectu
eius cõtra quẽ agit̃ eſt factũ. Et ꝓ hoc facit in ſi-
mili: qa nos videmusꝙ in manumiſsione, quę eſt
datio libertatis, reſpectu manumittentis eſt fa-
ctum. l. naturalis. l. at cum do. ff. de præſcript.
verb.reſpectu verò liberti eſt datio, quia ipſe ac-
cipit libertatem. Sed tamen puto, quod iſta de-
claratio non ſit vera, per tex.in d.§.dare. & in d.l.
fin.ff.cõmun. præd. quæ iura probant eſſe datio-
nem & factum ex parte utriuſque. Et iſta limita-
tio eſt



tio eſt contra mentẽ Bart.& aliorũ, licet Iaſ.vide-
atur hic eã ſequi. Nec obſtat, quòd promiſſor nõ
habeat dominiũ ſeruitutis, quia imò habet ſaltẽ
cauſatiuè, & poteſt de eo diſponere ſicut ſi habe-
ret dominiũ, vt declarat Bar.in l.j.in ij. col. ff. de
50 leg.j.† Secundò limita, vt non ꝓcedat in vſufru-
ctu earũ rerũ quę vſu conſumunt̃: nam talis ſtipu
latio vſusfructus eſt dãdi tãtùm, ex quo nõ requi
rit̃ aliqua patiẽtia, ſed dominiũ & poſſeſſio trãs-
feruntur in vſufructuarium. l. ſi tibi. ff. de vſufr.
earundem rerum.
51 † Tertiò limita in ſeruitute legata: quia cùm
ipſo iure conſtituatur, l. ſi partem. ff. quemad.
ſeruit. amitt. non videtur quòd hæres teneatur
ad dandum, ſed ſolùm ad præſtandã patientiam,
vt tenet Bartol. Raph. Com. & Iacob. de Put.in
d.l. ſi vſusfructus mihi.& Alexan. in §. ex his in
iij.colum. j̃. eod. Nec obſtat fundamentum Iaſ.
hic, dum dicit, quòd imò & in legatis competit
legatario actio ad dandum, quamuis translatum
ſit dominium.l.j.C.commu.de lega. Nam poteſt
reſponderi, quòd in ſeruitute, ex quo hęres tene-
batur ad præſtandam patientiam, lex ſatis ſuc-
currit legatario ex eo capite, vnde noluit graua-
re hæredem vt etiam teneretur ad dandum: &
facit, quia d.l.j.noui iuris contra veteres regulas
inductiua, debet ſtrictè intelligi, & ſic in his re-
bus quas teſtator verè habet: ſed ius ſeruitutis
habet tantummodò cauſatiuè, vt per Bart.in d. l.
j.de legat.j.& ſuprà dixi.

Nec obſtat text. in d.l.iij.§.dare. Quia ibi *dare*
impropriè accipitur, quod patet ex verbo *intelli-
gitur*, in tex.poſito: & aliàs impoſsibile eſt dicere,
vt ſuprà declaraui, quòd inducere in fundum, ſit
propriè dare. Quartò limitatur, vt quòd dicitur,
quòd competit actio perſonalis ad patientiam,
non habeat locum in ſeruitute præſcripta: quia
ſolùm competet realis, vt dicit Bald.in d. l. cor-
ruptionem, in vlt.col.

Supereſt nunc vidẽdum, cuius vtilitatis ſit iſta
quęſtio. Et licet moderniores valde laborent cir
52 ca hoc, † tu dic primam vtilitatem euidentem
eſſe: quia ſi vera eſt opinio contra Bartol.ſi pro-
miſſor viæ conſtituerit eam, & præſtiterit patiẽ-
tiam, quæ requiritur in ipſo actu conſtitutionis,
eſſet liberatus à ſtipulatione: ſed ſecundum opi-
nionem Bartol.adhuc non eſſet liberatus, quia
ſecundùm eum cùm cenſeatur promiſiſſe nun-
quam moleſtare, ſed ſemper pati, iſtud factum
nũquam impleretur: quia vt dicit idem Bar.in l.
naturalis.§.quod ſi faciam.ff.de pręſc. verb.vbi-
cunq; aliquis promittit non facere, nunquam
poteſt adimplere ex parte ſua: quia ſi nõ facit ho
die, poſſet facere cras, vt ibi per eum. Et quòd ta-
lis promiſſor ſeruitutis nunquam poſsit liberari,
tenet Bartol. Bald. Ang.& alij in d.§. dare.quod
eſt valde vtile propter cognoſcendam anterio-
ritatem inter creditores, licet vt ſ̃.dixi, contraria
53 opinio magis mihi placeat. † Secunda vtilitas
eſt, quia ſi illa patientia venit actione ex ſtipula-
tu, intentanda erit actio: ſi verò aliter, erit implo-
randum officium iudicis, vt dicit hic Alexan. &
hoc erit vtile, ne aliàs detegatur imperitia aduo-
cati, ſecundùm Bald.in l. & ſi ne.in vlt.col.C. ad
Treb.Iaſ.hic reprobat iſtam vtilitatẽ, quia libel-
lus ſuſtinetur etiam impropriè interpretando
verba.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. vbi
notant Dd. ff. de iureiur. vnde debebit exponi,
actio, id eſt, officium iudicis, & econtrà, vt hic per
eum. Puto opinionem Alexan. poſſe defendi:
quia quòd verba in libello debeant impropriari, L.2. Stipulationum quædam. §. Et harũ.
eſt verũ, quãdo aliud nõ repugnat, qn poſsit ſuſti
neri præter verba propriè intellecta: ſed in caſu
noſtro poſsũt repugnare alia, veluti concluſio
libelli, quia in vno agitur concludẽdo vt aduer-
ſarius patiatur, quia ſibi obligatus, in alio non.
Item in actione concluditur quòd iudex teneat̃
facere, ſed in officio iudicis nõ, imò miſericordi
ter debet implorari, ſecundũ Bar.in l.j.in ij.q.de
A iuriſd.om.iud. Et pro hoc facit text.in l.ij. C.de
bõ.poſſ. ſecundũ tabu. vbi petens in libello bo-
rũ poſſeſſionẽ ſecundũ tabulas, cùm ſibi cõpetat
bonorũ poſſeſſio ſecũdum nũcupationẽ, malè
petit, & conſequẽter libellus nõ valet, cùm tamẽ
verba poſsẽt impropriè accipi: quia bonorũ poſ-
ſeſſio ſecundũ tabulas dicit̃ vtilis ſecundũ nũca-
pationẽ, vt declarat ibi gl.Sed iſtud eſt, quia ali-
quæ qualitates repugnabãt, vt ibi dixi. † Tertia 54
vtilitas eſt ſecundũ Alex.quia ſi promiſſor tene-
B tur ad dandum, id eſt, ad conſtituendum ſeruitu
tẽ, poterit præcisè cogi, nec liberabit̃ ſoluẽdo
intereſſe.Iaſ. hic impugnat: quia licet teneatur
præcisè ad cõſtituendũ, tamẽ ſi non patiat̃, age-
tur ad intereſſe tantũ, vnde in effectu nõ erit o-
bligatus niſi ad intereſſe: quare ipſe tenet, quòd
imò tenet̃ ad factum præcisè. Sed iſta opinio cõ-
funditur per tex. l. loci.§. ſi fundus.ff.ſi ſer.vend.
& eſt cõtra cõmunem opin. intelligendo quòd
teneat̃ ex ſtipulatu præcisè. Vnde ſuſtinendo A-
C lex. & cõmunem dic, quòd actione ex ſtipulatu
tenebit̃ cõſtituere pręcisè, pati autẽ nõ, ſed tene-
bit̃ ad intereſſe. Si aũt actor voluerit, vt cogat̃
pręcisè, debet agere reali, & petere cautiones ſe-
cundũ formã l.egi.& l. harũ.ff.ſi ſer.vẽd. vel age-
re interdicto poſſeſſorio, ſecundũ d.l.quoties. &
ita intelligo ꝙ not. Bar. in d. l. ſtipulationes nõ
diuid.in iiij.q principali.in fi.& in viij.oppo.cir-
ca fi.† Quarta vtilitas eſt, quia ſi patiẽtia venit in 55
officio iudicis, ſecundũ Pet.& alios nõ iurabitur
D in litem: ſecus ſi iure actionis, ſecundũ Bar.& eſt
gl.in d.l.harum.Poſſent etiã aliæ vtilitates colli-
gi ex differentiis inter officiũ iudicis & actionẽ
poſitis p mo.in l.j.in ij.q.Bar.ff.de iuriſ.om.iud.
In gl.in verb.liberatio.† Tradit hęc gl.rationẽ, 56
cur debitor hominis vel vaſis in genere ſoluẽdo
partẽ nõ liberetur, donec ſoluatur homo integer
vel vas integrũ: videlicet ne ſequat̃ incõueniens,
de quo in d.§. pro parte. Et hæc ratio in pluribus
hæredib.promiſſoris nõ habet difficultatẽ, ſed
E in ipſo principali debitore, ſecundum Imol. hic
eſt magna difficultas: quia videretur dicendum,
quòd principalis debitor ſoluens liberetur pro
illa parte, ex quo ſoluens partem videtur eli-
gere ſe ſoluturum in illa ſpecie, cuius partem
ſoluit. argum. l. Clodius. in ſecundo reſpon-
ſo.ff.de acquirenda hæreditate. Nec debet per-
mitti variatio, ex quo res ampliùs non dicitur
integra, quod patet, quia transfertur dominium
pro parte ſoluta, vt eſt hic text. quod tantò ma-
F gis procederet in homine debito ex legato, in
quo per ſimplicem electionem ſtatim transfer-
tur ius irreuocabile. l. huiuſmodi. §. ſi Stichum.
ff.de leg.j.ergo cùm videatur elegiſſe, debet pro-
miſſor compelli ad ſoluendum reliqua in ea-
dem ſpecie, & conſequenter ceſſaret dictum in-
conueniens. † Sed ad iſtud obiectum reſpon- 57
det primò Imola, quòd iſte ſoluens videtur eli-
gere non ſimpliciter, ſed conditionaliter, ſi reli-
quam partem in eadem re ſoluere contin-
geret: quæ reſponſio non placet: quia ſi iſta
ſolutio

ſolutio non eſſet conditionalis,interim non trãs
ferretur dominium partis ſolutæ. l.abſenti.ff.de
donat. cum ſimil.cuius contrarium dicitur hîc,
dum vult text. rem ſolutam poſſe condici, & ſic
præſupponit translatum dominium. §. ſic itaq;.
58 Inſtit.de act.† Quare ſecundo modo reſpõdetur,
quòd iſte ſoluens non videtur eligere, niſi tacita
conuentione,quæ de iure ciuili non parit actio-
nem. l. iuriſgentium.§. ſed cùm nulla.ff.de pact.
&conſequenter iſte text.non procederet de iure
canonico.c.j.de pact. Sed iſta dicta non placent:
quia imò tale pactum quamuis tacitũ, veſtiretur
traditione rei.l.hæreditatem.ibi Roma.ff.de do-
nat.nec eſt inducenda differentia inter ius cano-
nicum&ciuile quo ad iſtum text.c.j.de no.oper.
nun. Quare quicquid dicant Imol. & moder.tu
reſponde,quòd imò iſte ſoluens partem, non vi-
detur eligere ſolutionem in toto, ſed ſolum in
parte quam ſoluit. & eſt ratio, quia actus noſtri
qui ex tacita voluntate inducuntur, non exten-
duntur vltrà quàm ex actu expreſsè geſto præſu-
mitur.l.fi.C.ne vx.pro mari.Bart in l.Titium aut
Mæuium. §. altero. in vlt. col.ff.de admi.tut.&
conſequenter ſi debeam tibi hominẽ, & ſoluam
partem Stichi, non præſumor eligere niſi illam
partem,non autem totum Stichum: vnde cùm
elegerim illam partem tantùm, & eius ſolutio
non liberet, poſſum variare ſecundum regulam
l.eum qui certar.§.fin.ī.eod.Item facit, quia vide
mus idem in electione perſonarum, in quibus e-
lectio vnius quoad partem debiti, non trahatur
quoad totum. l.cùm decem.in princ.& l. ſi quis
ſtipulatus fuerit decem in melle. in fin.ff. de ſo-
lut.& per Alex.hîc.

In gl. in verb. *repeti.* & in verb. *impendenti.* Noto
primò,quod repetitio iſtius partis ſolutæ, fit per
59 condictionem ob cauſam, pro qua glo.facit,† qa
conditio indebiti non videtur competere, niſi
quando ſoluitur ob errorem propter ignorantiã
l.j.ff.de cond.inde.ſed iſta repetitio datur etiam
non erranti.item condictio ob cauſam, datur ob
cauſam de futuro,quæ deinde non eueniat.l.da-
mus. de cond. inde. l.j.§. ſed ſi parendi. de cond.
ob cauſ. quæ videtur competere in caſu noſtro:
quia iſte ſoluit vt liberetur,vnde nõ ſecuta libe-
ratione debet poſſe repeti. Contrarium tenet
Bartol.Ioã. de Imol.Alex. & alij, & eſt cõmunis
opin. per tex.in l.ſi non ſortem. §.ſi decem.ff.de
cond.inde.vbi eſt tex.clarus,quòd cõpetit cõdi-
ctio indebiti, tum arguendo à natura tituli,ſecũ-
dum l. Imperatores. ff. de in diem adie. tum etiã
ponderando dictionem, *tanquam indebita*, ex qua
denotatur medium concludendi, per quod co-
gnoſcitur actio,vt per Bart. in l.certi cõdictio.in
ij.col.ff.ſi cer.pet.Nec obſtat,quòd detur ob cau-
ſed ſolius Titij teſtator præſtiturum ſe promiſe- 29 rit. Sed † reſponde, quòd imò ſunt obligati ex ea promiſsione, qua teſtator factum Titij ſpopondit[r], quæ in hæredes hoc caſu tranſmittitur. licet enim ſtipulatio *Per te non fieri, &c.* facti ſit merè perſonalis, & ideò ad hæredes non tranſeat[s], tamen aliud eſt hoc caſu, quo factum Titij hæredis præſtiturum ſe promiſit. cùm e- B nim promiſsionem in tempus contulerit, quo hæredem Titium habeat, quem alium potuit obligare, quàm cohæredes[t]? videtur ergo tali caſu actum, vt ea obligatio ſit tranſmiſsibilis[u]. III. Iterum † obſtat, quia iniquum videtur, vt vnius 30 facto alij teneãtur[x]. cur ergo lex hoc finxit ad 31 uerſus æquitatem[y]? Reſpondeo, cohæredes † ipſi adeundo videntur cum creditore contraxiſſe ſecundum leges, quibus teſtator adſtringitur[z]. At id cum teſtatore actum videtur, vt C ſemper facto vnius alij teneantur, ex quo damnum pro parte inferri non potuit. maior ergo hæc eſt æquitas, quæ ex conuentione deſcendit[a]. Et ſi dixeris, cur ſolus contrà faciens ipſe inſolidum non tenetur? reſpondeo, non poteſt ſic teneri, cùm pro parte hæreditaria tantùm repræſentet teſtatorem[b]. quia lege XII. tabularum diuiſa eſt obligatio, atque ſic tranſmiſſa. 32 Fuere † tamen, qui aliter reſponderent, vt Ruinus, qui ius facit iſtis cohæredibus actionis ce- D dendæ. vnde nullo modo cum eis iniquè agitur, cùm actionem ſtipulatori aduerſus contrà facientem cedendo liberari poſsit[c]. qua in re ſectatorem neminem habuit. Probabilis enim hæc eſſet opinio, ſi ideò tenerentur cohæredes, quia actionem aduerſus contrà facientem haberent[d]. Sed lex noſtra ideò teneri ait, quia vnius facto omnes videntur contrà feciſſe: idque, quia ita actum à teſtatore fuit propter conditionem ſtipulationis pœnalis, cuius teſtatoris perſonam inſolidum propter indiuiduam E rei materiam repræſentant, vt ſuprà dixi. Vnde cum ex contractu ſuo iuris interpretatione teneantur, ceſsione actionis liberari non poſſunt. quod & aliis rationibus probarem, ſi operæpretium id eſſet.

b AT SI DE EO CAVTVM *b*. ¶ Stipula- 33 tio † ergo, *Amplius non agi*, itemque illa, *Titium hæredemq́; eius ratum habiturum*, diuiſionem recipit. cuius rei illa eſt ratio, quia qui pro parte aduerſus F eam facit, non niſi pro parte damnum ſtipulatori infert. quod Iaſ. hîc docet. Sed aduerſus hoc obſtat: Pone, aliquis promiſit ampliùs non agere ad certam ſpeciem, putà domum: deceſsit relictis pluribus hæredibus: ſi vnus pro parte ſua agat, & obtineat, nónne ſtipulator illius reſpectu pœnam conſequetur? ab aliis verò eum non inquietantibus rem ipſam? quod iniquum, nec conueniens videtur[e]. Bartolus hoc caſu fatetur, ſtipulationem hanc indiuiduam eſſe, reſtringitque legem noſtram ad ca-

q l. Iulianus. in princ. ŗ. eo.
r Bar. d. l. continuus. in fi.
s d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.
t Bar. l. ex facto. uerſ. ij. caſu. de uulg.
u Alexan. conſ. ccxxix. v. uol.
x l ſi quis in ſuo. in fin. C. de inoff. teſt. l. de pupillo. §. j. plurimũ. de oper. no. l. 5. §. apud. de aq. plu. arc.
y l. nec utilem. ex quib. cauſ. maior.
z l. apud Iulianũ. in fi. ex quib. cauſ. in poſſ.
a l. j. de pac. l. 5. in fi. ŗ. eo.
b gl. d. l. ij. §. fin.
c l. fi. de adminiſt. tut. quod debetur. de pecul. l. ij. §. fi. ſi qs caut. ubi Bar.
d Bar. l. cũ fundus. §. j. ſi cert. pet. & Io. Andr. in Specul. tit. ceſſ. act. uer. de fideiuſſ.
e d. l. in executione. §. pro parte.



ad caſum, cùm non ſpeciem, ſed pecuniam non peti actum eſt[a]. quod Socin. hîc adiuuat verbis legis noſtræ, quæ certæ pecuniæ pœnam fuiſſe ait. Sed hoc argumentum à propoſito noſtræ materiæ alienum eſt, cùm non de pœnali ſtipulatiõe loquamur, ſed de principali. Meritò ergo hæc ſententia à cæteris reprobata eſt[b], qui magno numero conſentiũt, generaliter legi noſtræ locum eſſe, vt ſtipulatio ſuprà ſcripta ſit diuidua: quia facti negatiui eſt. vnde inuitus nemo cogi poteſt, vt partim rem ipſam, partim pœnam conſequatur. Cùm enim ſtipulator poſſeſsiõi domus incumbat, ſeu in quaſi poſſeſsione liberationis propter ſtipulationẽ ſit, potuit contrà facientem exceptione ſtipulationis ſubmouere. quod ſi non fecit, ſibi imputet, cùm ſuprà ſcriptum illud inconueniens[c] volente creditore ceſſet. quod ibi declaraui. Si enim aliud pro alio volenti creditori ſolui poteſt[d], cur in diuerſis rebus ſolutio fieri non poteſt[e]? Nec me mouet, ꝙ in ſtipulatione 34 *rem ratam haberi*, quæ † diuidua eſt, ſolutio pro parte fieri poteſt etiam inuito creditore, vt ſi procurator promiſerit rem ratam dominum habiturũ, iſq; dominus pro parte duntaxat ratum habeat. Conſequetur enim ſtipulator id, quod ſua pro illa parte duntaxat intereſt, pro reliquo rem habebit[f]. Reſpondeo, tali caſu ſtipulator exceptione tutus non erat, nec de pœna tunc agebatur, ſed de eo, quod intereſt. Plurimum autem hæc diffe- 35 runt, vt infrà declarabo[g]. Hinc † infertur, rectè hîc concipi ſtipulationis verba, nempe cùm Titius ipſe promittit, ſe, hæredemq; ſuum habiturum. Si enim alius factum domini promitteret, non eſſet exceptione tutus ſtipulator: ideò obligatio non eſſet diuidua[h]. Sicq; apparet, hanc 36 ſtipulationem minimè prætoriam eſſe, cùm † ea demum prætoria ſit, qua quis non ſe, ſed dominum promittit ratum habiturum[i]. Quod ergo ſolet dici, obligationem factorum eſſe indiuiduam[k], eo caſu locum non habet, quo ſtipulator exceptione erga hæredem contra facientem tutus eſſet.

a Bar. l. ſtipulationes non diuiduntur. iij. q. ŗ. eodem.
b Raph. Imo. Paul. Alex. Rom.
c d. §. pro parte.
d l. ij. §. j. ſi cer. pet.
e Bar. d. l. ſtipulationes. ix. oppoſ.
f l ſi procurator. rem rat hab.
g in ix. oppoſ. Bar.
h ŗ. d. ix. oppoſ. Bart.
i ŗ. toto tit. rem rat hab.
k d. l. ſtipulationes non diuiduntur.

piat, veluti AMPLIVS NON AGI: tum eum hæredem, qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolùm pœnam committere. Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur, quò niſi in ſolidum peccari non poterit, illam ſtipulationem *a*, PER TE NON FIERI, QVO MINVS MIHI IRE AGERE LICEAT? Sed videamus,

VT * IN ILLA STIPVLATIONE[b]. 37 ¶ Contendunt † aliqui legendum, vt illam ſtipulationem, idq; ex antiquis codicibus. Ego vulgatam lectionem ſequor: quia Latinè nõ dicimus, peccari non poterit illam ſtipulationem. & quæ exempla ipſi adducunt, de actiuo verbo, non de paſsiuo concepta ſunt. & antiqui codices habẽt adiectam præpoſitionẽ *in*. Rectè enim dicimus, peccari non poterit in illam ſtipulationem. nec hic ſenſus à vulgato differt.

* Floretinus text. habet, quòd niſi in ſolidum peccari non poterit, illã ſtipulationẽ, PER TE NON, &c.

PAVLVS RESPONDIT[c]. ¶ Frequentior receptiorq; ſcriptura negatiuè concepta eſt, *non eſſe idem*: alij codices affirmatiuè, ſed paucisſimi. at Ethruſcus liber, ſicut & quidam alij, hãc clauſulã nõ habent. Solet enim hæc clauſula in his legib. adiici, quę ex libris Reſponſorum Pauli acceptę

ne non idem hic ſit, ſed magis idem, quod A in illa ſtipulatione, TITIVM, HÆREDEMQVE EIVS RATVM HABITVRVM? Et Paulus reſpondit *b*, non idem eſſe. Nam hac ſti B pulatione *c* & ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum: & ſolus aget, à quo fuerit petitum: idque & Marcello videtur. quamuis ipſe dominus pro parte ratum C habere non poteſt.

ſunt[l]. Scripſit autem ille hoc titulo tres & xx. libros. At in his, quos ad Sabinum ſcripſit, non videtur ratio, cur hoc loquendi modo vti debuerit, niſi exiſtimemus id à compilatoribus additum, cùm aliàs deciſio iure non ſatis conſiſteret. Sequamur ergo & nos recentiorem ſcripturã. Probent interim illi Ethruſci, quomodo liber ille ſuus ſit originalis: qui, quãuis in pleriſq; ſit aliis correctior, non tamen prorſus caret mendis. Videamus igitur, quo ſenſu accipienda ſint ſuprà ſcripta verba: & ait Accur. dubitatũ eſſe, nũ non idem eſſet in ſtipulatione hac *Per te non fieri*, quod in illa, *iter fieri, vel non fieri*? & reſpondet eſſe idem cum illis, non idem verò eſſe cum illa, *Titium hæredemq;*, &c. receptisſimaq; hæc eſt interpretatio. Sed ei obſtat, ꝙ non eſt veriſimile, id in dubiũ à Paulo refricatũ, quod iã erat clarè deciſum. q̃rſum enim opus fuit de re clara D dubitare[m]? Alij ergo aliter interpretantur, quilibet pro captu ſuo. Ego † gñraliter intelligo de- 38 cidiſſe Paulũ, nõ eſſe idẽ in hac ſtipulatiõe, quod in aliqua ſuprà ſcriptarum. nõ eſt ſimilis illis, *iter fieri, vel nõ fieri*, quia in hac expreſſa eſt mẽtio hæredis, quę facit, vt ſinguli nõ pro portione hęreditaria, ſed inſolidũ teneãtur: nõ illi, *Titiũ hæredemq;*, &c. quia quãuis vtraq; mentionẽ hæredis cõtineat, altera tamen diuidua, altera indiuidua eſt.

NAM HAC STIPVLATIONE[d]. ¶ Ex ſtipu E latione igitur, *Titiũ hæredẽq; eius ratũ habiturũ*, ſolus hæres tenebitur, qui cõtrà fecerit. ſed an in ſolidũ, an pro parte? & oẽs ferè conſentiũt pro parte dũtaxat teneri: qua in re egò dubitò, quia dictio *ſolus*, videtur intelligi inſolidũ debere[n]: & quia hoc ſuadet ratio. Cùm. n. mẽtio hæredũ expreſſim in hac ſtipulatione facta ſit, poſsitq; † quis in 39 his, quæ facti ſunt, quemlibet hæredum inſolidũ obligare[o], videtur id feciſſe, obligatioq; ipſa ab hæredibus incipit. vnde quilibet hæredũ pro F principali eſt, & ſicut ipſe principalis contrà faciens inſolidum teneretur, ità ſolus ille cohęres, qui contrà fecit. Nec me multùm moueret verſiculus *Quamuis*, qui aduerſatiuè poſitus videtur[p]. Reſpondeo enim hoc modo adverſari, cùm dñs ipſe pro parte contrà facere non poſsit. ergo hæredes ipſi, qui oẽs collectiuè repræſentant teſtatorẽ, teneri deberẽt, non aũt ſolus cõtrà faciens. & tñ Iuriſcõſultus ſuprà ſcripta ratiõne rñdet, ſolum illũ teneri. & hæc quidẽ fortè vera ſunt. Sed cùm hæc ſententia, non multùm clarè ex lege no

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato.
l l. quæro. loc. Paulus. de ſol.
m l. Domitius. de teſtam.
n l. inter. §. ſi qs ſtipulatus. fam. erc. l. cũ ſolus. de uſucap.
o d. l. continuus. §. fi.
p l. j. §. dolum. eo, per quẽ fact. l. tutor. §. contrariam. de pig. act.

40 ſtra probetur, ſatius † eſt in hac obligatione diui
dua communi interpretationi adhærere, & con
trà facientẽ pro parte tantùm plectere, cùm hæc
ſentẽtia, ceu benignior, in pœnis præferẽda ſit [a],
& aduerſatiua in fine poſita hoc ſuadeat [b]. Cùm
ergo principalis ipſe inſolidũ teneatur, tamen ſi
moriatur, ex lege XII. tabularũ diuiditur obliga
tio inter ipſos hæredes pro rata [c], meritò non, ni
ſi pro parte, tenebuntur. quicquid hîc Socin. &
alij recentiores dicant, qui alias quaſdam addu-
I. cunt rationes nõ ſatis firmas. Quod igitur tra-
41 ditũ vulgò eſt, ex † perſona hæredis non immu
tari obligationis conditionem [d]: hoc caſu non
procedit, quo de obligatione diuidua tractam[9],
vt aiunt Doctores. Cùm enim diuiſa ſit pro rata
in hęredes obligatio, quilibet pro parte ſua tene
tur. at principalis in totum tenebatur, quia totũ
habet. nec nouum eſt, duriùs cum eo agi, qui ad-
uerſus propriam promiſsionẽ facit, quàm cum
eo, qui aduerſus transfuſam committit [e].
II. Dixerit aliquis, cùm dominus ipſe promittit,
ſe, hæredemque ſuum ratum habiturum, nónne
hoc ipſo ratũ habere videtur [f]? Quomodo ergo
ampliùs contrà facere [g] poteſt? Sed reſponden-
dum eſt, cùm promiſſa ſit pœna, ſi ratum non ha-
beretur, ſatis argui, contrahentium eam fuiſſe
mentem, vt ſimplici illa & momentanea appro-
batione, quæ ad ius refertur, non eſſent conten-
ti, ſed quòd etiam in futurum ſtipulator de facto
42 non inquietaretur. Meritò † ergo pœna toties cõ
mittitur, quoties ille vexatur [h]: aliàs ſuperfluò
adiecta huiuſmodi pœna eſſet. Hinc inferunt a-
liqui, eum, qui promittit ſe ratũ habiturum, non
ideò tunc videri ratum habere [i]. Quod verum eſt
ſuprà ſcripto caſu, quo actum de ratihabitione
ſit, quæ in futurum non turbandò ſtipulatorem
fieri debeat. aliàs, quod ad ratihabitionẽ iuris at
tinet, ſtatim facta cenſetur [k], & ideò domino cõ-
trà veniente poſſet ſtipulator excipere, ſi non ap
III. pbaſſet. Rurſus obiecerit aliquis, videri iniquũ,
vt principalis pro parte contrà faciens, in totum
43 teneatur. Sequeretur enim, tali † caſu ſtipulato-
rẽ, & rẽ ipſam, itemq; pœnam lucrifacere. quod
lex improbare ſolet [l]. Finge principalem pro par
te ratum habuiſſe, pro alia contrà feciſſe: ſi ſolidã
pœnam ſoluat, nónne lucrabitur ſtipulator illã
partem, quæ ratihabitione ſibi remanſit? Accur-
ſius, Paulus, Alexander, Socin. cæteri huic argu-
mento dant manus, & fatẽtur ſtipulatori ad totã
pœnam ageti obſtare exceptionem, niſi illud qđ
ex ratihabitione partis cõſequitur, reſtituat, vel
compenſet promiſſori [m]. Quæ ſententia proba-
bilis eſt, cùm hæc ſtipulatio *Ampliùs non agi*, ſuper
actione in rem interpoſita eſt. Receptiſsimum
enim eſt, non ideò extingui ipſo iure promiſſo-
ris dominium, & conſequenter nec actionem [n],
etiam ſi res penes ſtipulatorem ſit [o]. Item pro-
babilis eſt, cùm interpoſita quidem ſuper actio-
ne perſonali eſt, ſed id actum fuiſſet, vt tali ſtipu-
latione ipſo iure actio non tolleretur. quod ali-
44 bi Paul. Caſtrenſ. declarat [p]. aliàs verò, cùm † tali
ſtipulatione actio ipſo iure perimatur [q], verbaq;
etiam ad vexationem facti referantur, quæ in fu-
turum fieri contingeret, videretur poſſe ſtipula-
torem vtrunq; habere, & rem & pœnam [r]. rem,
quia promiſſor agere non poterit, cùm extincta
ſit actio: pœnam, quia de facto contrà venit, quo
caſu ex contemptu pœna committitur [s]. Idemq;
dicendum in ſtipulatione *Rem ratam haberi*. quia
tali contractu promiſſor dicitur ſtatim ratum ha

a l. cũ quidam. de lib. & poſthum.
b verſ. quãuis.
c l. j. C. ſi cert. pet.
d l. ij §. ex his. ff. eod.
e auth. contrà, qui propriam. C. de nõ nu. pec.
f l. ſi procuratorem abſentem. de procur. Bal. in l. j. vlt. oppoſ. C. de procur. Aret. conſ. 200. in cauſa iſtarum.
g gl. l. iiij §. pe. in ver. cõſentiat. ff. rẽ rat. hab.
h l. ſi ſic. ij. ff. eo.
i l. ſi pœnã. vbi not. ff. eod.
k l. j. ff. de pig. act. vbi Aret.
l l. reſcriptũ. §. ſi pact. de pact.
m gl. d. l. in executione. §. pe. in verb. prodeſt.
n l. ſi pro fundo. in fi. C. de tranſact.
o gl. l. ſtipulatio iſta. in prin. in verb. ſucceſſores. ff. eod.
p l. ſi vnus §. pactus. ne. de pac.
q l. ſi vnus. §. pactus de pact vbi Caſtren.
r l. vbi pactũ. C. de tranſact.
s Bar. d §. ſi pacto. oppoſ. ij.

bere [t], & propterea ſe obligare, ne de facto in fu-
turum inquietet ſtipulatorẽ. quod ſuprà docui.
EXPLICATA ipſius cõtextus declaratione,
ſupereſt vt materiam hanc aggrediamur, quæ o-
mnis duab. concluſionib. conſiſtit, quarũ altera
de obligationib. indiuiduis accipit, altera de di
uiduis. Cõſtituam[9] † ergo principalẽ regulã, vt
obligatio pœnalis facto indiuiduo ſubiecta, vno 45
hæredum contra faciente, aduerſus omnes pro
A portione hæreditaria committatur [u]. Quæ con-
cluſio plurimis caſibus limitanda, reſtringendã-
ue eſt. Et † in primis non procedit, quoties ex
vnius facto ſtipulator non læderetur. tunc enim I.
ceſſat legis noſtræ ratio. meritò nihil id cæteris 46
obeſſet. Finge ergo: is, qui promiſerat ædifi-
care domum, pluribus hæredibus relictis, de-
ceſsit: aliqui eorum detrectant, alij eam in to-
tum ædificauerunt: certè tali caſu pœna aduer-
ſus aliquem non committetur [x], quod Paul. Ca-
B ſtren. Socin. cæterique hîc tradiderunt: aliàs ſti-
pulator haberet & rem & pœnam: quod abſur-
dum eſt [y]. Nec obſtat, ſi diceretur, eos, qui de-
trectant, in pœnam incidere debere, cùm in pœ
nis, ſi directò contrà fiat, non reſpiciamus, quid
interſit [z]. Reſpondeo enim, iuris interpretati-
one neminem videri detrectaſſe, cùm † in in-
diuiduis omnes vnius facto feciſſe videantur. 47
Nam ſi indeuotio vnius facit alium indeuotum
videri, quantò magis implementum vnius alij
C prodeſſe debet [a]? Illud tamen fatendum eſt, in
facto indiuiduo vnius implementum, quamuis
alteri proſit, ne damnum faciat, non tamen eò
vſq; prodeſſe, vt & lucrum conſequatur: cùm ſci-
licet de conditione agitur, cuius implementum
lucrum ipſis promiſſoribus adfert [b]. Cuius rei il-
la eſt ratio: quia reſpectu detrectantis conditio
pro non impleta habetur, cùm per eum ſtet, ne
impleat [c]. Faciliùs ergo huic detrectanti lex tam
exceptionem, quàm actionem concedit [d], cùm
D par non ſit ratio damni vitandi, aut lucri facien-
di [e]. Iaſo. hîc [f] principalem ab hæredibus diſtin-
guit, quæ differentia obligationibus indiuiduis
à teſtatore deſcendentibus vera non eſt, & ex le-
ge noſtra confutatur. Et † hinc infertur, nihil in- 48
tereſſe, quòd ſtipulator omnes interpellauerit,
vt ædificarent: ſatis nihilominùs eſt, vnum pro
omnibus ædificaſſe, eorumq; moram ſic purgaſ-
ſe. quod & ſuprà aduerſus Iacob. & Alb. cenſui.
Secundò † regula non procedit, cùm quis con- II.
E tractu bonæ fidei ad reſtituendum obligatus eſt. 49
mortuo enim debitore, lex ait, hæredem † illũ, 50
qui rei reſtituendæ facultatem habet, inſolidum
condemnari [g], non † autem cohæredes omnes 51
pro portionibus hæreditarijs: quaſi (inquit lex)
hoc arbitrio boni viri conueniat, ſicq; Bart. cen-
ſuit, quem frequentiore calculo cæteri probant,
& verum eſſe ego arbitror, cùm non de re diui-
dua, ſeu quantitate, ſed certa ſpecie reſtituenda
agatur [h]. Fuere tamen, qui diſſentirent, vt Ram-
F ponius, Bald. Nouel. Beſ. Socin. Hier. Tortus, &
adhuc conueniri poſſeſſorem pro parte ſua tan-
tùm exiſtiment, licet executio officio iudicis ad
totum fiat. Quæ ſententia verbis legis non qua-
drat, nec ſat rationi, vt plus dicamus executum,
quàm petitum [i]. At Caſtellio, Raph. Areti. & pau
ci alij, nec executionem quidem ad totum fieri
exiſtimarunt [k]. Aduerſus enim iuris ſcripti regu
las id eſſet, vt actio perſonalis rem ſequatur [l]: vt
obligatio, quæ omnium pro rata fuit, abſq; ceſ-
ſione in hunc poſſeſſorem cenſeatur transla-
ta:

t d. l. iij §. pen.
u hic, & d. l. inter cohæredes. d. l. in executione.
x d. l. inter. §. ſi. l. fideicommiſſa. §. pen de leg. iij.
y d. l. reſcriptũ. §. ſi pacto.
z l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. eo. Bar. ff. §. item ſi in facto.
a l. Arrianus. ff. tit. j.
b l. ſi ita fuerit. j. in prin. de man. teſt.
c l. iure ciuili. de cond. & de monſt. Bart. l. ſi plures C. de cond. inſer.
d l. Inuitus. §. j. de reg. iur.
e l. fin. C. de codic l.
f iij. not. in l. ſi.
g l. ij. §. hæres. commod.
h l. ſi duo. j. reſponſo, depoſ.
i l. fin. C. de fideicom. lib.
k arg. l. pro hæreditariis. C. de hær. act.
l l. fin. in fi. de contrah. emp.



ta [a]: vt iſte poſſeſſor, qui ſupra ratam portionis
hæreditariæ pro extraneo eſt, perinde ac ſi in to
tum ſit hæres, teneatur [b]. Nec quicquam facit, q.
contractus bonæ fidei ſit, cùm bona fides offici-
um duntaxat iudicis inducat, obligationem ve-
rò non augeat [c]. vnde ſuprà ſcriptam legem [d] i-
pſi intelligunt, cùm hæres ideò cõuenitur, quia
dolo malo rem interuertit: ſicque in actione, vt
ipſi vocant, ſecundaria ſolùm loquitur. Sed hæc
ego non probo. Quoniam non arbitror ex eò
duntaxat, quòd quis non reſtituat, argui dolũ [e],
aut ſecundariam hanc obligationem induci [f].
Poteſt enim ſubeſſe cauſa, quæ dolum excuſet.
Adde, quòd verba legis manifeſtè oſtendunt ſpe
cialiter illud contra ſuprà ſcriptas communes
regulas induci quadam ex æquitate, vt meritò à
III. Bartol. recedendum non ſit. Tertiò † non pro-
52 cedit rurſus concluſio in actionibus ſtricti iuris,
quoties concurrunt cum rei vendicatione. Tunc
53 † enim non pro portione hæreditaria, ſed aduer
ſus eum duntaxat, qui rẽ habet, ad reſtituendum
agitur. quod in vno ex pluribus hæredibus re-
ſponſum eſt eius, qui rem vi abſtulerat [g]. Cuius
rei ego illam eſſe rationem arbitror, quia inter-
dictum illud recuperatorium non obligat hære-
redes, niſi quatenus ad eos peruenit [h]. Bar. tamẽ
aliam adducit rationem, nempe propter coniun
ctionem & mixturam, quam actio in rem cũ per-
ſonali habet [i]. quæ ratio fragilis eſt. Regulari-
54 ter † enim quoties alicui duplex actio datur,
quælibet ſecundum propriam naturam datur [k].
Adde, quòd non eſt verum, iure Digeſtorum rei
vendicationem aduerſus raptorem competijſſe
etiam abſque dominij probatione. Id enim à Iu-
ſtiniano inductũ fuit [l]: & quidem non generali-
ter, vt Bartol. credidit, ſed eo tantùm caſu, quo
ſpoliatus iam xxx. annis poſſediſſet: ſicque com
muniter cenſent Doctores. aliàs durum eſſet, vt
lex illa, quæ in odiũ principalis inducta eſt, ad e-
ius quoq; hæredes traheretur, qui ipſi vim nõ fe
cerunt. Quamuis tamen hæc Bartol. concluſio
lege illa non probetur, aut etiã alia, imò aliquas
violet [m], nihilominùs receptiſsima eſt [n], exce-
ptis tribus caſibus. Primus, aduerſus ſingulatem
55 ſucceſſorem. nec † enim actio perſonalis, quam-
uis vendicationi coniuncta, in eum iure noſtro
datur [o], niſi de actione in factum ex iureiurando
loquamur, quæ vendicationi accedit [p]. qua de
re alibi. Secundus, quando actio perſonalis ex
poſtfacto per litis conteſtationem oritur [q]. Cùm
enim ex accidenti orta ſit, id eſt, per litis conte-
ſtationem, nõ adſumit naturam vendicationis,
cui acceſsit [r]: an quia hæc perſonalis non eò re-
ſpicit, quò vendicatio? ſi quidem vendicatio ad
reſtitutionem; perſonalis ad iudicij duntaxat
confirmationem pertinet. Tertius, quando non
actione, ſed officio iudicis intendimus, vt nobis
65 edantur rationes. Cùm † enim officium iudicis
regulariter perſonale ſit [s], cùm item illud de e-
dendo aliquid in rem habeat, coguntur argen-
tarij edere. Quia quod mea cauſa confecerunt,
meum quodammodo eſt [t]: habet quidem mi-
xtam naturam, & indiſtinctè contra ſingularem
ſucceſſorem, tanquam in rem actio non datur [u],
ſed tamen cauſa cognita datur, idque inſolidum
IIII. aduerſus poſſeſſorem [x]. Quartò rurſus, inquit
Bart. non procedit concluſio & regula legis no-
ſtræ [y], quoties pœna ex contractu bonæ fidei de-
beretur, vt quia pactum pœnale contractui em-
ptionis ineſſet [z]. Vnde videmus in actione de-

a l. quid ergo. de pecul.
b l. cũ à matre. C. de rei vendi.
c l. quia tantundem. de neg. geſt.
d d. §. hæres.
e l. dolus. mãd. vbi Iacob. Ray. Alber.
f l. ſi duo. in fi. depoſ.
g l. ſi plures. de vi, & vi arm.
h l. j. in fi. eo. tí. l. ij. C. vnde vi, Abb. c. ij. de ordi. cog.
i l. qui patri. de acq. hær.
k l. diuortio. in princ. de neg. geſt.
l l. ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper illis. C. de præſcript. xxx. an.
m l. in cõdictione. de cond. fur.
n gl. l. in condictione. de condict. fur.
o l. cũ à te. de vi. & vi arm. c. ſæpe de reſt. ſpol.
p l. nã & poſtea. in fi. de iureiur. vbi Iaſ.
q l. ij. in fin. de præt. ſtipul.
r gl. l. certi condict. ſi cer. pet. in gl. ij. in fin.
s Barto. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. col. pe. de aq. plu. arcend.
t l. prætor ait. in prin. de edẽ.
u l. ſi quis ex argent. §. j. eo. tit.
x l. quædam. §. is aũt. eo. tit.
y Bar. v. oppoſ.
z arg. l. ij. C. de pact. int. empt.



poſiti ad id, quod intereſt, inſolidum agi, aduer- L. 4.
ſus duntaxat illum hæredem, qui dolum fecit [a]. Eadem di
Sed hanc ego ſententiam probare non poſſum: cemus.
quia hoc modo minùs conſuleretur creditori in
bonæ fidei, quàm in ſtricti iuris iudiciis. quid e- §. Cato.
nim, ſi delinquens ſoluendo non eſſet [b]? Vrget
etiam legis noſtræ ratio. Cùm enim vno contrà
faciente, cęteri contrà feciſſe videantur, cùm cõ-
ditio pacti pœnalis euenerit, cùm aliud nõ poſ-
A ſit abſque manifeſta iniuria creditoris ſtatui, cur
hanc differentiam excogitamus [c]? Meritò ergo
veteres ante Bart. eam non probarunt, & poſt e-
um Caſtren. Aret. Claud. alijq; recentiores, qui
& aliis rationibus vtuntur. Aliter igitur cenſen-
dum eſt, & ſubdit Bart. in depoſiti actione id ſta-
tutum eſſe, vt qui contrà venit, ſolus teneatur:
quia † talis obligatio ſolutione duntaxat indiui 57
dua eſt: ſecùs ergo, ſi omnino eſſet indiuidua,
quo caſu lex noſtra procedit: quæ ſolutio vera
B eſt, ſi ex ſententia mea, quam infrà explicaturus
ſum, intelligatur. Quintò † non procedit, (in- V.
quit Bartolus) ſuprà ſcripta legis noſtræ regula 58
in obligatione *Rem reſtitui*, cùm de dolo agitur, vt
quia aliquis cohęredum dolo rem interuerterit,
& reſtituere nolit. Si enim omnes dolo egerunt,
omnes quoque inſolidum tenentur [d]. cùm enim
hæc obligatio, (quam ſecundariam vocant Dd.)
ratione doli, vel negligentiæ committatur, quæ
in cuſtodia adhiberi debuerit, inſolidum com-
C mittitur, cùm ſpecies depoſita nõ, niſi inſolidũ,
cuſtodiri poſsit [e]. In odium ergo iſtorum, qui p-
prio dolo peccarunt, omnes inſolidum, non au-
tem pro portione hæreditaria tenentur: idq; in
obligatione rei reſtituendæ, quæ maiorem fidei
obſeruationem requirit. Et hæc quidem ex mẽ-
te Doct. hîc à me relata ſunt. quid autem ego hac
in obligatione reſtituendi ſentiam, alibi expli-
caui [f]. ſi quidem nullus eſt in iure noſtro confu-
ſior tractatus, & in quo magis Lesbia regula v-
D ſi ſint Doct. Bartol. cuius ſententia ferè rece-
ptior eſt, obligatione & petitione diuiduam eſ-
ſe credidit, ſolutione verò indiuiduam. Raynut.
Alberic. [g], Imol. Ruin. ſolutione quoque diuidi
maluërunt. At Caſtel. vterque Raph. Beſut. So-
cin. prorſus ex diametro contrà: nempe omnino
obligatione, petitione, ſolutione indiuiduam
eſſe. Ego concordari omnium ſententias poſſe
arbitror, & quemlibet ſecundum leges, quas ad-
ducit, vera dicere: ſicq; conſtituendum, vt † ob- 59
E ligatio *Rem reſtitui*, diuidua ſit, ſicut & dari [h], cùm
reſtitutio non, niſi domino fiat, vel ei, cui quæ-
ſtio dominij obijci non poteſt [i]: ideoque ſem-
per ſua interſit vel partem habere, nec probabi-
liter vllum ſubſit periculum, ne in diuerſis rebus
fiat ſolutio [k], cùm aut res extet, & præcisè tota
ſoluenda ſit: aut nõ extet, & pecunia debeatur [l].
Rarum eſt autẽ, vt res reſtituenda pro parte tan-
tùm extinguatur. Non procedit tamen cõcluſio
reſpectu principalium, quoties creditor ſingu-
F lorum fidem inſolidum eſt ſecutus [m], vt quia ex-
preſsè etiam rem diuiduam tradendo, putà pe-
cuniam, egerit, vt plures rei debendi eſſent [n]. I-
dem, ſi tacitè, quia ſpeciem indiuiduam tradide-
rit, putà lancem. videtur enim cuiuslibet fidem
inſolidum ſecutus [o], cum cuſtodia non niſi inſo-
lidum præſtari poſsit [p]. Quòd maximè proce-
dit in ijs, qui dolo egerũt, & de vi teneãtur. Con
ſtat enim tales ex delicto ſuo inſolidum obliga-
ri [q], ijsq; caſibus vera eſt Caſtellionis ſententia:
reſpectu verò hæredum promptius adhuc eſt, vt

a l. in depoſiti. l. ſeq. depoſ. l. in commodato. §. ſin ex facto. commod.
b l. ff. §. apud ſe rocem. de aq. plu. arc.
c d. l. inter. §. quod ex facto. d. l. v. §. fin.
d l. ſi duo. verſ. quòd ſi lancem. depoſ. l. j. §. ſi apud duos. eo. ti.
e l. ſi vt certò. §. ſi duob. vehiculum. ff. commod.
f l. ſtipulationes non diuidũtur. ff. eod.
g d. l. ſtipulationes.
h d. l. in cõdict. & d. l. ſi duo. in princi. & l. j. §. ſi pecunia in ſacculo. eo. tit.
i l. bona fides. verſ. qđ ſi ego. ff. depoſ.
k d. §. pro parte.
l l. in re furtiua. de cond. fur.
m l. eandem. in prin. ff. tit. j.
n gl. d. §. ſi apud duos.
o d. §. ſi apud duos. d. l. ſi duo. verſ. ac ſi ipſi.
p d. l. ſi vt certò. §. ſi.
q l. j. §. quoties. de vi. & vi ar.

diuidi talem obligationem etiam ſolutione credamus, Raynutiumque, Alb. Imol. Rui. tunc ſequamur, quæ & quorundam veterum ſententia fuit[a], cùm conſtet obligationem, quæ re contrahitur, ad hæredes pro portionibus hæreditariis
60 duntaxat pertinere[b]: idq; certum eſt, cùm † quãtitas debetur, quæ ſui natura diuiſionem recipit[c]. Nam tali caſu nec quidem ex proprio dolo eos inſolidum conueniri conſtat, ſi in re diuidua cõmuniter adhibitus ſit[d]. multò minùs ergo de ſolius cohæredis dolo tenebuntur[e]. Quòd ſi non pecunia, ſed ſpecies certa indiuidua debeatur, verior eſt Bart. ſentẽtia, vt obligatio quidem intẽ hæredes diuidatur, ſed liberatio non niſi integræ rei ſolutione contingat[f]. Vnde ſi ſpecies illa penes vnum tantùm ex hæredibus ſit, in contractibus bonæ fidei quadam ex æquitate inſolidum ille, qui rei reſtituendæ facultatẽ habet, condemnabitur[g]. ſicut & in hærede raptoris dicitur, ad quem tota res peruenerit[h]. Tenetur enim ex interdicto, quatenus ad eum peruenit, vt ſ̃. dixi[i]. Quòd ſi hæredes ipſi communiter dolum adhibuerint rei inuertendæ cauſa, tunc inſolidum ſinguli tenebuntur[k]: ſi verò vnus tantùm dolum fecerit, ſolus ille tenebitur[l], nec ex dolo ipſius alij
61 innoxij obligantur[m]. ſicut † nec ex dolo defuncti hæredes inſolidum tenentur, ſed pro hæreditariis portionibus tantùm[n]. Quod diximus, eũ ſolum teneri, qui dolum contráue fecerit, probare mihi viſus eſt Iulius Paulus[o], idq; inſolidum, vt idem ait. Ille enim qui deliquit, ſolus (vt non ineptè exiſtimat Bartolus[p]) teneri debet. Meritò itaq; æſtimationem ad dolum, quem inſolidũ ipſe hæres commiſit, referri debere Iuriſconſulti Pauli[q] reſponſo comprænhenſum ſcio. Nam flagitia ſuos debere tenere auctores, nec vlteriùs progredi, diuus Arcadius[r] & Honorius reſcripſerunt. Extat & in hanc ſententiam Cæleſtini III. ad Claromont. Epiſcopum epiſtola[s], diuorum principum verba referentis. Summa igitur æquitate ex Saluij Iuliani[t] reſponſis adijcimus, actionem aduerſus cohæredes dandam non eſſe: id quod pro dolo cohæredum accipiendum rectè putauit Accurſius[u], eoque Iuliani & verba & ſententiam propendére mihi fit veriſimile. Carent enim dolo, vt ait Iulianus, nec debet alteri per alterum iniqua conditio adferri, vt vulgatiſsima iuris antiqui regula proditum eſt, idq; Papinianus acutiſsimi vir ingenij, & à Spartiano iuris theſaurus appellatus reſpondit. Pauli tamen reſponſum in bonæ tantùm fidei iudicijs, & ijs, quæ diuidi non poſſunt, habere locum, Bartolus[x] αὐτινομίαν diluens cenſuit, in cuius ſententiam totis (quod aiunt) pedibus iuere Alexand. Raph. & Angelus, idque receptiſsimum adſeuerarunt. At quamuis verba Iuriſconſulti depoſitum ſolùm contineant, ſententiam tamen eiuſdem ad ſtricti iuris contractus porrigi poſſe nemo ſanæ mentis negabit: quod & Paulus[y] adfirmare mihi viſus eſt. Nam (vt ait Vlpianus) verbũ *ex legibus*, ſic accipiendũ eſt, tã ex legũ ſententia, quàm ex verbis. Si igitur vnus hæredum ſolus dolum admiſerit, ſolus dabit pœnas delicti, ſiue in bonæ fidei, ſiue in ſtricti iuris iudiciis. Quòd ad bonæ fidei contractus attinet, expeditum eſt, idq; crebriore calculo ab eiſdem receptum ſcio. Mirari ſatis nequeo eius generis homines verba Iuriſconſulti[z] non expendiſſe, ita aientis, Quod ex facto ſuo vnus ex cohæredibus ex ſtipulatione hæreditaria præſtat, à cohærede non repetet, veluti ſi à hæredeque ſuo dolum malum abfuturum defunctus ſpoponderit, neque per ſe, neque per hæredem ſuum fore, quò minùs quis eat, & agat. Porrò ſtipulationem ſtricti iuris eſſe nemo eſt qui neſciat, idque ex mẽte Accurſij[a] rectè colligi poteſt. Non erat igitur conſtituenda differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris. quod & ſuperiùs docuimus. Cæterùm † ſuprà ſcriptæ concluſioni VI.
A nec tunc locus videtur eſſe, cùm quis non diſpo 62
ſitione hominis, ſed legis auctoritate principaliter obligatus eſt. Is enim ſolus inſolidum tenetur, quia lex eum inſolidum obligare poteſt: quod ſecus eſt in obligato diſpoſitione hominis, qui ſupra portionem hæreditariam obligare hæredem non poteſt[b], cùm lege XII. tabularum fiat pro rata diuiſio. Vnde cùm clauſula *Dolum malum abeſſe*, in cõtractu depoſiti legis diſpoſitione inſit[c], cohæres contrà faciens ſolus tene
B bitur[d], ſicq; Paul. Aretinusq; cenſuerunt, quos & ego ſequor. Hinc infertur, vt, ſi vnus ex pluribus emptorib. rem emptam deteriorem faciat, ſolus & quidem inſolidũ teneatur[e]. Non enim id damuum virtute contractus, vel ſtipulationis præſtatur, ſed ædilitij edicti auctoritate[f]. Qua
† ratione & idem deciſum eſt, cùm vnus hære- 63
dum emphyteutæ partem ſuam irrequiſito domino alienaſſet, non ideò omnes hæredes cadere: quod Socin. Corn. & Riminaldus ex facto re
C ſponderunt[g]. Prohibitio enim alienationis legis diſpoſitione principaliter fit, habetq; locũ, etiam ſi nihil ea de re inter partes cautum ſit[h].
Nam † & idem reſponſum eſt, cùm vnus ex plu- 64
ribus emphyteutæ hæredibus malè in re perpetuaria verſaretur. non enim ab aliis rebus cadit, aut cohæredes cadere facit, quia diſpoſitioni ſolùm legali aduerſatur[i]: pœnæ autem legales delictum non excedunt[k]. quod à plurimis reſponſum fuiſſe Socinus hîc oſtendit, tametſi
D Raphaël Comenſ. & Andreas Siculus contrà dixerint[l]. Sed ego Socinum ſequor, cùm idem etiam in cliente beneficiario videamus, qui, ſi fiduciæ, ſeu feudi partem vendat, non tamen à toto cadit[m]. qua in re alibi Iaſon quoque rectè diſtinguit[n]. Nec me mouet, q; vno cohæredum emphyteutæ canonem non ſoluente, cæteri in commiſſum incidant[o], quia canon non auctoritate legis, ſed ex ipſo contractu, partiumque facto conſtitutus debitusq; eſt. ſicut & videmus in
E euictione, in qua facto vnius cæteri tenentur[p]. Euictio enim nõ legis auctoritate, ſed facto contrahentium principaliter debetur, ſi quidem lex eam introduxit ex præſumpta contrahentium mente, conſuetudineq;[q]. Nec item me mouet auctoritas Bartol. qui in contractu ſtricti iuris omnes teneri hîc cenſuit: quia eius diſtinctio locum in his habere poteſt, quæ diſpoſitione hominis inducta ſunt, non legis. Minusq; me mouet, q; hæredes promiſſoris ſinguli ad id, quod
F intereſt, tenẽtur, vt ſuprà vidimus[r]: & tamen id, quod intereſt, legis diſpoſitione in obligationibus facti ſuccedit. Reſpondeo enim eo in caſu aduerſus ſtipulationem ventum fuiſſe: at noſtra eſt quæſtio, cùm aduerſus legis præceptum contrahitur.
Nec † tunc procedit legis noſtræ con- VII. 65
cluſio, cùm vnus ex pluribus hæredibus contrà facit, ſed nõ in obligatione hæreditaria[s]. Si enim ex alia cauſa, quàm hæreditaria, peccauerit, non eſt æquum alios teneri, cùm culpa ſuum duntaxat proſequi debeat auctorem[t]. Hincque appa-

ret

a Bar. l. ſtipulationes non diuiduntur. viij. oppoſ. iiij. ſol.
b d. l. in condictione.
c d. §. ſi pecunia. d. l. ſi duo. in princ.
d d. l. ſi duo. in princ.
e l. incommodato. §. ſi ex facto. commod.
f d. l. ſi duo. §. ſi.
g d. l. iij. §. hæres. l. actione. §. ſi cõmunis. ſ̃. pro ſoc.
h d. l. ſi plures.
i l. ſemper. §. hoc interdictũ. quod vi, aut clàm.
k d. l. ſi duo. verſic. q; ſi lancem.
l d. §. ſi ex facto.
m d. §. ſi apud. verſ. idemq;.
n d. l. in depoſiti. cum l. ſeq. d. l. in condict.
o l. in depoſiti. ff. depoſi.
p hic in v. oppoſ.
q d. l. in depoſiti.
r l. ſancimus. C. de pœnis.
s c. ij. de ijs, quæ fi. à ma. par. cap.
t l. nec aduerſus. depoſit.
u d. l. nec aduerſus.
x hic v. oppoſ.
y l. inter cohæredes. §. quod ex facto. fa. erc.
z d. §. quod ex factis.

a gl. §. actionũ. de act. Inſt.
b l. cũ à matre. C. de rei vend. l. continuus. in fi. vbi Bar.
c d. l. j. §. illud. depoſ. l. in commodato. in prin.
d d. l. in depoſiti.
e l. qd ſi nolit. §. Pomponius. de Aedil. edict.
f l. j. §. j. de Aedil. edict.
g Soci. hic, Iaſ. l. fi. verſ. xiij. C. de iur. emph. Cor. conſ. lxvij. in ij. Cur. ſen. lxxvij.
h d. l. fin. in prin.
i auth. qui rem. C. de ſac. ſanct. eccleſ.
k l. reſcriptum. de his, quib. vt indig.
l arg. l. quidã. in fin. de donat. vbi Raph. Bar. conſ. xxxvj. in ij dub. & hic, Raphael conſil. xlv.
m c. j de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. Bal. cõſ. cccxxxvij. in j.
n Iaſ. d. l. fin. q. xiij. verſi. xv.
o glo. magna l. communi diuidundo. ff. communi diuid. Bar. l. fraudati. de public.
p d. l. in executione. §. inſolidum.
q l. qd ſi nolit. §. quia aſsidua. de Aedil. edict.
r d. l. ij. §. fin. ſ̃. eod.
s l. fin. ad Syllan. l. de pupillo. §. ſi plurium. de op. noui nunt.
t l. ſancimus. C. de pœn.



ret & hoc caſu mitiùs cum lege, quàm cum homine, agi[a]. Ceſſat enim ratio, quæ in lege noſtra adducitur, proceditque maximè hæc ſententia in ſtipulationibus prætorijs[b]. Sanè cùm de vlciſcenda contumacia agitur, pœnaque non magni eſt præiudicij, qualis temporaria actionis denegatio, qui in parte delinquit, in totum plectitur, quamuis de prætoria ſtipulatione a-
VIII. gatur[c]. Addit Bartol. non procedere ſuprà ſcriptam concluſionem in ſtipulationibus prætoriis: quia illæ nunquam committuntur, niſi aduerſus contrà facientem pro parte ſua, idque tam reſpectu eius, quod intereſt, quàm pœnæ. quod propter æquitatem officij iudicis induci ille credidit[d], quæ plurimùm in hiſce ſtipulationibus vertitur[e]. quam ſententiam etiã non pauci deinde ſecuti ſunt: ſed mihi ſemper viſa eſt dubitabilis, quia nulla eſt æquitas, quæ non iubeat id dari, quod conuentum eſt. Cùm ergo cõditio ſtipulationis euenerit, debent oẽs teneri[f], cùm aliud citra manifeſtam ſtipulatoris iniuriam cõſtitui non poſsit[g]. Cur enim hæc æquitas tam variè agit, vt hîc pro parte tantùm ſinat cõtrà facientem puniri? in contractibus verò bonæ fidei inſolidum operetur[h]? at in iudiciis omnes quidem ſinat conueniri, ſed exceptionẽ concedat[i]?
66 Nam & † ſtipulatio duplæ ob cauſam euictionis prætoria eſt, & tamen contra omnes inſolidum cõmittitur[k]. Indiſtinctè enim illa ſtipulatio origine prætoria eſt[l]: ſed quia põt non ſolùm ſub prætore, ſed etiam aliis iudicibus exerceri, dicitur cõmunis. quod infrà declaraui[m]. Quod enim Bar. ait, eſſe quidẽ prætoriã, excepto cùm de rebus pretioſis interponitur[n], quo caſu ſuprà ſcripta lex ſit intelligenda, & diuinatoriũ eſt[o], & legẽ ad ſpeciẽ rariùs contingentẽ nimis reſtringit, ſed & iniquiſsimã quoq; rẽ inducit. Pone: vendidi tibi ſeruũ, & caui duplæ nomine: vnus ex hæredibus meis defendit, alter non defendit: ſecundum Bartoli ſententiã non cõmitteretur pœna, niſi aduerſus eũ, qui non defendit, ſicq; emptor partẽ ſerui haberet, partẽque pœnæ, cùm tamen ſeruum pro parte non fuiſſet empturus[p]. Adde
67 &, quòd † leges ſimpliciter aiunt, ſtipulationem de defendendo indiuiduam eſſe[q]. Nec videntur reſtringendæ, niſi eſſet prætoria, cùm regulariter prætoria ſit. Nec me mouet Iuliani reſponſum, quod ſuæ ſententiæ fundamentum Bartol. habet, dum ait, omnes prætorias ſtipulationes eiuſdem interpretationis eſſe: & ideò ex *Iudicatum ſolui* ſtipulatione non omnibus hæredibus, nec aduerſus omnes actionem contingere[r]. Re-
68 ſpondeo, Iuriſconſultũ † loqui de cautione, quã præſtat legatarius hæredi propter Falcidiã, quæ ſimplicem ſatiſdationem continet, & quanti eã res eſt cõmittitur, non aũt pœnam[s], quod & in ſtipulatione *Iudicatum ſolui*, certum eſt, quæ, ſicut aliæ prætoriæ, ad id, quod intereſt, ſolùm cõmittitur[t], quod quidem diuiſionem recipit[u]: nos autẽ de pœna tractamus, quæ propter conditionis euentũ cõmitti, non niſi inſolidũ, poteſt. Sicque Iuliani reſponſum oẽs veteres ſunt interpretati, & ipſemet Barto. ibi eſt ſecutus, vt mirũ ſit, cur hoc loco tam amplam limitationem huic regulæ induxerit eius reſponſi argumento, quòd ſciebat ad rem nihil facere[x]. Exiſtimo igitur ſuprà ſcriptam limitationem minimè probandam eſſe, & Pet. ſentẽtiã, quæ & veterũ fuit, quos Bar. hîc modernos vocat, ſequor, cũque Aretin. Iaſoneque ſentio. Conſtituendum ergo regulariter eſt, ſtipulationẽ † de defendendo eſſe diuiduam, & ideò pœnam aduerſus quẽlibet hæredũ committi, vno ex eis non defendente[y]. Nec obſtat, quòd agere & defendere videantur correlatiua[z], cùm Defendere nihil aliud ſit, quàm excipere. Ergo ſicut ſtipulatio *Ampliùs non agi*, recipit diuiſionẽ, ita & hæc ſtipulatio *Rem defendi*. Reſpondeo enim ſtipulationẽ *Ampliùs non agi*, diuiduam
A eſſe, quia poteſt ſtipulator contrà facientẽ exceptione ſtipulationis ſubmouere, vt ſuprà declaraui: quod ſecus eſt in hac defendendi. Non eſt tamen perpetua ſuprà ſcripta concluſio. Et † in I.
primis videtur, quòd, ſi non de pœna agatur, ſed 70
dẽ eo quod intereſt, tunc hæc ſtipulatio diuiſionem recipiat[a], maximè ſi ab hæredibus ipſis incipiat obligatio, vt ſuprà dixi[b]. Nec me mouet, ſi quis dixerit, non multũ referre, an pœna, an id, quod intereſt, præſtetur, tanquã in prætoriis ſtipulationibus pœna ſemper loco eius, quod in-
B tereſt, ſuccedat[c]. Reſpondeo enim plurimũ referre propter vim conditionis, quæ pœnali ſtipulationi adijcitur[d]. Et quia, vt pœna cõmittatur integra, ſatis eſt, vel minimũ intereſſe. quod Bartol. hîc tradidit[e]. Rurſus † videtur, ſi res, quæ de- II.
fendi debet, ſit diuidua, tali caſu etiã ſtipulatio- 71
nem ſecundum rei naturã declarari. Hoc enim caſu tantã cõmoditatẽ pars reſpectu partis, quãtam totũ reſpectu totius, adfert idque Raphaël ſentit, & Iaſon ſequitur[f]. Nam & ſuprà ex mul-
C torũ ſententia diximus, ſtipulationem *Habere licere*, quæ regulariter indiuidua eſt[g], ſecundũ naturam rei quandoque diuiſionem recipere, vt cùm quis promiſit habere licere centum aureos: ergo idem, ſi promiſſum ſit defendere tibi talẽ quantitatem. Qua ratione Bartol. promiſsionem *Non excipiendi*, ſecundum rei naturam diuidi exiſtimauit. quod infrà videbimus[h]. Nec obſtat, quòd etiam tali caſu creditore agente teneantur promiſſores vnum defenſorẽ, ſeu procuratorẽ con-
D ſtituere[i]. Quia non ideò ſequitur, quin obligatio diuiſionem recipiat, vt hîc inquit Bartol.[k]: maximè ſi lis cum defuncto non fuiſſet cœpta[l].

Rurſus non procedit, cùm quis tenetur variis III.
in actionibus defendere. Nec enim dubium eſt, faterurque Bartol. poſſe vnam defendi, aliam negligi[m]. Addit idem Bartol. nec tunc pro- IIII.
cedere, cùm ſtipulator fauori ſuo renuntiat, contentusque eſt, vt vel pro parte res defendatur[n].

Subijcit Raph. hanc rei defendendæ ſtipula- V.
E tionem ex parte hæredum ſtipulatoris recipere diuiſionem: idque eſſe, quod lex infrà ait, vtilitatis cauſa propter ſtipulatorum commoditatem admiſſum eſſe[o]. quod & Socin. ſecutus eſt, & ego probaui. Addit Socin.[p], Ruy. alijq; recentiores, & filio ex parte hæredi competere vendicationem ſui fundi, quem pater vendiderit, ſicq; inſolidum eum ad defendendũ non teneri. Quæ ſententia certa eſt, cùm is filius de euictione non teneretur[q], vt quia emptor ſciens alienum eme-
F rit[r]. At cùm euictio præſtanda eſt, ſecus videretur[s]. quod aliàs ex facto pronuntiatum fuit, niſi dixeris, & hoc caſu admittendum filium, qui rem ſuam ſupra portionem hæreditariam vendicet, cùm ex actione ſaltem hæc defendendi obligatio diuidua ſit, nec electio ſit emptoris, qui neceſſe habet omnes conuenire, non autem poteſt totum à filio conſequi[t]. Fuere † &, qui le- IX.
gi noſtræ locum non eſſe tradiderunt in conſci- 72
entia (vt vocant) foro. Quoniam Innocent. exiſtimet in eo foro nunquam alium pro alio

a l. Celſus. in fi. de arbit.
b l. pœnales. §. Iulianus. ad l. Falc. vbi Bar. ij. oppoſ.
c l. j. §. ſi cũ duobus. de collat. bon. Alexand. l. fin. in ius voc. vt eant.
d Bar. q. ij.
e d. l. pœnales. §. Iulianus. l. ij. §. incertum. de præt. ſtipu.
f d. l. inter. §. quod ex facto.
g l. v. in fin. ſ̃. eod.
h d. l. in depoſiti.
i l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut.
k l. ij ex cauſa. ſ̃. eod.
l l. j. §. pen. de præt. ſtip.
m l. v. §. cõmunes. ſ̃. eod.
n l. emptori. de euict.
o d. l. cũ ex cauſa.
p l. q; ſi nolit. §. ſi plures. de Aedil. edic.
q l. ex clauſula. iudic. ſol. l. ſi cũ vno. ſi ex noxal. & ſ̃. §. ſeq.
r l. pœnales. §. Iulianus. ad l. Falc.
s l. j. in princip. ſi cui plus, quã.
t l. ij. §. incertã. de præt. ſtipul.
u d. l. ſtipulationes. verſic. Celſus.
x d. l. v. §. fin.

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato.
69
y d. l. cũ ex cauſa. d. l. clauſula. cum ſimil.
z l. non probatur. vbi gloſ. C. qui accuſ.
a l. ij. §. incertã. de præt. ſtipul. vbi Bar. & Pau. l. ſi communis. de neg. geſt.
b d. §. Iulianus. j. reſponſ.
c l. fin. de præt. ſtipul.
d d. l. v. §. fin.
e Barto. ix. oppoſ.
f l. loci. §. ſi fundus. in fi. ſi ſer. vend. arg. d. l. cũ ex cauſa.
g ſ̃. l. prox.
h Bar. q. iij.
i l. iam tamen. §. pe. iud. ſol.
k l. fi. eo. tit.
l l. ſi quis cum procuratorio. §. vnius. de procurat.
m gl. d. l. iam tamen. §. pen.
n l. iij. §. j. ſ̃. tit. j.
o ſ̃. §. ſeq.
p ſ̃. §. ſeq.
q l. cũ à matre. C. de rei vend.
r l. ſi fundum ſciens. C. de euict.
s l. fi. verſi. porrò. de condict. indeb.
t d. §. inſolidũ. d. l. cũ ex cauſa.

teneri [a]. Quæ ſententia in pœnis legalibus de-
fendi poteſt,at in caſu noſtro non poteſt. Cùm
enim hæc pœna debeatur, quia conditio ſtipu-
lationis euenit [b], non videretur excuſari cohæ-
redem poſſe, quin conuenta adimpleat [c], per-
inde ac ſi quælibet alia conditio, ſub qua teſta-
tor aliquid promiſiſſet, eueniſſe proponeretur.
& ideo reijciendum eſt, quod Aretin. hîc ſubie-
cit, nec in foro quidem mercatorum obſeruan-
dam eſſe ſuprà ſcriptam concluſionem [d], quo-
niam in eo ſecundum conſcientiam,æquitatém-
ue duntaxat procedatur [e]. Reſpondeo enim,
quæ maior eſt æquitas, quàm teſtatoris fidem
X. ſeruare [f]? quod & Iaſon annotauit [g]. Enimuerò
73 † quotieſcunque id in ſtipulationem deducitur,
quod ſui natura ad hæredes tranſitorium non
eſt, ſi hæredum facta ſit mentio, cenſuit Bartol.
eos facto vnius non pro portione hæreditaria,
ſed inſolidum teneri [h]. Quod tribus quæſtioni-
bus oſtendit: quarum prima eſt,cùm † quis ſibi
& ſuis hęredibus vſum ſtipulatur,habebunt (in-
quit ille) ſinguli hęredes vſum in ſolidum , erit-
que is nouus vſus in hęredum perſona,non au-
tem à teſtatore tranſmiſſus [i]: ſicque tot erunt v-
ſus quot hęredes [k].Nec videtur ideò mutari con
ditio obligationis ex perſona hæredum [l],cùm il
lud locum habeat in obligationibus, quæ teſta-
tore transfuſę ſunt.At hîc vſus ex perſona cuiuſ-
que hęredis incipit,ſed tamen ſuprà ſcriptæ con
cluſioni, quę communiter approbata eſt,aliqua
obſtant. Et in primis argumentum Iaſ.cùm ſti-
pulatio hæc, quamuis ab hęredibus incipiens,
ſit hæreditaria [m], ergo diuidi pro portionibus
hęreditariis debet.Sed ſuprà reſpondi,lege XII.
tabularum eam duntaxat obligationem diuidi,
quæ vna fuit,& transfunditur: at hęc nunquam
vna fuit,ſed à principio multiplex in cuiuslibet
hęredis perſona orta eſt. Item obſtat,quia non
eſt veriſimile,plus eſſe à teſtatore hæredibus ſu-
is prouiſum,quàm ſibi. Vnde cùm reſpectu ſui
vnus tantùm ſit vſus,non debet reſpectu hære-
75 dum multiplicari. Nam † & videmus eum, qui
iter per domum alterius ſtipulatus eſt, non poſ-
ſe pluribus hoc ius cedere, quia grauaretur pro-
miſſor:quod Angel.Paul. & Iaſ. cẽſuerunt [n].Sed
reſponde,multiplicationẽ hanc ex quadam ne-
ceſsitate fieri,cùm alioqui vſus diuidi non poſ-
ſit [o]. quę neceſsitas in eò ceſſat, qui cedere tale
ius pluribus vult [p]. Dixerit aliquis: Cur ſuprà
ſcripto caſu cedere non poſsit dominus, cùm
conſtet ſeruitutem prædialem, quamuis ab vno
ad plures perueniat,nõ multiplicari? Quia cùm
vni fundo debeatur, licet is fundus ad commu-
nionem plurium pertineat,tamẽ vnus eſt [q]. Re-
ſpondeo , id in ſeruitutibus prædialibus rectè
procedere,in perſonalibus verò, qualis eſt vſus,
ſecus eſt. Illa autem, *iter fieri per domum alicuius*,
aliquid perſonale habet,vt ſuprà vidimus [r],quia
noſtra intereſt paucíſsimis domus noſtræ ſecre-
ta pandi [s]. Iterum obſtat, quia videtur potiùs,
quàm verba ſtipulationis debeant,ad factum re-
ferri , vt vſus vnus quidem ſit,ſed eius commo-
ditate plures vti poſsint [t].ſicut & videmus aliàs
vſum non pro ſeruitute, ſed pro commodo in-
telligi. Ne ergo grauetur promiſſor, æquius
fuit hanc interpretationem accipere [u]. Sed fate-
tur Bart.hanc opinionem ęquiorem eſſe, licet ri
gore iuris propter vim, proprietatemq; verbo-
rum alia ſit receptior [x]. Sequens quæſtio eſt,ſi
76 † quis ſtipulatus ſit,nec ſe, nec hæredem ſuum à

a Innoc. c. ſic ut dignum. de homic. b d. l. inter. §. quod ex facto c c.j.de pact. d Ang. conſ. ccxlx arbitrato re. Aret. hic in princ. e Bar. l. Quintus. mand. f l. j. de conſt. pec. g ẞ.§.item ſi in facto. vj. limit. h Bar.vj.q 74 i l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita ᵹ.eod k Bart. l iiij.§.è contrario de acquir.poſſeſ. l l. iiij.§. ex his. ẞ.e.d. m l.hęreditariū de bo.auct.iud. d.l. inter.§.q̄d ex facto. n l.ſtipulationes non diuidũtur.in gl.ᵹ. eod. o argu. d.§. ex his.& d.l.hæredes.§.an ca. p l.ex hoc.§.ſed hæredem. de aſien.iud. mut. q l nam ſatis. vbi gl. quéad. ſeruit.amit. r ẞ.in verbo, iter fieri. l. ſi ſtipulatus fuero per te. ᵹ.eo. s l. iij. C.quãdo, & quib. quarta pars lib.x. t arg.l. & per iuſiurandum.§. ſi quis vſumfructum.de accep. u l.j.in fi. ẞ.eo. l.qui vſumfructum. vbi Bart. ᵹ.eo .vij.q Bar x l ſtipulatio iſta.§.hi. qui.ᵹ. eod.

te, vel hęrede tuo offendi adiecta pœna, & vnus
ex hęredibus ſtipulatoris offenſus ſit.tunc enim
pœnam non pro portione hæreditaria, ſed inſo-
lidum cõmitti,ſicq; Bartol. cenſuit, & Angel. &
Caſt.& Pont.cũ Iaſo. Cuius rei illa eſt ratio,quia
† ſtipulatio hæc *Non offendendi*, cùm ſit facti nega- 77
tiui perſonæ cohærentis,ad hæredem non tran-
ſit [y],meritò cùm facta ſit mentio hęredum,ab eis
dicitur incipere [z]: & ideò tanquã principales
A eſſent, inſolidum cõmittitur ſtipulatio [a]. Nec
quicquã facit ratio Alex.& quorundã aliorũ con
tradicẽtiũ:quia (vt ſuprà ſæpiſsimè dixi) diuiſio
pro rata fit à lege duodecim tabularũ in obliga-
tionibus, quæ transfunduntur in hęredes, non
quæ ab eis incipiunt. Minus etiam facit, quòd
dicitur in ſtipulatione *Neque per te, neque per hære-
dem fieri,quo minus,&c.* hęredes ſtipulatoris ꝑ par-
te hæreditaria agere [b], & tamen talis ſtipulatio
ſui natura tranſmiſsibilis non eſt [c]. Reſpondeo,
B (quicquid dicant Doct.) verba legis ſtare in con
trarium,quibus expreſsim dicitur Inſolidum,&
quidẽ ſingulis ( vt inquit Accurſ. ) actionem da-
ri [d]: & ideò inde infero, tam ex parte hæredum
ſtipulatoris,quàm promiſſoris, hanc ſtipulatio-
nem inſolidũ cõmitti. Et licet Bart. exiſtimet,in
hęredes promiſſoris tranſire, & conſequenter re
ſpectu eorũ pro rata fieri diuiſionẽ,tamen hoc e-
go non probo,cùm † ſtipulationes facti negatiui 78
perſonalis neutra ex parte ſint tranſitoriæ [e]:me-
C cũque ſentit & Claud. Bartolique rationes pa-
rum ad rem faciunt,quæ in obligationibus dan-
di ſolùm procedunt. Nec conuincitur dicta con
cluſio verbis legis, quibus ſcriptum eſt,omnes
teneri. quę dictio collectiua eſt, arguitque quẽ-
libet inſolidum non teneri [f]. Suprà enim re-
ſponſum eſt diſtributiuæ vim eo in loco habe-
re [g],idque ſubſequentibus verbis declarari,dum
repetent, (inquit) quod præſtiterunt. quę ver-
ba ſic accipiuntur , quantumcunque ſit, quod
D quiſque præſtiterit, ſiue ratam partem,ſiue to-
tum, cùm electio ſit creditoris [h]. quod indicat e-
tiam verſiculus,contrà autem. qui hæredes ſti-
pulatoris inſolidum agere expreſsim ait, non au
tem,vt Bartol.interpretatur, pro parte hæredita
ria. Et dubium non eſt, quin aduerſatiua *autem*,
circa eandem qualitatem intelligatur adiecta [i].
Suadet hoc & vulgaris regula,quę contrariorum
ait eandem eſſe diſciplinam [k]. Vltima quæſtio
eſt,cùm † lege municipali cautum eſt,vt reus ho 79
E micidij decolletur, niſi pacem ab hærede habu-
29 d ¶ Ipſe dominus.) † Mutatur ergo conditio obligationis à defuncto in hæredem, quod contra regulam eſt: ſed iſtud eſt propter legem XII. tab. quæ diuidit obligationes transfuſas. Quapropter vbi obligatio ab hæredibus incidit, non mutatur. Non ergo diſtinguitur de principali in hæredes, ſed de obligatione transfuſa in non transfuſam. Sed de hoc latius ſuprà [b].

e ¶ Pro parte.) Si ergo ratum partim habet, partim non habet, conſequetur ſtipulator ſolidam pœnam: vnde conſequens eſt, vt pro ea parte, quæ obſeruata fuit, ſtipulator pœnam quoq; conſequatur: quod abſurdum eſt: conſequeretur enim & rẽ, & pœnam [c]. Sed id argumentum ita diſſoluitur, vt communiter Doctores putẽt cogi ſtipulatorem, ſi integram pœnã conſequi velit, id vtilitatis compenſare, quod ex partis obſeruatione percepit.

b In §. ex his.
c l. reſcriptũ §. ſi pacto ff. de pactis.

f ¶ Non poſſit.) † Atqui videretur poſſe. Nam 30
ſi procurator promiſerit ſimpliciter Titium ra-
B tum habiturum, & Titius pro parte ratũ habeat, cõdemnabitur ſolum procurator in id, quod intereſt ratione partis inobſeruatæ [d]. Sed hæc diſſimilia ſunt: hîc enim promiſſa eſt pœna, quæ vt euitetur, debet promiſſor in totum obſeruare: atque id communiter dicitur. Sed adhuc obſtat: Finge me nomine Titij renunciaſſe certæ ſpeciei indiuiduæ, & promiſiſſe eum ratum habiturum: ſi aliquis hæredum nõ obſeruat, nónne ſtipulator partem ei ipſius retineret, pro parte ve-
C rò id, quod ſua intereſt, à me cõſequeretur? quod abſurdum eſt. Sed reſpõde, in caſu huius reſpõſi ipſum dominum promiſiſſe, ſe hęredemq; ſuum ratum habiturum: quapropter ex ea promiſsione datur exceptio ſtipulatori, qua hęredem promiſſoris cõtrà facientem repellat, nec inuitus cogetur in diuerſa ſpecie ſatisfactionem conſequi. At in propoſito caſu nulla exceptio ſtipulatori competit, cùm ex mea promiſsione non Titius ipſe, hęreſue eius, ſed ego tantùm obliger.
D

d l. ſi procurator. ff. rem ratam haberi.

Auenionenſis prælectio.

1 *Circa quæ conſiſtat materia diuidui & indiuidui. & numer. 2. 3.*
4 *Facta alia dicuntur indiuidua, ratione quo ad principalem obligationem, alia quo ad commiſsionem pœnalis ſtipulationis.*
5 *Catones tres fuerunt.*
6 *De quo Catone hic intelligendum.*
E 7 *An pœna contra omnes cohæredes pro portione hæreditaria committatur, ſi vnus ex hæredibus promiſſoris in obligatione indiuidua contrafacit. & numero 9.*
8 *Inſolidum dicuntur teneri, qui ſinguli ad totum integrum tenentur, non qui collectiuè.*
10 *Si promiſſor in ſtipulatione facti indiuidui promitteret per hæredem ſuum non fieri, committeretur pœna inſolidum: ſi ſecus, committeretur pœna pro portione hæreditaria. & nu. 11. 12. 14.*
F 13 *Quando obligatio dationis fundatur in perſona principalis, tunc adiectio hæredis eſt ſuperflua.*
15 *Si promiſſum factum eſt indiuiduum ſub pœna, vno ex hæredibus contrauueniente, ſi in ſtipulatione ſit promiſſum factum hæredis, ſiue non, quomodo committatur pœna. & nu. 16.*
17 *Stipulatio iſta, iter fieri, an ſit facti vel iuris. & numero 19. 21.*
18 *An ſtipulatio itineris ſit de ſe ſtipulatio ſeruitutis.*
20 *Iter facere quid propriè ſignificet.*
22 *Iſta ſtipulatio, iter non fieri, importat factum.*

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

23 Seruitutes ruſticorum prædiorum negatiuè non ſunt conceptæ.
24 Appellatione facti, venit non factum.
25 Species propriè ineſt generi.
26 Diſpoſitio in pœnalibus puniens contrafacientem, non habet locum in negligente.
27 Tutor teſtamentarius excuſans ſe à tutela, perdit legatum.
28 Delinquẽs in faciendo regulariter magis punitur, quàm qui delinquit in non faciendo.
A
29 Quando capimus factum ciuiliter, tunc appellatione facti venit non factum etiam propriè.
30 Nemo tenetur reuelare, quando imminet periculum læſionis in corpus ſuum.
31 Verba in dubio debent intelligi naturaliter, non ciuiliter.
32 An cohæredes non contrafacientes incidant in pœnam vera vel ficta contrafactione.
33 Fictio non inducitur niſi ſuadente æquitate.
34 Si quis tenetur ex facto tertij, ſi non ſit in dolo vel culpa, cedendo actionem liberatur.
B
35 Actio famil. ercis. poteſt cohæredibus, qui non contrafecerunt in obligatione indiuidua promiſſoris, ad duos effectus competere.
36 Quando aliquis tenetur ex contractu ſuo vel quaſi, & habet actionem contra alium, non liberatur eum cedendo.
37 Cur inductum ſit, vt, ſi vnus ex pluribus hæredibus contrauenerit, omnes teneantur. & num. 38. 39.
40 Quando ſubditur pœna facto indiuiduo, intentio contrahentium eſt, vt iſtud factũ integraliter præſtetur.
C
41 Quilibet hæredum repræſentat in factis indiuiduis teſtatorem inſolidum ex neceſſitate.
42 Stipulatio iſta, ampliùs non agi, eſt diuidua. & numero 43. 44.
45 Ad hoc vt promiſſio ſit pœnalis, requiritur quòd in ſtipulatione ſit facta expreſſa mentio pœnæ.
46 Iſta ſtipulaio patroni cum liberto, ſi decem operas non dederis dabis viginti, non eſt pœnalis.
47 In ſtipulationibus facti pœna ſubdita reſpicit intereſſe.
D
48 In obligationibus facti non poteſt pœna & res principalis ſimul peti.
49 An in obligationibus dandi pœna debeat regulari ſecundum intereſſe.
50 Pœna conuentionalis poteſt capi largè, ſtrictè & ſtrictiſſimè.
51 Quibus de cauſis ſoleat pœna apponi in obligationibus.
52 Quare in obligatione indiuidua vna contrafaciente hærede, ſtipulatio committatur contra omnes cohæredes.
E
53 Stipulatio de rato habendo eſt indiuidua in perſona principalis quando ſubiecta eſt pœna, ſed diuidua in perſona hæredum. & nu. 54. vſq; ad nu. 59.
60 Stipulatio pœnalis debet regulari ſecundum naturam ſtipulationis principalis.
61 Obligatio, rem tradi, eſt omnino indiuidua.
62 An obligatio, rem reſtitui, ſit diuidua.
63 Quot modis oriatur obligatio, rem reſtitui.
64 Cùm quis tenetur ad tradendum ex facto alterius, non ex ſuo proprio conſenſu, tunc obligatio eſt diuidua.
F
65 Duo fratres habentes fundum pro indiuiſo communem, vendiderunt eum Titio pro certa quantitate, pacto appoſito, vt liceret eis redimere eodem precio intra quatuor annos: eueniente termino vnus non vult redimere, quæſtio eſt an alter poſſit redimere. & numer. 66. 67. 68.
69 Plures principales obligati ad rem reſtituendam, non tenentur inſolidum.
70 Depoſitarij qui non ſeruandum ſuſcipiunt, an teneãtur inſolidum.

71 In actionibus bonæ fidei, ille qui habet facultatem rei reſtituendæ, debet ſolus in totum conueniri. & numero 72. 73.
74 Quando concurrit rei vendicatio cum actione ſtricti iuris, tunc fiat condemnatio contra eum tantùm qui non habet, & contra eum ſolùm agatur. Limitatur num. 75. 76.
77 Quando actio ſtricti iuris non habet committere rei vẽdicationem, tunc non datur inſolidum contra vnum hæredem habentem facultatem rei reſtituendæ, ſed contra omnes pro portione hæreditaria.
78 Officium iudicis, quo quis compellitur ad edendum, habet naturam actus realis.
79 Intereſſe eſt pœna legalis.
80 In foro canonico omnes contractus ſunt bonæ fidei.
81 Differentia inter diſpoſitiones legis & hominum.
82 Vbicunque lex præſumit aliquid actum à partibus, cui partes renunciare non poſſunt, dicitur diſpoſitio legis.
B 83 Vbi lex præſumit aliquid cui partes poſſunt renunciare, illa diſpoſitio dicitur hominis.
84 Vbi lex aliquid inducit, non habito reſpectu ad voluntatem præſumptam partium, diſpoſitio erit legalis.
85 Si vnus hæredum partem ſuam emphyteotæ alienauit irrequiſito domino, an omnes hæredes cadant ab emphyteoſi.
86 Si vnus ex pluribus hæredibus non ſoluit canonem emphyteòticum domino, an omnes cadant ab emphyteoſi.
C 87 Ratio cur ex delicto vnius plures teneantur.
88 Nunquid in obligatione ſecundaria diſtinguatur inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, cùm vnus ex principalibus contrauenit, ſicut in hæredibus.
89 Contrafaciens non tantùm ſolus tenetur in contractu bonæ fidei, ſed etiam in pacto incontinenti appoſito in contractu bonæ fidei.
90 Si plures depoſitarij rem interuertunt, tenentur omnes inſolidum.
91 Pluribus contrauenientibus non eſt differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris.
D
92 Si plures in obligatione ſtricti iuris doloſè agant, non tamen tenentur niſi pro parte hæreditaria.
93 Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.
94 Si plures depoſitarij inſolidum tenentur, quòd dolus & pœna non niſi inſolidum committantur, tenebuntur etiam reſpectu pœnæ, ſi qua fuerat adiecta.
95 Quando plures eandem rem promittunt inſolidum, dicuntur duo rei debendi.
E 96 Si plures tenentur obligatione indiuidua, quid iuris.
97 Facta promiſſione inſolidum in contractu diuiduo obligatione, ſed indiuiduo ſolutione, an dicantur duo rei.
98 Quid iuris in obligatione ſecundaria.
99 Quando aliquis deponit vel accommodat rem, ex primæua natura iſtius contractus eſt, quòd debitor tenetur rem reſtituere, vel eam cuſtodire.
100 Cohæres niſi dederit pro cohærede negligente, incidit in pœnam.
101 Ratio quare dare filius ſit quàm facere. & numero 103.
F
102 Vbi pœna per euentum diei vel conditionis committitur, difficultas non excuſat in obligationibus dandi.
104 Fideiuſſores cùm habẽt mandatum à debitore, poſſunt ſoluere de ſubſtantia eius.
105 An fideiuſſores poſſint ſoluere de bonis debitoris, etiãſi bona non eſſent apud ſe.
106 Cohæres non poteſt dare pro alio.
107 Vbi oratio ſumitur ex vniuerſo, ſi in parte non obſeruetur, in totum oratio redditur falſa.





108 Ratio, quare ſtipulatio ampliùs non agi, & rem ratam haberi, ſint diuiduæ.
109 Conditio reddit actum indiuiduum ex præſumpta voluntate diſponentis.
110 Vbi conditio eſt appoſita diſpoſitioni diuiduæ, aſſumit eius naturam.
111 Stante ſtatuto quòd pœna appoſita dationi non poſſit exigi ſi arbiter condemnet ad dandum ſub pœna, quid iuris.
A
112 Procurator promittens quòd dominus ratum non habuit, videtur quod debeat liberari.
113 Si quis ſimpliciter promittit ſe facturum & curaturum, vt tertius tale quid faciat, & ſubijcit ſtipulationem pœnalem: is ſi fecit quod potuit, liberatur. Idem ſi pœna non eſt addita. & num. 116.
114 Promittens factum alienum cum effectu, intelligitur præciſè.
115 Promiſſio facti alieni, ſemper reſoluitur in promiſſionẽ curandi de iure canonico.
B
117 Quando aliquis promittit ſimpliciter, quod tertius tale quid faciat, non addita pœna, talis ſtipulatio regulariter non valet. Fallit, vt nu. 118. 119.
120 Stipulatio non committitur niſi quatenus intereſt.
121 Obſeruans diuiduum in factis diuiduis pro parte tantùm, incidit in totam pœnam mero iure.
122 Etiam ſi ſint plures obligationes principales quibus ſit ſubdita pœna, reſpectu pœnæ habentur niſi pro vna.
123 Natura copulæ eſt, vt requirat concurſum omnium copulatorum.
C
124 Quando ſunt plures perſonæ principales, non committitur pœna niſi pro parte eius qui contrafacit.
125 Ius canonicum mitiùs procedit in pœnis quàm ciuile.
126 Vbi agitur de attendendo promiſſis, ius canonicum magis obligat quàm ciuile.
127 Pœna de iure canonico in totum poteſt peti, tam in obligationibus dandi quàm faciendi, ſi in totum principalis promiſſio non fuerit obſeruata.
128 Vbi lex aliquid dicit enarrando factum, non licitum eſt arguere à ſola talis facti conſideratione.
D
129 Si pœna indiuidua eſt adiecta facto indiuiduo, committitur ſtipulatio inſolidum contra omnes, licet vnus hæredum tantùm contrauenerit.
130 Si in facto indiuiduo pœna indiuidua accedat, ſolus contrafaciens tenetur inſolidum mero iure, non in effectu.
131 Vbi vaſallus perdit feudum ex culpa, dominus non tenetur offerre æſtimationem melioramentorum: ſecus ſi ſine culpa vaſalli.
132 An ſtipulatio de defendendo ſuper vna actione ſit diuidua.
E
133 Filius hæres matris pro parte, poteſt vendicare rem ſuam à matre venditam pro ea parte pro qua non eſt hæres.
134 Exceptio eſt diuidua ſecundum naturam rei, conſiderato præiudicio actoris.
135 Si creditor agit contra plures fideiuſſores qui promiſerunt de defendendo, illi debent compelli ad conſtituendum vnum procuratorem.
F
136 In ſtipulationibus prætorijs, ſiue contineant dationem, ſiue factum diuiduum vel indiuiduum, ſemper committitur ſtipulatio ad pœnã uel intereſſe, niſi pro parte contra hæredem contrafacientem. & nu. 137.
138 Promiſſio de excipiendo eſt diuidua, ſicut etiam promiſſio de non agendo.
139 Effectus regulariter cauſæ immediatæ tribuuntur, non autem mediatæ.
140 Quod in ſpecie fieri prohibetur, cenſetur etiam prohibitum in genere.
141 An promittens generaliter non excipere, intelligatur de dilatoriis, non autem de peremptoriis.

142 Verba ſunt ſemper intelligenda in potentiore ſignificatu.
143 Appellatione exceptionis etiam propriè veniunt dilatoriæ, nedum peremptoriæ.
144 Argumentum ab etymologia quando locum habeat.
145 An appellatio vnius proſit pluribus.
146 Appellatio magis participat de exceptione, quàm de actione.
147 Obligatio de agendo nomine proprio inter hæredes diuiditur, & quilibet hæredum promiſſoris agendo pro parte liberatur.
148 Promiſſio de agendo nomine alieno eſt diuidua, & regulatur ſecundum naturam promiſſionis de agendo nomine proprio.
149 An aliquis poſſit agere vel defendere per plures procuratores.
150 Si quis ante conſtitutam ſeruitutem promittat non agere, talis promiſſio eſt diuidua.
151 Promittens facere domum ſub pœna, ſi vnus ex pluribus hæredibus eam faciat, licet alij non faciant, non incidunt tamen in pœnam.
152 Poſt ſeruitutem conſtitutam promiſſio de ampliùs non agendo eſt indiuidua.
153 Stipulante aliquo ſibi & hæredibus ſuis vſum, hæredes ſinguli habebunt vſum inſolidum.
154 Vſus quare dicatur indiuiduus.
155 Si quis in re indiuidua non tranſitoria ad hæredes, ſtipuletur ſibi & hæredibus, talis obligatio non transfunditur de teſtatore ad hæredes.
156 Licet ſeruitus realis competat pluribus hæredibus, tamen dicitur vna ſeruitus.
157 In ſeruitutibus realibus fundus ſeruiens non grauatur, licet fundus dominans efficiatur plurium, qui deinde eum diuidant.
158 Si vnus ex pluribus hæredibus ſtipulatoris ſit offenſus, poterit is agere contra promiſſorem, qui promiſit ſub pœna ſtipulatorem ſuosq; non offendere, & conſequetur pœnam in ſolidum. & numero 159. 160. 161. 164.
162 Conditio pœnalis ſtipulationis euenit quo ad omnes.
163 Stipulatio continens factum negatiuum cohærens perſonæ, non tranſit ad hæredes, neq; ex parte ſtipulatoris nec promiſſoris.
165 Mortuum offendi non poſſe, vt intelligatur.
166 Nunquid mortuus poſſit criminaliter condemnari.
167 Si promiſſor offendit cadauer ſtipulatoris, an competat actio ad pœnam conuentam.
168 Stante ſtatuto, vt occidens occidatur, niſi habuerit pacem ab hæredibus, num ſufficiat quòd habuerit pacem cum vno, an verò pax requiratur ab omnibus. & 172. 173.
169 Indefinita an & quomodo æquipolleat vniuerſali. numero 170.
171 Appellatione hæredis indefinitè, in quacunq; materia veniunt omnes hæredes.
174 De iniuria facta defuncto, proſecutio competit omnibus hæredibus.
175 Si pater monachus interficiatur, ad quem ſpectet remiſſio.
176 Vtrum vnus ex hæredibus faciendo pacem cum occiſore, impediat ne condemnetur.

L. 4. Eadem dicemus. § Cato libro XV. ſcribit.

§. CATO.[a] Pro declaratione iſtius tex. præmitte primò,† q; omnis materia diuidui & indiuidui circa tria principaliter cõſiſtit: aut enim q̃rimus, nũquid illud quod eſt deductũ in principali ſtipulatione, diuiſionẽ recipiat: & de hoc vidimus in §. & harũ. & in §. ex his. ſ. eo. q; aut ſtipulatio cõſiſtit in dando, & regulariter eſt diuidua: aut in faciendo, & regulariter eſt indiuidua. de

1

a Vide etiam euidentialia poſita in §. & harum. ſ. eod.

2 quo etiã in l. ſtipulatiões nõ diuid. ĩ. eo. † Aut & ſecũdò quęritur, ibi deuenitur ad ſecundariã obligationẽ, videlicet ad intereſſe, quæ ſubrogatur obligationib. faciendi, nũquid ea obligatio recipiat diuiſionẽ: & regula eſt q, ſic, de quo in d. l. ſtipulationes. verſ. Celſus. Et quid ſit reſpectu hæ-
3 redũ, eſt tex. in §. itẽ ſi in facto. ſ. eod. † Aut & tertiò quærimus, quo ad aliã ſecundariã obligationẽ, ſcilicet ad pœnã, & de hoc tractatur in iſto §. vbi Iuriſconſ. refert quoddam bimembre dictum Catonis, vſq; ad verſ. ſed videamus. deinde decidit quandam dubitationẽ, vſq; ad finem. Et licet Bart. & alij antiqui Doct. tenuerint, q, dictũ Catonis nõ duret niſi vſq; ad verſ. ab omnibus. tamen iſta opinio non eſt vera, & certè Doct. antiqui in hoc oſtẽderũt, ſe nõ vidiſſe regulas grammaticales. Quia illa infinitiua poſita in tex. *pœnam committere*, item, *differentiæ hanc eſſe rationem*, reguntur ab illo verbo, *Cato ſcribit*: & iſtud etiam ex his apparet. & ita tenet Raph. Com. Pet. de Belliſ. & Iaſ. hîc, licet ipſi adducant ſolùm quaſdam
4 rationes perſuaſiuas. Secundò præmitte, † q, facta dicuntur indiuidua alia ratione quo ad principalem obligationem, alia quo ad commiſſionem pœnalis ſtipulationis: nam quo ad principalem obligationem facta dicuntur indiuidua, ſecundũ Bar. in l. ſtipulationes non diuid. ĩ. eod. quia in eis ſuccedit obligatio ad intereſſe: vnde ſequeretur inconueniens, q, quis poſſet ſoluere partim in ipſo facto, partim in intereſſe, quod lex abhorret. l. ſi ex toto. §. fi. ff. de leg. j. Item quia ſtipulans videtur effectum [a] operis conſideraſſe. l. in executione. §. j. ĩ. eod. Quò verò ad pœnalem ſtipulationem, factum indiuiduũ dicitur, qñ contrauentio vnius ex hæredib. promiſſoris tantum nocet ſtipulatori, quãtum ſi oẽs cõtrauenirent: quæ regula non probatur alibi melius quàm in iſto text. & conſequenter vbi ceſſat iſta regula, factum dicitur diuiduum quantum ſit ad pœnalem ſtipulationem in hæredibus. Et iſta eſt ratio cur ſtipulatio, *ampliùs non agi*, vel *rem ratam habere*, dicatur diuidua, per iſtum text. Nam ſi vnus ex plurib. hæredib. agit, non põt agere niſi pro parte, & ſi rem ratam non habet, iſtud non præiudicat ſtipulatori niſi pro parte, vt eſt tex. hîc, & declarant moder. & facit doctri. Bar. in l. ſtipulatio-
5 nes non diuid. in ij. q. ĩ. eo. Tertiò præmitte, † q, tres reperiuntur Catones qui fuerunt Iuriſconſulti. Primus fuit Marcus Portius Cato, de quo in l. ij. §. deinde Marcus. de orig. iur. Secũdus fuit eius filius, qui egregios de iuris diſciplina libros reliquit, vt ſcribit A. Gell. libr. xiiij. cap. xvij. Tertius fuit lõgè iunior, Fabius Sabinus, qui floruit ſub Alexandro Imperatore, & propter ſapientiã, Cato ſui temporis dictus eſt. vnde malè intelligunt hîc moder. dum dicunt iſtud reſpõſum fuiſſe Catonis Vticenſis: nam ille profeſſione fuit
6 Stoicus, nõ Iuriſcõſultus. † Ego arbitror intelligendum hîc de Portio Catone filio, propterea quòd ille iunior ſcripſit tantùm octo libros epiſtolarum, & tres iuris ciuilis, & vnum ex Proculo, & Iuriſconſultus allegat hîc Catonem libro xv. Præterea iſte iunior fuit contemporaneus Pauli Iuriſconſulti autoris iſtius legis, & fortè illemet, ad quem reſponſum hoc Paulus ſcripſit: ſiquidem in litera Piſana ita inſcribitur hæc lex: Paulus libro xij. ad Sabinum. Summa ſecundum Bartol. & alios hîc, tenendo communem literam, quæ in effectu non diſtat à litera Piſana, vt apertiſsimè oſtendit Soci. hîc, quicquid per

a Adde, iſta ſecunda ratio videtur verior, quia prima nõ uidetur procedere niſi in obligationib. dandi prout loquitur d. §. pro parte. de quo tamen uide ĩ. in vj. not.

infinitam verboſitatem reperat hîc Lud. Bolog. intelligendo text. vt ipſe dicit, ſecundum literam Piſanam: quæ interpretatio non poteſt defendi ſalua ratione recti ſermonis, iuxta l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg. Quia illa clauſula poſita in ſecunda parte tex. vt in illa ſtipulatione, per te non fieri, &c. ſecundum eum debet emendari, ſic, illam ſtipulationem per te non fieri, &c. quo caſu conſtructio eſſet vitioſa, vnde non puto re-
A cedendum à communi litera, ſecundum quam duæ ſunt principales difficultates in text. Prima eſt in illis verbis, iter fieri vel non fieri: nam Dd. intelligunt text. de promiſsione ſeruitutis itineris: qui intellectus non eſt verus, vt ĩ. dicã in ij. notab. Secunda difficultas eſt in verſ. Paulus reſpondit. propter varietatem literæ: ſed tu tene literam negatiuam, prout communiter habetur. Et in iſto verſ. ſecundum magis communem intelligentiam dubitat Iuriſconſ. nunquid idem ſit de
B ſtipulatione iter fieri vel non fieri, quod de ſtipulatione Titium hæredemque ratum habiturum. Et Paulus dicit quòd non, ſed æquiparatur illi ſtipulationi, per te non fieri nec per hęredem tuum, &c. Sed iſte intellectus non placet, ex quo dubitatio iſta non fuiſſet probabilis: quia Iuriſconſ. habet pro claro, quòd vna ſit diuidua, altera indiuidua. Præterea huic expoſitioni obſtant verba literæ, dum dicit, *videamus, ne non idem hic ſit*: & ſic illud aduerbium, *hic*, debet referri ad proxi-
C miorem ſtipulationem. Item obſtat ponderando dictionem, *magis*, per quam Iuriſconſ. præſupponit fuiſſe aliquam rationem cur magis iſta ſtipulatio, *iter fieri*, æquipararetur ſtipulationi, *Titium hæredemq; ratum habiturum*, quàm illi, *per te non fieri, &c.* quod eſt falſum, imò contrarium eſt indubitabile. Et etiam ſi ſeruamus aliam declarationem, quam tenuit Iaſ. verba non conueniunt: quia Iuriſconſultus non facit aliquam comparationem de ſtipulatione *per te non fieri*, ad ſtipula-
D tionem *amplius non agi*: quia apparet ex verbis literæ, & etiam comparatio eſſet valde abuſiua, ex quo ſ. deciſum erat, alteram eſſe diuiduam, alteram verò indiuiduam. Ego infrà in proximo notabili declarabo iſtum text. & oſtendam non fuiſſe hactenus intellectum.

Nota primò ex iſto text. † ibi, pœnam commit- 7
ti pro portione hæreditaria. quòd ſi vnus ex hæredibus promiſſoris in obligatione indiuidua contrafaciat, committitur pœna contra omnes
E cohæredes pro portione hæreditaria, nõ autem inſolidum. & ita tenet Bart. in oppoſ. ſequitur Imol. Paul. de Caſtr. & cæteri omnes. Sed aduerte, quia iſta opin. ab omnibus approbata non videtur ita indiſtinctè vera, & contra eam eſt text. ad literam. in l. hæredes. §. in illa. ff. fam. erciſ. vbi dicit text. quòd vno contrà faciente committitur ſtipulatio inſolidũ. Nec eſt bona ratio Aret. in §. item ſi in facto. ſ. eo. quòd dum tex. dicit inſolidum committi ſtipulationem, debet intelli-
F gi collectiuè: quia omnes tenentur inſolidum ſimul, non autem ſinguli. Nam iſtud nõ eſt interpretari textum, ſed ſubuertere, & exponere albũ
pro nigro: † quia inſolidum dicuntur teneri, qui 8
ſinguli ad totum integrum tenentur, nõ qui collectiuè. §. ex his. ſ. eo. Inſti. de duob. reis. §. ij. Nec etiam ſolutio Soci. hîc poſt Imol. quicquam valet, dum dicunt, quòd imò ille text. probat communẽ opin. in ratione ſui, ibi, *ne factum vnius cæteris damnoſum ſit*. Nam (cum reuerẽtia) ipſi non videntur bene intellexiſſe tex. Quia vult dicere Iuriſconſ.



conſ. quòd cohæres debet cauere ſe præſtiturum indemnes alios in caſu quo contrafaciat: quia cùm omnes tenerentur inſolidum, potuiſſet creditor agere contra quem voluerit: vnde antequã agat, omnes ſunt in periculo damni. Et ità etiam declaratur in d. §. idem iuris. Vnde debet caueri ne aliàs factum illius contrafacientis ſit damnoſum illis: non enim ſuccurritur ampliùs per actionem famil. erciſcun. cùm text. loquatur in caſu quo redditum ſit illud iudicium, vnde ampliùs
9 reddi non poteſt. l. ſi filia. §. fina. ff. eo. tit. † Secundò contra communem eſt text. in l. ij. §. item ſi in facto. ſ. eod. [a] inducendo hoc modo. Nam ſi vnus ex pluribus hæredibus contrafacit, dicit text. quòd omnes tenentur: & infert, quòd, ſi cohæres ſoluat, repetet per actionem famil. erciſc. illud quod præſtiterit. ſi competit illi actio fam. erciſ. ergo ſoluit coactus, & conſequenter potuit conueniri inſolidũ, aliàs debuiſſet agere nego. geſt. l. iij. C. de neg. geſtis. Et eodem modo poteſt induci text. in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. erciſ. nec debet reſtringi tex. quando ſolutio eſt facta tantummodò pro parte hæreditaria, ex quo generaliter iura dicunt, quòd repetet illud, quod præſtiterit, & ſic quantũcunq; ſit, qa illa eſt natura illius relatiui, vt per Bald. in l. cunctos populos. in prin. C. de ſum. trin. & fid. cath. Tertiò induco text. in l. in executione. §. quòd ſi ſtipulatus. ĩ. eo. [b] ibi verior eſt eorum opi. vnius facto omnes teneri, quoniam licet ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor. Nam iſta ratio infert quòd hæredes non tenentur pro portione ſua tãtum, ſed inſolidum, ex quo ille prohibetur inſolidum. & fortiùs probat ille tex. conſiderando quòd concedit ſoluenti actionem famil. erciſ. vt ſ. dixi. Quartò contra iſtam communem moueor ratione: nã in ſtipulatione indiuidua, quæ non tranſit ad hæredes, prout eſt ſtipulatio illa, *per te non fieri quò minus mihi agere ire liceat*, vt eſt text. in l. ſtipulatio iſta, habere. in §. ſi quis ita. ĩ. eo. & eſt communis opinio, vt per Alex. ĩ. in vj. q. Bart. ſi ſit addita mentio hæredis, & conſequenter ad hæredes tranſeat, quilibet contrauenięns tenetur inſolidum, & committitur pœna inſolidum: & probatur ex doctri. Bar. ĩ. in v. q. Et ex his videtur communis opinio non poſſe ſuſtineri. Nec ob. iſte text. quatenus vult hęredes teneri pro portione hæreditaria: quia puto diſtin-
10 guendum, † an in ſtipulatione iſtius facti indiuidui, promiſſor etiam promiſerit per hæredem ſuũ nõ fieri: & in tali caſu committitur pœna inſolidum. Aut non eſt facta mentio hęredis, & tũc committitur pœna niſi pro portione hæreditaria. Et ratio differentię inter vtrunq; caſum eſt iſta: nam cùm pœna conſiſtat in pecunia, & ſic in dando, eſt diuidua in perſona hæredum: vnde quamuis teſtator teneretur ipſe ad ſolutionem totius pœnæ ſi contrafaceret, tamen hæredes nõ tenerentur niſi pro portione hæreditaria, quia talis actio tranſfunditur de teſtatore in hæredes, & conſequenter diuiditur per l. xij. tab. iuxta. l. j. C. ſi cert. pet. l. pacto ſucceſſorum. C. de pac. Sed quando teſtator facit expreſſam mentionem hæredum, obligatio non tranſfunditur per teſtatorem, & conſequenter non diuiditur, ſed incipit à perſona ipſorum hæredum, quibus poteſt teſtator ſtipulari etiam integraliter ea quæ conſiſtunt in faciendo. l. continuus. §. fi. ĩ. eod. Et ſic aliter incipiat à perſona hæredum, iuxta l. j. C. vt act. ab hær. & con. ipſi cenſentur principales, & con

a Vide eundem D... in vij. q. Bart. in j. limita.

b Stringe forti... in tex. re... ſecundo ad ſecũ... membrũ diuiſionis, poſitum in principio textus ibi, aliud quod totum peti neceſſe eſt, nec diuiſim præſtari poteſt. & uide eundem D... ĩ. in vij. q. Bart. in prima limit.

ſequenter tenentur inſolidum, vt in hoc §. in fin. Et pro hoc facit, quia non eſt abſurdum quòd in plus teneantur hæredes, quando nominatim ex diſpoſitione contrahentium cautum eſt ne prohibeant, quàm quando ſimpliciter tenentur ex diſpoſitione legis: quia duriùs agitur cum homine quàm cum lege. l. Celſus. ff. de arb. Bal. in c. ſi. cut. de cohab. cler. & in c. quod translationem. de offi. leg. & in l. qui Romæ. §. Flauius. ĩ. eodem.
A † Sed contra iſtam rationem obſtant tria: & pri- 11
mò, quia dato quòd iſta obligatio inciperet ab hæredibus, dicitur tantùm hæreditaria l. hæreditarium. ff. de bon. aut. iud. poſſ. Bart. in l. ſtipulatio iſta, habere. in §. ſi quis ita. in fin. ĩ. eo. Cùm ſit hæreditaria, ergo debet diuidi pro portionibus hæreditariis, prout dicit Bart. in l. continuus. §. fin. in j. q. ĩ. eo. Sed ad hoc reſponde, quòd quicquid dicat Bart. non reperitur in iure quòd lex xij. tab. diuidat niſi actiones ſeu obligatio-
B nes quæ tranſfunduntur de teſtatore ad hæredem, non autem quæ incipiunt ab ipſo hærede: nam in tali caſu ceſſat ratio, ex quo hæredes dicuntur principales, & etiam tales obligationes propriè non dicuntur hæreditariæ. Nec obſt. d. l. hæreditarium. Quia ibi obligatio erat cauſata in perſonam defuncti, licet executio obligationis tenderet poſt mortem ipſius. ſed in caſu noſtro iſta obligatio hæredum nunquam fuit cauſata in perſonam teſtatoris, imò eſt alia diuerſa
C obligatio ab ea qua tenebatur teſtator. d. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis vti frui. ĩ. eo. † Secundò ob- 12
ſtat, quia in obligatione dandi adiectio hæredis eſt ſuperflua. l. eum qui ita. §. j. ĩ. eo. ſed hîc ſumus in tali obligatione reſpectu pœnæ, ergo non eſt curandum de expreſsione nominis hæredum, prout etiam dicunt Doct. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ĩ. eod. Sed ad iſtud reſponde: quia imò in caſu noſtro iſta expreſsio eſt magni effectus: † 13
quia quando obligatio dationis fundatur in per-
D ſona principalis, tũc adiectio hæredis eſt ſuperflua, ex quo tales obligationes tranſmittuntur indiſtinctè ad hæredes. Sed in caſu noſtro iſta obligatio dationis non fundatur in perſona defuncti, quia venit acceſſoria obligatiõi facti, quæ obligatio incipit ſolùm in hærede, vt ſ. dixi: & quamuis obligatio facti eſſet talis quæ aliàs trãſiret ad hæredes, puta quia non reſpiceret factum perſonale, ſed potius eſſet introducta ad conſeruationem iuris in eſſe deducti, prout ſolet decla-
E rari in ſ. item ſi in facto. ſ. eod. vel etiam aliter ſecundum doctrinam Bartol. in l. ſi ſic. ij. ĩ. eod. tamen adhuc eſſet idem: quia ſtipulans tale factũ etiam nomine hæredis, videtur hoc agere vt ſtipulatio reſpectu hæredis ab eo incipiat, & expreſſum ceſſare facit tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupill. [c] & iſtud faciliùs inducitur in factis quàm in dationibus, ex quo dationes non variantur ex perſona hæredum, ſed factis ſic. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Bart. in
F l. ſtipulationes. in x. opp. ĩ. eo. † Tertiò obſtat iſte 14
tex. dum exemplificat de ſtipulatione per te nõ fieri, neque per hæredem tuum, quò minus mihi ire agere liceat, & tamen ſi referatur ad principium §. in tali ſtipulatione non committitur pœna, niſi pro portione hæreditaria: & ita communiter intelligitur. Sed reſponde, quòd iſte intellectus non eſt verus, vt ſuprà dixi: vnde tu adhærendo ſuprà dictis, dicas iſtum tex. debere aliter intelligi. Nam Cato quando in facto indiuiduo dixit omnes hæredes teneri pro portione hæ-

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

c Adde quod not Soci in §. item ſi in facto. ſ. eo. in j col. in fin. ubi dicit, q in obligatione facti, ſi hæredes non exprimuntur, te(n)entur pro parte hæreditaria ad pœnam: ſecus ſi exprimantur, quia tenentur inſolidum: & ſic plus operatur expreſſum quã tacitum, de quo in l. iij. per Doctores. ff. de legat. j.

reditaria, exẽplificat nedũ in ſtipulatione *iter fieri* vel *non fieri*, ſed etiã in ſtipulatione *per te non fieri neq; per hæredem tuum*. Sed Paulus Iuriſconſultus reuocat iſtud exemplum in dubium, & dicit videri potius talem ſtipulationẽ ęquiparari illi, Titiũ hæredemq; ratũ habiturũ, ex quo in vtroq; caſu eſt facta expreſſa mentio hæredũ. Deinde cõcludendo dicit, ꝙ non eſt idem: quã reuocationẽ puto referẽdam generaliter, & ſic ad vtrũq; caſum, vt iſta ſtipulatio, *per te nõ fieri neq; per hæredem tuum*, non æquiparetur illis, *iter fieri* vel *non fieri*: quia in illis hæredes tenentur pro portione hęreditaria, ſed in hac tenentur oẽs inſolidum. Item non æquiparatur illi, *Titiũ hæredemq; ratũ habiturum*: quia in hac cõmittitur pœna inſolidum aduerſus contrà facientem tantummodò: ſed in iſta, *per te non fieri neq; per hæredem*, cõmittitur pœna contra oẽs inſolidum, & ſic habet ſeparatam naturam ab alijs ſ̃. nominatis ſtipulationibus. Et ita eſt intelligendus iſte text. dum loquens de ſtipulatione, Titium hæredemq; ratum habiturum, dicit, hac ſtipulatione ſolus tenebitur: nam dictio, *ſolus*, tribuit actum inſolidum. l. cùm ſolus. in gloſ. j. ff. de vſuca. Et eodem modo declarandus eſt text. in l. inter cohæredes. §. ſi quis ſtipulatus. ff. fam. erciſ. Et ratio iſtius deciſionis eſt, quia cùm ſtipulatio, *rem ratam haberi*, ſit diuidua in ipſis hæredibus, licet, vt dicit tex. dñs ratum habere non poſsit pro parte, ſi ſtipulatio cõcepta ſit cum mentione hæredum, & vnus contraueniat, tenetur ſolus inſolidum, quia cẽſetur principalis, & obligatio incipit ab ipſis hæredibus, vt ſ̃. declaraui: alij verò non tenentur, ex quo obligatio eſt diuidua. Sed contra iſtam deciſionem Iuriſconſultus tacitè arguit in verſ. quamuis. Tu dicis quòd in hac ſtipulatione, Titium hæredemq; ratum habiturum, ſolus ex hæredibus promiſſoris qui contrà facit, tenetur inſolidum, & è conuerſo ille tantùm ex hæredibus ſtipulatoris, cui non ratificatur aget inſolidum: certè iſtud non videtur bene dictum: quia ſi promiſſor ipſe non poteſt habere ratum pro parte, ſed committitur pœna inſolidum, ergo idem debemus dicere in hæredibus, vt non poſsit vnus conueniri ſolus pro parte, ſed debeant teneri inſolidum, ex quo omnes repræſentant teſtatorem ſimul. Sed tamen non obſtante iſto fundamento, Iuriſconſultus firmat prædictam deciſionem: quia iſtud fundamentum procederet in obligatione indiuidua, & conſequenter in illa ſtipulatione, *per te non fieri neq; per hæredẽ tuum*: ſed iſta eſt diuidua, & differt ab illa. & hac ratione Iuriſconſultus poſuit illam aduerſatiuã, *quamuis*, quæ aduerſatur tacitæ obiectioni, quæ potuiſſet fieri per ſupradictam rationem: & ſic iſta aduerſatiua, *quamuis*, ſtat argumentatiuè, implicans deciſionem procedere non obſtante tali obiectione: & iſta eſt propria natura illius dictionis. l. tutor. §. contrariã. ff. de pig. act. l. j. §. dolũ. ff. de eo per quẽ fac. & licet Soc. hîc multis verbis teneat, quòd imò in prædicta ſtipulatione contraueniens non teneatur inſolidum, tamen eius rationes nihil faciunt, quia loquuntur in obligatione indiuidua, vel quando non eſt facta mentio hæredis. Et ſic ex ſupradictis habes perfectam doctrinam poſitam in iſto tex. per Iuriſconſultum, conſiderando quatuor caſus.
15 Primus eſt, † cùm promiſſum factum eſt indiuiduum ſub pœna, vno ex hæredibus contraueniente, ſi in ſtipulatione non eſt promiſſum factum hæredis, committitur pœna reſpectu omnium pro portione hæreditaria, vt eſt text. hîc. Et ratio eſt, quia pœna conſiſtit in pecunia, quæ obligatio cùm transfundatur in hæredes, diuiditur per l. XII. tabul. pro rata. l. j. C. ſi cer. peta.
16 Secundus caſus eſt, † quando in dicta obligatione indiuidua eſt facta mentio hæredum, & tunc pœna committitur inſolidum. d. l. hæredes. §. in illa. ponderando eum quinque modis, vt dixi in voce [a]. Et eſt ratio, quia obligatio incipit ab eis, A vnde ſunt principales, & ideo non diuiditur per l. XII. tabul. prout ſuprà declaraui. Et quòd non diuidatur, tenuit etiam Petrus, Imol. in d. l. continuus. §. fin. Et iſtum caſum tangit Iuriſconſultus in illo exemplo de ſtipulatione, *nec per te neq; per hæredem tuum fieri*: nam dicendo quòd talis ſtipulatio differt quo ad commiſsionem pœnæ, ab illa, *iter fieri vel non fieri*: item ab illa, *Titium hæredemq; ratum habiturum*: ſequitur per argumentum à ſufficienti partium enumeratione, quòd B in iſto caſu committatur contra omnes inſolidum: ſi enim non committatur pro portione hæreditaria contra omnes, ſicut ſtipulatio *iter fieri vel non fieri*: nec inſolidum reſpectu contrauenientis, ſicut *Titium hæredemq; ratum habiturum*: nec pro parte rata contrauenientis, ſicut ſtipulatio *amplius non agi*: ergo neceſſariò dicendum eſt quòd cõmittatur inſolidum contra omnes. Et iſtum caſum Iuriſconſultus breuiter attingit, quia erat ſatis deciſus in præcedentibus, in d. §. in illa. & C etiam in d. §. item ſi in facto. inducendo vt ſ̃. feci. Tertius caſus eſt, cùm promiſſum eſt factum diuiduum, vt amplius non agi vel rem ratam haberi: nam tunc ſi non eſt facta mentio hæredum, ſolus contraueniens tenetur pro parte. Et ratio eſt, quia ſolùm pro parte damnificat, vt hoc text. verſic. at ſi de eo. & l. prætoriæ. §. incertum. ff. de præto. ſtipul. & fa. l. ſi procurator. j̃. rem rat. hab. Quartus caſus eſt in dicta obligatione diuidua, quando facta eſt mẽtio hæredum: nam tunc con- D traueniens tenetur inſolidum, vt hoc text. verſi. nam hac ſtipulatione. Et ratio eſt, quia hæres habetur pro principali, ex quo obligatio incipit ab eo, & conſequenter tenetur inſolidum: alij verò cohæredes ad nihil tenentur, propter diuiſionẽ obligationis: nam in indiuiduis promittens pro ſe & hæredibus, obligat eos hęredes inſolidum: ſed in recipientibus diuiſionem quilibet ſeparatim tenetur, vnde vnus non præſtat factum alterius. fa. l. de pupillo. §. ſi pluriũ [b]. i. ff. de no. ope. E nunt. Et ſic iſte text. clariſsimus redditur ſine aliquo ſcrupulo, & in eo traditur perfecta doctrina iſtius articuli. Nam ex dictis Catonis deciduntur duo caſus, quando non eſt facta mentio hæredum: & ex dictis Pauli deciduntur alij duo caſus, quid iuris quando eſt facta eorum mentio. & iſta opinio etiam apparebit in infrà dicendis, in vj. & vij. q. Bart. Noto ſecundò, ibi, *ſi id factum*. & ibi, *iter fieri*. † quòd iſta ſtipulatio, *iter fieri*, eſt facti, non autem iuris. 17 Doct. hîc communiter te- F nẽt, quòd imò iſta ſtipulatio ſit ſeruitutis, & cõſequenter mixta, propterea quòd in ſeruitute etiam vertitur factum. l. fin. ff. com. præd. ſed Paul. de Caſt. & Alex. & alij moderni tenent, quòd iſta ſtipulatio contineat factum, videlicet locum aptari, viamq; ſterni, per quam iter fiat. pro quib. facit text. in l. ſi iter. ff. de ſeruitutib. Sed iſtas declarationes ego non puto eſſe veras: & primò, ꝙ tex. nõ loquatur de ſtipulatione ſeruitutis, probatur ex ſ̃. dictis verbis, ibi, *ſi id factũ, &c.* Itẽ ꝓbatur, quia iſte text. venit continuatiuè à §. item ſi

in

a Adde ꝙ dominus meus induxit primò põderando verſic. igitur præcedẽtem in d. l. hæredes ubi tex. tacit regulã, quòd quando ſinguli inſolidum tenẽtur, præſtandæ ſunt cautiones. Et ab illa regula deducit ſolũ caſum in illa q̃ que ſtipulatione, ponderando ſecundo dictionem, quoq; quę eſt repetitiua præcedentium, ut per Bar. in l. in repetendis ff de lega. iij. Tertiò induxit ponderando dictionem inſolidum, ſeu naturam quæ in eo differt à toto: quia totum fit ex partib ſed ſolidum dicitur integrum, non habito aliquo reſpectu ad partes, ut etiam dicit Nicol. Perottus in ſuo Cornuco. Quartò induxit, quia text. dicit inſolidum committi ſtipulationẽ, commiſsio aũt ſtipulationis ſemper fit reſpectu debitorum. ut ipſi teneantur inſolidum. quod apparet etiam ex iſto textu, qui aliàs nõ dixiſſet cõmitti pro portione hæreditaria. Quintò induxit ponderãdo uerſic. ei qui ſolidum. in §. idem iuris. prout induxit Aret ſ̃. in §. item ſi in facto.

b Adde, de iſto tex. ponit Bart. j̃. in iiij. oppoſ.



in facto. & conſequenter loquitur in ſtipulationibus facti, ergo non poſſumus dicere quòd ſit intelligendus de ſtipulationibus ſeruitutis, quę ſunt iuris. Nec obſtat ſi ſuſtinendo communem diceretur, quòd, ex quo ſtipulatio ſeruitutis eſt mixta, & participiat etiam de facto, promiſſor teneatur pati, vt not. in d. §. & harum. ſatis poteſt verificari intentio tex. Nam iſta ſolutio non videtur bona pluribus rationibus. Prima eſt, quia factum non vertitur in obligationibus ſeruitutis niſi in conſequentiam, vt ſuprà oſtendi in §. & harum. & vult Bartol. hîc in princ. vnde ab eo ſtipulatio non denominatur, ſed à iure, id eſt, à datione, quæ in ea principaliter vertitur. l. ij. in
18 princ. cum ibi not. ſ̃. eo. Secunda ratio eſt, † quia quãuis ſtipulatio itineris ſit de ſe ſtipulatio ſeruitutis, iſtud eſt verum vbi eſt appoſita certa determinatio fundi. l. Lucius. ff. de ſerui. ruſt. pręd. Sed in caſu noſtro non apparet factam mentionem fundi, ergo neceſſariò intelligendum eſt de ſtipulatione facti: niſi reſpõdeas vt infrà dicam. Tertia ratio eſt Iaſ. hîc: nam vbi verba referuntur ad factum, non dicitur conceſſa ſeruitus: ſecus ſi referantur ad ius, vt eſt doctrina Bar. in l. penult. ff. de ſerui. lega. Sed hîc verba reſpiciunt factum, ſcilicet verbum *fieri*, ergo non poſſumus dicere, eſſe obligationem ſeruituris. Et confirmo iſtud argumentum: nam licet verbum, *iter*, referatur ad ſeruitutem, tamen ſi additum ſit verbo reſpiciente factum, attenditur natura verbi, vt eſt tex. in l.
19 j. in princ. ff. de flumin. † Quarta ratio etiam ponitur per Iaſo. Quia cùm Iuriſconſultus alternatiuè dicat, *iter fieri vel non fieri*: & clarum ſit quòd ſtipulatio illa, *iter non fieri*, ſit facti: idem etiam debemus dicere de illa prima, quia alternatiua ſolet poni inter ſimilia, vel parum diſtantia. l. j. ff. de rebus dub. quod argumentum eſt coloratum, non concludens: quia etiam alternatiua ponitur quandoque inter diuerſa in ſubſtantia, reſpectu finis ad quem vtrunque tendit, vt per Bald. in l. filiæ. in j. oppoſ. C. de colla. Et ex his confunditur prima declaratio verborum hîc. Secunda quoque declaratio hîc, dum dicunt, quòd iſta ſtipulatio importabit, vt ſternatur via, ſeu aptetur locus, non eſt vera, & contra eam obſtat fortiſsimum argumentum: nam iſtud, aptare locũ, cùm ſit factum indiuiduum, aut vnus in totum ſternet, & alij cohæredes non incident in pœnam, ex quo non intereſt ſtipulatoris, vt ſuprà in §. præceden. & l. ſi ita fuerit ſeruus duobus. §. penult. ff. de manu. teſta. per Paul. & Socin. hîc in tertio not. Aut nullus ſternet [a], & omnes incident in pœnam ex facto proprio, quia omnes ſunt negligentes, & dicuntur contrauenire: & ſic non verificantur verba tex. qui præſupponit in ſtipulationem fuiſſe deductum tale factum, per quod ex culpa vnius alij tenentur, non autem quilibet ex culpa [b] propria. Vnde omiſsis
20 declarationibus Doctorum, tu ſcias, † quòd iter facere, ex proprietate latini ſermonis ſignificat ire: vnde Plinius ad Traianum epiſtol. libro X. Poſtquam vehiculis iter facere cœpi, grauiſsimis æſtibus vexatus ſum. Et in epitome Titi Liuij libro XXII. Hannibal tribus noctibus ſine vlla requie iter fecit. & fa. l. ij. §. quid enim. ff. ſi quis caut. In propoſito igitur hîc non eſt accipienda interpretatio de itinere reſpectu ſeruitutis: quia cùm lex de ea loquitur, non vtitur verbo *fieri*, ſed verbo *conſtitui* vel *dari*. l. ſi vnus ex ſocijs. & l. via conſtitui. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Nec eſt intelligendum de ſternenda via, quia iſtud exemplum nõ cõuenit: ſed debemus intelligere de ſimplici facto, quando quis ſtipulatur iter fieri, & ſic ire ad aliquem locum: quod exemplum eſt generale, & poteſt in ſpecie verificari pluribus modis: veluti, *promittis iter fieri mihi licere per arcam tuam in domum meam?* vel *concedis iter fieri per me de fundo tuo in fundum meum?* Nam talis promiſsio, licet ſit facti, tamen tranſit ad hæredes, iuxta diſtinctio- A nem Bar. in l. ſi ſic. ij. j̃. eo. Et ex iſto tex. ſecũdum hanc declarationem infertur, ꝙ non ſit vera opi. Paul. de Caſt. Aret. Soci. & moder. in §. item ſi in facto. ſ̃. eo. dum dicunt, ꝙ, ſi in ſtipulatione facti fuiſſet expreſſa cauſa, puta quia dictum ſit, *promittis mihi agere licere per fundum tuum ad fundum meum?* talis ſtipulatio continet ſeruitutem, non autem factum. arg. notatorum per Bart. in l. iij. §. opus. ff. de alien. iud. mut. Nam iſta opin. confunditur ex iſto tex. intelligendo eum ad literam, † 21 vbi i- B ſta ſtipulatio, *iter fieri per fundum tuum ad ſundum meum*, eſt facti, & non iuris. Nec dicatur quòd in iſto tex. non conſtat de adiectione illorum verborũ: quia reſpondeo, quòd text. noluit ea ſpecificare, ſed generaliter locutus eſt, ne videretur reſtringere illud exemplum ad vnam ſpeciem tantùm: nam aliàs, ſi non intelligeremus factam mentionem fundi, iſta ſtipulatio nihil valeret, propter ambiguitatem & incertitudinem. l. triticum. l. ſtipulatus. j̃. eo. nec tranſmitteretur ad hæredes, C ex quo eſt ſtipulatio facti determinati. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui [c]. ff. de lega. j. Nec obſtat ratio ipſorum, dum dicunt, quòd iſta expreſsio fundi videtur afficere rem, ſicut quando quis ꝓmittit non ædificare in fundo, ne obſcurentur lumina domus, vt per Bartol. in d. §. opus. Nam reſpondeo, quòd in exemplo Bart. promiſsio reſpicit formaliter vtilitatem ipſius rei, & ſic domus, vnde in tali caſu inducitur ſeruitus realis: ſed in caſu noſtro verba reſpiciunt commodita- D tem perſonæ, aliàs iſta eſſet nimis magna reſtrictio ad doctrinam Bartol. in l. penultim. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. & pro iſta opin. facit quod tenet Petr. de Beſut. & ſequuntur aliqui modern. hîc, quòd ſi in inſtrumento dicatur, quòd quis fuit ſtipulatus iter fieri per fundum vicini, non fiet interpretatio quòd ſit ſtipulatus ius ſeruitutis, ſed ſimplex factum, & ſimplicem patiẽtiam, à promiſſore: quia cùm verba ſint dubia, debet fieri interpretatio contra ſtipulan- E tem. l. quotiens. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. infrà eo. Not. tertiò ex text. ibi, *iter non fieri*, ſecũdum vnam interpretationem, † 22 quòd iſta ſtipulatio, *iter non fieri*, importat factum. & facit, quia non poteſt importare ſeruitutẽ, ex quo ſeruitus eſt ad vtilitatẽ prædij dominantis. l. vt pomum. ff. de ſeruitut. & notat. in l. idem Iulianus. §. ſi quis alicui. ff. de legat. j. Sed iſta non tendit ad vtilitatem prædij dominantis, ſed potius ad damnum. Comfirmatur etiam, † 23 quia ſer- F uitutes ruſticorum prędiorum negatiuè nõ ſunt conceptæ. §. æquè. Inſtitut. de act. Ad idem etiã facit, quia iſta ſtipulatio reſpicit liberationẽ, quę contraria eſt ſeruituti. l. non ſolum. §. tale legatũ. ff. de lib. leg. &, vt dixi, in hoc non eſt difficultas, ſed diſcordia eſt inter Dd. circa intelligentiam iſtorum verborum: & Dd. cõmuniter intelligũt iſtũ tex. ꝙ non intelligatur iter nõ fieri, ſed quòd intelligatur non fieri quò minus mihi ire agere liceat. Et iſta eſt cõmunis opi. vnde ſecũdũ hãc opin. caſus eſt expeditus, quòd iſta ſtipulatio





L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

a Subaudi totũ locũ: licet aliqui adaptauerint aliquas partes. & tũc unus nõ incideret in pœnã ex facto ſeu ex culpa alterius. ſed unuſquiſq; ex propria culpa, ex quo quilibet tenetur inſolidũ ad faciendum.

Iſta eſt mẽs domini mei. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd tex etiam procedit quando omnes ſunt in culpa ex facto proprio, dũ dicit, quòd oẽs peccaſſe uidetur &c. quia reſpõdit ꝙ tex. loqtur impꝓprié & fingit oẽs peccaſſe, ut ꝓbatur ex uerb. uidentur. & dictione, quodam modo. Cũ enim vnus tãtũ prohibet, alii tenentur, non tamen poſſunt dici ꝓhibuiſſe niſi ficte. Item nõ obſtat ſi dicatur, q̃d maior eſt culpa illius qui nihil aptauit, quã aliorum qui ſaltem pro parte aptauerunt, & ideo illa deberet attendi, & in totum attribui illi nihil aptanti, ita quod alij dicerentur teneri ex facto illius. Nam reſpondetur, q̃d in tãtũ ſunt in culpa illi qui pro parte fecerunt, ſicut ille q̃ nihil fecit. Sed q̃m ad ipſũ creditorẽ, ex quo erant ei obligati inſolidum. eſt bene verũ q̃d reſpectu ipſorum hæredũ inter ſe attendetur culpa illius qui nihil fecit, tanquã maior. &c.

b Quod eſſet in caſu iſto, ex quo quilibet hęredũ repræſentat teſtatorem inſolidũ in factis indiuiduis & conſequẽter qlibet tenetur inſolidum. §. ex his. ſ̃. eo. l. continuus. §. fin. j̃. eo. unde niſi inſolidum fiat, quilibet eſt in mora ex culpa propria.

c Ad iſtũ tex. uide etiam Iaſ. in l. ſi ſic. ij. in pen. col. j̃. eo.

eſt facti. Sed Aret. Soci. & Iaſ. non tenuerunt iſtũ intellectum, quia ſequeretur, quòd Iuriſconſ. in verb. *differentiæ.* reuocaret in dubium illud, quod ſemel eſſet deductum. Item, quia eſſet nimis magna ſubauditio ad tex. præſertim cùm alternatiua præcedens habeat iter, & vna pars alternatiuæ declaret aliam. l. j. ff. de reb. dub. Quare ipſi tenent, quòd imò text. intellexerit de ſtipulatione iter non fieri, & exemplificat Aret. de eo qui habebat fundum ſeruientem alteri, vnde ipſe ſtipu- A latur iter non fieri ampliùs de ſuo fundo ad fundum dominantẽ: & ſic eſt quædam liberatio ſeruitutis à fundo. Aliter exemplificat Soci. vt hìc per eum. Poteſt etiam iſtius ſtipulationis exemplum accipi in eo, qui vendit fundum, & promittit emptori per eum fundum non fieri iter: nam iſta verba importabunt eum liberum in effectu à ſeruitute itineris: & iſtud exemplum eſt verum in ſe, licet nõ cõueniat textui. Ego intelligo tex. generaliter, qñ quis ſtipulatur ab aliquo, qui ꝓ- B mittit nõ ire: quia iſta verba, *iter non fieri*, important non ire, vt ſ. declaraui. Intellige tamen, qñ quis facit talem ſtipulationẽ habito reſpectu ad aliquod ius in eſſe deductum, prout eſt in ſupradicto exemplo Aret. Nam aliàs non poſſet verificari ratio Iuriſconſ. hìc. Item iſta ſtipulatio reſpiceret merum factum perſonale, vnde nõ tráſiret ad hæredes. l. centeſimis. §. j. ĩ. eo. l. qui in futurum. ff. de pact. & per Bart. in d. l. ſi ſic. ij. ĩ. eo. Adde etiam, ꝙ exemplum iſtud, ſeu iſta verba, *vel nõ* C *fieri*, non ſunt in litera Piſana: & ego etiam vidi libros antiquos, in quibus non erant illa verba: & illud mihi magis placet, & in hoc probo literam Piſanam, licet in ea animaduerterẽ eſſe aliquos errores, vt oſtendi in Diſpunctionibus, lib. iij. c. xij. & etiam propter vetuſtatem illa litera malè poteſt legi, & Doct. noſtri vt plurimum malè referunt, quod apparet ex gloſſ. in l. j. ff. ſi cert. pet. & per Bertach. in repertorio ſuo, in verbo, *liber.* vbi diſcrepat à gl. in relatione dictæ literæ. No- D to quartò ex eiſdem verbis, iuncto verſ. præced.
24 ibi, *ſi id factum*, &c. † ꝙ appellatione facti venit nõ factum: & iſtud not. moder. hìc, & Iaſon. in l. ij. in princ. & in §. item ſi in facto. ſ. eo. Et circa hũc articulum Bart. in l. naturalis. in prin. ff. de præſcr. verb. diſtinguit, ꝙ factum põt capi vt genus, & diuiditur in affirmatiuam & negatiuam: ſi verò capitur vt ſpecies, tunc compræhenditur factum affirmatiuum tantùm. l. in facto. ff. de cond. & de monſt. Sed iſta doctrina Bart. eſt ambigua: quia E non explicat, nunquid intelligat de genere propriè loquendo: nam ea quę inſunt in tali genere,
25 licet largè, tñ dicuntur propriè ineſſe, † quia ſpecies propriè ineſt generi, vt dicit Bal. in l. ij. C. de iur. aur. annul. vnde in materia quantumuis ſtricta, appellatione facti cõpræhenditur non factũ, ex quo propriè ineſt, iuxta l. cum lege. vbi Aret. ff. de teſta. Si verò Bar. intellexit de genere, largo & improprio modo, eſſet ſecus, per not. in c.[a] Rodulphus. de reſcr. Alb. de Roſ. in l. ij. in princ. F ſ. eo. & Aret. in l. impoſſibilis. per illũ text. ĩ. eo. dicunt ꝙ imò iſtud procedit largè & impropriè, pro quibus adde tex. in l. qui non facit. ff. de reg. iur. ponderando verbum, *videtur*, quod denotat improprietatẽ. & iſtud etiã voluit Pet. de Anch. in l. vbi aũt. §. qui id quod. ĩ. eo. vbi infert, ꝙ, ſi teſtator imponat pœnam hæredi contrafacienti in aliquo ex contẽtis in teſtamento, vt ſi hæres delinquat in non faciendo, (puta quia negligat ſol-
26 uere legatum) non incidat in illam pœnam, † ex quo in pœnalibus diſpoſitio puniens contrafacientem, non debet habere locum in negligente. & ita etiam reſident moder. hìc, inducentes pro iſta parte text. in l. cùm quid. ĩ. eo. & §. fin. Inſti. eo. quorum inductio eſt multum fragilis: quia etiam in pœnali ſtipulatione illa clauſula, ſi aduerſus ea factum fuerit, refertur ad ſtipulationẽ *non fieri*, & ad ſtipulationem *fieri*, vt probatur in d. §. fin.[b] Quia verum eſt quòd non faciẽs, aduer- A ſus ea facit. vnde Alex. in d. §. qui id quod. tenet contra Ancha. cuius opi. videtur verior, & conſequenter teneo ꝙ talis hæres negligẽs incidat in pœnã. pro qua opin. inducitur tex. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. vbi l. pœnalis. loquens in faciente aduerſus pacta, habet locum etiam in eo qui promiſſa non implet, & ſic in non faciẽte. Secundò inducitur text. in l. ex his apparet. ff. de excuſ. tut. † vbi tutor teſtamentarius ſe excuſans 27 à tutela, perdit legatum: quia contra iudicium te- B ſtatoris facit. ad idẽ eſt tex. in l. ſi quis ſepulchrũ. §. funus. ff. de reli. & ſump. fun. & gl. in l. ſi mora. in verbo, *nec facto mulieris*. ff. ſol. matr. & per iſtas rationes ita in cõtingẽtia facti cõſuluit Bal. & Cor. cõſ. xcix. in j. vol. In contrariũ tñ facit tex. in l. j. & l. ſeq. ff. ad l. Pomp. de parri. vbi l. Pompeia puniẽs eũ, cuius dolo malo parricidiũ facit, non habet locum in ſciente tractatũ & nõ reuelãte: quia talis mitiùs punitur. Et iſtud facit ad quæſt. traditam in c. quam te.[c] de ſent. excõm. & Ang. in C tractat. malefi. in verſ. che hai tradito la tua patria. in iiij. col. & facit, † quia regulariter magis 28 ſolet puniri ille, qui deliquit in faciẽdo, quã qui deliquit in nõ faciẽdo. l. diuus. ff. ad Silla. l. ſi cuius. l. deniq;. ff. de vſufr. & quod not. Bar. in l. qui bona. §. cũ inter. ff. de dam. infect. Quare pro reſolutione cõſidera tres caſus. Primus eſt caſus, † qñ 29 capimus factũ ciuiliter, hoc eſt, prout cõſideratur à iure, tãquã quid differẽs ab his quæ ſunt iuris, & tũc appellatione facti venit nõ factũ, etiam D propriè: nam clarũ eſt talem ſtipulationẽ nõ eſſe iuris, ergo eſt facti. & ita procedit iſte tex. cum ſimilib. Secũdus caſus eſt, qñ conſideramus ſignificationẽ facti naturaliter: & in tali caſu nõ videtur ꝙ non facere, propriè loquendo, ſit facere: vnde ſtatutum puniens aliquid facientem contra ſtatutum principis, non trahitur ad eum qui nihil facit, ſed ſimpliciter tractatum ſciens non reuelat, quicquid dicat Ang. de Arim. in addit. Angel. vbi ſ. qui ſine dubio malè loquitur, & eum e- E tiam reprobat Picus in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. vbi tenet iſtud tanto fortiùs procedere, qñ iſte ſciens non haberet probationẽ delicti, puta quia fuiſſet ſibi reuelatum in ſecreto: nam in tali caſu non incideret in aliquam pœnam neq; extraordinariam: quia cùm non poſſet probare, debuiſſet ſuſtinere illud per torturam. l. iij. C. ad l. Iul. maieſt. † Nemo autem tenetur reuelare quando 30 imminet periculum læſionis in corpus ſuum. c. officij. extra de pœnit. & ita tenẽt communiter, F vt etiam per moder. in c. primo. de offi. deleg. de qua tamen opi. dubito: quia non eſt verum quòd debeat talis ſubiici tormentis. Nec obſt. d. l. iij. quia loquitur in accuſante aliquem ad pœnam: ſed nos loquimur in reuelante ſimpliciter, ad finem, vt princeps poſſit cauere: aliàs ſequeretur quòd teſtis, qui feciſſet ſemiplenam probationẽ, in caſu illius tex. prout declarat ibi Sali. eſſet torquendus, quod eſt contra mentem illius literæ. Et ad iſtã materiã facit, quod not.[d] Socin. conſil. cij. in iiij. vol. In propoſito ergo, capiendo factum

a Adde tex. in l. hoc legatum. ff. de lega. iij. de quo uide Dominum meum in l. ij. in prin. ſ. eod.

b Adde, uel melius probatur in l. continuus. §. pen. ĩ. eo. & ibi Dyn. & Alb. de Roſ. dũ dicunt, quod forma ibi tradita non eſt de neceſsitate.

c Adde Deciũ in j. c. extra de off. deleg.

d Adde, ubi ponit Soci. an ſi ſ emanatis monitoriis ſub pœna excõmunicationis non reuelat factum, incidat in excommunicationẽ. de quo etiam per Canon. in c. qui cũ fur. extra de fur. & in l. inciuile. C. eod.



ſecũdum ſignificationem ſuam propriam, & naturalem eius appellationem, non venit nõ
31 facere, † & in dubio vera debent intelligi naturaliter, non ciuiliter. c. ſuſceptum. de reſcript. libro vj. impropriè verò & largè talis non faciens comprehendetur. l. iiij. ff. quæ in frau. cred. l. qui non facit, ff. de regulis iuris. Tertius caſus eſt in dictione contrà factum: & ſi iuſsio legis vel hominis eſt affirmatiua, non faciens dicitur contrà facere. dicta l. ſi quis maior. & ita procedit deciſio Alexand. & Cor. ſicut ecõtrà ſi iuſsio eſt prohibitiua, quia iubeat vt aliquid nõ fiat, ſi aliquis facit dicitur contrà facere, quia facere & nõn facere ſunt cõtraria. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Vnde illa deciſio de hærede, qui intelligitur contrà facere niſi ſoluat legata, iudicio meo non habet dubium, quicquid teneant moder. hìc. Noto quintò ibi, *quodammodo fieri videtur*,
32 † quòd alij cohæredes qui non contrà fecerunt, incidunt in pœnam non ex vera, ſed ex ficta contrafactione. Sed contra iſtud notabile fortiter fa-
33 cit, † quia fictio non inducitur, niſi ſuadente æquitate. l. deniq;. l. nec vtilem. ff. ex quibus cauſ. ma. Sed hìc non cadit æquitas, quia iniquum eſt, quòd quis ex culpa alterius teneatur. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſta. c. nõ debet. de reg. iur. lib. vj. vnde videretur, quòd fuiſſet æquius, vt ſolus ille, qui contrà fecit inſolidum teneretur. Moder. repetentes hìc dicunt ceſſare iniquitatem, ex quo cohæredes, qui non contrà fecerunt, poſsint liberari cedendo actionem creditori. pro qua opin. adducunt text. in l. quod debetur. ff. de pecun. & doctrinam Bartol. in l. ij. §. fin. ff. ſi quis cau. Ad idem etiam adducitur doctrina Bartol. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum impru-
34 dens. in penultim. colum. ff. ſi cert. petat. † vbi, quando quis tenetur ex facto tertij, ſi non ſit in dolo vel culpa, cedendo actionem liberatur. Sed tamen iſta opin. non eſt vera, & principaliter eſt contra text. in §. item ſi in facto. cum ſimil. ſ. eo. dum text. vult, quòd cohæredibus ſoluentibus datur act. fam. erciſ. aduerſus eum qui contrafacit: ergo ſoluerunt ex neceſsitate, & ſic non liberabantur cedendo actionem. l. iij. C. de neg. geſt. Secundò iſta opi. confunditur per iſtũ text. dum dicit, quòd videntur omnes contrà feciſſe reſpectu creditoris: vnde, ſicut verus contrafactor debet ſoluere, ita fictus: quaſi idem operetur fictio quod veritas. l. qui ad certum. ff. loc. Tertiò con-
35 ſiderandum eſt, † quòd actio famil. erciſcund. poteſt competere ad duos effectus ipſis cohæredib. Aut enim cæteri cohæredes ſoluerunt, & repetent per actionem fam. erciſ. d. §. item ſi in facto. aut nondum ſoluerunt, & poterũt agere aduerſus contrafacientem, vt caueat de immunitate. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fam. erciſcun. In propoſito ergo impoſsibile eſt dicere, quod iſti cohæredes poſsint liberari cedendo actionem: nam ex prima cauſa non poſſunt cedere, quia nondum ſoluerunt, & ſic nondum competit, vnde non poſſunt ſoluere quod non habent[a]. Ex ſecunda etiam non poteſt cedi, quia per eam ſolam conſulitur indemnitati ipſorum hæredum inter ſe, nec creditor poſſet ea vti, quia creditor non habet curare de indemnitate ipſorum, ſed de ſatisfactione ſua[b]. Quartò facit, † ꝙ, 36 quando aliquis teneatur ex contractu ſuo vel quaſi, & habeat actionem contra alium, tamen non liberatur eum cedendo. l. nam & ſeruus. §. fi. de neg. geſt. not. Paul. Caſt. in l. quod debetur. de pecul. ſed iſti hæredes tenentur ex quaſi contractu, quia hæredes adeuntes hæreditatẽ, dicuntur quaſi contrahere cum creditorib. hæreditariis. l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. eat. & conſequenter dicuntur obligare ſe ſecundum diſpoſitionẽ legis, vt ſi vnus contraueniat in facto indiuiduo, poſsint etiã ipſi conueniri ad pœnam, vnde non debent liberari cedendo actionem. Nec obſt. d. l. quod debetur. & dictum Bar- A tol. in d. l. ij. §. fin. & in d. §. ſeruum tuum imprudens. Nam in dictis iuribus quis cedẽdo liberatur, quoniam ideo erat obligatus, quia habebat actionem, vt declarat ibi Bar. & Doct. & Io. And. in addi. Specul. in tit. de ceſsione actionis. in vlt. col. in verb. fideiuſſor. ſed in caſu noſtro cohæredes non ideo tenentur, quia habeant actionem, ſed quia omnes contrafeciſſe videntur, vt dicit hìc text. & ſic remanet inſolutũ adhuc argumentum. Sed tu aduerte, † quia reſolutio iſtius diffi- 37 B cultatis pendet à veritate rationis, cur inductum ſit, quòd ſi vnus ex pluribus hæredibus contrà ueniat, omnes tenentur: & Paul. de Caſtr. in §. item ſi in facto. & Socin. hìc dicunt rationem eſſe, quia hæres contraueniens repræſentat defunctum, vnde eſt ac ſi defunctus ipſe cõtrafeciſſet, vnde omnes hæredes obligantur. Sed iſta ratio confunditur per text. noſtrum in verſ. quamuis[c]. vt dicunt etiam moder. repetentes hìc, & bene: & certè eſt mirum, quòd, vbi Iuriſconſ. ipſe C aſsignat vnam rationem, Doct. quærant aliam: iſtud enim eſt reprehendere Iuriſconſ. de inſufficientia. Vnde alia ratio aſsignatur in hoc text. quòd iſtud ſit introductum, quia ſi vnus contraueniat, habetur ac ſi omnes cõtraueniſſent: quia pro parte damnum creditori non affertur, ſed in totum, vnde æquum fuit omnes teneri. & eandem rationem ponit etiam text. in l. in executione. §. quòd ſi ſtipulatus. infrà eo. Moder. repetentes hìc dicunt quòd iſta ratio non eſt conclu- D dens, per tex. in l. Iulia. in princ. ĩ. eod. vbi ex contrauentione Titij tenentur eius cohæredes, licet ipſi non eſſent obligati ad non contraueniendũ, & conſequenter ibi non poſſunt dici, quòd omnes contrafeciſſe videantur: vnde ipſi dicunt in hoc tex. poſitam eſſe perſuaſiuam, nõ concludentem. † Tertia ratio aſsignatur in l. inter cohære- 38 des. §. quod ex facto. ff. fam. erciſc. quòd iſtud ſit, quia per contrauentionem vnius euenit conditio ſtipulationis pœnalis, vnde committitur cõ- E tra omnes: & dicunt moder. hìc quòd iſta eſt vera, non finalis. Sed certè mirũ eſt, quòd idem Iuriſcõſ. poſuerit varias rationes in eodẽ negocio. † Vnde tu adhærẽdo opinioni, quã poſui in j. no. 39 potes primò dicere, ꝙ ratio Iuriſcõſul. hìc eſt vera in caſu ſuo, quando non eſt facta mẽtio hæredum: & ſic d. l. Iulianus, nõ obſt. quia ibi erat facta mentio hæredis, & eſt caſus mixtus[d], & fundatur illa lex alia ratione, vt infrà dicam. Sed ratio Iuriſconſult. in d. §. quod ex facto. propriè F procedit, quando eſt facta mentio hæredum, quod probatur exemplis ibi poſitis: & etiã, quia non appellat ibi obligationẽ hęreditariã tanquã tráſfuſam de teſtatore in hæredes: ſed dicit, ꝙ cõditio ſtipulationis hæreditariæ, & ſic in cuius euentũ hęredes erãt inſolidũ à teſtatore obligati, euenit. Exprimendo enim eos videtur teſtator promiſiſſe, hoc modo, *ſi aliquis hæredum contrafaciet, promitto centũ*: quod nõ eſt quãdo mentio hæredis non eſt facta, quia tũc hæredes nõ veniunt in cõditione, niſi tacitè per tranſfuſionem ex perſona teſta-

a Adde pro hoc text. in l. Modeſtinus. in primo reſponſ. ĩ. de ſol.

b Confirma iſtud argumentum: quia ceſsionarius non poteſt agere niſi prout poterit principalis. l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. l. ſi mater. §. idem Iulianus. & §. final. ſ. de excep. rei iud. unde ſi aget, poterit contrafaciẽs dicere, ſicut tuus principalis non poterat agere contra me, niſi ipſe ſoluiſſet, ita nec tu: unde actor non conſequetur ꝙ petit.

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

c Cogita ſi poſſet reſponderi, aliud eſſe in obligatione diuidua, de qua loquitur iſte verſic. quamuis. nã in ea non fingitur quòd defunctus contra uenerit, ex quo talis obligatio diuiditur per legẽ XII. tab. l. j. C. ſi cer. peta. & ita referendo opinionem Roynĩ, hìc dicebat dominus meus in uoce.

d Adde, quia unius hæredis ſolũ erat facta mẽtio, nõ aliorum

teſtatoris: text. aũt intelligendus eſt, quando verè & expreſsè ſunt in cõditione appoſiti. Itẽ tũc ſtipulatio nõ eſt hęreditaria, ſed eſt ſtipulatio teſtatoris, cuius obligatio cùm transfundatur, ipſa obligatio dicitur hęreditaria, non aũt ſtipulatio, quæ eſt contractus, & eſt facti [a]. l. cõſilio. de cur. fur. vnde ipſa nõ transfunditur, ſed ius, id eſt, obligatio ab ea prouenieñs. Potes etiã iũgere vtráq; ratione Iuriſconſ. ſequẽdo comunia, & declara-

40 rare hoc modo: † Nam qñ ſubditur pœna facto A indiuiduo, intẽtio contrahẽtium eſt, vt iſtud factũ integraliter præſtetur, aliàs cõmittitur tota pœna l. v. §. fin. j. eod. Et in hoc non conſideratur perſona hæredum, nunquid aliquis nõ contrà faciat: quia pœna ipſa eſt poſita in fauorẽ creditoris, vnde quoquomodo cõtraueniatur, creditori ſuccurritur, quia ita conuentũ eſt, & cõditio ſtipulationis euenit. l. inter cohæredes. d. §. quod ex facto. Cùm enim factum ſit indiuiduum, pro B parte peccari non põt, & cõſequenter hæredes repræſentant ſinguli teſtatorem inſolidum. l. ij. §. ex his. ſ. eod. l. cõtinuus. §. fin. j. eod. Vnde per quemcunq; contrà fiat, creditor non habet quod ſtipulatus eſt, vnde ex forma contractus põt agere cõtra omnes iſtos hæredes: & quia pœna eſt diuidua, poterit cõſequi eam pro portione hęreditaria: licet ſi ageret ad factum, deberet agere inſolidum: & ſic pœna hìc quãuis acceſſoria, non ſapit naturam principalis, quia diuerſa eſt ratio de

41 vno ad aliud: † in factis enim lex introducit, q̃ C quilibet hæredum repræſentet teſtatorem inſolidũ ex neceſsitate, quia facta ſunt indiuidua, & pro parte peccare non poteſt: quæ neceſsitas ceſſat reſpectu pœnæ in propoſito. Ergo ad argumentum, dum dicitur, quòd æquitas non dictat, q̃ vnus pro alio teneatur, reſpondeo formaliter, iſtud eſſe verũ, quo ad ipſos cohæredes inter ſe, vnde fuit illis ſuccurſum per actionem familiæ erciſcũdæ: ſed quo ad creditorem eſt ſecus, quia ex forma cõuentionis ipſe nõ habet curare quis D contraueniat, ſed dummodo contraueniatur poteſt agere contra quem velit: quia iſtud importat conuentio, quæ eſt ſeruanda. l. j. ff. de pact. & iſta æquitas eſt potentior. Nec obſt. tex. in l. Iulia. in prin. j. eod. vbi ex contrafactione Titij tenentur eius cohæredes, licet ipſi non eſſent obligati: & conſequenter ibi non poteſt dici iſtud eſſe, quia ita conuentum eſſet, vel quia omnes cõtrafeciſſe viderentur: nam reſpondeo, quòd imò erant obligati: quia illa ſtipulatio quatenus erat cõcepta in perſona teſtatoris, erat transfuſa in hæredes. Nec obſtat ſi dicas, quòd imò illa ſtipulatio, E *per te non fieri, &c.* non tranſit ad hæredes. d. l. ſtipulatio iſta, habere licere. §. ſi quis vti frui. j. eod. quia ex quo teſtator promiſerat etiam per Titiũ hæredẽ, niſi tranſiſſet in oẽs ſtipulatio, videretur inutilis: quia ſi Titius nõ prohiberet, poſsẽt alij ꝓhibere, quo caſu ille eſſet in totũ excluſus. l. in execucutione. §. quod ſi ſtipulatus. j. eo. Vnde ne ſtipulationis commodum reddatur eluſorium, F tranſit in omnes cohæredes. l. ſi ita ſtipuler. ſecundum intellectum Bartol. in d. l. ſi ſic. ſecunda. infrà eodem. & ita poteſt ſaluari opin. gl. ibi, quam tenet Dyn. Iaco. Alb. de Roſ. Ang. Imol. Paul. de Caſt. dum dicunt, quòd additio Titij hæredis ibi eſt ſuperflua: nam eſt ſuperflua quo ad hoc; quia etiam tali ſtipulatione tenentur alij non nominati, ſicut ille qui fuit nominatus: ſed tamen quo ad alios effectus non erit ſuperflua. Si verò volumus tenere opin. Bart. in l. continuus. §. fin. in vltim. colum. infrà eodem. cum concordantibus admittendo quòd ex facto aliorum cohæredum non committatur ſtipulatio, & ſic quòd ipſi non ſint obligati ad patientiam: põtes dicere, quòd tantùm ſunt obligati ex obligatione transfuſa per teſtatorem ad factum, ſcilicet quòd Titius non impediet: vnde ſi impediat, committitur pœna etiam quo ad eos, quia euentus conditionis extitit: quia Titio contrà A faciente, videntur ipſi contrafeciſſe, in eum caſum, in quem erant obligati à teſtatore qui eos obligauerit, niſi vbi contrafacerent fictè, non autem verè. Noto ſextò in verſic. at ſi de eo, † quòd 42 iſta ſtipulatio, *ampliùs non agi*, eſt diuidua: & eſt ratio, quia contrafacit, non niſi pro parte nocet creditori, vt eſt text. hìc, & declarat Iaſ. poſt Imol. Sed pro declaratione iſtius articuli formabo duas oppoſitiones. Prima eſt: nam videtur dicendum, quòd imò iſta ſtipulatio in caſu noſtri B text. eſſet indiuidua: nam text. loquitur, quando ſubdita eſt pœna iſti ſtipulationi: ſed nos habemus, quòd pœna facit principalem contractum indiuiduum, licet aliàs eſſet diuiduus. l. cui fundus. ff. de condit. & demonſt. l. v. §. final. infrà, eodem. Sed ad iſtud argumentum reſponde, quòd in obligatione dandi, ſi ſubdatur pœna, verum eſt, quòd niſi totum detur, pœna tota committitur: & ratio eſt, quia ſtipulator apponendo pœnam, videtur voluiſſe, quòd tota res C detur, non autem pars. ita dicunt iura præalleg. Sed in caſu noſtro, quando quis ſtipulatur ampliùs non agi, ex quo non tractatur in tali ſtipulatione de aliquo ſtipulatori dando, ſed ſolùm ne iſtud, quod ſtipulator iam habet ei auferatur per actionem, videtur actum vt quatenus ei auferatur, eatenus committatur pœna: vnde ſtipulatio eſt in totum diuidua, nec conditio ſtipulationis pœnalis eam alterat, quia non operatur, niſi ex præſumpta voluntate teſtatoris, D quæ præſumptio in caſu noſtro non habet locum, quia non eſt veriſimile id actum, vt ſtipulator poſsit habere & rem & pœnam. [b] l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. cùm iſta ſtipulatio ſolùm concipiatur ad euitandam moleſtiam, quæ ex litibus poſſet inferri: vnde cùm ſtipulator fruatur re, cenſetur tacitè actum vt contentus ſit pro ea parte pœnæ, pro qua damnum ab hæredibus promiſſoris contrauenientibus patitur, præſertim cùm non niſi volens illud ſentiat, agen- E tem repellere per exceptionem: quæ ratio ceſſat in contrariis. & de hoc dicemus aliquid infrà in octaua opp. Bart. † Secunda oppoſitio eſt, quia non videtur, quòd iſta ſtipulatio debeat eſſe diuidua, ex quo poteſt reſultare inconueniens, de 43 quo in l. in executione. §. pro parte. j. eod. Pone enim quòd promiſeris ampliùs non agere ad domum, & vnus ex hæredibus tuis te mortuo agat pro parte ſua, & obtineat, certè apud ſtipulatorem non remanebit domus, niſi pro parte a- F liorum, & pro parte contrà facientis habebit pœnam: & ſic ſtipulator habebit quod ſtipulatus eſt in diuerſis rebus. Bartol. in l. ſtipulationes non diuid. in iij. quæſt. fatetur argumentum eſſe verum, & concludit iſtum text. debere intelligi, quando quis promiſit non agere ad pecuniam: ſecus ſi ad ſpeciem indiuiduam, quia tunc reſultaret dictum inconueniens. Sed iſta opinio Bartoli reſtringit nimis text. nec adiuuatur ex verbis text. ibi, *pœna certæ pecuniæ promiſſa.* Quia non vult dicere text. quòd promiſsio principalis

a Fa. quod not. Dd. in l. v. j. eod. & Lud. Ro. in l. j. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſ. & per dominũ meũ ſ. in prin. l. j. ſ. eod. vbi ſtipulatio prout in eſſe producitur, eſt facti: ſed prout eſt in eſſe producta, dicitur eſſe iuris, ꝓpter effectus iuris inde reſultãtes, qui effectus deinde trãſmittuntur: vt eſt obligatio inde proueniens, quæ in hæredibus dicitur hęreditaria.

b Pone enim quod ſtipulatus ſim ampliùs nõ agi ad domũ, & ſi egeris promittis centum, tu decedis relictis duobus hæredib. unus contrauenit, ſi conditio pœnalis redderet actum præcedentẽ indiuiduum, ego haberem integram pœnam domus & ſic haberem rem & pœnã, quod nõ videtur fuiſſe de intentione contrahentium. nec dicatur quod debet fieri computatio prout dicit gl. in d. l. v. §. final. quia ſi hìc caderet computatio in effectu, pœna non committitur in totum, ſed ſolum pro parte quatenus intereſt. & ſic reincidit in idem.



cipalis eſſet certæ pecuniæ, prout dicit Socin. hìc, ſed quòd certa pecunia erat deducta in ſtipulationem pœnalem. Vnde iſta opinio communiter non tenetur, & Raph. Com. Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. Lud. Rom. tenẽt contrariũ, & ſequtur Alexan. hìc, & reſpondet Alexan. ad text. in dicto §. pro parte. quia habet locum in facto affirmatiuo, nos autem loquimur in facto negatiuo. & ita tenetur communiter. Socin. reprobat iſtã A opin. hìc, quia ſecundũ eum nõ põt aſsignari ratio differentiæ inter iſtos caſus. Eandem ſententiam tenent etiam moder. repetentes. Mouẽtur primò, quia quamuis iſta ſtipulatio, *ampliùs nõ agi*, ſit factũ negatiuum, tamen habet in ſe tacitã affirmatiuã, ex quo remittere eſt dare. l. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſ. Secundò mouentur, quia ſtipulatio de rato habendo, non ſolùm continet in ſe factum negatiuum, ſed etiam affirmatiuum. l.

44 quo enim. j. rem ratam haberi. † Sed tu, non ob- B ſtantibus dictis modernorum, non recedas à cõmuni opinione: quæ eſt vera, ſi bene declaretur. Nam ratio §. pro parte. eſt, ne creditor, cui aliquid integrum promiſſum eſt, conſequatur ſolutionem in diuerſis rebus contra voluntatem ſuam: iſta ratio propriè procedit in eo qui ſtipulatus eſt aliquid dari vel fieri affirmatiuè: ſed in caſu noſtro cùm ſtipulatio ſit negatiuè concepta, & ſic in ea deducatur factum negatiuum promiſſoris, ſi promiſſor contrafacit, ſtipulatori compe- C tit exceptio quæſita ex ſtipulatu, vnde non poteſt reſultare inconueniens illud eo inuito: ſi enim aliquis promiſerit mihi ſtipulanti ampliùs non agere ad domum, & eo mortuo vnus ex hæredibus agat, certè competit mihi exceptio ex ſtipulatione, per quam poſſum eum ſubmouere, & conſequenter inuitus non compellar accipere pœnam: & ſic erit in mea electione, an velim opponere exceptionem, & eum excludere, an verò non opponam, ſed potius velim agere ad D pœnam, iuxta l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. & agendo ad pœnã dicor tacitè conſentire quòd retineam domum niſi pro parte. Inconueniens autem, de quo in d. §. pro parte. non habet locũ volente ipſo ſtipulatore. l. ij. §. j. ff. ſi cert. pet. & ſuprà pluries [a] dixi. & ſic reſultat manifeſta ratio differentiæ inter iſtos caſus, licet Soci. non aduertat. Et eodem modo tollũtur obiecta moder. quia licet in his ſtipulationibus, *ampliùs non agi*, & *rem ratam haberi*, inſit aliqua affirmatio, tamen eo- E rum natura eſt negatiua, ex quo ſtipulator innititur rei: vnde ſi aliquis ex hæredibus contraueniat, poteſt repelli exceptione, vt ſ. dixi. Aliã ſolutionem ponunt dicti moder. in effectu concludentes, inconueniens, de quo in d. §. pro parte. non conſiderari, niſi in obligationibus dandi, prout propriè loquitur text. non autem in obligationibus faciendi, ex quo in eis ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod iuris æſtimatione non cenſetur differre à re ipſa. arg. l. ſi ſtipulatus es opus. j. de fideiuſſ. vnde nunquam non poteſt re- F ſultare tale inconueniens. & iſtam opin. videtur tenuiſſe etiã Raph. Com. Paul. Caſtr. & Soci. hìc. Eandem opinionem ego confirmo duobus argumentis. Primò per text. in §. item ſi in facto. ſ. eodem. vbi promiſſor vni ex hæredibus ſtipulatoris prohibito pręſtat intereſſe, & alteri factum, & tamen non magis põt ſolui in diuerſis rebus hæredibus ſtipulatoris, quã ipſi principali. l. & ſi nõ fortè. in fi. ff. de cond. indeb. l. qui hominẽ. §. j. de ſol. & per Bart. in §. ex his. ſ. eo. ergo intereſſe debet cenſeri vnũ & idem cum ipſo facto, non aũt quid diuerſum. Et eodem modo põt induci tex. in l. hæredes. §. an ea. ff. fam. erc. Secundò adduco tex. in l. libertus. §. ſi [b]. ff. de oper. & in l. hæ operæ. ff. eod. tit. in fi. vbi in ſtipulatione plurium operarum, puta viginti, poſſunt præſtari decem, & æſtimatio aliarũ decẽ, & ſic fit ſolutio diuerſimodè. Sed tamen circa hanc opin. puto aduertendum: quia Bart. in d. l. ſtipulationes non di- A uid. in viij. oppoſ. in fin. & in iij. quæſt. expreſsè tenet, quòd imò d. §. pro parte. habet locum etiã in obligationibus facti: imò fortiùs vult quòd in obligatione factorũ ꝓpter euitationẽ illius incõuenientis, reddatur cõtractus nedũ indiuiduus ſolutione tantùm, prout eſt in obligationib. dandi, ſed etiam reddatur indiuiduus petitione: cuius opinio ſanè intellecta videtur verior. Et q̃ tale inconueniens habeat locum in obligationibus facti, inducitur text. in d. §. pro parte. ponde- B rando rationem ibi, ne quod ſtipulatus ſim non conſequar. iuncto §. ij. præcedenti. Quãdo enim aliquis ſtipulatur factum, videtur operis effectũ conſideraſſe, non autem partem: & conſequenter ſi haberet partẽ in ipſo opere, & partẽ in intereſſe, nõ cõſequitur quod eſſet ſtipulatus. Et iſtud argumentũ cõcludit in factis indiuiduis: in factis verò diuiduis opinio iſtorũ mod. videtur verior, per tex. in d. l. libertus. Nec obſtat §. item ſi in facto. inducendo vt ſuprà feci, quia promiſ- C ſor præſtat idem omnibus hæredibus, ſcilicet patientiam: ſed ſi contraueniat alicui ex hæredibus, propter illam contrauentionem ei tenetur ad intereſſe, ne contraventio illa remaneat impunita. Tenendo tamen iſtam opin. modernorum non per hoc tollitur principalis difficultás, quã ſ. feci: quia iſta ſtipulatio, *amplius non agi ad domum*, debet eſſe indiuiduã ratione rei ſuper quã eſt interpoſita: quia veriſimile eſt, quòd contrahentes reſpexerint effectum integrum, non autem par- D tem. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indeb. & ſic nõ videtur actum quòd ſtipulator habeat partim ſolutionem in intereſſe ſeu in pœna, partim in re: vnde tu teneas prædictam ſolutionem cõmunem, cõſtituendo differentiã inter factũ affirmatiuũ & negatiuũ, & declarando vt ſ. feci. Et quod dixi de ſtipulatione, *amplius non agi*, habet locum etiam in eo qui promittit ſe hæredemq; ſuum ratum habiturum, prout j. declarabo loco ſuo. Noto ſeptimò in tex. ibi, *pro portio-* E *ne ſolùm pœnam committi.* iuncto princ. ibi, *pœna certæ pecuniæ promiſſa.* † quòd ad hoc, vt promiſsio di- 45 catur pœnalis, requiritur quòd in ſtipulatione ſit facta expreſſa mentio pœnæ. & ita notant hũc tex. Aret. Soci. Iaſ. & moder. & iſtam concluſionem formauit Ioan. And. in c. bona fides. extra depoſ. & Lud. Ro. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. j. eo. & probatur primò per tex. in §. nõ ſolum. Inſtit. eo. dũ dicit: Ita adiici pœna debet, ſi quid factũ nõ erit, tũc pœnæ nomine, &c. & põdero q̃ i- F bi traditur forma, quẽadmodũ ſtipulatio pœnalis cõcipiatur: vnde forma diminui nõ poteſt, vt not. in l. ij. de lib. & poſthum. Secundò probatur in l. fin. §. fin. ff. de eo per quem fact. vbi, ſi quis promittit quinquaginta, ſi in iudicium non venerit, videtur iſta promiſsio non eſſe pœnalis, ſed reſpicere intereſſe, per rationem dubitandi iſtius text. prout latiùs induxit Aret. in l. continuus. §. cum quis. in iij. colum. j. eod. Tertiò probatur in l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. in §. j. inducendo vt per Rom. in d. §. alteri. Quartò

a In §. & harũ. in ij. notab. & not. in §. ſi tamen hominem. ſ. eod.

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro X V. ſcribit.

b Iunctis notatis per Doct. in l. in ſtipulationibus. §. j. j. eod. & per Barto. in l. ſtipulationes nõ diuid. in ix. oppoſ. & per Bar. in d. l. libertus. dum dicit promiſsionem operarum numero diuidi: nã niſi poſſet ſolui æſtimatio pro parte numerali, obligatio eſſet indiuidua ſaltẽ ſolutione, quod eſt contra generalitatem text.

tò videtur probari in l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. 46 lib. † vbi, ſi patronus à liberto ita ſtipuletur, *ſi decē operas non dederis, viginti dabis?* videtur taxaſſe ſeu ita æſtimaſſe illas operas, non aūt feciſſe ſtipulationē pœnalem: quod etiā apparet: quia ſi eſſet pœnalis, poſſet agi ad pœnam in quantum excedit intereſſe. l. prædia. de actio. emp. quod tamē tex. negat regulariter, niſi eſſet illa ratio de qua ibi in fi. ſed iniquum eſt, &c. Contrarium tenetur com A muniter, vt p Areti. hîc, & in d. l. continuus. §. cū quis. & Alex. in l. ita ſtipulatus. in pen. col. ĵ. eod. & ſic communis eſt ſententia, quòd ſtipulatio dicatur pœnalis, etiam ſi non ſit facta ſpecialis mētio quòd detur pœnæ nomine: & probatur per text. in d. l. continuus. §. pen. & ibi Aretinus inducit. & in l. in executione. §. quòd ſi ſtipulatus. ĵ. eod. & in l. fin. ff. de prætor. ſtipul. & in l. j. in §. item ſi ita. ff. ad legem Falcid. & in l. ſancimus. C. de fideiuſſoribus. iuncta gloſſella in verſ. inſerat. B Confirmo iſtam opinionem, quia contractus ſolent denominari à forma ipſorum, non autem à nomine quod illis à partibus apponatur. l. inſulam. de preſcript. verb. vnde in caſu noſtro debet attendi forma ipſius contractus, non autem conſiderari, nūquid partes dixerint pœnæ nomine. Nec obſtant allegata in cōtrarium, & primò iſte textus: quia hîc ſunt verba Iuriſconſulti, non partium: & præſupponit Iuriſconſultus, quòd, ſiue partes expreſſerint pœnæ nomine, ſiue non, dicatur pœna promiſſa. C Non obſtat textus in d. §. non ſolùm. Quia non eſt verum, quòd tex. ponat formam: quod apparet, quia forma [a] de neceſsitate ſeruanda eſt, vt not. in d. l. ij. de lib. & poſth. & tamen illa poteſt omitti. l. cōtinuus. §. pen. ĵ. eo. & ibi firmat Dyn. Alber. de Roſ. & probatur in tex. dum dicit vſitatius & elegantius eſſe, nō autem neceſſarium, licet Aret. non aduertat, & contrarium teneat in ij. not. ibi.

a Vide D. meū in l. j. §. ſed ſi mihi. ſ. eo. ubi latè tangit.

Non obſtat text. in d. l. fin. §. fi. quia dato, quòd D illa pœna reſpiciat intereſſe, iſtud eſt ex natura illarum ſtipulationum iudicialium, quæ non committuntur effectualiter niſi interſit. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & per Bart. in l. ij. in fin. ff. ſi quis in ius voc. & ita intelligit gl. in d. §. fi. & in l. j. §. ſi plures. ff. eod. tit. Vnde probabiliter potuit dubitari, nunquid amplius nō intereſſet, ex quo fuerat appoſita pœna, niſi de quinquaginta. Et eodem modo reſpondetur ad d. l. ſi duo. §. j. allegatam per Io. And. in d. c. bona fides. Non obſtat E d. l. ſi ita ſtipulatio. Quia imò illa ſtipulatio potuit eſſe pœnalis, licet non poſſet agi ad pœnam vltra intereſſe in illo caſu, per rationem ibi poſitam. Nec obſtat d. l. prædia. Quia procedit in cauſa onerosa: text. verò in dicta l. ſi ita ſtipulatio. loquitur in promiſsione ex cauſa lucratiua, inter quos caſus eſt magna differentia, vt per Bar. in d. l. prædia. & in l. ita ſtipulatus. in xiiij. col. ĵ. eo. & ſic habes communem opin. defenſatam, quā reperio limitari duobus modis. Et primò iſtam F concluſionem limitat Soci. hîc, vt quādo eſt expreſſum aliquid nomine pœnæ dari, cenſeatur pœna ſemper in contemptum appoſita, ita quòd committatur etiam ſi non interſit: ſed quando non eſt expreſſum, licet adhuc ſit pœna, tamen cenſebitur appoſita pro taxatione intereſſe, & non committitur niſi interſit. d. l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. & ita ſaluabitur opin. Ioan. And. in d. c. bona fides. Sed tu aduerte, quia iſta opinio confunditur per text. in §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul. vbi pœna apponitur in contemptum, & committitur etiam quòd non interſit, & tamen in forma ſtipulationis ibi tradita in text. non fuit expreſſum nomine pœnæ dari. & ſic iſta prima declaratio Soci. nihil valet. Secundo modo videtur intellexiſſe Iac. Put. & Iaſ. hîc. in viij. oppoſ. Bart. vt diſtinguamus inter obligationes facti, & dationis: † & in ſtipulationibus facti pœna ſub- 47 dita reſpicit intereſſe, quia natura factorum hoc ſuadet. l. ſtipulationes non diuid. verſicul. Cel- A ſus. infrà, eod. ſed in obligationibus dationis non. Et in primo caſu intelligunt procedere opinionem Ioan. And. in d. c. bona fides. cum concor. & iſtam opin. videtur tenuiſſe Rom. etiam in conſ. cccccx. in ij. col. incip. quo ad primum. & Soci. conſil. ccliij. in pen. col. Sed etiam iſta opinio non eſt vera, & contra eam eſt tex. in d. §. alteri. vbi ſtipulatio pœnalis ſubdita ſtipulationi de dando aliquid tertio, committitur etiam ſi non interſit, & tamen ſtipulatio dandi tertio eſt B facti, non autem dationis. l. liber homo. ij. §. fin. ĵ. eod. Secundò contra eam vrget text. in l. prædia. de act. empt. vbi ſi ſtipulatio pœnalis ſubſit obligationi facti, non videtur taxare intereſſe, ſed potius punire contemptum: ſi enim taxaret intereſſe, non poſſet actione ex vendito peti maior ſumma, quàm illa taxata in ſtipulatione pœnali, quod tex. negat. Tertiò dico quòd iſta opinio eſt contra opin. Bart. communiter approbatam in §. item ſi in facto. ſ. eo. dum reprobat Pe- C trum, cuius opin. coincidebat cum iſta moder. Nec obſtāt duæ rationes, quę poſſunt pro eis adduci. Prima, † quia in obligationib. facti non pōt 48 pœna & res principalis peti, imò creditor debet eſſe altero cōtētus. l. reſcriptū. §. ſi pacto. ff. de pactis. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de dol. excep. ergo talis pœna reſpicit intereſſe tantùm, quia aliàs poſſet vtrunque peti. l. ſi quis rem. ff. de arbit. Nam ad iſtud argumentum reſpondeo, ꝙ text. in d. l. ſi quis rem. loquitur quādo pœna reſpicit D contemptum tantùm: nam tunc vtrunq; [b] petitur, vt declarat Benedictus de Plumb. in repet. l. ſi quis à ſocio. in iij. colum. ff. pro ſoc. & Io. Fab. in §. alteri. Inſtit. de inut. ſtip. ſed per hoc non ſequitur, quin, ſi pœna reſpiciat etiam intereſſe, nō dicatur propriè pœna, & committatur etſi non interſit, iuxta tamen diſt. Bart. in d. §. item ſi in facto. & ĵ. dicā. Secunda ratio eſt, † quia in obliga- 49 tionib. dandi non videtur quòd pœna debeat regulari ſecundum intereſſe, ex quo in eis nunquā E ſit condemnatio ad intereſſe. l. qui ſeruum. §. fi. ĵ. eod. Sed reſpōde, quòd iſtud eſt verum niſi ſit appoſita in defectum certa pecunia, quia tunc partes deſcendunt à prouiſione legis per ſuam prouiſionem [c]. & pro hoc eſt tex. in l. v. §. fi. ĵ. eo. iuncta gl. quæ vult, quòd in illo caſu omne quod de ſorte ſolutum eſt, computetur in pœnā, quod nō eſſet, ſi pœna reſpiceret ſolū cōtemptū. d. l. ſi quis poſt rē. Vnde tu ꝑ reſolutione totius materiæ di- 50 cas, † ꝙ pœna conuētionalis pōt capi largè, ſtri- F ctè, ſtrictiſsimè. Largè capitur pro ipſo intereſſe, & in iſto ſignificatu capitur in l. nouiſsima. ff. iud. ſolui. vbi ſi quis ſtipuletur, quāti ea res erit, intelligitur ſtipulatus pœnā: iſtud eſt largè, nam propriè dicitur ſtipulatus intereſſe. & fa. qđ not. Bar. in l. cum ſtipulatus ſim à Proculo. in ij. col. ĵ. eo. vbi intereſſe dicitur pœna legalis. ad idē fa. l. j. §. ſi plures. ff. de eo per quē fact. erit. Strictè verò pœna accipitur, qñ eſt appoſita ſub contractu, & reſpicit certā quātitatē pro taxatione ipſius intereſſe, de qua in d. l. fi. ff. de præt. ſtip. & hoc procedit,

b Vide ad hoc Bar. in l. ita ſtipulatus, mag. in ult. opp. ult. partis. ĵ. eod.

c Facit, quia ſubdendo ſtipulationē pœnalē, quæ ponitur conditionaliter, uidetur fuiſſe repoſitum in uoluntate promiſſoris quod ſolueret illam pœnam loco rei principalis. argu. l. iam debitori. ff. de hær. inſtit.



cedit, ſi non ſit facta expreſſa mentio pœnę in cōtractu, vt eſt communis opinio hîc. Strictiſsimè accipitur, quando eſt appoſita non tam reſpectu intereſſe, quàm reſpectu contemptus, vt eſt text. in d. l. ſi quis rem. & in l. cum pœna. ff. de arbit. Si verò quæramus, nunquid talis pœna committatur ſi non interſit, iſta eſt alia quæſtio, quam tangit Bar. in d. §. item ſi in facto. licet præfati Doct. ſimul confundant vtranq;: & in ea quæſt. Bar. re- A præhendit Pet. cùm tamen iudicio meo idem vterq; ſenſerit, ſi opinio Petri rectè declaretur. Vnde tu ex eorum dictis dic breuiter, eſſe diſtinguē- 51 dum: † quia pœna ſolet apponi ad duos effectus, vt taxetur intereſſe, & vt puniatur contemptus: Vbi ſumus in caſibus, in quibus agitur de puniendo contemptu, ſemper committitur, etiam ſi nō interſit: ſecus ſi agatur ſolùm reſpectu ad intereſſe [a]. Dicitur autem pœna appoſita loco contemptus, & eum punire, quando principalis actus a- B liàs eſſet inualidus: nam ex quo veriſimile eſt ꝙ promiſſor contemneret talem actum, vtpote inualidum, videtur fuiſſe intentio partium, vt apponeretur pœna in caſu contemptus. & ita procedit tex. in d. §. alteri. Nam ex quo ſtipulatio alteri facta eſt inefficax, veriſimile fuit quòd promiſſor non obſeruaret, & contemneret. Idem eſt in compromiſſo: nam cùm compromiſſum natura ſui ſit ſimplex factum, veriſimile fuit, quòd cō- C demnatus non peteret: vnde in eius pœna non conſideratur pœna, præſertim cùm aliàs autoritas arbitri contemneretur. l. cum pœna. ff. de arbit. Idem eſt quando quis apertè & directò contrafaceret ſtipulationi, quia tunc videtur cōtemnere, vnde committitur pœna etiam ſi non interſit. d. §. alteri. & d. §. item ſi in facto. in princ. & facit l. vbi factum. C. de tranſact. Quādo autem pœna dicatur appoſita loco intereſſe, conijciatur ex pluribus: veluti quando aliàs principalis actus teneret: nam tunc non eſt veriſimile, quòd ꝓmiſſor D contemnat: vnde ſi contemnit, directè committitur pœna indiſtinctè, vt ſuprà dixi. Si verò contrafacit indirectè, tunc non committitur niſi interſit: quia contemptus nō poteſt puniri, ex quo non videtur contempſiſſe, qui indirecta via contrauenit. & ita procedit l. aduerſus. ff. de arbit. & tex. in §. item ſi in facto [b]. in fin. ſ. eod. Idem eſt ex præſumpta voluntate prætoris, quia potius prę- E ſumitur pœnam poſuiſſe pro intereſſe, quàm pro contemptu: quia illæ ſtipulationes interponuntur etiam inuito promiſſore, vnde illi ſuccurritur, quia iſta eſt mitior interpretatio: & ita debet intelligi tex. in l. ij. in fin. vbi Ang. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & & in d. l. ſi duo. ff. ſi quis cautio. Noto octauò in 52 verſic. differentiæ. hanc eſſe rationem, † quòd ideo in obligatione indiuidua, vno contrafaciente, ſtipulatio committitur contra omnes cohæredes, quia creditor ita ex vno cenſetur læſus, ſicut F ſi omnes contrafeciſſent: & ſic probat iſte text. in contrario ſenſu, quòd ſi creditor non læditur in aliquo, tunc ſtipulatio non committitur: & ita tenet Paul. de Caſtr. Soci. & mod. Vnde ſi defunctus promiſiſſet ædificare domum, & vnus ex cohæredibus totum ædificaſſet, licet alij contrafeciſſent, non tamen committitur pœna contra aliquem: & iſtud dictum communiter tenetur, & vltra allegata per Socin. hîc, pro hoc adduco text. in l. inter cohæredes. §. fin. ff. famil. erciſ. & facit l. fideicommiſſa. §. penult. ff. de lega. iij. Sed contra iſtam deciſionem obſtant duo. Primum eſt, quia quando quis directò contrauenit obligationi, committitur pœna, etiam quòd non interſit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ĵ. eod. Bar. in l. ij. §. item ſi in facto. & ſ. dixi. Sed reſponde, quòd, ex quo ſumus in indiuiduis, & vnus facit, omnes feciſſe videntur, & conſequenter nemo videtur contrafeciſſe, vnde non poteſt committi pœna: nam ſi cōtrauētio facta ab vno, cenſetur facta ab omnibus ad committendam pœnam, quanto magis imple- A mentum factum ab vno, debet prodeſſe omnibus? arg. l. Arrianus. ſ. tit. j. quando ſtipulator conſecutus eſt totum commodum ſtipulationis. Secundò contra iſtam deciſionem facit text. in l. ſi ita fuerit. j. in princ. ff. de manu. teſta. vbi in facto indiuiduo factum vnius ſerui non prodeſt alteri, quamuis etiam agatur de fauore libertatis. Iaſon reſpondet hîc, aliud eſſe in principali, quo caſu loquitur ille tex. aliud in hæredibus. Sed iſta differentia inter principalem & hæredes non vide- B tur vera in factis indiuiduis, & confunditur per iſtum tex. Vnde meliùs reſpondeas [c], quòd text. noſter loquitur in conditione appoſita, ſeu in facto reſpiciente fauorem ſtipulatoris: ſed text. in d. l. ſi ita. loquitur in conditione, quę reſpicit eos qui debent implere, & lucrantur ex tali implemento: vnde ſi aliquis non impleat, ſibi imputet, nam tali caſu ſemper conditio habetur pro defecta, vt eſt gloſſ. in l. iure ciuili. vbi Socin. ff. de cond. & demonſt. & in l. ſi plures. C. de cond. in- C cer. Vltimò noto in fin. tex. tenendo communem intellectum, † quòd ſtipulatio de rato habendo eſt indiuidua in perſona principalis, quādo ſub- 53 iecta eſt pœna, ſed diuidua in perſona hæredum. & ratio eſt, quia mortuo principali ſtatim diuiditur per legem XII. tabul. obligatio inter hæredes. l. prima C. ſi cert. petat. vnde non poteſt cohæres contrafacere niſi pro portione ſua: in principali verò ſecus eſt. Et iſta vera ratio, licet Soci. & Modern. alias rationes referant, quæ non D ſunt veræ.

Et pro declaratione iſtius notabilis faciam ſex oppoſitiones. Et primò opponitur, † quia hoc 54 modo variatur obligatio de perſona teſtatoris ad hæredes, quòd eſt contra §. ex his. in l. ſecunda. ſuprà eodem. Doct. hîc communiter reſpondent, quòd regula poſita in dicto §. ex his. non habet locum in obligatione diuidua, prout eſt iſta. Sed ibi tenui quòd imò illa regula procedit generaliter, nec eſt reſtringenda ad caſum in lege poſi- E tum, per doctrinam Bar. in l. regula. §. j. ff. de iuris & facti igno. Vnde dic quòd iſtud eſt ex præſumpta voluntate contrahentium: actus enim etiam naturaliter diuiduus, fit indiuiduus ex voluntate contrahentium, vt declarat Bart. in l. græcè. §. illud. ĵ. de fideiuſſoribus. ſed ſtipulator apponendo pœnam conditionaliter promiſſori, videtur egiſſe vt in totum pœna committeretur ſi ipſe cōtrafaceret: quia duriùs cum eo agitur qui contra propriam obligationem venit, quàm cum eo qui F venit contra transfuſam, vt hîc per Iaſ. & moder. [d] Item quia principalis cùm habeat totum, videtur egiſſe vt committatur pœna in totum in caſu contrauentionis: in hęredibus verò cùm ipſi non habeant niſi partes hæreditarias, non videtur ꝙ debuerit committi pœna niſi pro parte, & ſic nō alteratur conditio obligationis, quia tam principalis quàm quilibet hæredum tenetur in totum, habito reſpectu ad partem ſuam. Secundò opponitur: dicit text. † quòd, ſi Titius promittat 55 ſe hæredemque ſuum ratum habiturum ſub pœ-

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

a Adde: Et ſic ubi contemnitur principalis ſtipulatio, cōmittitur pœna etiam ſi non interſit. ſecus ſi non contemnatur, puta quia indirectè cōtraueniatur. l. aduerſus. ff. de arbitris.

b Adde ꝙd ille text. eſt ſic inducendus, quam ibi de rigore committitur pœna etiam reſpectu hæredum ſtipulatoris qui non fuerunt prohibiti. ex quo in materia indiuidui ex quadam neceſsitate omnes repræſentāt teſtatorem in ſolidum, ſed quia ex æquitate qui liber non repræſentat niſi in parte. l. cum à matre. C. de rei uēd. contra faciens reſpectu illorū non dicitur contraueniſſe, unde obſtat exceptio, quia illorum non intereſt. Potes etiam inducere ut ibi per Paulum de Caſt.

c Adde: Potes etiam reſpondere, ꝙd hic agimus de damno uitādo, ſed in caſu d. l. ſi ita fuerit. agitur de lucro captando: unde non eſt par ratio utriuſq;. l. ſi. C. de codicill.

d Adde quod ꝓ hoc facit text. in auth. contra quē propriam. C. de non num. pec.

na, deinde contraueniatur pro parte, committi-
tur ſtipulatio. Contrà, quia eo ipſo, quòd quis ꝓ-
mittit habere ratum, etiam alia ratificatione non
ſequuta, dicitur ratificare. l. ſi procuratorem ab-
ſentem. cum gl. ff. de procur. Bald. in l. j. in vltima
oppoſ. C. de procurat. Areti. in conſil. centeſimo.
in cauſa iſtarum. & quòd notat Ioan. And.[a] in ad-
ditionibus. Specul. in titul. de obligationib. in
princ. ergo dicitur adimpleuiſſe pœnalem ꝓmiſ-
ſionem, & conſequenter non poteſt amplius in-
currere in pœnam. argum. l. ſi quis hæredem. C.
de inſtit. & ſubſtit. Ad iſtud obiectum reſponde-
tur, quòd ex quo promiſſa eſt pœna ſi ratum non
haberetur, oſtenditur intentio contrahentium,
quæ erat, vt non ſufficeret illa tacita ratificatio,
quæ refertur ad ius; ſed quòd etiam in futurum
ſtipulator non vexaretur de facto, aliàs pœna fu-
iſſet ſuperfluò appoſita, & propterea committi-
tur ſtipulatio toties quoties contrauenitur. l. ſi
56 ſic. ij. vbi Docto. j̃. eod. Tertiò opponitur, † quia
videtur quòd in iſta ſtipulatione poſsit reſultare
inconueniens, de quo in §. pro parte. Pone, tu
tanquam procurator Titij, conueniſti me ad do-
mum, deinde tranſegiſti mecum, & quia manda-
tum non erat efficax, promiſiſti Titium hæredẽ-
que eius ratum habiturum: ſi enim aliquis hære-
dum non ratificet, poſſet partem domus euince-
re, & ego pro iſta parte haberem partem pœnæ
ab ipſo procuratore, quod eſt inconueniens di-
cto §. pro parte. Reſponde fatendo contrarium,
quòd in tali caſu iſta ſtipulatio eſſet indiuidua,
prout eſt de mente Bar. in l. ſtipulationes non di
uiduntur. in iij. quæſtio. j̃. eodem. Nec obſtat iſte
tex. quia loquitur in ipſo principali[b] promitten
te ſe ratum habiturum, vt apparet: ibi ſolus tene-
bitur qui non habuerit ratum, & ſic præſupponit
ipſum etiam promiſiſſe, qui ratum habere debe-
bat: quo caſu arg. non obſtat, ex quo inuitus non
deuenit ad illud inconueniens, quia potuit re-
pellere actorem per exceptionem, vt ſuprà decla
raui in vj. notab. Nec obſtat l. ſi procurator. j̃. rem
ratam hab. Quia ibi non erat promiſſa ratificatio
ad certam ſpeciem: & de d. l. ſi procurator, vide-
57 bimus infrà in nona oppoſ. Bartol. † Quartò op-
ponitur: quia text. vult, quòd, ſi principalis ha-
bet ratum pro parte, nihilominus pœna commit
titur in totum. Contrà, quia hoc modo ſtipula-
tor haberet totam pœnam & partem ipſius rei,
cùm tamen deberet eſſe altero contentus. l. re-
ſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. cum ſimilib. Gloſ.
in l. in executione. §. penult. in verb. *prodeſt.* j̃. eo-
dem. fatetur contrarium, & dicit quòd ad hoc vt
ſtipulator poſsit conſequi totam pœnam, eſt ne-
ceſſe vt illud quod conſequitur ex ratihabitione
partis, vel reſtituat, vel in pœnam compenſet. Et
idem etiam tenet Paul. Caſt. hîc in vltim. colum.
Alex. in princ. ij. colum. Soc. in vij. not. & moder.
repetentes in quarto: vnde concludunt, quòd in
iſtis ſtipulationibus diuiduis, ſi vnus ex hæredi-
bus agat pro parte ſua, & ſtipulator excipiat, age
re non poteſt propter promiſsionem defuncti, &
ita obtineat, quòd non poterit agere ad pœnam.
d. §. ſi pacto. Licet in practica durum eſſet rece de
re ab iſta opin. tamen in puncto iuris putarem cõ
trariam opin. veriorem. Et ſciendum eſt, quòd i-
ſta ſtipulatio, *ampliùs non agi*, propriè intelligitur
de actione perſonali, non autem reali, vt l. actio.
s̃. tit. j. per gl. Inſtit. de actio. in princ. in verb. *debe-
tur.* & tunc, quando eſt interpoſita ſuper tali a-
ctione perſonali, habet duos effectus. Primus eſt,

a Adde: Et illã deciſionem Ioã. And. refert, & ſequitur Alexã. in l. cum fũdus. §. ſeruum tuum imprudens ff. ſi cert. pet.

b Imò loquitur in hærede: ſed tamen idem eſt, quia hæres poterat repelli exceptione, ex quo erat obligatus ex obligatione hæreditaria trãſ fuſa.

quia tollit actionem promiſſori competere ipſo
iure. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. &
hoc ſi actum eſt vt tollat, vt ibi dicitur. Secundus
eſt, quia obligat promiſſorem ad non mouẽdam
controuerſiam ſeu vexationem de facto. l. vbi pa
ctum. C. de tranſact. Reſpectu primi effectus pœ-
na nihil operatur, quia ſemel actio extincta eſt.
reſpectu ſecundi ſic. Vnde in propoſito, ſi quis
contraueniat, incidet in pœnam, quia contra ve-
A nit: nec per hoc poterit agere, quia actio eſt extin
cta. d. l. vbi pactum. & in tali caſu non procedit d.
§. ſi pacto. vt ibi declarat Bartol. Et idem eſt in ſti-
pulatione, *rem ratam habere.* quia per talem ſtipula
tionem promiſſor nõ modò dicitur ſtatim ratum
habere, ſed intelligitur etiam promiſiſſe in futu-
rum non vexare de facto, vt ſuprà dixi, & ſequun
tur modern. in vltim. notab. Si verò iſta ſtipula-
tio, *ampliùs non agi*, interponeretur ſuper actionẽ
reali, tunc non extingueretur actio ipſo iure eti-
B am ſi agatur, quia per promiſsionem de non mo-
uendo controuerſiam, etiam re exiſtente penes
ſtipulatorem, non trãsfertur dominium rei meę,
vt eſt gl. communiter approbata in l. ſtipulatio i-
ſta, habere licere. in princip. in verbo, *ſucceſſores.* j̃.
eod. & facit l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Vnde in
tali caſu huiuſmodi ſtipulatio, *ampliùs non agi*, non
tolleret quò minus competeret promiſſori rei vẽ
dicatio ipſo iure: vnde in tali caſu poſſet proce-
dere communis opinio, ſicut etiam in caſu quò
C actum non eſſet, vt per ſtipulationem *ampliùs non
agi*, tolleretur actio, prout declarat Paul. de Caſtr.
in d. §. pactus ne peteret. licet modern. repeten-
tes hîc in diſcurſu teneant, quòd per talem ſtipu-
lationem tollitur actio ipſo iure, quod non eſt vè
rum, aliàs communis opinio non poſſet proce-
dere. † Quintò opponitur: Iſta ſtipulatio, *habe- 58
re licere*, importat idem quod controuerſiam non
mouere. l. ſtipulatio iſta, habere licere. §. j. j̃. eod.
& tamen eſt indiuidua. l. idem iuris. s̃. eod. ergo
D etiam ſtipulatio, *ampliùs non agi, & ratum habere*, de-
bet eſſe indiuidua, ex quo habent conformem
naturam. Angel. & Socin. in d. l. idem iuris. di-
cunt quòd iſta ſtipulatio, habere licere, regulatur
ſecundum naturam rei ſuper qua interponitur,
argumento notatorum per Bartol. infrà in quin-
ta quæſtion. & idem in effectu concludit Raph.
Com. hîc. Sed iſta expoſitio multum reſtringit d.
l. idem iuris. Alij dicunt quòd ſtipulatio *habere li-
cere*, ideo eſt indiuidua, quia quamprimum fit mi
E nima diminutio per promiſſorem, committitur
in totum: quia non dicitur habere licere, cui vel
minimam partem habere non licet. d. l. ſtipula-
tio iſta. in §. ſi quis fortè. Sed nec iſta reſponſio
ſatisfacit, quia non tradit rationem differentiæ
inter iſtas ſtipulationes: nam ſi in minimo com-
mittitur ſtipulatio, *habere licere*, cur & idem eſt in
ſtipulatione, *ampliùs non agi?* Articulus eſt diffici-
lis. Tu cogita ſi poteſt dici, quòd de natura ſti-
pulationis, *habere licere*, eſt, vt interponatur ſuper
F contractu emptionis & venditionis, vt probatur
in l. habere. j̃. de verb. ſignificatio. & in l. habere
licere rem. ff. de euict. vnde ideo eſt indiuidua,
quia venditionis indiuiſa eſt natura. Nec eſt ve-
riſimile, quòd emptor partem emiſſet. l. aliam. ff.
de ſolutionibus. l. cum cauſa. j̃. eod. & ita proce-
dit text. in d. l. idem iuris. aliàs ſi interponeretur
ſimpliciter ſuper alia re diuidua, non eſſet rece-
dendum ab opinione Angeli ſuprà relata. Sextò
opponitur: † Nam ſi ſtipulationes, *ampliùs non agi*, 59
*& rem ratam haberi*, ſunt diuiduæ, vt dicit text. hîc,
ergo



ergo idem deberemus dicere de ſtipulatione de
defendendo, quæ in effectu nõ videtur quòd ab
iſtis diuerſam naturam habeat; & tamen talis ſti-
pulatio dicitur indiuidua. l. in executione. §. in-
ſolidum. j̃. eodem. Iſtam difficultatem mouet
Raph. Com. hîc: ſed reſpondent aliqui, quòd ſti-
pulatio de defendendo ideo eſt indiuidua, quia
aliàs poſſet reſultare inconueniens, de quo in d.
§. pro parte. Vnde infertur, quòd ſi vnus ex hære-
dibus promiſſoris ipſe moueat controuerſiam,
ex quo poſſet repelli ope exceptionis; idem eſ-
ſet quod in ſtipulatione *ampliùs non agi.* Ego puto
rationem differentiæ eſſe cauſam quam ponit
text. in l. cum ex cauſa. infrà eodem. quia interpo
nitur ſuper venditionis contractu; cuius indiui-
ſa eſt natura: vnde idem dico de hac ſtipulatio-
ne, quod de illa, *habere licere*, vt ſuprà dixi, & ali-
quid dicam infrà in ij. quæſt. Bartol. In prima op-
poſitione Bartol. dum diſtinguit quòd in indiui-
duis agitur ad ſolidum, ſed in pœna agitur pro
portione hæreditaria, adde, quòd cum eo tranſ-
eunt communiter Doctor. Sed pro clariori intel-
ligentia oppon. quòd non debeat eſſe differentia
60 inter factum principale & pœnam, † imò ſtipula-
tio pœnalis debet regulari ſecundum naturam
ſtipulationis principalis, vt dicit Bartol. in l. fin.
in ij. quæſtion. verſicul. tertiò dico. j̃. de duobus
reis. & facit, quia acceſſorium imitatur naturam
principalis. regula, acceſſorium. de regulis iuris
in vj. Item ſubrogatum ſapit naturam eius, in cu-
ius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
ff. ſi quis cautio. & conſequenter ſicut principa-
lis committitur inſolidum, ita etiam deberet eſ-
ſe de pœnali. Reſponde[a], quòd imò iſta ſtipula-
tio pœnalis conſideratur ſecundum propriam
naturam: quia non videtur verum, quòd dicatur
acceſſoria ad principalem, & iſtud probatur tri-
bus rationibus. Prima, quia nos videmus quòd
ſtipulatio pœnalis nouat, & ſic extinguit princi-
palem obligationem. l. obligationum ferè. §. fi-
nal. s̃. titul. j. ergo non eſt acceſſoria, quia aliàs ſe-
queretur eius naturam, non autem extingueret.
l. quod principalis. de regulis iuris. Secunda ra-
tio eſt, quia acceſſorium non confirmat principa
le, ſed econtrà. l. quod per manus. ff. de iur. codi-
cill. & tamen clarum eſt, quòd pœnalis ſtipula-
tio non corroboratur præcedẽti, ſed potius præ-
cedentem inutilem confirmat. l. ſtipulatio iſta. §.
alteri[b]. infrà eodem. Tertia ratio eſt, quia ac-
ceſſorium non poteſt ſtare ſine principali. l. pri-
ma. ff. de pecul. leg. & tamen iſta regulariter, quò
ad effectum, non poteſt ſimul ſtare. l. ſcriptum. §.
ſi pacto. ff. de pactis. Nec etiam pœna poteſt di-
ci verè ſubrogata principali, quia non ſimplici-
ter reſpicit taxationem intereſſe, quod quidem
intereſſe ſuccedit loco rei. l. ſtipulatus es opus.
ff. de fideiuſſ. & d. l. ſtipulationes. verſicul. Cel-
ſus. ſed potius videtur principaliter appoſita ad
puniendum contemptum. dicto §. alteri. Se-
quitur ergo, quòd iſta ſtipulatio reguletur ſecun-
dum naturam propriam, vnde ſtipulatio præce-
dens ſit indiuidua, quia facta ſunt indiuidua. di-
cta l. ſtipulationes non diuiduntur. pœnalis ta-
men erit diuidua, & diuidetur à lege XII. tabul.
iuxta l. j. Cod. ſi certum petatur. Quia conſi-
ſtit in pecunia: vnde ſi conſiſteret in aliqua ſpe-
cie indiuidua, ſecus eſſet, vt infrà dicam in j.
quæſtion. Bartol. Nec obſtat, quòd Doctor. in l.
ita ſtipulatus magna. j̃. eodem. & in l. petens. C.
de pactis. appellent iſtam ſtipulationem pœna-

a Vide Alexã. in l. lecta col. pen. ff. ſi cert. pet.

b Adde tamen, quòd ſi principalis ſtipulatio eſt nulla, quia contra bonos mores, etiã pœnalis annullatur. l. generaliter. j̃. eo. & per Alex. in l. ſi plagiĩ. j̃. eo. ſed ratio eſt, quia etiam pœnalis videtur facta ex cauſa illicita & impoſsibili.

lem acceſſoriam, quia iſtud eſt verum, quo ad for
mam verborum, ex quo ſolet ſubijci poſt alium
contractum: ſed quo ad ſuam naturam videtur
regulari ſecundum ſeipſam. pro quo facit etiam
text. in l. cum fundo. ff. de ſeruitute ruſticorum
prædiorum. & quod notat Salicetus in l. & in
principali. C. de ſeruitutibus. vbi ſtipulatio pœ-
nalis non ſequitur prædium, licet præcedẽs ſti-
pulatio, per quam ſeruitus fuit conſtituta, ſequa-
A tur dictum prædium, & ſic apparet quòd ſeruat
naturam ſuam. Ad idem facit quod not. Ioan. de
Imol. j̃. in vj. oppoſ. Bartol. & ibi videbimus. In
ſecunda oppoſ. Bart. concluſio Bartol. eſt, † quòd 61
obligatio *rem tradi*, eſt omninò indiuidua. l. ſtipu-
lationes non diuid. j̃. eod. & ratio eſt, quia ſi eſſet
diuidua, poſſet contingere ſolutio partim in re,
partim in intereſſe, vnde reſultaret inconueni-
ens. d. §. pro parte. In obligatione verò *rem reſtitui*,
dicit Bartol. quòd eſt diuidua obligatione & pe-
B titione. l. iij. §. hæres. ff. commod. ſed ſolutione
non. l. ſi duo. in fin. ff. depoſ. Et ratio cur ſit diui-
dua petitione & obligatione, & ſic differat ab
obligatione *rem tradi*, eſt iſta, quia in obligatione
*rem reſtitui* non deuenitur ad intereſſe, ſed compel
litur quis præciſè reſtituere. l. qui reſtituere. ff.
de rei vendi. & conſequenter eſt indiuidua, quia
non poteſt reſultare dictum inconueniens. Et
ſi diceres, hoc attento non deberet neque eſſe in-
diuidua ſolutione, ſed in totum diuidua, ſicut eſt
C obligatio dandi, ex quo in vtraque debitor po-
teſt compelli præciſè, & in vtraque ſolùm fit con
demnatio ad intereſſe re perempta. l. in condi-
ctione[c]. vbi Bart. ff. de condict. fur. l. qui ſeruum.
§. fin. j̃. eod. Reſpondetur, quòd in obligatione
dandi fit condemnatio ad intereſſe officio iudi-
cis, ſed in obligatione reſtituendi fit condemna-
tio iure actionis. d. l. in condictione. vnde cùm
lex magis conſiderauerit iſtam obligationem ad
intereſſe in obligatione reſtituendi, quod patet,
D quia dedit actionem, & ſic remedium ordinari-
um in tali caſu, meritò obligatio iſta remanſit in-
diuidua ſolutione: & ita cum Bartol. tranſeunt
communiter Doctor. licet Paul. de Caſtr. hîc di-
cat, quòd de iure difficulter poteſt defendi. Sed
Chriſtoph. de Caſtell. & Raph. Com. in d. l. ſtipu-
lationes non diuid. & Fulgoſ. in l. ſi vt certo. §. ſi
duobus vehiculum. ff. commod. tenuerunt, quòd
imò iſta obligatio rem reſtitui, ſit in totum indi-
uidua[d]. & iſtam opin. defendit Socin. hîc, reſpon
E dendo ad text. in d. §. hæres. s̃. allegato, quòd lo-
quitur in obligatione ſecundaria de dolo teſta-
toris transfuſa in hæredes: quæ ſolutio deſtruit
illum text. Poſſet fortè reſponderi aliter, quòd
ibi text. loquatur limitando poteſtatem, quam
habet actor in agendo: quaſi dicat quòd actor,
quamuis ſi velit, poſsit agere inſolidum, tamen
poteſt vti, ſi vult, humanitate, & pro parte hære-
ditaria conuenire hæredem. quam quidem po-
teſtatem dicit text. ita demum procedere, niſi il-
F le hæres habeat rem totam, quia tunc non poteſt
eum conuenire pro parte, etiam ſi velit: ſed de-
bet agere contra eum inſolidum, quia hoc æqui-
tati magis conuenit, ne alij hæredes, qui faculta-
tem rei reſtituendæ non habent, laboribus & ex-
penſis fruſtrentur: & ſic dum text. dicit, hæres
pro parte conuenitur, intelligo volente credi-
tore, prout in ſimili exponit gloſſ. in l. ij. §. j.[e] s̃.
eod. & faciunt notata in l. vniuerſa. C. de prec.
imper. offe. Poteſt etiam intelligi verbum, *conue-
nitur*, reſpectu potentiæ conueniendi, non reſpe-

L. 4. adem di cemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

c Adde quod ille text. in d. l. in condiction. nõ uidetur loqui in obligatione rẽ reſtitui, ſed rem dari, quia loquitur in condictione furtiua, quæ competit ad dãdum, odio furis. §. ſic itaq. Inſti. de actio. Niſi reſpondeas quod eſt mixta, ut per Ang. in d. l. ſtipulationes non diuid.

d Adde q̃d pro iſta opin. facit text. in l. j. §. ſi apud duos. ff. depoſ. & in l. ſi vt certo. §. ſi duob. ff. commodati.

e Adde quod gl. ibi dum text. dicit, obligationẽ dandi eſſe diuiduam, quia pro parte ſolui poteſt, gl. intelligit creditore uolente. & illa gl. communiter tenetur.

ctu actus.l. Labeo. verſ. & quod ita. ff. de ſtatuliber.& gl.in l.j. in verbo, *finitum*. C. de pactis. cum ſimilibus. Eſt verum, quòd iſta ſolutio etiam non plenè mihi ſatis facit, & propterea non credo iſtam opinionem eſſe veram. Tertia fuit opinio
62 modern. repetentium hîc, qui tenent † quòd imò iſta obligatio, *rem reſtitui*, eſt diuidua etiam ſolutione, & ſic eſt contraria de directo ſuperiori: & iſta opinio eſt multum colorata, nec ſecundum eos, ob text. in l.ſi duo.verſ.planè. quia ille text.loquitur de obligatione ſecundaria, de dolo, quandò res depoſita dolo hæredum fuit deperdita: nam tunc obligatio eſt indiuidua, & quilibet tenetur inſolidum ad intereſſe ſolutione. Et ſic dicas, quòd imò res non erat perdita, quia text. præſupponit quòd ea reſtituatur, dum dicit, niſi integræ rei ſolutione, &c. Reſpondetur, quòd debet intelligi de æſtimatione ipſius rei, prout in ſimili dicit gloſſ. in l.in ſtipulationibus.§.j.ꝫ.eod.ſed iſta ſolutio nimis violat text.& etiam gloſſ. in d. l. in ſtipulationibus non eſt vera, & eam reprobaui ſuprà in §.& harum. Vnde non poſſumus negare, quin iſta obligatio, *rem reſtitui*, ſit indiuidua ſolutione, quo præſuppoſito reſultat magna difficultas contra communem opinionem: quia ſi ſtipulatio, *rem tradi*, eſt indiuidua ſecundum Bartol. in totum, per rationem d. §. pro parte: ergo idem debemus dicere in obligatione *rem reſtitui*, in qua militat eadem ratio: & licet in obligatione *rem reſtitui* non ſuccedat obligatio ad intereſſe, niſi re non extante, tamen lex conſiderat hunc caſum, quod patet, quia conſuluit per viam actionis, vt ſolueretur intereſſe: & propterea Alexand. & alij modern. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. tenent contra communem. Præterea Bartol. vult expreſsè, quòd ſtipulatio, *rem reſtitui*, non ſit indiuidua obligatione, ſed ſolutione tantùm, quia in ea non militat ratio d. §. pro parte. quod argumentum concludit, quòd non deberet eſſe indiuidua neque ſolutione: nam aut res extat, & ceſſat inconueniens, quia poteſt præciſè debitor compelli ad reſtituendum: aut non extat, & ſoluetur in totum intereſſe, & ſic etiam hoc caſu ceſſat inconueniens. Nec dicatur quòd potuit res pro parte petere, & pro parte extare: nam iſta reſponſio non eſt generalis, ex quo ſunt infinitæ ſpecies, quæ non poſſunt pro parte perire, vt bos, equus, lanx: & propriè textus in dicta l. ſi duo. loquitur in tali ſpecie. Quid dicendum [a]? Puto aduer-
63 tendum, † quia obligatio, *rem reſtitui*, poteſt naſci duobus modis: aliquando enim & primò naſcitur ex ipſo contractu creditoris fidem alicuius ſequentis, vt in depoſito & in commodato. aliquando & ſecundò ex eo, quia res ad aliquem peruenit abſque contractu tamen, vt in ſucceſſore eius, qui per vim rem alicuius abſtulit, vel in fure. In primo caſu aut loquimur de ipſis principalibus debitoribus, & obligatio videtur indiuidua, & conſequenter quilibet tenetur inſolidum. & hoc probatur in l.j.§. ſi apud duos. ff. depoſ. qui text. non poteſt aliter intelligi ſine expreſſa calumnia, & iſtam opinio.ꝫ.latè defendam in ſeq. oppoſ. Bartol. Et ratio iſtius caſus poteſt eſſe, quia creditor videtur eorũ fidem ſequi, quæ fides eſt indiuidua. c.ſi ad ſcripturas [b].ix. diſtinct. vnde tenentur inſolidum, cùm ad eos non ſpectet dominium, quod eſt diuiduum, vt declaraui in §.& harum. ſed ſolùm ad depoſitarium ſpectet cuſtodia, & ad commodatarium ſpectet vſus, quod vtrunque eſt indiuiduum. l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum. ff. commod. & quòd not. Bart. ꝫ.in vj. oppoſ. & hoc caſu procedit opinio Chriſtoph. de Caſtel. Com. Fulgoſ. & Socin. ſ. relata. Aut loquimur in hæredibus, & in illis obligatio diuiditur, & contra eos agitur pro portionibus hæreditarijs. d.l. iij. §. hæres. commod. & eſt ratio, quia talis obligatio trahitur re, & res ſequitur hæredes pro portionibus contingentibus. &
A ita poteſt ſaluari opinio Rain. & Alber. de Roſ. in d.l.ſtipulationes non diuid. Nam cùm hæredes teneantur actione perſonali, eorum obligatio diuiditur per l. XII. tabul. præſertim cùm in eis non militet ratio fidei, cùm creditor non videatur approbaſſe eorum fidem, quo ad cuſtodiam & vſum, & ſic inſolidum, cùm fortè eos nunquam cognouerit. Et iſtud procedit quo ad obligationem & petitionem, quæ in ipſis hæredibus diuiditur, vt ſ. dixi: quo verò ad ſolutionem, di-
B cendum eſt, quòd talis obligatio ſit diuidua vel indiuidua ſecundum naturam rei, quæ venit reſtituenda. Vnde ſi res reſtituenda conſiſtat in ſpecie indiuidua, debebit reſtitutio fieri in integra ſpecie. d. l. ſi duo. in fin. quia hoc videtur actum inter contrahentes, vt ſolida res ſoluatur. argu. l.j.§.ſi pecunia in ſacculo. in vltim. reſponſ. ff. depoſ. Si verò conſiſtat in quantitate, eſt ſecus, quia dicetur in totum diuidua. d. l. ſi duo. in princ. & d. §. ſi pecunia in ſacculo. & per Alexand. in §.
C ſeq. & credo, quòd in iſto caſu idem eſſet in principalibus.

In ſecundo caſu videtur eodem modo diſtinguendum: quia aut loquimur in pluribus principalibus, & ex quo ſunt in dolo, tenentur inſolidum. l.j.§.quotiens. ff. de vi & vi arm. l. deniq;. §. fin. ff. quod vi aut clàm. cum ſimil. Aut loquimur in hæredibus, & videtur quòd obligatio ſit in totum diuidua. l. in conditione. ff. de cond. furt. & conſequenter quilibet hæres ſoluens partem ſu-
D am erit liberatus. & ratio eſt, quia hîc non poteſt fingi actum vt ſolutio integralis fieret, ex quo nõ interuenit aliquis contractus. Quando verò vnus haberet facultatem rei reſtituendæ, dicam quid iuris ſit in ſeq. oppoſ. Barto. In ſtipulatione verò rem tradi, etiam dupliciter diſtinguitur. aut quis tenetur tradere ex ſuo cõtractu, vel autoris ſui, & tenetur inſolidum. d. l. ſtipulationes non diuid. Ratio eſt, quia videtur ſtipulator effectum integralem traditionis conſideraſſe: vnde niſi in-
E tegrum ſolueretur, haberet intereſſe pro parte, ꝙ eſt inconueniens. d. §. pro parte. & per Bart. in d. l. ſtipulationes. in viij. oppoſ. Et idem eſt in eo qui tenetur ad tradendum actione ex vendito, iuxta l. ex empto. ff. de act. empt. quia talis etiã tenetur inſolidum, & conſequenter hæredes ſui non liberantur ſoluendo partem, non iſta [c] ratione, quia aliàs deueniretur ad inconueniens. d. §. pro parte. quia tale inconueniens non poteſt habere locum, ex quo venditor præciſè eo caſu compel-
F litur ad tradendum. l.j. vbi not. ff. de actio. empt. gl. in §. precium. Inſtit. de contrah. emptio. ſed alia ratione, videlicet quia indiuiſa eſt natura venditionis, ex quo non eſt veriſimile quòd emptor pro parte emiſſet. d. l. cum ex cauſa. ꝫ. eod. quæ ratio infert eos teneri inſolidum etiam obligatione, licet moder. repetentes hîc aliter teneant, & malè. Secũdus caſus eſt, † cùm quis tenetur ad 64
tradendum ex facto alterius, non aũt ex ſuo proprio conſenſu, & tũc obligatio eſt diuidua. & ita pcedit tex. in l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. ff. de leg. j. vbi hæres qui tenetur ad tradendum legatario, non tenetur niſi pro parte hæreditaria. Ratio eſt, quia non poteſt dici hîc cenſeri actum vt inſolidum tradatur, ex quo in iſto caſu hæredes non tenentur ad tradendum ex vero conſenſu quem præſtiterunt ipſi legatario, ſed tenentur ex iuſſu teſtatoris, qui videtur eos quamminimum grauaſſe. l. nummis. de leg. iij. cum ſimil. Et eodem modo etiam debet intelligi text. in l.ij.§.fin.ꝫ.de
A præt.ſtipul. vbi ſi aliquis conuentus rei vendicatione litem conteſtetur, deinde decedat, diuiditur obligatio inter hæredes pro rata. Ratio eſt, quia ille conſenſus inductus per litis cõteſtationem, non inducit verum contractum, ſed quaſi. l. iij.§.idem ſcribit. ff. de pecul. vnde ſi agatur ex tali quaſi contractu, non tamen poteſt agi inſolidum. ratio eſt, quia ceſſat talis præſumptio, quòd cenſeatur tacitè actum, quod non eſt veriſimile, quòd reus litem conteſtando voluerit obligare
B hæredes ſuos in plus quam aliàs teneretur. arg. l. ſuus hæres. C. de repud. hæred. & l. non ſolet. ff. de reg. iur. & iſto modo videtur, quòd poſsint ſuccîdi omnia capita huic hydræ lerneæ: cogita
65 tamen. Ex iſtis infertur ad quæſt. vtilem. † Duo fratres habentes fundum pro indiuiſo communem, vendiderunt eum Titio pro certa quantitate, pacto appoſito, vt liceret eis redimere pro eodem pretio intra quatuor annos: modò vnus eorum eueniente termino non vult redimere, an a-
C lius poſsit redimere, & quomodo? Et Bartol. in l. cui vſufr. ff. de vſufr. leg. tenet quòd iſte non poterit luere partem ſuam, tum quia natura venditionis eſt indiuiſa. d. l. aliam. tum quia emptor qui promiſit retrouendere, dicitur obligatus ad tradendum, quæ obligatio eſt indiuidua, vnde non poteſt conueniri pro parte, per ſ. dicta: & ita etiam conſuluit Bart. in conſil. cxcv. Angelotus. & eſt communis opinio, vt per Alexan. in l. fraudati. ff. de publ. & Iaſ. in l. ſtipulationes non diui.
D Tu aduerte primò, quòd iſta ſecunda ratio Bart.
66 non videtur vera: † quia imò ſi venditor fuit dominus, retrouendere eſt rem dari. l. cum manu ſata. §. fi. ff. de contrahen. empt. ſecus vbi venditor non habuiſſet dominium, vt not. in l. certi condi. in prin. ff. ſi cert. peta. & latè dixi in tract. meo, de eo quod intereſt. Vnde in caſu, quo venditores fuiſſent domini, iſtud argumentum faceret contra Bartol. & communem, quia eſſet obligatio *rem dari*, quæ ſine dubio eſt diuidua: vnde melior
E eſt prima ratio Barto. Sed inde reſultat magnum dubium, ſi iſte velit reſtituere emptori totam pecuniam, nunquid emptor teneatur ad retrouendendum totum? In hoc puncto ſunt tres opiniones. Et Raph. Fulgoſ. in l. quòd ſi nolit. in §. idem Marcellus. ff. de ædil. edi. arg. illius text. tenet, ꝙ eo offerente totam pecuniam, non poterit tamẽ compellere vt retrouendat ſibi totã rem, ſed tantummodò partem. Soci. in l.j. §. ſed & quotiens.
F ff. ad Treb. tenet quòd imò poterit compellere vt retrouendat totum. l. fiſtulas. §. pen. ff. de cõtrah. empt. & l. tutor vigentib. §.j. ff. de minor. & l. in bello. §. ſi ſeruus plurium. ff. de capti. & dicit Soc. ſe ita conſuluiſſe, ſed non potuiſſe obtinere. Adde quòd ita conſuluit Socin. in conſil. xvj. in iiij. vol. vbi latè inſtat circa iſtum articulum, & tãgit naturam obligationis, *rem dari*, & *rem reſtitui*: ſed meo iudicio pauca bona dicit. Adde etiam, licet ipſe non aduerterit, quòd iſtam opi. tenuit ſolennis doctor antiquus D. Obertus de Crem. in l. ſi legato. §. ſi Stichus. ff. de manu. teſt. per d. l. fiſtulas. §. pen. & alia iura, prout eum refert Io. Firmianus in repertorio, in dictione *Obligatus*, vbi loquitur in teſtatore qui habebat pactum luẽdi; quòd eo mortuo, ſi ſit diſcordia inter hæredes, quòd vnus dicat ſe aliquo modo nolle retroemere, poterunt alij offerentes totum precium compellere emptorem ad retrouendendum ſibi. Et idem in obligato ex diſpoſitione ſtatuti tenuit Paul. de Caſtr. conſil. ccxxj. incipiente, In hoc paſſu. in j.
A vol. Mouetur, quia cùm talis obligatio ſit indiuidua, potuit vnꝰ agere inſolidum, quia in iſtis indiuiduis locus eſt præoccupationi. l. ſi pluribus. ff. de leg. j. l. ij. §. ſi duo. de don. & ſi ſocius nolit vti eo beneficio, tenebitur ei cedere cõtingentem portionem: & cum hac opi. tranſeunt moder. in d. l. ſtipulationes nõ diuid. Tertia eſt opin. Paul. de Caſt. in l. ſi quis aliam. ff. de nouat. quòd imò iſte volens ſolus redimere non audietur: quia dicet emptor, ego non ſum obligatus niſi vtrique,
B veniatis ſimul: nec debet vnus ſe impedire de iure alterius, ex quo licet vnus nolit nunc luere partem ſuam, fortè in futurum volet. l. deberi. C. de fideic. lib. Iſta ratio Pau. de Caſtr. non videtur ſufficiens, quia ad eam ipſe videtur reſpondere in d. conſil. ccxxj. videlicet quòd iſte qui prius totũ redemit, tenebitur admittere in communionem iſtum alium. & facit text. in l. j. §. ſi pecuniam in ſacculo. ff. depoſ. vbi poteſt vnus ex hæredibus depoſitarij petere totum depoſitum, dummodo
C ſatiſdet de dando partem ſuam ſocijs. Vnde fortior videt̃ alia ratio, dum ſimpliciter dicit, quòd emptor non eſt obligatus niſi vtrique ſimul, non autem alteri tantùm, nec vnus debet ſe impedire de portione alterius. † Confirma iſtam opi. quia 67
ſi iſti venditores agant, videtur quòd agant potius ad dandum: quia ſi dicamus quòd agatur ad tradendum, requireretur quòd ipſi allegarẽt turpitudinem ſuam; ſcilicet quòd ipſi vendidiſſent illi rem alienam. & hoc tanto clarius procedit, ſi
D in inſtrumento dictum ſit, quòd iſte emptor teneatur retrouendere, & retrò dominium trãsferre. arg. l. fin. ff. de condic. ob cauſ. In propoſito ergo ſi conſideramus perſonas ipſorum agentium, ipſis competit actio ad dandum, quæ eſt diuidua, ergo vnus non poteſt agere ad totum. Nec obſt. ratio Bartol. de d. l. ſi quis aliam. quia illa lex introducta eſt fauore ipſius emptoris, qui pro parte non eſſet empturus. d. l. tutor. §. j. ff. de minor. vnde ſi vnus agat ad totum, poterit emptor dice-
E re, tu nõ potes agere, quia obligatio eſt diuidua. ſi verò agat pro parte, poterit dicere, ego non teneor vendere pro parte, quia pro parte empturꝰ non eſſem. d. l. ſi quis aliam. & quia nolo incidere in communem. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indeb. Secundo pro iſta parte videtur text. in d. l. ſi quis nolit. §. idem Marcellus. vbi ſi duo ſimul emant, non poteſt alius conſequi, vt ipſe oblata etiam portione ſocij, eo nolente emere habeat totum: nam in illo text. illa verba, *etſi pro*
F *portione precium dabit*, debent intelligi pro portione ſocij, quia de portione ipſius volentis agere, res non erat dubia: & tamẽ tex. ponit caſum magis dubium, quòd oſtendunt illa verba, etſi, pro etiamſi. & dictio, etiam, ſtat implicando caſum magis dubium. l. j. ff. de iur. om. iud. l. Carbonianum. §. ſi duo. vbi Bartol. ff. de Carb. edicto. & per Bar. in §. & iudicare. in auth. de defen. Non obſt. d. l. fiſtulas. §. pen. quia vbi erat iam facta venditio, & agebatur ſolùm ad traditionem quę eſt indiuidua. l. ſtipulationes non diuid. ꝫ. eo. vnde vnꝰ

[a] Adde ꝙd Soc. conſil. vj. in iiij. uol. late diſcutit iſtum articulũ, vide etiam ibi per eum.

[b] Adde ꝙ notat Iaſ. poſt alios in l. ex falſis. C. de tranſactionib.

[c] Adde quod in hoc etiam concordat Paul. de Caſt. hic, & Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuid. in viij. oppoſ. Bart.

L. 4. Eadem diſcemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

ſolus poteſt agere: ſed quando adhuc non eſt facta venditio, attendimus obligationem quatenus eſt contracta inter ipſos venditores, quæ, vt dixi, eſt diuidua: nec tunc conſideratur traditio, quia venit in conſequentiam venditionis. l. 68 ſi ſtipulatus. ff. de vſur. † Potes itaque re colligendo ſupradicta, facere cõcluſionem, quòd iſte emptor non tenetur retrouendere vni tantùm, per ſupradicta. Fallit quando teneretur tantùm ad A tradendum, ex quo obligatio, rem tradi, eſt indiuidua, tunc poterit vnus in totum redimere. d. l. fiſtulas. & ita poteſt ſaluari opi. Oberti de Crem. Io. Firm. Soci. & Iaſo. Nec obſt. quòd in materia indiuidua vnus non poſsit agere ſine alijs. §. ex his. ſ. eo. ad quod fundamentum nec Socin. in d. conſ. nec Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuid. bene reſpondent. Quare tu dic, ideo ibi requiritur cõſenſus omnium, quia ſeruitus veniebat conſtituenda in fundo communi, vel debebatur per fundum communem: vnde niſi omnes cõſenſiſſent, B ſequeretur quòd aliquis potuiſſet acquirere fundo alieno, vel obligare fundum alienum domino in contrahẽdo. l. vnus ex ſocijs. ff. de ſer. ruſti. præd. quæ non ceſſat in caſu noſtro. Item fallit quando aliquis teneretur ex diſpoſitione l. vendere, & etiam in vno tantùm verificarentur verba l. & ita procedit quod dicit Paul. de Caſtr. in d. conſ. ccxxj. Item fallit in eo, qui teneretur vendere aliquam rem mobilem indiuiduam, ſecundum Fulg. in d. §. Marcellus. q intelligo verum, C niſi emptor non fuiſſet partem empturus. d. l. ſi quis aliam. cogita tamen ſuper prædictis. In tertia opp. Bar. prima colligitur cõcluſio ex eius di- 69 ſtinctione, † q plures principales obligati ad rem reſtituendam non tenentur inſolidum. & ita intelligit Bar. text. in l. j. §. ſi apud duos. ff. depoſ. & idem tenet Bar. poſt gl. in l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum. ff. commo. vbi pro iſta ſua opi. inducit alias ll. videlicet tex. in l. ſi diuiſa. C. loca. in l. D cum apparebit. ff. eod. tit. in l. eandem. ff. de duo. re. & pro iſta opi. facit, quia valet argumẽtum de pluribus principalibus ad plures hæredes. l. ſi duob. verb. ac ſi ipſi. ff. depoſ. ſed plures hæredes tenentur pro parte. d. l. iij. §. hæres. ff. commod. ergo idem in principalib. & cum Bart. tranſeunt communiter Dd. hîc. Adde q ſ. in præced. oppoſ. tenui contrarium, q imò plures depoſitarij vel commodatarij certæ ſpeciei, tenentur inſolidũ, prout etiam tenet Ful. in d. §. ſi duobus vehiculũ. E & Salic. in d. §. ſi apud duos. & pro iſta opi. Bart. dico principaliter eſſe text. in d. §. ſi apud duos. vbi text. dicit, quòd ſi apud duos depoſita ſit res, aduerſus vnumquenque eorum agi poterit: nec liberabitur alius, ſi cum altero agatur, quia non electione, ſed ſolutione liberatur. Pondero text. primò in dictione, *vnuſquiſq;*, quæ importat inſolidum quemlibet teneri, quia eſt dictio diſtributiua, tribuẽs cuilibet actum inſolidum. l. creditor. §. duobus. ff. mand. Bar. & Imol. in l. hoc articu- F lo. ff. de hær. inſtit. Secundò pondero tex. dum dicit, non electione, ſed ſolutione liberari: ergo præſupponit quòd quilibet poſſet conueniri inſolidum, quia aliàs non poſſet cadere ibi electio, nec ratio Iuriſconſulti eſſet probabilis: ſi enim non poſſet conueniri quilibet niſi pro parte, cui dubium quòd non contingeret liberatio alteri? Et dicere, quòd ibi eſſet actum, quòd vnuſquiſq; teneretur inſolidum, eſt diuinare, quia de hoc nullum verbum in text. & iſtud quòd ſit actum, eſt facti, vnde non præſumitur. l. in bello. §. facta. ff. de capt. Secundò dico iſtam concluſionem probari in d. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. qui text. quamuis in fin. loquatur in obligatione ſecundaria de dolo, tamen in princ. loquitur in obligatione primitiua, de ipſa re principali reſtituenda. Nec eſt bona reſponſio Barto. & Doctor. ibi ſubaudientium, quòd conuentum fuerit, vt illi commodatarij tenerentur inſolidũ, quia iſta non eſt contra illum text. dum dubitat, A an teneantur inſolidum: nam ſi fuiſſet conuentum, prout præſupponunt ipſi, caſus erat clarus, & dubitatio Iuriſconſ. fuiſſet valde inepta. Tertiò pro iſta opin. eſt etiam text. in d. l. ſi duo. in ver. ac ſi ipſi ſeruandum ſuſcepiſſent. ff. depo. vbi text. expreſsè vult, † quòd depoſitarij, qui non 70 ſeruandum ſuſcipiunt, tenentur inſolidum. Nec rationes alleg. pro communi opin. obſtant: & primò non obſt. l. ſi diuiſa. C. loc. Quia ille text. loquitur in caſu claro, quando expreſsè à princip. B fuerat actum, vt quilibet tantùm pro parte teneretur, prout expreſsè probat text. ibi, ſi diuiſa cõditio. & ita intelligit gloſſ. j. ibi: vnde ille text. nihil facit vel potius probat contra Bartol. arg. à contrario ſenſu. Non obſt. l. cùm apparebit. ſ. loca. vbi videtur velle text. ita demum teneri omnes principales inſolidum, ſi appareat: & ſic eſt neceſſe, quòd expreſsè agatur, aliàs tenerentur pro parte. Reſponde, quòd poteſt apparere duobus modis, veluti ſi expreſsè agatur, vel eti- C am tacitè: puta ſi vendit ſpecies indiuidua, vel locetur res cuius commoditas commodè diuidi non poſsit. d. §. ſi duobus vehiculum. & iſte eſt caſus noſter, nec text. magis requirit quòd appareat expreſsè, vel quòd appareat tacitè. Vel & ſecundò potes reſpondere, quòd non requiritur ibi quòd appareat, ad hoc vt teneantur inſolidum, quia ex rei natura tenentur, ſed ad hoc vt dicantur duo rei debendi: nam ad hunc effectum requiretur quod appareat, ex quo duo rei deben- D di non tenentur inſolidum ex natura rei, ſed ex pacto vel alio modo. l. ſi rem hæreditariam. ff. de euict. Bartol. in §. ſi tamen hominem. ſuprà, eod. & d. l. cum apparebit. propriè loquitur in duobus reis, prout eam intelligit Bartol. Paul. de Caſtr. & alij ibi. Et eodem modo poteſt reſponderi etiam ad d. l. eandem. Præterea aduertendum eſt, quia dum Doctores intelligit text. in d. l. eandem. quòd debeat intelligi quando expreſſum eſt, quòd quilibet inſolidum teneatur, pro- E ut ibi expreſsè firmat Dyn. Iacob. Barto. Paul. de Caſtr. non videtur iſte intellectus eſſe verus, & confunditur per illum text. ibi, Si pluribus hæredibus inſtitutis teſtator dixit, Titius & Mæuius Sempronio decem dato: nam ibi non fit mentio quòd teneantur inſolidum: imò ſi ſubaudiamus etiam huiuſmodi factam mentionem, exemplum text. non procederet: quia nedum ſi pars hæredum eſt nominata, ſed etiam ſi omnes nominentur, tenentur inſolidum, quan- F do eſt expreſſum. Et iſte eſt realis ad iſtum text. intellectus, licet Doctor. vt euadant contrarium l. ſiue à certis. eod. titul. & l. turpia. §. fin. de leg. j. recurrant ad communem intellectum, qui ſine dubio non eſt amicus literæ, & circa illã contraria alibi dicam, non eſt hîc locus ſuus. Nec obſt. argumentum de hæredibus ad ipſos principales, quia illud argumentum non eſt verum, vt probatur in iſto text. in fin. vbi lex reputat grauius ſi principalis fallat fidem, quàm ſi eius hæredes. Præterea eſt diuerſa ratio de principalibus



libus ad hæredes, quia vt dixi in præced. oppoſ. ideo plures depoſitarij, vel commodatarij certæ ſpeciei tenẽtur inſolidum, quia videtur creditor eorũ fidem inſolidum approbaſſe, ex quo habuit illis fidẽ de cuſtodia & vſu, quæ ſunt indiuidua. d. §. ſi duobus vehiculum. & p Bar. j. in vj. oppoſ. quæ ratio ceſſat in hæredibus, ex quo fortè creditor eos nunquam cognouit, vnde non poteſt dici eorum fidem inſolidum ſecutus: & in eis militat alia ratio, vt ſ. dixi. Secunda concluſio ex di- A 71 ctis Bart. eſt, † q in actionibus bonæ fidei ille qui habet facultatem rei reſtituendæ, debet ſolus in totum conueniri. l. iij. §. hæres. ff. commod. facit l. actione. §. ſi communis. ff. pro ſoc. intelligendo tex. generaliter, quod abſit illi ſocio etiam ex culpa alterius q̃ illius qui haberet pecuniam: & cum Bart. tranſeunt alij cõmuniter. Contrarium tenuit Chriſt. de Caſtel. Raph. Com. Aret. Socin. Pet. de Beſut. hîc, & Fulg. in d. §. ſi duobus vehiculum. & Cyn. & Bal. in l. ij. C. de hær. act. mouetur B per arg. d. l. pro hæreditarijs. Secundò, quia hæres vltra ſuam partem contingentem eſt extraneus. l. cum à matre. C. de rei vend. ergo actio illa non poteſt in eum tanquam extraneum tranſire. Tertiò, quia iſta eſt actio perſonalis, quæ non ſequitur rem, ſed perſonã. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Treb. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. ergo non eſt attendendum, q vnus habeat totã rem. Quartò, quia cùm ſtatim facta ſit diuiſio ipſius actionis inter C omnes hæredes, ſi deinde res perueniat ad vnũ, ſequeretur, q obligatio transfunderetur ſine ceſſione de perſona aliorum hæredum in iſtum, qđ eſt contra reg. l. quid ergo. ff. de pec. & l. adhuc. §. ſi operas. ff. de vſufruct. Quintò, quia licet loquamur in actione bonæ fidei, tamen non reperitur, q iſta bona fides ſit ſufficiens ad augendam obligationem, ſed ſolùm inducit officium iudicis. l. quia tradendum. ff. de neg. geſt. Sextò facit ratio gl. communiter approbatæ in l. ſi poſſeſſor. ff. de D rei vend. vbi hæredes ideo tenentur de eo quod peruenit ad ſe, quia ſi nihil perueniſſet, non tenerentur: vnde in caſu noſtro, cũ etiam ſi nihil perueniſſet, hæredes tenerentur, ergo non debent teneri pro portione quę ad eos peruenit: aliâs ſequeretur, q ſi rei commodatæ vel depoſitæ vnus haberet tres partes, alius haberet quartam, q debeant teneri pro rata illarum partium. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. quod eſt abſurdum, quia imò tenentur pro portione hæreditaria. d. §. hæ- 72 res. † Et tenentes hanc opin. reſpondent ad d. §. E hæres. q loquitur in obligatione ſecundaria, in qua ille ſolus qui deliquit, inſolidum tenetur: nã ibi hæres habebat facultatem rei reſtituendæ, & non reſtituit, ergo eſt in dolo. l. dolus. ff. mand. l. in commodato. §. ſi ex facto. ff. commod. Sed ad iſtud, ſuſtinendo communem, reſpondent Iaſ. & Mod. repet. q imò non eſt in dolo, ex quo ſecundùm Raph. & alios tenentes contra Bar. iſte non tenetur niſi pro parte ſua, ergo non reſtituendo totum, non eſt in dolo, arg. not. per Bart. in l. qui F ſolidum. ff. de leg. ij. Sed iſta reſponſio eſt dilemma ſeu conuerſoria, & Mod. faciunt fundamentum ſuper ratione, quam non tenent. Secundò contra Raph. dicũt Mod. repet. q ille text. loquitur quando res extat, & hæres non vult reſtituere, vnde nõ committitur re exiſtente etiam poſt moram obligatio ad intereſſe. l. in re furtiua. ff. de cond. furt. Bart. in l. ſtipul. non diuid. in viij. opp. j. eod. Sed dic, q imò text. loquitur, quando hæres interuertit rem, quæ erat penes eum, tñ ipſe poſſet reperire ſi vellet, ſed ex quo nõ vult, eſt tanquam ſi res periſſet. dicitur autẽ non velle, & nõ poſſe, quando captis pignoribus non vult dare rem, prout in ſimili declarat Alex. in l. ij. §. ex his. in gl. in verb. immutatur. in fi. gl. j. eod. Et eodem modo reſpondent ad arg. Iaſ. hîc: quia dicitur in dolo qui rem interuertit, id eſt, qui eam habens nõ vult reſtituere, & negat ſe habere. Tertiò contra intellectũ Raph. adducit Iaſ. quia principium A d. §. loquitur de obligatione primitiua, ergo etiã finis, qui venit p modũ exceptionis, & exceptio declaratur p regul. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pec. leg. Sed reſponde, tenendo intellectũ Raph. q imò tex. loquitur in fin. expreſsè de obligatione ſecundaria, ibi, *nec faciat*, &c. & conſequenter erit in dolo, & ſatis eſt q exceptio ſit de regula ſecundùm quid, & in genere, licet non in ſpecie. l. nummis. ff. de in lit. iur. vbi regul. loquitur de iuramento affectionis, & exceptio loquitur de iu- B ramento veritatis, vt ibi p Iaſ. Præterea ſecundũ Raph. text. in princ. non loquitur de obligatione primitiua, ſed de obligatione ſecundaria transfũſa à teſtatore, puta quia teſtator ipſe fuit in dolo: nam eius hæredes tenebantur ad intereſſe p partibus hæreditarijs. Et ſic ex his apparet, q iſte intellectus Bal. Raph. & aliorũ remanet defenſatus ab impugnationibus Mod. ego tñ eum nõ teneo, quia vt dixi in præced. oppoſ. deſtruit text. Nam ſecundùm dictum intellectum non eſſet aliquod C ſpeciale in eo, & tñ tex. conſiderat aliquã ſpecialitatem, dum ſubdit, quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat. Item nõ eſt verum, q ex ſola non reſtitutione cauſetur ſecũdaria obligatio, & contrarium probatur in l. ſi duo. in fi. ff. depoſ. & dicetur j. poſt Bar. in vj. oppoſ. † Vnde fortè verior eſt 73 intellectus Fr. de Rampo, prout eũ refert Bald. & not. Soc. hîc: & idem etiam tenuit Pet. de Beſut. Hier. Tort. hîc: dicunt ipſi, q etiam ſi hæres haberet totam rem, tñ debet agi pro parte, ſed execu- D tio fiet in totũ officio iudicis mercenario. Et ita intelligitur ille text. quod patet ex illis verbis, quaſi iudicis officio, &c. & pro hoc allegatur in arg. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict. & huic intellectui multum quadrat litera: & pro hoc intellectu facit, quia facilitas ſolutionis non debet variare naturam obligationis, ſed ipſam ſolutionem tantùm, argum. l. ſupra iter. §. apud ferocem. ff. de aqua plu. arcen. vnde quamuis quis haberet facultatem rei reſtituendæ, nõ debet va- E riari conditio obligationis: vt ſicut aliquis non potuiſſet conueniri niſi pro parte, nũc in totum conueniatur: ſed ſolùm debuit variari ſolutio p officium iudicis. Nec obſtat q Bald. not. & Soc. hîc tenuerint contrarium, quia ſequeretur quòd in plus eſſet condemnatio, quàm petitio, contra regulam l. vt [a] fundus. ff. communi diuid. & l. fin. C. de fideicommiſ. liber. quia reſpondeo, quòd in caſu noſtro hoc facit, exuberans officium iudicis in actionibus bonæ fidei. & facit quod notat Bar- F tolus in l. quid ergo. §. pœna grauior. in iij. col. de his qui notan. infam. vbi vult, quòd regula dictæ l. vt fundus. non procedat in his, in quibus iudex haberet magnum arbitrium. Et ad propoſitum etiam facit quod not. Bald. in l. penultima. C. de ſenten. quæ ſine cert. & iſte intellectus mihi placet, quia valde applaudit literæ, & maximè, quia iſta obligatio videtur indiuidua ſolutione: vnde licet creditor petierit pro parte hæreditaria, tamen ſatis videtur voluiſſe vt tota reſtitueretur, ex quo aliter non contingit liberatio. dicta l. ſi

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

a Adde ad iſtã regulã latè notata per Iaſonẽ, Inſt. de actio. §. curare. in vj. columna.

duo. vnde iudex ſupplet ex officio, intellige ta-
men ad creditoris petitionē. l.iiij. §.hoc autem.
ff.de dam.infect. licet non ꝑ viam libelli, ſed lite
iam conteſtata per viam ſimplicis inquiſitionis.
Eſt verùm, ꝙ in practica nō eſſet recedendum ab
opin.Bart.quæ ſatis pòteſt defendi in eo qui ha-
beret facultatem rei reſtituendæ, & poſsideret:
ſecus ſi non poſsideret, licet habeat facultatē rei
reſtituendæ. l. ſerui nomine. ff.de vſucap. & per
74 Mod.hîc. Tertia concluſio Bart. eſt, † ꝙ quando A
concurrit rei vendicatio cum actione ſtricti iùris,
tunc etiam fiet condemnatio cōtra eum tantùm,
qui nō habet,& contra eum ſolum agetur. ita in-
telligit text. in l.ſi plures. ff.de vi & vi armat. Et
iſta concluſio in ſe videtur vera,& eā tenent com
muniter Doct.ꝙ dixerit gloſ.in l.in condict. ff.de
cond.fur. & ratio eſt ſecundū Bart.propter vnio-
nem,quā habet iſta actio perſonalis ad reſtituen-
dum:nam ſapit in aliquo naturam ipſius rei ven-
dicationis,arg.l.qui patri.ff.de acquir.hæred.qđ B
ſimile eſt valde à remotis.Vnde Aret.hîc adducit
aliud ſimile:nā quāuis in obligatione dandi non
ſuccedat obligatio ad intereſſe etiam re non ex-
tante,l.qui ſeruum.§.fi. j. eodem.tamen iſtud nō
procedit,quando concurrūt ſimul obligatio dan
di & tradēdi.l.ſi filio.de don. cau.mor.vbi Bar.&
idē Bar.in l.ſtipulationes non diuidundę.in xiij.
oppoſ.j.eod. Facit etiam,quia generaliter ratio-
ne vnionis quis conſequitur ab alio, quod per ſe
nō conſequeretur.per regulam l.ſi communem.[a] C
ff.quemad.ſeruit.amit.cum ſimilib. Tu aduerte,
quia nō videtur ꝙ rationes iſtæ ſint veræ, & prin
cipaliter ſunt contra regulam generalem, quæ
vult, ꝙ quamuis alicui competāt plura remedia,
tamen vnumquodq; iudicatur ſecundùm natu-
ram ſuam.l. ſpadonem. §.qui iura. cum ibi nota-
tis.ff.de excuſ.tut. l.cùm filius. §.varijs. ff.de leg.
ij.vnde videtur ſtandū regulæ, iuxta gl.in l.om-
nis diffinitio.ff.de reg.iur. Et ſimilia adducta per
Dd.fundantur ſpeciali ratione,vnde nō ſunt tra- D
henda ad conſequentias. l.quod verò contra. ff.
de legi. Nec obſtat d.l.à filio. quia etiam ſecun-
dùm inductionem Bart.potius probaret oppoſi-
tum:nam ibi obligatio dandi aſſumit naturam fa
ctorum,& ſic condemnatio ad intereſſe: non au-
tem econtrà obligatio facti aſſumit naturam da-
tionis: ergo idē in caſu noſtro,vt obligatio perſo
nalis reſtituendi, quæ eſt meri facti, non aſſumat
naturam rei vendicationis.Præterea ibi non erat
obligatio dandi, ſed reddendi, quæ retrò datio E
ex quo donans potuit incontinenti pœnitere,ha
bet propriam naturā facti ſeu traditionis, prout
declarat Bal.poſt Andr.de Piſis,in l.cùm allegas.
in ij.colum.C.de vſuris. & ita intelligo illum tex
tum in d. l. ſi filio. licet Raph. Com. ibi dicat, ꝙ
non poteſt ibi tranſiri ſine diuinatione. Nec ob-
ſtat regula l.ſi communem. quia procedit in indi
uiduis: ſecus in caſu noſtro, vbi vnumquodque
poteſt cenſeri per ſe,vnde non dicitur caſus pro-
priè mixtus. l.ſi viua matre.in fin.C.de bon.mat. F
l.Ariſto. ſ.de don. & propterea non teneo iſtam
concluſionem Bart.tanquam non fundatam bo-
na ratione. Intellectus verò Bart. ad d.l.ſi plures.
nō eſt verus,& quantum ſit ad illam legem,com-
munis opinio eſt contra Bar. vt hîc per Moder.&
confunditur iſte intellectus tribus argumentis.
Primum eſt, quia ratio illius legis, quòd agatur
contra hęredem ſolum habentem facultatem rei
reſtituendæ, nōn eſt quia illud interdictū ſit vni-
tum cum rei vendicatione, ſed quia illud inter-

[a] Ad iſtam regulam vide Felinum in c.j. in iij.col.cum duabus ſequentib. extra.de pręſcr.

dictū nō obligat hęred. niſi quatenus ad eos ꝑue
nit.l.j. in prin. & in §.fin. ff.de vi & vi armat. per
Abb.in c.ij.in vlt.colum.extrà,de ordin.cogn.ad
idem facit l.ij.C.vnde vi.& l.ſemper.§.hoc inter-
dictum.ff.quod vi aut clàm.& iſtam rationem aſ-
ſignat textus in dicta l.ſi plures. & ibi Bartol.vn-
de non eſt quærenda alia ratio. Secundò contra
Bartol.facit, quia non eſt verum, quòd tempore
illius legis competeret rei vendicatio abſq; pro-
A batione dominij, ex quo iſtud fuit introductum
de iure Codicis, per dictam l.ſi quis emptionis.
§.ſed hoc ſuper illis. C.de præſcript. xxx. vel xl.
annor. & dicit hîc Raph.Com.Alexand.& Mod.
imò fortius etiam hodie ille textus nō procedit
ita indiſtinctè, prout credidit Bartol. imò ſi ſpo-
liatus intentat rei vendicationē, tenebitur pro-
bare dominium ſicut quilibet alius, niſi antè poſ
ſederit per xxx.annos. & ita intelligitur ille tex-
tus in d. §.ſed hoc ſuper illis. referendo eum ad
B principium dictę l.ſi quis emptionis.vt declarat
hîc Imol. & eſt communis opinio, vt per Iaſ. in l.
naturaliter.§.nihil commune. in xv.colum. ff.de
acquir.poſſeſ. Tertiò contra Bartol. facit, quia
dato quòd textus in dicto §.ſed hoc ſuper illis.
intelligeretur generaliter & indiſtinctè, tamen
cùm loquitur in principali tantùm, non videtur
quòd debeat trahi ad hæredes: nam illa diſpoſi-
tio introducta eſt in odium illius qui violenter
rapit:quæ ratio ceſſat in hæredibus,qui non deli
C querunt.d.l.j.in prin.ff.de vi & vi armat.facit tex
tus in c.ſæpe.de reſtitut.ſpol.extrà. Et licet iſta
declaratio Bartoli ad dictam l.ſi plures. commu-
niter non teneatur,eius tamē concluſio eſt com-
munis, quam concluſionem in practica limita
duobus modis. † Primò limita,vt actio perſona- 75
lis vnita cum rei vendicatione, nō competat con
tra ſingularem ſucceſſorem. l.cùm à re. ff.de vi &
vi armat.& ita tenet Bart.& Alb.de Roſ.ibi. & li-
cet quidā Mod. hîc dicant, ꝙ ille tex.non loqui-
D tur quando ſingularis ſucceſſor habebat cauſam
ab illo qui deiecerat, per textum in l.nam.& po-
ſtea.§.ſi petitor. ff.de iureiur. tamen iſtud eſt ma-
lè dictum, quia imò etiam ille textus procedit in
tali caſu, vt per Angel.conſ.clvij.in Dei nomine.
in prædicta quæſt. & probatur concludenter in
d.c.ſæpe.vbi gl.& alij notant.Et §.ſi petitor.fun-
datur alia ratione, quia loquitur in iure præſcri-
pto ſuper actione reali, vnde ſapit eius naturam:
quia actio in factum inde proueniens eſt illi ac-
E ceſſoria, vt ibi per Mod. ſed in caſu noſtro vtraq;
actio tam realis quàm perſonalis,eſt æquè princi
palis. Secundò limita, vt communis concluſio
procedat † quando rei vendicatio & actio perſo- 76
nalis oriuntur ſimul, non autem quando oritur
ex poſt facto, ex litis conteſtatione. per text.in l.
ij.§.fi.ff.de præt.ſtipul.Et eſt ratio,quia iſta perſo
nalis oritur ex quodam accidēti, quia litigatum
eſt,& lis eſt conteſtata, vnde non verè aſſumit pri
mæuam naturā priſtinæ obligationis. arg. l.qui
F habet.ff.de tut.& gl.in l.certi condictio.ff.ſi cert.
pet.Item quia illa actio perſonalis non tendit ori
ginaliter ad iſtud,ad quod tendebat rei vendica-
tio, ſcilicet ad reſtitutionem rei,ſed tēdit ad cor-
roborandum iudiciū, vt declarat Paul.Caſtr.ibi.
Quarta concluſio Bart.eſt, † ꝙ quando actio ſtri- 77
cti iuris nō habet committere rei vendicationē,
tunc non datur inſolidum contra vnū hæredē ha
bentem facultatem rei reſtituendæ, ſed contra
omnes pro portione hæreditaria. l.ſi tibi homo.
§.ſi fundus. ff.de leg.j. & iſta concluſio eſt vera, ꝑ
regulam



regulam l.pro hæreditarijs. C.de hæred.act.cum
ſimil. & communiter tenetur, vt hîc per Alex.&
Mod. qui in hoc reprobant opinionem Rom. &
Paul.de Caſt.tenentium contrarium,vt hîc. Et ꝑ
eos eſt verum, quòd concluſio Bartoli non vide-
tur bene probari in d.§.ſi fundus. quia, vt dicit
Alex.hîc,& in l.ſtipulationes non diuidundæ.il-
le textus loquitur in obligatione dandi, in qua
obligatione eſt magna ratio differentiæ, ne quis
priuetur dominio rei ſuæ pro ea parte, pro qua A
non eſſet hæres: ſecus eſt in obligatione *rem reſti-
tui*, ex quo illa omnino eſt reſtituenda domino
ſuo. Moder.hîc dicunt,quòd imò d.l.probat pro
Bart.quia actio ex teſtamentò ad dandum eſt ita
fauorabilis,ſicut actio ſtricti iuris ad rē reſtituen-
dam.l.ſi hæres.ff.de eo quod cer.loc. Sed iſtud ni
hil eſt, quia non tollitur ſupradicta ratio diuerſi-
tatis:ſed licet opinio Bart.ibi non probetur,cùm
ſit vera in ſe,nō eſt vlteriùs inſtandum in illo tex.
Sed pulchra dubitatio eſt, admiſſa communi opi B
nione,quòd iſte ſolus habens facultatem rei reſti
tuendæ,nō poſsit conueniri ad totam rem actio-
ne ſtricti iuris, nunquid ſaltem in executione po
terit compelli vt totam tradat? & dubium facit,
quia iſtud eſt in actione bonæ fidei. d.l.iij. §.hæ-
res.ff.commod. ſecundùm intellectum, quem ſu
prà tenui: ergo idem debemus dicere in actione
ſtricti iuris ad reſtituendum, quia talis eſt arbitra
ria.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.Et tantum ope-
ratur officium iudicis in arbitrarijs,quantum na C
tura bonæ fidei,vt ibi not. & facit qđ tenet Baro.
in l.ij.§.vbi duo.in vij.quęſt.j.de duobus reis.Co
gita, quia iſtud fundamentum videtur deſtruere
iſtam concluſionem, tenendo communem intel
lectum ad d.§.hæres. Quinta concluſio Bart.eſt,
78 † quòd officium iudicis,quo quis compellitur ad
edendum, de quo per Bar.in l.j.in fin. ff.de eden.
habet naturam actionis realis.& ita intelligit tex
in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden.& idem
tenet Bal.in c.j.in viij.col.extrà,de furt.& Iaſ.hîc D
per text.in l.quidam.§.is autem.ff.de eden.Con-
trarium tenet Aret.hîc, & Moder. per doctrinam
Bart.in l.ſi tertius.§.ſi quis priuſquam.in penult.
col.ff.de aqua plu.arcen. vbi Bar.in indiuiduo fir
mat tale officium iudicis,etiam perſonale: & ꝓ-
batur concludenter iſta opinio in dicto §.is autē.
quia ſi eſſet reale, daretur indiſtinctè cōtra ſingu-
larem ſucceſſorem,non autem inſolidum & cau-
ſa cognita,prout dicitur in d.§.is autem.vnde vi-
detur, quòd opinio Petri de Bellapert.ſit verior, E
quòd officium illud iudicis æquiparetur contra-
ctui bonę fidei,declarando vt hîc per Mod. repe-
tentes. Poteſt etiam dici, ſuſtinendo Bart. quòd
imò tale officium eſt perſonale, ſed quo ad ſingu
lares ſucceſſores ſapit naturā realis. Et ratio eſt,
quia edictum prætoris coëgit argentarios edere
rationes: quia,vt dicit text.quod mea cauſa con-
fecit, meum quodammodo inſtrumentum eſt. l.
prætor ait.in princ.ff.de edend. quæ ratio oſten-
dit magnam conformitatem, quā habet tale offi- F
cium cum actione reali. & ita teneo, licet Mo-
derni non aduertant ad dictam rationem: & in
hoc etiam reincidit ratio poſita hîc per Aretin.In
v.oppoſ.Bart.in d.l.in depoſiti.ff.depoſ.Bar.ſol-
uit duobus modis,vt hîc ꝑ eū,& cum eo tranſeūt
communiter Doct. Circa primam ſolutionem,
quatenus Bart. facit differētiam inter contractus
bonæ fidei,& ſtricti iuris,aduerte: quia iſta opin.
Bartol.videtur confundi pluribus rationibus.Et
primò contra Bart. facit, nam ratio iſtius textus

eſt, quia ideo tenentur plures ex facto vnius con
trauenientis, ex quo lex præſumit iſtud fuiſſe a-
ctum à creditore: vnde vno contrauueniente vi-
detur conditio pœnalis ſtipulationis eueniſſe.l.
inter cohæredes. §.quod ex facto. ff.famil.ercisc.
& quia aliud ſine manifeſta iniuria creditoris ſta
tui non potuit.l.v.§.fin. j.eod. & declaraui ſuprà
in vj.notab. Sed iſta ratio habet locum etiam in
contractu bonæ fidei, imò multò fortius, quia in
A contractibus bonæ fidei magis conſulitur credi-
tori, quàm in contractibus ſtricti iuris. l.videa-
mus.vbi Bart.ff.de vſuris. Nec ratio Iaſ.hîc eſt bo
na, dum dicit, quòd vtilius erit actori agere, niſi
contra vnum qui deliquerit,non autem diuidere
actiones,argum.notatorum per Bart.in l.cum ab
eo.ff.de leg.ij. quia reſpondeo, quòd iſtud nō eſt
verum,ex quo delinquēs poſſet fieri non ſoluen-
do, prout dicit textus propriè conſiderans iſtam
rationem in l.ſupra iter. §.apud ferocem. ff.de a-
B qua plu.arcen.Nec obſtat,ꝙ lex non præſumit a-
liquem nō fieri ſoluendo. l.ſi defunctus.C.arbit.
tut. quia iſtud nō procedit in odium delinquen-
tis, & in fauorem creditoris, cui lex à principio
prouidet. l.diuortio. ff.de negot.geſt. l.locum.§.
condemnatio.ff.de tabul.exhib. notat Bart. in l.
inter ſtipulantem. §.ſacram. in vlt.colum. j.eod.
Præterea quid ſi iſte delinquens vſque à princi-
pio non fuiſſet ſoluendo? certè talis nunquam
præſumitur idoneus facultatibus. l.ſi verò. §.qui
C pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog. Iſta reſponſio
non procedit, quando iſte delinquēs de præſen-
ti non eſſet ſoluendo. Secundò contra Bartol.&
communem facit text. in l.cùm ex cauſa. j.eod.
vbi ſtipulatio pœnalis erat appoſita contractui
bonæ fidei, quo caſu debet aſſumere eius naturā.
l.ſi ſtipulatus. ff.de vſuris. & tamen ibi commit-
titur ſtipulatio contra omnes hæredes inſolidū.
Nec obſtat, ſi reſponderetur,quòd iſta ſtipulatio
pœnalis nō aſſumit naturam principalis, quia eſt
D interpoſita ſuper alia re quā ſit principalis: quia
reſpondeo, quòd etiam ſi in venditione nō ſit ap
poſita ſtipulatio pœnalis, tamen videtur idem
eſſe, quòd omnes hæredes teneantur inſolidum
quo ad intereſſe. l.in executione. §.inſolidum. j.
eod. vbi textus loquitur de euictione, ad quam
quis tenetur, etiam ſi nō interuenerit ſtipulatio.
l.quòd ſi nolit.§.quia aſsidua. ff.de ædil.edi. Nec
text. in d.§.inſolidum. eſt reſtringendus, vbi in-
teruenit ſtipulatio. quia eſſet nimis magna reſtri
E ctio, & cōtra mentem iſtius textus, qui loquitur
in executione cuiuſlibet obligationis, etiam ſi
dependeret ab vltima voluntate.§.ij.ead.l. Ter-
tiò in contrarium adduco textū in l.j. C.de luit.
pig.vbi textus loquitur in pignoratitia actione,
quæ eſt bonæ fidei. §.actionum.Inſtit.de actioni-
bus. & tamen ibi factum vnius nocet alteri:quia
ſi vnus ex hæredibus nō vult ſoluere partem con
tingentem pro luitione pignoris, alij non pote-
runt dando ſolùm partem ſuam, luere partem pi
F gnoris. Et licet ille text.loquatur in caſu, in quo
aliâs præiudicaretur creditori, tamē videtur idē
dicendum in caſu noſtro, quia aliâs creditori nō
plenè conſuleretur. d.l.v. §.fin.j.eod. Quartò in
contrarium facit,quia non videtur, quòd Bart.&
communiter Doct. bene opponant de d.l.in de-
poſiti. quia ibi text.loquitur in obligatione doli
mali, qui committitur ad intereſſe, noſter verò
text.loquitur in pœna: in quibus caſibus eſt ma-
gna differentia, vt videbimus in ix.oppoſ. Bart.
j. † & quia intereſſe eſt pœna legalis, vt per Bar- 79
tolum

L.4. Eadem dicemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

tolum in l.cùm ſtipulatus ſim à Proculo.ĩ.eod.&
mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine.l.Cel
ſus.ff.de arbitr. Nec obſtat text.in §.item ſi in fa-
cto.ſ.eod. vbi quo ad hæredes promiſſoris vide-
tur æquiparare pœnam & intereſſe, quia intereſ-
ſe inducitur ibi immediatè per legem, propter ſti
pulationem conſiſtentem in faciendo, iuxta l.ſti
pulationes non diuid.verſic.Celſus.ĩ.eod. Sed in
d.l.in depoſiti. intereſſe venit mediatè, quia lex
A inducit priùs promiſſionẽ dolum malum abeſ-
ſe.l.j.§.ſi conuenerit. ſ.depoſ. ex qua promiſſio-
ne deinde inducitur condemnatio ad intereſſe.
Quintò eſſet aduertendũ, quòd admiſſa iſta opi-
nione Bart.hîc, iſte §.non haberet locum in foro
80 canonico, † quia in eo foro videtur, quòd omnes
cõtractus ſint bonæ fidei, nec debeat fieri iſta dif-
ferentia. & ita tenet Bal.in c.j.in fi. extrà, de plus
petit. ſequitur Iaſon in §.quadrupli.in fin.& in §.
actionum.col.ij. Inſt.de act.& ſic in foro canoni-
B co nõ teneretur vnquam, niſi contrafaciens; non
alij cohæredes. Et iſtud videtur de mente Ioan.
Andr.in c.ij.in Nouella. extrà, de feud.& per Iaſ.
in l.iij.in xiij.quæſt.C.de iur.emphyt.Sed tamen
putò quòd illud dictum Baldi nõ ſit verum: quia
non eſt inducenda differentia inter ius canoni-
cum, & ius ciuile, niſi expreſsè conſtet. l.priuile-
gio.vbi notatur. Cod.de ſacroſanct.eccleſ.c.j. de
nou.oper.nunt. Et contra Baldum tenet Iaſon in
l.& ſi poſt tres. in fin. ff.ſi quis caut. in l.quod te.
C ff.ſi certum petatur. in l. cùm poſteaquam. C.de
pact. Ant.Burg. in c.cũ dilecti. de empt.& vend.
& contra Bald. etiam facit textus in c.cùm vene-
rabilis. extrà, de excep. & in c.cùm eccleſia Sutri
na.de cauſ.poſſ. & propriè iuncta gloſ. Et ex his
iſta prima ſolutio Bart.redditur ſatis dubia. Se-
cunda quoque ſolutio Bart.videtur ſatis dubia,
dum Bar.conſiderat, quòd principalis obligatio
ſit diuidua contractu, & ideo ſolus contraueniẽs
in ſecundaria debet teneri. Certè iſta illatio non
D eſt neceſſaria, quia imò debet potius teneri niſi ꝓ
parte, argum.iſtius textus, in fin. ex quo nihilo-
minus creditor potuiſſet agere primitiua actio-
ne contra cæteros cohæredes pro contingenti
portione, ſecundùm gloſ. in l.nec aduerſus. eod.
tit. Item nõ eſt verum reſpectu principalis, quòd
obligatio illa ſit diuidua, vt ſuprà dixi, per tex.in
l.j.§.ſi apud duos.ff.depoſ.& tamen ſi vnus prin-
cipalis ſolus doloſè agat, nõ tenentur alij, ſecun-
dùm Bart.in l.vnde quæritur.ff.commod.& in d.
E §.ſi apud duos. Item contra iſtam ſolutionem e-
tiam facit textus in l.v. §.fin. ĩ.eod.vbi textus lo-
quitur, quando principalis obligatio erat in to-
tum diuidua, & tamen ex culpa vnius commit-
titur ſtipulatio contra omnes. Nec dicatur quòd
loquitur in obligatione dandi, in qua facilius eſt
dare, vt notatur infrà, in viij.oppoſitione: quia
cùm hîc ſimus in obligatione ſecundaria, vbi agi
tur ad intereſſe, militat eadem ratio, & ex primi-
tiua etiam facilimum eſt reſtituere pro alio. Ter-
F tia ſolutio ponitur per Paul.de Caſtr.& Aret.hîc,
quòd ille textus loquatur in eo qui tenebatur ex
diſpoſitione legis, ſed noſter textus loquitur in
obligato ex diſpoſitione hominis. Et ratio diffe-
81 rentiæ eſt, † quia qui eſt obligatus ex diſpoſitio-
ne legis, ſi contrafaciat, tenetur inſolidum, quia
lex illum obligat in totum, quòd poteſt. Sed ſe-
cùs in diſpoſitione hominis, quia teſtator nõ po-
teſt obligare hæredem, niſi pro parte hæredita-
ria.l.cùm à matre.C.de rei vend.& ſic præſuppo-
nunt præfati Doct. ꝙ clauſula, *dolum malum abeſſe*,
in contractu depoſiti inſit ex diſpoſitione legis,
quia lex fingit ita fuiſſe actum à partibus, quæ fi-
ctio non inducitur niſi à lege.l.ſi fortè.ff.de caſtr.
pecul.& allegat Aret.l.cùm quid.ff.ſi certum pe-
tatur. ibi, pro cauto habendum. Socin.hoc impu
gnat, quia imò in tali caſu eſt præſumptio, quia
præſumitur ita actum à partibus, non autẽ fictio,
aliâs ſequeretur; ꝙ contra præſumptionem d.l.
cùm quid. non admitteretur probatio in contra-
rium, quod eſt falſum, per gl.in l.pacta conuen-
ta. ff.de contrah.empt. Mod.ſuſtinendo opinio-
nem Paul.& Aret.dicunt, quòd, etiam dato quòd
in d.l.cùm quid.ſit præſumptio, nõ fictio, tamen
adhuc fundamẽtum Soc.non obſtat, quia etiam
præſumptio eſt diſpoſitio legis. l.vnic. §.ſufficit.
C.de rei vxor.actione. Sed iſtud nihil eſt, quia il-
lud procedit in præſumptione iuris, & de iure:
ſecùs in præſumptione ſimplici, de qua loquitur
dicta l.cùm quid. Quia illa principaliter tribui-
tur homini, ex quo præſumitur talis intẽtio fuiſ-
ſe contrahentium, ſcilicet plus actum, & minus
dictum.argum.l.cùm auus. de cond.& demonſt.
Iſte articulus, quomodo diſcernantur diſpoſitio-
nes legis à diſpoſitionibus hominum; eſt ſubti-
lis, & etiam vtilis; propter differentias, quæ repe
riuntur in dictis caſibus, poſitis in l.Celſus.ff.de
arbitr. & per Bart. in l.*amplius non agi.* in ij.colum.
ff. rem ratam habere. & in l. inſulam. ĩ. eodem.
& alibi in variis locis ſparſis in iure: vnde pro re-
ſolutione facias tres caſus. Primus eſt, † vbicun- 82
que lex præſumit aliquid actũ à partibus, cui par
tes renuntiare non poſſunt, dicitur diſpoſitio le-
gis, non hominis. iſtud ꝓbatur in l.ſi paterfamil.
in prin.ff.de adopt.& in l.ſi in teſtamento.in fi.ff.
de vulg.& pupil. vbi ius accreſcendi inter hære-
des immediatè prouenit ex diſpoſitione legali, li
cet concurrat etiam tacita mens teſtatoris. Ratio
eſt, quia nemo etiam volens poteſt decedere pro
parte teſtatus, & pro parte non.l.ius noſtrum. de
reg.iur. Secundò probatur ex doctrina Bart.in l.
ita ſtipulatus, magna. in j.q. ĩ.eod. vbi vult Bart.
quòd dies in actione tutelæ, & in promiſſione
fructuum naſciturorum, dicitur appoſitus à lege
immediatè, nõ ab homine. Ratio eſt, quia, etiam
ſi partes vellent, quòd in tutela oriatur actio ante
diem, non poſſent.l.ordinem. ff.de oper.liber. I-
dem in fructibus naſcituris. l.j. ff.de cond. & de-
monſt.l.interdum.ĩ.eod.& declarat Bar. in d.j.q.
Tertiò adduco quod notat Bar.in l.ſtipulationes
non diuid.in viij.quæſt.verſ.quid ergo dicemus.
ĩ.eod. vbi ſecundùm eum illa dicitur obligatio
deſcendens à lege, quando obligatur quis præ-
ter voluntatem præſumptam contrahẽtium: ſe-
cùs ſi ex voluntate præſumpta, quia tunc dicitur
obligatio hominis, vt ibi ꝑ eum. Et ſi dicas, quo-
modo poteſt eſſe hoc? ſi enim lex aliquid indu-
cit, nónne quilibet præſumitur accõmodare vo-
luntatem ſuam ſecundùm leges? l.quidam cùm
filium.ĩ.eodem. Bar.in l.hæredes. §.cùm ita.ſ.ad
Trebel. Reſpondeo, ꝙ regula procedit tantum-
modo in his, in quibus partes habent liberam fa-
cultatem, ita ꝙ poſſunt renuntiare: ſecùs ſi non
poſſunt, vt eſt tex.in l.iiij.ĩ.de regul.iur. & tex.in
l.Titia.in fin.ff.ad l.Falc.c.Raynaldus.in fi.extrà,
de teſtam. vbi dicitur, quòd Falcidia deducitur
contra voluntatem teſtatoris. Ratio eſt, quia e-
tiam ſi vellet, non potuiſſet eam prohibere. Quar
tò adduco quod vult Bartolus in l.non ſolùm. in
ij.colum.ff.de procurat. vbi procurator ad agen-
dum tenetur defendere: & illa diſpoſitio, ꝙ de-
fendat,



fendat, dicitur legalis ratio, quia talis defendit
ex neceſſitate legis. l.ſeruum. §.ait prætor. ff.de
procur. Quintò facit, qđ not.gl.& Dd.in l.iiij.§.
condemnatus.ff.de re iud. vbi tempus, quod da-
tur iudicatis, etiam ſi ſit expreſſum, in ſententia
tamen dicitur terminus legalis, non hominis. Et
ratio eſt, quia tale tempus nõ eſt in mera poteſta
te iudicis.l.ij.ff.eod.tit. & ibi Ius ponit vnã quæ-
ſtionem, quæ eſt de mera practica iſtius doctrinę.
Et ſic eſt expeditũ primũ membrum. Secundus A
83 caſus eſt, † vbi lex præſumit aliquid, cui partes
poſſunt renuntiare, tunc illa diſpoſitio dicitur
diſpoſitio hominis, nõ legis, propriè loquendo,
& ita procedit d.l.cùm quid. ſi cert.pet. & ꝓ hoc
facit l.non vtiq;.in prin. & ibi Iaſ.ff.de eo qđ cer.
loco.& iſtud fuit de mente Bar.in l.conditiones
quæ extrinſecus. ff.de cond.& demon. vbi decla
rando conditiones tacitas, dicit quaſdã eſſe, quæ
veniunt ex legis diſpoſitione, & ſic legales: alias
quæ veniunt ex natura rei, alias quæ veniunt ex B
tacita ſeu præſumpta voluntate teſtatoris: & ſic
expreſsè vult, ꝙ in iſto vltimo caſu non dicuntur
legales. & idem etiam voluit Bal. poſt Iac.Aurel.
in c.j.in j.col.de eo qui ſibi & hæredibus. Et pro-
pterea Alex.poſt Salic.in l.ſi quis maior. in prin.
C.de tranſact. vult, ꝙ ſtante ſtatuto cogente affi-
nes ad compromittendum, ſi reperiatur compro
miſſum inter duos affines, præſumitur volunta-
rium compromiſſum, non neceſſarium: puto ꝙ
malè dicat, quando iſtud compromiſſum fuit fa- C
ctum in caſu quo iſti potuiſſent cogi.d.l.Titia. &
d.l.iiij.de reg.iur.& iſtud de mente Bar.vt decla-
rat Rim.in d.l.ſi quis maior. Et ex ſupradicta di-
ſtinctione infertur, ꝙ Paul.de Caſtr.& Aret.dicãt
veritatem, ꝙ clauſula doli mali inſit in contractu
depoſiti ex diſpoſitione legali, non autẽ ex diſpo
ſitione hominis. Et ratio eſt, quia huic clauſulæ
non poſſunt partes renuntiare, quia dolus de fu-
turo remitti non poteſt.l.iuris gentium.§.pen.ff.
84 de pact.[a] Tertius caſus eſt, † vbi lex non habito D
reſpectu ad voluntatem præſumptam partium
aliquid inducit. nam tũc etiam diſpoſitio erit le-
galis. & ita voluit Bart. in d.l.ſtipulationes non
diuiduntur.in viij.quęſt. & ita procedit quod no
tat idem Bart. in d.l.cùm ſtipulatus ſim à Procu-
lo.ĩ.eod.vbi dicit, ꝙ intereſſe eſt pœna legalis. Et
eſt ratio, quia lex nõ habito reſpectu ad præſum-
ptam voluntatem partium in obligationibus fa-
cti, inducit vt debitor liberetur ſoluendo intereſ
ſe. Et hoc etiam ſatis probatur ex gl.in d.l.ſi quis E
condemnatus.& Bart.in d.l.ita ſtipul.in j.q.& in
l.iij.in pen.col.de leg.j. Ad idem facit text.in l.ꝙ
ſi nolit. §.Pomponius. ff. de ædil.edict. Nam ſi
vnus ex pluribus emptoribus deterioret rem, ſo-
lus inſolidum tenetur. Et eſt ratio, quia iſta dete-
rioratio non debetur ex contractu, ſeu vi ſtipula-
tionis, ſed ex diſpoſitione legali de ædilitio edi-
cto, quæ etiam dici poteſt prætoria. §.propone-
bantur.Inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil. Et iſtud in-
85 fertur ad quæſt. † ſi vnus hæredum emphyteotæ F
alienauit partẽ ſuam irrequiſito domino, an om-
nes hæredes cadant ab emphyteoſi? Et concludo
ꝙ non, propterea ꝙ iſte alienans contrafacit diſ-
poſitioni legali, in qua lex prohibet alienationẽ,
non habito reſpectu ad hoc, nunquid partes taci
tè egerint, vel non.l.fi.C.de iur.emphyt. ſed con-
traueniens diſpoſitioni legali ſolus punitur, nec
facit alios incidere in pœnam. d.§.Pomponius.
& d.l. in depoſiti. ſecundùm intellectum Pauli
Caſtr.& Aret.& licet, quo ad d.l.in depoſiti. com
muniter non teneatur iſte intellectus, tamen ne-
mo negat quin in ſe ſit verus: & ita dicit Socin. ſe
conſuluiſſe cum Rim.Ferrarienſi, & puto, quòd
ſit mera veritas: pro quo facit, quia idem vide-
mus in feudatario eſſe, alienante partem feudi,
vt cadat niſi à parte. c.j.de vaſall. qui contra con-
ſtitutionem Loth. Et ratio eſt, quia illa eſt pœna
legalis, quæ non excedit delictum. l.reſcriptum.
ff.de his quib.vt indig. & per Doct.in d.c.j.& per
A Bald. conſil.cccxxxvij. in ij.colum. in j. volum.
quæ ratio habet locum etiam in caſu noſtro: &
pro hoc etiam facit, quia ſolus alienãs dicitur
contemnere dominum, ergo ſolus debet puniri,
ſecundùm diſtinctionem poſitam per Iaſ.in l.fin.
in penult.char.xv.prin.quæro.C.de iur.emphyt.
Nec obſtat doctrina Bartoli hîc, dum vult in con
tractu ſtricti iuris omnes teneri, & contractus em
phyteoticus eſt ſtricti iuris, ex quo non adnume-
ratur in §.actionum. Inſtit. de actionibus. Quia
B reſpondeo, quòd Bart.facit iſtam differentiam,
quando contrauenitur diſpoſitioni hominis: ſed
noſtra quæſtio loquitur, quando contrauenitur
diſpoſitioni legali. Non obſtat §.item ſi in facto.
ſ.eodem. vbi hæredes promiſſoris tenentur ad
intereſſe inſolidum, & tamen intereſſe debetur
ex diſpoſitione legali, vt ſuprà dixi. Nam reſpon
deo, quòd ibi contrafactum fuerat diſpoſitioni
hominis, quia non obſeruata fuerat ſtipulatio;
prout actum fuerat in contractu: quod non eſt in
C caſu dictæ l.in depoſiti. quia ibi non fuerat ſerua-
ta clauſula, dolum malum abeſſe, quæ eſt diſpo-
ſitionis legalis, vt ſuprà oſtendi. Non obſtat, ꝙ in
in contractu venditionis videatur actum de eui-
ctione, & communiter euictio debeatur ex diſpo
ſitione legali, & tamen vno contrafaciente cæte-
ri teneantur.l.in executione. §.inſolidum.ĩ.eod.
Nam in hoc errant Mod.repetentes, quia imò e-
uictio debetur ex diſpoſitione hominis, quia eſt
inducta ex præſumpta mente contrahentium. d.
D l.quòd ſi nolit. §.quia aſſidua. & poſſunt partes
illi renuntiare, ſi volunt, ſecundùm gl.in l.pacta
conuenta. de contrah.empt. vnde eſt diſpoſitio
hominis, vt ſuprà dixi in ſecundo caſu. & ex his
apparet, quòd iſta tertia ſolutio eſt vera. † Quid 86
autem iuris ſit, ſi vnus ex pluribus hæredibus nõ
ſoluit canonẽ emphyteoticum domino, an om-
nes cadant? gloſ.in l.in communi diuidundo. ff.
communi diuidundo. tenuit quòd ſic, & eſt com
munis opinio. Et eſt ratio, quia ad ſolutionem ca
E nonis compellitur emphyteota ex diſpoſitione
hominis, quia ita deductum eſt in contractu.
Quid verò ſit, ſi vnus ex pluribus hæredibus em-
phyteotæ malè verſetur in re, vel ipſe emphy-
teota malè verſetur in vna ex pluribus rebus em-
phyteoticis? & quia in iſto caſu contrauenitur
diſpoſitioni legali, auth.qui rem. C.de ſacroſan.
eccleſ. crederem non cadere niſi pro parte, per ſu
pradicta, licet alij contrà tenuerint, vt ꝑ Raph.in
l.quidã in iure. ff.de don. & conſ.xlj. & And.Sic.
F hîc.& in l.ſcire debemus.ĩ.eod. & conſ.xxxvj.in
ij.vol.allegat doctrinã Bal.qui tamen hoc non fir
mat, in l.cùm eiuſdẽ.ff.de ædil.edict. Ad quę om-
nia patet reſpõſio ex ſupradictis, & ita conſulue-
runt plures Dd. vt hîc per Soc. & iſta opin. tanto
magis procederet contra eccleſiaſticos, quorum
contractus habent naturã bonæ fidei, vt dicit Io.
Fab.in §.actionũ. Inſt.de act.& cum quibus nun-
quam pœna egreditur delictũ, vt ꝑ Io.And.in c.ij.
extrà, de feud.in Nouel. Quarta ſolutio poteſt da
ri ad iſtud contrarium, quæ iudicio meo eſt ve-
rior

a Adde text.in l. in commodato.in prin.ff.cõmodati.

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

87 rior: † nam ratio, cur ex delicto vnius alij teneantur, eſt, quia pro parte peccari non poteſt, ex quo integrum præiudicium oritur creditori ex contrauentione vnius. ita dicit tex. hîc. Sed iſta ratio ceſſat in caſu d.l. in depoſiti. Quia quamuis vnus ex hæredibus dolum committat in re depoſita, non tamen oritur integrum præiudicium creditori, ex quo ſalua ſibi remanet actio primitiua depoſiti, per quam poteſt agere contra cæteros hæredes pro parte contingenti. l. nec aduerſus. A
vbi not. ff. depoſit. meritò ergo alij non debent teneri ex dolo iſtius, iſte verò propter dolum ſolus tenetur obligatione ſecundaria inſolidum, quia iſte quantum ſit in ſe, inſolidum deliquit, ex quo interuertit ſpeciem indiuiduam. l. ſi duo. in prin. eod. tit. & ita procedit etiam tex. in l. commodato. §. ſi ex facto. ff. commod.

Expeditis ſolutionibus circa doctrinam Bart. aduertendum eſt ad tria. Primum eſt, † nunquid
88 ſicut ſi vnus hæres cõtrauenit in obligatione ſecundaria, diſtinguitur inter contractus bonæ fi- B
dei & ſtricti iuris, ita etiã debeat diſtingui quando vnus ex principalibus tantũ contrauenit, ſeu rem interuertit ſine culpa aliorum. Et in præced. oppoſ. Bar. videtur innuere q; ſic, dum dicit, *nec ex eorum contractu tenebitur inſolidum, &c.* Sed idem Bar. in ſeq. oppo. indiſtinctè tenet in principali, quòd teneatur inſolidum: & iſta opinio eſt magis de mente Dd. Et ratio differentiæ inter hæredes & principalem eſt, quia grauius deliquit principa-
lis, cuius fidem creditor approbauit. arg. l. eãdẽ. C
j. de duob. reis. Secundum dubium eſt, dum Bar.
89 vult, † quòd non ſolùm in contractu bonæ fidei ſolus teneatur, qui contra facit, ſed etiam in pacto incontinenti appoſito, in contractu bonæ fidei: nam videretur dicendum contrarium, arg. huius §. quia ſicut ſtipulatio pœnalis eſt ſtricti iuris, ita etiam pactũ, vt eſt gl. in l. j. ff. de act. & obl. Sed reſponde, quòd imò pactum, quando fit in-
continenti, eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt contra- D
ctus præcedens. l. ij. C. de pact. inter emp. & ven. & per Bartol. in l. iuris gentium. §. quinimò. in ij. col. ff. de pact. & Angel. conſil. ccxix. in fin. Et eſt ratio, quia pactum cùm ſui natura ſit debile, ſi fiat incontinenti, fomẽtatur à lege, & fit pars contractus. l. fundi. ff. de contrah. empt. & ideò ſapit in totum naturam eius: quæ ratio ceſſat in ſtipulatione, quę eſt de ſe valida, nec eget fomento alieno, nec eſt pars contractus, imò ipſa eſt alius contractus de ſe, vt eſt textus in l. duo ſocietatem. ff.
pro ſocio. Tertium dubium eſt, quia Bart. vide- E
tur ſibi contrariari hîc cum his quæ ponit in ſequenti oppoſitione. Sed tu dic, quòd Bart. hîc nõ dicit, quòd iſta ſecundaria obligatio ſit indiuidua ſolutione tantùm, vt præſupponit Iaſon in ſequenti oppoſitione, ſed dicit quòd committitur ſuper re indiuidua tantùm ſolutione, cùm primitiua obligatio ad rem reſtituẽdam ſit diuidua obligatione, ſed indiuidua ſolutione. l. ſi. duo. ff.
depoſ. & ſupra dixi. In ſexta oppoſitione tenet F
Bart. quòd obligatio, *rem reſtitui*, ſecundaria, quæ contrahitur ratione doli, eſt indiuidua obliga-
90 tione & ſolutione, & propterea † ſi plures depoſitarij interuertunt rem, tenentur omnes inſolidum. l. ſi duo. verſ. quòd ſi lancem. ff. depoſ. l. j. §. ſi apud duos. eodem tit. & d. §. ſi duobus vehiculum. Et ratio eſt, quia iſta obligatio contrahitur ratione doli, vel culpæ adhibitæ in cuſtodia vel in diligentia, qui actus ſunt indiuidui, quia non poteſt cuſtodiri vna pars, quin alia cuſtodiatur. d. §. ſi duobus vehiculum. Iſta ratio videtur prima facie non eſſe concludens, quo ad prædictam concluſionem, & contra eam moueor tripliciter. Primò, quia bene verum eſt, quòd ſi vnus qui cuſtodit partem, neceſſariò etiam cuſtodit aliam: & ideò bene infertur, quòd ſi talis cuſtodiens delinquat in parte, tenetur in toto: ſed reſpectu alterius ſocij etiam quòd ipſe fuerit in culpa, ſecundùm gloſ. in l. vnde quæritur. in verb. *repellitur*. ff. commod. iſta ratio nihil infert. l. in depoſiti. ff. depoſ. Et quia ſecundùm opin. Bart. & communem, cùm iſti non teneantur in primitiua obligatione, niſi pro parte vnius ſolius, non cuſtodiens partem ſuam, nõ deberet teneri de tali negligentia, niſi pro parte. Secundò arguo, quia nõ eſt bona conſequentia, dolus nõ poteſt niſi inſolidum committi: ergo obligatio eſt indiuidua: nam vt dicit Iaſon hîc, in primitiua obligatione res non poteſt niſi in totum ſolui. d. l. ſi duo. in fin. & tamen obligatio eſt diuidua. Quod argumentum confirmatur per noſtrum tex. vbi non poteſt niſi inſolidum peccari, & tamen condemnatio nõ fit ad pœnam, niſi pro parte hæreditaria. Tertiò nõ videtur, q; iſta ratio habeat locum ſolùm in obligatione ſecundaria, vt præſupponit Bart. imò procedit etiam in primitiua. Nam cùm quilibet ex iſtis teneatur ad cuſtodiam, creditor commodãs vel deponens rem penes eos, videtur inſolidum fidem eorum ſequi, ergo inſolidum debent teneri etiam in primitiua obligatione, vt latius ſupra deduxi: vnde credo iſtud introductum eſſe in odium delinquentium. arg. l. Iulianus. ff. de actio. empt. Et cum hac additione poteſt ſaluari opin. Bart. quæ aliàs confunderetur per iſtum text. Et ratio communis eſt, quia in iſto tex. hæredes contrauenientes non tenentur niſi pro parte pœnæ, ex quo teſtator non potuit eos obligare, niſi pro portione hæreditaria. l. cùm à matre. Cod. de rei vend. Sed quando ipſi committunt dolum, obligant ſeipſos inſolidum propter delictum: vnde ſi aliquis ex ipſis non ſit in culpa, ille nõ tenebitur. d. l. in depoſiti. & in l. in commodato. §. ſi ex facto. ff. commod. & not. in d. l. vnde quæritur. & in dubio non præſumetur culpa. l. ſi. §. interdum. ff. de cuſtod. reor. & per Iaſ. hîc, ex quo meritò debuit vnus commodatarius confidere q; alius bene cuſtodiret. Facit quod notat Rom. ſingul. iij. & fin. Crem. ſingul. xcix. Fortè contrarium eſt verius in caſu noſtro. quia creditor fidem vtriuſq; non alterius tantùm: nec ipſe habet curare, quàm diuiſionem cuſtodiæ inter ſe faciant: vnde præſumitur culpa, niſi ex aliquibus coniecturis tollatur. arg. gl. in l. cùm ita. §. ſpecies. & quod ibi Bal. not. ff. de leg. ij. Alex. conſil. clviij. in ij. Bart. in l. ex duob. in xij. q. j. de duob. reis. cogita tamen, & j. dicam aliquid. Et ex iſta ratione Bart. infertur ad tria. Primò, † q; in hac concluſione, ſcilicet in 91
pluribus contrauenientibus non ſit differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris. Nã iſta ratio, q; dolus & culpa nõ poſſint niſi inſolidum committi, habet locum in vtroque caſu, vt dicit Socin. hîc, ergo nõ debet eſſe differentia. Et iſtud eſt ſatis de mẽte Bart. hîc, & idem tenet Aret. hîc, & eſt communis opin. Contrarium tenet Alex. & Mod. repet. † q; imò in obligatione ſtricti iuris, 92
ſi plures doloſè agant, q; tamen nõ tenentur niſi pro parte hæreditaria, per iſtum text. inducendo eum vt hîc per Aret. qui conatur ſoluere, ſed cum violentia: nam textus dicit, quòd omnes tenentur pro rata, quia omnes contrafeciſſe videntur:
ergo



ergo ſi omnes verè contrafecerint, teneri debeat, niſi pro rata, quia non debet plus operari fictio, q̃ veritas. l. ſi filio, quem pater. ff. de lib. & poſth. Sed ad iſtud argumentum reſponde, q; communis opinio loquitur in his, qui tenentur occaſione doli, ſeu culpæ propriæ, vnde odio doloſi iſtud eſt introductum, vt quilibet teneatur inſolidum, vt ſ. declaraui. Nec obſt. ſi diceres, etiam in iſto tex. hæredes contrafacientes dicuntur in dolo, quia
non faciunt quod dicunt. arg. l. dolus. ff. mand. l. A
j. in fin. ff. depoſ. Nam reſpondeo, q; nunc nõ ſunt in dolo, quia eſt ſpeciale in illis contractibus, q; non ſolus dicatur eſſe in dolo, vt tenuit Iacob. de Aret. Ray. Alb. de Roſ. in d. l. duobus. p eundem Alb. in ſtatutis, quæſt. clxxxvj. in j. parte. ergo in alijs contractibus ius commune eſt in contrariũ. Præterea Bart. loquitur in maiore dolo, quàm ſit ſimpliciter non obſeruare contractum, quod apparet, quia iſta ſecundaria obligatio nõ commit-
titur ex eo ſimpliciter, quia non reſtituatur, ſed B
ex eo, quia res interuertatur, vt declarat Bar. in l. ſtipulationes non diuid. in viij. oppoſ. in vj. q. j. eod. quicquid innuat hîc Bart. in fin. diſtinct. Secundò contra Bart. & communem opinionem. pro opin. Alex. mouentur Mod. repetẽtes, quòd imò in obligatione ſtricti iuris indiuidua, vt eſt obligatio facti, non fit condemnatio niſi pro parte. l. ſtipulationes. verſic. Celſus. j. eod. qui textus non videtur facere ad propoſitum, quia nos lo-
quimur in obligatione pœnali, vel in obligatio- C
ne ad intereſſe, quæ oritur ex dolo, vel rei interuerſione, & ſic in obligatione ſecundaria: ſed textus in d. verſ. Celſus. loquitur in obligatione primitiua, in quã quis nihil delinquit, ex quo habet hanc facultatem à lege, vt ſoluendo intereſſe liberetur. l. Gracchus. C. de adult. Tertiò adducunt textum in l. ſi tertius. §. j. iuncta gl. in verbo, condemnatio. ff. de aqua plu. arcend. Sed reſponde, quòd ille text. loquitur in obligatione diuidua,
videlicet de æſtimatione damni, non autem de D
reſtitutione operis: vnde non eſt recedendum à communi opinione. Secundò ex doctrina Bartoli declaratã vt ſupra infertur, quòd malè dixerit Socin. hîc, dum tenet, quòd in caſu iſtius text. ſi omnes hæredes promiſſoris contrafeciſſent, tenerentur inſolidum, non autem pro parte hæreditaria. nam iſtã opinio eſt principaliter contra iſtum textum, inducendo eum vt ſupra feci. Nec obſtat eius reſponſio, dum dicit, quòd iſte
textus loquitur, quando niſi vnus contrafecit, & E
alij tenentur ex ficta contrafactione, non autem ex verã, declarando vt hîc per eum. nam iſta ſolu-
93 tio confunditur duabus rationibus. † Prima eſt, quia idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero. l. ad certum. ff. loca. Secunda eſt, q; a tex. dicit teneri omnes ex ficta contrauentione, tanquam ſi omnes verè contrafeciſſent, quia niſi inſolidum peccari non poteſt: quæ ratio Iuriſconſulti non eſſet concludens, ſi vera eſſet opinio Socini: & contra Socinum etiam facit textus
in d. l. Iulianus. in princ. j. eod. vbi vnus contrafa- F
ciens non tenetur niſi pro parte, & tamen ſecundùm dictam opin. deberet teneri inſolidũ, quia iſte verè contrafacit: vnde non credo iſtam opin. eſſe veram, & eam etiam non tenet Aret. hîc poſt oppoſitiones Bar. & reprobatur etiam per Mod. repet. hîc. Tertiò ex ſupradicta declaratione in-
94 fertur, † quia cùm ideo plures depoſitarij teneantur inſolidum, quia dolus & culpa non poſſunt niſi inſolidum committi, ſequitur q; tenebuntur inſolidum, nedum reſpectu intereſſe, ſed etiam ſi pœna ſit appoſita, tenebuntur inſolidum, reſpectu pœnæ. Ita voluit Bar. hîc, & eſt de mente Dd. ex quo eadem ratio militat in vtroque caſu. Sed Ioan. de Imol. & aliqui Mod. hîc tenent contrarium, & dicũt, q; imò in tali caſu committitur pœna niſi pro parte, arg. iſtius tex. Et quia videtur facta diuiſio inter eos. arg. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. Item, quia licet ſtipulatio pœnalis ſit ſubrogata loco intereſſe, non tamen ſapit eius naturam, ex quo reſpicit aliud quàm qđ deductum eſt in principali contractu, arg. notatorum per Bart. in j. oppoſ. & per Socin. in l. ſi is qui ducenta. §. qui ita. de reb. dubijs. Puto, q; opinio, quæ eſt de mente Bart. & Dd. hîc ſit verior, quam etiam tenet hîc Aret. Non obſtat iſte textus, quia hîc non interuenerat dolus, prout ſuprà declaraui: & in caſu iſtius tex. ſi non fuiſſet appoſita pœna, fuiſſet actum ad intereſſe pro parte ſua contra quemlibet, non autem inſolidum. §. item ſi in facto. ſ. eod. ſecundùm communem intellectum, & tamen in quæſt. Bart. agitur ad intereſſe inſolidũ contra quemlibet, vt ſuprà oſtendi. Non obſtat l. reos. §. cùm in tabulis. Quia ibi obligatio principalis recipit diuiſionem: ſed in quæſt. Bar. ſecus, ex quo, vt ſuprà dictum eſt, dolus & culpa nõ poſſunt niſi inſolidum committi: & propterea videtur actum, q; eodẽ modo pœna committatur inſolidum, vt pœna commenſuretur delicto. l. reſcriptum. ff. de his quib. vt indig. ex quo iſti propriè delinquunt propter dolum. Non obſtat q; pœna non ſapiat naturam præcedẽtis obligationis, ex quo tendit ad aliud. pro quo adducit hîc Aret. text. in l. ſi prægnãs. & in l. vaccæ. ff. de euict. iuncta l. venditor. in prin. eod. tit. & faciunt quę dixi ſuprà in j. oppoſit. Quia reſpondeo, q; dato, q; ſapiat propriam naturam, eius natura eſt, vt reguletur ſecundùm voluntatẽ partium, ex quo præſumitur actum, q; inſolidum committatur, vt ſuprà dixi, vt pœna commenſuretur delicto. Vel reſponde vt hîc p Aret. Secundò principaliter Bar.
in hac vj. oppoſ. concludit, † q; quãdo plures eã- 95
dem rem inſolidum promittunt, dicuntur duo rei debendi. & ita voluit Bart. in l. ij. j. tit. j. Circa hoc videndum eſt de tribus articulis. Primus eſt, qd iuris ſit, quãdo tenetur indiuidua obligatione & ſolutione. Secundus quando indiuidua ſolutione tantùm. Tertius, quid in obligatione ſe-
cundaria de dolo. † Circa primum, quandò ali- 96
qui tenẽtur obligatione in totũ indiuidua, etiam ſi dicatur, q; volunt teneri inſolidum, non tamen dicuntur duo rei: quia dicendo, q; volunt teneri inſolidum, videtur expreſiſſe, quod tacitè ineſt: vnde talis expreſsio nihil operatur. l. iij. de leg. j. l. non recte. C. de fideiuſ. & ita tenet Bart. in l. ij. j. tit. j. de duob. reis. ſequitur Rom. Imol. Aret. Soc. hîc. Contrarium tenet Aret. in d. l. ij. Quia quando dicitur, q; ſint obligati inſolidum, videtur exprimi, q; tacitè ineſt per alium modum, quàm inſit, quia tenebuntur tanquam duo rei, quod eſt magni effectus ſecundùm eum. Sed iſta ratio eſt ſatis debilis. Adde q; contra Bart. facit: quia niſi illa dictio importaret, q; tenerentur tanquam duo rei, certè eſſet ſuperflua: quæ interpretatio nõ eſt accipienda. l. ſi quando. de lega. j. c. ſi Papa. de priuil. in vj. Nec obſt. d. l. iij. quæ videtur obſtare huic regulę: quia fortè poſſet dici, q; aut aliquid tacitè ineſt ex præſumpta & libera voluntate diſponentis, & ſi exprimatur, cenſetur expreſſum quod tacitè ineſt. d. l. iij. aut ineſt ex neceſsitate legis, & tunc

L. 4. Eadem diſcernus.
§. Cato libro xv. ſcribit.

operatur, vt eſt caſus in l.Titia. ff.ad l.Falc. Vnde
in caſu noſtro,ſi duo promitterent iter,ſeu aliam
ſeruitutẽ indiuiduam, addita dictione, *inſolidum*,
crederem,ꝙ eſſent duo rei, quia promiſsio ſerui-
tutis eſt ita indiuidua,ꝙ partes non poſſunt age-
re contrarium. & iſto caſu poteſt ſaluari opinio
Aret. in d.l.ij. quãuis nec iſta reſolutio ſatis pla-
ceat,quia nõ multũ cõuenit nec d.l.iij.nec d.l.Ti
tia. quæ habet aliam rationem, vt ibi ꝑ Bar.vnde
nõ recedẽdo à cõmuni dic, vt dixi in Parad.lib.v.
97 c.xv. Circa ij.articul. † quando promiſsio inſoli-
dum fit in contractu diuiduo obligatione,ſed in-
diuiduo ſolutione, prout eſt contractus depoſiti
ſecundùm Bart.tunc dicuntur duo rei. ita loqui-
tur Bart.hîc,& ſequuntur communiter Dd. Et ra
tio eſt, quia illa dictio expreſſa aliud importat, q̈
ſi tacitè ineſſet: tacitè enim inerat, ꝙ tenerentur
inſolidum niſi ſolutione, ſed propter expreſsio-
nem tenebuntur etiam obligatione. Sed contra
iſtam concluſionem obſtat,quia quando conuen
tio contrahentium aliquid operatur, ſatis eſt, &
reſtringitur ne operetur in totum, ſecundùm gl.
in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.in gl.mag.ad fi. ff.ſi
quis caut.& ꝑ doctrinam Bar. in l.ſi mora.in ij.q.
ff.ſol.matr.Ergo in caſu noſtro,cùm obligatio eſ-
ſet indiuidua ſolutione tantùm,ſatis eſt, ſi dictio
*inſolidum* operatur, ꝙ ſit indiuidua etiam petitio-
ne,abſq; ꝙ teneantur tanquã duo rei. Sed ad hoc
puto aduertendũ: quia regula eſt in contrarium,
ꝙ imò verba debent intelligi latè, quantum po-
teſt compræhendi ex proprio ſignificatu. l.j. ff.ſi
ager vectig. & tunc reſtringuntur vt operentur,
niſi modicum effectum, quãdo aliâs impropria-
rentur,vt declarat Angel.in l.ſi tam anguſti. ff.de
ſeruitutib. vel quando eſſemus in materia odio-
ſa & ſtrictè intelligenda,vt ꝑ Rom.in conſ.cxcix.
præſens ſtatuti particula.in ij.col. Et facit qđ no
tant Mod. in l.qui Romæ. §.duo fratres. in iiij.q.
Bart.j̃.eod. & quod not.Soc.conſ.vlt.in ij.vol.in
98 fin. Circa tertium, † quid iuris ſit in obligatione
ſecundaria. Et communis concluſio eſt,ꝙ ſi addi
ta eſt dictio *inſolidum*,ꝙ tunc erunt plures commo
datarij, vel depoſitarij duo rei. Et ratio eſt, quia
prius quamuis tenerentur inſolidum, nõ tamen
plenè tenebantur:vnde ſi vnus ſolus commiſiſſet
dolũ,non præiudicabat alteri.l.j.§.ſi apud duos.
in fin.ff.depoſiti. Si ergo exprimatur dictio *inſoli-
dum*, præiudicabit & operabitur ꝙ ſint duo rei,
quia aliter profertur,quã ſi tacitè ineſſet. Et con-
trarium in hoc puncto tenuerũt Mod.repet.mo-
uentur, quia diuerſitas cauſæ impedit conſtitu-
tionem duorum reorum.l.ſi quis id.j̃.tit.j.Bar.in
l.fin. in ij.quæſt. eod.tit. Iſtud eſt in caſu noſtro,
quia alius ex iſtis tenebitur ex facto proprio, id
eſt,ex ſuo dolo,alter verò tenebitur ex dolo alie-
no. Sed tenẽdo communem reſponde, ꝙ iſti de-
bitores in caſu noſtro ſunt obligati ad cuſtodiã
inſolidum principaliter, & in hoc non eſt diuer-
ſitas cauſæ,vnde in hoc ſunt duo rei: vnde ſequi-
tur deinde,ꝙ ſi aliquis delinquat,vterque tenea-
tur. Sed in caſu Bar.erat diſparilitas in principa-
li obligatione: aliâs admittendo fundamentum
Mod.etiam ſi expreſsim ageretur, nõ poſſent iſti
eſſe duo rei. & contra Mod.eſt text.in l.eandem.
§.j.eod.titul. Et ſupradicta procedunt,ſequendo
dicta Bartoli,quæ communiter tenentur. Sed tu
conſidera, quia non videtur quòd intentio Bart.
multum quadret & conueniat legibus, quæ de
hac materia loquuntur, præſertim d.§.ſi duobus
vehiculum. Vnde tu aduerte,quia iura nõ viden-
tur conſiderare iſtam obligationem primitiuam
& ſecundariam, tanquã ſimul diſtinctas, imò vi-
demus,quòd infertur ſemper de vna ad aliã, tan-
quam inter ſe nihil differant, vt apparet in dicto
§.ſi duobus. & in dicta l.ſi duo. & in dicto §.ſi a-
pud duos. Vnde tu in iſta materia aliter dicas.
† Nam quando aliquis ita deponit vel accommo 99
dat rem,ex primæua natura iſtius contractus eſt,
vt debitor rem reſtituat, & interim adhibeat cu-
A ſtodiam. l. ſi vt certò. §. cuſtodiam. ff. commod.
vnde quando ſpecies commodata, vel depoſita
eſt indiuidua, & commodatur pluribus, videtur
creditor cuiuslibet fidem inſolidũ ſequi,& com-
muniter tacitè conſtituuntur duo rei. & iſtud ꝓ-
batur primò in d. §. ſi duobus vehiculum. & il-
la dictio *quodammodo*, importabit tacitam diſpo-
ſitionem.l.quòd ſi vir. cum l.ſeq.vbi not.ff.ſolut.
matr. Secundò probatur in l.eandem. in princ.j̃.
tit.j.& licet Doct.intelligant illum textum quòd
B neceſſarium ſit, vt expreſsè conſtet, & dicatur,
quòd creditor inſolidum fidem ipſorũ ſequitur,
tamen iſte intellectus non conuenit illi legi,pon
derando eam in fine textus,dum exemplificat in
teſtamento,quando pluribus hæredibus inſtitu-
tis teſtator grauat niſi duos. Nam ſi pręſuppona-
mus ibi dictum, ꝙ inſolidum tenerentur, exem-
plum Iuriſconſulti eſſet fatuum:quia præſuppo-
ſito, ꝙ ſit expreſſum, conſtituentur duo rei, ne-
dum ſi grauati ſint duo ex pluribus hæredibus,
C ſed etiam ſi grauati eſſent omnes. Nec obſtat,ꝙ
iſte intellectus non videatur accipiendus, quia
aliâs obſtaret l.turpia.§.fin.ff.de legat.j.& l.ſiue à
certis.ff.de duob.reis. Quia quemcunq; intelle-
ctum teneas,nunquam poteris concordare dicta
iura ſine manifeſta diuinatione,prout etiam ani-
maduertunt Mod.in d.§.fi. Ego credo d.l.turpia.
§.fi. debere limitari per caſum d.l.eandem. vt re-
gulariter certa pars hæredum teneatur in viriles.
Fallit quando teſtator direxit verba ſua ad hære-
D des,eos grauando, quia videtur eorum fidem in-
ſolidum approbaſſe.d.l.eandem. In propoſito er
go, cùm creditor videatur eorũ fidem inſolidum
approbaſſe,ſi non cuſtodiant, vel non reſtituant,
tanquam plures rei tenebuntur, & dolus vnius
nocebit alteri,iuxta l.pen.ff.de duobus reis. & i-
ſtud probat text.in d.§.ſi duob. quicquid dixerit
Bar.qui cauillat illum tex. & hoc quãdo creditor
depoſuit rem indiuiduam. Si verò depoſuit rem
diuiduã, puta quantitatẽ, tunc nõ videtur fidem
E eorum inſolidum ſequutus,vnde non agitur niſi
contra doloſum,& vnus non tenetur ex dolo al-
terius. l.ſi duo. in princ.l.j. §.ſi pecunia in ſaccu-
lo.eod.tit. Et in iſto caſu intelligendus eſt tex.in
d.§.ſi apud duos.qui dum dicit, ꝙ ſi alter fuit ab-
ſolutus,&c. debet intelligi, quia erat in caſu, in
quo vnus non tenetur de dolo alterius.arg.regu-
læ l.qui in teſtamento. ff.de teſtamen. ibi, *ſi aliud
eos nihil impediat*. vt in c.j.de ætat.& qualit.in vj. In
hæredibus verò,ex quo nõ poteſt dici,quòd cre-
F ditor inſolidum eorum fidem ſit ſecutus, nun-
quam poterũt dici duo rei, & communiter vnus
non tenetur de dolo alterius. d.l.in depoſiti.& l.
in commodato. §.qđ ex facto.ff.commod. Si ve-
rò omnes dolum commiſerint in re diuidua, &
tenentur pro parte.d.l.ſi duo.in prin.aut in re in-
diuidua, & tenebuntur inſolidum. d.l.ſi duo. in
verſ.ꝙ ſi lancẽ.& ibi ponitur ratio.Et iſta eſt me-
ra veritas, licet Doct.in hac materia faciant mille
diuinationes. Et ex hac diſtinct. reſultat etiam
vera declaratio ad text.in l.rem hæreditariam.ff.
de euict.



de euict. per quem text.Bart.vbiq; tenuit, quòd
obligati inſolidum ex natura rei nunquã dicun-
tur correi. Nam ille tex.loquitur,quando non ca
dit aliqua coniectura, ꝙ creditor eorũ fidem inſo
lidum ſequatur: quod apparet,quia ibi vendito-
res promiſerant ſolùm pro portionibus hæredi-
tariis: ſecùs ſi promiſiſſent inſolidum, vel nihil
promiſiſſent.d.l.eandem.In viij.oppoſ.Bar.dum
opponit de l.v.§.fi.j̃.eod.& refert ſolutionem gl.
ad text.noſtrum hîc,vt tex.in d.§.fin.procedat in
obligationibus dandi,ſed tex.noſter loquatur in
obligationibus faciendi,& ratio eſt,quia facilius
100 eſt dare, quàm facere: † vnde niſi cohæres dede-
rit pro cohærede negligente, incidet in pœnam,
101 vt hîc ꝑ eum. † Videamus primò rationem,quo-
modo facilius ſit dare, quàm facere. Et prima eſt
opinio Petri dicentis,quòd impoſsibile eſt,vt ali
quis ſit obligatus ad factum alienum: quòd verò
tenetur ad dandum rem alienam, eſt ſolùm diffi-
cile, quæ difficultas non impedit obligationem:
& ideò ex nõ facto alterius impoſsibile eſt, ꝙ co-
hæres incidat in pœnam, ſed ex non datione ſe-
cus eſt, vt hîc latius per Bart.qui improbat iſtam
opinionem: quia ea admiſſa ſequeretur,ꝙ neque
in obligatione dandi poſſet cohæres incidere in
pœnam pro parte alterius, ex quo difficultas ex
poſtfacto ſuperueniẽs excuſat à pœna.l.ſi vehen-
da.§.idem iuris. ff.ad leg.Rhod. de iactu. Puto ꝙ
Bart.malè loquitur, & malè repræhendat Petrũ.
Primò, quia textus in d.§.idem iuris.loquitur de
difficultate ſuperueniente ex accidenti:nos verò
loquimur de ea quæ ſuperuenit ex facto proprio
a Adde ꝙ per i[illegible] ratio [illegible] etiam Imol. hîc reprãhẽdit Bar.
[a] ipſius debitoris,qui plures hęredes inſtituit: vn
de non eſt par ratio, & bene lex permittet, quòd
impeditus ex accidenti non incidet in pœnam,
& tamen ſi erit impeditus ex facto proprio, erit
ſecus,vt per gl.in l.ij.§.fi.in gl.magna.verſ.poſſet
diſtingui.j̃.de prætor.ſtipul. Nec obſtat,ſi dixe-
ris, quòd iſtud factum debitoris non eſt de dire-
cto ſubordinatum ad impedimẽtum, & ideo ita
excuſat ſicut factum ex accidenti. l.non omne.ff.
de ſtatulib.l.ij.§.ſi non propter.ff.ſi quis caution.
quia reſpondeo, quòd adhuc in dictis iuribus e-
tiam illa difficultas ſuperueniebat ex accidenti,
& erat factum valde remotum, in quo non cade-
bat veriſimilis conſideratio impedimenti: quod
non eſt in noſtro caſu. Secundò contra Bartol.eſt
text.in l.interdum.C.ſi cert.pet.& doctrina eiuſ-
dem in l.quod te.ff.ſi cert.pet.& in l.continuus.
§.illud.in fi.j̃.eod. vbi indiſtinctè difficultas non
impedit commiſsionem moræ, & conſequenter
pœnæ,vbi in obligatione eſt quantitas, quod eſt
propriè in caſu noſtro:quia textus in d.l.§.fin.lo-
quitur in obligatione quantitatis. Tertiò addu-
102 co, † quia vbi pœna per euentum diei vel condi-
tionis cõmittitur, difficultas non excuſat in obli
b Adde Bar. in d. l. continuus. §.fin. in finalib. uerbis.j̃.eod.
gationibus dandi. l.ad diem. j̃.eod. [b] quod pro-
priè eſt in caſu noſtro cõtra eandem opinionem
Bart. & arguit Soc.hîc, quòd imò difficultas non
debet excuſare, quia iſti hæredes ſunt in culpa,
quia debuerunt agere contra eum, qui non vult
ſoluere partem ſuam, per actionem familiæ erci-
ſcundæ.l.ij. §.ex his. s̃.eodem. ſed Mod.negant,
quòd competat talis actio, niſi facta ſolutione,
quod eſt contra text. in l.his conſequenter.§.Cel
ſus.ff.famil.erciſc. Eſt verùm, quòd plus vrgent
ſupradicta: & quantum ſit ad argumentum Bart.
opinio Petri remanet firma. Vnde tu fortius ar-
guas contra Petrum: primò, quia non eſt verum,
quòd quis non poſsit ſe obligare ad factum alie-
num,imò poteſt per ſubiectionem pœnæ. d.l.ſti- L. 4.
pulatio iſta, habere licere. in princ. & in §.ſi quis E[illegible]dem di-
dolum.j̃.eod. & iſte eſt ꝓpriè caſus noſter,quan- c[illegible]mus.
do ſubiecta eſt ſtipulatio pœnalis. Secundò con- §. Cato li-
tra eum facit, quia ratio ſua non videtur multum bro xv.
in propoſito inferre, & textum in d.§.fin. ponit ſcribit.
rationem, quia videtur iſtud fuiſſe actum à parti-
bus,prout etiam dicit text.in l.inter cohæredes.
§.quod ex facto.ff.famil.erciſc. Nam quia condi-
A tio ſtipulationis extitit, non potuit illud conſti-
tui ſine manifeſta iniuria ſtipulatoris:non autem
illud eſt,vt dicebat Petrus,quia facilius ſit dare[c]. c Adde etiam, ꝙ iſta ratio urget contra alias duas ſequentes ſolutiones.
Tertiò contra Pet.eſt text.in d.§.fin. qui etiam lo
quitur in obligationibus faciendi, vt j̃.oſtẽdam,
Secundò principaliter reſpõdet Bart.† quia ideo 103
facilius eſt dare, quia alter hæredum poterit da-
re etiam portionem aliorum,& transferet domi-
nium.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.mand.
qui tex.vltra Doct. ſic poteſt etiam induci ꝑ Bar.
B Nam dicit text.ꝙ fideiuſſor ſoluit pro principali
debitore de ſubſtantia ipſius debitoris: ſi ſoluit,
ergo tranſtulit dominium, quia ſoluere eſt dare.
l.conſilio. §.quæſitum. vbi Nic.de Neapol. ff.de
cur.fur.& quod not.Bal.in l.j.in j.col. C.ſi ſeruus
extero. [d] Sed tu potes reſpondere,ꝙ imò ſoluere
d Adde Bar. in rubr.j̃.de ſolut. & melius in l.ſi ita ſtipulat. §. poſſum j̃.eodẽ. ubi latè declarat.
eſt verbũ generale.l.iiij.§.ſoluiſſe.j̃.de ſolut.[e] vn-
de in perſona domini ſoluentis bene importabit
dationem,ſed in perſona illius,qui non eſt domi
nus,ſignificabit ſimplicem ſatisfactionem:dicen
C tur enim fideiuſſores ſatisfeciſſe, ex quo domi-
e Adde text. in l.ſolutionis.j̃.de uerb.ſign.
nus tenebitur ratum habere tanquam geſtum v-
tiliter. Vel dic vt infrà dicam. Sed iſte intellectus
Bart.ad iſtum tex.communiter reprobatur, quia
imò quis in tali caſu non transfert dominium, ꝑ
regulam, Id quod noſtrum.ff.de reg.iur.& ꝑ text.
in l.iij.§.ex his.s̃.eod.vt hîc per Alex. Aliter ergo
& ſecundo modo Mod.intelligunt illum text.&
Doct.communiter,vt poſsit fideiuſſor ſoluere de
ſubſtantia principalis debitoris duobus concur-
D rentibus, videlicet quando bona debitoris ſunt
penes ipſum fideiuſſorem, & fideiuſſor non eſſet
ſoluendo. ita tenet Ioan.de Ana.in c.olim.extrà,
de accuſ. & ibi Felin. in iiij.col. allegat concord.
& pro hoc facit text.& ibi Bald.in d.auth.qua in
prouincia.& iſta opin.ſeruatur in practica. Ter-
tius intellectus ponitur per Moder.repet.hîc, ꝙ
text. in d.§.ſi ignorantes. procedat, † quando fi- 104
deiuſſores habebãt mandatum à debitore, quòd
poſſent ſoluere de ſubſtantia ſua: quod probatur
E ex textu, dum dubitat,nunquid teneantur man-
dati, & in ratione deciſionis non conſiderat ca-
rentiam mandati, ſed ignorãtiam ipſorum: & mi
hi placet iſte intellectus, quia text.non venit de-
cidendo, nunquid poſsint ſoluere de bonis debi
toris, ſed pręſupponit quòd ſoluerint, & ſic in ca
ſu in quo poterant ſoluere,iuxta regulam,qui te-
ſtamento.in prin.ff.de teſtam. & etiam illum tex
tum ita intelligit Lud.Rom. & Hier.Tor.hîc. &
idem etiam tenet Fulg.in d.§.ſi ignorantes. Quar
F tus intellectus eſt, † ꝙ poterunt fideiuſſores ſol- 105
uere de bonis debitoris, etiam ꝙ illa bona nõ eſ-
ſent apud ſe:& licet non transferant dominium,
tamẽ compellitur debitor ratũ habere tanquam
geſtum vtiliter.l.Pomponius ſcribit.ff.de negot.
geſt.Sed nec iſte intellectus placet,quia fortè in-
tereſt debitoris,ſoluere potius pœnam, quàm da
re rem in ſolutum.arg.l.prædia.ff.de act.empt.a-
liâs præiudicaretur ſibi in iure electionis.& facit
quod hîc not.Aret.imò credo ꝙ in tali caſu com-
peteret debitori remedium. c.redintegranda.iij.

quæſt.j. quod competit etiam contra poſsiden-
tem cum titulo, quamuis res ad eum perueneric
ſine vitio, quando actor cadit à poſſeſſione ſine
facto ſuo, vt eſt magis communis opinio Cano-
niſtarum in c.cùm ad ſedem.ſ.de reſtitut.ſpol. &
Doct.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.Nec in ta
li caſu competet creditori ius retinendi rem de-
bitoris per fideiuſſores ſolutam,pro pignore,per
doctrinam Bart.[a] in l.ſi non ſortem. §.ſi centum.
A ff.de cond.indeb. Et ſic reſideo cum tertio intel-
lectu ſuprà relato, ſecundùm quem intellectum
opinio Bart.non probatur in iſto text. & ad alias
rationes Bar.reſpondent Doct.& bene,vt hîc per
Socin. Et contra iſtam ſolutionem Bart.& com-
munem dico principaliter eſſe tex.in l.executio-
ne.§.pen.ſ.eod. dum text.dicit, nec prodeſt par-
tes fundi poſſe dari, ceſſante vna: vbi tex.vult,ꝙ,
quamuis alij cohæredes non poſsint dare illam
partem,tamen non excuſentur à pœna: & tamen
B ſi vera eſſet opin.Bar.excuſarentur, prout tenuit
Bal.not.hîc,& malè.Secundò contra Bart.obſtat
ratiò d.§.fin. vbi ideò committitur pœna, quia a-
liud ſine manifeſta iniuria ſtipulatoris conſtitui
non poteſt, ex quo videtur à principio ſic fuiſſe
actum,vt etiam probatur in l.hęredes.§.idem iu-
ris.ff.famil.erciſcun. & ſic illud eſt introductum,
quia ita videtur actum, non autem quia facilius
ſit dare,quàm facere. Tertiò facit, quia conditio
106 ſtipulationis pœnalis erat,ſi res nõ daretur, † ſed
C cohæres non poteſt dare pro alio.d.l.id quod no
ſtrum.ff.de regul.iuris.l.ſi quis prohibuerit. ff.de
pub.gloſ.in §.aliæ.Inſtit.de act. in fi. ergo euenit
conditio, quia nõ eſt adimpleta. l.Iulianus. ff.de
cond.& demonſtr. Nec obſtat, quòd vbi condi-
tio non poſsit adimpleri de iure, quòd ſufficiat
adimpleri de facto,pręſertim cùm de iure habeat
effectum ſortiri mediáte ratihabitione, ad quam
tenetur cohæres.argum.l.mulier. §.j. ff.de cond.
inſtit. Nam illa lex non facit in propoſito, quia
D ibi ex implemento, quod fit de facto, reſultat iu-
ris effectus,vt declarat Alexand.in §.ex his.ſ.eo-
dem.in fin. ſed in noſtro caſu non reſultat ex im-
plemento,ſed ex facto tertij, qui debebit ratifica
re: vnde non procedit illa lex, vt etiam probatur
ex notatis per Baldum ibi.Præterea eſſet iniquiſ-
ſimum,quòd iſti liberarêtur contra expreſſa[b] ver
ba ſtipulationis, & quòd creditor deberet agere
contra non ſoluentem,vt ratificet,quia etiam for
tè non ratificabit,& poterit dicere, ego malo ſol-
E uere pœnam. argum.d.l.prædia. Quartò contra
Bar.etiam facit, quia dum dicit,quòd facilius eſt
dare, quàm facere, iſtud poſſet procedere reſpe-
ctu proprij facti vel dationis, ſed nos loquimur
de facto, vel datione quæ ſunt pro alio, quo caſu
videtur, quòd non ſit differentia, quia vtrunque
poteſt adimpleri per alium, dummodo non ſit e-
lecta induſtria perſonæ. l. ſi ſtatulibera. §.ſi quis
non dare.ff.de ſtat. lib.per Guil. de Cu. & Alber.
de Roſat. poſt gloſ. in l.Arethuſa. ff.de ſtat.hom.
F & facit doctrina eiuſdem Bartoli, in l.Stichum,
qui meus.ff.de legat.j.vbi in conditione poteſta-
tiua,prout eſt caſus noſter,expreſsè dicit non eſ-
ſe differentiam,ſiue conditio ſit in dando, ſiue in
faciendo. & ita intelligit dicta l.cui fundus. & l.
penult.C.de condit.inſer. & doctrina Bartoli ibi
eſt communis. Et contra communem etiam fa-
cit, quia ad euitádum pœnam ſufficit eſſe factum
à quocunque, vt per Alexand. in l.cùm ſeruus. ſ.
eod.cum concord. Alia & tertia ſolutio ponitur
per Iacobum de Puteo, & Iaſonem hîc, quæ pri-

[a] Adde pro iſta opin. facere quod not. Bart. in l.1. verſ.3. quęro. ff. de ſolut.

[b] Adde, quòd in ſtipulatione pœnali ſi dicatur hoc modo, promitto fundum Titianum, & ſi non dedero, ꝓmitto centu: intelligitur ſi non dedero, ſcilicet totũ, ut per Bart. in l. ſi quis rem. ff. de rei uend. & Dd. in l. ſi quis non totum. ff. de except. rei iudi. & Are. in l.4. §. Labeo. ff. de leg. 1.

ma fronte videtur multum colorata. Dicunt ipſi,
quòd ratio diuerſitatis inter facta & dationes eſt
iſta: nam in obligationibus facti ſuccedit obliga-
tio ad intereſſe. l.ſtipulationes non diuidundæ.
verſic.Celſus.ſ.eod. & communiter pœna appo-
nitur loco intereſſe: & quemadmodum intereſſe
diuiditur inter hæredes, ita & pœna. & ita proce
dit iſte textus, ſed in obligationibus dandi non
ſuccedit obligatio ad intereſſe, vnde pœna appo
A nitur loco contemptus, & communiter eſt indi-
uidua.Sed iſta ratio nõ eſt bona, quia falſum eſt,
quòd ſemper in obligationibus dandi, ſemper
apponatur pœna loco contemptus, imò appo-
nitur, quia ita æſtimatur intereſſe, argum.l.pen.
ff.de prætor.ſtipulat. & electio eſt debitoris vel
dandi rem, vel pœnam. Et licet obligatio dandi
eſſet præciſa, tamen propter appoſitionem pœ-
næ partes receſſerunt à prouiſione legali. dicta l.
prædia. & creditor cenſetur renuntiaſſe fauori
B ſuo.Item non eſt verum,quòd in ſtipulationibus
facti pœna reguletur ſecundùm intereſſe, & eſt
contra text.in l.ſtipulatio iſta. §.alteri.ſ.eodem.
& doctrinam Bartol.ſ.in §.item ſi in facto.Et latè
reprobaui iſtam opin. ſ.in vij.notabili. Præterea
puto aduertendum,quia contra omnes iſtas tres
ſolutiones Pet.Bart.& Iaſ. obſtat text. in d.§.fin.
Quia ipſi præſupponunt textum noſtrum loqui
in facto,& dictum §.final.loqui in datione, & ta-
men textus loquitur etiam in facto, dum dicitur
C ibi de parendo ſententiæ arbitri, quod eſt facti,
non dationis. Nec obſtat, ſi reſpondeas illum
textum debere intelligi, quando ſentẽtia erat ad
dandum,quo caſu quãdo factum venit ad imple-
mentum dationis,iudicatur vti datio. l.cùm ſer-
uus.ff.de cond.& demonſt. Quia prædicta regu-
la loquitur,quando factum erat acceſſorium.Sed
in noſtro caſu eſt ſecus,quia potius datio erat iu-
dicanda ſecundùm naturam facti, & ſic à laudo
tanquam à principaliori: & ſic interpretabimur
D eum non tam non dediſſe, quàm non paruiſſe. I-
tem eſt euidens diuinatio,quòd ibi debeat intel-
ligi,quando ſententia erat ad dandum. imò text.
debet generaliter intelligi de eo, ꝗ non paret ſen
tentiæ,ſiue ſit ad dandum,ſiue ad faciendum. Et
quamuis primò poſuerit exemplum in cõtractu
de dando, ex quo Iuriſconſultus ibi non plus po
nit regulam de datione, quàm de facto, vnde iſta
opinio communis nõ poteſt ſaluari ſine euiden-
ti cauillatione. Quarta principalis ſolutio poni-
E tur per Benedictum de Plum. in l. ſi ita fuerit. ff.
de manu.teſt.quam etiam poſuit Iacobus de Pu-
teo, & Thomas Decius Senenſis hîc, videlicet ꝙ
textus in dicto §.fin.procedat,quia conditio pœ-
nalis ſtipulationis erat concepta negatiuè,veluti
ſi ſortem non dederis, item ſi arbitro non parue-
ris: vnde ſi in parte non obſeruetur, committitur
pœna in totum, † quia vbi oratio ſumitur ex vni- 107
uerſo,ſi in parte non obſeruetur, in totum oratio
redditur falſa. l.ſi is qui ducẽta. §.vtrum. ff.de re-
F bus dubijs. Sed in textu noſtro conditio pœna-
lis ſtipulationis erat affirmatiua, *promittis non age-
re, & ſi egeris, promittis centum?* vnde talis conditio
bene ſcinditur. Iſtam ſolutionem reprobat Hier.
Tor.& Mod.repet.quia eſt contra exemplum po
ſitum in tex.de ratificatione,vt latiùs proſequun
tur Mod. de quo dic vt hîc per eos. Quintam ſo-
lutionem poſuit Bald. not. & eſt de mente Ale-
xand. hîc,vt diſtinguamus, nunquid factum vel
datio poſsint rectè explicari per alios, & proce-
det d.§.fin.aut non poſſunt, & tunc procedit tex.
noſter



noſter:poteſt enim vnus dare pro alio centum,&
tamen non poteſt facere, quòd aliquis inuitus ra
tificet, vel amplius nõ agat, ex quo eſt factum af-
fixum perſonæ. Et illud idem innuit Bartol. hîc
in ratione differentiæ,in fine. Sed tamẽ hanc ſo-
lutionem reprobat Socinus, quia videtur contra
textum in d.l.in executione. §.penult. ſ.eodem.
vbi præſupponitur alterum non poſſe dare niſi
pro parte ſua, & cum committitur ſtipulatio in
A totum. Non enim aliquis partẽ alterius dare po-
teſt in certa ſpecie, puta in fundo, licet ſecus ſit
in quantitate. Ad idem l.hæredes. §.ſi incerto.ff.
famil.erciſc. Mouetur etiam alijs rationibus, vt
hîc per eum: & certè reincidit cum communi ſo-
lutione,vnde tollitur eiſdem fundamentis. Sex-
ta ſolutio ponitur per Mod.repet.hîc, quòd in di
cto §.final. erat introductum ſpeciale in fauorem
hæredum promiſſoris,videlicet quòd implemẽ-
tum conditionis poteſtatiuè tranſiret ad hære-
B des, contra not.per Bartolum, in l.ſi decem cùm
petiero. infrà, eodem. vnde ſi ibi etiam conditio
diuideretur inter dictos hæredes,eſſet aliud ſpe-
ciale. dicta l.cui fundus.ff.de condit.& demonſt.
Sed in fauorem eiuſdem non debent concurrere
duo ſpecialia.l.j.C.de dotis promiſsione[a].ſed in
textu noſtro ita ſunt in fauorem diuerſorum,vn-
de concurrunt, vt per Bartolum in l.ſi is qui pro
emptore.ff.de vſucap. Nam illa conditio, *ſi egero*,
vel, *ſi ratum non habuero*, quòd tranſeat ad hæredes
C promiſſoris, reſpicit fauorem illius ſtipulatoris:
quòd verò cõditio diuidatur, eſt fauor hæredum
promiſſoris, vnde in iſto caſu hæc ſpecialia bene
concurrunt. Putó iſtam ſolutionem non eſſe ve-
ram, quia non eſt verum, quòd iure ſpeciali illa
conditio, *ſi non dedero ſortem*, tranſeat ad hæredes:
imò vbicunq; præcedit contractus diſpoſitiuus,
& ſubditur pœna per talem coditionem indiſtin
ctè & regulariter, ius adimplendi tranſit ad hære
des. l.dum proferre. §.j. ff.de arbitr.l.qui Romæ.
D §.Flauius. infra, eodem. Bartolus & Doctores in
dicta l.ſi decem cùm petiero.Vnde ego aliter pu-
108 to eſſe reſpondendum. † Nam ratio, cur ſtipula-
tiones *amplius non agi*, & *rem ratam haberi*, ſunt diui-
duæ,eſt,quia ſtipulator incumbit poſſeſſioni rei,
& pro qua parte conuenitur; pro ea parte poteſt
repellere agentem exceptione, vt declaraui ſu-
prà,in vj.notab .vnde non fuit æquum, quòd ſti-
pulator incumbens poſſeſſioni rei, & qui ſi vult,
poteſt repellere contraeuenientem ex omiſſione
E exceptionis, & ſic ex negligentia ſua, conſequa-
tur integram pœnam, quæ ratio ceſſat in dicto §.
fin. Quia ibi ſtipulator non habebat rem,ſed hæ-
redes promiſſoris. Et ſi dicas, licet dicta ſolutio
poſſit conueniri exemplo dationis poſito in tex
tu, non tamen conuenit exemplo facti de paren-
do ſententię arbitri.quid enim ſi arbiter condem
naſſet aliquem ad amplius nõ agendum, nón-
ne alius incumberet rei,& poſſet excludere con-
trauenientem per exceptionem, & tamen pœna
F committitur in totum? Reſpondeo, quòd pœna
in tali caſu reſpicit contemptũ arbitri, vnde com
mittitur in totũ. l.ſi quis rem.leg.cũ pœna. ff.de
arbitr. quæ ratio ceſſat in noſtro textu. Et ratio
109 fundamentalis prædictorum eſt, † quia conditio
reddit actum indiuiduum ex præſumpta volun-
tate diſponentis.dicta l.cui fundus. vnde in obli
gatione, de qua in dicto §.fin. videtur ſtipulator
egiſſe, niſi integra ſors daretur, quòd committe-
retur pœna, vnde aliud ſine manifeſta iniuria[b] i-
pſius conſtitui non potuit. Sed in noſtro textu

[a] Adde ad iſtũ tex. quod ponit Soc. in l.j. ff. ſol. mat. in viij col. vbi concludit illum textũ non probare illud, ad quod communiter allegatur.

[b] Adde, quòd eadem præſumptio eſt in pœna compromiſſi, ex quo eam præſumuntur partes apponere ad vlciſcendum contemptum.

non videtur ea fuiſſe mens contrahentiũ, ex quo
nulla iniuria fit ſtipulatori, qui eſt tutus exce-
ptione,& qui incumbit poſſeſſioni rei. Et ex iſta
declaratione infertur primò ad doctrinam Barto
li in l.Stichum qui meus. in fin.ff.de legat.j. † vbi
conditio appoſita diſpoſitioni diuiduæ aſſumit
naturam eius. & ideo, ſi ſtatutum in contractu
mulierũ requirit duos affines, & anteponit duos
ex parte patris, duobus ex parte matris, conſe- 110
A quenter anteponit vnum ex parte patris vni ex
parte matris, per regulam l.quæ de tota. ff.de rei
vendic.ſcindetur conditio ex præſumpta volun-
tate ſtatuentium. Sed in caſu dicti §.final. & Bar.
hîc,præſumptio eſt in contrarium: quia non pręſ-
ſumitur, quòd voluerit ſtipulator ſcindere con-
ditionem, vt ſuprà declaraui. Et ſic tollitur argu-
mentum Moder.repet. & defenditur deciſio Bar
toli in dicta l.Stichum. quæ proculdubio eſt ve-
ra,quicquid dicat Iaſon hîc. Secundò infertur ad
B id quod dicit Angelus in ij.columna,† quòd ſtan 111
te ſtatuto, quòd pœna appoſita dationi non poſ-
ſit exigi: ſi arbiter condemnet ad dandũ ſub pœ-
na,nõ poterit peti pœna,ſi agatur ex capite, quia
non eſt datum: ſecus ſi agatur, quia non eſt pari-
tum ſententiæ.Et idem tenent alij hîc,vt per So-
cinum, argumento dicti §.finalis. Puto quòd i-
ſta ſuperficies verborum non ſit conſideranda,ar
gumento c.Marcion. j. quæſt.j. vt etiam dicunt
aliqui Moder. & quocunque modo formatur li-
C bellus, quòd in tali caſu competat actio ad pœ-
nam, quia pœna cenſetur principaliter appoſita
in contemptum,vt ſuprà dixi.Item iſta pœna ve-
nit in executionem laudi[c]. vnde illud attenden-
dum eſt tanquam cauſa originalis, argumen. l.ſi
quis nec cauſam. ff.ſi certum petatur. & l.j. §.pe-
nultimo. C.de imp.luc.deſcript.lib.x. In ix.op-
poſitione Bart. dum opponitur de leg.ſi procura
tor.ſ.rem ratam habere.prima ſolutio eſt,quia il-
le textus loquitur in promiſſore promittente do
D minum ratum habiturum: ſed textus noſter lo-
quitur in ipſomet domino, qui promiſit ratũ ha-
bere. Bartolus non tenet iſtam ſolutionem, quia
ſecundùm eum non ponit rationem diuerſitatis.
Sed ego puto,quòd iſta ſolutio ſit vera, dummo-
do iungatur cum tertia ſolutione, quæ commu-
niter tenetur: nam non poteſt negari,quin iſta iu
ra propriè loquantur in iſtis caſibus. Vnde con-
cludo,quòd ſi procurator renunciauit certæ ſpe-
ciei, & promiſit dominum hęredeſque ratum ha
E biturum, decedatque relictis pluribus hæredi-
bus, niſi in totum ratificetur,poterit quilibet hæ
redum iſtius procuratoris pro parte hæreditaria
conueniri ad pœnam, ſecundùm primã partem
iſtius textus. Et ratio differentiæ eſt, quia quan-
dò ipſemet dominus promittit de rato per ſe &
hæredibus ſuis,obligatio eſt diuidua, ex quo ſti-
pulatori cõpetit exceptio pro ea parte, pro qua
fuerit contrauentum, vt declaraui ſuprà in vlti-
mò notabili. Secus quando eſt procurator, qui
F non habet mandatum ſufficiens ad obligandum
dominum, & ideo promiſit de rato: nam ex ſua
promiſſione nõ obligatur dominus, vnde ſi con-
traueniret, non poſſet eum ſtipulator repellere
per exceptionem. Et ſecundùm hoc tertia ſolu-
tio ita ſimpliciter intellecta non eſt vera: ſi enim
procurator renuntiaſſet certæ ſpeciei, & promi-
ſiſſet de rato,poſſet ſequi inconueniens.§.ꝓ par-
te. Quia vno ex hæredibus domini non contra-
faciente, ſtipulatori remaneret, niſi pars ſpeciei,
& pars intereſſe, vt declaraui in vltimo notabili.

L.4. Eadem diſcemus. §. Cato libro xv. ſcribit.

[c] Adde, ꝓ hoc facere regulam l.ſi ita fuero. ff. de nouatio. vbi quotiens vna cauſa venit ad implementum alterius, agitur ex impleto, nõ ex implente. ad idem l. aſſe. ff. de hær. inſtit.

vnde iunge ambas ſolutiones ſimul, & ſic appa-
ret euidens ratio diuerſitatis, licet Bartolus non
aduerterit. Nec obſtat ſecunda ratio Bartol.dum
dicit, quòd iſte procurator cenſetur promiſiſſe fa
ctum proprium, ſcilicet ſe curaturum, nō autem
factum alienum: quia tale argumentum proce-
deret, cùm non fuiſſet ſubiecta ſtipulatio pœna-
lis,vt infrà declarabo.

Habetis ergo notare ex doctrina Bartoli, in
112 hac prima ſolutione, † quòd procurator promit-
tens, quòd dominus ratum habebit, intelligitur
promittere ſe curaturum, & ſic factum ſuum, nō
alienum: & conſequenter, ſi iſte procurator cu-
rauit, & fecit quod potuit, licet dominus ratum
nō habet,videretur quòd deberet liberari ſecun-
dùm communem opinionem, quam tenet gl. &
ibi Felinus poſt alios, in c.ex reſcripto. de iureiu
rando. glo.in c.gemma. & in c.ſicut ex literis. &
ibi Doctores, de ſponſalibus. Abbas in c.ſignifi-
cantibus.in fin. de offic.deleg. Rom.in l.ſtipula-
tio iſta.j.eod.in prin. Alexand.in l.qui autem.de
conſtit.pecun.Contrariam opinionem tenuit A-
retinus in l.ſi ita ſtipulatus. §.poſſum. j.eod. Iaſ.
in l.Titia. in v.colum. & in d.l.ſtipulatio iſta. in
princ.per illum text. j.eodem. vbi dicit, quòd ſi
caſus contingeret,conſuleret & iudicaret contra
communem. Iſta quæſtio quotidie occurrit
in practica, & credo quòd communis opinio ſit
vera, ſi rectè intelligatur. vnde tu pro intelligen-
113 tia conſidera quatuor caſus. † Primus eſt, quan-
do aliquis promittit ſimpliciter ſe facturum &
curaturū,quòd tertius aliquid tale faciet,& ſubii
cit ſtipulationem pœnalem, & in tali caſu ſi fecit
quod potuit, liberatur, quia difficultas eum ex-
cuſat, & ita loquitur Bart. in conſil.ſuo ccxxxvj.
Martin.& Fed.de Senis, conſil.cxxij. Martin. &
ita etiam format quæſtionem ſuam Ant.de But.
& Præpoſitus S.Ambroſij in d.c.gemma. vbi di-
cunt, quòd ſi duo extranei promiſerunt ſe factu-
ros & curaturos,quòd talis contraheret cum tali
ſub pœna centum,quòd ſi fecerunt quicquid po-
tuerunt, erunt liberati. Et ratio eſt, quia verba
hoc important: cùm enim promiſerint facere &
curare,ſatis eſt ſi faciunt & curant quantum poſ-
ſunt, vnde non liberantur à pœna. Et in tali caſu
non agitur,quia tertius non fecerit,ſed quia pro-
miſſor non curauit. Et iſte eſt modus concluden
di in libello tali caſu, vt per Bartolum in l.inter
ſtipulantem. in princ.infrà,eodem. & per Ange-
lum in §.ſi quis alium. Inſt.de inutili ſtipulatio-
114 ne. † Fallit iſta concluſio, quando eſſet dictum,
quòd faciet vel curabit cum effectu,quia tūc non
ſufficit ſolus conatus, ex quo in ſolo conatu non
verificatur effectus.l.ſi non mortis. §.fin. de inof.
teſta. & idem tenet Aretinus, in dicto §.poſſum.
& ſequuntur Moderni hîc, & facit quod notat
Baldus in l.final.in fin.Cod.de dotis promiſſ.vbi
vult, quòd promittens factum alienum cum effe
ctu, intelligitur præcisè: & non poteſt negari,
quin verba hoc importent:& idem præſupponit
Raph.Com.conſil.clxxxix. teſtator. contrarium
tenuit Aretinus conſi.cxliij.ex facto proponitur,
in v.colum. Quia hoc admiſſo ſequeretur quòd
quis promitteret abſolutè factum alienum,quod
eſt impoſſibile: vnde debent illa verba intelligi,
quòd verè & bona fide curabit,&c.Putò quòd A-
retinus in dicto conſil. malè loquatur: quia cùm
præſupponamus ſubditam fuiſſe pœnam,nō ha-
bet locum ſua ratio: quia poteſt quis abſolutè
promittere factum alienum, ſubiiciendo ſtipu-
lationem pœnalem. dicta l.ſtipulatio iſta.in prin.
Sed opinio Aretini poteſt ſaluari in alio caſu, de
quo infrà dicam. Secundus caſus eſt,quādo quis
promiſit de directo factum alienum:puta, *Promit-
to quòd talis tertius faciet,& ſi non fecerit,promitto pœnam.*
& in iſto caſu niſi ille tertius præcisè [a] faciat, com
mittitur pœna d.l.ſtipulatio iſta,habere licere.in
princ.& l.ſancimus.Cod.de fideiuſ. & ita proce-
dit opin.Aretini in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.poſſum.
A & Iaſon in d.l.Titia.& in d.l.ſtipulatio iſta.& iu-
ra per eos allegata propriè loquuntur in iſto ca-
ſu. Et eſt ratio, † quia quando quis promittit fa- 115
ctum alienum ſub pœna, illa promiſſio tenet, nō
quòd reſoluatur in promiſsione curandi, ſed te-
net propter pœnam, vt expreſsè probatur in di-
cta l.ſtipulatio iſta. in princ. & ibi Bartolus in ij.
colum.in prin. verſic.ſed ſi pœnalis ſtipulatio. &
Alex.dum refert primam limitationem Angel.&
idem etiam tenet Raph.Com.in d.conſ.clxxxix.
B & Ioan.Fab.in d.§.ſi quis alium.& conſequenter
cùm verba ſint clara,committitur pœna.

a Adde tamē, ꝙ ſi ille tertius nō faceret,quia impeditus ex accidenti & rationabili cauſa, tunc excuſaret iſte promiſſor. arg.l.ſi vehenda. §.idē iuris. ff.ad leg.Rhod. de ia. & quod not.Bartol.in d. conſil. ccxxxvj.

Limitatur iſta concluſio, vt non procedat in
foro canonico,quia dummodo fiat quod poteſt,
non committitur pœna. & ita poteſt procedere,
quod notat Abbas in d.c.gemma. & in d.c.ſigni-
ficantibus.in fin.de offic.deleg. Felinus in d.c.ex
reſcripto. Et eſt ratio, quia promiſſio facti alieni
ſemper reſoluitur in promiſſionem curandi de
iure canonico,ſecundùm Antō.de But.in c.ſicut.
C & in c.ex literis.ſecundo. vbi Moderni, extrà,de
ſponſal. & latè per Alex. in d.l.ſtipulatio iſta. in
princ.vnde de eo iure, ſi quis promittat,quòd Ti
tius faciet, indiſtinctè intelligitur quòd curabit.
Iſta ratio ceſſat in foro ciuili, quia quando eſt
ſubdita pœna, nunquam capitur illa intelligen-
tia, nec recedimus à verbis. Eſt verum, quòd in
puncto iuris iſta opinio Abbatis & Felini non eſt
vera, vt infrà oſtendam. † Tertius caſus eſt, 116
quando quis promiſit ſe facturum & curaturum,
D quòd Titius tale quid faciet, non addita pœna,
& tunc ſi faciat quod poteſt, liberabitur. Et eſt
ratio, quia verba hoc important, vt ſuprà dixi.
Limita iſtud non procedere quando dictum eſ-
ſet, *cum effectu*: quia videtur per talem clauſulam
fuiſſe intentio promittentis teneri ad intereſſe,
ſi non ſequeretur verus effectus: quia videtur eo
modo promiſiſſe, quo fieri poteſt. Et iſtud fuit
de mente Aretini,in dicto §.poſſum. & idem fir-
mant etiam Moderni repet.hîc, in promiſſioni-
E bus extraiudicialibus: & ego credo iſtud eſſe ve-
rum generaliter. Nam ratio, cur quis non obli-
getur promittendo factum alienum, eſt,quia per
ſuam promiſſionem non poteſt alium obliga-
re, ſe autem non videtur voluiſſe obligare, quia
verba hoc non important, vt dicit Ioannes Fab.
in dicto §.ſi quis alium. in fin. & volunt Doct. in
dicta l.ſtipulatio iſta.in princ.Sed quando appo-
ſuit verba, *cum effectu*, ſatis oſtenditur intentio
promittentis, quòd volebat ſe obligare in caſu,
F quo non fieret per tertium,vnde tenebitur ad in-
tereſſe.dicto verſic.Celſus.

Secundò limita, quando aliquis promittit
dari curari certam quantitatem, non ſpecificata
certa perſona: quia non ſufficit ſi curat, imò de-
bet vel ſoluere, vel dare promiſſionem locuple-
tem, qui promittat ſe præcisè daturum. ita eſt
textus in l.illa ſtipulatio.§.j.infrà,eod.& in l.fin.
§.ſi.ſecundùm vnū intellectum.ff.ſi cer.pet. & eſt
ratio,quia cū non ſit facta mentio certæ perſonę,
nō videtur habitus reſpectus ad factum alienum,
ſed



ſed videntur potius partes conſideraſſe effectum
promiſsionis, & ſic quòd non ſufficiat curare ni-
ſi realiter detur. Et ita intelligo dictos tex.qui a-
liter valde vrgerent contra communem opin. &
contra opinionem modernorum hîc. Tertiò li-
mita, quando veriſimiliter actum fuit inter par-
tes,quòd,niſi tertius verè faceret,& cura effectua
liter adhiberetur, promiſſor ipſe teneretur, per
id quod notabiliter conſuluit Socin. conſ. xxvj.
per totum,in tertio vol.vbi quando veriſimiliter
partes non feciſſent illum contractum, niſi effe-
ctualiter curetur, tunc reſcinditur cōtractus.arg.
l.cùm te.vbi Salic.C.de pact.inter empt.& vend.
Et ex his in practica infertur ad quæſt. Cùm do-
minus conueniſſet cum ſuo villico, vt ſemper an
te principium anni faceret, quòd aliquis idone-
us fideiuberet pro penſione, aliàs locatio intel-
ligeretur finita: nam in tali caſu non eſſet ſatis cu
rare, imò debebit conductor præcisè dare fide-
iuſſorem ad euitandam pœnam. Et pro hoc fa-
cit text. in l.ſi fideiuſſ. in ſecundo reſponſo.§.j.ff.
qui ſatiſdar. cogunt. [a] & credo quòd hæc opinio
ſit de mente Doctorum, licet Aretinus & Iaſon
præſupponant communem eſſe in contrarium,
quod non eſt verum. Quartus & vltimus caſus
eſt, quando aliquis promittit ſimpliciter, quòd
tertius tale quid faciet, non addita pœna,& tunc
ſtipulatio regulariter non valet. d. leg. ſtipula-
tio iſta. & iſtud tantò magis procederet, ſi addi-
tum eſſet,cum effectu, ſecundum Aretinum in d.
conſil. cxliij. quia aliàs ſequeretur, quòd quis
poſſet promittere factum alienum, vt ibi per e-
um. Nec in iſto caſu videtur actum de inter-
eſſe,ex quo verba nullo modo important factum
ipſius promittentis, ſed alienum tantùm. Fal-
lit ſupradicta concluſio in ſtipulationibus præ-
torijs. l. quotiens quis. j. eod. & per Bartol. hîc.
118 dum dicit, † quòd procurator promittens, quòd
dominus ratificabit, intelligitur promittere fa-
ctum proprium, non autem alienum: & conſe-
quenter in tali caſu lex interpretatur, quòd pro-
miſerit ſe facturum & curaturum: vnde niſi do-
minus ratum habeat, tenebitur ad intereſſe. d. l.
ſi procurator. j. rem ratam habere. nec in tali ca-
ſu liberabitur ſi curet, ſecundum modernorum
repet. hîc: & puto quòd dicant veritatem, & eſt
de mente Doctor. hîc, aliàs diſpoſitio illius le-
gis de facili redderetur eluſoria. & ita etiam po-
teſt intelligi text. in l. qui autem. §.j. ff. de con-
ſtitut.pecun.& in d. l. ſi fideiuſſor. §. j. Et eſt ra-
tio, quia lex, quæ ſuſtinet iſtam ſtipulationem,
interpretatur quòd curet cum effectu: quia ver-
ba legis in dubio accipiuntur cum effectu. l. j. §.
fin. ff. quod quiſque iuris. l. fin. §. docere. ff. ne
quis eum qui in ius. cum concord. quæ ratio
ceſſat in alijs contractibus,quando quis promit-
tit ſe curaturum, quia tunc non ſubauditur,cum
effectu: quia verba contrahentium in dubio in-
terpretantur contra ſtipulatorem. d. l. ſtipulatio
iſta.§.in ſtipulationibus. j. eod. Fallit ſecundò
de æquitate iuris canonici, ſecundum Anton.de
But. in d. c. ſicut. & in d. c. ex literis. & per Ale-
119 xand.in d.l.ſtipulatio iſta.† Quia promittens fa-
ctum alterius, intelligitur promittere ſe curatu-
rum: ſed tunc non ſubauditur dictio, *cum effectu*,
quia ius canonicum in dubio ſemper accipit in-
terpretationem per quam pœnæ euitentur.c.ſu-
am. de pœnis. gloſſ. in c. fraternitatis. xij.quæſt.
ij. & ita poteſt intelligi quod not. Abb. & Felin.
in d. c. ex reſcripto. de iureiur. Eſt verum, quòd

a Adde, quod iſte caſus videt melius decidi ꝑ text.in l.qui autem. §. ſed & ſi quis.iunct.gl.in verbo. certam. ff.de conſti.pec. & not.Bart.ibi. nam non poteſt negari,quin iſta promiſsio facta fuerit ad conſeruationem iuris, ad quod villico iam tenebatur, ſcilicet penſionis, &c. quo caſu ſpecialiter eſt ut promiſsio facti alicuius ualeat,ut per Alexan. & moder. in l. ſtipulatio iſta in prin.j. eodem.

in puncto iuris mihi videtur vera opiniò contra
Abbat.& Felin.in d.c. ex reſcripto.& in d.c.gem
mā. non faciendo differentiam quoad hoc inter
ius ciuile & canonicum, ſecundum c. j. de noui
oper.nunc.Nec gl.in d. c. ex reſcripto. per quam
ipſi mouentur, facit pro eorum opinione, quia
illa gloſſ.loquitur, quando quis promiſit facere,
quòd talis obſeruaret, quo caſu cenſetur promi-
ſiſſe factum proprium, non alienum, vt per Bar-
A tol. & Doctor. in d. l. illa ſtipulatio. §. j. j. eod.&
in l. ſi hæres iuſſus. ff. de leg. j. Ioan. Fab.in d.§.ſi
quis alium.in princip.Corn. conſil.xxvj. in j.co-
lum. in fin. in j. volu. vnde illa gloſſ. loquitur in
primo caſu ſuprà poſito. ſecus ſi non appoſito il-
lo verbo fuiſſet dictum, *promitto quòd talis obſerua-
bit*,quicquid dicant Abb.& Felin.qui ad hoc non
aduerterunt. Vnde etiam in practica potius tene
rem opinionem Aretin. & Iaſon & modern.hîc,
qui indiſtinctè tenent,in tali caſu non eſſe ſatis,ſi
B quis curet. Cogita tamen ſuper præmiſsis, quia
Docto.præſertim antiqui,non ſe declarant. Cir-
ca tertiam ſolutionem communiter approba-
tam, quòd iſte text. loquatur in pœna, ſed d.l. ſi
procurator.loquatur in intereſſe, aduerte primò
ad rationem: & Iaſon hîc aſsignat quaſdam ra-
tiones, dum dicit, quòd intereſſe ſuccedit ex
prouiſione legis, ſed pœna eſt ex prouiſione ho-
minis,ſed mitiùs agitur cum lege quàm cum ho-
mine.l. Celſus.ff. de arbit.Item, lex faciliùs mo-
C deratur prouiſionem ſuam, quàm prouiſionem
hominis.gl.in l.aſsiduis.C.qui po. in pign.ha. I-
tem firmius eſt quod ſua prouiſione quis ſibi ac-
quiſiuit. l. ſi filius. §. eritque. ff. de fideicommiſſ.
liber.facit gloſſ. in l. j. C. ſi aduerſ. vend. ſed iſtæ
rationes ſunt nimis generales,nec neceſſariò in-
ferunt ad hanc diſpoſitionem. Bald. not. aliam
rationem aſsignat:nam ſecūdum eum, intereſſe
eſt diuiduum.l.ſtipulationes.verſ. Celſus.j.eod.
ſed pœna non,quia debetur pro implemento cō-
D ditionis,& conditiones non diuiduntur.d. l.cui
fundus. Sed iſta ratio eſt contra iſtum text.vbi
pœna diuiditur pro portionibus hæreditarijs, &
opinio Bald. not. poſſet procedere in principali
promiſsione, cui ſubditur ſtipulatio pœnalis,
non in ipſa ſtipulatione pœnali, & in hoc etiam
deceptus eſt Iaſon.in l.ij. §. & harum.in j. notab.
in ij.fallen.s. eod. Tu dic, quòd vera ratio dif-
ferentiæ eſt,quia intereſſe eſt diuiduum, vt s.di-
ctum eſt, † vnde non committitur ſtipulatio,niſi 120
E quatenus intereſt. & ita dicit d. l. ſi procurator.
ſed in pœnis non attenditur quid interſit.l.ſtipu
latio iſta.§.alteri.j.eod.& ideo,licet niſi pro par-
te præiudicetur ſtipulatori, committitur pœna
in totum. Secundò ex doctrina Bartol. aduerte,
dum hîc in fine vult, quòd quando pœna eſt ap-
poſita,dummodo aliquid interſit,pœna commit
titur in totum. Nam in hoc Bald. not.tenet con-
trarium: vnde dicit quòd in caſu,quo debitor ꝑ-
baret,non intereſſe niſi in aliquo,quòd tunc non
F cogetur ſoluere, niſi illud modicum quod inter-
eſt.& ita dicit eſſe de mente l.fin.ff.de pretor.ſti-
pul.Et iſtam opinionem ſequuti ſunt aliqui mo-
der. in notabilib. iſtius text. Sed credo quòd iſta
opinio non ſit vera,& eſt contra doctrinam Bart.
in d. §. item ſi in facto. s. eo. & ea quæ dixi ſuprà
in vij.notab. Vnde,etiam ſi nihil intereſſet, puto
quòd committeret pœna. d. §. alteri. Nec obſtat
dum Bartol.dicit, quòd requiritur ſaltem, quòd
in aliquo interſit, quia iſtud dixit vt oſtenderet
ſolutionem Petri non eſſe veram,etiam tenendo

L.4. Eadem dicemus. §.Cato libro XV. ſcribit.

eius opin. quòd in ſtipulationibus facti cenſere-
tur appoſita pœna loco intereſſe:quam tamen o-
pin.Bartol. reprobauit in d. §. item ſi in facto. ad
quem locum Bartol. hîc ſe remittit. In x. oppoſ.
de l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.ff.ſi quis cautio.cōmu-
nis concluſio eſt cum Bartol. quòd ille text. lo-
quatur in præparatorijs & ordinatiuis iudicio-
121 rum:† vnde in factis diuiduis obſeruans pro par-
te tantùm, incidit in totam pœnam mero iure,
ſed obſtat exceptio pro parte adimpleta, vt hîc A
per eum. Adde tu, iſtam opinionem videri con-
tra text. in l.ſi is qui ducenta.§.cùm ita.ff.de reb.
dub.vbi text.præſupponit etiam effectualiter cō
mitti pœnam,ponderādo verbum, *oporteat*,quod
inducit neceſsitatem.l.cùm oporteat.C.de bon.
quæ lib.Bartol.in l.j.ff. de iuſti. & iur.Item pon-
derando quòd text.ibi æquiparat iſtum caſum a-
lijs ſtipulationibus, in quibus pœna etiam effe-
ctualiter committeretur.arg.l.iam hoc iure.ff.de
vulg.& pupill. Item quia aliter ille text. poneret B
caſum ſecundum corticem verborum,non ſecun
dum effectum, quæ interpretatio non eſt accipi-
enda.Ad illum text. reſpondetur ex mente Bart.
quòd procedit quando quis promiſiſſet ſiſtere il
los ſeruos extraiudicialiter:& ibi ponūtur etiam
alia exempla ſtipulationis extraiudicialis,& vna
pars legis declarat aliam.l. vtrum.de pet. hæred.
Et ratio differentiæ poteſt eſſe, quia in ſtipula-
tionibus iudiciarijs quis compellitur ad promit
tendum,vnde ſuccurritur promittenti ex neceſ- C
ſitate. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd.
cog. Nec obſt.quòd in pręparatorijs magis fauea
mus ſtipulatori, & ſic actori quàm promiſſori. l.
de die.in princ.iuncta gl. ff. qui ſatiſd. cog. Quia
iſtud procedit tātummodo in eis,in quibus, niſi
faueremus actori, poſſet reus euitare iudicium,
quod redditur in inuitum:ſecus in alijs,ſecundū
gl.in l.j.in princip.ff.de præto.ſtipul. Sed licet
Doctor. ita teneant,non credo iſtam ſolutionem
eſſe veram, & principaliter nimis reſtringit text. D
in d.§. cùm ita. vbi generaliter loquitur, pſertim
cùm iſtæ promiſsiones de ſiſtendo, propriè fiant
reſpectu iudicij, ſecundum gl. in l.quoties quis.
j.eo. licet poſsint etiam fieri de ſiſtendo alibi, vt
eſt gl. in l. ita ſtipulatus, in princ.j. eo. Nec obſt.
quòd vna pars legis declaretur per aliam,quia Iu
riſconſ. non venit ibi declarando, ſed ponendo
noua exempla,quæ generaliter intelligi debent.
Pręterea contra iſtam ſolutionem obſtat ratio Iu
riſconſulti ibi,qui ſe fundat ſuper natura verbi & E
proprietate ſermonis,qua conſiderata videtur a-
ctum,vt niſi omnes ſiſtantur, integra pœna com-
mittatur: quæ ratio habet locum etiam in præpa
ratorijs, quia vbique attenditur quod actum eſt,
& quid importet proprietas verbi.l. cùm lege.ff.
de teſta.l.non aliter.ff.de leg.iij.

Secundo modo ſoluunt moder.repet.quòd in
d. §. cùm ita. erant plures conditiones reſpectu
plurium perſonarum quæ erant ſiſtendæ:& in §.
ſi plurium.erat niſi vna,quia non ſpecificauit ſer- F
uos.arg.l.quod dicitur.j. eod.quæ ſolutio ita in-
tellecta non eſt vera, quia admiſſa iſta ſolutione
ſequeretur,quòd,ſi niſi vnus fuiſſet ſtatus in iudi
cio, promiſſor incideret bis in pœnam, ſi tot eſ-
ſent ſtipulationes pœnales quot perſonæ, quod
eſt contra illum text.Præterea non videtur quòd
122 ſit facienda differentia iſta: † quia, etiam ſi ſint
plures obligationes principales, quibus ſit ſub-
dita pœna, reſpectu tamen pœnæ habentur ni-
ſi pro vna, vt per Bartol.in l.ſcire debemus. j. eo.
in ij.colum. Nec eſt verum,quòd iſtud ſit de rigo
re,non de æquitate, & ꝓpter ea obſtat exceptio,
prout ſenſit Socin.& modern. hîc,quia iſtud nul
libi probatur, imò cùm ſit inductum ex proprie-
tate ſermonis,& quia partes videntur hoc egiſſe,
certè debet habere locum vbique, vt ſ. dixi. Po-
tes tamen ſaluare iſtam opin. ab hoc fundamen-
to.vt j.dicam.

Tertia ſolutio ponitur per Bald.nouell. & Ia-
A ſon.hîc, quòd §. ſi plurium. loquitur quando ſti-
pulatio pœnalis ſubdita fuit contractui diſpoſi-
tiuo:ſed d.§.cùm ita.loquitur quando promiſsio
de ſiſtendo erat in conditione,non in diſpoſitio-
ne: vnde cùm fuerit in conditione, debuit ma-
gis adimpleri in forma ſpecifica. arg. l. cui fun-
dus. de condit. & demonſt. Iſta ſolutio nihil va-
let,quia etiam in caſu §. ſi plurium.ſi fuit appoſi-
ta pœna,ergo promiſsio ſiſtendi fuit in conditio
ne, quia pœna apponitur ſub conditione, vt per
B Bartolum ſuprà,in octaua oppoſitione. Nec il-
lud quod fuerit etiam in diſpoſitione, debet al-
terare naturam conditionis ſequentis, tum quia
non eſt ratio cur hæc facere debeat, tum quia in
iſta materia quælibet ſtipulatio tam principalis
quàm pœnalis ſeruat naturam ſuam, vt vidimus
ſuprà in prima oppoſ. poſt Bartol. Præterea &
ſecundò iſta ſolutio præſupponit, quòd text. in
d.§.cum ita. non procederet, ſi in illo vltimo re-
ſponſo præceſsiſſet conuentio, quod eſt falſum,
C quia militat ratio eadem in vtroque caſu, vt in-
frà oſtendam, & communiter tenetur in d. §.
cùm ita. vt ibi per Socin. & modern. Tertiò
contra hanc ſolutionem obſtat text. in l. ita ſti-
pulatus magna.infrà.eod.vbi,quando pura con-
uentio præcedit ſtipulationem pœnalem, for-
tiùs ligatur promiſſor, quàm ſi ſtipulatio incipi-
at à conditione. Vnde tu aliter ſolue, & conſi-
dera rationem text.in d.§.cùm ita. Nam quan-
do aliquis promitteret ſiſtere Stichum & Da-
D mam & Erotem,& ſi non ſtiterit, promittit cen-
tum: ideo vno non ſtato committetur ſtipula-
tio pœnalis in totum. quia promiſſor promiſit
copulatiuè: † & natura copulæ eſt, vt requirat 123
concurſum omnium copulatorum. l. ſi hæredi
plures. ff. de condition. inſtitut. cum ſimilib. Et
iſta eſt propriè ratio illius text. quam omnes i-
bi aſsignant,Rayn. Raph. Com. Socin. in ij. no-
tab.Bartol.in §. vtrùm. in iiij. colum. Iſta ratio
ceſſat in d. §. ſi plurium. Quia ibi non erat con-
E cepta ſtipulatio copulatiuè, quod probatur in e-
xemplo text.ibi, *vna ſtipulatione promittatur*. Nam
aliàs non fuiſſet vna ſtipulatio,ſed plures. l. ſcire
debemus. j. eod. Nec obſtat, quòd non ſit dif-
ferentia inter plures ſtipulationes & vnam,quo-
ad commiſsionem pœnæ, ſecundum Bartol. in
d.l.ſcire debemus. quia iſtud eſt verum in ſe,
quantum ad commiſsionem, quæ fit ipſo iure:
ſed tamen eſt differentia quo ad exceptionem,
quæ in vno caſu poteſt competere, in alio non.
F Præterea dictum Bart. debet intelligi ſecundum
text.in d. §. cùm ita. per eum allegatum. Stat er-
go ſolutio vera ad text. noſtrum. quòd ſi princi-
palis etiam in facto indiuiduo non adimpleat in
totum, committatur integra pœna, vt hoc §.in fi.
Fall. ſi ſint plura facta. quia tunc obſtat exceptio
ꝓ ea parte, pro qua eſt adimpletum.d.§.ſi ſeruus
plurium.q; vltimum non ꝓcedit, quādo plura fa
cta fuiſſent copulatiuè ꝓmiſſa:quia tunc requirit
concurſus vtriuſq; copulati, ad finem quòd pœ-
nam euitet.d.§. cùm ita.Et eſt ratio, quia ꝓprie-
tas



tas verborum hoc inducit, ad quam præſumun-
tur partes in dubio accommodare intentionem
ſuam.d.l.non aliter.de leg. iij. Ratio verò diffe-
rentiæ inter vnum factū & plura poteſt eſſe, quia
magis delinquit inducens difformitatem in ea-
dem re,quàm in pluribus.gl.in l.prolatam.in fin.
C.de ſent. & quia quando ſunt plura facta ſepa-
rata, videtur promiſſor feciſſe ſingulas ſtipula-
tiones ſeparatas: vnde quamuis teneatur ipſo iu
re in totum,quia verba non important niſi vnam
ſtipulationem, tamen conſiderato effectu non
tenetur niſi pro parte. Et pro hac ratione eti-
am facit iſte text. quatenus conſtituit differenti-
am inter principales & hæredes, inducendo vt
hîc per Iaſon. In principali enim cenſetur idem
factum, in hæredibus non, quia fit diuiſio per l.
XII.tabul. nec hîc quilibet tenetur, niſi pro ſua
parte, quaſi vnuſquiſque hæredum non poſsit
adimplere, niſi pro parte ſua, vt dicunt modern.
quia iſta ratio ſolùm excuſaret eos, ne teneren-
tur in effectu, ſecundum doctrinam Bartol. in d.
§. illud. & d. l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. ad l.
Rhod.de iac. & tamen in noſtro caſu non tenen-
tur neque ipſo iure,niſi pro parte. Item pro hoc
124 facit, † quia quando ſunt plures perſonæ princi-
pales,nō committitur pœna, niſi pro parte eius,
qui contrafacit,vt per Bartol.in §.ſeq.& ſequitur
Alexa.hîc,in tertia limitatione:ergo idem quan-
do ſunt plura facta, arguendo de re ad perſonas,
quod argumentum valet. l.ij. ff. ne quis eum qui
in ius vocatus &c.

Nec obſt.ſi diceres, quòd cōtra primam ratio-
nem obſtat d.§. cùm ita.vbi erant plures ſtipula-
tiones.d.l.ſcire debemus. j. eod. & committitur
integra pœna.& in d.§.ſi plurium.erât niſi vna,&
non committitur in effectu: ergo fortiùs deberet
quis teneri ad integram pœnam in pluribus fa-
ctis quàm in vno. Nam reſpondeo, quòd in d.§.
cùm ita.illud ſtatuitur non propter pluralitatem
ſtipulationum,ſed propter præſumptam volun-
tatem contrahentium,quæ colligitur ex proprie
tate verborum propter copulam,vt ſuprà decla-
raui.Et ita fortè ſenſerunt moder. repet.hîc,licet
ita non declarent,& iſtam puto veritatem. Circa
diſtinctionem Bart.in quantum vult, q;, qñ quis
eſſet impeditus ex caſu ſuperuenienti, excuſare-
tur à pœna, intellige iſtud, quando fuiſſet facta
proteſtatio de impedimento per promiſſorem,
ita q; appareat, q; ſi non fuiſſet impeditus,adim-
pleuiſſet, ſecundum Bartol.in l.qui commeatus.
ff.de re milit. & Car.Alexan. in c. ex ratione.col.
iiij.verſ. viſis impedimentis. extra de app. & per
modern.hîc. Cætera vide per Alexā.in l.q; te.ff.ſi
cer.per.& alios hîc.In xj. oppoſ. Bart.de c.ſuam.
extrà de pœn. concludit Bar. q; de iure canonico
tam in obligationibus dandi quam facti diuidui,
committitur ſtipulatio ad pœnam ſolùm pro ea
parte,pro qua fuit contrauentum, non autem in
totum.Et ita intelligit Bart.tex.in d. c. ſuam. vbi
Innoc. & idem tenet in l. v.§. fin.j. eo. & in d.§.ſi
plurium. & eſt communis concluſio Canoniſta-
rum, vt hîc per Alex. & Aret. & ſic eſt differentia
125 inter ius canonicum & ciuile. Et eſt ratio, † quia
ius canonicum mitiùs procedit in pœnis. & pro
hoc facit, quia nos videmus, q; de iure canonico
licitum eſt emphyteotæ,qui non ſoluit debitum
canonem celeri ſatisfactione,poſt tempus ſtatu-
tum moram purgare,ad euitādum pœnam. c. ꝓ-
pter. & c. potuit. extra de loca. q; non eſt de iure
ciuili.Secūdò fa.q; not.Ioan.And.in c.ij.de feud.
in nouella.& Bald.in c.j. §. aut ſi libellatio,quib. L. 4.
mod. feu. amitt. cum concord.per Iaſo.in l.iij.in Eadem di
pen.charta.C.de iure emphyt.vbi de iure canoni cemus.
co emphyteota alienans, nūquam cadit niſi pro §. Cato li
parte alienata, & tamen ſecus eſt, de iure ciuili, bro xv.
ſecundum eum. ſcribit.

Tertiò fa.gl.in c.fraternitatis. xij.q.ij.vbi in fo
ro conſcientiali pœna legalis furti non habet lo-
cum, ſed ſatis eſt reſtituere rem, & ſic quatenus
A intereſt damnum paſsi: & ſequuntur canoniſtæ
in c.j. extrà de conſti.Quartò facit,quia ſacerdo-
tibus & huiuſmodi viris,qui tenentur conſcien-
tiam ſequi,ſemper admittitur purgatio moræ, ſi
eorum non interſit, etiam poſt litem conteſtatā,
ad finem euitandi pœnam,vt conſuluit Bal.con-
ſil.cxiiij.incip.ſuper primo.in v.vol. Quintò fac.
quod not.Hoſti.& Abb.in c. dilecti.extrà de arb.
vbi volunt, quòd de iure canonico non debeat
exigi pœna contumaciæ vel contemptus vltrà
B quam interſit. arg. d. c. ſuam. quod tamen ſecus
eſt de iure ciuili. Sextò facit, quod ſ.vidimus in
vj.oppoſ.Quia in caſibus in quibus in contracti-
bus bonę fidei non committitur pœna, niſi reſpe
ctu contrafacientis in factis indiuiduis,idem eſt
etiam in foro canonico, in quo omnes cōtractus
ſunt bonæ fidei:vnde in eis indiſtinctè dans doli
cauſam contractui, annullabit eum ipſo iure, ſe-
cundum Ioan.Fab.in §.actionum.Inſti. de act.de
quo tamen dic vt ſ.dixi. Septimò fa. regula gene
C ralis, quia in foro canonico ſemper attenditur ę-
quitas,non autem rigor.c.dilecti. extra de iud.c.
j.de dol.& contu.cum ſimil. ſed iſtæ pœnę viden
tur q; debeantur de quodam rigore. d.c. ſuam.Et
per iſta ſatis videtur confirmari communis opi-
nio legiſtarum hîc,quæ tamen apud me eſt valde
dubia, & contra eam moueor aliquibus rationi-
bus:& primò,quia iſtę pœnę debentur in totum,
quamuis niſi ꝓ parte contrafiat ex voluntate cō-
trahentium, quia videntur contrahentes hoc e-
D giſſe. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff.fam.
erciſ.d.l.v.§.fin.& d.l. ſi ſeruus.§.ſi plurium.& d.
l.ſi is qui ducenta.§. cùm ita. Vnde videtur,quòd
pœna debeatur etiam de iure canonico,quia ma-
xima æquitas eſt vt ſeruentur promiſſa. l. j. ff. de
pact.†Et vbi agitur de attendendo promiſsis,ius 126
canonicum etiam magis obligat quàm ciuile. c.
j.extrà de pact. & hoc etiam probatur xj.quæſt.j.
c.Sylueſter.vbi magis punitur filius,qui non ad-
implet voluntatem patris defuncti de iure cano-
E nico ( quia de eo iure amittit omnem hæredita-
tem) quàm de iure ciuili, vbi retinet ſaltem legi-
timam.auth.hoc amplius.C.de fideicomm.& ſe-
quitur Bart.in tractatu differentiarum iuris ciui-
lis & canonici.in lxvij.differentia. Et eſt ratio,
quia filius adeundo hæreditatem videtur ſe obli
gaſſe ad hoc,vt per Abb. in c. licet. extra de voto:
& ſecundum hoc tex.in d.c.ſuam.nihil obſtabit.
quia loquitur in pœnis appoſitis ab arbitro,in q-
bus non cadit veriſimilis conſenſus partis,vt per
F Bar.in l.furti.§.fi. ff.de his qui not. infam.Secun-
dò contra iſtum intellectum obſtat ille tex.Nam
ibi fuerat contrauentū ꝓ parte non ſoluendo ſe-
ptem libras reſtantes, & tamen ibi epiſcopus ꝓ-
hibetur petere pœnam etiam ꝓ rata, ꝓ qua fue-
rat contrauentum: cuius contrarium vult Bar.&
Doct.Vnde puto aduertendum,quia iſte intelle-
ctus Bart. licet hîc teneatur à pluribus ſcribenti-
bus,tamen ſi conſiderentur bene dicta canoniſtæ
rū,non videtur cōmunis ibi,ſed Canoniſtę variāt
inter ſe,dando varios intellectus. Et licet Innoc.
ibi

ibi ſequatur opinionem Martini, quòd indiſtin-
ctè tam in obligationibus dandi, quàm facti diui
dui, ſemper obſtet exceptio pro parte adimple-
ta, tamen Innocen. non aperit, quòd iſtud teneat
per d. c. ſuam. imò Abb. ibi declarando Innoc. te-
net quòd d. c. ſuam. pcedat, quia maior pars debi
ti erat perſoluta. Colligendo ergo dicta Canoni-
127 ſtarum fac regulam, † quòd de iure canonico pœ-
na in totum poteſt peti tam in obligationibus
dandi quam faciẽdi, ſi in totum principalis pro-
miſsio non fuerit obſeruata [a]. Fallit primò, quan
do quaſi totum principale debitum eſſet ſolutũ.
& ita intelligit Abb. d. c. ſuam. Secundò fallit,
quando nihil intererat creditoris, ſecundum in-
tellectum Hoſtienn. ibi. Tertiò fall. quando in
perſona debitoris ſuperuenit difficultas, ſecun-
dum alium intellectum, quem refert Imola in d.
c. dilecti. Nam licet de iure ciuili difficultas ſu-
perueniens non excuſet debitorem quantitatis,
vt per Bart. in l. continuus. §. illud. j. eod. tamen
ſecus eſt de iure canonico, per illum text. Quar-
tò fall. quando creditor ſpõtè recipit partem ſor-
tis, non facta proteſtatione, quòd intendebat ius
ſaluum ſibi eſſe quoad pœnam: cùm enim nõ co-
geretur recipere partem, l. tutor. §. Lucius. ff. de
vſur. ſi accepit, videtur ſibi præiudicaſſe. Iſtum
intellectum tenet ibi Maria. Socin. & idem Ma-
ria. conſil. xviij. in ij. colum. & eſt de mente gl. i-
bi, quæ gl. reprobatur ibi per Abb. & puto quòd
ille intellectus non ſit verus, quia imò creditor
recipiens partem ſortis etiam non facta proteſta
tione, ſibi non præiudicat. arg. l. in executione. §.
pro parte. j. eod. & declaraui ſ. in §. & harum. in
ij. notab. & in effectu nimis reſtringeretur. l. v. §.
fin. j. eod. Quintò fall. quando pœna eſſet nimis
exceſsiua. ita illum text. intelligit Raph. Com. in
conſil. clxxix. incip. facta.

Sextò fall. quoad purgationem moræ ad eui-
tandam pœnam. Nam in illa parte, quæ non fuit
adimpleta, admittitur purgatio moræ, licet adſit
dies & pœna. Ita illum text. intelligit Rom. Aret.
& modern. hîc. quæ tamen opinio eſt dubia, quia
cùm ibi lata eſſet ſententia, nõ videtur quòd am-
pliùs poſſet purgari mora, vt not. in l. inſulam. j.
eo. Septimò fallit, quoad perſonas eccleſiaſticas,
quia ſi exigunt integram pœnam, redduntur ſu-
ſpecti auaritiæ, ſecundum alium intellectum,
quem refert Imol. in d. c. dilecti. & iſtum intelle-
ctum ſequitur Aretin. & And. Sicul. hîc: & pro
hoc facit, quia niſi ità intelligeremus admiſſa o-
pinione Bartol. & Doctor. ſequeretur, quòd i-
ſta opin. eſſet ſeruanda etiam in foro ciuili, quia
ille text. fundatur ſuper peccato euitando, ibi,
*inhoneſtis quæſtibus anhelando*. Vnde in tali caſu, l. ca-
nonica attenditur etiam in foro ciuili, vt not. in
l. priuilegia. C. de ſac. ſanct. eccl. & in c. fin. extra
de præſcript. vnde dicẽdum eſſet, quòd ille quæ-
ſtus cenſetur inhoneſtus, quoad perſonas eccle-
ſiaſticas tantùm in foro canonico. & ita declaran
da eſſet opin. Bart.

Octauò fall. quando tunc ſolutum eſſet de ſor-
te principali, quod non poſſet imputari in pœnã:
quia illud quod eſſet ſolutum, excederet quanti-
tatem pœnæ, ſecundum modern. repet. hîc, qui
ita intelligunt illum text. Nam etiam de iure ciui
li licet aliqua parte non ſoluta committatur pœ-
na, tamen quod ſolutum eſt compenſatur in pœ-
nam. l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. gl. in l. v. §.
fin. j. eod. & in l. in executione. §. pen. j. eo. ſed in
d. c. ſuam. erat ſolutum de ſorte principali plus,

a Adde quòd ita tenet Innoc. & Abb. d. c. ſuã. & idem Abb. in c. dilecti. col. iij. in fi. verſ. ſexta. de arbit.

quàm importaret pœna, vnde non potuit ille epi
ſcopus conſequi pœnam. Sed tu aduerte, quia i-
ſta opinio non poteſt procedere, quia aut ipſi in-
telligunt de pœna poſita in compromiſſo, & illa
non compenſatur, imò vtrunque exigitur. l. ſi
quis rem. ff. de arbit. per Bartol. in l. ſi inſulam. in
ij. q. j. eod. Aut intelligunt de pœna appoſita ab
ipſo arbitro, & adhuc non poteſt procedere d. o-
pinio. Nam quando pœna eſt appoſita in defe-
A ctum principalis, bene fit talis compenſatio. &
ita procedunt iura per eos allegata. Sed in caſu
noſtro pœna erat ſolùm appoſita, vt puniret mo-
ram temporis, vnde vtrunque debuiſſet exigi, ex
quo ita videtur actum ab arbitro: nam aliàs illæ
triginta libræ non fuiſſent pœna, ſed commodũ,
ex quo debitor potuiſſet ſtare in mora vt ſolue-
ret niſi pœnam, quia erat minor ſorte, & ſic fuiſ-
ſet lucratus ex ſuo delicto. Nono iſtum text. ali-
ter intelligit ius, iungendo aliquos ex ſupra ſcri-
B ptis intellectibus, quod non probo, quia text. nõ
ſe fundat ſuper omnibus illis rationibus. † Nec 128
vbi lex aliquid dicit enarrando factum licitum,
eſt arguere à ſola talis facti conſideratione, ſecun
dum gl. in l. vnic. C. quando non peten. part. &
ſic circa intellectum illius text. apparet quanta
varietas opinionum ſit, & ſine dubio illi intelle-
ctus confunduntur ex ratione text. qui ſimplici-
ter ſe fundat, quod ille quæſtus eſſet inhoneſtus.
Vnde ego adhærendo rationi text. aliter intelli-
C go: nam cùm arbiter ibi condemnaſſet illos cle-
ricos ad dandum XL. libras epiſcopo ſub pœna,
epiſcopus non poteſt pœnam petere, quia vide-
tur eſſe appoſita in fraudem vſurarium, ex quo
pœna erat appoſita dationi quantitatis. l. Iulia-
nus. §. idemque. ff. de actio. empt. Bartol. in l. ij. ff.
de his quæ pœnæ nom. Doctor. in l. rogaſti. §. ſi
tibi. ff. ſi cert. petat. & licet pœna appoſita in com
promiſſo cenſeatur adiecta propter contem-
ptum. l. ſi quis rem. ff. de arbit. tamen ſecus eſt in
D pœna appoſita in laudo [b] per ipſum arbitrum,
quando habet facultatem apponendi, iuxta no-
tata in l. non omnibus. ff. de arbitr. Et pro hoc
facit, quia videmus quod neque teſtator poſſet
grauare hæredem ad dandum quadraginta li-
bras; & niſi daret, apponeret pœnam triginta,
quia iſtud eſſet in fraudem vſurarum. l. iij. §. fin.
ff. de annuis legat. Bartol. in l. ij. ff. quod pœnæ
nomin. [c] & eſt communis opinio, vt per Iaſon.
in l. cunctos populos. C. de ſum. trinit. & fide ca-
E thol. facit quod notat. in l. j. C. de ſenten. quæ ſi-
ne certa quan. Et iſte intellectus mihi placet,
tum, quia conuenit rationi text. tum etiam quia
conuenit deciſioni, ex quo text. præſupponit,
quòd nulla pars ipſius pœnæ poſsit peti. In pri-
ma quæſtion. Bartol. videndæ ſunt duæ conclu-
ſiones. Prima eſt. † ſi pœna indiuidua ſit adie- 129
cta facto indiuiduo, committitur ſtipulatio inſo-
lidum contra omnes, quamuis vnus tantùm ex
hæredibus contraueniat. arg. l. ij. §. ex his. ſuprà.
F eod. & cum Bartol. tranſeunt omnes alij. Mo-
dern. repetit. tenuerunt contrarium, quòd imò
committitur [illegible] aduerſus contrafacientem tan-
tùm inſolidum. Mouentur primo, quia in indiui
duis vnuſquiſque hæres poteſt obligari inſoli-
dum ex contractu defuncti. l. continuus. §. fin. j.
eod. ergo debet cenſeri id actum, quia fauorabi-
libus. arg. l. ſemper in ſtipulationibus. de regul.
iuris. Secundò mouentur, quia in facto indiui-
duo vno contrafaciente omnes finguntur con-
trafeciſſe, & ſic omnes tenentur ad pœnam pro
por-

b Adde tamen q contrarium tenet Abbas in d. c. ſuam. in qſt. notab. & in c. dilecti. in verſ. ſexta. de arbit.

c Vide ibi latè per Socin.



portione hæreditaria: ſed quando pœna eſt indi-
uidua, ex quo contraueniens tenetur inſolidum,
& ſic eſt ſuccurſum ſtipulatori, ceſſat illa æqui-
tas vt omnes fingantur contraueniſſe, ergo eti-
am debet ceſſare fictio. l. denique. ff. ex quib. cau-
ſis maior.

Teneo communem opin. per rationem iſtius
text. qui vult quod in indiuiduis quilibet tenea-
tur inſolidum, quia pro parte peccari non po-
teſt: quæ ratio formaliter militat in iſto caſu.
Non obſtat prima ratio modern. quia non vide-
tur vnquam voluiſſe teſtator grauare vnum ex
hæredibus tantum, niſi expreſsè dicat, vt nota-
tur in d. §. fin. & in l. Iulianus. in princip. j. eod.
Sed in caſu noſtro verba ſtipulationis non reſpi-
ciunt grauamen contrauenientis tantùm, ſed
grauamen omnium in caſu quo aliquis contra-
ueniret, nec iſte fauor reſpectu cohæredum con-
ſideratur, ſed potius fauor creditoris, vt poſsit
vno contraueniente agere contra quem velit. vt
notat. in §. ex his. & ibi dixi. Non obſtat ſecun-
da ratio, quia ideo in promiſsione facti indiui-
dui contraueniens faciat alios incidere in pœ-
nam, quia non poſsit contrafaciens obligari ni-
ſi pro parte: nam iſta ſola ratio non eſt vera, quia
imò pœna committitur contra omnes, quia con
ditio ſtipulationis euenit, vt dicit text. in l. in-
ter cohæredes. §. quod ex facto. ff. famil. erciſ-
cund. & cùm pœna ſit diuidua, meritò per legem
XII. tabul. diuiditur inter cohæredes. quæ ra-
tio ceſſat quando eſt indiuidua, quia lex non po-
teſt eam diuidere. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. er-
ciſcund. vnde meritò omnes debent teneri ipſo
iure: & iſtud tantò magis procederet, quando
ille qui contraueniſſet, non eſſet ſoluendo, quia
aliàs reſultaret magnum præiudicium ſtipula-
130 tori. Secunda concluſio eſt, † quòd ſi facto diui-
duo accedat pœna indiuidua, ſolus contrafaci-
ens tenetur inſolidum mero iure, nõ in effectu [a],
quia actor non poterit obtinere contra illum cõ-
trauenientem totam pœnam, niſi offerat æſtima-
tionem pro parte aliorum cohæredum, & ſi i-
ſte reus non poterit præſtare pœnam, erat libe-
ratus ſoluendo æſtimationem pro parte ſua, vt
in ſimili eſt text. in l. cùm filius. in fin. ff. de leg.
ij. & ita tenuit Petrus, & ſequuntur communi-
ter Doctor. Et eſt ratio, quia cùm factum princi-
pale eſſet diuiduum, & iſte contrafecerit, niſi pro
parte, debet commenſurari pœna delicto. l. reſcri
ptum. ff. de his quibus vt indig. & conſequenter
non debet in effectu teneri, niſi pro parte. Con-
trarium tenet Angel. Imol. Raph. Com. Paul. de
Caſtr. Pet. de Beſut. Iaſon. & modern. repetunt
& concludunt quòd iſte contraueniens ſolus
debet teneri inſolidum etiam in effectu, quia
quantum eſt in ſe, peccauit inſolidum. arg. l. in
commodato. §. ſi ex facto. ff. commod. Sed iſtud
argumentum non procederet, niſi quando iſte
doloſè contraueniſſet, vt oſtendi ſuprà in vj. op-
poſ. quia tunc diceretur inſolidum peccaſſe. Mo
uentur etiam alijs rationibus quæ parum vr-
gent. Tu adde, pro iſta opinione, quàm puto
veriorem, facere text. cum ibi notatis, in c. j. §. ſi
131 vaſallus. hîc finit lex Conrad. in vſib. feud. † v-
bi ſi vaſallus perdit feudum ex culpa, non tene-
tur dominus offerre æſtimationem melioramen
torum quæ ſunt inſeparabilia à re: ſecus ſi ſine
culpa vaſalli aperiatur feudum domino, licet in-
diſtinctè, ſi melioramenta eſſent ſeparabilia, do-
minus ea non lucraretur, vt ibi per Cardin. Ale-

a Iſta quæſtio loquitur in plurib. hæredibus quid in plurib. principalibus? dic idem, ſecundum Hieronymum Tor. hic.

xand. [b] Ad idem facit, quia verba ſtipulationis
non important aliquo modo, quòd agens debe-
at offerre æſtimationem, ergo omiſſum haben-
dum eſt pro omiſſo. l. quicquid. j. eod. Ad idem
facit, quia propter indiuiſam naturam rei, licet
quis deliquerit niſi in parte, tamen perdit to-
tum, nec agenti incumbit onus offerendi æſti-
mationem, vt eſt text. in l. j. §. quamuis. ff. ſi quid
in fraud. patr. & in l. interdum. ff. de aq. plu. ar-
A cend. facit l. filiusfamiliâs. in l. ſi quid alicui. in
verbo, licitè. de leg. j. Et ex hac ratione tollitur
argumentum Doctor. dum dicunt pœnam com-
menſurandam delicto: nam iſtud non procedit
in indiuiduis. d. l. interdum. vnde in caſu d. l. cùm
filius. cum ſimil. non arguebatur aliqua culpa
debitoris, prout eſt in caſu noſtro. Fortiùs di-
ſputatiuè poſſet teneri opinion. Bald. notat. hîc,
quòd imò in propoſito caſu committatur ſtipula
tio inſolidum contra omnes. pro qua opin. addu
B co, quia contractus dicuntur indiuidui pluribus
modis, & præſertim ratione rei, vt per Bart. in l.
græcè. §. illud. j. de fideiuſſ. Vnde cùm reſpectu
pœnæ obligatio ſit indiuidua, debemus ſtare re-
gulæ vt quilibet teneatur inſolidùm: videtur e-
nim iſtud actum ex volũtate tacita partium, quæ
regulatur ſecundum naturam rei promiſſę. l. pro-
prium. ff. commu. præd. & conſequenter videtur
promiſſor obligaſſe hæredes ſuos, vt caſu quo v-
nus contrafaceret, tenerentur omnes ad pœnam
C indiuiduam. Pro eadem etiam opin. facit, quia
quando principale factum eſt indiuiduum, pœ-
na verò diuidua, talis pœna regulatur ſecundum
naturam ſuam. text. eſt hîc, & per Bart. in j. oppo
ſit. ergo idem deberemus dicere in caſu contra-
rio. arg. l. fin. §. fin. de leg. iij. Nec obſtat fundamẽ-
tum Petri de iſto text. dum hîc dicitur, quòd ſi
pœna ſit adiecta facto diuiduo, ſemper eſt indiui
dua, ergo indiuiduitas pœnæ in noſtro caſu non
debet operari aliud, niſi vt teneatur ſolus con-
D trafaciens: nam iſta ratio non concludit, quia
quando pœna eſt diuidua, tunc committitur niſi
pro parte, quia de natura rei hoc eſt, & promiſſor
videtur promittere ſecũdum naturam rei. l. cùm
quid. ff. ſi cert. pet. l. ita ſtipulatus, magna. j. eod.
vnde ſi pœna ſit indiuidua, natura rei ſuadet, vt
committatur contra omnes: mihi tamen magis
placet opin. Ang. vt ſ. dixi.

In ſecunda quæſtion. Bartol. † nunquid ſtipu- 131
latio de defendendo ſuper vna actione ſit diui-
E dua, fac concluſionem, regulariter eſſe indiui-
duam. l. ex clauſula. infrà, iudicat. ſolu. l. cùm ex
cauſa. j. eod. & §. fin. j. ead. l. l. ſi cum vno. ff. ſi ex
noxa. cauſ. ag. & iſtud procedit tam in princi-
pali quàm in ipſis hæredibus, & ita communi-
ter tenetur. Adde quòd Raph. Comm. hîc tenet
contrarium: mouetur, quia agere & defendere
ſunt correlatiua: ſed ſtipulatio de agendo eſt di-
uidua, vt hoc text. in fin. ergò etiam idem de-
bet eſſe de ſtipulatione de defendendo. Ad-
F de pro confirmatione iſtius argumenti: nam ex-
cipere eſt defendere. c. ſignificauerunt. de exce-
ptio. l. non prohibentur. vbi Bald. C. qui accuſ.
& exceptio eſt propriè defenſio. ſecundum Ab-
bat. in rubr. extra de except. excipere autem &
agere ſunt correlatiua. l. j. ff. de except. ergo de
eis debet eſſe idem iudicium. l. fin. C. de indic.
vid. toll. Et iſto modo probatur, quòd iſta ſint cor
relatiua, quicquid dicat Iaſ. hîc. Sed reſponde ad
iſtud argumentum, quòd aut Raph. loquitur de
ſtipulatione non agendi ad rem diuiduã, & tũc i-
dem

L. 4. Eadem dicemus. §. Cato libro XV. ſcribit.

b Adde qd notatur in c. j. in princ. de duob. fratrib. de nouo beneficio inueſtitis.

dem eſt etiam de ſtipulatione defendẽdi rem di-
uiduam, quia tunc eſt diuidua, vt j. dicam. aut lo-
quitur de ſtipulatione non agendi ad certam ſpe
ciem indiuiduam, & tunc eſt ratio differentię in-
ter vtrunque caſum, ex quo in dicta ſtipulatione
de non agendo ad certam ſpeciem, nunquam po
teſt habere locum inconueniens §. ꝓ parte. inui-
to ſtipulatore, ex quo ſtipulator incũbit poſſeſ-
ſioni rei, & poteſt reijcere contrauenientem per
A exceptionem, vt declaraui s̃. in notabilib. Secun
dò contra iſtam opi. obſtat tex. in l. cùm à matre.
133 C. de rei vend. † vbi filius hæres matris pro par-
te, poteſt vendicare rem ſuam à matre venditam,
pro ea parte, pro qua non eſt hæres: ergo vnuſ-
quiſque hæres nó tenetur emptorem inſolidum
defendere, aliàs filius non poſſet aliquo modo a-
gere, per regulam l. frater à fratre. verſ. porrò. ff. de
cond. indebit. Et propterea infert Soci. in §. ſeq.
& modern. hîc, quòd aliàs fuit malè iudicatum
B contra filium qui vendicabat partem, & iudex e-
rat motus per doctrinam Bar. hîc. Puto quòd iſti
modern. errent, quia in caſu d. l. cùm à matre. ne-
mo hæredum tenebatur ad defenſionem: quia,
vt expreſsè dicit text. emptor ibi ſcienter eme-
rat rem alienam, quo caſu non poteſt agere de e-
uictione. l. ſi fundum ſciens. C. de euict. firmat
Baldus in l. cùm à matre. & Fulg. conſil. lxvij. in j.
colum. paterfamil. & conſequenter nemo tene-
bitur defendere. Tertiò contra iſtam concluſio-
C nem inſtant mod. reper. quia ſi iſta ſtipulatio eſ-
ſet indiuidua, ſinguli inſolidum tenerentur. l. ij.
§. ex his. s̃. eo. & tamen videmus quòd tenentur
niſi collectiuè. l. in executione. §. inſolidum. d. l.
cùm ex cauſa. j. eod. ponderando dictionem, *om-
nes*, quæ eſt collectiua ſecundum Bar. in l. hoc ar-
ticulo. ff. de hæred. inſtit. Ad idem facit l. ſi rem
quæ apud. §. j. ff. de euict. & ita videtur tenuiſſe
Baldus hîc. Sed tenendo communem reſponde,
quòd licet dictio, *omnes*, de ſe ſit collectiua, tamen
D illa dictio, *inſolidum*, declarat eam, & qualificat vt
ſtet diſtributiuè. Limitatur primò iſta concluſio,
vt non procedat in pluribus hæredibus, qui te-
nentur defendere in re diuidua. Pone, Titius ti-
bi dedit certam ſummam pecuniæ, & promiſit
te defendere in ea quòd poteris eam tenere, nec
cogêris reſtituere alicui, certè eo defuncto reli-
ctis pluribus hæredibus, videtur quòd obliga-
tio diuidatur inter hæredes pro portione hære-
ditaria. & ita tenet Raph. Com. & modern. hîc:
E & licet ipſi præſupponant Bartol. hîc aliter vel-
le, tamen puto, quòd ſit de intentione ipſius,
propterea, quòd in tali caſu ceſſat ratio Bartol.
dum dicit, quòd ideo ſtipulatio de defendendo
eſt indiuidua, quia tantam commoditatem af-
fert pars reſpectu partis, ſicut totum reſpectu to-
tius: certè in iſto caſu ceſſat iſta ratio. Confir-
matur iſta limitatio per notata per Bartol. in ſe-
134 quenti quæſtione, dum vult † quòd exceptio ſit
diuidua ſecundum naturam rei, conſiderato prę-
F iudicio actoris: certè iſtud debet eſſe in caſu no-
ſtro, nec poteſt aſsignari bona ratio differentiæ,
ex quo excipiens dicitur defendere, vt ſuprà di-
xi. Et iſtud idem etiam eſt de mente Bartol. j. in
v. quæſtion. & vltra Bartol. probatur iſta limita-
tio in l. loci. §. ſi fundus. in fin. s̃. ſi ſeruit. vendic.
ibi, *quiſquis defendit, inſolidum debet defendere*, quia di-
uiſionem hæc res non recipit. Et ſic à contrario
ſenſu probat, quòd vbi res recipit diuiſionem,
tunc ſufficiat pro parte defendere. Ad idem eſt
etiam textus in dict. l. cùm ex cauſa. vbi ſtipula-
tio de defendendo in illo caſu dicitur indiui-
dua, quia vt dicit textus, inſolidum defendenda
eſt venditio, cuius indiuiſa eſt natura: ergo ſi res
ſubiecta ſit diuidua, ſecus eſt. Et pro iſta conclu-
ſione etiam facit quod notat. modern. Senenn.
poſt alios. in §. item ſi in facto. ſuprà eod. vbi
concludunt, quòd ſtipulatio, *habere licere*, eſt di-
uidua vel indiuidua, ſecundum naturam rei ſub-
iectæ. Vnde idem dicendum eſt in iſto caſu,
quia in effectu ſtipulatio de defendendo, & ſti-
pulatio habere licere, idem operantur. l. habe-
re licere. ff. de euict. & ſuprà tetigi in vltimo
notab.

Nec obſtat huic concluſioni text. in l. iam ta-
men. §. penultim. j. iudic. ſol. † Vbi pone quòd a- 135
liquis creditor de centum velit agere contra plu
res fideiuſſores, qui promiſerunt de defenden-
do, debent illi compelli ad conſtituendum v-
num procuratorem tantùm. Nam reſpondeo
quòd non ſequitur, ergo obligatio eſt indiuidua.
Imò poſſet vnus, ſi vellet, defendere niſi pro par-
te ſua, alijs negligentibus. l. fin. ff. eod. titul. Sed
ideo ibi quando omnes volunt defendere, de-
bent conſtituere vnum procuratorem, quia lis e-
rat inchoata cum defuncto, & propterea non de-
bet in eadem inſtantia fieri deterior conditio
creditoris, qui haberet litigare contra plures:
ſecus eſſet ſi lis non fuiſſet incœpta cum defun-
cto. l. ſi quis cum procuratorio. §. ſi vnius. de pro-
cur. & in omnem caſum, vt dixi, quamuis tene-
antur conſentire in vnum procuratorem, non
ſequitur per hoc quòd obligatio ſit indiuidua.
Et iſta limitatio eſt vera in pluribus hæredibus,
vel etiam in pluribus principalibus: ſed in vno
principali tantùm, crederem quòd inſolidum
teneretur defendere. arg. iſtius text. in fin. & eſt
de mente Bartol. hîc. & ita procedit l. ex clauſu-
la. j. iudic. ſol. & ſequuntur aliqui modern. hîc. &
facit l. ij. §. & harum. s̃. eod. dum loquitur in ob-
ligatione dandi. Secundò limitatur iſta conclu-
ſio, vt non procedat in eo, qui tenetur defendere
in ſtipulationibus prætorijs, quia tunc etiam,
quòd obligatio ſit indiuidua, tamen committi-
tur tantùm contra facientem. & ita intelligit Bar
tol. in l. ij. §. incertum. ff. de præt. ſtipulat. Vn-
de infertur generalis concluſio, † quòd in ſtipu- 136
lationibus prætorijs ſiue contineant dationem,
ſiue factum diuiduum vel indiuiduum, ſemper
committitur ſtipulatio ad pœnam vel intereſſe
niſi pro parte, contra hæredem contrafacien-
tem. per text. in l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad l. Fal-
cid. Et ita limitatur iſte text. & omnis mate-
ria diuidui & indiuidui, & ſequuntur commu-
niter Doctor. hîc. Et ratio eſt, propter æquita-
tem officij iudicis, quæ vertitur in iſtis ſtipula-
tionibus. & ita intelligit Bartol. text. noſtrum,
dum loquitur de ſtipulatione, rem ratam habe-
ri. Sed aduerte primò, quia iſta intelligentia ad
text. noſtrum non eſt vera, tum quia ſecundum
Bartol. text. noſter poneret caſum ſpecialem de
prætoria ſtipulatione, & tamen expreſsè Iuriſ-
conſultus ponit hîc regulam, non caſus ſpecia-
les: tum etiam, quia falſum eſt, quòd iſta ſtipula-
tio in tex. noſtro ſit prætoria. Quia tunc eſt præ-
toria, quando aliquis promittit pro alio, domi-
num rem ratam habiturum. & ita loquitur d. l.
ij. §. incertum. & totus titul. j. rem rat. hab. ſed
text. noſter loquitur, quando ipſemet dominus
promittit ſe ratum habiturum. Secundò aduer-
te, quia ratio Bart. & communis non videtur ve-
ra,



ra, quia licet in iſtis ſtipulationibus maximè at-
tendatur æquitas, tamen non videtur, quòd iſta
æquitas debeat operari cõtra id, q̧ eſt actũ à par-
tib. l. j. ff. de pact. iſta autem commiſsio pœnæ ſit
ex eo, quia partes ita egerunt. l. inter cohæredes.
§. quod ex facto. ff. fam. erc. & dixi s̃. in vltima op-
poſ. Prętere a oſtendo, quòd æquitas debet potiꝰ
inducere contrarium. Pone, vẽdidi tibi ſeruum,
& promiſi duplum, vnus ex hæredibus meis de-
ſendit, alter non defendit, ſecundum opinionẽ A
communem non committitur pœna niſi con-
tra non defendentem, & ſic reſultabit inconue-
niens. §. pro parte. & expreſſa iniquitas aduerſus
emptorem. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures. ff. de ædil.
edic. quod etiam eſt contra l. ex cauſa. j. eodem
quæ nimis reſtringitur. Præterea iſta ratio con-
funditur ex leg. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis
cautio. ſequendo intellectum Bart. ad illum tex.
Nam ſi iſtud eſſet, propter æquitatetem deberet
committi in totum ſtipulatio ipſo iure, ſed ob- B
ſtaret exceptio de æquitate pro parte, prout eſt
indict. §. ſi plurium. & tamen ſecundum Doct.
hîc non committitur neque ipſo iure. Secundò
confutatur ex l. in depoſiti. ff. depoſ. vbi in con-
tractib. bonæ fidei committitur in totum obliga
tio contra contrafacientem tãtummodo, & hoc
propter æquitatem quæ vertitur in illis contra-
ctibus, vt dicit Bart. s̃. in v. oppoſ. & tamen in ſti-
pulatione, *iudicatum ſolui*, etiam ex clauſula, *dolum
abeſſe*, & in alijs ſtipulationibus prætoriis, Bart.
& cõmuniter Dd. volunt, quòd committatur ad- C
uerſus cõtrafacientem ſolùm pro parte, non in
totum. Et ſic iſta ratio remanet valde dubia, dum
præſupponit, quòd dum ex eadem ęquitate nũc
ſtipulatio committitur in totum, ſed obſtat ex-
ceptio in parte, nunc nó committitur niſi aduer-
ſus contrafacientem inſolidum, nunc non com-
mittatur in parte. Certè non poteſt aſsignari ra-
tio differentiæ inter iſtos caſus, & communiter
Bartol. non poteſt defendi. Tertiò aduertendũ
eſt, quia iura per Bart. allegata non probant eius D
intentionem: & certè cùm hîc agatur de tam dif-
fuſa limitatione, non debemus recedere à regula
niſi euidentiſsimè probetur iſta limitatio. Et pri-
mò text. in d. §. Iulianus. nihil obſtat, quia non
loquitur quando ſtipulationi prætoriæ fuiſſet
ſubdita pœna, prout eſt noſter caſus, imò ille tex.
loquitur in modo reſpectu intereſſe: & eum ita
intellexerunt communiter omnes antiqui vſq;
ad Bartol. & etiam Bartoluſmet in d. §. Iulianus.
ita eum intelligit: & ille eſt verus intellectus, tũ E
quia de natura ſtipulationũ prætoriarum eſt, ut
contineant ſimplicem ſatiſdationem, & in ali-
quibus caſibus repromiſsionem, non autem pœ-
nam. l. j. §. ij. j. de præt. ſtipulat. tum etiam quia
Iuriſconſultus arguit de cautione prætoria, quã
præſtat legatarius hęredi propter Falcidiam: cui
cautioni non ſubditur pœna, ſed eſt ſimplex ſa-
tiſdatio, quæ committitur ad ſolam æſtimationẽ
l. j. in prin. & l. ij. & ſeq. ff. ſi cui plus quàm per l.
Falcid. tum etiam quia in pœna ceſſat ratio. Nam F
in cautionibus prætoriis ideo ſuccurritur pro-
miſſori, quia promittit ex neceſſitate. l. ſi fideiuſ
ſor. §. j. ff. qui ſatiſdar. cog. ſed pœna non com-
mittitur ex neceſſitate. & fa. gloſ. in l. in conuen-
157 tionalibus. j. eodem. Nec oſtat illa clauſula, †
*omnes prætorias ſtipulationes*, &c. quia illa vniuerſa-
lis dictio intelligitur ſecundum terminos in le-
ge poſitos, & ſecundum naturam rei cui additur,
vt not. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. & de
iſta dictione notat Ant. de But. cõſi. xix. quia hîc L.4.
agitur. & Ang. conſil. vj. lata eſt ſententia. Vnde Eadem di
dum dicitur omnes prætorias ſtipulationes ac- cemus.
cipere eandem interpretationẽ intellectus, in- §. Cato li-
tellige, qui interponitur ſecundũ naturã ſuã, nõ bro XV.
autem quando additur pœna. Nõ obſtat quòd ſcribit.
non videatur facienda differentia inter pœnam
vel intereſſe, ex quo in prætoriis ſtipulationibus
pœna ſemper reſpicit intereſſe, vt per Bartol. &
A Doct. in l. ij. §. item ſi in facto. s̃. eodem. & Ang. in
l. ij. & ibi Doct. verſi. fin. ff. ſi quis in ius voca. non
ier. Quia iſtud eſt verum quando nihil penitus
intereſt, quia tunc in prætoriis ſtipulationibus
non committitur pœna: ſecùs ſi aliquid, quia
committitur tota pœna, vt per Bart. s̃. in ix. opp.
Et eſt magna ratio differentiæ inter intereſſe &
pœnam, quia quando quis ſtipulatur pœnam,
verbum importat, committatur. d. l. inter cohęre
des. §. quod ex facto. ff. famili. erciſcund. quod
non eſt in intereſſe. Et iſta opinio mihi videtur
B verior. Fortiùs credo quòd textus in d. §. Iu-
lianus. nihil penitus faciat in propoſito, quia vt
dicit hîc Aretin. ille text. ſolùm fuit factus ad
oſtendendum, quòd cautiones prætoriæ non
proſint niſi eas interponenti pro portione ſua,
aliàs Iuriſconſultus ibi malè argueret de primo
caſu ad ſecundum, vt hîc latiùs oſtendit Aret. &
credo eſſe verum intellectum.

Non obſtat, quòd Iuriſconſultus ibi videatur
velle ponere aliquam ſpecialitatem in illis præ-
C toriis ſtipulationibus. quia vltra Aretin. dico,
quòd idcirco Iuriſconſultus dicit omnes præ-
torias ſtipulationes eiuſdem eſſe interpretatio-
nis, vt non quæratur ſtipulãti niſi pro parte ſua,
quia videbaẗ quòd imò debuiſſet etiã quæri cæ-
teris cohæredibus: quia cùm in pari cauſa vide-
baẗ quòd contractus vnius debuiſſet etiã alteri
prodeſſe, ex quo in ſtipulationib. prætoriis po-
teſt quis acquirere alteri actionem etiam ſine ceſ
ſione. l. in cauſæ. §. fin. ff. de procur. l. in omnib. ff.
D de præt. ſtipulat. gl. in §. ſi quis alij. Inſtit. de inu-
til. ſtipulat. Vnde, ex quo cauſa erat cõmunis, vi-
debaẗ q̧ tacitè ex natura rei ageretur, vt etiã alte-
ri quæreretur, & tex. decîdit contrarium, quia de
natura illarum ſtipulationũ eſt, vt proſint eis in-
terponentib. tantũ. Et credo q̧ iſte intellectus ſit
verior, ſecundũ quem ille tex. nihil facit pro Bar
tol. Nec obſtat q̧ contra hunc intellectum addu-
cunt moder. quòd imò in caſu d. §. Iulianus. ſtipu
latio inceperat à teſtatore, & erat transfuſa in hę-
E redes: quòd probatur ex illis verbis, ſiue à parte
actoris, ſiue ex parte rei plures hęredes extitiſsẽt.
Nã illa verba probãt, quòd defunctus erat actor
vel reus, & per conſequens lis erat cõteſtata. l.
amplius non peti. j. rem ratam habe. gl. in l. ſi po-
ſtea. de pign. act. & tales cautiones præſtari ſo-
lent ante litem conteſtatam. l. proponimus. §. in
his. ff. de procur. Nam reſpondeo, quòd Iuriſcõſ.
loquitur ibi, quando cœptum erat iudicium, &
mortuus erat actor vel reus ante præſtitam cau-
F tionẽ: nam tũc propriè militat ratio dubitandi,
quam ſuprà retuli: ex quo enim omnes hære-
des tenentur proſequi. l. vbi cœptum. ff. de iud.
cauſa erat cõnexa. & videbatur, quòd cautio pro
vno interpoſita prodeſſet omnibus tamen text.
decîdit contrarium. Iſta ratio dubitandi non eſt
ita efficax, quando lis non fuiſſet aliquo modo
cœpta viuente teſtatore, quia tunc non eſſet tan-
ta cõnexitas, vt declarat Bartol. in d. §. ſi tamen.
in l. cùm tamen. j. iudica. ſol. & in l. ſi quis procu-

ratorio.§.vnius. ff. de procur. Nec etiam opin.
Bartoli probatur in l.ſecunda.§. incertum. ff. de
præt.ſtipular.quia Iuriſconſult. ibi loquitur tan
tummodò, an hæredes teneantur inſolidum ad
intereſſe, ex quo principalis tenebatur: & con-
cludit quòd non, quia intereſſe eſt diuiduum.
Nec illa aduerſatiua, *quamuis*, poteſt aliquo mo-
do importare differentiam de prætorijs ſtipula-
tionibus ad aliàs, vt hic latiùs per mod. Quartò
aduertendū eſt ad intellectū Bart. in l. cū ex cau-
ſa.ī.eo.dum Bar.eum tex.reſtringit, quando ſti-
pulatio non eſſet prætoria, veluti quādo interpo
nitur pro rebus precioſis venditis. l. emptori. ff.
de euict. Nam iſte intellectus euidenter cauillat
illum tex. Quia non fundat ſe in illa ratione: ſed
quia natura venditionis eſt indiuiſa. & eſt contra
tex.in l.j.§.pe.ī.de præt.ſtipul. Quia generaliter
ponit ſtipulationē duplæ inter prætorias ſtipu-
lationes. Vnde dic, ꝙ indiſtinctè ſtipulatio duplę
eſt prætoria origine.d.l.j.ſed quia poteſt ea actio
etiam exerceri nedum ſub prætore, ſed etiam ſub
alijs iudicibus dicitur eſſe cōmunis.l. v. in princ.
ī.eod. reſpectu exercitij. vt aliàs declaraui in Pa-
radoxis lib.j.cap. j. & dicam in l. ſequenti. Et ſic
ſit expedita iſta ſecunda limitatio. Tertiò limita
hanc cōcluſ. vt nō procedat in eo q tenet̃ defen-
dere in varijs actionibus, ſecūdum gl.in d.§. ſi ta-
mē plures. & per Bart.hîc. Quartò limita in plu-
ribus hæredibus ſtipulatoris ſecundum Rapha.
Cō.in §.ſeq.per illum tex.quæ limitatio cōmuni-
ter nō tenetur, vt ibi per moder. Quintò & vlti-
mò limita, vt ſtipulatio de defendēdo ſit diuidua
voluntate creditoris, ſecundum Bart.hîc, & mo-
dern. facit l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.
138 In tertia quæ. Bart.cōcludit, & ſequunt̃ Doct. † ꝙ
promiſsio de non excipiendo eſt diuidua, ſicut
etiam promiſsio de non agendo, per iſtum tex.
hîc. Fallit vbicunque ex exceptione particulari
præiudicaretur in totum: quod vltra Bartol. po-
teſt exēplificari in vno ex puribus dominis fun-
di ſeruientis, contra quē agitur confeſſoria: nam
talis exceptio præiudicat in totū.l.loci corpus.§.
ſi fundus.ff.ſi ſer.vēd. & pro hac limitatione Bar.
adducit duo exempla, quæ ſunt ſatis dubitabilia.
Videamus nunquid vera ſint. Et primuū exemplū
eſt in caſu l. filiusfamiliâs.§.veterani.ff.de procu.
Pone, aliquis promiſit militi, ſe illi tanꝙ procu-
ratori Titij daturū centum, ſine aliqua exceptio-
ne: promiſſore mortuo miles tanquā procurator
Titij conuenit omnes hæredes promiſſoris: ſi
vnus excipiat eum nō poſſe eſſe procuratorē, iſta
exceptio in totum noxabit, ſecundum Bart. hîc,
& ſequunt̃ omnes Doc. Sed tu aduerte, quia videt̃
ꝙ Bar.malè loquat̃, per ratiōes. Prima eſt quia vt
dicit Aret.hîc, nō eſt verum in iſto caſu, ꝙ excep-
tio pręiudicet in totū, quia imò nō pręiudicabit
niſi pro parte opponentis. eſt verum quòd iudex
ex officio poterit repellere agentem in totum,
quia vbi eum cognouerit eſſe militem & ſic de-
pręhenderit inhabilitatem perſonæ, poterit eum
reijcere.c.j.extra de accuſ. & notatur in l. vbi pa-
ctum. C. de tranſactionibus. Confirma iſtud ar-
gumentum, quia ad hoc quòd aliquis incidat
pœnam, debet ipſe contrafacere immediatè &
de directo non autem ſimpliciter præſtitiſſe oc-
caſionem. argu. l.ij.ff.de conditio. & demonſtra-
139 tio. Et eſt ratio, † quia effectus regulariter cau-
ſæ immediatæ tribuuntur, non autem mediatæ.
l. ſed ſi plures.§.in arrogato.ff. de vulg. & pupil.
l. ſi mulier. §. j. ff. rerum amotarum. Baldus in
l. ſub prætextu. prima. C. de tranſact. facit quòd
not. Sal. & Aret. poſt alios in l.iiij.C. de ſacroſan.
eccle.vbi ademptio priuilegiorū eius qui imme-
diatè ea impetrauit, non trahitur ad eos quia ea
cōſecuti ſunt mediatè. Cōfirmatur etiā, quia nō
debet cenſeri iſte miles in totum excluſus per ex-
ceptionem iſtius hæredis, ex quo etiam ſi vellet
ipſe, miles, non admitteretur, vt declarat Bart.in
d.§.veterani. & per Feli.in c. nulli.in ij.col. extrà
A de accuſationib. Sed tamen putò veriorē eſſe cō-
munē opin. quia cùm iſte oppoſuerit exceptionē
inhabilitatis perſonæ, iſta exceptio eſt indiui-
dua, quia non poteſt quis pro parte eſſe habilis,
& pro parte nō, vt per Bal.in l.ſi quis.teſtib. C. de
teſtib. Imol.in l. qui teſtam .ff. de teſtam. Bald. &
Imol in l.ad teſtium.§.cōditionē.ff. de teſtam. &
propterea ſi iſta exceptio probetur, reſultat no-
torium iudici, quòd ille in totum eſt inhabilis.c.
cùm olim. extrà de verborum ſignificat. quia
B etiam deducta in exceptionibus. faciunt noto-
rium, vt per Abb. in c.ij. in penul. char. extrà de
ord.cog.vnde cùm ſit notarium, debet iudex eū
omnino repellere, vt not. per Odoſ. Azo. Bal.
Salic. & Alex.in l.vnica. C. vt quæ deſunt aduo.
Bal.in l. quos prohibet.ff.de poſtul. etiam ſi non
fuit imploratū ſuum officium quo ad partes alio-
rum, pręſertim cùm iſta exceptio reſpiciat publi-
cam vtilitatem, vt per Bart.in l. iiij. §. hoc autem
iudicium.in ij. oppoſ.ff. de dam.infe. Et propte-
C rea malè inferunt hîc moder. ꝙ Bart.velit, ꝙ ex-
cluſus ab excipiendo, cenſeatur excluſus ab im-
ploratione officij iudicis, de quo per Bar. in l. j.
§.praui. ff. quod ui aut clàm. & Ioan.de Imol.in l.
fin.ff.à quibus.appel.non licet.cum concord. Et
ex his tollitur ratio in contrariā facta: nam cùm
iſta repulſio in totum, ex neceſsitate ſequat̃ pro-
pter exceptionē in parte, cauſa mediata habet na
turā immediatæ, vt per Bal. in c. imperialem. §.
inſuper.de prohib.feud.alie.per Fed. & quod no-
D tat Bar.in l.j.in ij.col.ff.de mand.prin. Secunda
ratio cōtra Bar. vrget, quia præſupponit valere
conuentionē, quòd quis nō opponat de inhabi-
litate perſonæ quòd miles ſit: nā iſtud videt̃ fal-
ſum, ex quo talis conuentio eſſet contra publicā
vtilitatem.arg.l.iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de
pact. vnde non valeret neque cōuentio pœnalis.
l.Seius & Augerius.ff.ad l.Fal.l.nō dubium.C.de
legi. & moder.repet. hîc.Iaſ.fatetur hîc non vale-
re tale pactū in ſpecie, ſed in genere ſic: & ita ſal-
E uat Bartol. Sed puto quòd tale pactū nō valeret
neque in tali caſu, † quia quod in ſpecie fieri pro- 140
hibetur, cenſetur etiam prohibitum in genere, vt
declarat Paul. de Caſt.in l.j.ad fi.princ.ff. de offi.
eius cui. Abb. in c. ex literis. in vlt. col. de iure
patr. Imò promittens non opponere aliquā exce-
ptionem, non intelligitur de hac, qui in genera-
li pacto non videtur quis intellexiſſe de conuen-
tione contra publicam vtilitatem. c. in generali.
de regu. iur. Item promittens in genere non op-
F ponere exceptiones non videtur intellexiſſe de
reſpicientibus inhabilitatē perſonæ, vt per Bart.
in d.§. & praui. & per Bald. conſ. ccxciij. & conſ.
ſeq.in.iij.volu.vbi ſtante ſtatuto remouente om-
nes exceptiones, non videtur remota exceptio
inhabilitatis perſonarum. & idem tenet Anchar.
conſ.clxvj.viſis diligenter. & quod not. Felin. in
c.paſtoralis.in iij.colum.de except. ergo idem in
pacto, arguendo de ſtatuto ad pactum, ſecun-
dum gloſſ. in rub.C. de decret. decur.lib. x. Mo-
der. hîc fatentur de plano, quòd exemplum Bart.
non eſt



non eſt bonum, ſed vt dicit Philoſophus, exem-
pla quandoque ponuntur non quia vera, ſed
cauſa demonſtrationis. Suſtinendo commu-
nem poſſet fortè teneri ſolutio Iaſ. declarando
hoc modo: nam parte nō opponente clarum eſt
quòd iudicium procedit. d.§. veterani. vnde iſte
promittens nō opponere exceptionem, videtur
tacitè approbaſſe perſonam militis tanquam
habilem, quod poteſt, licet expreſsè, & ſic ſpe-
cialiter non poſſit, vt not.in d.§.veterani. Non
obſtat primum & ſecundum argumentum, quia
videmus quòd multa permittuntur tacitè, quæ
in ſpecie prohibentur, vt eſt textus in l. ſi vnus.
§. illud.ff.de pactis. Iſte enim qui tam generali-
ter promiſit, non videtur magis habuiſſe mētem
ad vnam exceptionem, quàm ad aliam: & con-
ſequenter non videtur id feciſſe, vt committeret
contra ius publicum, ſed vt omnino actor obti-
neret intentionem ſuam. Non obſtat quòd ſta-
tutum generale tollens exceptionem, non ex-
cludat inhabilitatem: quia alia ratio eſt in con-
trahentibus, qui poſſunt tacitè approbare perſo-
nam, prout in caſu noſtro in eo qui contrahebat
cum ipſo milite. Statutum verò cùm ſit genera-
le, non eſt veriſimile, quòd velit admitti etiam
inhabiles, vt declarat Bartol. in d.§. & parui. &
quia hoc modo tolleret ius tertij: ſed in parte eſt
ſecus, quia quis ſibiipſi, non tertio præiudicat.
Et ad ſupradicta facit, quia ea quæ compræhen-
duntur ſub generalitate verborum, dicūtur ineſ-
ſe ex ſententia, & ſic tacitè, non propriè ex ver-
bis, vt eſt gloſſ. ſing.in l.Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. in gloſſ.l. omnes.in fin.ff.de lib. & poſthu.
141 Tertia ratio contra Bart. & communem eſt,
quia præſupponit Bart. † quòd promittens ge-
neraliter non excipere, intelligatur etiam de
exceptionibus dilatoriis, non aūt de peremptο-
riis tātùm. Iſtud videt̃ falſum, ſecundū Iaſ. Quia
exceptiones dilatorię nō ſunt propriè exceptio
nes, ex quo non excludūt actionem.l. ij.ſuprà de
except. ergo de eis non eſt intelligendum, præ-
ſertim in materia pœnalis ſtipulationis, quæ ſtri
142 ctè eſt intelligenda.l.quicquid.ī.eo. Confirmo i-
ſtud argumentum Iaſ.duab. rationib. † Primò, nā
verba ſemper ſunt intelligenda in potentiore ſi-
gnificatu. l.j. ff. ſi ag.vect. ergo appellatione ex-
ceptionum debet intelligi de peremptorijs tan-
quam potentioribus. Secundò, nam exceptio
dicitur ab excipiendo, id eſt, eligendo actionem
quod propriè pertinet ad peremptorias, vt di-
cit Abb. in cap. j. in iiij. notab. extrà de ordin.
cog. Sed tu potes ſaluare Bartol. & commu-
nem, quando expreſsè erat actum de non propo
nendis exceptionibus dilatorijs. Præterea etiam
ſi nihil dictum eſſet, adhuc puto quòd opin. Bar-
143 tol. ſit vera, quicquid dicat Iaſon. † Quia imò
appellatione exceptionis etiam propriè veniūt
dilatoriæ, nedum peremptoriæ, vt tenet gloſ.
in c.quoniam contra.in verbo, exceptionis. ex-
trà de prob. modern.in l.ij. in iij.notab.ff. de ex-
cept.pro quibus facit ille text. vbi exceptio di-
latoria eſt ſpecies exceptionis in genere, ergo ꝓ-
priè, quia ſpecies ineſt ꝓpriè in ſuo genere, vt per
Bal.in l.ij.C.de iur.aur.annul. & per Bart.in rub.
ff.ſol.mat. Ad idem facit quod not. gloſ. & Abb.
in c.gratum.extrà de offic.deleg.vbi dicunt, qđ
exceptiones dilatoriæ, propriè dicuntur legiti-
mę exceptiones. Ad idem facit, quia exceptio in-
tentionis eſt propriè exceptio. Itē exceptio quæ
excludit agentem ante ortam actionem, eſt pro-
priè exceptio, ſecundum Abb. & modern.in rub. L.4.
extrà de except. ergo idē in caſu noſtro. Non ob- Eadem di
ſtat, ꝙ dilatoria nō excludat actionem, quia imò cemus.
excludit ſaltē temporaliter. † Item non eſt ſumē- §.Cato li-
dum argumentum ab etymologia vocabuli, ubi bro x v.
reſultat repugnantia iurium.argument. notato- ſcribit.
rum.in l.ij.§.appellata.ff.ſi cert.pet. & d.l.ij.ff.de 144
excep.non ponit definitionem exceptionis, ſed
ſolùm alluſionem ſeu etymologiā vocabuli, quæ
A etymologia optimè verificat̃ in dilatorijs, quia
etiam illæ ſolent interponi actori ad excluden-
dum eius intentionem. Excluditur enim, quia i-
pſe intendit tunc agere, & dilatoria impedit ne
tunc conſequatur intentionem ſuam.
Non obſtat, ꝙ verba ſint intelligenda in potē-
tiori ſignificatu, quia per hoc non debet excludi
alia ſignificatio, ſi & ipſa propriè compręhenda-
tur in verbis, ſecundum Soci.conſ.vlt.col.vlt. in
ij.vol. facit l.cum lege.ff.de teſt.ubi Aret. Et pro
B hoc ſoleo ponderare text.in l. in lege. ff. loca. &
quæ not.Angel.in l.ſi tam anguſti.per illum tex.
ff.de ſeruit.Bal. & Imol.in l.cum pater.§.fidei. de
leg.ij.gl. & Alexand.in rub.ff.de iuriſ.om.iud. u-
bi appellatione iuriſdictionis in dubio venit tā
ordinaria quàm legata. Idem voluit Bar. & Ang.
& alij in rub.ff.ſol.matr. & iſta opin.eſt verior, li-
cet habet magna contraria, vt alibi dicam. Præ-
terea, ſi promittens non excipere intelligitur de
peremptoria, fortiùs debet intelligi de dilato-
C riis, quæ non ſunt tanti præiudicij. & pro hoc fa.
quod notat gl.Abb. & Card.in c.ex parte ij.extrà
de offic.deleg. vbi reſcriptum mandans procedi
nulla exceptione obſtante, intelligitur de friuo-
lis tantùm, non autem de reſpicientibus graue
præiudicium. & ſic reſideo cum Bart. & commu-
ni opin. Circa ſecundū exemplum Bar. cum quo
tranſeunt Dd. dum allegat l.ſi quis ſeparatim.§.
fin.ff.de appe.videtur quòd Bar.malè loquatur. † 145
Quia licet appellatio vnius proſit aliis, iſtud eſt
D verum, ſi alij velint, & inhæreant appellationi, &
eam proſequātur, aliàs appellatio vnius ſolū ꝓ-
deſt appellanti, vt ibi declarat Bart. quo præſup-
poſito, non videtur, quòd exemplum Bar. poſsit
conuenire. Quia aut alij nolunt proſequi appel-
lationem, & tunc non fit plenum præiudicium,
ſed pro parte tm̄: aut alij proſequūtur, & tunc de-
bent teneri ex facto proprio potius. Et ſic dam-
num dicitur potius oriri ſtipulatori ex proſecu-
tione aliorum, quàm ex appellatione illius. Aut
E ſumus in dubio, quando vnus appellauit, & non
apparet an alij velint inhærere appellationi, &
adhuc non debebit committi pœna, quia vt dicit
tex. hic, committitur pœna contra alios quando
pro parte peccari non poteſt: ſed in noſtro caſu
poteſt, ſi illi nolint inhærere appellationi, ergo
non deberet vnquam committi integrè pœna ex
contrauentione vnius quam faciat appellando.
Et iſtud videtur verius, licet Ang. conſ. cccxxvj.
in iij. col. ad fin. incip. ex themate & actis. aliter
F teneat, vt ibi per eum. Not.tamen ex iſto exem- 146
plo Bart. † quòd appellatio magis participat de
exceptione quàm de actione. & facit, quia ſicut
exceptio eſt defenſio, ita etiam eſt de appellati-
one, vt cōcludit Abb.extra de ap.in rub.in ij.col.
& pro hoc facit tex.in c.cum inter. & in c.fin. de
excep.vbi excōmunicatus non prohibetur exci-
pere nec appellare, & tn̄ prohibetur agere. Pro-
priè autem loquendo appellatio eſt ius diſtinctū
tam ab actiōe quàm ab exceptiōe, vt per Bar.in l.
j.in prin.in ij.col.ī.de appel. & propterea appel-

latio expeditur non per actionem vel excep. ſed
per officium iudicis, vt dicit Bartol. Ang. Imol.
in l.j. §.ſolent. ff.quando appell.ſit.gl. in c.ſuper
queſt.§.intentionis.in verb.aliquis.de off.deleg.
Bal.in rub.extra, eodem tit.per Iaſ.in l.imperiũ.
in xv. colum. ff. de iuriſ.om.iud.In iiij.qõ.Bart.
147 ex eius doctri. fac concluſ. † quòd obligatio de
agendo nomine proprio in hæredes diuiditur,
& quilibet hæredũ promiſſoris agẽdo pro parte
liberatur. & ita tranſeunt communiter Doct. Ad- A
de quòd contra iſtam regulam obſtat vna ratio:
nam qui promittit agere, promittit factum, ſed
facta regulariter ſunt indiuidua.l. ſtipulationes
non diui.j.eodem.Sed reſponde, quòd ſicut pro-
miſsio de non agendo eſt diuidua, vt eſt textus
hîc, ita etiam debemus dicere de obligatione
affirmatiua agendi, ex quo contrariorum eadem
eſt diſciplina. §. ij.in authen. vt non fiant pig.
Doct. in cap. qui ſentit. de regu. iur.in vj. Præte-
B rea contra exemplum Bartol. de l. ſi ſic.ij.in fin.
ff.de leg. j.facit, quia non videtur aliquo modo
poſſe procedere: nam in illo caſu, ſi vnus ex plu-
ribus hæredibus ad petitionem legatarij agat ad
ſpeciem, & ſic ad Stichum, & obtineat pro par-
te ſua, alij verò cohæredes nolint agere, cùm ſint
obligati ad factum, fieret condemnatio ad inter-
eſſe, & ſic legatarius haberet partem rei & par-
tem intereſſe, quod videtur abſurdum & incon-
ueniens.l.ſi ex toto.§.final.de lega.j. d.§.pro par-
te.ergo non poſſumus dicere quòd in illo caſu C
talis promiſsio ſit diuidua. Moder. fatentur hoc
de plano, & ſic quòd exemplum Bartol. quan-
tum ſit ad exemplum illius legis, non eſt bonũ.

Tu dic ſaluando Bartol. quòd imò in d. caſu
alij cohæredes nolentes agere, non liberabun-
tur præſtando intereſſe. quia in illo caſu tenen-
tur ad factum ex diſpoſitione legis, vnde poſſunt
præcisè compelli vt faciant.l.ſed & hæ perſonæ.
§.præterea.ff.de procur.Bartol.in d.l. ſtipulatio-
nes non diui. in vj. quæſt. in fin. Fallit iſta com- D
munis concluſio, vbi exercitum actionis eſſet in-
diuiduum, quia tunc promittens agere dicere-
tur promiſiſſe quid indiuiduum, & deberent
mortuo promiſſore omnes hæredes agere, aliàs
committeretur pœna. Dicitur autem exercitiũ
indiuiduum, prout in caſu l.quod ſi nolit.§.ſi plu-
res. ff.de ædil.edic. Licet enim actio redhibito
ria inter hæredes emptoris diuidatur, ſicut aliæ
perſonales actiones, tamen debent omnes hæ-
redes agere, ne contingeret venditorem inuitum E
in communionem incidere, vel venditio tan-
tùm pro parte reſoluatur, contra not.in l.ſi quis
aliam.j.de ſolut.& ſic reſpectu venditoris iudi-
cium dicetur indiuiduum, & ita declarat Aret.&
eſt caſus ſatis clarus. Adducit etiam Bartol.aliud
exemplum in caſu l. familiæ. ff. fam.erc. vbi in
iudicio famil.erciſ.mortuo vno ex pluribus hæ-
redibus relictis, exercitium actionis non poteſt
ſcindi, ſed vel debent omnes hæredes proſequi
ſimul iudiciũ, vel debent conſtituere vnum pro- F
curatorem. Pone ergo, quòd tu vendideris par-
tem tuam hæreditatis, & promiſeris agere fami-
liæ erciſ.contra cohæredes, vt facta diuiſione par
tem tuam deinde ita diuiſam tradas: tu decedis
pluribus hæredib.relictis, certè debebũt omnes
agere pro portione ſua, vt integra portio hæredi
tatis, quæ ad te pertinebat, mihi poſsit dari, &
iſta obligatio, qua mihi tenentur iſti hæredes ad
agendum, eſt indiuidua ex natura negocij, quia
fortè ego non acceptaſſem parte, ne inciderem

in communionẽ, ſicut in ſuperiori exẽplo. & ita
intelligo Bar.quicquid dixerint moder.hîc.Fall.
ſecũdo hæc cõcluſio, quãdo actio de agẽdo cõ-
petit ad indiuiduũ, puta ad ſeruiturẽ, l.vnius.ff.
de ſeruit. Bar.hîc in ſeq.qõ.vbi videbimus.Fall.
tertiò, quãdo poſſet reſultare incõueniẽs, de quo
in §.pro parte.puta quãdo aliquis ſimpliciter p-
miſiſſet agere ad certã ſpeciẽ, & deceſsiſſet plu-
ribus hæredibus relictis, vt s.oſtendi. Et iſtud eſt
A de mẽte Bar.dum dicit generaliter pdictam con-
cluſ. non procedere, quando actio eſſet indiui-
dua ex natura rei [a]. & ita teneo, licet mod.repet.
dicant non reſultare iſtud inconueniens, quan-
do partim præſtatur factum, partim intereſſe, ex
quo intereſſe ſubrogatur facto, & iuris æſtima-
tione cenſetur vnum & idem: quæ opin. non eſt
vera, vt s.dixi in vj.notab. & comprobatur ex no-
tatis per Imol. in l. continuus. §.ſi quis inſulam.
& Alex. in l. ſtipulationes non diui. in vlt. col. j.
B eo. vbi qui tenetur ad factum ſub pœna, ſi ante
moram offerat intereſſe, non tamen euadit pœ-
nam: ergo non eſt verũ, quòd intereſſe æquiua
leat facto iuris interpretatione. Secunda cõclu-
ſio eſt, † quòd promiſsio de agẽdo nomine alie- 148
no, eſt etiã ipſa diuidua, & regulatur ſecundũ na-
turã promiſsionis de agendo nomine proprio,
ſecundum Bar. & cõmuniter Doct. Adde, quòd
contrarium tenet Pet. & Iaſ.hîc, per tex.in l.iam
tamen.§.ſi tamẽ.ff.iudic.ſol.vbi fideiuſſores, qui
C defendebant nomine alieno, debent conſtitue-
re vnum procuratorem, ne diuidatur actio: ergo
idem eſt in agentibus, quia defendens ſeu exci-
piens dicitur agere.l. j.ff.de except. Moder.re-
ſpondent, quòd imò ille text. probat intentio-
nem Bartoli. in fine, dum loquitur de hæredi-
bus actoris qui non coguntur per vnum agere:
& procedit ille text. etiam vbi iſti hæredes a-
gerent nomine alieno, quod patet, quia arguit
de primo ad vltimum caſum: & clarum eſt quòd
D primus caſus eſt, quando defendebatur nomi-
ne alieno. Puto quòd iſta ſolutio non ſit vera,
quia text.non eſt intelligendus illo modo, imò
neceſſariò debet intelligi in hæredibus actoris
agentis nomine proprio. Nam in principio
dixerat de pluribus fideiuſſoribus, qui promiſe-
rant actori iudicatum ſolui, deinde proſequitur
decidendo quid in hæredibus actoris: certè ſe-
cundum præcedentia debet intelligi de hæredi-
bus eius actoris, qui ſtipulatus erat iudicatum
E ſolui, & conſequenter nomine proprio. Prete-
rea ego non video aliquem caſum in iure, quo
aliquis agat nomine alieno, niſi in procuratore:
text. autem in d. §. ſi tamen. præſupponit quòd
ipſe actor ſit principalis, non autem quòd ſit
procurator, aliàs fatuè dubitaretur de eius hæ-
redibus. Credo itaque quòd opinio Petri non
ſit vera, ſed intelligenda ſit, aut procedat tantũ-
modò in caſu d. §. ſi tamen. qui procedit ſingu-
lari ratione, de qua j.dicam. Cùm ergo quæri-
F tur, † an poſsit aliquis agere vel defendere per 149
plures procuratores, diſtingue faciendo tres ca-
ſus. Primus eſt, cùm cauſa vſque à principio eſt
communis pluribus, & tunc poſſunt ſinguli cõ-
ſtituere vnum procuratorem, & conſequenter
per plures procuratores cauſa tractabitur.l. ſi
quis procuratorio. §. vnius. ff. de procur. Se-
cundus caſus eſt, quando cauſa à principio eſt
vnius, qui deinde moritur relictis pluribus hæ-
redibus, & tunc ſi exercitium cauſæ eſt indiui-
duum, debent omnes conſentire in vnũ procura-
torem.

a Adde, quod hoc modo potuiſſet Bar. longè breuius decidere iſtam quæſt. cũ duabus præcedentibus, uidelicet, obligatio de defendẽdo, de agẽdo, de nõ excipiẽdo, ſunt diuiduæ uel indiuiduæ, ſecundum naturam actionis uel negocij ſuper quo interponuntur.



torem [a]. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures. ff. de ædil.e-
dict. Fallit in iudicio fam.erciſc.communi diui-
dundo, finium regund. Quia in eis cùm quili-
bet habeat ius in qualibet parte, & agatur de
diuidendo illas partes, in quo poſſet etiam ver-
ti præiudicium ipſorum ſucceſſorum inter ſe,
tunc lex ſtatuit vt omnes hæredes collectiuè
ſimul poſſent agere, nec cogerentur inuiti da-
re vnum & eundem procuratorem. l. ſi fami-
liæ. ff. fam. erciſc. Tertius caſus eſt, quando
res quæ petitur eſt diuidua, puta quantitas ſeu
exercitium eſt diuiduum, & tunc quilibet hæres
poteſt, agere, vel procuratorem conſtituere pro
parte ſua. l. ea quæ. C. fam.erciſ. & d.§.ſi tamen.
in fin. Nam ille tex.loquitur, quando fideiuſſo-
res tenebantur in quantitate ſecũdum naturam
ſtipulationis *iudicatum ſolui*, vt etiam apparet
ex d.l. iam tamen. in §. præced. Fallit in fide-
iuſſoribus qui promiſerunt iudicatum ſolui, &
conſequenter de defendendo: quia ita promit-
tẽdo videnť egiſſe, ne cõditio actoris ſit deterior,
ſi ſecũ litigaret, quã ſi litigaſſet cũ principali: vn-
de ſicut ſi egiſſet cõtra principalẽ, egiſſet contra
vnum ſolũ, ita etiã debet fieri in pluribus iſtis fi-
deiuſſoribus, vt vnũ ſolũ procuratorẽ conſtituãt,
qa aliàs fieret deterior cõditio actoris, ppter ex-
penſas litis, & alia incõmoda. Et ita loquiť tex.
in d.§.ſi tamen.in fi.dũ conſtituit generaliter dif-
ferentiã inter hæredes actoris & hæredes rei, vt
dicũt moder.ſed ſolum conſtituit differentiã in-
ter hæredes actoris, & hæredes eius rei qui
promiſit de defendendo.et etiam iſto modo po-
teſt intelligi d.§.ſi plures. In quinta q. Bartol.
150 collige duas concluſ. Prima eſt, † quòd ante
conſtitutam ſeruitutem ſi quis promittat non
agere, talis promiſsio eſt diuidua (& in iſto ca-
ſu procedit fundamentum Petri) & conſequen-
ter ſi vnus ex pluribus hæredibus cõtraueniret,
non committeretur pœna niſi pro parte ſua. &
ita tenent communiter Doct. Sed tu aduerte,
quia in iſta cõcluſione ſunt tres aliæ opiniones.
Prima eſt, quia videtur quòd iſte cõtraueniens
promiſsioni, non debeat incidere in aliquã pœ-
nã. Nam ideo in obligationibus diuiduis cõtra-
faciens puniť in parte, quia damnum patitur pro
parte tantũ, arg.iſtius tex.hîc: ſed in iſto caſu quã
uis aliquis cõtraueniat, nõ tamẽ inde oritur ali-
quod damnũ ſtipulatori, ex quo illi ſoli nõ tene-
biť ſtipulator cõſtituere ſeruitutem.l.pro parte.
ff. de ſeruit. & pro hoc optimè facit quod notat
Paulus de Caſtr. Soci. Iaſ. & alij, & s.retuli in viij.
151 notabil. † vbi ſi quis promittat facere domum
ſub pœna, & vnus ex pluribus hæredibus eam
faciat, licet alij cohæredes non faciant, non inci-
dunt in pœnam, quia non intereſt creditoris. Si
iſtud eſt in obligationibus indiuiduis, tanto
fortius deberet eſſe in obligationibus diuiduis,
vt eſt noſtra concluſio. Nec obſtat præiudicium,
litium.l. minor.xxv. annis.ff.de min. Quia pro-
pter tale præiudicium accidentale, non vide-
retur fuiſſe appoſitã pœnam iſtã, ſed propter rẽ
principalẽ, quæ deducebatur in contractu. Licet
iſta opi.ſit æqua, nõ tamẽ cenſeo recedẽdũ à cõ-
muni: quia quamuis non interſit ſtipulatoris, ta-
mẽ debet committi pœna, ex quo iſte de directo
cõtrafacit.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.j.eo. & decla-
raui ſuprà in vij. notabil. Secunda opin. eſt
moder.repe. qui fortiùs tenent, quòd imò in
prædicto caſu ex contrauentione vnius com-
mittitur pœna inſolidum contra omnes cohæ-

a Adde quod ratio iſtius tex.eſt, quia ex quo uẽditor non contraxit niſi cũ uno, non debet redhiberi niſi per unũ, ut eiuſdẽ naturæ ſit cõtractus cu ius eſt diſtractus. l. prout. ff. de ſolut.

L.4. Eadem dicemus. §.Cato libro XV. ſcribit.

redes. Nam ſecundum eos ſi iſte ager, quamuis
de iure ſua petitio non habeat effectum, debe-
bit tamen illi conſtitui ſeruitus de facto. arg.
l.mulier. §. ij. ff. de cond. inſti. & l. per fundum.
ff. de ſeruitut. ruſt. præd. Imol. & Paulus de
Caſt.in l.ij. §. ex his. s.eo. per quam conſtitutio-
nem de facto, ex quo fundus eſt indiuiſus, non
minus nocebitur domino, quàm ſi omnibus fu-
iſſet ſeruitutis conſtituta. Puto communem eſſe
A veriorem, quòd imò pœna non committatur niſi
pro parte contrafacientis tantùm: nec eſt verum,
quod huic cõtrafacienti debeat cõſtitui de facto ſer-
uitus. Nõ obſt. d.l.mulier. quia ibi erat de volũta
te teſtatoris, vt ea quæ nõ poſsũt habere locũ de
iure, ſortianť effectũ quẽ poſſunt de facto: ſed hîc
agiť contra voluntatem teſtatoris. Nec obſtat d.l.
per fundum. quia ille cedens ſeruitutem iuſtè
agit, quia habet ius cedendi, & tenetur ex con-
uentione, vnde debet permittere eum cui ceſ-
B ſit ſaltem vti de facto: ſed in caſu noſtro iſte cõ-
traueniens iniuſtè facit, quia venit cõtra promiſ-
ſionẽ teſtatoris: vnde non eſt par ratio vtriuſque
caſus. Et iſtud eſt de mente Bar.hîc, dum dicit eſ-
ſe magis fauendũ hæredibus obſeruãtibus cõtra
ctum defuncti, quàm econtrà. & hoc dictum Bar.
in notabili caſu allegat Soc. conſ.xxj. in v.col.in
iij.vol. Tertia fuit opi.Raph. Com. quòd contra-
ueniens debeat ſolus inſolidum incidere in pœ-
nam, ex quo iſte agit in ſolidũ.l.ij. §.ex his, ſuprà
C eod. ergo inſolidũ debet puniri. Sed ad hoc re-
ſpondent modern. Senenſ. & dicunt eſſe de
mente Bart. quod conſiderandus eſt effectus. Nã
licet iſte agat in ſolidũ, quia ad ſeruiturẽ impoſ-
ſibile eſt agere pro parte, tamen in effectu non
poterit conſequi niſi intereſſe pro parte ſua,
arg.notatorum per Bart.in l.ij.§.ex his.s.eo. Sed
tu aduerte, quia iſtud dictum eſt ſatis dubium:
quia verius videtur, quòd ſi iſte hęres agat ad cõ-
ſtituendam ſeruitutem, dato quòd ſtipulator nõ
D excipiat, & conſequenter condemnetur, non ta-
men debebit pręſtare intereſſe [b]. Et ratio eſt, quia
intereſſe debetur, propter morã ipſius debitoris.
l.vbi aũt.§.j.j.eo.d.l.ſtipulationes.verſ.Celſus iſte
autẽ ſtipulator nõ eſt in mora, ex quo dicet ſe eſ-
ſe paratum ad conſtituendam ſeruiturẽ, ſed mo-
ram faciunt cohæredes contrauenietes, q nolũt
illi cõſentire, ergo mora illorũ nõ debet ſibi no-
cere. c. mora. de reg.iur.in vj. Nec eſt verũ quod hîc
Bart.teneat iſtam opi. Nã dũ Bart. dicit, quod in ca-
E ſu noſtro iſta ſtipulatio in parte affert vtilitatem,
& c. voluit arguere à maiori: quia ſi iſtud eſt quã-
do non præiudicatur niſi in parte, multò magis
vbi in nihilo præiudicatur. Item, vbi Bartol.
dicit de æſtimatione offerenda, expreſſe loqui-
tur de æſtimatione præſtandã ſtipulatori per
actorem, ad hoc vt habeat totam ſeruitutem:
non aũt loquitur de æſtimatione ſeruitutis præ-
ſtanda actori per ſtipulatorem cõdemnatum, vt
patet ex eius verbis: licet iſto quoque caſu Bart.
F malè loquatur, vt declarãt hîc moder. Quia quã-
uis contraueniens offerat æſtimationẽ pro par-
te cohæredum, non tamẽ ſit in totum dominus
fundi dominantis, ergo non poteſt ſibi ſeruitus
conſtitui. l. ſi vnus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. nec
ſtante iſto fundamento d.l. cùm filius. aliquid
facit pro Bartol. vnde nõ video quomodo poſ-
ſit ſaluari, niſi dicamus quòd ita locutus eſt ar-
guendo, non autem determinando. arg. gloſſ.
in l.vnic. & ibi per Iaſ. C. quãdo non peten. par.
Stat ergo ex ſupradictis firma concluſio Bart. &

b Adde, quod pro opi.mod. bene facit text.in d.l. hæred.§. an ea. ff.fam.erciſ. Niſi dicas illũ tex. non procedere, uel quando debitor offert ſe cõſtituturũ ſeruitutem, ſi alij cõſentiãt, uel quãdo fuerat ſemel promiſſum de amplius nõ agendo: & uidet quod in iſto caſu poſſet opponi iſta exceptio etiam in executione, quia cum lex tranſmutet executionẽ, talis exceptio etiam moderabiť. arg. notatorum in l. & ex diuerſo. §. ſi. ff. ſol. mat.

communis,quam limitat Bart. non procedere,
quando totus fundus cui debetur ſeruitus, ob-
ueniſſet in partem huic contrauenienti:nam tũc
committeretur pœna contra omnes,ex quo inte
grum præiudicium reſultat ſtipulatori: nam in
tali caſu diſſenſus aliorũ nihil impedit.l.itinere.
ff.de ſeru.ruſt.præd.& conſequenter cogeretur
ſtipulator conſtituere ſeruitutẽ huic hæredi vin
centi.& ita tranſeunt oẽs.In contrarium tamen,
quòd pœna non debeat cõmitti contra alios hæ
redes,facit,quia cũ potuerit ſtipulator exceptio-
ne repellere iſtũ contrauenientẽ,non debet poſ-
ſe agere ad pœnã contra alios,quia ſibi debet im
putare qui non excepit.c. ſi. de iniur. Confirmo
iſtud argumentum, quia pœnæ non habent lo-
cum niſi in iure expreſſæ.l.pretor.§.diuus tamẽ.
ff.de ſepul.viol.§.cum igitur.in auth.de non eli-
gen.ſecun.nup.ſed in iure non reperitur expreſ-
ſum, quòd cohæres contrauenientis incidat in
pœnam,quando ſtipulator potuit per exceptio-
nem reiicere iſtum contrauenientem: nam in
caſu noſtri text.erat contrauentum inuito ſtipu-
latore.Præterea eſt aduertendum,quia licet Bar.
& Doct. æquiparent iſtum caſum promiſsioni
de non agendo ad ſeruitutem conſtitutam, ta-
men eſt magna ratio differentię inter vtrunque
caſum: nam in ſeruitute conſtituta ſententia la-
ta pro iſto contraueniente etiam prodeſſet co-
hæredibus. l. loci. §. ſi fundus. ff.ſi ſer. uen.vnde
cùm talis ſententia ſibi prodeſſet, meritò om-
nes debent incidere in pœnam.Sed in caſu iſtius
limitationis hæc ſententia nihil prodeſſet co-
hæredibus, ex quo ipſi non habent ampliùs
fundum. §. ideo. Inſtit.de ſeruit. ruſt. prædio.
& propterea non videretur, quod deberent te-
neri. Non recedo tamen à communi, & circa d.
152 l.itinere. dic vt per Iaſ. & moder. hîc. † Secun-
da cõcluſio eſt,quòd poſt ſeruitutem conſtitutã
promiſsio de amplius non agendo eſt indiui-
dua: quia ſi vnus ex pluribus hæredibus. contra
ueniret, haberet totã ſeruitutem. d.l. pro parte.ff.
de ſeruit. & conſequenter pareret plenum præ-
iudicium ſtipulatori, vt hîc per Bartol.cùm quo
alij tranſeunt. Adde, quòd in contrarium fa-
cit, quia mortuo promiſſore relictis pluribus
hæredibus, & diuiſo inter eos fundo, ſeruitu-
tes multiplicãtur, & cuilibet parti vna ſeruitus
debetur, & conſequenter maius præiudiciũ eſt
ſtipulatori q̃ omnes contraueniant, ex quo poſ-
ſent per diuiſionẽ plures ſeruitutes acquirere, quã
ſi vnus tantũ cõtraueniret.l. aquam. ff. quemad-
mo.ſeru.amit.l.uia cõſtitui.§.fina.ff.de ſeru.ruſt.
præd.Reſponde tenendo cõmunem, q̃, cùm iſta
ſit ſeruitus realis, quæ eſt tota in toto, & tota in
qualibet parte fundi, vt per Bartol.in l.ſeruitu-
tes. ff. de ſeru. non conſideratur iſta multiplica-
tio, quæ fit propter diuiſionem fundi factam à
pluribus hæredibus,vt declarat Bartol.j.in ſeq.
quæſt. & conſequenter non conſideratur quòd
aliqui non contraueniant, ſed pœna committiť
dummodo vnus cõtraueniat. Amplia iſtas duas
cõcluſiones,vt procedãt etiã in ſtipulatione rem
ratã haberi, quo ad hoc vt ſit diuidua vel indiui-
dua, non autem quo ad pœnã, quia nunquã cõ-
mittiť niſi pro parte contrauenientis,ex quo ta-
lis ſtipulatio eſt prætoria: de quo dic vt ſ.dixi in
ij.q. vbi tenui cõtrariũ:& adde q̃ not.Bal.cõſ.xx-
xij.in ij.volu.vbi notabiliter conſuluit,quòd iſta
ſtipulatio,dominũ ratum habiturum, regulatur
ſecundum naturam rei ſuper qua interponitur.

Vnde ſi aliquis vendit rem communem duobus,
& promittit ſub pœna quòd habebunt ratum,
ſi vnus nolit habere ratum, committitur pœna
in totum, ex quo venditio eſt indiuidua.l. cùm
ex cauſa.j. eo. vnde ſecundum eius naturam re-
gulatur. In vj. quæſt. Bart. communis conclu- 153
ſio eſt, † quòd ſi quis ſtipuletur vſum ſibi & hæ-
redibus ſuis, hæredes ſinguli habebunt vſum
inſolidum, & erit nouus vſus,non autẽ transfu-
A ſus de teſtatore in hæredes. Tu verò aduerte,
quia alia opi. quã Bar.dicit eſſe æquiorẽ,videtur
prima fronte verior.Nã verba quę poſsũt impor-
tare ius & factũ,ne graueť promiſſor cõtra æquita-
tẽ,debent intelligi de facto. arg. l.ſtipulatio iſta.
§.in ſtipulationib.j.eo.& q̃ not.Are.in l. cõtinu-
us.§.cũ quis.j.eod.Vnde videreť potius eſſe aſſu-
menda interpretatio,quòd actũ eſſet de vſu,qua-
tenus non eſt ſeruitus, ſed quædam commodi-
tas, quo caſu potuiſſet diuidi inter iſtos hære-
B des, vt per Bart. in l.ſtipulationes non diuid. in
iiij. quæſtio.j.eod.Secundò cõfirmatur iſta opi.† 154
nam vſus ideo eſt indiuiduus, quia reſpicit neceſ-
ſitatẽ perſonæ, vnde nõ idem operatur pars re-
ſpectu partis, quod totum reſpectu totius, ex
quo perſona viuere non poteſt cum præſtatione
partis tantùm, vt dicunt Ioan. de Imol. Ludo.
Rom. & alij, & eſt communis opi. in l.ſtipulatio-
nes non diuid.j.eod. Sed iſta ratio nõ poteſt mi-
litare in iſto caſu: cùm enim præſupponamus
C aliquem ſtipulatum fuiſſe ſibi vſum talis fundi,
& ſic illum vſum fuiſſe ſufficientem pro neceſsi-
tate ſtipulantis, certè ſi vſus iſtius fundi tranſi-
ret in plures hæredes, non eſſet fortè ſufficiens
pro neceſsitate ipſorum, ergo in tali caſu non
debemus intelligere de vſu indiuiduo, ſed poti-
us de commoditate. Tertiò contra cõmunẽ opi.
facit fundamenum Iaſ. hîc: nam ſecundum eum
ideo vult Bart.quòd in terminis huius quæſt.ſin-
guli hæredes habeant vſum inſolidum, quia ob-
D ligatio incipit ab eis. quæ ratio non eſt bona.
Quia quamuis incipiat ab eis,tamen dicitur hæ-
reditaria. l. hæreditarium. ff. de bon. auto. iud.
poſ. & in ea habet locum lex xij. tab. quia extra
partem ſuam cenſentur extranei. l. cùm à ma-
tre. C. de rei uend. & per Bartol. in l.continuus.
§.ſi.in j.quæſt. j.eod.Sed tamẽ his nõ obſtantib.
puto non eſſe recedendũ à cõmuni. Non obſt.q̃
videanť illa verba debere accipi de vſu,quatenus
eſt facti,& cõmoditas,nõ quatenus eſt iuris,quia
imò in dubio verba ſunt accipienda de iure, niſi
E aliter actus corrueret.d.l.ſtipulatio iſta.§. hi qui.
& quòd not.Bald.in c.cũ dilectus. extra de cauſ.
poſ. & propri. vbi intentans rei vendicationem
poſſeſsionis in libello, intelligitur in dubio in-
telligere de poſſeſsione iuris,nõ autem facti, ni-
ſi aliter libellus corrueret, ſecundum Areti. in l.
naturaliter.§. nihil commune. in quinta lectura.
ff. de acquiren.poſſeſsione.de quo etiam ibi per
Raphael Comanum. & Iaſon. in tertia combin.
F ad idem facit gloſ. in cap. conſultationi. in fin.
de tempor.ordin.Non obſtat ſecundum funda-
mentum, quia puto quòd illa ratio communis
non ſit vera,vt latiùs dixi in Paradoxis lib.j. cap.
xviij.Præterea iſtud fundamentum non eſt ge-
nerale:quid enim ſi fundus eſſet magnus,& val-
de ſufficiens pro omnibus? Non obſtat tertia
ratio Iaſ. quia ipſe multum errat: quia non eſt
verum quòd lex xij.tabul. diuidat talem obliga-
tionem.l.heredes.§.an ea.ff.fam.erciſc. vnde cũ
ſimus in indiuiduis, quilibet repræſentat teſta-
torem



torem inſolidum,nec hæredes cẽſentur pro par-
te extranei,vt expreſsè vult Bar.in d.§.fin.col.ij.
verſ.ſed quid ſi ſtipuletur.Et ſic remanet defenſa-
ta opi.Bar.quam omnes ſequũtur. Ex iſta cõclu-
155 ſione Bart.collige tria notabilia dicta. Primum,
† quòd,in re indiuidua non tranſitoria ad hære-
des,ſi quis ſtipuletur ſibi & hæredibus ſuis,talis
obligatio, nõ transfundiť de teſtatore ad hære-
des, ſed in eis incipit, & cõſequenter eis quæriť
ius inſolidum.& probatur in l.ſtipulatio iſta.§.ſi
quis ita. j. eod. vnde ſ.in j.notabili inutili ad de-
clarationem iſtius tex.quòd in promiſſione, *per
ſe non fieri nec per hæredes ſuos*, &c. hæredes tenentur
nõ ex transfuſa obligatione,ſed ex alia incipiẽ-
te in perſona eorum. & propterea lex XII. tab.
nõ habet locum in tali caſu: iſta enim ſtipulatio
*per ſe non fieri*, regulariter nõ eſt tranſitoria ad hę-
redes.d.§.ſi quis ita.& eſt cõmunis opi.& j.dice-
tur in ſeq.quęſtio.Secundum notabile eſt, quòd
cùm in cuiuslibet perſona hęredũ ſit nouus vſus,
ſequitur quòd tali caſu ſint plures vſus, nõ autẽ
vnus.& ita etiam firmat Bart.in l.iij.§.ex contra-
rio. in vlt.col. ff.de acquir.poſſ.referunt moder.
hîc.Sed cõtra hoc obſtat tex.in l.ij.§.ex his.ſ.eo.
vbi ex perſona hæredum non eſt alteranda con-
ditio obligationis: vnde cùm in perſona teſtato-
ris ſit niſi vnus vſus,non debent plures multipli-
cari effectualiter.Sed reſponde,quòd ille tex.lo-
quiť in obligatione,quæ transfunditur, ſed in ca
ſu noſtro ſunt plures obligationes in perſona hę
redum quæ multiplicantur, quia verba contra-
hentium & natura cõtractus hoc important. Se-
156 cundò obſtat, † quia in ſeruitutibus realibus li-
cet cõpetant pluribus hæredibus inſolidum, ta-
men dicitur niſi vna ſeruitus.l.non ſatis.vbi glo.
ff. quemad. ſeruit.amit.Sed reſponde ſecundum
Dd.quòd ſeruitutes reales debẽtur à re rei, quæ
res eſt vnica,licet perueniat ad plures hæredes:ſed
in perſonalib.ex q̊ talis ſeruitus debeatur perſo-
næ, multiplicatur ſecundum perſonas. vnde in-
fertur, quòd, ſi illa res cui debetur ſeruitus rea-
lis, diuideretur inter hæredes, quia tũc per diui-
ſionẽ fierent plures fundi, l.cõmuni diuid. §.j. ff.
communi diuid.dicerentur etiã plures ſeruitu-
tes.& ita not.in d.l.nõ ſatis. Tertiò inferť ex do-
ctri.Bart.& ex ſupraſcriptis, † quòd in ſeruituti-
30 pretari pro tempore ſuo poterãt[k]. Igitur† Epiſcopi, Comites, Marchioneſuè in hoc prætoribus ſimiles ſunt, quòd iuriſdictionem à principe habent: in eo verò diſsimiles, quòd non annui, ſed perpetui magiſtratus ſunt[l]. vnde fit, vt licet honorariæ actiones intra annum extinguantur[m], quæ ab horum conſtitutionibus prodeunt, extingui tamen non debeant[n]: in cæteris verò prætoribus quodammodo aſsimilentur. Hodie

k §.ſęs aũt Inſt. de bon. poſſ.
l l.iuriſperitos. de excuſ. tut.
m Inſt. de perp. & temp act.
n c.fi. de off. leg.

autem cùm Marchiones, & Comites ꝓprio iure adminiſtrent, iuriſdictioniſque vtiliter lege feudali ſint domini, eorum conſtitutiones iuris ciuilis partem eſſe, vero propius & receptius eſt[o].
31 Quapropter† quòd ſupremæ reipublicæ decuriones iure magiſtratus ſui cõſtituerint, prætorium cenſebitur: à populo em̃ auctoritatem habent. Quòd ſi ex lege reipublicæ idem poſsint, quod vniuerſus populus, ciuile Bartol. & cæteri exiſtimaverunt. In† eo tamẽ
32 epiſcopus à prætore differt, quòd quicquam aduerſus legem communem conſtituere nõ poteſt[p]. Quòd ideò inductũ arbitror, quòd epiſcopi principaliter inſtituti ſunt, vt diuina doceant, ſacra exhibeãt, vt Paul. ad Titum[q] ſcribit, nõ, vt ipſi nouas leges fa-
33 ciant, cùm† in primitiua eccleſia huiuſmodi iuriſdictio ad principem pertineret[r].

o Bar. l omnes populi. ff. de iu. ſtit. & iur.
p c.q. ſuper. de maio. & obed.
q cap. j.
r l.iubemus. §. fi. C. de epiſc. & cler.

C
1 *Explanata ſtipulationis definitio.*
4 *Stipulationis ἔτυμον.*
6 *Facti quæ dicantur.*
8 *Stipulatio in futurum concipienda.*

C §. STIPVLATIO AVTEM[c]. ¶ Recenſe-
1 tur† hic ſtipulationis definitio per modum, quo concipitur, id eſt, ſimul & incontinenti ab vtraq; parte formatur, naſciturq;. vnde hæc verborum conceptio hic appellatur, quæ verba factũ ipſum
2 reſpiciunt. ex† eoque proditum crebriùs eſt, ſtipu-
D lationem, quatenus à partibus concipitur, facti, at vbi concepta eſt, iuris eſſe[s]. Nam & cæteri contractus dum producuntur, facti ſunt[t], ex quibus deinde effectus iuris quamplures oriuntur. Sic & poſſeſsio eſt facti, dum acquiritur[u]. acquiſita tamen à iure robur accipit. Sed tamen in terpretatio hæc dubia videtur: quoniam idem & in pacto videmus, quòd dum producitur, fa-
3 cti eſt: productum† exceptionem parit, quæ iu-
E ris eſt[x]: & tamen lex in hoc manifeſtam differentiam conſtituit, cùm in ſtipulationibus, inquit, ius continetur, in pactis pactum verſatur[y]. Sed tamen aduertendum eſt, quia ſtipulatio variis modis iuris eſſe intelligitur. Nam & iure ci-
4 uili inuenta, à firmitateq; eſt dicta, id eſt, à† ſtipulo, vel à Græco, ἀπὸ τοῦ στύπου, quod denſum, ſolidumque ſignificat: quod† nomen illi antè, quàm
5 perfecta ſit, non conuenit, & ex ea verborum obligatio oritur, quæ iuris ciuilis vinculum eſt:
F itemque actio datur, quæ & ipſa iuris eſt. At pactum nec iuris ciuilis eſt, nec aliquo modo adiuuatur, ſed in mera naturali diſpoſitione relinquitur. vnde ſolam exceptionem ex quadam æquitate parit[z], quæ retinentis cauſam potiorem efficit ipſo iure, non operatur: quoniam id
6 eſſet non ſua retinere, ſed aliena appetere, vel potius perimere. Nam† & ea, quæ iuris natu-
7 ralis ſunt, lex facti eſſe interpretatur. Vnde† & poſſeſsio naturalis facti eſſe dicitur, quod alibi declaraturus ſum.

s gl. in l.j. in pri. ſ. eod.
t l cõſilio. in fi. de cur. fur.
u l.j.§. adipiſci mur de acq. po.
x l.j.§.de exce.
y l.ſi vnus. §. pactus. ne. ff. de pact.
z §.j. Inſt. de re plic.

DATV-



a DATVRVM, FACTVRVMVE[a]. ¶ Stipula-
8 tio† ergo promiſsio eſt futurum reſpiciens, non
9 autem præſens. Quapropter† ſi dicã, *Promitto, quòd do tibi ſtipulanti hunc librũ*, non valet ſtipulatio, ſed traditio ex cõtractu donationis cẽſet̃ facta: alioquin dicẽdum eſt, ſtipulationem cõfeſtim & naſci, & per traditionẽ extingui: quod lex abſurdum arbitratur[a]. Qua ratione & in contractibus iuris gentiũ, ſi dixero, *Stichum ſeruũ præſentem vendis mihi decem?* & reſpõdeas, *Vendo*, ſtipulatio nõ eſt, ſed venditio[b], ſicut ſi dixero, *Donas mihi hos decem aureos?* & dixeris, *Dono*, ſtipulatio non eſt, ſed donatio. Cùm enim ageretur, vt tunc traderes, non videtur actum, vt ſit ſtipulatio. & hæc quidem certiſsimi iuris ſunt, cùm verbum promiſsionis executiuum tempus præſens reſpiciat.
10 Quòd ſi† aliqua ſubſit ratio, vt verbum illud, tametſi præſens, interpretatione futurum comprehendat, ſuſtinebitur contractus: vt cùm dicitur, *Conſtituo te præſentem & ſtipulantem vſufructuarium bonorum meorum.* Cùm enim ex natura actus præſtanda à me ſit patientia, vt tu vti frui poſſis[c], reſpectu huius futuræ permiſsionis valebit ſtipulatio. Idem, cùm dico, *Profiteor te non teneri, atq; ita ſtipulanti ſpondeo.* Id enim cenſetur actum, ne vel nunc, vel in futurum tempus perimi[d]. Idem cùm dixero, *Donas mihi decem aureos?* Si enim cõrã & ad manum eos non habeas, actum cenſetur, te in poſterum daturum: & valet ſtipulatio[e]. Idem, cùm verba præſentia accedunt alteri contractui tracto habenti. tum enim etiam valet ſtipulatio, & principalis naturam imitatur[f]. Quod & forte non admittendũ eſt, cùm verba præſentia infiniti modi ſunt: vt, *Promittis ſeruum furem non eſſe, fugitiuum non eſſe[g]?* Congruit enim etiam futuro tempori. & ideo infinitiua dicuntur: quod Accurſ. & Bartol.
11 probat. In† cautionibus quoq; prætoriis, vel iudicialibus, cùm per verba futuri temporis interponi debeant, non videretur à regula recedendũ, vt niſi ea forma ſeruata ſit, ſtipulatio ſit nulla. Sed tamen, quia ex neceſsitate contrahuntur, perinde prætor promiſſorem coget, ac ſi congruis ver-
12 bis concepta eſſet[h]. Sed† & quoties notarius in inſtrumento, Titius, inquit, promittit, quòd dat Seio ſtipulanti, etc. ſunt, qui præceſsiſſe ſtipulationẽ interpretentur, & omnia ſolenniter facta[i]. quod Ang. probat. Ego accepi, nihil referre, an in prima perſona, vt Grãmatici vocãt, an in tertia tabellionis documentũ concipiatur[k]. idq; verius.

a l.Titio, cũ moritur. de vſufr.
b Ale. in l.ij. in prin. ſi cert. pe.
c l. quoties. §. j. de ſeruit.
d l.tale pactũ. in prin. de pac.
e gl. in §. aliẽ. in verb. manifeſta uerit. Inſt. de do nat.
f l. quia dicit. de euict.
g l. ſi ita quis. de euict.
h l.emptori. ff. de euict.
i l.ſciendũ. ſ. eo.
k c. ꝙ autẽ. de iur. patr.

ptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumue[a] ſe, quod interrogatus eſt, reſpondit.
¶ Satis acceptio[b] eſt ſtipulatio, quę ita obligat promiſſorem, vt appromiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittunt.

A Satis autem accipere dictũ eſt eodẽ modo, quo ſatisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatis fieri dictũ eſt. & ſimiliter quia tales, quibus contentus quis futurus eſſet, ita dabantur, vt verbis
B obligarẽtur, ſatis accipi dictum eſt.

1 *Satiſdare quis dicatur.*
3 *Fideiuſſor ſtipulatione obligatur.*
5 *Obligationis fideiuſſoriæ origo.*
7 *Fideiuſsionis & conſtituti diſcrimen.*

b §. SATIS ACCEPTIO[b]. ¶ Satiſdare† di-
1 citur, qui creditorem ſuum datis adpromiſſoribus (ſic in antiquis codicibus legitur) id eſt, fideiuſſoribus, ſecurum efficit[l]. Debet enim
2 id ſatis eſſe etiam duro creditori. Vnde† e contra-

l l.j. qui ſatiſd. cog.

rio ſatis accipere dicitur, cui fideiuſſoribus datis cauetur. Vtrunq; eo modò deductum eſt, quo & ſatisfacere eum dicimus, qui creditorem contentum facit vel datis fideiuſſoribus, vel pignore. Et hæc propria eſt huius verbi ſignificatio, licet qui ſatisfacturum ſe conſtituit, in numerato ſoluere debeat[m]: quod ex natura cõſtitutæ pecuniæ accipitur. Præcedebat enim obligatio, quæ non niſi ſolutionẽ admitteret. Debent† autem hi fideiuſſores verbis obligari, cũ alioquin citra ſtipulationem adpromiſſor nõ obligetur. Sufficit tamen ſi interrogatus an fideiubeat, λέγω, id eſt dico, reſponderit[n]. Sed an iure canonico fideiuſſoria obligatio nuda pactione induci poſsit? & receptum eſt, non poſſe[o]. Non enim requiſita forma ſeruaretur. Sed quid, ſi in contractu iuris gentium cum principali initio acceſſerit fideiuſſor nuda pactione? an ex ea agetur, tanquam inſit contractui, & eum informet[p]? & non puto. Non enim contractus, quo ad alterius obligationem, informari debet, cùm etiam ſi informaretur, non tamen inuim ſtipulationis valeret, quam in fideiuſſore neceſſaria eſt[q]. Quid rurſus, ſi cùm principalis mihi decem deberet, fideiuſſor nõ decem promiſerit, ſed ſimpliciter ſe ſatisfacturũ receperit? & ſi interrogatus, an x. ſolueret? reſponderit ſe ſatisfacturum, Albe. obligationem vtile cenſuit. reſponſionem enim ex præcedenti interrogatione declarari, vt in numerato ſe ſatisfacturum promiſiſſe exiſtimetur[r]. quam interrogationem in dubio quoq; ſic præſumi conceptam humanius eſt[s]. Quòd† ſi interrogatus, an ſatisfaceret, ſatisfacturum reſpõderit, Petrus reſpondit[t] non teneri. diuerſa hæc enim eſt à principali obligatio[u]. Sed crebriùs receptum videtur, tum quoque ſuſtineri obligationem. Cùm enim id ageretur, vt fideiuſsio conciperetur, ex natura rei veriſimilius eſt id actum, vt appellatione ſatisfactionis ſola pecuniæ ſolutio compræhenderetur[x]. Sed† qua ratione fideiuſſio ſtipulationem requirit, conſtitutio pecuniæ etiam pacto nudo eſt efficax? & cùm iure gẽtium promiſsionis facti alieni contractus nominatur nullus eſſet, quia ἀσύναλλακτα, id eſt, mutuũ factum nullum aderat[y], lex ciuilis fideiuſſoriam obligationẽ introduxit, quę viſa eſt neceſſaria, cùm vnius tantùm fidem ſequi creditor recuſabat[z], & ideò volebat, vt aliquis fide ſua iuberet, id eſt, ſpõderet fore, vt id fieret. Fides† enim dicitur, quòd fiat id, quòd ꝓmiſſum eſt. vnde quiſquis fecerit, tollitur obligatio. Quæ† contractus ſpecies quũ verbis ſolis concipiatur, non debuit alter, quàm per ſtipulationẽ valere: at in conſtituto non principaliter promittitur factum alienum, & ſi non fieret, deinde proprium: ſed quis de ſe tantùm loquitur, quia cõſtituit ſe ſoluturum pecuniam ab alio debitam, idque agit, vt factum alienum ſibi proprium principaliter ſit[a]. Quo caſu interpretatione prætoria perinde eſt, ac ſi mutuum factum interveniſſet. Vnde† iuris gentium exemplo ex

L. 5. Stipulationum j. §. Satis acceptio.
m auth. ſi quãdo C. de conſt. pec.
C
D
E
F
n l. blãditus. C. de fideiuſ.
o Bald. c. j. de pact.
p l. iuris gentiũ §. quinimo. ff. de pact.
q l. ſi tibi. ubi Bal. C. loc.
r l. ſi defenſor. §. j. de interr. act. Doc. in l. ſi cui. de leg. j.
s l. qties. ſ. eod.
t d. l. j.
u l. Græce. §. illud. ſ. de fideiuſ.
x d. aut. ſi quãdo.
y l. iuris gentium. in princ. ff. de pact.
z l. vbi. §. q ve ro. ſ. eo.
a l. eum, qui. §. Iulian. ij. ff. de conſt. pec.
3 4 5 6 7 8

huiuſmodi pacto oritur actio. quod magis procedit, cùm quis id, quod ipſemet debet, conſtituit, & deliberat ſe ſoluturum. Satis enim cauſæ eſt præcedens naturalis obligatio, vt ex conſtituto teneatur.

1 *Pœna etiam adverſus ſoluentem cõmittitur.*
6 *Conditio non facit rem indiuiduam.*
8 *Ratio pœnæ ex compromiſſo.*

¶ Si ſortem a promiſeris, & ſi ea ſoluta nõ eſſet, pœnam: etiamſi vnus ex hæredibus tuis portionem ſuam ex ſorte ſoluerit, nihilominus pœnã cõmittet †, donec portio cohæredis ſoluatur.

† nihilominus pęna cõmittet, *aliàs*.

Idémque eſt de pœna ex compromiſſo[b], ſi vnus parureit, alter non paruerit ſententiæ iudicis. ſed à cohęrede ei ſatisfieri debet. nec enim aliud in his ſtipulationibus ſine iniuria ſtipulatoris conſtitui poteſt.

a §. SI SORTEM[a].
1 ¶ Quamuis † vnus ex cohęredib. partem ſuam ſoluerit, ex facto tamẽ aliorum non ſoluentiũ adhuc pœna aduerſus eum committitur. Sed cùm durũ ſit ex alterius facto alterũ plecti, quęnã hoc ſuaſit ratio? & certè maxima, cùm ita actum ſit. Cùm enim ſtipulatio pœnalis ſub conditione, ſi ſors ſoluta nõ fuerit, vel ſi arbitri ſententiæ paritum non ſit, con-
2 cipiatur, ea † conditio ſcindi non debuit, quæ
3 ſui natura actum reddit indiuiduum[a]. Qui † enim partem ſoluit, vel qui aliqua in re non obtẽperat, non dicit̃ paruiſſe arbitro, vel rẽ ſoluiſſe, cùm appellatione rei de tota actum cenſeatur[b]: & ideo aliud ſine manifeſta iniuria creditoris conſtitui non potuit. Quapropter quod in pœna hîc dicitur, in vſura quoque recipiendum eſt, eo caſu quo expreſsim ex contractu, ſi conſtituta die ſors ſoluta nõ fuerit, eam præſtari actum eſt. & hîc enim conditio actum indiuiduum reddit. Sed aduerſus Iuriſconſulti deciſionem obſtat, quod in reſponſo Catonis proditum eſt[c], ſi de eo actum ſit, quod diuiſionem recipiat, pœnam pro portione ſua ab eo, qui contrà, quàm cautũ ſit, fecerit, ſolùm committi, vt, cùm quis promiſit ampliùs non agere, vel ſe hæredémue ſuum ratum habiturum. In cuius argumenti ſummotione magnæ inter Doctores ortæ ſunt altercatio-
4 nes aliis aliter opinantibus, ſed † frequentiore calculo Catonis reſponſum in obligationibus faciendi intelligentibus: noſtrum, in his quæ ad dationem pertinent, quaſi parére ſententiæ arbitri, facti non ſit. Atq etiã ſi arbiter dari iuſſerit, pœna non cenſetur dationi acceſsiſſe, ſed facto, nec poteſt in fraudem vſurarum addita exiſtimari[d]: quod ferè omnes hîc tradiderunt. Reſpicit enim principaliter contemptum arbitri, non rem ipſam. Ego † ſemper exiſtimaui promiſsio-
5 nem hoc in contextu indiuiduam eſſe propter vim conditionis: at in Catonis reſponſo idcirco diuiſionem recipere, quia non niſi volente ſtipulatore promiſſor contrà facere poteſt. Si enim vnus ex hæredibus ampliùs agit, nec ratum habere vult, licet ſtipulatori eum exceptione ſtipulationis ſummouere. Quod ſi minùs ab eo fiat, cur alios cohęredes conventis obtẽperantes in periculũ trahat? Cæterùm rurſus obſtat, quòd ſi plurium ſeruorum nomine in iudicio ſiſtendorum pœnam quis promiſerit, vno nõ ſtato, ſi pro rata illius portione pœna offeratur, erit doli mali exceptione tutus promiſſor[e]. Non † igitur
6 conditio rem indiuiduam facit, nec in ipſo quidem principali, ſed † hoc propter æquitatem
7 introductum eſt, quæ in ſtipulationibus neceſſariò contractis ad iudiciorum pręparatoria pertinentibus potiſsimum obſeruatur: alioquin ſi vel extra iudicium ageretur, vel ſtipulatio non vna, ſed cõiunctim cõcepta eſſet, nullus exceptioni daret̃ locus[f].

a l cui fundus. de cond. & demonſt.
b l. ſi quis cũ totũ. de excep. rei iudic. l. ſi rẽ. de rei vendic.
c §. l. iiij.
d arg. l. ſi quis rem. l. cũ pœna. de arbit.
e l. ſi ſeruus. §. j. ſi quis caut.

VLPIANVS *libro I. ad Sabinum.*

LEX VI.

IS, cui bonis interdictũ[c] eſt, ſtipulando ſibi acquirit: tradere verò nõ põt, vel promittendo obligari: & ideo nec fideiuſſor p eo intervẽire poterit, ſicut nec pro furioſo.

IDEMQVE EST ET DE POENA EX COMPROMISSO[b]. ¶ Accurſius
8 † id ſpecialiter inductũ arbitrat̃, ne de litib. lites fiant. q̃ ſententia vera non eſt, cũ alia ſit ratio legis, nempe ne iniuria fiat ſtipulatori. quod ita intelligendum eſt, vt à me ſuperiùs eſt declaratũ. Sed quid, ſi non in compromiſſo à partibus appoſita fuerit pœna, ſed ab arbitro in ipſa ſententia[g]? & tunc nõ videri in vindictam contemptus
9 appoſitam vero propius eſt[h]. Quapropter † ſi dationi ſit adiecta tanquam in fraudem conſtitutionum, quæ in fœneratores latæ ſunt, reiicietur[i]. Nam nec teſtator quidem hæredem grauare poſſet, vt quadraginta libras præſtaret, vel pœnæ nomine tot annua[k]. Id enim eſſet vſuras adverſus plebiſcita inducere[l]. Sed quid in pluribus principalibus compromittentibus ſub pœna, an ex facto vnius alij teneantur? & videretur teneri ex textus noſtri verbis, quæ generalia
10 ſunt. Item † quia pœna reddit principalem obligationem indiuiduam. ſed quando principalis obligatio eſt indiuidua, ſemper cõmittitur pœna contra omnes: & ita ſenſerunt ueteres[m]. Alij tamen communi calculo contrà, textum intelligentes in puribus hæredibus vnius, qui compromiſerat, vel etiã in pluribus compromittentibus, quando principalis obligatio ſui natura
11 eſſet indiuidua. Tunc † enim pœna contractum imitatur, cui accedit[n]. vel cùm actum expreſsim fuit, vt in principali in ſolidum tenerentur[o]: aliàs in viriles portiones fieri diuiſionem[p]. propter perſonas enim cenſeri à principio diuiſam conditionem[q].

f l. ſi is qui ducẽta. §. cum ita. de reb. dub.
g l. nõ ex omnibus. de arbit.
h c. ſuam. extra. de pœn.
i l. Iulian. §. idẽ q̃ Papinian. de act. empt.
k l. ij. §. fi. de an. leg.
l Iaſon in l. j. de ſum. trini. & fide cathol.
m arg. l fin. C. de duo. re.
n d. l. ſi is, qui. §. cum ita.
o Bart. in §. Cato. 6. oppoſ.
p l. reos. §. cũ in tabulis. de duo. reis.
q d. l. cui fund. reſponſ. ij.

LEX VI.

1 *Prodigus quis*
2 *Sicut furioſo, ita & prodigo bonorum adminiſtratione interdicitur.*
3 *Prodigus non contrahit.*
4 *Sicut furioſo, ita & prodigo curator datur.*
5 *Furioſi & prodigi vbi differant.*
17 *Falſa cauſa annullat prætorum decreta.*

IS, CVI BONIS INTERDICTVM[c]. ¶ Prodigus † is eſt, qui
1 neque tempus, neque modum expenſarum habet, bonaque diſsipat,



pat[a], quíue vltra ſubſtantiam ſuam expendit citra neceſsitatem[b]. Sed & Marcus Cicero de officiis libro II. Prodigi, inquit, ſunt, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſunt relicturi omnino. Quæ definitio ad Philoſophi potiùs, quàm ad prætoris officium pertinet. Deducitur autem hæc vox à verbo prodigere, quod eſt procul & extra fortunas ſuas agere. Plau. in Aulularia, *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.*
2 Hiſce † prodigis lege x i j. tabularum bonorum adminiſtratione interdicitur exemplo furioſorum. Nec enim aliud eſt prodigus, quàm paulò minùs furens, aut captus mente. Verba legis erant, vt M. Cicero lib. primo Rhetoricorum ad Herennium ait, SI FVRIOSVS EXISTAT, IN EO, PECVNIAVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE POTESTAS ESTO. Sic & M. Varro libro primo Rei ruſticæ, Qui plus impendit, quàm fructuum percipiat, mente eſt captus, atq; ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Hinc eſt, quòd quamvis adultus curatorem habens teſtamentũ facere poſsit[c], pupillus contrahens naturaliter obligetur,[d] poſſeſsionẽ ex contractu tradendo naturalem trãſ-
3 ferat[e]: prodigus † tamen quicquam earum facere nequeat[f], cùm lex, quod ad bonorum adminiſtrationem pertinet, non magis eum conſentire poſſe interpretetur, quàm furioſum. Qua-
4 propter ſicut exemplari ſubſtitutione hæredem dare furioſo poſſumus, ita & prodigo[g], ſicut † furioſo etiam nemine petente decernendus à prętore eſt curator, ſic & prodigo[h], niſi quòd is cùm omnino ſenſu non careat, citandus eſt[i], cùm hoc ſua interſit[k]: in furioſo autem alia in ius vocatione opus non eſt, ſed agnatos gentileſq; ac-
5 cerſiri ſufficit. Non † obſeruatur tamen huiuſmodi ſimilitudo in his, quæ prodigi vtilitatem reſpiciunt. Furioſus enim cùm penitus conſenſu careat, quicquid agit, nullius eſt mométi: at prodigus, quoniam omnino intellectu defectus nó eſt, poteſt ob propriam vtilitatem cõtrahere, & ſtipulando ſibi acquirere[l], ſiue quòd bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta ſit: at quod acquirit, non ex ſuis bonis, ſed alienis eſt[m]. ſiue quòd interdicitur prodigis à iudice in eorũ commodum, ne ſtatim redigantur ad inopiam. vnde
6 ſi acquirunt, ceſſat prohibitio, ne indulta in beneficium obſint[n]. Quapropter † & illud quoq; receptum eſt, poſſe eos liberationis conſequendæ cauſa contrahere, vt cùm acceptilatione Aquiliana ſe ab aliqua obligatione abſoluunt[o].
7 & id enim eorum commodum reſpicit. In † delictis quoq; non eſt dubiũ furioſis ſuccurri, quòd
8 eos proprius furor ſatis puniat[p]: quod in prodigis eſt contrà. Id † enim adminiſtrationi bonorum non cohęret, & quod beneficium in eius commodum lex introduxit, delinquendo quis non conſequitur[q], cùm patratum crimen tali beneficio eum indignum reddat[r]. quod adeò verum eſſe Angelus arbitratur[s], vt non ſolùm corporalem, ſed etiam pecuniariã pœnam péndere compellendus ſit, ſi tamen huiuſmodi ſit
9 crimen, vt pecunia mulctari debeat. Si † verò omittendo, ſeu negligendo, & per ſocordiam deliquerit, ei ſuccurſum eſt, vt ſi latiret[t], vel hæres ſcriptus aduerſus ſenatuſcõſultum defuncti necem non vlciſcatur[u], vel mater prodigis filiis tutores non petierit[x]. Cæterùm † & in eo à furioſo prodigus differt, quòd furioſus, cùm conſenſu careat, & quieſcentis loco ſit, ipſo iure adminiſtrationem bonorum amittit[y]: prodigus verò etiã manifeſtus & notiſsimus nõ, niſi poſtquã ei
10 iudex decreto ſuo interdixerit[z]. Hic enim vtiq; conſenſum habet. Vnde, quamuis ex mente legis xij. tabularum de furioſo loquentis ei interdiceretur, quia tamen hæc interpretatio more, vel facto iudicis aſſumpta eſt, (propriè enim verba de prodigo non erant concepta, & quantum ad eum directè contractui non repugnabant[a].) pręvalet iure gentium conſenſus, & contractus mero iure conſiſtit, tametſi in integrum reſtitutio non ſit deneganda[b]. non minus enim tum reſtituendus in integrum eſt prodigus, quàm pupilli reſtitui ſolent[c]. idque & Caius oſtendit, dum eos reſtitui etiam inuitos atteſtatur, cùm minores non niſi volentes reſtituantur[d]. Teſtamen-
11 ti † verò faciendi ius ſtatim amittitur, poſſetque hoc caſu in eo, qui palàm prodigus ſit, (vt ego ſentio) quorundã ſententia defendi[e], tum quòd iuris ciuilis tantum ſit, tum etiam quòd de nullius damno hîc agitur, cùm in contractibus probabiliter alius negare poſsit ſciri eſſe eum prodigum, cùm adhuc ei interdictum non eſſet: & ideo in interdicto iudicis non ſit mentio prohibitionis alicuius teſtamentariæ: quia iam à lege inducta erat, ſed ſimpliciter prohibetur quiſquam cum eo contrahere, & illi decernitur curator, cùm legis xij. tabularum interpretatione moribus introducta ad agnatos, & gentiles deducendus eſſet, iuſque in eo & eius pecunia
12 ad eos pertineret. Sed † & ſi prodigo ante iudicis prohibitionem in turpem, vel illicitam cauſam quis crediderit, nulla orietur obligatio[f], vt
13 ſi inter aleam, vel ſcorta mutuauerit. Sed † quid, ſi omnia bona, vel partem amico donet, patrimoniumque euertat? & Paul. Caſtr. tum quoque nullam oriri obligationem reſpondit. contrà Bald.[g], Alexand. & plerique alij. non enim actus hic ſui natura illicitus eſt. Putarim tamen reſtitutioni in integrum locum eſſe, cum nimia facilitate & re ipſa deceptus videatur[h], licet Iaſon
14 friuola ratione diſſentiat. At † poſtquam iudex ei adminiſtrationem bonorum interdixerit, curatoremque dederit: tum nec contrahere aliquo modo poterit, nec vel naturaliter obligari[i]. impeditur enim tali ſententia, ne obligatio vlla na-
15 ſcatur. Sed † quid, ſi obſeruaturum ſe iurauerit? & nihilominus non obligari receptius & verius eſt. cùm enim de alienatione agatur, inſtar furioſi exiſtimatur, iudicioque & ratione caret, abſque quibus nulla eſt iuriſiurandi religio[k]: quique cum eo contrahit, non omnino fraudus eſt expers, cùm aduerſus iudicis interdictum cõtrahat[l]. Quòd ſi in rem turpem, nec bonis viris ſatis probatam profuderit, tunc maximè non
16 obligari conſtat, idque omnes probant[m]. Sed † quomodo iudicem bonis interdixiſſe exiſtimabimus? an ſi iuſſu ſuo cognita cauſa proclamatum per vrbem fuerit, ne quis eum tali prodigo contrahat, id ſufficit? & frequentiùs proditum eſt, ſufficere[n]. Quid enim refert, ei interdicamus, an contrahentibus, vt ab eo caueant[o]? Quid, ſi ſimpliciter ei curatorem dederit, nec aliud præterea quicquam interdixerit? & idem exiſtimant[p]. Quorſum enim attinebat ei curatorem dare, ni prodigus fuiſſet? Quid verò, ſi ei interdixerit, tanquam prodigo, qui verè pro-

a l. j. de cur. fur.
b §. cũ vero. in authẽ. vt deter. ſit num.
c l. ab Aurel. §. fi. de liber. leg.
d l. j. de nouat.
e l. poſſeſsionẽ pupillus. de acquir. poſſeſ.
f l. is cui lege. ß. de teſta.
g l. humanitatis. C. de impu. vbi Doct.
h Bar. l. hęc aũt. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.
i l. is, qui. §. fi. de tut. & curat.
k l. nam ita. de adopt.
l l. 3. ij. de nouat.
m l. Iuliano. de cur. fur.
n l. q̃d fauore. C. de legib.
o glo. in l. ij. de acceptil.
p l. diuus. de offic. præſid.
q Doct. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
r l. relegatorũ. in fi. de interd. & releg.
s in l. Fulcinius. §. adeo ff. qui. ex cau. in poſſeſſ.
t d. §. adeo.
u l. j. ad Syllan.

L. 6. Is, cui bonis interdictum.

x l. ſciant. C. de legi hęred. Ang. d. §. adeo.
y l. in negotiis. de reg. iur.
z l. tres tutores. in fi. de adm. tu.
a l. cũ lex. de fideiuſ. vbi Bar.
b l. patri, p filio in fin. vbi gl. de minor.
c Bal l. ſi infantis. quæſt. 3. C. q admit.
d d. l. patri.
e d. l. is, cui lege.
f l. ſi quis cum ſciret. de vſuc. p empt.
g Bal. conſ. 129. in ij. dub.
h d. l. patri. Ro. ſingul. 225.
i vt hic, & in l. cũ lex. de fideiuſſor.
k c. & ſi Chriſtus. de iureiur.
l c. qui cõtra. de reg. iur. in 6.
m d. l. ſi quis cũ ſciret.
n l. j. de curat. furioſ.
o l. j. C. de cupr. lib. xj.
p d. l. j. verſ. ſed ſolent.

digus non ſit? & videretur verius, nullius mo-
17 menti eſſe decretum. Huiuſmodi † enim præto-
rum decreta propter falſam cauſam ſunt ipſo
iure nulla [a]. Adde, quòd cùm lex ſemper ſit veri-
tatis certa, huiuſmodi ab adminiſtratione ex le-
ge xij. tabularum non ſummouetur. quo fit, vt iudicis decretum legis vigore defectum, iuris naturalis con-
18 ſenſum impedire non debeat. Crebriùs † tamen
receptum eſt, valere propter ius dicentis aucto-
ritatem [b]. Quod vt fateamur, non tamen exiſti-
marem præceptum hoc in eius damnum obſer-
uandum eſſe, qui cum interdicto contraxiſſet,
ne ſub falſo prodigalitatis prętextu cum aliena
iactura ille locupletetur. naturalis quippe æqui-
19 tas refragaretur [c]. Sed † quid, ſi, qui prodigus
erat, ad frugalitatem reuerſus fuerit? & non fuit
mens iudicis tali caſu ſub cuiuſque cura eum eſ-
ſe: & ideò ipſo iure ceſſabit prohibitio [d]. Si ta-
men manifeſtum non ſit ſanos mores eum rece-
piſſe, iudex erit adeundus, qui ſententia ſua id
declaret, retroque hæc declaratio trahetur [e]. &
ita crebriùs traditum eſt,

a l. Seię egreſſę. ff. de tut. & curat.
b arg. l. pen. de curat. fur.
c l. iij. ff. comm.
d d. l. j. de cur. furioſ.
e arg. c. cum ſecundum. de hęret. in 6.

VLPIANVS libro VI. ad Sabinum.

LEX VII.

Impoſſibilis conditio [a], cùm in faciendum concipitur, ſti-
A pulationibus obſtat:

## LEX VII.

1 *Actus impoßibili conditione destruitur: interdum ſuſtinetur. 6.*

11 *Impoßibili modo quomodo actus non corruat.*

a
1 IMPOSSIBILIS CONDITIO [a].
¶ Quoties † impoſſibile aliquid
ſtipulamur, vel legamus, ſiue na-
tura, ſiue iure id præſtari nequeat,
notiſſimum eſt, nullius momenti
eſſe, quod gerimus [f], adeo vt illud quoque rece-
ptum ſit huiuſmodi legatum deriſorium eſſe: tri
tici modios centum, qui ſinguli pondo centum
pendeant. tale enim triticum in rerum natura
non eſt [g]. & hæc quidem in diſpoſitionibus ho-
minum vera ſunt, at in præſenti reſponſo de cō-
ditione Iureconſultus agit. Conditio igitur im-
poſſibilis affirmatiuè concepta, non ſolùm ſti-
pulationem vitiat, vt hîc dicitur, ſed quemlibet
contractum, etiam bonæ fidei. Qui enim ita con-
trahunt, nequaquam habere obligandi ſe ani-
2 mum videntur [h]. Vnde † nec naturalis quidem
obligatio oritur, nec fideiuſſor huiuſmodi con-
tractibus accedere poteſt [i]. Nam & quamuis ma-
trimoniis leges plurimum indulſerint, illud ta-
men conſtat, ex impoſſibili conditione, quæ ſci-
licet eorum ſubſtantiæ addita ſit, irrita fieri [k].
3 Sententias † quoque iudicum eadem ratione vi-
tiari crebriùs receptum eſt [l], quia & in iudiciis
quoque quaſi contrahimus [m]: nec tantum eis in-
dulgemus, quantum vltimæ voluntati lex con-
cedit [n]. Adde, quòd imperitiam ſuam prodit iu-
dex, qui ita iudicat, nec aliquo fauore dignus
eſt, vnde tale iudicium ſuſtineri poſſit. Libera-
4 tionem † quoque ſub conditione impoſſibili fa-
ctam, nullius eſſe momenti eadem ratione rece-
ptius eſt [o]. Sed quid, ſi conditio partim poſſibi-
lis, partim impoſſibilis ſit? & pro parte poſſibili
valere contractum credendum eſt [p], ſi tamen de
contractu agatur, qui natura ſui diuiſionem re-
cipiat. alioquin in indiuiduis conſtat, q̃ vtilia
erat, propter inutilem adiectionem vitiari [q]. idq́;

f l. Impoſſibiliū de reg. iur. l. apud. §. fi. de le. j.
g l. quidā. §. fi. de triti. vin. ole. leg.
h l. non ſolum. § tit. j.
i l. ſi ſub impoſſibili. de fideiuſ.
k c. fi. de condi. appoſ.
l arg. l. ij. C. quā do prouoc.
m l. 3. §. idē ſcribit. de pecul.
n l. ita ſtipulatus. § eod.
o l. cū donationis. C. de tranſ.
p arg. l. ſi ſeruus cōmunis. § de dona. inter vir. & vxor.
q § §. Cato. in fi.

Imola & Aretinus probant. conditio autem a-
5 ctum ipſum reddit indiuiduum [r]. Non † tamen
perpetuum eſt, ex impoſſibili conditione vitia-
ri contractum, recipitque id pronūtiatum quaſ-
dam declarationes, quarum illa adnotatione di-
gna, cùm conditio vel natura, vel iure impoſſibilis eſt, vt quia ius eam reprobet, tunc actum vi-
6 tiari: ſecus, ſi † à lege diſſimuletur, nec infirmetur, vt cùm quis ſti-
pulatus eſt, ſi extraneum emancipiauerit. com-
mittetur enim ſtipulatio, niſi de facto ſaltem
emancipet [s]. Nec enim iure emancipari alienus
poteſt. nam & vulgò traditum eſt, eam conditio-
nem, quæ de iure adimpleri non poteſt, ſaltem
7 de facto pro virili exequendam [t]. Sed † & in ma-
trimonio ſpeciali fauore receptum eſt, vt con-
B ditio extrinſecus adiecta reiiciatur, nec ei im-
8 pedimento ſit [u]. Qua † ratione vltimas quo-
que voluntates propter earum fauorem ſuſtine-
ri, & impoſſibilem conditionem pro non ſcri-
pta haberi conſtat [x]. Nec enim veriſimile eſt, ſic-
vt in contractibus reum promittendi [y], ita in ſu-
premis tabulis voluiſſe teſtatorem actum eluſo-
rium facere. Meritò igitur eius voluntas ſuſtine-
bitur reiecta conditione, idque ſiue hæredi, ſiue
legatario adiectā ſit [z], niſi vltimæ voluntatis fa-
C uor ceſſet, vt quia appareat, pœnam, non condi-
tionem à teſtatore appoſitam, veluti cùm præci-
pit, vt delinquatur [a], & ſi factum non ſit, centum
dari. ſecus in hoc exemplo, *Hæres meus, ſi tale facinus patraueris, Titio centum dato*, non reiicietur con-
ditio, quæ in delicti ipſius vltionem videtur ad-
9 ſcripta [b]. Sed † an donatio cauſa mortis condi-
tione impoſſibili vitiabitur? & verius eſt atque
receptius, non vitiari [c]. nec me mouet, quòd A-
lexand. eo argumento contrarium ſentiat, quòd
D dum contrahitur, magis ſit contractibus, quàm
10 vltimis voluntatibus ſimilis [d]. Conditio † enim
non formam contractus, ſed effectum reſpicit.
11 & hæc quidem in conditione. Quid † erit in mo-
do? & traditum eſt, contractum ex impoſſibilis
modi adiectione non vitiari [e], ſed modū ipſum
reiici, vt cùm quis monaſterium ingreditur, &
aduerſus profeſſionis legem paciſcitur, vt ſibi
liceat facultates ſuas proprias habere [f]. Quam-
obrem conſequens eſt, vt contractus, qui ſub mo
E do contrahuntur, per huiuſmodi adiectionem
non ideo minus conſiſtāt. Vnde ſi xx. tibi dem,
vt Stichum manumittas, qui liber erat, valebit
contractus, condictioque ob cauſam ſolùm ſu-
12 pererit, vt pecuniam reperam [g]. Cùm † enim con-
tractus à principio teneat, non debet modi ac-
ceſſione vitiari [h]: ſicut & cùm quis promittit iu-
dicio ſiſtere, omnibuſque exceptionibus, etiam
ſi id acciderit, vt ſiſti non poſſit, renuntiat. vtili-
ter enim tum quoque agetur, cùm impoſſibile
F erit eum ſiſti, & in id, quod intereſt, fiet conde-
13 mnatio [i]. Illud † ſciendum, ſi modus iure no-
ſtro impoſſibilis honeſta ex cauſa additus pro-
ponatur, de facto ſaltem, quatenus liceat, eſſe
obſeruandum [k]. Cæterùm & illud approba-
tum eſt, adiectionem impoſſibilem, quæ ſubſtā-
tiam ipſam non reſpiciat, ſed aliquid extrinſe-
cus proueniens, vt diem, id, quod geſtum eſt, nō
vitiare. Valet enim bonæ fidei contractus, quo
ſeruos, quos Gadibus habes, intra triduum Ro-
mæ mihi dare, tradereque promittis [l], non ſe-
cus,

r l. cui fundus. de cōd. & dem.
s l. quidā cū filium. § eod.
t l. mulier. §. j. de cond. inſt.
u c. fi. de cond. appoſ.
x l. j. de cond. inſtit.
y l. an inutilis. de acceptil.
z l. 3. de condit. & dem. l. ab omnib. §. j. de leg. j.
a l. j. in fin. C. de his, q̃ pœn. nō.
b Soc. d. l. 3.
c arg. l. ſub cōditione. §. hoc edictum. de condi. inſtit.
d gl. l. ij. de do. præleg.
e d. l. cum donationis. vbi gl. C. de tranſact.
f Bart. in auth. ingreſſi. C. de ſacro. eccl.
g l. ſi militē. C. de cōd. ob cauſ.
h l. ſed ſi de fructu. de vſu, & habit.
i l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.
k l. legatum. de vſu f. leg.
l l. ſi mihi & tibi. §. de leg. j.



cùs, ac ſi inſulam xv. diebus ædificandam con-
ducas. Nam etiam ſi tam anguſto temporis ſpa-
cio fieri inſula nequeat, tamen obligatio valet [a],
& in id, quod intereſt, agendum erit. Sed quid,
ſi pœnam quis promiſit? & Baldus [b] propter o-
dium pœnarum nō committi eam cenſuit. Quam ſententiā vix ego probare auſim, niſi cū contractibus ſtricti iuris pœna ſubiicitur. Eos enim ob angu-
ſtam temporis breuitatē vitiari traditū eſt [c]. Sed
qd in ſententia, cui dies nimis breuis addita ſit?
& verius videtur non vitiari [d], quoniā duo ſepa-
ratim præcepta videntur, fieri, itemq́; intra illam
diem fieri [e]. quod poſterius, quamuis inutile ſit,
aliud præcedens non vitiat. Nam (vt inquit
Vlpianus [f]) qui pro tribunali cognoſcit, non
ſemper tempus iudicati ſeruat, ſed nonnun-
quam prorogat, nonnunquam coarctat. Du-
bitationem mouet non inelegans Vlpiani [g] re-
ſponſum, velut ex diametro ſibiipſi repugnan-
tis, apud quem ita ſcriptum ſcio: Sed ſi quidem
minorem diem ſtatuerit tempore legitimo, re-
pletur ex lege, quod ſententiæ iudicantis deeſt.
Ἀπορίαν quoque auget, quod aiunt Dinus Mucel-
lus & Paulus Caſtrenſis, iudicem non poſſe ar-
ctare eum, quem ſolutioni præſtituerit, termi-
num. Sed nec mouit me parum eiuſdem Vl-
piani [h] ſententia ad edictum prætoris: Si qui-
dem dies à lege adiectus ſit, eum ſequi iudicem
debere proditum eſt. Fortiſſimum eſt eius
rei argumentum. Nam cùm prætor dicit tem-
pus, nec adiecit diem, ſine dubio oſtendit, eſſe
in ius dicentis poteſtate, quem diem præſti-
tuat. Aduerſatur etiam vulgatiſſima Pon-
tificiorum [i] regula: Indultum à iure beneficium
non eſt alicui auferendum. Atqui condem-
natis quadrimeſtres inducias diuus Iuſtinianus [k]
conceſſit. minuere igitur illud tempus à lege
conceſſum non poteſt iudex. Nihilo ſecius ex
cauſa, eaque cognita, iudicati faciundi tempus
minuere iudici licere idem Vlpianus [l] ſcribit.
quod & Bartolus ad eum notauit, tradidereque
Pontificij [m], idque pro cauſæ qualitate, & quan-
titate, vel perſonarum contumacia. Agedum
ſingulatim cauſas expendamus. Ait Vlpianus,
tempus iudicati faciendi pro cauſæ qualitate
coarctandum. Huius rei varia extant in iure
Ciuili παραδείγματα: veluti, ſi iudex te reſtituere
rem cum fructibus iuſſerit, negaueritque ſe poſ-
ſeſſor reſtituere in præſenti poſſe, ſine fruſtratio-
ne tempus indulgendum eſſe Iuſtinianus [n] ſcri-
ptum reliquit. Damnauit etiam iudex te mi-
hi equum, quem tibi commodaueram, reddi-
turum, ſi quadrimeſtre induciarum tempus con-
cederetur: equus reſtituendus plus ederet,
quàm vendi poſſet, tum iudicati tempus coar-
ctari poſſe à Bartolo [o] proditum ſcio. Huic
rei argumento eſt tributorum translatio in
Theodoſij & Arcadij conſtitutione [p]. Si mi-
hi quoque alimenta decreuerit iudex, quadri-
meſtres inducias à lege indultas minuere iudi-
cem poſſe Bartolus ſumma cum ratione ani-
maduertit. nam venter dilationem non patitur.
Ratio rationis eſt, quia ſi expectaretur dies à
lege præſtitutus, is, cui alimenta iudex decre-
uit, fame interim periret. Generaliter quoties

a l. inſulam §. j. ff. locat.
b c. j. §. ad hæc. hic fin. l. Cōrad.
c l. q̃ties. de op. lib. li. 3. §. ſi quis ita. de eo, q cer. loc.
d Ale. hic p gl. in c. j. de reg. iu.
e l. Celſus. §. j. de arbit. §.
f l. ij. de re iud.
g l. 4. §. ſi quis. eo. tit.
h l. j. §. fin. § de iur. delib.
c. indultum. de reg. iur. in 6.
k l. fi. C. de uſur. rei iud.
l d. l. ij.
m c. paſtoralis. de except.
n §. j. Inſt. de offic. iudic.
o d. l. ij.
p l. mediterraneæ. de annon. & trib. lib. x. C.

aliter atq; [a] ſi talis conditio inſeratur ſtipu-
A lationi, SI IN CÆLVM NONASCENDERIT. nā vtilis, & præſens eſt, & pecuniam creditā continet.

res celeritatem exigit, induciarum tempus mi-
nui poſſe, ſæpiſſimè apud Iuriſconſultos ani-
maduerti. Celeritatis autem exempla recen-
ſet Vlpianus [q] libro ſecundo & quarto ad E-
dictum. Transgrediamur ad quantitatis ar-
ticulum, quo in genere rectè Accurſius [r] ita ſcribit: Si eſt parua quantitas, poteſt iudicati tempus arctari. cuius ſententiam probat Bartolus noſter, ad-
fertque in eam rem nouiſſimam Iuſtiniani [s] con-
ſtitutionem. Apertiùs hoc comprobat Pauli [t]
reſponſum ab Accurſio citatum. ex cuius ſen-
tentia verbiſque liquidò oſtenditur, in maiori-
bus maius, in minoribus ſummis minus tempus
arbitrio ius dicentis concedi. Eſt & alia mi-
B nuendi temporis cauſa, nempe contumacia, vel-
uti ſi quis litium textor viginti aureos ſoluere
à iudice iuſſus ſit, eoſque in numerato habeat:
ſoluere verò nolit, in contumaciæ pœnam tem-
pus iudicati conceſſum arctabit iudex. hoc exem
plum tradidit Accurſ. [u]. Fortiſſimū quoq; huius
rei argumentum extat lib. 4. Inſtit. Iuſtin. [x] Nam
ſi in præſenti reſtituere rem non poſſit, tem-
pus indulgendum eſt. Ergo ſi præſenti pecu-
nia ſoluere integrum ſit, denegabitur contumaci
C tempus à lege conceſſum. Contumacem au-
tem appellamus, qui iudicum iuſſis obtempe-
rare contemnit. quæ definitio ex Hermoge-
niano Iuriſconſulto [y] colligitur. vnde non i-
neptè à contemnendo contumacem duci qui-
dam exiſtimant. Bartolus, cæterique Interpretes
alias minuendi temporis à lege iudicatis con-
ceſſi cauſas connumerant, quas prudens præte-
reo: ab eis petendas cenſeo. Ius itaque dicen-
tis poteſtati ſitum eſſe conſtat, tempus iudicati
D faciendi prorogare, aut arctare. Eius verò arbi-
trium circumſcribi perſonis, rebus, & cauſis
Romani Pontificis [z] ſententia & verbis com-
præhenſum ſcio: id quod & Hippolytus Mar-
ſilius tradidit de quæſtionibus ediſſerens, at-
que non inutilibus exemplis oſtendens: dili-
gentiſſimis eiuſdem ſcripta oculis perluſtres ve-
lim. His adiicere appoſitè poſſes, oportere iu-
dicem tanquam bonum verum arbitrari in his,
quæ in eius poteſtate ſita ſunt, vt colligitur ex
E verbis & mente Iuriſconſulti Venuleij [a], ita
ſcribentis libro ſeptimo Diſputationum: Vir
bonus non arbitratur indefenſam eſſe rem, de
qua prætor iudicium accipere non cogat. Vi-
rum autem bonum, iudicem interpretatur
communis Interpretum ſchola poſt Accurſi-
um ad Venuleij [b] reſponſum, quem ſequi fa-
cilè auſim.
ALITER ATQVE [a]: Pro, quàm ſi talis. a
F Conditio † enim impoſſibilis negatiua pura eſt, 14
cùm certum ſit aliquo modo fieri nō poſſe, quin
ita ſit [c], vt meritò pro nō ſcripta haberi debeat [d].
Vnde ſi in matrimonium his verbis conuenero,
*Contraho, ſi cras erit dies*, confeſtim perficietur ma-
trimonium, nec expectandus erit dies, tametſi
certus [e]. verius eſt enim eum reiici, nec Iaſonis 15
diſtinctioni locum eſſe. Quòd ſi † huiuſmodi im-
poſſibilis conditio ſtipulationi pœnali adiecta
proponatur, tunc nullius momenti actum effi-

L. 7. Impoſſibilis Cōditio.
q l. ij. & iij. § de ferijs.
r gl. d. l. ij.
s authē. niſi. de ſentent. ex breuic. recit.
t l. in fraudem. §. fiſcalib. § de iure fiſc.
u d. l. ij.
x §. j. de offic. iudic.
y l. contumacia. de re iud. §.
z c. de cauſis. de off. deleg.
a l. vir bonus. § iud. ſol.
b d. l. vir bonus.
c l. ſi pupillus. §. j. de nouat.
d l. mulier. in princip. de condi. inſtit.
e Doct. c. per tuas. de condit. appoſ.

ciet, pręcedentiſque naturam imitabitur. exempli cauſa, *Promittis hominem mortuum dare? ſi non dederis, promittis centum* [a]? Quamuis enim homo mortuus dari non poſsit, tamen conditio pro pura non habebitur, ſed actum vitiabit. Enimverò ſi negatiua conditio de iure impoſsibitis ſit, Bartolus hîc cenſuit, contractũ eſſe nullum: vt, *Si maleficium non fecero, promittis centum* [b]? idemque & pleriq; probant [c]. Sed vix eſt, vt hanc ego ſententiam ſequar. Quid enim prohibet præmio aliquẽ inuitari, ne delinquat? at huiuſmodi cauſa firmandæ pactioni nudæ non
16 ſufficit. quid tum, cùm † euentus conditionis pro cauſa ſit [d]? nam & ea ſtipulatio laudatur, *Si homicidium feceris, promittis centum?* vt metu exoluendæ pecuniæ abſterreantur facinoroſi [e]. qua tamen de re infrà [f].

a l. ſi homo mortuus. j. eo.
b l. iuriſgentiũ. §. ſi ob maleficium. de pact.
c in d. l. j.
d l. à Titio. j. eo.
e l. non impoſſibile. vbi Bal. ſ. de pact.
f l. generaliter. j. eod.

## LEX VIII. PAVLVS LIB. II. *ad Sabinum.*

IN illa ſtipulatione [a], SI CALENDIS STICHVM NON DEDERIS, DECEM DARE SPONDES? mortuo homine quæritur, an ſtatim ante calendas agi poſsit? Sabinus & Proculus A expectãdum diem actionis putãt: quod eſt verius. tota enim obligatio ſub conditione & in diem collata eſt: & licet ad conditionem committi videatur, B dies tamen ſupereſt.

## LEX VIII.

2 *Temporis in conditione defuncti finis expectandus.*
6 *Colonus deſerens prædium ante tempus, ſtatim conuenitur.*
19 *Dies conditioni neceſſariæ adiecta nihil operatur.*

a IN ILLA STIPVLATIONE [a]. ¶ Stipulatio † conditionalis, itemque in diem, ſi conditioni locus fuerit, committitur quidem, & obligationi actionique ſufficit [g], ſed tamen antè quàm dies euenerit, per exceptionẽ eliditur. Suſpẽdit enim ipſius executionem dies vſque in vltimum momentum, idque ſeu diſpoſitioni ipſi, ſeu conditioni negatiuæ addita proponatur [h]. Vnde ſolet dici, ſemper † temporis in conditione deducti finem expectandum, etiam ſi huiuſmodi expectatio fruſtrà fiat [i]. quod maximè in diſpoſitione legis eſt obſeruandum, in qua nec actio quidem naſcitur [k]. quod & in ea ſpecie reſponſum fuit, cùm lex reũ, ſi decem diebus contumax fuiſſet, nec in iudicium veniſſet, pro confeſſo, conuictoque habendum ſtatuerit, ante enim diei lapſum, quamuis conſtet in iudicium non venturũ, pœnæ locus non erit [l]. quod & in ſtipulationibus obſeruandum, in huius reſponſi exemplo patet, cùm ſtipulatio ita concepta eſt, *Si Stichum calendis non dedero, promitto decem.* Dies enim in fauorem promiſſoris appoſita, ad ipſa quoque decem trahitur, quoniam decem loco Stichi ex facto meo prȩſtandi, ſubrogata ſunt:
3 quæ † quidem ſubrogatio cùm die, cæteriſque qualitatibus facta intelligitur, meritò ante diem conueniri non debeo [m]. Quoniam quamuis euenerit conditio, ſupereſt tamen adhuc dies, cuius rationis argumento exiſtimauerunt Angelus, Pauluſque, ſi conditio vtilitatem ſtipulatoris nõ reſpiciat, ſecus eſſe [n], vt ſi ſpondeam, *Si calendis in Italiam non venero*, cùm enim aduentus in Italiam meus nihil vtilitatis ſtipulatori præſtet, dies illi præfixa ad dationem tanquam rem diuerſam trahenda nõ eſt, & ideo cùm conſtabit conditioni locum eſſe non poſſe, ſtatim tenebor. Sed & Petrus idem cenſuit, cùm dictum eſt, *Si Titius ante calendas in Italiam non venerit.* quia dictio *ante*, indicat non expectandas ipſas calendas. Sed hæc omnia frequentiore calculo reprobantur, quoniam in illa promiſsione, *Si intra calendas Capitolium non aſcenderis, promittis decem*, conſtat ſemper expectandas calendas [o], & tamen conditionis euentus nil in ſe vtilitatis ſtipulatori affert, nec adeo magni refert, *Intra calendas*, an *Ante calendas*, dicamus [p]. Meritò † in Ioannis ſententiam eſt itum ſolùm diſtinguentis, an conditio in facto promiſſoris conſiſtat, & tunc diem expectandam: an ex facto alterius, & tunc confeſtim agi poſſe [q], niſi aliter ex verbis coniiciamus, vt quia C dictum ſit, *Tunc decem dare ſpondes?* illa † enim dictio *Tunc*, finem temporis denotat [r]. Idem ego arbitrarer, cùm conditio in dando conſiſtit: Vt, *Si Titius calendis Stichum non dederit promittis decem?* non enim videtur actum, vt promiſſor citiùs exigatur, quàm Titius expectandus erat, ſubeſtque hoc caſu magna ratio, vt repetitio diei facta cenſeatur, quoniam decem illa pretium non præſtiti, Stichi videntur, quod & ferè Albericus exiſtimauit. Cæterùm † & cùm inquilinus, vel D colonus, cui prædium in quinquennium annuis penſionibus locatum erat, illud deſerit, ſtatim conueniri à domino poterit, nec quinquennij finis expectandus eſt [s]. quod Bartol. propter naturam contractus bonæ fidei receptum exiſtimat. Sed hoc ego arbitror non multum ad rem noſtram facere. Non enim agit dominus, quia euenerit vlla conditio, & adhuc ſuperſit dies, ſed quia aduerſus id, quod actũ eſt, conductor facit. Quapropter non arbitror ad penſiones tantùm agi, ſed ad id, quod E domini intereſt, prædium non deſeri, & promiſſa non adimpleri. Sed † quid, ſi qui decem promiſerat, ſi intra annum Stichum non daret, eum occiderit? an ſtatim conueniri poterit, tanquam ipſius culpa Stichus amplius præſtari non poſsit? & Paulus Caſtrenſis confeſtim conueniri poſſe credidit [t]. qua in re cæteri Iuriſc. diſſentiunt [u]. cùm enim in eius arbitrio ſit, vel Stichum præſtare, vel pecuniam ſoluere, non F videtur dolo facere, qui alterum mauult, & pecuniam, vbi dies venerit, exhibet [x]. Illud quoque videtur admittendum, quoties dies expectanda eſt, licere tamen ante diem agi: non vt tunc, ſed vt adueniente die ſoluat. cùm enim tali caſu actio & obligatio nata ſit, videtur æquitatem obiectæ exceptionis nullã ſubeſſe, & ideo lex ſimpliciter dicit peti poſſe [y]. tamerſi Alexan. in hoc diſſenſerit [z], cuius ſententia procederet, niſi facto rei, qui non ſolùm diem, ſed etiam obligationem negaret, declaratione iudicis res indigeret.

Margin numbers beside the preceding text: 2, 1 (at "IN ILLA STIPVLATIONE"), 2 (at "conditione deducti"), 4 (at "Meritò"), 5 (at "dictum ſit"), 6 (at "Cæterùm"), 7 (at "Quapropter"), 8 (at "Sed † quid").

g l. cũ ſtipulatus ſim à Proculo. j. eod.
h l. ſi eum. §. j. ſi quis caut.
i Alexã. in l. diẽ functo in fin. ſ. de offi. aſſeſſ.
k l. inſulã. §. biẽnium. j. eod.
l Bal. in l. ij. C. ſi pœ. no.
m arg. l. ſi cũ. § qui iniuriarũ ſi quis caut.
n l. hoc iure. j. eod.
o l. veluti. in fi. j. eod.
p l. 4. & ſeq. j. e.
q d. l. hoc iure.
r l. 4. de cõd. & demon. § fin.
s l. ſi in lege. § ſi domus. ſ. loca.
t d. l. ſi in lege. § colonus.
u d. l. ſi eũ. § j.
x l. nullus videtur. ff. de reg. iu.
y d. l. hoc iure.
z conſil. 95. in princip.



9 ret [a]. Cæterùm † & illud receptum eſt, in his quæ conditionem admittunt, diem non admittunt, poſt euentum cõditionis diem nequaquam expectandam [b].

a l. ſi finita. § ſi. vbi Bartol. ſ. de dam. infect.

Sed cum eo [a], qui ita promiſit, ſi intra calendas digito cælum nõ tetigerit, agi protinus poteſt. hæc & Marcellus probat.

## LEX IX. POMPONIVS libro II. *ad Sabinum.*

SI Titius & Seius [b] ſeparatim ita ſtipulati eſſent, FVN A DVM ILLVM SI ILLI NON DEDERIS, MIHI DARE SPONDES? finem dandi alteri fore, quoad iudiciũ acciperetur: & ideo occupantis fore B actionem.

a SED CVM EO [a]. ¶ Quando † dies condi-
10 tioni neceſſariæ addita proponitur, ſicut cõditio pro nõ adiecta eſt, ita & ipſa dies, quæ illi accedit. vitiato enim principali, diẽ quoque euaneſcere dicẽdũ eſt [c]. Hinc crediderunt plerique, cùm ita quis ſtipulatus eſſet, *Si Stichũ calendis non dederis, promittis x?* & Stichus iam eſſet mortuus, protinus agi ad diem, nec calendas expectandas, quoniam illa conditio erat neceſſaria, quæ actum non ſuſpendit [d]. Vnde nec ad tẽpus in ea appoſitũ quicquam attẽdi debet. quæ ſententia etiam nobis placet, ſi partes ſciebant tempore ſtipulationis iam obiiſſe Stichũ. alioquin ex eorum mente videretur diem expectandam, ſicut & tum expectanda eſt, cùm dies non cõditioni, ſed diſpoſitioni ipſi additur: velvti, *Promittis x. calendis, ſi digito cælum non tetigeris?* *Mæuiæ, ſi non nupſerit, lego centeſimis calendis x.* quamuis
11 † enim conditio, *Si non nupſerit*, à lege reiiciatur, expectanda tamen eſt dies, quæ à cõditione non pendet, ſed legato addita eſt [e].

b l. ſi quis heres ita. de acq. hær.
c l. ſi in diẽ. § j. de cõd. & dem.
d l. ſi pupillus. j. ff. de nouat.
e l. cum tale. § Mæuię. de cõd. & demonſt.

## LEX IX.

1 *Perplexa quæ Iuriſconſultis dicantur.*
4 *Perplexa ex mentis coniectura diſſoluuntur.*
6 *Perplexè obligatus cuicumque ſoluendo liberatur.*
10 *De facto agens an audiendus.*

b SI TITIVS, ET SEIVS b. ¶ Ambiguas quaſdã inſolubileſq; quæſtiones Sophiſtæ habent, vt quas crocodilinas, vel ceratinas, quaſq; ἀντιστρέφοντας, id eſt, conuerſorias dicunt, ſicut cauſas Rhetores, quas ἀσυστάτους, id eſt, non conſiſtentes exiſtimant. ita & Iureconſultis
1 ſua ſunt perplexa [f]: quæ † ſic appellantur, quoties, quicquid cõſtituerimus verũ eſſe, falſũ reperitur. Dialectici huiuſmodi tractatũ τοῦ ψευδομένου, id
2 eſt, mentiẽtis vocãt [g]. cuius † ſpecies eſt ea, quæ à nobis circularis quæſtio vocat [h]. Plato in Theętero, & Plutarch. aduerſ⁹ Stoicos [Greek], piſtilli reuolutionẽ vocãt, quoniã hoc argumẽti genere eõdẽ ſemper reuoluimur [i]. Igitur † perple-
iurandi religione confirmata ſit? & videtur, nec tunc quidem legi noſtræ eſſe locū[a]. Nec me mouet, quod aliqui tradiderūt, non valere ſtatutum imponens pœnam ei, qui certum matrimonium 5 celebrarit: idemque † de iuramento, cùm iure diuino matrimonia debeant eſſe libera[b], quia reſpondeo, matrimonia vt ſint libera, iuris quidem diuini eſſe: verùm nos non de matrimonio, ſed diuortio loquimur, cuius libera licentia poſitiuo V. duntaxat iure videtur inducta[c]: Sed† nunquid 6 regula legis noſtræ in aliis quoque caſibus procederet? & non videretur. Poſſunt enim partes vltra pœnam legalem aliā diuerſam ſtipulari[d]. Vnde quamuis in alium offendit, legalibus pœnis plectatur, poterit quis conuentionali etiam B conueniri[e]. Sed† nunquid pœna legalis in ſtipu 7 lationem deducta, adhuc legalis dicetur? & Iuriſconſultus ſentit non dici, ſed conuentionalē appellari. Vnde ad eam quæſtionem infert Bart[f]. 8 an † ſtatutum idem, quod ius cōmune, diſponēs, dicatur ius commune? & argumēto legis noſtræ exiſtimat dici ius municipale[g]. ſicut etiam diſpoſitio teſtatoris iuri communi conformis, non iure cōmuni, ſed teſtatoris voluntas eſt[h] Sic† or C do datus à iure, vt cauſa poſſeſsionis petitorio iu 9 dicio præferatur, ſi in contractum mandati tranſfuſus ſit, ad diſpoſitionem hominis, non autem legis pertinere cenſetur[i]. Idem ergo etiam in prædicta quæſtione dicendum eſt, ne conditores ſtatutorum ſuperfluè diſpoſuiſſe videantur[k], fruſtraque eam rem ad particularem ſuam diligentiam reuocaſſe[l]. Nam & traditum eſt, ſemper † fieri interpretationem, vt ſtatuta aliquid iu 10 ri communi addant[m]. Et hæc quidem videtur I. eſſe receptior ſententia, quæ maximè procedit, D ſi conſtaret, id à conditoribus actum, vt nouum vinculum ex ipſorum lege adiiceretur. Poſſunt enim, quod iure communi inductum eſt, nouare, & ad municipij ius trahere[n]. Videtur autem & tunc cōſtare, cùm alia ratione eos motos eſſe apparet, quàm ea, quæ à iure cōmuni eo in caſu approbata ſit[o]. Itē maximè procedit, ſi ex ſtatuti II. lectione appareat, aliquid iuri cōmuni additū[p]. Quod verum etiam in his, quæ aliàs ad ipſorum E conditorum iuriſdictionem non pertinēt. Vnde ſunt, qui valere ſtatutum exiſtiment, quo pœna irrogatur ei, qui iuramentum aliquod recipiat[q], tanquam id ſtatutum Euangelicam legem adiuuet, quæ mandat, vt nemo iuret[r]. Qua† ratio 11 ne & reſponſum vidi, valere ſecularium legem, qua cautum erat, ne in collegium iudicum admitterentur ſacerdotes. iure enim Pontificum debent tales viri ſe ab huiuſmodi negotiis abſtinere, vt contemplatione meliùs vacare poſ F ſint[ſ]. Vnde & valere debet lex municipij, quæ Franciſci, Dominicique obſeruationem profeſſos à ſucceſsione agnatorum perinde ac mundo ipſi mortuos arcet. Congruit enim cum eorum regula, cui etſi diplomate pontificio derogari procurauerint, non tamen municipij legi derogatum videri poteſt. quibus tamen III. in ſpeciebus amplius cogitandum eſt. Rurſus procedit, quoties iure communi caſus valde dubius fuiſſet. veriſimile enim eſt ſtatutorum conditores rem decidiſſe, nec ad ius commune ad-

a c. cū contingat de iureiur.
b Ioan. And. c. ſtatutum. de hęret. ubi Barto. l. Titia. in princ. ꝟ. eod.
† legibus, *aliàs.*
c d. l. ſi d. l. neq;.
d l. ſi. de præt. ſtip.
e l. denūtiamus. C. de his, qui ad eccleſ. c. grauē de ſent. excom. gl. l. non impoſſibile. de pact.
f Bart. l. j. §. j. ubi Alexan. ad l. Falc.
g l. ij. in princ. nouat.
h l. conficiuntur. de iur. codic. l. ij. de iniuſt. rup.
i c. dilecta. de reſtit. ubi gloſſ. uerb iuris ordinem.
k l. ſi quādo. in princ. de leg. j.
l l. item apud. §. ait prætor. de iniur.
m Bar. l. ij. de uſucap.
n arg. l. cū quęrebatur. de teſt. milit. Bar. l. more de iur. om. iud. Imo. d. §. j.
o But. d. c. j. de reſcrip.
p l. ius ciuile. de iuſt. & iur.
q Imo. d. c. contingat. Corn. auth. ſacramenta ueri. quarto fallit. C ſi aduer. uend.
r c. & ſi Chriſtus. de iureiur.
s c. j. & ij. ne cler. uel mōach.

uertiſſe[t]. quod Butr. & Imol. cenſuerunt. nec enim tam ad eorum curam iuris communis interpretatio pertinuit, quàm ſtatutorum promulgatio. Sed etſi ſtatutum ante ius commun[illegible]tum ſit, tametſi deinde lex generalis ſupu[illegible] III. non tamen à ſtatuto receſſum videri Imol. exiſtimauit[u] quæ ſententia probabilis eſt. Et certiùs ꝓcederet, quoties ſtatutum propter auctoris conditionem non ad ius ciuile, ſed ad prætorium ius pertineret. quod à me alibi declaratum eſt. Cùm enim tunc diuerſa ſint, quæ ab eo deſcendunt remedia, ab his, quę iure cōmuni cōceduntur[y], non eſt credendum, quodlibet ſecundum naturam ſuam nō iudicari: quod & Alex cenſuit. His B igitur caſibus communi ſententiæ maximè erit locus, vt ſtatutum ex ſe cenſeatur, indeque condictio ex lege detur[z]. Non† tamen perpetua eſt 12 ſuprà ſcripta regula. Sunt enim aliqui caſus, quibus ſtatutum exiſtimabitur ius commune. Et I. in primis, quoties iuri communi derogare non poſſunt (vt legati Pontificis, præfecti prætorio[a], & ſi qui ſimiles) cenſuerunt aliqui, ad ius commune ſtatutum pertinere: quod Bal. Imol. & Alex. quoq; tradiderunt. quibus tamen ego facilè C non aſſentior: aduerſantur enim plurimis legibus[b]. Verius† ergo eſt, vt regula non procedat, II. quoties in ea materia ſtatutum diſponeret, quæ 13 iure communi cōdictione ex lege expediretur. tunc enim fruſtra ad conditionem ex ſtatuto re- III. curremus. Sed etiam vbi eadem eſt & legem condentis & ſtatutum, auctoritas, non videtur vnquam à legè diſceſſum eſſe. vnde conſtitutio extrauagans idem, quod ius commune, diſponens, iuris communis cenſetur eſſe[c]. Quod in D tellige, niſi appareat id actum, vt ius nouum conſtitueretur. Vnde prætor idem ſtatuēs, quod ius commune, dicitur tamen ius prætorium conſtituiſſe[d]. Addunt† Pontificij, quotieſcunque in IIII. reſcripto prīcipis iuri cōmuni derogatur, etiam 14 ſtatuto idem continenti derogatum videri[e]. an, quia ſtatutum imitatio quædam, & imago iuris communis eſt, vt Bald. ſentit[f]? an, vt ego magis probo, quia princeps derogando legi, videtur eius quoque ratione derogaſſe? Vnde in cōſequen E tiam etiam ratio ſtatuti, quæ eadem eſt, ſublata videtur[g]. Si ſtatuentes alia ratione moti eſſent, idque conſtaret, aliud diceremus[h]. In dubio enim præſumendum videtur, eadem ratione motos. Idem, ſi vltra ius commune inducta eſſet conſuetudo antiqua. illi enim non eſt credendum à principe facilè derogari[i]. quod Salic. tradidit. Idem, ſi ſtatutum confirmatum ſit. non enim facilè quoque confirmationes iſtæ tolluntur[k]. Quod intelligendum videtur, F niſi conſtaret tale ſtatutum ea ſola ratione conditum, vt iuris communis executiuum eſſet. tunc enim non obſtante confirmatione, & ipſum tolleretur: quod poſt Bald. Iaſ. hîc ait. Et quod de confirmatione tunc dictum eſt, idem quoq; in ſtatuto iurato[l]. Sed † & in conceſsio 15 nibus odioſis, quæ ſtrictam interpretationē recipiunt, quales ſūnt diſpenſationes, non eſt admittēdum[l], vt clauſula communis iuris derogatoria ad ſtatutū quoq; protrahatur. qđ in quolibet particulari reſcripto Salic. oſtendit[m]. Sed in hoc a-

t gl. j. cle. j. de elec. But. c. j. de reſcrip. Imol. c. ſtatutum. de elect.
u arg. ꝟ ex contrario. Inſt. de leg. Cin. l. ij. q. j. C. quæ ſit lon. cōſuet.
x l. v. ꝟ. eo.
y Inſt. de ꝑpet. & temp. act. §. annum.
z l. j. de cond. ex leg.
a l. formam. C. de offic. præfec. præt. gl. c. fi. de hæret. in vj.
b l. apertiſsimi. C. de iudic. c. ex parte. ult. de uerb. ſig.
c c. paſtoralis. de fid. inſtru.
d l. j unde legit.
e gl. c. j. de conſtit. in vj.
f arg. l. j. C. de Lat. lib. tol.
g gl. j. de legit. tut. l. 3. §. diuus. de ſepul. uiol.
h Bal. d. l. j. But. d. c. j. l. ſi domus. de ſeruit. ruſt. præd.
i gl. l. j. C. de col. dona. lib. x. gl. 2.
k gl. cle. dudū. §. fi. uerb. pacta. de ſepult.
l gl. c. cū nō deceat. gl. fi. de elect. in vj.
m arg. l. exemplo. ubi gl. C. de dec. lib. x. Salic. l. fi. C. ſi contra ius. l. fi. C. quæ ſit lon. conſuet.



hoc alij crebriore calculo diſſentiunt, probabiliſque eſt eorum ſententia, qui, ſublato iure communi, remanere ſtatutum ſemper, quoties eius ſtatuti correctio ſcandalum afferret[a], cenſent.

a gl. c. ſuper eo. de cogn. ſpirit. circa med. ubi Doct.

LEX XX.

1 *Promiſsionem, liberato alio, valere: eiuſque dubitandi & decidendi ratio.*
3 *Diuerſa lectio textus.*

LEX XX.
VLPIANVS *libro* 34. *ad Sabinum.*

HViuſmodi a ſtipulationes non ſūt inutiles, QVOD TIBI TITIVS DEBET, CVM DEBITOR ESSE DESIERIT, DARE SPONDES? Nam valet ſtipulatio, quaſi A ſub quauis alia cōditione concepta.

LEX XXI.
POMPONIVS *libro* 15. *ad Sabinum.*

SI diuortio a facto ea quæ nihil in dote habeat, dotis

a 1 HVIVSMODI a. ¶ Cōceptis † hoc modo interrogationis verbis, *Quod tibi Titius debet, cùm debitor eſſe deſierit, dare ſpondes?* hîc traditur valere ſtipulationem. Videbatur autem prima fronte contrarium dicendum, ſiue quia in arbitrium promiſſoris collata quodammodo eſt ſtipulatio[b]. deſinit enim Titius eſſe debitor ex liberatione, quàm à promiſſore conſequetur. ſiue quia is, qui promittit, quod Titius debet, videtur actionem ceſſurū ſe promittere[c]. at impoſsibile eſt, vt eā cedat, cùm debitor eſſe deſierit[d]. Sed tamen Iuriſconſultus reſpōdet, valere ſtipulationē. non enim in merum arbitriū ꝓmiſſoris collata eſt[e], nec etiam ad caſum impoſſibilē deuenit. quia cū promiſſum ſit in id temp⁹, quo Titius debitor eſſe deſierit, apparet non id actū eſſe, vt ceſsione actionis promiſſor liberetur, ſed potiùs numeratione pecuniæ, quam conſequi à Titio poſsit. non enim accipienda eſt ea interpretatio, per quam ceſsio inutilis reddere- 2 tur[f]. Vnde† ſicut quādo legatum redderetur inutile, nō ceſsione, ſed numeratione hæres liberatur[g], ita & hoc caſu dicendum eſt, vt nō actio, ſed pecunia in ſtipulationem deducta cenſeatur. qđ Imol Raph. Clau. rectè docuerūt. Fortiùs cēſuit Bar. etiā ſi ceſsione actionis liberaretur promiſſor, non tamē rem ad caſum impoſsibilem deueniſſe videri. quia poſſunt verba illa conditionis, *Si debitor eſſe deſierit,* intelligi in caſibus, quibus debitor quidem eſſe deſiit, ſed tamen duret adhuc mero iure actio, quæ cedi poſsit, vt quia Titius præſcriptione liberatus ſit. Durat eñ adhuc naturalis obligatio, quæ cedi poteſt[h]. Sed hoc exemplum Vlpiani cenſui non cōuenit, cuius tempore nōdum ea præſcriptio erat cognita[i]. quod alibi ipſemet Bartolus fatetur. Aliud ergo exemplum eſt, cùm Titius deſiiſſet eſſe debitor, quia non eſſet ſoluendo[k]. Sed & hoc non ſatis conuenit verbis: quia qui ſoluendo non eſt, remanet tamen debitor, vt rectè Din. ait[l]: minùs etiam quadrat menti partium, quas non eſt veriſimile, vt Aretin. inquit, de tali caſu cogitaſſe[m]. Ego manifeſta hæc eſſe conuenta arbitror, & ideo priorem duntaxat intellectum probo. 3 Sunt † tamen, qui in contextu non *Spondes,* ſecunda perſona, ſed *Spondèo,* ſcriptum habent: vnde alio modo legis caſum proponendū cenſent. finge igitur: interrogaui te, an quod Titius mihi debeat, cùm debitor eſſe deſiiſſet, ꝓmitteres? tu dixiſti, ſpondeo: hîc traditur, valere ſtipulationem. Videbatur autem prima ſpecie non valere: quia cùm promiſsio concepta ſit in caſum, quo

b l. ſtipulatio. ꝟ. eod.
c l. ſi ſic. §. j. de leg. j. l. ſi Titius. §. j. de leg. ij.
d l. Modeſtinus de ſolut.
e §. emptio. Inſt. de emp.
f l. qui concubinam. §. qui hortos. de leg. iij.
g l. qui duos. in fi. de leg. ij.
h l. ſi eius. in prin. ad Trebel.
i gl. l. Iulianus. ex quib. cau. ma. Bar. l. fi. §. j. rem rat. hab.
k l. nam is dolo.
l l. iiij. de ceſ. bon.
m l. inter. §. ſacram. ꝟ. eod.

Titius non ſit debitor, tu qui pro eo cenſeris fideiuſsiſſe, liberaris[n]. liberato enim principali, fideiuſſor quoque liberatur[o], tempuſquē euenientis conditionis attendendum eſt[p], quo tempore principalis eſt liberatus. Sed tamen aliter Iuriſconſulto noſtro viſum eſt, quia falſum eſt, cēſeri te fideiuſſorem eſſe. Quinimò eſt credē du principaliter te fideiuſsiſſe ſub conditione, ſi ille debitor eſſe deſiiſſet[p]. fit enim ſemper interpretatio, vt quis potiùs nomine proprio; quàm alieno ſpopondiſſe videa- B tur. Et licet qui promittit, quando ad eum pecunia non peruenit, fideiuſſor cenſeatur[s], hoc verum eſt, cùm in id tempus promittit, quo & principalis obligatio duret, non, cùm eſt extincta, vt in caſu noſtro. & ita receptiore calculo cenſent Interpretes[t]. Fortiùs commentati ſunt veteres, etiam ſi quis fideiuſſorio nomine ſic promiſerit, tamen valere ſtipulationem. Vt enim actus valeat fieret interpretatio eum promiſiſſe in caſibus, qui- C bus fideiuſsio ſuſtineri poſsit, quamuis principalis debere deſiiſſet[u], vt quia præſcriptione eſſet tutus, vel aliàs non ſoluendo. ſed (vt ſuprà dixi) huic commento neç verborum proprietas, nec contrahentium probabilis mens applaudit. Debitor enim is maximè eſſe deſiit, quī & ciuili & naturali obligatione liberatus eſt. vnde cùm verba ſtipulationis poſsint abſq; ſcrupulo aliter intelligi, ad haſce tricas confugiendum non eſt.

L. 20. Huiuſmodi ſtipulationes.
L. 21. Si diuortio.

n l. fideiuſſor. obligari. de fideiuſſ.
o l. in omnibus. de ſolut.
p l. ſi rem meā. ꝟ. eo.
q l. pe. de fid. tut.
r l. & magis de ſol. l. Papinianus. mand.
s gl. l. uir. uxori. ad Velle. in fin. Iaſ. hic.
t Raph. Imol. Paul. Alex. Are Claud.
u l. quoties. ꝟ. eo.

D

LEX XXI.

1 *Falſa cauſa non ſemper deſtruit actum.*
3 *Dos promiſſa, nec recepta conſtante matrimonio, donata cenſetur.*
4 *Quæ dotem donatam arguant.*
8 *Nouatio in ſecunda ſtipulatione maioris ſummæ, non præſumitur.*

E SI DIVORTIO a. ¶ Falſa † ergo cauſa nec ſtipulationem, nec legatum vitiat. idque non ſolùm, ſi impulſiua tantùm ſit[x], ſed etiam, ſi contractui ipſi cohæreat, ſeu (vt iſti dicunt) finalis ſit[y], niſi tamen cauſę defectu ſubſtantia quoque rei deficeret, vt pretium in emptione[z]. Item niſi errore cauſæ quis adductus promiſiſſet, exceptione enim erit tutus[a]. Sed quid in dubio, an valebit ſtipulatio? & Bal. Raph. Paul. in caſu noſtræ legis valere cēnſue- F runt, tanquam propter honorem bene tranſacti matrimonij præſumatur certa promiſſoris ſciētia[b]. Sed Alex. contrà. friuola enim eſt ſuprà ſcripta ratio, nec facilè eſt à generali regula recedendum, qua traditum eſt, etiam† in facto pro- 2 prio præſumi ignorantiam, cùm de damno vitando agitur. & conſtat rē ſe aliter habere, quàm dictum ſit[c]. Ego propter legis noſtræ generalitatem priorem ſententiam ſequor: & quamuis

a 1
x l. cū tale. §. falſam. de cond. & demonſt.
y Bar. d. l. demonſtratio. §. j. iij & vj. q. de cōd. & demōſt.
z l. ſi quis fundum. de contra. emp.
a l. pe. §. mulier. ſol. mat.
b arg. l. ij. §. circa. de dol. excep.

c l. ſed ſi nec me putem. de condic. ind. in prin. ubi Bart.

de dam-

de damno vitando agatur, non tamen in facto
a l. de ætate. §. ex cauſa. de interrog. act. l. ſi res obligata. de leg. j. ubi Alex. in princ.
proprio præſumi ignorantiam arbitror[a], niſi aliquæ coniecturæ hoc arguant, vt quia de facto antiquo tractetur[b], vel aliàs probabilibus ſignis arguatur error[c]. lex enim dolum ignorantiamque æquiparat[d]. vnde ſicut dolus ex coniecturis probandus eſt[e], ita etiam de ignorãtia exiſtimandum eſt. q. & Fulg. tradidit.

b l. qui fundũ. §. ſeruus. pro empt. ubi Bart.
c l. poſt diuiſionem. C. de iur. & fac. ig. ubi Bald.

a SIBI STIPVLETVR a. ¶ Meritò loquitur Iuriſconſultus, cùm poſt diuortium celebrata eſt ſtipulatio. Eo enim tẽpore nihil obſtat, quin liberè maritus videat vxori ꝓmiſiſſe. Sed ſi ante matrimonium, vel ipſo matrimonij contractu id factum eſſet, præſumeretur maritus ſpe futuræ numerationis promiſiſſe[f]: & ideo mulieri agenti obſtaret non numeratæ dotis exce-

d l. cũ de indebito. in fi. de ꝓbat. ubi Fulg.
e l. ij. C. de dol.
f l. ſi uoluntate. C. de dot. ꝓmiſ.

3 ptio[g]. Sed † quid, ſi durante matrimonio maritus promiſiſſet? & receptior eſt eorum ſententia, qui animo donandi factum id exiſtimarunt[h]. Cùm enim iam abſque dote vxorem maritus duxerit, non eſt veriſimilis præſumptio, vt ſperauerit eam ſibi numeratum iri, ſed potiùs quòd maritali coniunctione ductus id recepiſſe cõfeſſus animo donandi ſit, quod non recepit. quæ tamen res plurimum in ſtatu coniecturali verſatur, & in præſumptionum conflictu ea eſſet accipienda interpretatio, per quam donatio non cenſeretur facta[i], vt exceptioni non numeratæ dotis ſit locus[k], niſi tamen lapſa eſſent eius exceptionis tempora[l], aut aliàs ei exceptioni renuntiatum eſſet: ſicque defendi Alexandri, & non paucorum ſententia poſ-

g l. fi. C. de dot. cau. non nu. l. j. C. de don. ante nupt.
h l. ij. C. de dot. caut. Clau. hic, Soc. l. j. ſol. mat. ubi dixi.
i l. ſi ſponſus. §. circa. uerb. conuentus. de don. interuir.
k toto tit. de dot. caut.

4 ſet, qui cæteris aduerſantur. Sed † quid, ſi ſenex puellæ, vir ignobilis vxori nobili dotem promiſit? & videretur præſumendum, cauſa donationis id factum. quod Bartol. ſentit, & omnes ferè vno ore approbant, valetque eo caſu donatio tanquam remuneratoria[m], videtur enim tædia ſenectutis, aut amiſſam ſui contagione nobilitatem[n] eo ſolatio vxori maritus reficere: idque factum in dubio præſumi,

l l. ſin autẽ. uerſ. ubi in auth. de temp. non ſol. pec. ſup. dot.
m l. quid autẽ. §. ſi uir. de don. inter uir.
n l. fœminæ. de ſenat.

5 æquius eſt[o]. Sed † ego hanc ſententiam Interpretum auctoritate magis, quàm legibus probari video: quæ tamen vtcunque tolerabilis eſt, cùm expreſſim id actum eſſe conſtaret[p]. quo caſu plerique Doct. loquuntur. In dubio verò non exiſtimarem capiendam eam præſumptionem, & ideo donationem non cenſeri factam. ſubeſt enim adhuc ratio prohibitionis, ne matrimonia vænalia fiant[q]. & quia ſpeciale eſt, vt propter ſenectutem huiuſmodique incommoda valeat donatio, ſi diuortij, non

o l. ſi uerò non remunerandi. §. idem Papinianus. man.
p arg. l. quod adipiſcẽdæ. eo. tit.
q l. ij. eo. tit.

6 autem matrimonij cauſæ fiat[r]. Nam † & iure cautum eſt, ſi libertinus ſenatoris filiam in coniugem acceperit, quamuis matrimonium valeret, non tamen donationem valere[s]. ſicut nec, ſi libertus donaret patronæ[t]. & cùm paritas inter virum & vxorem variis ex cauſis perpendatur, vt valetudine, comitate, reuerentia, ætate, prudentia, credendum eſt aliter eos æquales factos, quàm pecuniæ largitione. Videmus † & pru-

r l. uitricus. in fi. cũ ll. ſeq. eo. tit. & arg. l. pe. C. de nupt.
s l. iij. §. uideamus. eo. tit.
t l. & ideo in ff. eo. tit.

7 dẽtes viros Plautini illius ſenis in Aulularia exemplum imitari, vt ſatis habeant indotatam ducere, dotem verò donare de ſuo non temerè ſoleant, ne duplici ſcilicet onere grauentur[u].

u l. Titia cũ teſtamento. §. qui inuita. de leg. ij. Are. c. ſuper eo. ij. de teſtib.

**nomine centum dari ſtipuletur a: vel quę centum duntaxat habeat, ducẽta dotis nomine dari ſtipuletur: Proculus ait, ſi ducẽta ſtipuletur, quæ centum, habeat, ſine dubio centum[b] quidem in obli-**

néve iuxta Demoſthenicum illud tanti emãt pœnitentiam, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Hiſtoriam narrat A. Gellius[x].

x lib. j. c. viij.

SINE DVBIO CENTVM b. ¶ In aliquibus codicibus additur taxatiua dictio *Tantùm*, quæ tamen in Pandectis Ethruſcis nõ eſt. ſed cùm ſecunda ſtipulatio plus cõtineret, quàm prima, cur nõ fit nouatio, vt ad integra cc. ex ſecunda dũtaxat ſtipulatione agatur[y]? an, vt Bar. & Ang. cenſuerunt, quia expreſſim actum eſſet, ne fieret nouatio? quod prorſus diuinatoriũ eſt, nec regulę cõmuni conueniens[z]. an (vt Rayn. Imol. & Raph. maluerunt, & hoc probant) quia actio prior maiore fauore innitebatur propter dotis priuilegia? & quia erat bonæ fidei? vnde non fuit æquum, eam per ſequentem ſtricti iuris nouari. nec enim hoc vtile ſtipulatori fuiſſet, nec actũ à contrahẽtibus videri potuit. Sed certè cũ maior ſumma hac ſecunda contineretur, ſatis videtur ſtipulatori eſſe vtilior. vnde diuidi non debuit, & pro parte duntaxat valere[a]. Sentit id & Iac. & Bar. dum vtiliorẽ hanc poſtremã eſſe aiũt, quia dilatio legalis illi non inſit, ſed incontinẽti maritus cogi poteſt[b]. quod infrà attingã. Adde, q. non ideo vtilior dici prima actio poteſt, quia bonæ ſit fidei. Hoc enim non ſatis perpendi eo argumẽto colligitur, q. legatũ rei mihi actione ſtricti iuris debitæ inutile cẽſetur[c], quamuis actio ex legato bonæ fidei naturam habeat[d]. An igitur verius, quod Paul. Caſtr. cẽſuit nõ fieri nouationẽ, quia diuerſi generis hæc ſequẽs à priore erat[e]? prior enim contractus fuit dotis, ſequẽs ſtipulationis. Sed & hoc diſplicet: quia hac interpretatione hodie lex iſta corrigeretur. actio em̃ de dote, & ſtipulatio, eiuſdem naturę lege Iuſtiniani ſunt[f]. & quamuis olim non eſſet, tamen emẽdanda fuiſſe iuris noſtri verba à Iuſtiniano credendũ, vt ſecundũ legẽ intelligerẽtur[g]. Ego,

y l. qui uſumfructũ. ij. eo.
z l. fi. C. de nouat.
a l. cum, qui. de uſucap.
b l. j. in princ. uerſ. uerum. de dot. præleg.
c l. Aurelius. in fi. de lib. leg.
d l. in minorũ. C. in quib. ca. in integ. reſt. non eſt neceſ.
e l. duo ſocietatem. pro ſoc.
f §. fuerat. Inſtit. de act.
g l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de uet. iure enucl.

8 † legis huius pręſertim argumento, ſuprà cenſui, etiã ſi ſecunda ſtipulatio ſummã maiorem contineat, non tamen fieri nouationẽ, ſed adhuc regulæ ſtandũ eſſe, vt nouatio non præſumatur[h]. Quatenus ergo in prima ſtipulatione cõtinebatur, ex ea agendũ erit, ſequenſq; irrita cẽſebitur, cùm eatenus bis idẽ promiſſum ſit[i]. in quantũ verò ſequens excedit, ex ea agetur[k], ſuntq; pro hac ſentẽtia manifeſta legum verba, quæ omnia Doct. noſtri non tam interpretentur, quàm violans. Quòd ſi ſequens ſtipulatio nõ plus ſumma, ſed qualitate, ſeu tempore, vel aliàs quid indiuiduum contineat, ſuprà dixi, in reliquo ex ea agi non poſſe[l]: ſed non ideo tamen fieri nouationẽ, verùm actoris electionẽ eſſe, ex vtra velit experiri[m]. Hinc infertur, ad eam centum, quæ in dote verè erant, non niſi ex primo cõtractu agi poſſe. Nec me mouet Iac. Bar. cæterorumq; auctoritas, qui agi quoq; ex ſecunda, tanquã vtiliore, aiunt, cùm dilatio, quæ actioni de dote ineſt[n], hoc caſu non inſit, ſed incontinenti poſt diuortium exigi maritus poſſit[o]. Mera ſunt hæc commẽta cum legis noſtræ verbis pugnantia, quod Raph. Caſtr. Aret. Iaſ. viderunt. cùm enim ex ſecunda ſtipulatione non debeatur, quatenus in prima eſt, fruſtrà quęrimus, an repetita in ſequenti ſtipulatione dies cenſeatur. quod alibi attingam[p].

h l. fi. C. de nouat.
i l. qui bis. ff. eo. ubi dixi.
k l. ſcire. uerſic. ſecũdum quod. j. eod.
l l. ſi pupillus. in fi. de nouat.
d l. qui uſumfructum.
m l. hæres. §. j. de fideiuſſ.
n d. l. j. §. exactio.
o d. l. ſi uerò.
p l. qui ſic. j. eo.

ALIA



a ALIA AVTEM CENTVM a. ¶ Adnotauit
9 hinc Bart. ſi † cẽtum tibi ex aliqua cauſa debeam, deinde ex eadem cauſa ducenta promittam, intelligi computata priore ſumma[a]. quod enim vnum eſſe poteſt, diuerſum exiſtimandum nõ eſt[b]. quę ſentẽtia quomodo intelligenda ſit, infrà diſputabimus[c].

a Bart. l. triticũ. j. eo.
b l. Sempronius de leg. ij.
c l. triticum. j. eo.

LEX XXII.

1 *Error quos contractus vitiet.*
9 *Dolus re ipſa interdum conſiderandus.*
11 *Subſidiarià de dolo contrahentibus quando competat.*

**gationem venire: alia autẽ centum a actione de dote deberi. Dicẽdum itaque eſt, etiamſi nihil ſit in dote, centũ tamen venire in ſtipulatione: ſicuti cùm filiæ, vel matri, vel ſorori, vel alij cuilibet dotis nomine legaretur, vtile legatum eſſet.**

b I. 1 SI ID QVOD AVRVM b. ¶ Error † ergo in materia ſtipulationem non vitiat. Atqui contrarium videbatur reſpõdendum. conſtat enim venditionem nullam eſſe, cùm quis æs pro auro emit[d]. Sed aliud eſt in venditione, qui contractus bonæ fidei eſt, quem error faciliùs infirmat[e]. & ita ſenſit Accur. quem Iac. Aretin. Dinuſque, & ante eum cæteri ſequebantur, & deinde idem cenſuit Caſtel. Rapha. Aret. & quadantenus Iaſon. Sed alij cõtrà. cùm enim eadem ratio in contractibus ſtricti iuris ſit, non videtur hæc conſtituenda differentia. Pone te mihi maſſam auri dediſſe, vt irem Romam, vel certos aureos, vt fundum tibi darem[f]: certè mea æquè intereſt, ac cuiuslibet emptoris, non æs, ſed aurum recepiſſe: & tamen is contractus innominatus, ſtrictique iuris eſt[g]. Adde, quòd pignoratitia bonæ fidei eſt; & tamen tali ex errore pignus non

d l. in venditionibus. in fin. de contr. emp.
e l. dolo. C. de in vtil. ſtip.
f l. fi. de condic. ob cauſ.
g §. actionum. Inſt. de act.

2 vitiatur[h]. Sic † actio ex legato bonæ fidei naturam imitatur[i], & tamen tali ex errore non vitiatur legatum; ſed ſolùm hæredi datur retentio, donec conſequatur, quantum pluris aurum valet. quod Raph. Alexand. Iaſo. rectè tradiderunt. Aliter ergo Pet. Bartol. & cæteri diſtinxerunt[k], vt legi noſtræ locus ſit; quoties lucratiui tituli contractus celebratur: ſecus, ſi oneroſi. quæ interpretatio non ſolùm diuinat, reſtringitque legem noſtram, ſed planè violat. cùm enim teneri te eius æris nomine dicat, apparet etiam loqui, cùm ſtipulatio titulo oneroſo interpoſita eſt, cùm aliàs nullus eſſet euictioni locus[l]. nam quòd ſpecialiter hoc caſu actum de euictione ſit[m], manifeſtum eſt commentum. Adde, quòd ratio Iuriſconſulti non in eo conſiſtit, an de damno, lucroue agatur, ſed quia in corpore eſt con-

h l. j. in fi. de pig. act.
i l. iij. C. in quib. cau. in integ.
k Pet. Cin. Bart. Bald. Alb. Ang. Imo. Paul. Rõ. Claud.
l l. ad res. de Aedil. edict.
m l. Ariſt. de donat. vbi Bar.

3 ſenſum. Ego † legi noſtræ locum in ſtipulatione eſſe arbitror, quia is contractus verbis celebratur. Sufficit ergo verba apta proponi, & in cor-
4 pore conſenſum fuiſſe: in † venditione verò, qui contractus conſenſu perficitur[n], non in corpore tantùm, ſed in ipſa rei ſubſtantia, ſeu qualitate materiali oportet erratum non eſſe[o]. Aut enim æri illi aurum aliquod immixtum fuit, & valet venditio[p], vt ſi phialam tanquam auream vendam, quæ magna ex parte eſſet ænea. Idem, quo-
5 ties † inauratum aliquid ſit, licet emptor aureum putet[q], niſi tamen actum ſit, vt ſolida ex auro res

n Inſt. de oblig. quæ ex conſenſ.
o l. ſi ſterilis. §. quãuis. de act. emp.
p d. l. in venditionibus.
q l. qd tñ. eo. tit.



venderetur. tunc enim deficiente conſenſu & vẽditio deficit. quod in maſſa argenti cooperta reſponſum eſt[r], vel in menſa, quę pro citrea vendita[s] ſit. Idemque in muliere corrupta, quæ pro virgine vænum iuerit. ſi enim expreſſim pro virgi-

L. 22. **Si id, qd aurum.**

r l. cum ab eo. in fi. de contrahẽ. empt.
s d. §. quamuis.
t d. §. fin.

LEX XXII.
PAVLVS *libro 9. ad Sabinum.*

A **SI id, quod aurum[b] putabam, cùm æs eſſet, ſtipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine: quoniam in corpore cõſenſerimus: ſed ex**
B **doli mali clauſula[c] tecum agam, ſi ſciens me fefelleris.**

ne vendita eſt, contractus eſt nullus[t]: ſi tacitè hoc actũ eſt actione ex empto reſcindet[u]. In † contractibus verò, qui re duntaxat contrahuntur, ſatis eſt rem qualemcunque traditam fuiſſe, id eſt, in corpore conſenſum eſſe. æquum enim eſt, eum, qui aurum ſe pignori habere credidit, æs ſaltem retinere[x], cùm qualemcunque cau- 6

u l. ex empto. §. ſi quis virginẽ. de act. empt. à te, *aliàs*.
x l. i. in fin. de pig. act.
y l. ſi cum aurũ. de ſolut.
z l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. act.

tionem habere præſtet, quàm nullam. In † libe- 7
ratione verò acquirenda, quia nõ ſufficit rem ſimpliciter ſoluere, ſed oportet debitam ſoluere, qui ęs pro auro debito ſoluit, nihil agit[y], non magis, quàm qui reprobos nummos ſoluit, cùm huiuſmodi pro nummis non ſint[z].

a l. ſtipulationes commodiſſimum. l. doli. j. eod.
b l. & elegãter. §. non ſolum. in fi. de dolo.

SED EX DOLI MALI CLAVSVLA c. c
C ¶ Vt † quia ſtipulatus ſit, dolum malum abeſſe[a], 8
vel aliàs de edicti prætorij clauſula intelligitur, qua ille actionem de dolo conceſſit[b]. Adnotantque hinc Doctor. non poſſe contra promiſſorem agi, ſi in ſtipulatione error interuenit, niſi quando promiſſor ſciens decepit. dolus igitur re ipſa non ſufficeret, niſi decipiendi conſilium adfuerit.

Quod † in dolo promiſſoris Raph. intelligit. I.
ſi enim ſtipulatoris dolus re ipſa interuenerit, 9
D quamuis inſciens, ſubmouebitur doli exceptione[c]. Sed Alexan. cum pluribus, generaliter in o- II.
mni ſtipulatione, quæ ex cauſa oneroſa interpoſita ſit, dolum re ipſa etiam promiſſori nocere cẽſuit, legemque noſtram reſtringit, cùm ex cauſa lucratiua contractum eſt. quem intellectum ſuprà confutaui. Nunquid autem concluſio in ſe vera ſit, alibi attingam. In ſtipulationibus certè III.
prætorijs non eſt dubium, dolum, qui citra conſilium decipientis interuenerit, nihilominus at-
E tendi[d]. quod † & in bonæ fidei cõtractibus (quia 10
in eis ex bono & æquo agitur) generaliter receptum eſt[e]. qua de re nos alibi. Cæterùm † dubi- 11
tat Bar. quoties contractus errore, vel alio defectu infirmatur, qua actione decepto conſulendũ ſit? & in ſtipulatione hîc dicitur, agi ex doli mali clauſula, quæ vel ex contractu, vel ſi adiecta non ſit, ex edicto prætoris ineſt[f]: in cæteris verò obligationibus conſtituenda eſt regula, ex ipſo contractu agi, quoties tamen contractus mero iure
F valet[g], idque ſiue ex parte infirmetur[h], ſiue etiam in totum[i]. Idemque etiam in contractu innominato: in quo, quamuis condictio ob cauſam dari ſoleat[k], ſi tamen ex conuentione principiò ab ipſis partibus inita infirmetur, actione ex ipſo contractu, id eſt, præſcriptis verbis agetur[l]. Sed & ſi præter pretij conuentionem contractus nominatus ſit nullus, adhuc ex ipſo contractu agitur, vt id conſequamur, quod noſtra intereſt[m], non autem, vt res vendita reſtituatur[n]. Sed † ſi 12
dolus interuenit, de dolo actione experiemur[o]:

c l. ſi quis cùm aliter. in fi. j. eo.
d l. ſi ſine. §. ſi in ſtipulatione. rẽ rat. hab.
e d. §. quamuis. l. ij. C. de reſcin. vend.
f d. §. non ſolũ.
g d. l. exempto. §. ſi quis virginẽ.
h d. l. §. ſi is, qui vinum.
i l. qties. §. ſi colono. de vſufru.
k l. ſi quis pecuniam. de cond. ob cauſ.
l l. naturalis. §. j. de præſcript. verb. vbi Bar.
m d. §. quãuis. l. Labeo. ij. de cõtra empt.
n l. venditi. ij. C. de act. empt.
o d. §. non ſolũ.

vel ſi dolus abfuerit, contractusq́; ſit nullus, con-
dictione agetur [a]. & hæc quidem regulariter
procedunt. Sunt tamen aliqui caſus, quibus par-
ticulari ratione aliud conſtitutum eſt. Quid e-
nim, ſi partes conueniſſent, vt infirmato contra-
ctu alia actione,
quàm ex cõtractu,
ageretur [b]? Quid, ſi
ex tali conuentio-
ne aliquo reſpectu
contractus quoq;
innominatus indu
ceretur [c]? Quid, ſi
contractus benefi-
cio minoris ætatis
reſcinderetur? tũc
enim non actione ex contractu, ſed officio iudi-
cis prouidendum eſſet [d]. Quid, ſi metu contra-
ctum fuiſſet? actio vtiq; reſciſſoria ex edicto com
peteret [e]. Addit Imol. eadem ratione, ſi dolo con
tractum ſuprà ſcriptis caſibus ſit, actione de dolo
agi. q́ falſum eſt, cùm actio ſubſidiaria ſit [f], nec
vnquam competat, vbi aliter conſuli actori poſ-
ſit. quod Aret. apud eum notat, licet aliud in doli
exceptione ſit, quæ generalis eſt [g].

a d.l.cũ ab eod. in fin.
b arg.l.ſed Celſus.§.ſi fundus. de contra.emp. Ang. Imol. Rõ. hic.
c l.ſi vir. de præſcript. verb. & l.ſi conuenit. de reſcind. vend.
d l. quòd ſi minor. in fi. de minor. Bart. l. quæ ſub conditione. §. fi. de cõd. inſt.
e l. j. quod met. cauſ.
f l. j. in princ. & §. idem Pomponius de dol.
g l. ij. §. & generaliter. de dol. excep.
h l. ſi homo mortuus. j. eo.
i l. mortuo. de legat. ij. vbi Bar.
k §. deinceps. in auth. de nupt.

## LEX XXIII.

POMPONIVS *libro 9. ad Sabinum.*

**SI ex legati cauſa, aut ex ſtipulatu hominẽ certũ mihi debeas, non aliter poſt mortẽ eius tenearis mihi [a], quàm ſi per te ſteterit [b], quo minùs † viuo eo eũ mihi dares. quod ita fit, ſi aut interpellatus [c] non dediſti, aut occidiſti eum.**

## LEX XXIII.

1 *Quando promiſſor interitu liberetur.*
3 *Mora contracta periculum interitus tangit promiſſorem.*
6 *Moræ contractio interpellationem requirit: interdum non.*
8 *Quomodo interitus damnum creditorem afficiat.*

l l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. de præſcr. verb.
m Anchar. reg. peccatum. de regul. iur. in vj.
n l. fi. verſ. & ideo. de cond. cau. dat.

a
1 SI EX LEGATI, *&c.* TENEBERIS MIHI a. ¶ Mortua † ergo ſpe-
cie debita ante moram, liberatur
promiſſor: quia ſcilicet res ad eum
caſum deuenit, à quo incipere non
poteſt. nec enim promiſsio mortui hominis à
principio valet [h]. qua ratione, ſi ſpeciei mortuæ
aliquis vſus eſſet, vt bouis, aut ſuculæ, non debe-
ret liberari promiſſor. quod tamen falſum eſt [i].
Verior ergo ratio eſt, quia ea ſpecies, cùm perie-
rit, amplius dari non poteſt. mors enim efficit, vt
non eadem res videatur [k]. Intellige ſuprà dictam
concluſionem in caſu ſuo procedere, vt liberetur
quidem promiſſor, ne ſpeciem peremptam dare
teneatur [l]: idque, vt aliqui putant, etiam in con-
I. ſcientiæ foro [m]. Sed † tamen ſi ipſe aliquid rece-
2 perit, vt det, in contractu innominato tenebitur
id quod recepit, reſtituere, vtiliterq́; ab eo condi
ctione ob cauſam res repetetur [n].
II. Quod tamen ſecus in venditione eſt [o]. Vnde
eadem ratione, ſi mihi legatum ſit hac conditio-
ne, *ſi Stichum ſeruum meum hæredi dedero*, isque Stich9
ſit mortuus, quia conditio euenire amplius non
poteſt, mihi imputabitur, nec legatum conſequi
potero [p], licet aliud ſpeciali fauore libertatis Iu-
III. ſtinianus ſanxerit [q]. Sanè ſi ſpecies debita culpa,
aut iniuſto facto promiſſoris perierit, non eſt du-
bitandum, ei (vt hîc dicitur) imputari [r], niſi tamẽ
id factum morti cauſam non dederit [s].
IIII. In obligatione quoq; alternatiua dubium non
eſt, altera ſpecie perempta, non liberari promiſ-
ſorem [t]. idemq́; in obligatione hominis in gene-
re, vel etiã quantitatis [u]. qua de re alibi diffuſiùs.
b PER TE STETERIT b. ¶ Hinc colligi-
3 tur alia concluſio, vt † poſt moram contractam

o l. fin. C. de peric. & commo.
p l. in illa. ꝭ. eo. l. legatum. C. de condit. inſer.
q l. fi. C. de condit. inſert.
r l. ſi ſeruum. §. de illo. j. eo.
s l. is, qui ex ſtipulatu. ꝭ. tit. j.
t l. ſi Stichum. ꝭ. eo. Abb. c. cùm dilecti. de emp. & vendit.
u l. in ratione. §. incertæ. ad leg. Falcid.

A

periculum interitus ad promiſſorem pertineat.
cuius ea eſt ratio, quia poſt moram lex odio fru-
ſtratoris perinde teneri eum iubet, ac ſi res ad-
huc extaret [x]. Nec refert, an ſpecies intra illud I.
tempus perierit, quo mora purgari diluique po-
teſt. adhuc enim
non liberabitur pro-
miſſor [y]. poterit ta
men tali caſu æſti-
mationis ſolutio-
ne vitari pœna [z].
Nec † rurſus refert, II.
an res eodem mo- 4
do apud credito-
rem peritura fue-
rit [a]. nec enim in a-
ctionibus perſonalibus exceptio hæc admitten-
da eſt, præterquam erga eum, cui dominij quæ-
B ſtio refricari nequeat [b]. Videmus enim domino
vendicanti hanc exceptionem obſtare [c]. quod a-
libi Doct. diſputant [d]. Sed † & ſi facto creditoris, III.
dum tamen iuſto, nec ad id ordinato, dari aut fie 5
ri poſſe deſijſſet, ſuprà ſcriptæ concluſioni locus
eſt [e]: ſecus, ſi facto iniuſto id contigiſſet, vt quia
ſeruum ſibi debitum occidiſſet [f], liberaretur pro-
miſſor, quamuis moræ reus eſſet. quod & Accur.
hîc tradit [g]. Idem, ſi in creditoris inuidiam ſeruus
ab alio occiſus fuiſſet [h]. qua de re infrà. [i]
AVT INTERPELLATVS c. ¶ Regu- c
C lariter † ergo, vt debitor in mora conſtituatur, 6
interpellatione opus eſt. Sunt tamen non pauci
caſus, quibus abſque interpellatione quis in mo
ra conſtituitur, vt cùm obligationi dies adiecta
eſt. quod diffusè Iaſon. hîc attingit: nos commo-
diùs alibi tractabimus [k]. Vel cùm fauor credito-
rum id ſuadet [l], ſiue odium debitoris [m], vel cau-
ſæ ipſius æquitas [n], aut quia ita actum à partibus
fuiſſe lex interpretatur. quos caſus alibi à Doct.
congeſtos huc transferendos non exiſtimaui [o].
D Sed dubitatur, num ſi ſpecies debita poſt moram
hanc irregularem pereat, liberetur promiſſor? &
lex noſtra probat liberari. verum enim eſt, non
fuiſſe interpellatum, & ita ſe habet communis
ſententia [p]. ſatis enim eſt, ſi ſpeciales illi caſus
moram eatenus inducant, vt vſuras debitor pen-
dat. vt verò interitu ſpeciei non liberetur, exten-
di non debent [q]. nimis enim graue eſſet, quod
promiſſor ſubiret damnum. Quod tamen intel-
ligendum eſt, niſi quis ratione officij teneatur [r],
E aut dolus, ſeu lata culpa debitoris arguatur [s], vt
cùm quis ſeruum debitum occîdit, quod hîc di-
citur. æquiparat enim hos caſus Iuriſconſultus.
imò maior videtur eſſe huius occiſoris culpa,
quàm ſimplicis fruſtratoris, qui poſt interpella-
tionem fuerit negligens, ſi quidem in doloſum,
etiam ſi antè, quàm conditio, aut dies veniat, ſer-
uum occiderit, perpetuatur obligatio [t]: at in fru-
ſtratorem, non, niſi cùm die ſua, aut poſt condi-
tionis euentum eſt interpellatus [u]. Sanè † inter- 7
F pellationem hanc ſufficere, ſi extra iudicium fi-
at, Bartol. rectè cenſuit, quem & cæteri ſequun-
tur [x]. quod procedit, etiam ſi ipſe creditor priùs
in mora fuiſſet, vt quia rem à debitore oblatam
recipere noluiſſet [y]. Ipſius enim debitoris mora
poſterior ſemper attendenda eſt [z]. quod aduer-
ſus Salic. ſententiam Alexand. rectè tradidit.
Quòd ſi † creditor ſemper accipere renuiſſet, & 8
ad litis vſque conteſtationem moram ſuam non
diluiſſet, res interim mortua eius damno perijſ-
ſe intelligitur [a]. Non tamen dubitandum eſt, I.
ali-

x d.l. ſi ſeruum. §. ſi. j. eod.
y d.l. ſi ſeruum. §. ſequitur.
z l. ſancimus. §. pen. C. de fideiuſ. Bar. l. ſi inſulam. vij. q. j. eo.
a l. cũ res. in fin. de leg. j. l. ſi filio. §. ſi poſt. ver. omnimodo. ſolu. matr.
viuum eum, *aliàs.*
b l. ſi plures. in fin. depoſ.
c l. illud. de pet. hær. l. item ſi. in fi. de rei vendic.
d Doct. d.l. q́ te.
e arg. l. quid ergo. §. ſi hęres. de leg. j. Bar. l. ſi inſulam. j. oppoſ. in fin. j. eod.
f d.l. ſi ſeruum.
g l. antepen. ad l. Aquil.
h arg. l. ſi mo ces. §. culpæ. ler cat.
i Barto. l. ſi Stichus. j. eo.
k l. ad diem. j. eo.
l l. cum quidã. §. fiſcus. de vſur. l. iij. C. in quib. ca. in integ.
m l. merito. de vi, & vi armat.
n l. curabit. C. de act. emp. l. q fine. de neg. geſt.
o Doct. d.l. q́ te.
p Alex. l. vinũ. ſi cer. pet. l. de diuiſione. ſol. ma.
q d.l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos.
r l. debitor de neg. geſt. vbi Bald.
s d.l. merito. Iaſ. d.l. quod te.
t d.l. ſi ſeruum. in prin.
u l. cum filius. in fi. j. eo.
x l. qui Romæ. §. cohæredes. j. eo. l. denũtiaſſe. in prin. de adul.
y l. Celſus. in fi. de arbit.
z l. illud. de peric. et commod.
a l. ſed ſi alia. de conſt. pec. Alex. d.l. ſi inſulam.



9 aliquot † eſſe caſus, quibus interpellatio hæc de-
bitorem in mora non conſtituit, vt cùm quis ſo-
lo iudicis officio quadam ex æquitate extra or-
dinem obligatur. tunc enim talis interpellatio
non ſufficeret, ſed litis conteſtatio requireretur
II. [a]. Sed & quoties
debitor poteſtatẽ
rei ſoluendæ non
habet, per interpel
lationem in mora
non conſtituitur,
difficultasq́; eum
excuſat, vt alibi de
III. claraui [b]. Illud quo
que certum eſt, licet interpellatio iterata maio-
ris efficacię ſit [c], ſi tamen ſecunda cum priore pu-
gnaret, non ſolùm mora non induceretur, ſed pri
10 or tolleretur [d], corrigereturque [e]. Sed † & omit-
tendum non eſt, fuiſſe qui ſentirent interpella-
tionem hanc non ſufficere, niſi auctoritate iudi- B
cis fiat, quotieſcunque id deberetur, quod pro-
miſſor abſque decreto alienare nequeat. vnde in
caſu legis ſequentis cùm ſeruus promiſſus abſ-
que decreto iudicis hodie alienari à pupillo, tu-
toreúe non poſsit, conſequens eſt, vt nec ex in-
terpellatione in mora conſtitui poſsint: quod ve
teres hîc tradiderunt, niſi hæc interpellatio au-
ctoritate iudicis facta proponatur. qua tamen in
12 re Caſt. & Salic. diuerſi iuerunt. Mihi † durum vi-
det, vt legem noſtram hac in re mutatam credere C
poſsim, & ideò in mora quidem pupillum conſti
tui arbitror, cùm veriſimile ſit, ſi ex iuſta cauſa pro-
miſſum ſit, facilè iudicem decreto ſuo, vti ſolu-
tio fiat, conſenſurum [f]. Quòd ſi tutor adhibita di
ligentia nihil profecerit, iudexque interponere
decretum abnuerit, tunc propter difficultatem
12 excuſari pupillus poterit [g]. Si † tamen à princi-
pio iudice auctore promiſſus eſſet Stichus, dubi-
um non eſſet, quin interpellatione tutoris mora
committeretur [h]. quod Raph. & Alex. hîc tradi- D
derunt [i]. Sed & ſi obligatio non à pupillo, ſed à
pupilli patre cœpiſſet, nec tũc quidem decretum
requireretur [k].

a l. cum poſtulaſſem. de dam. infec. vbi Bart.
b d.l. quod te.
c l. traiectitię. §. ac nec. ꝭ. tit. j.
d l. ſi Stichũ. in prin. de nouat.
e l. Aemilius. ver. dicebam. de minor.
f d.l. quibus. in prin. de cond. et dem. l. ſed & ſi. §. ſed nec ad eos ex quib. cau. maior.
g d.l. quod te.
h l. ſi pupillorũ. de reb. eor.
i arg. l. iij. §. ſed verum. de min. verſ. inuito patre.
k l. magis. §. ſed ſi pater. de reb. eor.
l l. non poteſt videri. de reg. iur. l. ſi mora. ſol. mat.
m l. is, cui. §. ceſſatũ. vt in poſſ. leg.
n l. iij. §. j. q pet. tut.
o l. in omnem. de tu. et cur. dat.

## LEX XXIIII.

PAVLVS *libro 9. ad Sabinum.*

**SEd ſi ex ſtipulatu Stichũ debeat pupillus: non videbitur per eum mora fieri, vt mortuo eo teneatur, niſi ſi tutore auctore, aut ſolus tutor interpelletur.** 4

## LEX XXIIII.

1 *Ratio non interpellandi pupilli: itemq́; non citandi. & quid in adulto.* 3.
5 *Curator hæreditatis iacentis interpellandus.*
13 *Damnum ex mora tutoris pupillus præſtat: ſed cedendo actiones liberatur.*

a
1 SED SI EX STIPVLATV a. ¶ Pu-
pillus † ergo interpellari, aut in mo
ra cõſtitui abſq; tutore non poteſt.
cùm enim mora præſumptam cul-
pam, vel dolum in ſe habeat [l], non
fuit ratio, cur ea pupillo tribueretur, cuius ætas,
I. q́ videt, ignorat [m]. Proceditq́; hæc concluſio, eti-
am ſi pupillus tutorem nullum habeat. ſibi enim
imputet creditor, qui cognatos non interpella-
2 rit, eiq́; decerni tutorem non procurarit [n]. vel † ſi
tutorem pupillus habebat, ſed qui abſens eſſet,
non fecerit curatorem ei ad litem dari [o]. ſicut &
cùm eum pupillus aliqua ex cauſa petit [p], vel cũ
II. tutore ipſo litigaturus eſt [q]. Rurſus procedit etiã
in patre reſpectu filij, quem in poteſtate habet. cũ
enim eius legitimus defenſor ſit, ipſe interpella-
ri debet [r]. Vnde cenſuit Bart. quotieſcunque lex
alicuius ſcientiam requirit, non ſolùm tutoris

p l. curatorem. de aut. tut. vbi Bar. Alex. conſ. cxxij. in j.
q l. qui habet. §. j. de tutel.
r l. fi. §. vbi. C. de bo. quæ lib.



ſcientiam pro pupillo ſufficere [s], ſed etiam patris L. 24.
pro filio. **Sed ſi ex ſtipulatu.**
Sed & procedit concluſio non ſolùm interpel
latione, verùm in ſimplici quoque citatione. Nõ
enim ſolus pupillus in ius vocari debet [t], ſed cũ III.
tutore ſimul, vel i-
pſe tutor ſolus: in-
fans verò nũquam
citandus eſt, ſed ſo
l9 tutor [u]. videtur-
que hæc eſſe rece-
ptior ſententia [x].
Bart. tamen ſolum
pupillũ citari poſ-
ſe cenſuit [y], cùm conſtet, ſi contumax ſit, aduer-
ſus eum primo decreto locum eſſe [z]. Sed hoc in-
telligunt Doct. ſi cum tutoris auctoritate citatus
ſit, vel ſaltem priùs requiſiti neceſſarij, & affines
fuerint [a]. quod Imol. Alexand. Aretin. cæterique
B tradiderunt. vel, ſi tutor ipſe comparuit. nam (vt
Caſtr. ait [b]) citationem inualidam comparendo
cenſetur approbaſſe [c]. Sed † quid de adulto re- IIII.
ſpondebimus, qui curatorem habeat? & traditũ 3
eſt, idem, quod in pupillo, eſſe: ideoque curato-
rem citandum [d]. idque aliqui ſenſerunt [e]. verùm
alij crebriore calculo contrà. Sufficere enim aiũt,
ſi ſolus adoleſcens citetur [f], cùm talis citatio in-
telligatur, vt legitimè compareat [g]. In † iudicia- 4
libus enim adoleſcens, etiam ſi curatorem habe-
C at, pupillo non æquiparatur: in extraiudiciali-
bus verò ſecus eſt. Vnde in caſu legis noſtræ Ac-
curſ. hîc, quem cæteri probant, idem, quod in pu
pillo, obſeruãdum eſſe tradidit, vt ſcilicet in mo-
ra conſtitui nequeat, niſi curatore, quem habet,
interpellato [h]. Addunt veteres idem eſſe, etiam
ſi curatorem non habeat, in rebus, quæ ſeruari
poſſunt [i]. Cùm enim eas alienare non poſsit [k],
nec quidem in mora earum reſpectu cõſtitui po-
teſt [l], niſi interpellatio auctore iudice fiat. quam
D ſententiam ego ſuprà non probaui [m], Salicetum-
que & Caſtr. ab alijs diſſentientes ſum ſecutus.
Non enim temerè legis noſtræ correctio eſt indu
cenda. Sed † quid in hæreditate iacente? & ſatis V.
putarim, regulam legis noſtræ tum quoque pro- 5
cedere [n]. & ideò interpellandus eſt curator ei da-
tus, nec aliter ad ſecundum decretum perueniri
poteſt [o], licet ſecus reſpectu primi decreti [p] ſit.
Addit † Imol. & Alexand. nihil referre, qua obli- VI.
gatione pupillus teneatur, an à ſe contracta, an 6
E verò à patre ſuo [q]. Quamuis enim hoc caſu ſo-
lus abſque tutore & decreto poſsit ſoluere [r], non
tamen ſolus interpellari, aut in mora conſtitui
poteſt. quia mora delictum arguit [s], quod non te-
merè pupillo adſcribendum eſt [t]. Videamus
nunc, quibus caſibus regula legis noſtræ reſtrin-
gi debeat.
Et † in primis in caſu contrario nullus ei locus I.
eſſet. Finge aliquid pupillo deberi, vel adoleſcen 7
ti curatorem habenti, poterit ille abſque tutoris,
F vel curatoris auctoritate debitorem interpella-
re, conſtituetque eum in mora [u], dum tamen in-
terpellet, non vt ſibi tantùm, ſed cum auctoritate
tutoris ſoluat [x]: eritque promiſſor tali interpella
tione in mora regulari conſtitutus. quod quan-
doque vtilius eſt, quàm ſi ſola irregulari tenere-
tur [y]. Sed † & emptor euictionis cauſa denuntia- II.
re pupillo ſoli poteſt, ſi aut tutore careat, aut ab- 8
ſens ſit tutor [z]. quod † Accurſ. interpretatur in- 9

s l. non ſolũ. ver. pet. de lib. cau. l. iij. in fin. de trib.
t l. nec impuberes. de in ius voc. l. contra pupillum. de re iud.
u l. iiij. de in ius voc. vbi gloſ.
x l. j. §. ſufficit. de admi. tut.
y Bar. d. §. ſufficit.
z l. apud Iulianũ. §. j. ex quib. cau. in poſſ.
a l. hæc autem. §. j. eo. tit.
b Paul. & Doct. d.l. cõtra pupillum.
c gl. l. j. §. j. ꝭ. de fer.
d l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſt. min.
e Spec. Io. And. Imol.
f d. §. ſufficit. vbi Bar. Alex. hic.
g l. ſi min. cum glo. de bon. auc. iud. l. acta. in fi. vbi Doct. de re iud.
h d.l. ſi curatorem.
i Iac. Bart. Ang. Bal. Raph. Imo. Alex.
k l. lex, quę tutores. C. de admi. tut.
l arg. d. §. ceſſatum. & l. cũ quidã. §. ij. de vſur.
m arg. d.l. ſi minor.
n l. ſi bona. C. de bon. auc. iud.
o l. ſi diu. ex quibus cau. in poſ.
p l. iiij. §. toties. ij. de dãn. infect.
q l. cum filius. §. in hac. j. eo. no. l. Aemilius. de min.
r l. magis. verſ. ſed ſi pater. de reb. eor.
s l. Stichum. in prin. verſ. ſane. de ſolut.

t d. §. ceſſatum. u d.l. cum quidam. §. ij. vbi Doct. de vſur. x l. ſi quis ſolutioni. §. j. de vſur. Bartol. l. ſi ſeruum §. nunc, videamus. j. eod. y l. iiij. C. in quib. cauſ. in integ. z l. ſi dictum in fi. de euict. vbi Bald.

duci, quia vtilius eſt pupillo, vt ſaltem quomodocunque admoneatur, cùm aliàs ſola teſtatio eo abſente facta, emptori ſufficere debuiſſet [a]. tali enim denuntiatione non pupillus ipſe denuò obligatur, ſed ſolùm ſibi emptor conſulit, ne ius ſuũ remiſiſſe videatur. quod & Pont. Baldus, Aretius, cęterique ſenſerunt.

III. Qua † ratione cùm
10 lex municipalis iuberet ante menſem locatori denuntiari, aliàs præſumeret renouatam conductionem: reſpõſum fuit, ſoli pupillo, ſi tutor non appareat denũtiari poſſe. Impediri enim legis p̃ſumptionem, ne videri poſſit conductor vlteriùs conſenſiſſe [b].

IIII. Quod † generaliter ego admiſe-
11 rim, quoties denuntiatione alius non offenditur, ſed denuntians ſolùm ſe excuſat [c]. ſicut enim excuſatur, qui familiæ, vel vxori tunc denuntiat, ita excuſandus videtur, qui pupillo, cùm tutor non apparet. tali enim caſu non ſubeſt æquitas, vt tutorem illi dari procuret, alieniſque ſe negotijs immiſceat [d].

V. Sed nunquid pupillus ipſe, cui tutor datus non eſt, moram irregularem committere poteſt? & puto poſſe. ſicut videmus & in hęreditate iacente [e], & in eccleſia [f]. qua de re alibi.

VI. Multò magis igitur, ſi tutorem habet. Sed † quid
12 ſi tutor non pupilli nomine, ſed proprio interpellatus eſt? & non committi aduerſus pupillum moram Accurſ. ſentit [g]. In dubio tamen credendum eſt, nomine pupilli eſſe interpellatum, cùm
13 debitum ipſum ad pupillum pertineret [h]. Sed † quomodo ex interpellatione & mora tutoris damnum pupillo inducitur? & conſtat induci non ſolùm, vt periculum interitus ſubeat, ſed etiam vt augeatᷣ obligatio, & in pœnam incidat [i]. quod Ancharanus, Imola, Alexander tradiderunt [k]: ſicut videmus & ex adminiſtratoris, ſeu parochi facto, aut negligentia eccleſiæ pœnam irrogari [l], damnumque ei ex adminiſtratoris facultatibus reſarciri [m]. quod & in tutore receptum eſt. Vnde cedendo contra eum actiones pupillus quandoque liberatur [n].

a l. Labeo. de naut. fœn.
b l. qui ad certũ. in fin. locat.
c arg. l. qui aut aliter. quod vi, aut clam. & d. §. toties.
d d. l. cum quidam. §. ij.
e l. ad diem. ff. eo.
f l. placet. vbi Bald. C. de ſacroſanct. eccleſ.
g gl. fin.
h l. ij. quãdo ex fact. tut. Bar. l. j. §. nuntiat de op. no.
i l. ſi tutoris. C. de adm. tut.
k d. l. Aemilius.
l l. iubemus nullã. C. de ſac. ſanc. eccleſ. Bald. d. l. placet.
m l. j. quãdo ex fac. tut.
n l. fin. de admi. tut. Bar. ſi dolo. ſi qs omiſ. cauſ. teſt.

## LEX XXV.

POMPONIVS *libro 20. ad Sabinum.*

**SI dari ſtipuler [a] id, quod mihi iam ex ſtipulatu debeatur, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor, obligabitur ex poſteriore ſtipulatione: quia ſuperior quaſi nulla ſit exceptione obſtante.**

## LEX XXV.

3 *Quibus caſibus ex ſecunda ſtipulatione agi nequeat.*
5 *Aſſertio ex certa ſcientia quibus non noceat.*

a SI DARI STIPVLER a. ¶ Promiſeras mihi centum certa die da-
1 re. quo † caſu, ſi ante diem petijſſem, exceptione reijciebat [o]. deinde eadem centum purè promiſiſti. obligaberis ex hâc ſecunda: quæ licet contineat idem, quod prima, tamen quia prima ante diem erat inutilis, ſecunda hæc attendetur: atque ita caſum in hoc reſponſo fingunt Docto. qui tamen non multùm quadrat verbis legis. Non enim ſuperior quaſi nulla erat, cùm non p̃petua exceptione, ſed temporali tantùm excluderetur [p]: nec poſterior id, quod ex prima duntaxat debebatur, continet, ſed amplius. Quia
2 † quod plus tempore eſt, plus in ſumma quoque exiſtimatur [q]. Meliùs ergo alij. Stipulatus eram à filiofamiliâs ex cauſa mutui cẽtum: verùm quia mihi obſtabat S.C. Macedoniani exceptio, cùm factus eſſet ſui iuris, iterum ſtipulatus ſum: non eſt dubium hanc ſecundam efficacem eſſe [r]. prior enim propter exceptionem perinde ac nulla exiſtimatᷣ [s].
3 Sed † quid, ſi hæc poſterior ſolius exceptionis tollendę cauſa facta ſit? & videretur tunc ex prima agi, tanquã hæc ſequens cauſa confirmandę prioris ſit celebrata [t]. q; Bald. tradidit. Pone igitur, cùm deberes mihi centum, pa-
B ctus ſum non petere: deinde per ſtipulationem iterum conueni, vt poſſem petere: certè agetur ex prima [u], quia hæc ſequens ſolùm cauſa tollendæ exceptionis inducta eſt. Quòd ſi poſteriore ſtipulatione ſimpliciter eadem centum ſtipulatus eſſem, ex ea tantummodò ageretur: quia prima ipſo iure eſſet per nouationem extincta. ſequens enim ſtipulatio vberior priorem nouat, q; Bartolus ſenſit [x]. Sed Accur. hoc ita demum pro-
C cedere cenſet, ſi partes id egerint, vt fieret nouatio, & conſequenter prior ipſo iure tollatur. quã ſententiam ego magis probo, quia & verbis Iuriſconſulti noſtri magis quadrat. Sed † quid rur-
4 ſus dicendum, ſi hæc poſterior ex certa ſcientia celebrata non ſit? & tunc ex ea non ageretur, quia doli exceptio, quę priori obſtaret, huic quoque obijci poſſet [y]. Meritò igitur ſolent tabelliones atteſtari, promiſsionem huiuſmodi ex certa
5 ſcientia factam eſſe. quæ † tamen aſſertio mino-
D ribus, aut mulieribus fideiubentibus, hiſceque perſonis, quæ contrahere prohibentur, non nocet [z]: ſed nec ipſis maioribus, dum tamen probẽt errorem [a]. aduerſus eos enim ex illa aſſertione ſtat legis præſumptio [b]. Sed † finge: vendidiſti mihi fundum mille aureis, nec rem tradidiſti: deinde ea mille per ſtipulationem tibi ſpopondi, an ex ea agenti obſtabit tibi rei non traditæ exceptio, perinde ac ſi ex primo contractu ageres [c]? & aliqui argumento huius legis non obſtare cen-
E ſuerunt [d]. ſed ego diſſentio. lex enim noſtra eo caſu loquitur, quo prior quoque obligatio ex ſtipulatu, non ex alio contractu erat. vnde cùm ſtipulationis cauſa ſit ipſa venditio, ſeu rei tradendæ ſpes, debet obſtare exceptio, etiamſi nouationẽ factam proponamus [e].

o §. temporales. Inſtit. de excep.
p l. ſi non ſortẽ. §. indebitum. de cond. indeb.
q §. plus. Inſt. de action.
r l. ſed Iulianus. in fi. ad Maced.
s l. nihil intereſt. de reg. iur.
t c. inter dilectos. de fid. inſt.
u l. ſi vnus. §. pactus, ne. de pac. vbi Bald.
x l. qui vſumfructum. ff. eo. Bart. l. pen. de præt. ſtipul.
y l. ſi quis delegauerit. de nouat.
z l. doli. §. diuerſum. de nouat.
a l. iiij. in fin. ſi quis caut. vbi Bald.
b Bar. l. fi. §. pen. de cõdic. indeb.
c l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
d Alb. hic.
e l. iiij. de vſu. l. cum proponas. C. de pact.

## LEX XXVI.

VLPIANVS *libro 42. ad Sabinum.*

**GEneraliter [b] nouimus, turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti.**

## LEX XXVI.

2 *Turpi ſtipulationi non accedit fideiuſſor.*
8 *Quomodo turpis cauſa ſtipulationem non vitiet.*
13 *Meretrix promittens non obligatur.*
15 *Clericus clauigeræ, ſeu focariæ, non obligatur.*

F GENERALITER b. ¶ Stipulatio b
1 † ergo turpis, vt cùm quis ſe facinus aliquod patraturum promittit, ipſo iure eſt nulla. ſicut & mandatum [f], & ſocietas [g], & venditio [h], & quodlibet aliud turpe pactum [i]. Et † ideo
2 fideiuſſor huiuſmodi obligationibus accedere non poteſt [k], nec iuramento confirmantur. Sunt enim aduerſus bonos mores, & ideo iure noſtro

f l. ſi remunerãdi. §. rei turpis. mand.
g l. quod autem cũ ſeq. pro ſoc.
h l. quod ſępe. §. veneni. de cõtr. empt.
i l. pacta, quę cõtra. C. de pact.
k l. ſi à reo. in fi. de fideiuſ.



II. impoſsibiles cenſentur [a]. Vnde extendunt hoc Doctor. vt idem ſit, quoties ſtipulatio ſub conditione turpi eſt concepta: veluti, *Promitto tibi c, ſi Titius plagium fecerit.*
3 Si † enim incitari veriſimiliter ad delictum illud Titius poſsit, non valet ſtipulatio: vt quia Titius ſtipulatori amicitia, vel ſanguine coniungatur. quod Bartol. cenſuit [b].

III. Nec refert, talis ſtipulatio turpis rei ob faciendum flagitium, an ob factum concepta ſit. ſemper enim
4 eſt nulla. Quippe † publicè intereſt crimina pœnis proſequi, non præmio afficere [c]: aliàs creſceret improborum audacia, & impunitatis exemplum inde ſumeretur. quod aduerſus Pet. & Cin. receptius eſt [d]. Sed quid in voto, an ſi ob turpem cauſam emanauerit, ſit obſeruandum? & And. Iſer. cenſuit valere [e]. veluti cùm quis vouet, ſi pudicitiam talis virginis imminuere ei contingat.
5 Votum enim ex ſe licitum eſt. vnde † conditio ſola, ceu turpis, debet vitiari [f]. Alij contrà, legis noſtræ argumento [g]: & quia mitiùs cum Deo, quàm cum hominibus agitur [h]. Quam ſententiam & égo ſequor. vt enim votũ obliget, oportet eiuſmodi eſſe, vt à Deo vtiliter accipiatur [i]. Nec me
6 mouet, quod † in vltimis voluntatibus propter earum fauorem conditio impoſsibilis reijciatur. Quia lex interpretatur, talem fuiſſe defuncti voluntatem. at in caſu noſtro nullus eſt interpretationi locus, cùm vouens viuat, & ſe non conſenſiſſe, niſi ſub ea conditione, atteſtetur [k], quæ conditio propter turpitudinem reddit actum nullũ [l].

V. Cæterùm & ſi ſtipulatio ipſa non turpis, ſed ex cauſa turpi celebrata ſit, ipſo iure nullam eſſe receptum eſt [m]. vt cùm pecuniam quis ſtipulatus eſt plagij, ſeu flagitij faciendi cauſa. quod intelligunt Ang. Paul. Alex. cæteriq; crebriore calculo, quoties talis cauſa in crimen trãſiret, quod commune tam ſtipulatori, quàm promiſſori eſſet. Subeſt enim ſemper illa ratio, quòd aduerſus bonos mores contractum videtur [n]. Nec recepta eſt Bartol. ſententia diſtinguentis, an talis cauſa expreſſa ſit, an de ea tacitè inter partes actum. Par
7 † enim taciti & expreſsi eſt virtus. & quæ aduerſus bonos mores fiunt, ſi clàm patrentur, maiore pœna lui debent [o].

I. Quòd ſi † ad communem culpam turpis cauſa
8 non pertineat, recepta eſt Pet. Ciniq; ſententia, ipſo iure ſtipulationem valere exiſtimantium, licet ope exceptionis promiſſori ſuccurratur [p].
9 Cùm † enim defectus cauſæ ſtipulationem ipſo iure non infirmet [q], ſi ea, ſed turpiter, interueniat, vitiare ab initio contractum non debet [r], ſicut videmus dominij quidem translationem eius cauſæ impulſu impediri. vnde non rei vendicatio, ſed condictio ob turpem cauſam introducta eſt [s].

II. Hinc † conſequens eſt, vt, ſi ſtipulatio ob ma-
10 leficium, ne fiat, celebrata ſit, oriatur inde ciuilis obligatio, cui obſtet exceptio p̃pter æquitatem naturalem [t]. tali enim ex ſtipulatione non oriri naturalem obligationem receptius eſt. Alioquin ſolutum repeti non poſſet, quód tamen conſtat repeti poſſe [u]. Nec videtur huiuſmodi ſtipulatio directò contra bonos mores eſſe. Quamuis enim abſque præmijs ſuapte natura abſtinere quiſque à delictis debeat, non tamen ſi prçmium accipit, omnino bonis moribus aduerſatur [x], ſed potiùs
11 ob cauſam non ſufficiẽtem accipit. Nec † obſtat, quod lex ait, Si ob maleficium, ne fiat, promiſſum ſit, nullam eſſe obligationem [y]; quia (vt rectè Accurſ. ibi interpretatur) de pacto nudo lex loquitur, à quo abeſt ſemper ciuilis obligatio. quam interpretationem propter naturam tituli, & pręcedentia ſubſequentiaque verba alij quoque [z] probant. Quod ſi de ſtipulatione intelligatur, ſatis ibi adhuc oſtenditur, ideò eſſe nullam, quia cauſa ſufficiens nõ adeſt. quo caſu ſola exceptione nulla eſt [a]. Et ex hoc generaliter infertur, quoties ſtipulatio ex turpi cauſa ſolius ſtipulatoris reſpectu celebrata eſt, ipſo iure valere, licet exce-
A ptione elidi poſsit: ſicque Pauli reſponſum communi interpretatione accipitur [b]. quod & ego probo. Lex enim hũc caſum & ſuperiorem, cùm promiſsio, ne maleficium patretur, facta eſt, æquiparat [c]. Eódem † pertinet, & cùm ſtipulatio
12 non rei turpis, nec ex turpi cauſa, ſed turpiter celebrata eſt, vt quia dolo, vel metu compulſus eſt reus promittendi [d]. Dubium enim non eſt, oriri quidem actionem, licet exceptione actor ſubmoueatur [e]. ſicque Pauli reſponſum intelligit, vel

IIII.
B reſtringit potiùs Pont. & Iaſ. Sed quid, ſi promiſſio ex turpi cauſa ſolius promiſſoris facta ſit? & receptum videtur, efficaciter actionem dari, vt cùm quis meretrici promittit [f]. Accurſ. tamen cõtrarium vbique ſenſit, vt promiſsio non valeat [g].
13 Nam & videmus vice verſa, quod † meretrix amatori promittit, nullius eſſe momenti [h]. probabiliſque mihi videtur hæc ſententia [i]. Nam & idem Bar. ſi propter talem promiſsionem pignus datum ſit, poſſe repeti quandoque exiſtimauit [k].
C Nec obſtat, quòd res meretrici ſoluta cõdici nequeat [l]: & donatio, qui contractus rei interuentu iure veteri ſolùm perficiebatur [m], in meretricem collata valeat [n]. Quia aliud eſt, cùm rei traditio interuenit, quàm cùm ſola promiſsio. faciliùs enim retentionem lex concedit [o]. nec actus facti tam procliuiter infirmant, ſicut qui ſolis ver-
14 bis inducti ſunt [p]. Abſtinetque † plerunque prætor, ne inhoneſtas haſce perſonas audiat [q]. quamuis enim lex meretrices non inquietet, ſed eas
D maioris mali vitandi cauſa toleret [r], non tamen approbat vt actionem eis concedere eo nomine velit. Vnde, quamuis non valeat promiſsio, ne maleficium committatur, tamen receptum eſt eam valere, ne qua ampliùs meritoriam vitam ducat [s]. quod aliqui hîc tradiderunt [t]. Abhorret enim lex tale inſtitutum, licet in eius pœna conniueat. Cùm ergo lex nulla ſcripta ſit, quæ actionẽ hoc nomine dari dicat, nec nos dicemus: & propter manifeſtam diuerſitatis rationem non idem
E de promiſsione iudicabimus, quod de retentione [u]. Nec rurſus me mouet, quòd ſpeciale in milite ſit, vel clerico, ne promiſsio concubinæ, vel meretrici ab eis facta, valeat [x]. quia in eis nec ipſo quidem iure valet, etiam ſi traditio ſecuta ſit, & hoc prçcipuè illis indultum eſt.
15 Hinc † conſequens eſt, ſi clericus à focaria ſuſpecta, quam domi habeat, confiteatur ſe centum ex cauſa depoſiti recepiſſe, quæ illi reſtituere promittat, non valere confeſsionem, quia præſumitur in
F fraudem legis animo donandi facta [y]: quod ex facto Anch. reſpondit [z]. Addit Dec. huiuſmodi præſumptionem nec eo quidem colore excludi, quòd ſibi eam pecuniam deberi pro famulitij obſequio mulier alleget. Niſi enim probetur de mercede eam conueniſſe, ſatis ei factum ex ſola alimentorum præſtatione cenſebitur [a]. quam tamen ſententiam ego non ſatis probo [b]. Sed an ideo lucrifaciet clericus eam pecuniam, quam aduerſus leges concubinæ donatam voluit? & fortè non, ſed fiſcus potiùs admittetur [c]. licet

a l. filius. de cõd. inſtit.
b l. ſi plagij. ff. eo.
c d. l. ſi plagij.
d Bar. d. l. ſi plagij.
e Iſer. c. j. quib. mo. feu. amitt.
f l. j. de cond. inſtit.
g c. in malis. xxij. q. iiij.
h l. ij. §. voto. de pollicit.
i c. quod ſuper. de vot.
k Abb. c. ſcriptum. de vot.
l arg. l. j. in fi. C. de his, quæ pœnis.
m d. l. ſi plagij. l. mercalem. C. de condic. ob turp. cauſ.
n Fulg. Rom. Iaſ. Mod.
o l. fi. de rit. nup.
p l. pen. de cõd. ob turp. cauſ. l. iuriſgentium. §. & generaliter. de pact.
q l. ij. §. circa. de doli excep.
r l. cum tale. §. falſam. de cõd. & demonſt.
s tot. tit. de cõd. ob cauſ.
t gl. d. l. iuriſgentium. §. j. verb. nulla.
u l. ij. de cond. ob turp. cauſ.
x l. j. ver. bonos. de iuſt. & iur.
y d. l. iuriſgentium. §. j.

L. 26. Generaliter.

z Raph. Alex. Claud. hic, Aret. d. l. ſi plagij.
a d. l. ij. §. circa.
b d. l. pen. Cõ. Imo. Paul. Fulg. Ale. Aret. Clau.
c d. l. ij. de cõd. ob tur. cauſ.
d l. ex ea. eo. tit.
e l. dolo. C. de inutil. ſtipul.
f l. affectiõis. don. vbi Bar.
g gl. l. ea. q̃. C. de don. ante nupt.
h l. fi. in fi. ff. ti. j.
i Imol. Iaſo. hic, Bald. Ang. Pau. Mod. §. ſed q; meretrici.
k Bart. l. j. in fin. de con. ob turp.
l d. §. ſed quod meretrici.
m Alc. l. iuriſgẽtium. in prin. de pact.
n d. l. affectiõis.
o l. j. §. proinde. de var. & extra. cog.
p l. deniq;. ex qb. cauſ. ma.
q l. j. in princ. de aleator.
r c. inter opera. de ſponſal.
s arg. l. imperialis. §. j. C. de nup. & in auth. ſcenicas. in prin.
t Iaſ. d. l. iij. ver. non poteſt.
u l. omnia. l. ſi filius. ſi cert. pet. l. cũ de indebito. in fi. de probat.
x l. ij. C. de don. inter vir. l. miles ita. §. mulier. de teſt. milit.
y l. ſi forte. vbi Bar. de caſt. pec. gl. l. ſi donatione. C. de collat.
z Anchar. conſ. cccxlvij. quæritur, dubium.
a arg. l. ſed ſi qd. ver. ſufficienter. de vſuf. vbi Flo. Dec. cõſ. cxxxij.
b arg. l. in ſũma. §. in frumẽto. de cond. ind. vbi Ang. Iaſ.
c gl. d. l. ea, quæ. & l. ij. C. de cõd. ob tur. cauſ.

† ſecus in milite ſit. ſuccurritur enim magis illi
a j.diſt. per tot. ob præſumptam fatuitatem: & quod in eo volu-
ptas eſt, in clerico cenſetur flagitium [a]. & ideo li-
b l.j.verſ.aduerſus leges.de iur.fiſc.l.iij.in prin.eo.tit. cet militi non auferatur, clerico tamen auferen-
dum videretur, qui ficta confeſsione fraudem
legi facere voluit [b].

## LEX XXVII.

c l.iiij.§.hoc autem.de damn.infec.
d gl.ij.de off.aſſeſ.vbi Mod.
e l.congruit.de off.præſ.§.j.in auth vt nulli iud.

1 *In ſtipulatione turpi iudex ex officio denegat actionẽ.*
3 *Stipulatio turpis eſt ipſo iure nulla.*

## LEX XXVII.

**POMPONIVS** *libro 22. ad Sabinum.*

A VEluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium promittat ſe facturum. ſed & officio quoque prætoris continetur, ex huiuſmodi obligationibus actionẽ denegari [a].

¶ Si ſtipulatus hoc modo [b] fuero, SI intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari? non niſi præterito biennio rectè petam.

## LEX XXVIII.

**PAVLVS** *libro 10. ad Sabinum.*

B SI rem tradi [c] ſtipulamur: non intelligimus proprietatem eius dari ſtipulatori ſed tantùm tradi.

a VELVTI, etc. ACTIONES DENEGARI a. ¶ Intelligũt Doct. ſtipulationẽ turpẽ nõ ſolũ iure ciuili, ſed & ꝑtorio nullam eſſe.
Ego interpretor, vt quamuis regulari-
ter iudex officium ſuum non petenti non imper
1 tiat [c], tamen non procedat in hoc caſu, in † quo
debet iudex actiones denegare, & libellum lace-
2 rare [d], vt † ſicut fauore publicæ vtilitatis etiam
non petenti iudex officium impertitur [e], ita &
hoc caſu, qui ad exemplum, bonosq; mores per-
tinet. Videmus enim aliàs actionem quoque de-
negari, ſiue libellus ſit defectu formæ nullus [f], ſi-
ue malè ſit conceptus, vt quia in eo id petatur,
quod peti leges vetant [g], ſiue calumnioſè inſtitu
ta ſit actio, idque iudex ſuſpicetur [h], ſiue cauſa in-
epta petitionis allegata fuerit [i]. Sed in contrari-
um facit, quia quoties lex actionem denegat, nõ
intelligitur actum ipſo iure infirmare, ſed ſolùm
ope exceptionis [k]. ergo videretur, talem ſtipula-
tionem in caſu legis noſtræ ipſo iure valere [l]. Sed
reſpondendum eſt, hoc procedere, cùm lex a-
ctioni tantùm, petitionique aduerſatur: ſecus, ſi
3 † etiam obligationi, prout in caſu noſtro illis
verbis, quibus ait nullius momenti eſſe ſtipu-
lationem.

f Paul.d.l.j.Alex.conſ.xxxij.in.j.
g l.ij.C.vt nem.priuat.
h l.ſi quis libertate.§.planè.de pet.hęr.gl l.qui cũ maior.§.ſi patris.de bon.lib.
i c.cum dilecti.de empt. Doct.d.l.j.
k l.j.ad Maced. Bart.l. cum lex.de fideiuſſor.
l Salic.d.l.ij.
m l.quicquid.in fin.ꝟ.eo.
n l.ſi peculium.in fi.de ſtatulib.

2 *In vltima voluntate ſufficit cautio Mutiana.*
3 *Hæreditatis non aditæ nulla eſt tranſmiſsio.*

b §. SI STIPVLATVS HOC MODO b.
1 ¶ Quouſque † ergo conditio deficere poteſt: eo-
vſque agi non poteſt [m]. quæ ſententia certiſsima
eſt in caſu legis noſtræ. Cùm enim dies adiecta
ſit, ſatis apparet, id actum, vt ea expectetur [n].
Sed quid, ſi dies adiecta non ſit? & tunc expe-
I. ctandum eſt, donec certum ſit eum non poſſe a-
2 ſcendere [o], id eſt, donec ſit mortuus [p]. In † vlti-
mis tamen voluntatibus ſufficit cautio Mutiana,
nec tempus mortis expectatur [q]. quod propter
fauorem ſupremorum iudiciorum inductum vi-
detur, quia publicè intereſt, quamprimùm exi-
tum habere [r]. idque ſecundum teſtatoris volun-
tatem. ſi enim mors hæredis expectanda, vel le-
gatarij eſſet, mens teſtatoris non ſeruaretur, qui
propter affectionem perſonarum reliquiſſe præ-
ſumitur [s]. at hoc modo legatarius non haberet,
ſed eius ſucceſſor. ſed & hæres inſtitutus non ha
beret, qui hęreditatem adire non potuit, nec qui-
dem in extremo vitæ exitu [t]. vnde nec tranſmit-
3 teret quidem, cùm † hæreditas non adita non
tranſmittatur [u]. quæ omnia in contractibus di-
uerſa ſunt. nam & eis affectio cauſam ſimpliciter
non præbet, ſed ſua cuiuſque induſtria [x], tranſ-
miſsioque locum habet [y]. & hanc rationem ap-
ꝓbauere Old. Petr. Cin. Alber. Caſtr. Fulg. Porc. licet alij
eã malè exponant, vt improbent [z].
II. Cenſuit idem & Bald. dum in contractibus non expe
ctari tempus mortis ait, quoties de re agitur, quę ſui na
tura ad hęredes nõ tranſeat [a]. Vnde † ſi
4 quis ſtipulatus ſit alimenta, ſi in Capitolium non aſcen-
derit, videtur ſtatim præſtari ea debere [b], dum tamen
caueat ſe non aſcẽ-
ſurum. quod ego aduerſus Alexand. ſententiam
verius eſſe arbitror [c]. Idemq; in eo ſentio, qui v-
ſumfructum certæ rei ſub ea conditione ſit ſti-
pulatus [d].

o l.ita.ſtipulatus.§.ſed ſi ita.ꝟ.eo.
p §.ſi quis ita. Inſt.eo.
q l.Mutianæ.de con.& demon.
r l.vel negare. quemad.teſt.aper.
s l.nec adiecit. pro ſoc.
t gl.l.ſi.quando dies leg.
u l.j.§.in nouiſſimo.C.de cad.tol.
x l.cũ hi.§.planè.de tranſact.
y arg.§.ex conditionali.Inſtit.eo.
z Iaſon.l.ſiue apud.C.de tranſact.
a arg.l.pater.§.pe.in fi.de con.& demonſt.
b Bal.auth.cui relictũ.C.de indic.uid.tol.adim.
c Alexan.l.j.C.de pact.
d arg.l.hæres.§.6.pe.de condi.& demonſt.

C III. Illud † dubium non eſt, ſi quis ob donationem
5 cauſa mortis aliquid ſub prædicta conditione ſti
pulatus ſit, cautioni locum eſſe, nec mortem ex-
pectari [e]. hac enim in re ſimilior legato, quàm cõ-
IIII. tractui, eſt huiuſmodi donatio [f]. Sanè † in con-
6 tractibus quoque, qui à conuentione, non autem
à conditione incipiunt, non expectari mortem
conſtat, ſed ſtatim, cùm quis facere potuit, & nõ
fecit, committi ſtipulationem [g]: vt, ſi promittis
mihi in Capitolium aſcendere, & ſi non aſcende
D V. ris, ſpondes centum. Quid verò in obligationi-
bus dandi, cùm à conditione incipiunt, ſit, alibi
attingam. videtur enim aduerſus cæteros verum
eſſe illud παράδοξον, vt nec tum quoq; mors ſit ex-
pectanda, ſed poſt interpellationem confeſtim
pœna committatur. quod Irner. cenſuit [h].
VI. Sed quid in conditione affirmatiua? putà, *Promitto x, ſi in Capitolium aſcenderis*. & conſtat ſtatim im
pleri eam debere [i], & ideo interpellatione debi-
toris conſtitueretur creditor in mora, qui Capi-
E tolium non aſcendat [k]. Quod tamen intelligen-
dum in caſibus, quibus compelli creditor poteſt,
vt conditionem impleat [l]. Sanè hoc ex contextu
7 apparet, omnino † expectandum biennium an-
tè, quàm agi poſsit, tametſi conditio hæc vtilita-
tem ſtipulatoris non reſpiciat: itemque quamuis
non ante calendas, ſed intra calendas concepta
ſint ſtipulationis verba. vnde quorundam diſſen
tientium ſententiam ſuprà confutaui [m].

e §.quæro, nunc ſequitur ver.ꝑfatæ aũt. in authẽ.de nup.
f gl.l.ij.in prin.de dot.prælег.
g d.l.ita ſtipulatus.ꝟ.eo.
h d l ita ſtipulatus.in fi.dixi li.j.Parad.cap.xj.
i l.hęc conditio.ij.de condit.& demonſt.
k Bar.l.non ſolum.§.morte.de ope.no.
l l.cum ab eo.de contr.emp.
m l.in illa ꝟ.eo.

F

## LEX XXVIII.

1 *Verborum Dare, & Tradere, ſignificatio & diſcrimẽ.* 4.
6 *Tradere promittens interdum dominij translationi adſtringitur.*
12 *Verbi Aſsignare, explicatio.*

SI REM TRADI c. ¶ Dare † pro-
1 priè eſt dominium transferre [n], quod
Græci δόμεναι dicunt: vnde & domi-
nus nomen ſumpſit. Palladas in E-
pigram.

n §.ſic itaq; Inſti.de actio.

In



2 In † dubio quoque, qui dare promittit, videtur
de dominij translatione, niſi natura contractus
aliud ſuadeat, egiſſe [a]: ſiue, quia potentior ſignifi-
catio accipienda ſit [b], vt aliqui tradiderunt: ſiue,
quia qui rem promittit, videtur eam ſimpliciter
promiſiſſe, vt perpe
tuò poſſit apud cre-
ditorẽ remanere [c]:
non autem eo vitio
affectam, vt euinci
3 poſſit [d]: vnde † & ꝓ-
prium dicitur, quod
perpetuum eſt. ſiue,
(vt ego ſentio) quia

**VLPIANVS LIBRO** *46. ad Sabinum.*

## LEX XXIX.

A SCire debemus [a], in ſtipulationibus tot eſſe ſtipulatiões, quot ſummæ ſunt: totque eſſe ſtipulationes, quot ſpecies ſunt, ſecũdùm quod

a l.ſi ita.in fin.de contr.empt.
b l.j.ſi ager vectigal.
c l.ſeruus.vbi Bart.c.de pœn.
d l.qui concubinam.§.ſi hæres.de leg.iij.
e l.naturaliter.§.j de acq.poſſ.l.ſi mulier.§.j.quod met.cauſ.
f l.ædiles.ij.§.quæſitũ.de Aedi.edict.

ſi aliter diceremus, non res ipſa cenſeretur pro-
miſſa, ſed rei poſſeſſio, quę plurimum à re diſtat [e].
4 Aliud † tamen eſt, cùm quis rem tradere promi-
ſit. non enim cenſetur quicquam de proprietate
actum, ſed de ſola nudæ poſſeſſionis translatio-
B ne, vt hîc dicitur. quod ex vi præpoſitionis *Trans*,
5 videtur inductum, quæ † localis eſt [f], & rebus cor
poralibus propriè conuenit magis, quàm domi-
I. nio, quod iuris eſt. Quandoque † tamen vel ex
6 natura cõtractus, ſeu ex ſubiecta materia, qui tra-
dere promittit, de cauſa proprietatis egiſſe vide-
tur [g]. vnde venditor, qui ad tradendum tenetur,
dominium quoque transferre debet, ſi dominus
II. eſt [h]. Idem † dicendum, ſi aliquorum verborum
7 adiectio hoc ſuadeat, vt cùm quis vacuam poſſeſ
C ſionem traditurũ ſe ſpondet, de cauſa bonorum
egiſſe videtur [i]. non enim veriſimile eſt, ſi alius
extet, qui dominium in re prætendat, commiſſu-
rum eum, quin ius ſuum proſequatur, nec poſ-
ſeſſionem vacuam relicturum [k]. quod infrà decla
III. rabo. Addunt † aliqui, idem eſſe, cùm quis pro-
8 mittit aliquid in genere tradere: putà ſeruum, vel
equum, & ſi qua ſimilia. videtur enim actum, vt
dominium transferatur [l]. quæ ſententia genera-
litati legis noſtræ aduerſatur, itemque proprie-
D tati verbi *Trado*, neque ſatis iure noſtro probabi-
lis eſt. Vnde & alibi defendi eum, qui in genere
vendidit, non tamen ad dominij translationem
teneri [m], licet frequentiore calculo alij diſſen-
IIII. tiant [n]. Illud † tamen fatendum eſt, vt quoties
9 pecunia ſub numero tradita ſit, præſumatur do-
minium translatum, celebratusque mutui con-
tractus [o], vnde tantundem in genere reſtitui po-
V. terit [p]. Sed † & ſi quis tradere aliquod ius pro-
10 miſit, de nuda traditione intelligi non poterit.
E tenetur enim ius aduerſario conſtituere per cau-
tionem, promittereque per ſe non fieri, quò mi-
nus ſtipulator vtatur [q], vel aliâs patientiam præ-
VI. ſtare [r]. Sed quid, ſi in inſtrumento ſcriptum ſit,
*Seius dedit, vendidit, tradidit*, &c. an iſtis verbis pro-
betur translatio poſſeſſionis? & ſi res coràm e-
rat, ſatis credendum eſt factam traditionem: a-
liâs videbitur tantummodò facultas conceſſa,
qua emptor propria auctoritate poſſeſſionẽ poſ-
VII. ſit accipere [s]. Sanè dubium non eſt, latam † eſſe
11 tradendi ſignificationem: & ideo quandoque
F hoc verbo idem intelligi, quod Dicere, vel Do-
cere [t], quandoque quod Committere [u], aliquan-
do & Prodere [x]. vnde traditor pro proditore a-
12 pud Cornelium Tacitum. Sed † quid, ſi quis pro-
miſerit aſsignare talem fundum? & receptum
eſt, ambiguam eſſe huius verbi ſignificationem [y].
poteſt enim dationem ſignificare, poteſt & nu-
dam traditionem [z]: in dubio tamen (inquit Bar-
tolus) ad nudam poſſeſſionem referretur, ne do-
natio præſumatur [a], vel, vt ego ſentio, quia in du-

g l.ſi pecuniã.§.ſi ſeruum.de condi.ob cauſ.vbi Alex.
h l.ex empto.de act.empt.
i l.in conuẽtionalib.in fi.ꝟ.eo.
k gl.l.ſi.ver.vacuã.C.vnde vi.
l l.ſi à ſubſtituto.in fi.l.ſeq.de leg.j.
m l.ij.in princ.vbi Doct.ſi cer.pet.
n d.l.ex empto.vbi Bart.
o gl.& Doct.l.cum quid.ſi certum pet.
p l.in naue.ver.idem iuris.loca.
q l.iij.§.ſi iter.de act.empt.
r l.quoties.ij.de ſeruit.
s l.prædia.vbi Bart.de acquir.poſſeſ.
t §.ſin.Inſtit.de pup.ſubſt.
u l.j.C.de ſpor.
x c.ij.de offic.ordin.
y l.aſsignare.de verb.ſig.vbi dixi.
z l.cum pater.§.pater.de lega tis ij.
a Bart.l.ſi con ſtante.ſol.matr.



bio aduerſus ſtipulatorem ſit interpretatio [b].
Qua ratione idem quoque in verbo Præſtari, re-
cipiendum videtur. vnde † qui fundum præſtari
promiſit, nudum factum promiſiſſe creditur [c]. &
13 ideò non præciſè, ſed in id, quod intereſt, ſolùm
condemnatur [d]. qui
eũ dominiũ tranſ-
ferre debet, præciſè
tenetur [e]: qui trade-
re, ſolùm in id, quod
intereſt, condem-
natur [f].

L.29. Scire debemus.

b l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ꝟ.eod.
c d.l.ex empto.vbi Bart.
d l.ſi fundum certa.ꝟ.eod.
e l.vbi.in fin.ꝟ.eod.
f l.ſtipulationes nõ diuiduntur.ꝟ.eod.

## LEX XXIX.

2 *An iuris tantùm intellectu tot ſtipulationes ſunt, quot res.*
9 *Plurium rerum petitarum vna eſt actio & ſententia.*
13 *Idem eſſe in donatione & iureiurando.* 14.
15 *Item in venditione.*
17 *Exempla & vſus concluſionis textus.*
23 *Singularis rerum appellatio potior.*
25 *Stipulationes eſſe plures, qualiter depræhendatur.*

SCIRE DEBEMVS a. ¶ Conſti- a
tuit Iuriſconſultus regulam, vt
† tot ſint ſtipulationes, quot res, 1
vel ſummæ ſpecialiter, quamuis
C verborum vna conceptione deſi-
gnatæ [g]. Idem, ſi alternatim. Quòd ſi res non ſpe-
cialiter, ſed cumulatim, vel collectiuo nomine,
vel generaliter, vel integrali voce deſignatæ ſint,
ſecus eſt, vnaque cenſetur ſtipulatio [h]. Quod in-
telligendum, niſi generalis ſtipulatio poſt ſingu-
larum ſpecierum enumerationem adiecta ſit [i].
Sed † nunquid tot ſtipulationes ſunt, quot res, 2
ex ſermonis proprietate, an ſolo iuris intellectu?
& Imola, Raphael, Aretinus, Claudius, id iuris
D intellectu induci cenſuerunt [k]. verè enim, cùm
vna verborum conceptione facta ſit ſtipulatio, v-
nam eſſe. ſed Socinus, Iaſonque contrà, quia lex
eſſe tot ſtipulationes ait. at certum eſt, verbum
† *Eſſe*, ad rei veritatem referri [l]. Ego in ſtipula- 3
tione, quæ eſt iuris, ſatis arbitror veram eſſe Iaſ.
ſententiam. ſiue enim verba attendamus, ſpecia-
lis deſignatio ſigillatim res ipſas perpendi fa-
cit [m]: ſiue poteſtatem legis conſideremus, non eſt
dubium, in his, quæ iuris ſunt, legiſlatorem ve-
E rè & propriè diſponere cenſeri [n]. At in aliis con- I.
tractibus, qui à conſenſu potius, quàm à verbo-
rum forma æſtimantur, contrariam ſententiam
ſequerer, vt non propriè, ſed iuris intellectu re-
gula procederet [o]. Vnde † in compromiſſis, quæ 4
nudo pacto ſolent concipi, lex ait, quaſi plura
compromiſſa eſſe [p]. Sed † & quotieſcunque nõn II.
ad effectum, ſed ad primam ſpeciem habetur 5
conſideratio, non tot eſſe ſtipulationes dici-
mus, quot res, ſed vnam tantùm: idque impro-
F prio ſermone, quia vno inſtrumento concepta
ſit. quod & in ſententia traditum eſt [q], & in accu-
ſatione à Butrigario reſponſum extat [r]. Hinc III.
† infertur, vt vice verſa, cùm vno tantùm nomine 6
cõcepta eſt ſtipulatio, vna propriè ſit, licet de plu
ribus rebus actum ꝓponatur. verba † enim in hoc 7
contractu maximè attenduntur: ſicq; procedunt
exceptiones, quæ noſtro in textu referuntur, de
quibus infrà diſputabo. Sed † & ſi mens partium IIII.
talis ſit, vt vnicã tantummodò ſtipulationẽ con- 8
trahere voluerint, ſuprà ſcriptæ regulæ locus nõ

g l.j.§.pen.ꝟ.e.l.vbi autem.§.pen.ꝟ.eod.
h l.quod dicitur.ꝟ.eod.
i l.pluribus.§.Titia.in fi.ꝟ.e.
k Aretin.d.§.pen.verb.quodammodo.d.l.Titia.ver.perinde haberi.
l gl.l.mercis.de verb.ſign.
m l.quia dicitur.de Aedil.edict.
n Bar.l.ſi maritus.§.lege.ff.de adult.
o arg.l.vnic.§.his ita.C.de caduc.toll.
p l.quid tamẽ.de arbitr.
q c.cum olim.ij.vbi Abb.de priuileg.
r Bart.l.xiij.§.pen.de accuſ.

erit. Vnde qui octo lecticarios ſtipulatur, aut pro
his in homines ſingulos certam pecuniam, non
tot ſtipulationes contraxiſſe videtur, quot ſingu
li ſunt homines, pro quibus pecunia præſtari po
teſt [a]: ſed ſicut ſtipulatio octo lecticariorum eſt
vna, ita & alia pars
diſiunctim adiecta,
licet plurium rerũ
ſpecialiter deſigna-
tarum ſit, vna cen-
ſebitur. cùm enim

**euenit a, vt mixta vna ſumma, vel ſpecie, quæ non fuit in** A **præcedenti ſtipulatione, non fiat nouatio, ſed efficit duas**

ea loco prioris ſubrogetur, eius naturam imitari
V. debet [b]. Sed † & in iudiciis idem dicendum vide
9 tur. ſi enim plures res ſpecialiter deſignatas ex
eadem cauſa petam, non tamen tot libelli erunt,
quot res petitæ. in eis enim ad actionem ipſam
attendimus, quę vna ꝑ omnibus illis rebus com
petit [c]. Quòd ſi non niſi diuerſa actione peti poſ-
ſent, ſecus eſſet [d], idque & Baldus cenſuit. Idém-
que eſſet, ſi plures perſonæ in iudicium traheren
tur, vel plures criminum ſpecies alicui obiiceren
VI. tur [e]. tunc enim & plures libelli cenſerentur. Et
10 † quod in libello dicitur, ad ſententiam quoque
iudicis producendum eſt [f], vt ſi ſententia de plu-
ribus ſpeciebus ſuper vna actione lata eſt, dica-
tur vna ſententia: aliâs verò tot ſint ſententiæ,
quot eius capitula [g]. Proinde ſi lex municipalis
eum, qui centum aureis exoluendis moram fece
rit, in exiliumque hoc nomine miſſus ſit, impunè
offendi poſſe conſtituat, reſpondit Bar. eum non
contineri, qui vna ſententia quinquaginta dare
damnatus ſit, aliaque ſententia alia quinquagin-
ta [h]. non enim talis in centum damnatus cenſe-
tur [i], cùm † in odioſis nõ ſit cumulationi locus [k].
11 quod Alexander intelligit, niſi ex eadem cauſa,
ſeu vna eademque actione in vtraq; ſumma con-
demnatus hic eſſet [l]. Ego Bartoli ſententiam ve-
ram arbitror, cùm aliquo modo apparet, legiſla-
tores de eo, qui vna ſententia damnatus in cen-
tum ſit, intellexiſſe: aliâs non video, quomodo
defendi ea opinio poſſit. ſiue enim ad verba le-
gis attendamus, dubium non eſt, quin quinqua-
ginta & quinquaginta propriè loquendo confi-
ciant ſummam centum [m]. quòd ſi mentem reſpi-
ciamus, idem videtur dicendum. magis enim pu
niendus eſt, qui bis peccauit, quã qui ſemel, quia
aggrauantur crimina conſuetudine [n]. quod &
Pontanus & Iaſon aduerſus alios, numero plu-
VII. res rectè exiſtimarunt. Sanè † & quoties de dua-
12 bus ſpeciebus expreſſim actum eſt, vna tamẽ vi-
detur eſſe ſtipulatio, ſi altera ſpecies alteri conne
xa quadam ex conſequentia ſit [o]. quod Baldus in
libello reſpõdit, & ego verum eſſe arbitror, dum
tamen ſeparatim de vtraque ſpecie actum non
VIII. ſit [p]. quod & Ioannes Andreas tradidit. In † do-
13 natione quoque conſtat regulæ legis noſtræ lo-
cum non eſſe. Vnde ſi plures tibi res donauero,
non tamen plures exiſtimabuntur donationes,
ſed vna tantùm: & ideò neceſſaria erat inſinua-
tio, ſi legitimum modum excedat [q]. In donatio-
nibus enim lex ad verba nõ attendit, ſed ad præ-
ſtationem ipſam, olimque rei duntaxat interuen
tu perficiebatur [r]. vnde etiam ſi donans expreſ-
ſim dicat, quòd velit cenſeri tot eſſe donationes,
quot res, fruſtra diceret. id enim in fraudem legis
dictum exiſtimaretur inſinuationem requirẽtis.
IX. quod Bartolus cenſuit [s], & alij hîc ſecuti ſunt. In
14 † iuramento quoque cenſuit Archid. haudqua-
quam tot eſſe iuramenta, quot res, de quibus iu-
ratum ſit. in eo enim ſolius fidei præſtatio per-

a l. ſi ex toto. §. ff. de legat. j. vbi Raph. & Alex. gl. alterutra.
b l. generali. §. hæredis. vbi Bar. de vſufr. leg. l. j. de reb. dub.
c l. hæredes. §. de plurib. fam. erciſc. l. cũ duobus. §. ſi plures. pro ſoc.
d Bal. l. ſi idẽ. in fi. de iur. om. iudic. l. edita. q. 15. de edend. Alex. Iaſ. hic. Io. And. reg. pluralis.
e l. iij. §. ſed & ſi aliud. vbi Bar. de accuſ.
f l. vt fundus. com. diuid.
g gl. l. etiã. ver. audiendus. §. ex cauſa. de mino. Bal. l. ij. ff. de legat. ij.
h l. vbi fideiuſſor. de ſolu. l. Lucius. §. quæ habebat. ad Treb.
i gl. l. ædiles in fi. ver. vno pretio. de ædil. edi.
k l. ſi idem. in prin. vbi Dd. de iuriſd. om. iud.
l l. ſi qui ſeparatim. §. j. de app.
m d. l. vbi fideiuſſor. & quod not. Cyn. Bal. l. ij. C. de ſportul.
n l. ij. C. de epiſ. audien. l. fin. de abig.
o arg. l. patris. de vulg. Bal. d. l. edita. q. xv.
p l. cum in vna. de appell. Ioan. And. d. c. pluralis.
q l. ſancimus. §. ſi quis aut. C. de dona. c. ad apoſtolicę. de dona.
r Alex. l. iuriſgentium. in pr. de pact.
s l. Modeſtinus. de donat.

penditur, quæ vna conceptione verborum facta
eſt [t]. quod & ego probo, dummodò reſpectu di-
uerſarum cauſarum iuratum non ſit. tunc enim
tot erunt iuramenta, quot res, ſuper quibus di-
uerſis ex cauſis ſit iuratum [u]. Sed & qui iurauit
non offendere ali-
quem, tot periuria
cenſetur committe
re, quot vicibus of-
fendit [x]. quod idem
Archidiac. cum non
X. paucis aliis exiſtimauit [y]. Venditionem † quoq;
15 duarum ſpecierum conſtat vnicum cenſeri con-
tractum [z]. ſed quænam eſt ratio? & Veteres cen-
ſuerunt id eſſe, quia vno pretio facta ſit. Ego & id
actum videri à partibus crediderim. non enim ve
riſimile eſt, tali caſu de altero diſtrahendo ſolùm
conueniſſe. vnde & talis contractus indiuiduus
cenſetur [a]. Si ergo venditor niſi vnam ſpeciem
B tradat, aduerſus eum agi ad aliam ex empto po-
terit: & vice verſa, ſi emptor non niſi pretij dimi-
dium numeret, ad reliquam ſummam actione ex
vendito conuenietur [b]. ſubiicitq; Bart. videri ven
ditorẽ duplici obligatione teneri, cùm duas ſpe-
cies vendiderit: emptorem verò vna tantũ, quia
ad pretium duntaxat tenetur, qđ vnum fuit. quæ
XI. ſententia ſat dubia eſt. Adiicit † idem Bartolus
16 generaliter regulam limitari, quoties plures res
vnius effectus reſpectu coniunguntur. tunc enim
C licet forma verborũ actus multiplex videatur [c].
tamen ad effectum magis attendimus, qui vnus
XII. eſt [d]. Procedet ergo duntaxat regula, quoties plu
res res reſpectu ſui ſingulæ coniunguntur, non, ſi
diuerſi alicuius effectus contemplatione. Sed po
ne: impoſitum eſt vectigal pro ſingulis contracti-
bus [e], an tot ſoluentur vectigalia, quot res? & Bal
dus ſolui cenſuit, quem & alij hîc ſequuntur.
Quam ſententiam & ego probo, quoties ſecun-
dùm qualitatem rerum præſtandum eſt porto-
D rium. apparet enim tunc habitam eſſe rerum con
ſiderationem. ſed ſi idem de quocunque contra-
ctu, ſeu magno, ſeu modico pendatur, apparet a-
ctum ipſum contrahendi potius reſpici [f], & ideo
regulæ ſuprà ſcriptæ locum non eſſe.

a SECVNDVM QVOD EVENIT [a]. ¶ In-
17 fert hîc Iuriſconſultus, quæ † vtilitas ex propoſi-
I. ta concluſione proueniat? ea eſt talis. Finge pro-
miſiſſe me tibi centum, & centumquindecim: ſi
vna eſſet ſtipulatio, hæc ſequens tanquam de ea-
E dem ſumma concepta nouaret priorem, cũ hoc
iure ſequens ſtipulatio plenius nouaret præce-
dentem [g]: ſed cùm duæ ſint ſtipulationes, & con
ſequenter de diuerſis ſummis intelligantur, nul-
la ſit nouatio, ſed quælibet effectum ſuum habe-
18 bit. Hodie † tamen propter legem Iuſtiniani [h], e-
tiam ſi ſequẽs computata prioris ſumma expreſ-
ſim concepta eſſet, non tamen fieret nouatio, ſed
ex prima agi ad centum poſſet, ex ſequenti ad re-
liqua quindecim, quod ſuprà attigi. Hinc appa-
F ret, ſi mihi centumquindecim debeas, poſſe me
ſola centum petere. quæ ſententia certa in pro-
poſito exemplo eſt, cùm priore ſtipulatione ea
centum duntaxat ſtipulatus ſum. Sed quid, ſi v-
na duntaxat ſtipulatio interuenerit, an partẽ pe-
tere potero? & ſi de parte integrali loquamur, re-
ceptum eſt non poſſe, donec integrale illud ſit
diſſolutum [i]. Hinc alia colligitur differentia, an
II. vna ſit ſtipulatio, an plures? Si verò de parte nu-
merali tractemus, Bar. petere me poſſe cenſuit [k],
non quidem tanquam promiſſam, ſed tanquam
debitam.

t Arch. c. inter cætera. xxij. q. iiij. Iaſ. hic.
u Bar. l. ij. C. de rei vend.
x vj. qu. j. c. imitare.
y Archid. Ioan. Andr. in c. ad apoſtolicæ. de re iud. in vj.
z l. ſi duos. de contrah. empt. l. cum duo. de in diem addict.
a l. cum ex cauſa. j. eod. l. cum eiuſdẽ. de ædil. edict.
b l. & ſi vno. de actio. empt. l. ſi chorus. de lega. iij.
c l. ſi is, qui ducenta. §. cũ ita. de reb. dub. l. ſi hæredi plures. de cond. inſt.
d l. falſa. in fin. de condi. & demonſtr.
e l. etiam. ſ. de ædil. edict. Bal. l. fi. §. præterea. de iur. dot.
f arg. l. tria onera. de excuſ. tut. Bart. l. ſi gemina. arbor. fur. cæſ.
g l. qui vſumfructum. j. eod.
h l. fin. C. de nouat.
i l. ſi ſeruus. §. boue. de cond. fur. l. in commodato. §. duabus. ij. reſpõ. ſi commodati.
k d. l. ſi chorus. de leg. iij.



debitam. qui enim centumquindecim promit-
tit, is vtique centum quoque debet. Vt ergo ſuſti
neatur libellus, impropriè accipientur verba [a], vt
ſi dico, peto centum, quę promiſiſti, intelligatur,
quæ promiſiſti comprænhenſa ſub promiſſione
centum & quinde-
cim. Sed (vt aliâs di
xi) ſcrupuloſa ni-
mis hæc eſt differen
19 tia, quia † qui pro-
mittit maiorẽ ſum-
mam, quamlibet mi
norem ꝓmittit, quę
in ea comprænhen-
datur [b], proprieque
in maiore ſumma
minor ineſt [c]: & i-
deò valere petitio-
nem etiam ex ſer-
monis proprietate
arbitror. qđ & Bal.
Raph. Paul. Iaſonq;
cenſuerunt. Et licet
ex diuerſitate quan
titatis diuerſitas q-
que ꝓmiſſionis, vt
Angel. inquit, præ-
ſumatur [d], & ideo aliam ſummam petiiſſe actor
videatur, quàm quæ promiſſa ſit, tamen hoc pro-
cedit, ſi actor, cuius fauore lex hãc præſumptio-
nem inducit, hoc allegaret [e]. Sed cùm in caſu no
ſtro actor ipſe eandem ſummam eſſe fateatur, nul
lus eſt tali præſumptioni locus [f]. Defendit ergo
Bart. ſententia eo caſu tantùm poſſet, quo in eo,
quod plus eſt, id, quod minus eſt, non niſi impro
priè contineretur, veluti in toto integrali iam diſ
ſoluto, vel toto vniuerſali, vt hîc ſenſit Accurſius,
III. & nos alibi docuimus [g]. Sanè † aliæ quoque vti-
20 litates ab Interpretibus relatę ſunt, quibus oſten
derunt plurimum referre, an vna ſit ſtipulatio, an
plures? quod enim vno actu conſiſtit, difficiliùs
ex ſola parte ſuſtinetur, quàm quod ab alio ſepa-
ratum eſt [h], ſiue ſolutionem conſideremus, quia
ſola pars, inuito creditore, ſolui nõ poteſt, quod
alibi diſputaui [i]: ſiue approbationem contra-
ctus, quia idem contractus non poteſt pro parte
agnoſci, pro parte verò reprobari [k], quod & in le-
gatis quoque traditum eſt [l]: ſiue eius reſolutio-
nem, nec enim pro parte tantùm redhibitoriæ a-
ctioni locus eſt [m], ſicut nec reſciſſioni, quæ ex eo
cápite conceditur, quòd quis læſum ſe ſupra di-
midiam iuſti pretij affirmet [n], quod Baldus tra-
didit: ſiue etiam perpetuitatem actionis attenda
mus, quod alibi traditur [o]: ſiue etiam ſententiam
ſuper eo contractu ferendam, non enim pro par-
IIII. te pronuntiari poteſt [p]. Sed † & ſi cùm centum
21 debeam, fideiuſſorem in ducenta dedi, nulla om-
nino eſt fideiuſſoris obligatio, vt communiter
receptum eſt [q]. quòd ſi is fideiuſſor centũ & cen-
tum promiſiſſet, proculdubio putarim ex ſecun-
22 da inutili non vitiari primam vtilem [r]. In † ſen-
tentia quoq; conſtat ſuper toto pronuntiandum
eſſe, aliâs omninò deficeret [s]. Vnde ſequitur, vale
re ſententiam, quæ ſuper prima ſtipulatione di-
cta ſit, licet commiſſa ſequens proponatur [t].

a QVAMVIS AVTEM [a]. ¶ Si igitur vnô no-
mine plures reos deſignẽtur, vna erit ſtipulatio.
Hinc adnotãt Doctores, potiorem efficaciorém-
que eſſe ſingularem rerum appellationem, quàm
eam, quæ generaliter, vel vniuerſaliter ſit [u]. quod

a l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. & ibi Bartol. ver. & ideo. de iureiur.
b l. ſi vnus. §. ſi cùm mihi decẽ. de pactis. Bar. l. non poteſt. de reg. iur.
c l. j. §. penul. ſ. eod.
d Bart. l. centũ. de adim. leg. l. ſi diuortio. ſ. eod.
e l. ſi adulteriũ. §. idem Pollioni. de adult.
f §. ſi minus. Inſtit. de act.
g dixi l. j. §. fin. ſ. eod.
h argum. l. j. §. pen. ſ. eod.
i l. quidẽ. ſi cer. pet.
k l. ſi non ſortẽ. §. pen. de condi. indeb.
l neminem. de legat. ij. d. l. ſi ex toto.
m l. cum eiuſdẽ. de ædil. edi. l. cũ plures. de euict.
n l. ſi duorum. de act. emp. Baldus l. fin. §. præterea. C. de iur. dot.
o l. ij. vbi Din. & Alb. de leg. ij.
p d. l. etiam. d. l. quid tamen.
q l. Græcè. §. illud. de fideiuſſ.
r l. j. §. pen. ſ. eod.
s l. quid tamẽ. §. j. de arbitr.
t l. j. Cod. ſi aduerſ. rem iudic.
u l. ſed & ſi qs. §. quæſitum. ſi quis cauſ.

**eſſe ſtipulationes. Quamuis autẽ a placuerit, tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ, tótque eſſe ſtipulationes, quot res: tamen ſi pecuniam qs, quæ in conſpectu eſt, ſtipulatus ſit, vel aceruũ pecuniæ: non tot ſint ſtipulatiões, quot nummorũ corpora: ſed vna ſtipulatio. nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulatiões, abſurdũ eſt. Stipulationẽ** A **quoq; legatorũ conſtat vnã eſſe, quãuis plura corpora ſint, vel plura legata. ſed & familiæ vel omniũ ſeruorum ſtipulatio vna eſt. itemq; quadrigæ, aut lecticario-** B **rũ ſtipulatio vna eſt. At ſi quis illud, & illud ſtipulatus ſit: tot ſtipulationes ſunt, quot corpora.**

L. 29. Scire debemus.

verũ eſt in hoc contractu, in quo maximè ad con
ceptionem verborum attendimus. alioqui quod
ad effectum attinet, idem pollet genus in ſuis
ſpeciebus, quod ſingularum ſpecierum enume-
ratio [x]. nam & generaliter tantùm poteſt demon
ſtratio quantũ pro-
prij nominis expreſ
23 ſio [y]. & † tamen de-
monſtratio acerui
hîc nõ idem pollet,
quod ſingularum a-
cerui ſpecierum e-
nuntiatio. ſed & ef-
fectus reſpectu pa-
ria ſunt, ſiue quid
nominatim expri-
matur, ſiue ex tacita
relatione ꝓueniat [z].
& tamen aliud eſt
in cautione præto-
ria legatorum ſer-
uandorũ cauſa, quæ
tacitè ad ſingula le-
gata refertur. Vnde I.
† concludendũ eſt, 24
in his, in quibus ſo-
lius effectus ratio
habetur, aliud eſſe [a], quàm in ſtipulationibus,
quæ plurimum à forma verborum pendent. In
C dubio tamen talem effectum in conſideratione
partium fuiſſe cenſebimus, qualẽ verba indicãt.
Vnde & in legatis legis noſtræ regula procedit [b].
in eis enim mixtum ad effectum, verbaq; reſpici-
mus [c]. Et hinc conſequens eſt, vt † ſi rebus priùs II.
ſpecialiter enumeratis, ſubiecta ſit generalis ſti- 25.
pulatio, cũ expreſſa relatione, plures cenſeantur
ſtipulationes. vt cùm dictũ eſt, ea omnia, quæ ſu-
prà ſcripta ſunt, dari [d]. hoc enĩ expreſſio relatio-
nis facit, propter quã ex vi verborum hæc inter-
D pretatio ſumitur. qđ non pauci cenſuerunt [e]. Fin III.
ge ergo in ſtipulatione legatorum ſeruandorum
cauſa factam expreſſim legatorũ omnium dinu-
merationem, an adhuc exceptio legis noſtræ ꝓ-
cedat, vt vna ſtipulatio cenſeatur? & Din. negat
procedere, cùm propter numerationem ſint plu-
res ſtipulationes. Ego dubito, quia cautio hæc
prætoria eſt; quæ ex mente prætoris magis, q̈ ex
verbis contrahentium interpretationẽ recipit [f].
eam prætor induxit, vt legatario magis conſul-
E tum coniunctim reſpectu omnium legatorũ eſ-
ſet, non ſeparatim: quod hîc probatur. alioquin
talis cautio nunquam vna eſſet, cùm ad plura le-
gata relationem habeat [g]. Sed † quid, ſi quis cùm IIII.
variis ex cauſis plures mihi ſummas deberet, v- 26
nica ſtipulatione omnes promiſit? & Iacob. Alb.
Raph. Aretin. vnam quidem ſtipulationem eſſe
aiunt, ſed tamen propter originem variarum cau
ſarum idem de ea iudicari, qđ de pluribus [h], par-
ticularemque ideo ſolutionem ſingularum cau-
F ſarum admittendam [i]. quæ ſententia probabilis
eſt, licet Alex. & Claud. in diuerſam iuerint. Qua V.
† ratione idem dicendũ eſt, cùm ex qualitate per- 27
ſonæ talis interpretatio ſumeretur, veluti cùm
ſeruus fructuarius mercedem operarũ ſuarum in
ſingulos annos ſtipulatur, vna eſt propriè ſtipula
tio, ſed tamen in ſingulos annos eius commodi-
tas diuidetur [k]. quod ſuprà aduerſus eos cenſui,
qui tot eſſe hoc caſu ſtipulationes credebant,
quot annos [l]. Sanè † illud quoq; adnotãdum eſt, VI.
quamuis ſtipulatio generis vna ſit, vt hîc dicitur, 28
ſtipula-

x l. ſi chorus. de leg. iij.
y l. certum. ſi cert. pet.
z l. ſi ita ſcripſero. de condi. & dem.
a l. Celſus. §. ij. de arbitr.
b l. ij. de leg. ij.
c l. nõ aliter. de leg. iij.
d l. Titia. §. fin. l. plurib. in prin. j. eod.
e Ang. Raph. Imol. Rõ. Aret. Alex. Iaſ. hic.
f l. in conuentionalibus. j. eo. l. in ædibus. ver. & ideo. de dam. infect. l. ſi legat. de leg. j.
g d. l. Titia. d. ſ. pluribus.
h arg. l. qui id, quod. de do. l. tutor. de fideiuſſor.
i d. l. ſi. quibus mod. pig. ſolu. Alex. d. l. quid tã.
k l. ſi ſeruus. iij. §. fin. j. tit. ij.
l l. ſi Stichũ. §. ſtipulatio. ſ. eo.

ſtipulationem tamē alternatim conceptam non vnam eſſe. etſi enim aliàs ſtipulatio generis, & disiunctiua, ratione effectus æquiparentur[a], tamen quod ad conceptionem verborum attinet, ſunt diſsimiles. & hoc eſt, quòd Iuriſconſultus ſublimitando præcedentia, *At ſi quis,* inquit, *illud, aut illud,* &c. ſic enim legendum, ne impertinēter, & ſuperfluè de coniuncta locutus
29 videatur. cùm † enim in alternatiuis vtraque res cenſeatur in obligatione, conſequens eſt, vt quot obligationes ſunt, tot etiā ſtipulationes eſſe cenſeatur[b], tametſi quod ad ſolutionem attinet, vna tantùm ſit[c], vt Bar. & cæteri tradidêre. Ego ſuprà docui alternatiuam obligationē eam conditionem habere, vt ſi alterum datum non ſit, alterum
30 præſtetur[d]. Vnde † conſequens eſt, vt vtrunq; ad obligationem pertineat, ſub conditione tamen, ſi alterum datum non ſit[e]: purè verò vna tantummodo cenſebitur eſſe obligatio, quæ tamen duas partes habeat[f]. Sed quoties electio creditoris eſt, perinde iudicatur, ac ſi vtraq; res in obligatione ſimul eſſet, duæq; ſint obligationes[g]. cùm enim neſciat reus debedi, vtram electurus ſit creditor, interim δυνάμει vtraq; cenſetur obligata[h].

**¶ Si à fure[a] hominē ſim ſtipulatus: quæſitū eſt, an ſtipulatio valeat. Mouet quæſtionem, quòd ſtipulatus hominē meum videor. Non valet autem huiuſmodi ſtipulatio, vbi quis rē ſuam ſtipulatus eſt. Et conſtat, ſi quidem[b] ita ſtipulatus ſim, QVOD EX CAVSA CONDICTIONIS DARE FACERE OPORTET: ſtipulationem valere. ſi verò hominem dari ſtipulatus fuero, nullius momenti eſſe ſtipulationem.**

1 *Rem meam dari, à fure non ſtipulor, ſed bene quod ex cauſa condictionis debebitur: & vtriuſq; ratio. 5.*
2 *Qualiter liceat rem noſtram tradi nobis, ſtipulari.*
7 *Stipulatione ſubſequenti purgatur mora præcedens.*

a §. SI A FVRE[a]. ¶ Dominus † rem ſuam ſibi
1 à fure dari ſtipulari non poteſt, ſed generaliter quicquid ex cauſa condictionis dare facere fur tenetur, ſtipulari poteſt. Quo caſu tali ſtipulatione purgata, cenſetur furis mora, ponunturq; hîc tres concluſiones, quæ ſanè perquàm ambiguæ
2 ſunt. Et † in primis, cùm fur ad dandum domino teneatur, ideoq; condictione furtiua conueniri poſſit[i], ſic eius odio lex non exiſtimauit id impoſſibile, vt dominus rem ſuam ſibi dari petat, cur & ſtipulatio valere non debet, tanquam obligationi præcedenti conformis[k], vt ſequēs hæc ſtipulatio ad præcedentem cauſam referatur[l]? Ponamus hunc ſeruum furto ſubtractum periiſſe, deinde dominum ita ſtipulatum, nónne valebit ſtipulatio? valere ſtipulationem Sabinus cenſuit, ea ratione, quia adhuc condictio durat[m]. cur nō eadem ratione valere debuit eo viuente? ſed & ſi demus omninò non valere talem ſtipulationem, cur ſaltem in eum caſum non ſuſtinetur, quo valere poteſt[n]? vt ſcilicet non de dominio egiſſe ſtipulator videatur, ſed de poſſeſſione. Poteſt enim quilibet ſtipulari rem ſuam ſibi tradi[o]. vt verbum *Dari*, intelligatur, id eſt, tradi, ſeu reſtitui[p]. Sed tamen aliud Iuriſconſulto noſtro viſum eſt. cùm enim non ſolùm rem condicere à fure dominus poſſit, ſed etiam poſſeſſionem[q], ſi dari rem ſtipulatus ſit, non poteſt commodè de poſſeſſione intelligi. actus † enim, qui non valet,
3 vt ago, nec in ſpeciem quidem prorſus diuerſam

a l. ij. §. j. ſ. eo.
b l. planè. §. penult. de leg. j. l. viij. §. j. de leg. ij.
c l. cum illud. quan. di. leg. ce. l. ſi illud. de leg. ij.
d l. iij. qui. & à quib. ma. l. cum ita. de opt. leg.
e l. ſi duo. ſ. eod.
f l. hæc ſcriptura de condi. & demon.
g d. l. planè. §. pen. d. l. vi. §. j. l. liber homo. ij. in fin. ſ. eod.
h arg. l. vbi autem. §. qui illud. ſ. eod.
i §. ſicitaq;. Inſtit. de act. l. fin. vſuſfruc. quem. cap.
k l. iij. §. ſi ex conuen. de re iu dicata.
l D. l. triticū. ſ. eod.
m l. inter ſtipulantem. l. pen. ſ. eod.
n l. quoties. ſ. eo.
o l. nemo. j. ſ. e.
p l. iij. §. de v. ſuris.
q d. §. ſicitaq;. verſ. planè. gl. l. indebiti. §. j. de cond. indeb.

ſuſtineri poteſt[r]. quod ſuprà dixi[s]. traditio † enim à datione valde diſtat, nec veriſimile egit ſtipulator, vt tali ſtipulatione ius ſuum imminueret, præſertim erga furem, cuius odio lex multa præſumit. quod putarim procedere, etiamſi abſque vllo verbo ſtipulatus ſimpliciter ſit hominem. Textus enim noſter hoc ſatis oſtendit. nec enim ſubauditur tradi, ſed dari potius[t], cū aliud ſit homo, aliud hominis poſſeſſio[u]. quod aduerſus Pont. & Alex. rectè Iaſon & Torquatus cenſuerunt. Nec obſtat, quòd mortuo ſeruo valuiſſet ſtipulatio. quia tali caſu ceſſat ratio prohibitiua. nō enim ſtipulatur dominus rem ſuam. quia cùm mortuus ſit ſeruus, amplius ſuus non eſt. Et cùm lex odio furis ſpecialiter induxerit, vt condicere rem ſuam dominus poſſit, non fuit trahenda ad caſum, quo non in iudicio, ſed via contractus hoc dominus ageret: ſiue quia ſpecialia extendenda non ſunt[x], ſiue quia facilius lex regulis iudiciorum derogat, quàm contractuum, quæ propter conſenſum iure gentium inductæ ſunt[y]. nam & videmus olim priuilegia, quæ actioni de dote competebant, locum in ea ſtipulatione non habuiſſe, quæ ex ea cauſa interpoſita fuiſſet[z]. & quod in odium debitoris iudicio ex vendito debetur, ſubſequenti ſtipulatione, non cenſeri repetitum[a]. videmus etiam hodie, non pauca in iudicijs inducta eſſe, quæ aliter in contractibus obſeruantur[b].

ET CONSTAT, SI QVIDEM[b]. ¶ Stipulatio ergo, *Quod ex cauſa condictionis dare facere te oportet*, valet. Sed † quæ eſt ratio differentiæ? & Veteres exiſtimarunt, eſſe quia hoc caſu ſtipulatur dominus rem ſuam tradi, quod poteſt[c]. verbum enim *Dare*, à ſubſequenti *Facere*, declaratur[d], nec vtile per inutile vitiatur. videturque hic intellectus magis recipi[e], quem & ego, ceu verbis Iuriſconſulti conuenientem, ſequor. At Sac. Petr. Bartol. Angel. aliter cenſuerunt, nempe valere hanc ſtipulationem, quia cauſa condictionis furtiuæ expreſſa eſt. quæ expreſſio facit, vt verbum *Dare*, impropriè accipiatur. vnde conſequens eſt, vt etiamſi verbum *Facere*, adiectum non eſſet, adhuc valeret hæc ſtipulatio. quod Imola tradidit. Sed aduerſus hanc traditionem dixerit aliquis, veriſimile non eſſe, verbum *Facere*, ſuperfluè à Iuriſconſulto addi, caſumque minus dubitalem ab eo deciſum, omiſſo dubitabiliori[f]. Et vt demus ſtipulationem ſuper certa cauſa interpoſitam, ſecundùm eius cauſæ naturam reſtringi[g], tamen non videri quicquam referre, an talis cauſa expreſſa ſit, an tacitè intelligatur, quia ſola præceſſerit[h]. parem enim eſſe taciti & expreſsi virtutem. Ego & hanc ſententiam defendi poſſe arbitror, quia mentio *Condictionis furtiuæ*, & verbi *Oportet*, in contractu habita, oſtendit non ſimpliciter ad ius ſuum, ſed ad actionem ipſam, reſpexiſſe ſtipulatorem[i]. &

r l. naturaliter. §. j. de acq poſſ.
s l. j. §. ij. ſ. eod.
t l. ſi ita. §. j. de contr. empt. l. ſi rem tradi. ſ. eo.
u l. ſi duo. in fi. vti poſsid.
x l. quod verò contra. de legib.
y arg. gl. j. C. ſi aduer. vend.
z l. j. §. ſed & ſi. C. de rei vx. act.
a l. cū emptor. ſ. de nouat.
b l. miles. §. j. de re iud.
c l. nemo. ſ. eod.
d l. ſi. cō. præd. l. prædia. de acquir. poſſ.
e gl. verb. ſtipulatus. Old. Din. Ray. Bal. ſenior. Raph. Paul. Aretin.
f l. qđ Labeo. de Aedil. edict.
g d. l. iij. de v. ſuris.
h d. l. triticum.
i l. verbum, oportere. de verb. ſign. vbi dixi. & in l. quod te. ſi cer. pet. in prin. & in rubr. C. de in ius voc.



& ideo planè ſecundùm actionis naturā voluiſſe eum ſtipulari. Dubium autem non eſt,
6 rem eſſe ſententiam, aduerſus † furem nō ſolùm condici poſſeſſionem, vt Paul. Caſt. hic tradit, ſed etiam rem ipſam, id eſt, rei dominium. quod alibi diſputaui. Nam & ſtipulatio hæc, *Quicquid te dare facere oportet*, ex formula iudiciorum accepta videtur[a], ſecundùm quam Veteres conteſtari litem ſolebant. quod alibi declaraui[b].

**Quòd ſi poſtea[a] ſine mora deceſsiſſe proponatur ſeruus, non teneri furem condictione, Marcellus ait. quamdiu enim vixit, condici poterit. at ſi deceſsiſſe proponatur: in ea condictione eſt, vt euaneſcat condictio propter ſtipulationem.**

VLPIANVS LIBRO 47. ad Sabinum.

LEX XXX.

**SCiendum eſt[b] generaliter, quòd ſi quis ſe ſcripſerit fide iuſsiſſe, videri omnia ſolenniter acta.**

a QVOD SI POSTEA. a ¶ Stipula-
7 tio † ergo ſubſequēs purgat moram præcedentem. quæ res dubia non eſt, cùm animo nouandi hæc ſtipulatio concepta eſt[c], adeò vt ſtipulatio idem continens quod prior obligatio, valeat[d]. intereſt enim contrahentium, vt valeat: promiſſoris, quia mora diluitur: creditoris, quia debitum agnoſcitur. & ratio eſt, quia per nouationem prima obligatio extinguitur, & conſequenter mora, quæ ex ea prouenit[e]. Sed quid, cùm nulla nouatio fit, vt in caſu legis noſtræ? & hîc probat idem eſſe, vt nihilominus mora purgetur. cùm enim nō obſtante ſtipulatione ante ſerui mortem poſſe eum condici lex dicit, apparet eo caſu loqui, quo condictio nouata non eſt, veriſimileq; eſt de condictione furtiua hîc agi, de qua ſuprà in verbis ſtipulationis facta erat mentio, non de certi condictione: quod alij ſenſerunt, quorum interpretatio à Iuriſconſulti verbis aliena eſt, licet in ſe ſit vera. Nihil enim obſtat, quin loco condictionis furtiuæ detur certi condictio generalis. & quauis fur non poſſit dare, ſubeſt tamen ſemper ratio odij, licet Alex. etiā ſecundùm regulas iuris poſſe hāc generalem competere exiſtimet: qđ falſum eſt, debemusq; in dubio ſuprà ſcriptum ſenſum amplecti, cùm lege Iuſtiniani nouatio nunquam facta cenſeatur, niſi ita expreſſim actum ſit[f], ſecundùm quam conſtitutionem à Triboniano Iuriſconſultorum reſponſa emendata fuiſſe veriſimile eſt[g]: probaturq; hîc, quamuis ſub prioris cauſæ commemoratione facta ſit ſtipulatio, quæ moram diluit, & ideo minus continet, non tamē no-
8 uationem fieri: quod ſuprà attigi[h]. Sed † quæ eſt ratio, vt etiam non facta nouatione nihilominus purgetur per ſequentem ſtipulationem mora? & Marcellus ſentire videtur, quia talis ſtipulatio vim oblationis habet[i]. vnde ſi ſeruus abſens ſit, ſuprà ſcriptæ rationi locus eſſe non poteſt. defendi tamen poteſt, adhuc idem eſſe, alia tamen ratione, ex præſumpta ſcilicet mente ſtipulantis, qui dilationem debitori conceſſiſſe vide-
9 tur[k]. lex † enim noſtra generaliter loquitur, nec diſtinguit, an prius ſeruus fuerit, alibiq; dicitur, parum id referre[l]: Marcellusq; eam differentiam conſtituit, non reſpectu purgationis moræ, ſed ad condictionem tollendam, quā non tolli conſtat, niſi per oblationem[m]. at autē ſufficere oblationem fictam, qualis eſt, quæ per promiſſionem conditionalem fit, cùm res eſt præſens. Quòd ſi ſtipulatio eſt pura, hîc probatur nō extingui condictionem. qui enim purè ſtipulatur, non videtur voluiſſe primam æque purā extingui, tameſi Doctores aliter ſentiant[n]. Sed † quid ſi ſtipulatio ſit nulla? & Raph. cenſuit, adhuc moram purgari[o]. textus enim noſter videtur ad proximum verſiculum referendus, in quo de ſtipulatione hominem dari loquitur, quæ nullius mo-
10 menti eſt. Suadet id etiam ratio. actus enim nullus mentē ſtipulatoris declarat, moram hanc remittentis[p]. Nam & videmus ex ſtipulatione, cuius conditio non euenerit, nihilominus moram dilui[q], tametſi talis ſtipulatio retrò fingatur fuiſſe nulla. quod & Beſutius cenſuit, & Claudius
11 probat. quamuis † enim litis conteſtatio, vel citatio nulla præſcriptionem non interrumpat[r], non tamen ſequitur idem in purgatione moræ eſſe, cùm præſcriptio iuris publici ſit, remiſsio moræ ſola creditoris voluntate locum habeat: probabiliſque hæc eſt ſententia, licet Alexander & Iaſon in diuerſam cum communi tranſierint.

a l. ſed ſi reſtituatur. §. j. de iu dic. l. eum, qui. §. j. de iureiur.
b l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipuler. ſ. eod.
c l. parui. C. de cond. fur.
d l. ſi Stichum. in princ. de nouat.
e l. ſubtracto. vbi Bald. C. de fur.
f l. fin. C. de nouat.
g l. j. C. de nou. Cod. fac.
h l. qui bis. ſ. eod.
i l. qui decem. §. idem reſpon. ſ. de ſolut.
k l. ſi ita quis. §. Seia. ſ. eod. l. Aemilius. de minor. l. mora. de vſur.
l d. l. parui.
m d. l. ſubtracto.
n l. ſiſte. de nouat.
o arg. d. l. ſi Stichum.
p l. fin. de reb. cor.
q d. l. qui x. §. cum mihi ſundum.
r l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunct. Bar. l. acceſaturus. de adulter.

L. 30. Sciēdum eſt.

LEX XXX.

4 *Verbum Videri, non ſemper ſignificat fictionem.*
6 *Promiſsio præſupponit interrogationem.*
10 *Ampliatio regulæ textus. 18.*
16 *Solennia an in iudicijs præſumantur.*
19 *Teſtimonia non niſi expreſsim accipiuntur.*
20 *Probatio eneruat præſumptionem.*
22 *Circumſtantijs ceſſatio præſumptionis depræhenditur.*
23 *Sententia nulla non eſt ſententia.*
27 *Minor iudicans interdum meretur excuſationem.*
29 *Iuri, quod ignoro, non poſſum renuntiare.*

SCIENDVM b. ¶ Eatenus † quid geſtum creditur, quatenus vis verborum infert. cùm † ergo fideiuſſio citra ſtipulationem contrahi nō poſſit[s], ſi ſcriptum ſit aliquem fide ſua iuſsiſſe, intelligemus per ſtipulationem id factum, præceſſiſſeque interrogationem, & ſubſecutam reſponſionem[t]: eſtque † hæc non præſumptio, vt ſentiunt Doctores, ſed interpretatio ex re certa, id eſt vi verborum deſcendens. & quamuis lex dicat videri omnia ſolenniter acta, tamē † verbum *Videri*, fictionem hîc non ſignificat, ſicut aliàs ſolet[u]. nec præſumptionem, quod & quandoque denotat[x], ſed interpretationem, quę ex vi verborum, non autem ſolo iuris intellectu prouenit[y]. Et quod de verbo *Fideiuſsiſſe*, hîc dicitur: Idem † & in alijs verbis, quę ſui naturā ad ſtipulationē pertinent, vt ſi ſcriptum ſit quem cauiſſe[z], vel quem ſpopondiſſe. intelligetur enim p ſtipulationē[a]. id enim verbū ſponſionis propriè ſignificat. qđ alibi declaraui[b]. Sed † & ſi ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, intelligemus eodem modo per ſtipulationem[c]. quia Promittere eſt porrò, id eſt, deinde, & poſt interrogationem manum emittere, id eſt, obligari, vt Donatus in Terentium exiſtimauit. Solebant autē Veteres manus emiſsione ſe obligare[d]: vnde & mancipes dicti[e]: quod & Feſtus tradit. Hincque ſi tale verbum inſtrumento per-

s l. v. §. ſatis. ſ. eod. l. blāditus. C. de fideiuſ.
t §. fin. Inſtit. de fideiuſſ.
u l. j. §. de eiectis. de vi & vi arm. l. ſi duo. vbi Baldus de acq. her.
x c. is. qui fidē. de ſponſal.
y l. etiā. C. de iure dot. vbi Bald.
z l. j. C. de cont. & com. ſtipul. l. ſancimus. C. de verb. ſign.
a l. Iuriſgentiū. §. quod fere. ſ. pact.
b l. ſponſio. de verb. ſig. vbi dixi.
c §. ſi ſcriptum. Inſt. de inut. ſtipulat. l. lecta. ſi cer. pe. vbi dixi.
d l. quidam. de probat.
e l. qui fideiuſ. ff. locat.

to permutationis adſcriptum ſit,veriſimile eſt,a-
ctum fuiſſe,vt contractu nominato, id eſt,ſtipula
tione,permutatio contraheretur,non autem pa-
cto ſimplici,vt contractus innominatus ſit.quod
Pont.& Salic.cenſuerunt, licet Bal.& Alex.con-
trà. Nec licita erit tali caſu pœnitentia [a], quic-
III. quid hîc Aret.comminiſcatur,cuius argumentis
8 Clau.reſpondet,& ego ſ̃.dixi [b]. Et generaliter in
qualibet voce idem dicendum eſt. Vnde † qui ſe
presbyterum dicit, neceſſariò intelligitur & dia- A
conus fuiſſe [c]: qui ſe inueſtitum appellat,intelli-
gitur præſens fuiſſe,cùm aliâs nulla ſit inueſtitu-
ra, id eſt, poſſeſsionis appræhenſio [d]: qui ſe dicit
vxorem duxiſſe, omnia feciſſe intelligitur, quæ
matrimonio contrahendo ſunt neceſſaria [e]:ſi ſcri
ptum ſit aliquem iuraſſe, ſeruatis ſolennibus id
feciſſe intelligitur, quod Alex.reſpondit [f]: qui ſe
monachum dicit,eius ætatis eſſe intelligitur,cu-
9 IIII. ius eum eſſe oportet, qui monachũ agere velit [g].
Vnde ſolet dici, ex † conſequentibus ea omnia B
10 probari, quæ neceſſariò præcedunt [h]. Addunt
† Doctores regulæ locum eſſe,etiamſi talia verba
in contractu interuenerint, quæ ſolùm iure ſpe-
ciali ſuſtineri poſsint. Vnde cùm promiſsio do-
tis incertæ fauore ſpeciali valeat [i], ſi in tali inſtru
mento ſcriptum ſit, aliquem promiſiſſe, intelli-
getur ſolenniter per ſtipulationem, non autem,
vt Bald.& Alex.conſtitutione cenſuit, pacto nu-
do [k]. quamuis enim quandoque latior interpre-
tatio pro iure cõmuni fiat,quàm pro priuilegio [l], C
non tamen ideò reſtringi ſignificatio verborum
aduerſus proprietatẽ debet [m].Nec obſtat ea con-
ſtitutio [n], quia eo caſu priuilegium ſuſtinẽdæ do
tis incertę aduerſus ipſam mulierem nullum eſt,
licet in fauorem mulieris valeat: quod alibi de-
claraui [o]. Sed quid,ſi iure ſpeciali potuit ea ſolen
nitas non includi?verbi gratia,ſpeciali fauore do
tis admittitur fideiuſsio pacto nudo [p]: reperitur
ſcriptum,quòd quis fideiuſsit in cauſam dotis ta
lis mulieris,an prȩſumetur per ſtipulationem?& D
Angel.Roman.Alex.Iaſon adhuc cenſeri ſtipula-
tionem interueniſſe exiſtimant. id enim fauora-
bilius eſt,vt actus ſit firmior [q],veriſimiliusque eſt
iure communi celebratum fuiſſe contractum, q̈
11 ſpeciali [r]. nam † & verbum *Promitto*, quandoque
ad factum refertur [s], & tamẽ in dubio ſtipulatio-
nem ſignificat [t].quam ſententiam & ipſe ſequor,
niſi cùm principaliter de hoc lis verteretur. non
enim videretur hęc probatio ſufficere [u],cùm con
cludens non ſit,quia ex vi verbi neceſſariò nõ in- E
VI. fertur [x]:quod infrà attingam. Sanè † adhuc quo-
12 que legi noſtræ locũ eſſe arbitror,ſiue verba præ-
ſenti tempore celebratum fuiſſe contractum in-
dicent,ſiue ad præteritum tempus relata propo-
nantur [y]. in textu em̃ noſtro ſimpliciter dicitur,
ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſsiſſe. vnde cenſetur tali
ſcriptura fateri omnia ſolenniter acta [z].Idemque
ſi notarius ſcribat, partes confeſsione ſua teſta-
tas eſſe,quòd interuenerit fideiuſsio,probabitur
contractus eius confeſsio [a]. quod aduerſus Bald. F
VII. Nouel.Iaſ. hîc notat. Illud † quoque receptum
13 eſt,adeò nihil referre,an quid inſtrumẽto expreſ-
ſum ſit, an verò implicitè ex legis noſtræ regula
deſcendat,vt in ſtatutis quoque ad executionem
pertinentibus hæc admiſſa ſit interpretatio, &
perinde executio ꝓpter chartularij iudicis præ-
ceptum reſpectu talis confeſsionis concedatur,
ac ſi expreſsim deſcripta eſſet [b], quod Angel. &
Aretin.hîc tradunt [c]. quæ ſententia receptiſsima
eſt,tametſi non careat ſcrupulo.aliud enim vide-

a l. ex placito. C.de rer.perm.
b ſ̃.in rubr.
c c.j.de cle.per ſal.promot.
d Old.conſ.217 Io.And.in Spec. de em.§.j. verſ. nunc formam. verſ.tradidit.
e l.cui fuerit.de cond.& demõ. vbi Soc.ĳ.not.
f Alex.conſil. pen.in v.dub.
g c.in præſentia.vbi Felin.de prob.
h l.illud. de acquir.hæredit.c. cũ olim. de cenſibus.
i l.cùm poſt.§. gener. de iure dot.
k l.j.C.de dot. promiſ.
l l.eius.§.vlti. de teſtam.mil. l.mulieri. de cõdit.& demon. Aret.hic.
m l. cùm lege. ſ̃.de teſtam.
n d.l.j.C.de dotis prom.
o l.j. ſol.matr. ibi dixi.
p l.fi.C.ad S.C. Vellcian.
q l.ĳ. de teſta. mil.
r l.centurio.de vulg.
s l.ſciẽdum.§. dictũ de ædil. edict.
t d.§.ſi ſcriptũ.
u cap.illud. de præſumpt.gl.l. optimã.C.cod. verb.ſi ſeruus.
x l.hoc iure.ſ̃. eod.vbi dixi.
y l.ea, quæ. de don.inter vir.
z l Lucius. de fideiuſ.
a l.j.C.eod.
b arg.c.cum olim.de cenſib.l. ſi duo.§.Marcellus. de iurei.
c Fel c.transla to.de conſtit.

mus quandoque obſeruari.vnde hîc traditur,ad-
uerſus hanc ſolennitatem admitti probationem
quamlibet, & tamen aduerſus expreſſum inſtru-
menti tenorẽ non admittitur, niſi alia ex ſcriptu
ra proueniat [d]. Sic † qui debitum remittit, in con
ſequentiam pignus liberaſſe cenſetur, non qui-
dem ipſo iure,ſicut ſi expreſsè id egiſſet [e],ſed ex-
ceptionis tantùm auxilio [f]. Sic arbiter,qui in xv.
condemnauit, cenſetur & in x. condemnaſſe, &
A tamen ei nõ coniungitur,qui in x.condemnaue-
rit [g], niſi expreſsim id egerit [h]. Sed tamen viden-
tur hi caſus particularibus quibuſdam rationi-
bus inniti. vnde ego ex communi ſententia ad
verba legis aduertẽdum arbitror, vt ſi executio-
nem inſtrumẽto ſimpliciter det,vera ſit commu-
nis concluſio [i]. Idem, ſi ei, quod in inſtrumento
ſcriptum eſt, dum modò vi verborum compræ-
hendatur [k]. quòd ſi non vi verborum, ſed ſola le-
gis auctoritate inducitur, ſecus eſt [l], vt cùm in-
B ſtrumentũ de promiſsione facti loquitur, & exe-
cutio in id, quod intereſt, petitur, vt But.& Dec.
tradiderunt [m]. Nam & Quintilianus declama-
tione ccclxv.cùm ſtatutum executionem conce-
deret,quatenus maior pars iudicũ ſtatuiſſet, non
çõcedi in eo cenſuit, quod implicitè cenſuiſſent,
vt quia in parte condemnando, à reliquo abſol-
uiſſe præſumantur [n]. Sed † quid de ſubſtantia VIII.
contractuum dicemus? Pone: ſacerdos ſcripſit ſe 15
ſacra vendidiſſe, an videatur confiteri de pretio?
C quod credendum eſt,cùm ſine eo nulla ſit vendi-
tio [o]. ſubeſt enim ſemper illa ratio, vt confeſsio
ad neceſſariò præcedentia trahatur, quę in omni
materia,etiam pœnali,locum habet [p]. nam & ni-
hil referre traditum eſt, an directò quis confitea-
tur,an implicitè in conſequentiam actus expreſ-
ſi [q]. Qui igitur emiſſe ſe dicit, fatetur rei quoque
pretium conſtitutum fuiſſe: idque ſufficit, quo-
ties de pretio ipſo principaliter non agitur [r], pu-
tà cùm de ſolius tituli probatione tractatur [s]: a-
D liâs verò, quia certũ pretium deſignare oportet,
ſecus eſſet.quod Bartol.hîc ait [t]. Sed † nunquid, IX.
quòd hîc dicitur, etiam in iudiciis procedat? & 16
non ſubeſt aliqua ratio, cur idem in iudiciis non
reſpõdeamus [u].imò videretur in iudiciis facilius
id præſumi,vt Iaſon hîc ait: quia quæ in eis agun
tur,maiore robore ſubſiſtunt [x], maximè ſi decre-
tum iudicis acceſſerit [y]. Fuêre tamen, qui diuer-
ſa traderent [z]. verùm hi videntur mihi de ſcriptu
ra iudiciali loqui, quatenus ea coniecturã ſolam
E contineret,quæ ab affirmantis voluntate nõ pen
deat [a], neque ſigna præſumptionis ſufficientia
præcederent [b]. quo caſu, vt infrà videbimus, lo-
cus non eſt ſuprà ſcriptæ regulæ. Et hinc conſe-
quens eſt, vt ſi notarius ſcripſit litẽ conteſtatam
fuiſſe, intelligamus id, præcedente petitione, &
ſubſecuta negatione,eſſe factum [c]: quod Bart.tra
didit, & receptiſsimum eſt [d]. & ſi ſcripſerit, ſen-
tentiam promulgatam eſſe,intelligemus per ſcri
pturæ recitationem. hoc enim vis verbi ſignifi-
F cat,quod idem ſcripſit [e]. Item † ſi dictum ſit,ſen- 17
tentialiter abſolutum,intelligetur ſecũdùm mo-
rem & ritum ſententiarum [f], & ſic non per ſcri-
pturæ ſolùm recitationem, ſed etiam iudice pro
tribunali ſedente, & cæteris ſolennibus obſer-
uatis. quod diffuſius Iaſon oſtendit [g]. Cæterùm X.
† & nihil referre arbitror,quomodò ſcriptum ſit, 18
aliquem fideiuſsiſſe,an pars ipſa ita ſcripſerit, an
notarius.lex enim noſtra non diſtinguit,& verba
à tabellione in inſtrumento ſcripta, ipſius partis
verba cenſentur [h], ſi eius mandato, vt Bartol. hîc
inquit,

d l.generaliter. C.de non num. pec.
e l.ĳ.C.de remiſ.pig.
14
f l.ſi tibi.§.de pign.vbi gl.de pact.
g l.die.§.ſi plures.de arbitr.
h c.j.de arbitr. in vj.
i Barol.l.j. de his, quæ in teſt. Alex.l.iuris gẽtium.§.quod ſere.de pact.
k d.c.cũ olim. d.§.Marcellus. l.ſi quis mihi.§. ꝙ ſi mandauit. de acq.hæredi. vbi Iaſ.
l d.l.j.§.legi.de his, quæ in teſt.
m d.c.trãslato.
n l.ſi plures.in prin.vbi Bar.de fideiuſ.
o c.j.vbi gl.de ſimon.glo.c.ad quæſtiones.de rer.perm.
p c.cum ſuper. de confeſs.vbi Imol.& Bald.
q d.c.cũ olim.
r d.§.Marcellus.vbi Bart.
s Bald.l.j.C.de reb.alien.non alien.
t §.pretiũ.Inſt. de emp.& vẽd.
u l.pacta nouiſſima.C.de pactis.
x l.cum oſtendimus.in fin.de fideiuſ.tut.
y l.ab ea.in fi. de probat.
z Imol.Bal.& Aret.hic.
a Bald.l.quæcunq;.de Publ. in rem act.
b c.ſicut.de ſimon.
c c.cũ cauſam. de iura.cal.vbi Bald.
d l.ꝙ ſi dubitet.de acq.hær. vbi Bart.
e Bart.l.fin.C. de ſent.ex breuic.recit.
f c.ſicut.c.cum Bertol.de rein.
g Iaſ.hic in fin.
h Bar.l.liberorum.de verbor. ſignif.gl.hic & Mod.



inquit, ſcripta ſunt,idq; ſiue ex perſona partium
locutus ſit notarius,ſiue ex tertia perſona conce-
pta ſit oratio [a],ſiue per verba præſentis temporis
ſcripſerit, ſiue præteriti [b], prout in lege noſtra.q;
infrà declarabo.Hincq; apparet ratio differẽtiæ,
cur non idem ſit in teſtimoniis.ſiquidẽ in eis tra-
ditum eſt, verbum promittẽdi ad ſtipulationem
non referri [c]. qua in re variæ fuerunt Veterum al
tercationes, aliis peritos teſtes ab imperitis di-
ſtinguentibus [d], aliis notarii documenta à pri- A
uatis ſcripturis ſeparantibus [e], aliis alia commi-
niſcentibus,quę hîc diffusè Recentiores referũt.
Ego à communi ſententia non diſcedo. teſtium
enim verba nõ cenſentur verba partium, & ideo
non fit in eis interpretatio,vt quod implicitè,vel
ex iuris conſequentia inducitur,pro expreſſo ſit.
19 Atqui † debent teſtes clarè & explicitè rẽ ipſam,
& quicquid geſtum eſt,narrare,alioquin non ꝓ-
bant [f]. Vnde in eorum teſtationibus indefinita
vox vniuerſali non æquipollet [g],cùm aliud ſit in B
partium confeſsione: in his tamẽ, quæ ab ipſa-
rum voluntate pendent. Hinc conſequens eſt,vt
ſi ſcriptura eiuſmodi ſit, quæ verba ipſarum par-
tium non reprȩſentet, ea nihil à teſtibus differat,
ſicque aliorum ſententia defendi poſsit,qui ſanè
non pauci Accurſio, Bartol.cæteriſq; aduerſan-
tur [h]. Nam & receptum eſt, etiam in teſtimoniis
ſolennitatem interiorem præſumi,cùm ad factũ
iudicis referuntur,pro quo lex ſolet id prȩſume-
re [i]. Idemque, cùm de verbis agitur, quæ teſtes C
formaliter à parte prolata dixerint [k].Et hæc qui-
dem,quod ad regulam iuris attinet, ſatis. Cæte
rùm nec ea perpetua eſt, ſed quibuſdam caſibus
I. reſtringenda. Et † in primis vt præſumatur qui-
20 dem eiuſmodi ſolennitas,quæ tamẽ probatio in
contrarium admitti poſsit. non enim iure fictio-
nis hęc prodita ſunt,aut efficaciſsimæ illius prę-
ſumptionis, quæ regulariter probationem in cõ
trarium non admittit [l], ſed ex ſimplici interpre-
tatione,qua ex vi verborum implicitè prolatorũ
colligimus ita actum eſſe [m]: ſicque communi cal
culo receptum eſt. Vnde cõſequens eſt,vt quam-
uis aduerſus tenorem inſtrumenti probatio nõ,
niſi per ſcripturam,admittatur [n], tamen ſecus eſt
in his, quæ implicitè ex inſtrumento colligun-
tur.admittentur enim tali caſu teſtes,ſicut & his,
qui ex inſtrumenti coniectura deſcendunt [o], vel
aliàs ad ſolennitatem duntaxat pertinent [p]: &
ſic apparet non prorſus idem eſſe, an quid ex-
preſsim in inſtrumento contineatur, an verò im
plicitè tantùm, cùm tamen aliàs ſoleant hæc æ-
II. quiparari.quod ſuprà dixi. Enimuerò † mini-
21 mè dubitandum eſt, quin aduerſus talem inter-
pretationem omne illud obiici poſsit, quod ad-
uerſum actum ipſum obiiceretur, ſi expreſsim fa
ctum eſſet.non enim efficaciùs obligat,quod im
plicitè, ſeu præſumptiuè intelligitur, quàm id,
quod expreſsim factum eſſet [q]. Vnde Accurſius
hîc cenſuit, ſicut principalis doli mali exceptio-
ne ſe defendere poteſt, ſi abſq; cauſa promiſit [r],
ita & fideiuſſor idem creditori obiiciens audie-
tur, quãuis implicitè obligationem principalis
approbauerit [s]. quod omnes hîc ſentiunt, & ve-
rum eſt,niſi animo non fideiubẽdi, ſed principa-
liter ſe obligandi id ex certa ſcientia factum ſit,
quod Bart.ait [t]: vel niſi principalis ipſe eam ex-
ceptionem obiicere non poſſet, vt quia promiſ-
ſio eſſet in iudicio facta [u], vel quòd idem eſt,corã
chartulario iudice [x]. Poterit tamen tali caſu ex-
cipere,vt cedantur ſibi actiones [y], vel aliàs obii-

a c.dudum.de conuerſ.cõiug. l.Caius.ſol.matrim.ubi notat.
b Bar.l.poſt dotẽ.ſol.mat.q.j.
c l.j.C.de uſur.
d c.cũ olim.j.de priuil.
e contrà l.C.eo. gl.l.tutor.§.fin. de uſur.
f l.ſolam.l.teſtiũ.C.de teſtib.
g Abb.c.audiſtis.de præſcrip. Ale.l reſcriptũ. de pactis.
h Pet.Cin.Salic. d l.j.Are.Clau. hic.
i c.ſicut.ubi Ab.de re iudic.
k Alex.conſil. cxviĳ.in j.dub.
l c.is,qui fidẽ. de ſpõſal.in gl.
m gl.l.ſiue poſſidetis.C de ꝓb.
n l.generaliter. C.de non num. pecu.Bart.l.iĳ. de fideiuſſ.
o l.quęcunque. in fin.C.de apoch.pub.lib. x.ubi Bar.
p d.§.quod ſerè.ubi gloſſ.& Doct.
q d.l.ſi duo.§. Marcellus.ubi Bar.de iureiur.
r l.cũ de indebito.in fi.de prob.
s gl.l.inde Neratius.§.ſi hominẽ.ad l.Aquil.
t Barto.l.j.C.de conſt.pec.
u gl.l.j.in fi.de interrog.act.
x Ang.Are.hic.
y l.ſi nomen.ubi Bal.de hær.et act.uend.



cere ſe creditoris adfirmationem ſecutum ca-
ptumque eſſe, quod alibi diſputaui [z]: idemque
in qualibet alia exceptione ex perſona ſua pro-
ueniente [a]. Et ex hac declaratione infertur, ſi
quis in iuramẽto adfirmauerit ſe pignori fundũ
ob x.dediſſe,licet videatur fateri ſe ad decem re-
cepiſſe, cùm aliàs pignus non conſiſteret [b], ni-
hilominùs exceptionem non numeratę pecunię
ei denegandam non eſſe.quod Accur.tradidit,&
A aduerſus Fulgoſium receptiùs eſt [c]. Qua ratione
& illud fatendum eſt, vt ſi enuntiatum in inſtru-
mento ſit,aliquam eſſe vxorem,quo caſu videtur
præſupponi matrimonium, tamen talis enuntia
tio reſpectu illius actus ſuſtinẽdi ſolùm probet,
& non vltrà [d].Vnde ſi principaliter de eo dubita-
retur,non ſufficeret eiuſmodi præſumptio. con-
feſsio enim ſolum tractatum, id eſt,quaſi poſſeſ-
ſionem probat, quæ ſola in iudicio petitorio nõ
ſufficit [e].quod & ſuprà exemplo fideiuſſoris,qui
B in cauſam dotis promiſit [f], item exemplo eius,
qui ſe vendidiſſe dixit, oſtendi. Vnde & cùm
quis præpoſitum monachorũ ſe dixiſſet,reſpon-
ſum eſt, præſumi quidem profeſſum, cùm aliàs
præpoſitus eſſe non poſsit [g]. ſed ſi de profeſsio-
ne ipſa principaliter litigetur, aliam probatio- III.
nem requiri. Sanè cùm hæc interpretatio ex vi
verbi ſecundum ius accepti deſcendat,ſi de caſu
agatur,quo de facto,non autem de iure verba ac-
cipiantur, ceſſat præſumptio [h], quod † ex perſo-
C narum, aut rei qualitate plerunq; dignoſcitur [i]. 22
Vnde ſuprà ex communi ſentẽtia atteſtatus ſum,
ſi teſtis fideiuſsionem,vel promiſsionem factam
dicat, non intelligi ſtipulationem acceſsiſſe [k],
quia teſtis non circa ea,quę iuris ſunt,ſed circa fa
ctum prohibere teſtimonium debet. Hinc con-
ſequens eſt, vt ſi quis dicat ſe talem rem emiſſe,
non facta pretij mentione,ea quandoque ſuadẽ-
tibus cõiecturis accipiatur interpretatio, vt non
cenſeatur fateri pretium interueniſſe, poſsitque
D intentionem ſuam declarare [l]. quod intelligere-
tur de emptione de facto, non autem de iure [m].
Quòd ſi dixiſſet,ſe iuſto pretio emiſſe, ſecus eſſe
arbitrarer, quod Iacob. cenſuit [n], dum tamen
principaliter de hac re non ageretur,vt ſuprà de-
claraui. Et quod de emptione dictum eſt, idem
in ei,qui ſe iurauit pignori fundum ob x. dediſ-
ſe,vt ſuprà oſtendi [o]: idem quoque in cæteris no
minibus iuris. illa enim ſolùm demonſtrationis
cauſa eam appellationem habent [p], cùm † pro- 23
priâ ſententia nulla,non ſit ſententia [q]: ſicut ele-
E ctio nulla,non eſt electio: quod & in ſtipulatio-
ne receptum eſt,ſimilibuſque actibus [r]. Igitur ſi
quis dicat ſententiam latam, poteſt intelligi de
ſententia valida,quo caſu neceſſariò ſupponitur
omnia ſolenniter celebrata eſſe.Poteſt etiam in-
telligi,vt ad factum ſimpliciter referatur [s].In du-
bio tamen referetur ad actum validum, eritque
legi noſtræ locus [t]. Finge igitur in actis notarij
ſcriptum eſſe,Titius teſtis iuratus dixit, &c. in-
F telligemus iuratum eſſe ſolenniter [u]. Rurſus † fin
ge confectum à notario documentum aliquod, 24
nunquid prȩſumetur rogatus? & Accurſ.cenſuit
id præſumi [x]. Quod intelligunt Doctores,ſi ver-
ba aliquo modo id inferant,vt quia dicat,ſe tan
quam notarium documentum confeciſſe. atten-
denda enim eſt huiuſmodi qualitas [y], quæ vim
ſimplicis demonſtrationis non habet [z]. vel quia
dicat ſe publicaſſe.non enim publicam in formã
redigunt notarij inſtrumenta, de quorum con-
fectione non fuerint rogati [a].Idem,ſi inter cæte-

L.30.
Sciẽdum eſt.
z auth.ſi quis in aliquo.in fi. ubi dixi,C.de eden.
a Ang.in auth. ut ſponſ.larg.§. & hæc inſuper.
b l.j.C.de non num.pec.
c gl.& Doct.d. §.Marcellus.
d c.illud.de prę ſumpt.l.optimam.C.eod.
e l.nõ ignorat. C.qui accuſ.ubi Doct.l.non nudis.C.de prob. ubi Bal.& Bal. conſ.clxxx.in 3. dub.
f d.l.fin.C.ad Vel.
g c.nullus.de electin vj.
h l.quid ergo.§. j.de his,qui not. inf.
i l.mulier.§.pe. de cond.inſt.l. Paulus.de uerb. ſig.ubi dixi.
k d.l.j.C.de uſur.ubi Bart.
l l.ſi quis intentione.de iudic.
m l.Labeo.uer. emerit.de uerb. ſig.l.inſulã.de prȩſcrip.uerb.l. ſtipulatus es opus.de fideiuſſ.
n arg.l.ſi fundũ in fi.mand. Doct.d.§.Marcellus.
o d.§.Marcellus.l.ſolutum.§. j.de pignor.act.
p l.3.de teſt.tut. ubi gl.& Bald.
q l.fi.C.de ſent. ex breuic.ubi Bart.
r l.j.§.ſed ſi mihi.ſ̃.eo.d.l.Paulus.ubi dixi.
s l.j.§.j.de feriis,l.quidam.ſ̃. eo.
t d.c.ſicut.de re iudic.
u l.Theopompus.de dote prę leg.ubi Bart.
x gl.§.nos autẽ. uerbo,iniungatur.in auth.de tabel.
y l.ſi pater.§.q duos.de adopt.
z l.Mela.de ali. leg.
a d.§.nos autẽ.

rorum publicorum regeſta deſcripſerit [a], vel ſignum ſuum conſuetum adiecerit, quod Baldus tradidit [b]. qua in re plurimum conſuetudini deferendum eſt. Quo exemplo idem in teſtibus receptum eſt, cùm vis verborum hoc aliquo modo infert, vt quòd ſcriptum ſit, teſtes eſſe vocatos, ſeu adhibitos [c], vel eorum manu ſubſignatum appareat teſtamentum, veriſimile eſt, mandato teſtatoris id factum [d]. Vnde ſequitur, vt in teſtamento, quod in ſcriptis conficitur, in dubio præſumatur rogati, cùm neceſſaria ſit eorum ſubſcriptio [e], & generaliter quotieſcunque tabellio in documento mentionem alicuius ſolennitatis facit, quæ tempore confecti inſtrumenti potuit adeſſe, credendum eſt ei, & à verbis non recedendum [f]. quod alibi diffuſiùs dixi [g].

IIII. Cæterùm † ſunt & aliqui caſus, quibus receptum eſt

25 præſumptioni inſtrumenti non ſtari. & ideo ſuprà ſcriptæ regulæ locum non eſſe, veluti in his, quæ à libera contrahentium aſſertione non pendent, clarum eſt tunc non præſumi ſolennia. Vnde cùm lex requirat actum in ſcriptis certa cum ſolennitate celebrari, vel certam formam adhiberi, deque ea fidem fieri, probanda eſt ſolennitas ſecundum legis diſpoſitionem, non ex ſola notarij aſſertione [h]. Sic & appellatio non creditur intra cõſtitutum tempus interpoſita, niſi ex inſpectione diei appareat [i]: & quarta teſtium productio non cenſebitur ſolenniter petita, niſi probetur [k]. quæ ſententia maximè procedit in

26 ſolennitate extrinſecus accedente. cùm † enim eam natura verborum in ſcriptura prolatorum non compræhendat, regulariter non præſumitur [l], etiam ſi notarius in inſtrumento clauſula generali atteſtatus fuiſſet, omnes ſe ſolennitates adhibuiſſe, tã intrinſecus, quàm extrinſecus neceſſarias, quarum ſpecialis mentio facienda ſit [m], ſuſpecta eſt legiſlatori hæc clauſula, nec fidem tabellioni hac in re adhibet. quod Albericus & Iaſon. exiſtimarunt: verumque eſſe ego cenſeo earum ſolennitatum reſpectu, quæ tunc adhiberi non potuerunt, cùm inſtrumentum conficeretur [n]. alioquin nulla eſt ratio, cur hæc clauſula, quamuis generalis, effectum ſuum habere non debeat [o]. Et ex his infertur, in contractu minoris non præſumi iuramentum, niſi expreſsim in inſtrumento eius mentio facta ſit. vt hîc Bartolus cenſet. quæ ſententia indubitata eſt, cùm iuramentum ad ſolennitatem non pertineat. Sed

27 † ſi actus diuerſus à contractu ſit. & q̃d ſuper vna re adiectum ſit, ad aliam non trahatur, niſi quatenus generalitas verborum ſuadent [p], eo caſu adhuc ob enormem læſionem ex prodigalitate factam poſſet ſuccurri [q]. idem, ſi error appareat. quod Bartol. reſpondit [r]. idem ex cauſa ſuperueniente, de qua partes non cogitauerint [s], vel ſi cauſa conuentionis cum verbis iuramen-

28 ti poſsit coniungi [t]. Rurſus † infertur, in contractu pupilli non præſumi auctoritatem tutoris [u]. contractus enim cum ſolo pupillo celebratus nomen ſuum ſeruat, licet auctoritas non interuenerit. vnde ea ſolennitas, tãquam extrinſecus accedens, non præſumitur. Eadem ratione ſi renuntiauerit iuri ſuo, non pręſumetur de tali iure certioratus. Quod & in meliore receptum eſt, quæ Velleiano ſenatuſconſulto renuntiauerit. cùm enim ignorantia iuris in eis præſumatur [x], renuntiatio ſimplex non valeret [y], quia † iuri,

29 quod quis ignorat, renuntiare non poteſt [z], meritò neceſſarium eſt eos priùs admoneri, quæ admonitio non præſumetur, niſi notarius id factũ affirmet: quo caſu à ſe, vel à parte (vt Pontan. ait) factum præſumetur, credeturq́; notario tanquã de re atteſtãti, quæ ad officium ſuum pertineat [a]. Sic & nuntio tali caſu creditur [b], & iudici. quas quæſtiones tertio Præſumptionum libro à me diffusè diſputatas, ad alia properãs, hîc omitto [c]. Cùm autem ſtatus hic planè coniecturalis ſit, non rarò contingit, vt † propter contra-

30 rias præſumptiones aliud reſpondeamus, & omnia etiam extrinſecus ſolennia interfuiſſe credamus [d].

I. Quandoque propter ipſorum contrahentium conſenſum, in his ſcilicet, quibus ſibi prę iudicare partes poſſunt [e]. Nec refert expreſsè acceſſerit [f], ãn tacitè, vt quia is, cuius intereſt, nihil de huiuſmodi ſolennitatis defectu obiecerit [g].

II. Quandoque in odium perſonarum, vt cùm quis de mendacio eſt conuictus [h], vel verus manifeſtúſve contumax eſt [i].

III. Quandoque propter probitatẽ perſonarum, vt in actu, quem prudens aliquis, egregiuſque vir geſſerit [k], maximè ſi de modica re agat [l].

IIII. Itemq́; in actu, quẽ notarius, nuntius aut quilibet alius muneri publico præfectus ad publicum officium pertinentem fecerint, quod ſuprà dixi [m].

V. Quandoq; propter temporis diuturnitatem [n], qua de re alibi latiùs [o]: vel propter conſuetudinem, quæ ad ſcripturam pertineat, vt ſcilicet clauſulæ cõſuetæ adſcribantur [p],

VI. Quãdoque aliis ex ſignis, quę lex ſufficientia pręſumptioni huic inducẽdæ exiſtimet [q]. Sanè † ſunt &

31 aliqui caſus, qbus neceſſaria huiuſmodi præſumptio non eſt, valetque actus abſque tali ſolennitate [r], vt ſi proponatur adiectum iuſiurandum [s], vel ſi proponatur libellum iudici datum. non enim tenetur actor ſolennitatum mentionem in eo facere [t], ſed ſatis eſt, ſi in proceſſu cauſæ eas deinde probet. quod Raph. Iaſ. Fel. tradiderunt.

a auth. ad hæc. C. de fide inſtr. Alex. conſ. clij. in ij.
b Bald. l. j. C. de fide inſtr. lib. x.
c l. hæredes. §. in teſtamentis. de teſta. l. nullũ. de diuor.
d l. Domitius. de teſta. ubi Bartol. & Imol
e l. hac conſultiſsima. C. de teſtam.
f l. j. C. de fide inſtrum. lib. x.
g auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.
h Bar. l. j. de fide inſtr. lib. x. C. & c. ſacramento. de ſentẽt. excom.
i auth. hodie. ubi Bal. C. de appel.
k c. ſignificauerunt ubi Fel. in princ. de teſtib. & ſi qua ſimilia.
l d. l. quæcunq́. §. ult. de Publicia.
m gl. c. paſtoralis. uerbo, poteſtate. de except.
n gl. d. l. j. C. de fide inſtr. lib. x.
o l. omnes. C. de præſcrip. xxx. uel xl. an. Bar. l. ſi quis ſub conditione. §. de teſtat.
p Bar. hîc. & l. ij. C. de reſcin. uend.
q Din. conſi. vj. Dec con. clxxx. in fin.
r Bar. conſil. xc.
s l. fi. C. de non num. pecun. l. fi. in princ. ad mu nic.
t l. eum, qui. §. j. de iureiur. ubi Bart.
u d. l. quæcunque. in fi. de Publicia.
x l. cũ de indebito. de probat. l. error. de iur. et fac. ignor.
y gl. l. fi. §. pe. ad Velleia.
z l. mater. de inoffic. teſtam.
a l. ſi librarius. ubi Bar. de reg. iur.
b c. cũ parati. de appel.
c l. ij. c. de offic. iudic.
d Imol. c. officij. de teſta. Fel. c. ſicut. Iaſ. hic.
e gl. d. l. j. C. de fide inſtr. lib. x.
f d. l. optimam. C. eo.
g c. ea noſcitur. de his, quæ fiũt. à prælat. Mathe ſil. not. xij.
h auth. contrà. qui propriã. C. de non nũ. pec. l. fi. C. de fidei. l. ſi dubitet. §. j. ℱ. tit. ij.
i c. bonæ. ℱ. de elect. ubi Imo. & And.
k c. niſi de pręb.
l arg. ſi res pupillaris. de admi. tut. l. ſi à bonæ fidei. de rei uend.
m d. l. ij. d. l. ab ea. de probat. d. c. cũ parati. d. c. bonæ.

LEX XXXI.

1 *Rem meam non poſſum mihi dari ſtipulari: ſed bene tradi. 6. eiusq́; ratio. 7.*

10 *Sub conditione ſuſtinetur purè inualidum: interdum cõtrà. 13.*

12 *Conditiones in contractibus trahuntur retrò, niſi temporis inhabilitas impediat.*

LEX XXXI. POMPONIVS *lib.* 24. *ad Sabinum.*

A SI rem meam *a* ſub conditione ſtipuler: vtilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis [a] exiſtentis tempore mea non ſit.

SI REM MEAM *a.* ¶ Qui † rem ſuam ſibi dari ſtipulat̃, nihil agit, etiamſi deinde eius dominium amittat [u]. cùm † enim dominium ex pluribus cauſis haberi nõ poſsit [x], qui ſemel dominus eſt, iterum fieri dominus nõ poteſt. Qua ratione & emptio rei ſuæ nulla eſt [y] & legatum [z], & vſucapio [a], & pignus [b], & ſi qui ſimiles tituli.

I. Quod procedit, etiam ſi quis non adiecto verbo Dari, ſimpliciter ſtipulatus ſit rem ſuam, quod ſuprà attigi. intelligitur enim dari ſtipulatus, vt huius legis verba ſatis oſtendunt.

II. Nec refert, an res mea penes promiſſorem ſit, an penes quemlibet alium. adhuc eam dari ſtipulari non poſſum [c]. nec enim lex diſtinguit: meritò itaque neque nos diſtinguemus. Nec rurſus refert, quo iure eius dominus rei ſit, ſiue iure ſpeciali, puta ex legato [a], an per traditionem, ſecũ-

3 dum iuris communis regulas. cùm † enim dominium, quamuis ex priuilegio translatum, verum dominium ſit, non poteſt iterũ acqri [b]. nã nec hoc caſu lex diſtinguit [c], ſed ſolùm, quoties dominium reuocabile ex euentu, ſeu facto alterius eſſet. tunc enim valeret ſtipulatio [d]. manifeſtè em̃ tũc ſtipulatoris intereſt. Idemque fortè eſſet, ſi ſtipulator dominium verum non haberet. ſicut enim tali caſu poteſt & pignus illi accedere [e], ita & valere ſtipulatio debuit, quod Iaſon hîc exiſtimauit, & Aretin. antè tradiderat. tamet-

4 ſi hac in re ego dubitem. nec † enim ſpecialia ad conſequentias trahuntur, & non omnino par eſt pignoris & dominij ratio. Vnde & videmus, ad rem legatam non dari quidem hypothecariam, cùm tamen vendicatio detur, tametſi iure ſpeciali.

IIII. 5 Pone † igitur: legatarius rem ſibi legatam dari ſtipulatus eſt, an, vt ſtipulatio valeat, interpretabimur videri eum legato, ſeu iuri dominij renuntiaſſe [f]? & non putarim [g], ſed potiùs adhuc ſtipulationem eſſe nullam. non enim veriſimile eſt id actum [h].

V. 6 Sed mirum eſt, cùm † poſsit dominus ſtipulari rem ſuam ſibi tradi [i], item eam ſibi habere licere [k], item eius æſtimationem ſibi dari [l], item ipſam rem ſub conditione, vt hîc dicitur, cur ſimpliciter ſtipulans non intelligatur aliquo ſuprà ſcriptorum caſuum ſtipulatus, vt a-

7 ctus valeat [m]? ſed † ſuprà concluſum eſt, nunquã actum, qui vt agitur, non valet, in eum caſum ſuſtineri, qui prorſus diuerſus, aut æquè principalis eſſet [n]. Meritò ergo, qui rem ſtipulatur, de traditione intelligi non poteſt, quæ ad ſolam poſſeſsionem pertinet, & nihil commune cum do-

8 minio habet [o]. Vnde † nec de æſtimatione eius intelligitur, quæ & ipſa plurimum à re diſtat [p], minuſque eam præſumptionem accipiemus, vt qui purè verba concepit, videatur ſub conditione ſtipulatus [q]. Potiùs ergo peribit ſtipulatio. idque communiter eſt receptum, ſolis Pontano, Alexandroque reclamantibus. Sed quid, ſi ſtipulatio prætoria interpoſita proponatur? & cùm interſit legatarij eam obſeruari, non eſt dubitandũ, quin valeat [r].

b SI CONDITIONIS *a.* ¶ Quod † ergo pu-

9 rè non valeret, ſub conditione permittitur [s]: verumque id eſt, quoties ratio, quæ aliquid purè fieri prohibet, in caſum euenientis conditionis

10 non procedit, vt in textu noſtro. cùm † enim eueniente conditione ſtipulator non ſit dominus, iam incipit eius intereſſe, valetque contractus.

11 nihil † enim intereſt, an tempore habili quid fiat, an in id conferatur, quod aptum futurum ſit [t]. Vnde valet legatum, quo pater ſpurio certam pecuniam relinquat, cùm capax erit [u]. & aduena, qui in territorio immobilia, ſtatuto prohibente, nequit acquirere, poterit contrahere ſub conditione, cùm ciuis erit. quod aduerſus quoſdam Alexander hîc rectè cenſuit. Sic ſi ſtatutum prohibeat exulem ad munus aliquod publicum promoueri, valebit tamen electio conditionaliter facta, cùm erit reſtitutus [x]: ſecus ſi ſimpliciter facta eſſet, niſi tamen ſtatutum actui nõ reſiſteret, ſed executioni. tunc enim ſatis eſſet, ſi tempore executionis adſit habilitas, licet actus purè ſit celebrat9 [y]. & quadam in q̃ſtione Petr. & Cin9 hîc oſtendũt [z]. Sed

12 † nunquid huiuſmodi conditio retrotrahatur? & conſtat, regulariter in contractibus conditiones retrotrahi [a]. q̃d tamen in ſuprà ſcriptis caſibus non ꝓcedit. non enim poſſunt ad tempus inhabile retrotrahi: alioquin actus, qui ex veritate conſiſteret, fictione legis ſubuerteretur. nam & conditiones voluntarias in cuiuſquam præiudiciũ retrò non trahi receptum eſt [b]. Sed † quid, ſi ratio ꝓ-

13 hibitionis non ſolùm actui puro noceat, ſed etiã conditionali? & tunc conſtat, quod purè fieri nequit, nec ſub conditione quidem permittẽdum, ſiue prohibitio ob bonos mores fiat [c], ſiue ne euentus malus videri deſideratus aut perpenſus poſsit [d], ſiue quia eadem ſit actus puri, & conditionali ſubſtantia, eaque deficiat, vt in vſufructu

14 perſona [e]: cũ † em̃ vſusfructus ſeruitus pſonalis ſit, ſi pſonalis habilis nõ ſubſit, omnino extinguit̃.

n l. qui in aliena. §. j. de acq. hær. l. ſi filius. C. de pet. hæred.
o l. ſi certis. C. de pac. ubi dixi.
p l. fi. in fi. ubi Bal. C. de fideiuſ.
q l. cũ ſeruus. ℱ. eod. ubi Bart.
r Bar. l. reos. ℱ. tit. j. Archidiac.
s d. auth. ſacramenta puberum. c. quamuis. de pact. in vj. ubi
t Bart. l. j. in princ. de eden. Matheſil. not. xj.
u l. qui x. §. Stichum. de ſol.
x l. iij. §. ex pluribus. de acq. poſ.
y l. ſciendum. de cond. empt.
z l. propriãs. C. de leg. iij. §. lana. de uſucap.
a l. neq́ pignus. de reg. iur.
b §. l. ſcire §. fi.
c Mod. l. nemo. ℱ. eod.

a l. eum, qui. de cond. inſt.
b gl. Iac. Bald. Raph. Cor. l. j. C. com de leg. arg. l. liberos. ubi Bal. & Mod. C. de collat.
c d l. ſuæ rei.
d l. in bello. §. ſi qs. de cap. l. non quocunque. in princ. de leg. j.
e l. idemq́. ubi gl. §. qui pot. in pig. hab.
f arg. gl. l. huiuſmodi. §. qui ſer. gl. j. de leg. j.
g arg. l. fi. §. fin. C. com. de leg. Bar. l. qui Romæ. in fi. q. xxj. ℱ. eo.
h l. fi. C. de nouat.
i l. nemo. ℱ. eod.
k l. ſtipulatio iſta. §. quæſitũ. ℱ. eod.
l gl. §. eſt autẽ. Inſt. quib. mod. obl. tol.
m l. quoties. ℱ. eod.
n l. multum. ℱ. eo. no. l. j. §. ij. §. eo.
o l. naturaliter. §. j. de acq. poſ. l. uenditores. ℱ. eo.
p l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſ. d. l. multũ.
q l. j. §. ſi qs ſimpliciter. §. eo. l. exiſtimo. ℱ. eod.
r l. j. §. ſi quis ſub conditione. l. etiam. ut leg. no. caue.
s l. iiij. §. fin. de cond. et demõ. l. quoties. iij. reſponſ. de uſufr.
t l. in tempus. de hæred. inſt.
u l. Gallus. §. inſtituẽs. ubi Bal. l. iiij. not. delib. & poſth.
x Io. And. in Spe. de accuſat. §. ſequit. in addit. magna, Bal. in rub. C. de inſt. & ſubſt.
y Oldr. Bar. l. ſ. §. nuntiatio. de oper. no. nun. uerſ. quærit Iac.
z arg. l. præcipimus. §. j. C. de app. ubi Bald. Pet. Imol. Alex. hic.
a l. ſi filius. ℱ. eo. l. q. ſi pendente. §. de peric. & com.
b l. qui balneũ. l. potior. q pot. in pig.
c l. Seius. ad l. Falc. ubi Do t.
d l. inter. §. ſacram. ℱ. eod.
e l. uſusfructus. ℱ. tit. ij.

LEX XXXII.

1 *Error nominis proprij non nocet ſtipulationi: ſed appellatiui ſic. 7.*

8 *Non eſt error, error in ſyllaba commiſſus.*

LEX XXXII. VLPIANVS *lib.* 47. *ad Sabinum.*

L. 32. Si in nomine ſerui.

A SI in nomine *b* ſerui, quem ſtipularetur dari, erratum fuiſſet, cùm de corpore cõſtituiſſet: placet ſtipulationem valere.

b SI IN NOMINE *b.* ¶ Suprà vi-

1 demus errorẽ † in materia rei, quæ in ſtipulationem deducta ſit, non vitiare hunc contractum, ſi de corpore conſenſum ſit [f]. Hîc eadem

2 ratione infertur, idem eſſe, etiam ſi in nomine ſit erratum. error † enim nominis proprij non vitiat ſtipulationem, ſicut nec inſtitutionem, nec legatum, nec cæteros actus [g].

I. Quod tamen non ꝓcedere Alex. Iaſonque exiſtimant, ſi error in proprio ipſius diſponentis nomine ſit. talis enim nimiam imperitiam, fatuitatemq́; oſtendit [h]. Quo exemplo eum quoque pręſumi fatuum adiiciũt, qui in nomine proprij filij à ſe præſente educati errauerit [i]. Idem in nomine proprij parentis, vel vxoris. Sed hęc ego neſcio quantum probem. A-

3 pud auctores certè legi, Meſſalam † Coruinũ oratorem celeberrimum etiam proprij nominis ob ægritudinem oblitum fuiſſe. Apud Plautum nõ vno in loco cernere eſt, qui ſibi nomen mutent [k]. Sic Virgilius in Eclogis quandoq; Corydon eſt, quandoque Menalcas. Habent & Grammatici figuram τ̃ προσώπων ἐναλλαγὴν, cùm quis de ſe, tanquam de tertia perſona loquitur. Arbitror itaq́;, errorem † nominis nec ſui, nec alieni obeſſe, ſi aliàs de perſona conſtet. ſi verò non conſtet, tunc errorem ſubeſſe, minuſque excuſabilem eſſe, ſi in ſuo nomine quis errauerit [l]. Sed quid,

4 ſi quis in rei ſuę nomine proprio errauerit &? Felinus ſenſiſſe videtur, neque talem errorem legitimę excuſationi ſufficere. vnde tolerabilis non eſt actoris error, qui in diœceſeos ſuę nomine fallitur [m]. Sed tamen aliud ſentiunt Recentiores, nihilq́; differre exiſtimãt, an qs in nomine proprio rei ſuę, an alienę errauerit. quos & ego ſequor [n].

f l. ſi id, quod. §. eo.
g l. iiij. C. de inſtit. l. iiij. de leg. j. l. antepe. §. de iudic.
h l. fi. C. de hæred. inſtit.
i arg. l. Titius. §. j. de lib. & poſthu. c. cũ in tua ꝑ matt. accuſ.
k l. unica. C. de nunt. nom.
l d. l. fi. ubi Bal. q. j. & Fulg. & Aret. Raph. Are. rui. d. l. iiij. §. de leg. j.
m c. ab excõmunicato. c. Rodolphus. de reſcrip. Io. And. & Imo. Fel. c. ſignificante. eo. tit.
n l. ſi Fortidianum. C. de leg.

III. Sanè quotieſcunque lex nominis proprij ex-
preſsionem pro forma requirit,ſunt,qui putent,
tali caſu obeſſe errorem [a].Ego vix putauerim le-
giſlatoris mentẽ eam eſſe, vt nominis expreſsio
pro forma ſit, quoties aliter de corpore conſtare
poteſt [b].conuerſum
† enim nomen re-
5 quiritur niſi demõ-
ſtrationis cauſa. at
rei aliter declaratę
fruſtra hæc demon
ſtratio adiiceret [c].

LEX XXXIII.
POMPONIVS *libro 25. ad Sabinum.*

SI Stichus [a] certo die dari promiſſus, ante diem moriatur:
A non tenetur promiſſor [b].

Quòd ſi lex formę mentionem faciat, intellige-
IIII. mus leuem eſſe, quæ omiſſa non vitiet [d]. So-
lùm ergo limitationem, quam Veteres hîc pro-
6 bauerunt,ego ſequor, nempe † vt lex in caſu ſuo
procedat,cùm ſcilicet erratũ eſt in ſerui proprio
7 nomine. error † enim appellatiui nominis ſtipu-
V. lationem vitiat [e],quod Ray.hîc tradit. Itẽ pro-
cedat,cùm erratum eſt in nomine proprio ab v-
troq;.ſi enim alter tantùm erraſſet, ſentiunt Din.
Albericuſq́; vitiari ſtipulationem propter diſſen
ſum,tanquam ille, qui ſciebat, prudens ſcienſq́;
noluerit alium admonere,vt actus redderet inu-
tilis [f].Putarem tamen,in dubio,poſtquam de cor
pore conſtat,non accipi hanc interpretationem.
VI. Addit Accurſ. legi noſtræ locum eſſe,quoties
conſtabat de eodem corpore agi : aliàs ſi de di-
uerſis ſenſiſſent, tum quoque propter diſſenſum
8 ſtipulatio infirmaretur [g]. Sanè † error in ſyllaba
nominis cõſiſtens,nec quidẽ pro errore eſt,quin
de corpore per talem expreſsionẽ cõſtare creda-
tur [h]. Quid autẽ ſit nomen,quid cognomen,à me
alibi aduerſus multorum errorem diſputatũ eſt.

LEX XXXIII.

1 *Quando interitu ſpeciei promiſſor liberetur.*
2 *Stipulatoris odio occiſus ſeruus prodeſt promiſſori.*
6 *Non ſemper interitus præſtat promiſſori liberationem.*
7 *Mortuo boue nec caro ſtipulatori debetur.*

a
1 SI STICHVS *a.* ¶ Interitu † ſpeciei
liberatur promiſſor nullius moræ,
aut culpæ ſibi conſcius [i]. Quod
maximè procedit, ſi ea ſpecies cul-
pa creditoris ipſius periiſſet. Vnde
ſiue ante moram ſibi factam,ſeu pòſt creditor ſer
uum ſibi promiſſum occiderit,actionem amittit,
liberaturq́; debitor [k]. Sed & actio legis Aquilię
debitori competit, ſi ante moram ſit occiſus à ſti
pulatore ſeruus,quatenus ſua interſit. Poteſt au-
tem plurimum intereſſe, cùm ſeruus ſub condi-
tione,vel in diem incertum,aut ſaltẽ longo pòſt
tempore venturum deberetur. ſi enim purè debe-
batur,vix eſt,vt perpendi probabilis vtilitas vlla
2 poſsit [l]. Sed † quid, ſi à tertio aliquo occiſus ſit,
in creditoris tamen odium?& perinde haberi,ac
ſi à creditore occiſus eſſet,Bart. cenſuit.qualiſcũ
que ẽm inimicitia ipſi creditori imputanda eſt [m].
Quam rationem ego non probo,quia inimicitię
ei imputantur, qui aliàs cuſtodiam adhibere de-
buit,vt colono,vt marito.At creditor in caſu no-
ſtro ad cuſtodiam vllatenus non obligabatur.Ve
3 rum † tamẽ eſt,liberari promiſſorem, perinde ac
liberaretur,ſi caſu fortuito ſeruꝰ periiſſet,nec ha
4 bebit legis Aquilię actionem. Quicquid enim ſit
in aliis actionibus, hæc † legis Aquiliæ actio da-
tur duntaxat,cùm eius intereſt.Vnde cùm ſua nõ
interſit [n], (omnino enim ſeruum dare creditori
5 debuiſſet) ſoli creditori actione de dolo,quę ſub-
ſidiaria eſt,conſuletur [o].Quòd ſi † promiſſoris in-

a l.hac conſultiſsima C de teſta. Ang. l.iiij. eod.tit.Bal.Angel.Alex.Imo.l.j.de lib.& poſthu.
b d.l.hac cõſultiſsima.ubi gl. uerbo.iudicia.
c l.j.in fi. de dote præleg.
d l.j.in fin. de uent.inſpic.
e gl.§.j.uer.ſed hæc ſolennia. Inſt. de uer.oblig.
f l.non ſolũ.ſ.eod.
g l.inter.§.j.ſ.eo
h l.qui habebat. de man.teſt.
i l.ſi ex legati.ſ.eod.
k l.legis.ad leg.Aquil.
l l.ij in princ. l.ait lex.in fi.eo.tit.
m l.ſi merces.§.culpæ.locat, pen.ſol.mat.
n Inſtit. ad leg.Aquil.§.fi.
o l. arbitrio. in fi.de dolo.

tereſſet,vt quia non liberetur, fortè quòd iam eſ
ſet (vt Imola inquit) in mora,vel in diem ſolùm
deberet,vel aliàs dilationem eſſet habiturus, vel
quia ſeruus in conditione ſolùm fuiſſet, pœna in
diſpoſitione [p], ſeu qualibet alia ratione, tunc a-
ctio legis Aquiliæ
illi daretur [q], quam
cedere creditori,
quoties requiſitus
eſſet,deberet.
NON TENE-
TVR PROMIS- b
SOR *b.* ¶ Niſi † tamen culpa ipſius ꝓmiſſoris mor 6
tuus ſit,&occiſus [r]. Sed quid, ſi ab alio occiſus I.
ex inimicitia promiſſoris? & Bart.nõ liberari ꝓ-
miſſorem cenſuit [ſ].inimicitiam enim culpę ipſiꝰ
imputari.Sed cùm promiſſor ad cuſtodiam non
teneatur,non videtur hæc ratio probabilis [t]. nec
enim directò hũc finem reſpiciunt inimicitię:vn
B de illi adſcribi culpa nõ debet [u]. nam & ( vt aliq
hîc tradunt) præter legislatoris mentem hęc eſt
differentia, qui nihil diſtinguit, cuius odio ſit
occiſus ſeruus, ſed ſimpliciter creditori actio-
nem de dolo concedit [x].Quòd ſi debitoris inter-
erat,habebit quidem ipſe legis Aquilię actionẽ,
ſed eam cedere ſtipulatori tenebitur [y]. quæ ſen-
tẽtia certiſsima eſt,cùm ex cauſa oneroſa ſeruus
debebatur [z],idque omnes fatentur. Idẽ,ſi ex cau
ſa lucratiua,dũ ob inimicitias debitoris ſit occi-
C ſus.non enim debet occaſione inimicitiarum lu
crum facere.Idem generaliter ſi ſeruus non occi-
ſus,ſed vulneratus ſit. cùm enim eum deteriorẽ
factum promiſſor ſoluat,non liberaretur,niſi re-
ſarcita detrimenti æſtimatione [a], vel ceſſa actio-
ne [b].aliàs verò agenti ex cauſa lucratiua nullam
ceſsionem fieri receptius eſt, ſi ante moram occi
ſus ſit ſeruus,ſed qualemcunq; actionẽ lucro de-
bitoris cedere [c]. Sed quod hîc dicitur,non te-
neri promiſſorem,an indiſtinctè ſit verum?pone, II.
D promiſſum † bouem,qui ante moram perierit,an 7
ſaltem caro & coriũ,aduenientẽ die,debebitur?&
conſtat nõ deberi [d]. morte enim bouis liberatus
eſt promiſſor,caroque & corium quiddam diuer
ſum à boue eſt [e]. Quod tamen quibuſdam caſi-
bus non procedit. Et in primis,quãdo coriũ & I.
caro à fure poſt mortem bouis cõtrectata adhuc
eſſent.datur † enim ex noua contrectatione noua 8
condictio [f]. Sed & ſi pars rei æquè principalis II.
ſuperſit,non eſt dubiũ agi ad eam poſſe [g]. Idem III.
E quoq; receptũ eſt, cùm ex cauſa oneroſa res ipſa
deberetur.nulla enim eſt ratio, cur lucrari debeat
acceſsiones illas promiſſor [h]. Sed † & quoties IV.
non actione perſonali, ſed rei vendicatione age- 9
retur,non eſt dubiũ,quod ſupereſt,vendicari poſ
ſe.in eadẽ enim dominij cauſa remanet [i]. Sed
quid,ſi rei vẽdicatio cum actione perſonali con- V.
currat?& Bar.idem cenſuit [k]. quæ ſententia pro-
babilis eſt,prçterquàm in legatarij exemplo. illi
enim datur rei quoque vendicatio [l],& tamẽ mor
F tuo boue reliquias non petit [m], quia ſcilicet hãc
actionem Iuſtinianus ad rem ipſam principalem
conceſsit:qua extincta, nullus eſt acceſsionũ re-
ſpectus [n], aliàs plurimæ leges aduerſus Iuſtinia-
ni mentem corrigerentur [o]. quod temerè credẽ-
dum non eſt.

LEX XXXIIII.

4 *Stipulatio rei extra commercium meum, inutilis eſt, a-*

p l.in illa. in fi. ſ.eo.
q l. proinde.ad l.Aquil.l.ſi uendidero. de fur.
r l.mora.l.ſi ſeruum.in princ.ſ.eo.
ſ d.§.culpa.d.l.pen.
t arg.l.ſi per imprudentiam.de euic Doct. l.3.§.item ſi.ſ.eod.
u l.quid ergo.§.ſi hæres. de leg.j.d.l.ſi ſeruum.
x d.l.arbitrio.§.fi.
y d.l.eum, qui de peric.rei ued. arg.l.in ſumma.§.pen.de cond.indeb.
z d.l.eum, qui. d.l.ſi uẽdidero.&l.uẽditor ex. in fin. de hære.uend.
a d.l.huic ſcripturæ.ij.reſpõſ.ff.ad l. Aquil.
b arg.l.Iulianꝰ.§.ſi fructibus.ubi gloſſ.de act. empt.
c arg.d.l. huic ſcripturæ. in j.reſp.Iaſ.l.ſi is,q ꝑ emptore. de uſucap.
d l.mortuo. de leg.ij.l.lana. uerſic.naue. de leg.iij.
e l.j.uerſic. planẽ. ſi quadrup. pauper.
f l.ſi ſeruus.§.boue.de condi.furt.
g l.ſi grege.de leg.j.l.peculiũ.§.quadrige.de leg.ij.
h d.l. uenditor §.pe. Rapha. d. ue. ex.in fi.&l.tenetur.uerſ.quandiu.de act.empt.d.l.in ſumma. l.mortuo.
i l.ſolũ.§.meum. de rei uend.
k d.§.bo-com.de leg.
l l.j.C. res.§.fi. de leg.ſ.
m d.l.mortuo.
n arg. d.l.i.
o l.cũ iuncta l.item ſi uerberatum.in fi. de rei uendic.



*deo vt naturalis obligatio naſcatur. 5.*
14 *Legatorum & ſtipulationis differentia.*
15 *Prohibitio non impedit dominij translationem.*
17 *Diſcrimen ſtipulatoris & promiſſoris in re vetita.*

a MVLTVM [a].
1 ¶ Lege †
Regia qui
peregrinę
conditionis erant,
fundos iuris Ro-
mani acquirere nõ

LEX XXXIIII.
VLPIANVS *lib. 48. ad Sabinum.*

MVltum [a] intereſt, vtrùm ego ſtipuler rem, cu-
A ius commercium habere non poſſum :

2 poterant. Pone † igitur aliquem peregrinum ſti-
pulatum eſſe talem fundum ſibi dari : non valet
ſtipulatio [a], adeò vt nec pretium quidem debea-
tur.Pone † rurſus, eũ,qui ſine fundo eſt, ſtipulatũ
3 eſſe ſeruitutem ei, fundo per vicinum conſtitui,
non valet ſtipulatio [b]:& tamen qui promittit do
mino prædij ſe conſtituturum,obligatur [c].Pone:
magiſter collegij nõ capacis ſtipulatur fundum
ſibi dari: non valet ſtipulatio [d], tametſi ſi ipſe ꝓ-
mittat,plerunque obligetur.Rurſus pone:iudex
aliqua ex cauſa auctoritate legis inhibuit alicui,
ne emere intra certos fines poſsit [e]:ille nihilomi
nùs ex ea cauſa ſtipulatus eſt fundũ dari: non va-
let obligatio,vt Bart.ait.Hinc apparet, ex perſo-
na ſtipulatoris nos ius, quod ad hunc contractũ
attinet,metiri.ſicut & ex perſona actoris in iudi-
ciis illud metimur [f]. Sed quæ eſt ratio ? & aiunt
hanc eſſe, quia ſtipulatio videtur impoſsibile cõ
4 tinere.cùm † enim promiſſor rem ſpopõderit,cu-
ius commerciũ ſtipulator nõ habet, eam illi da-
re,id eſt,dominium in eum transferre,nõ poteſt.
Sed nec ad æſtimationem verò cogendus eſt, cũ
aliud pro alio ſoluere compellendus non ſit [g]. at
vice verſa,cùm promiſſor ipſe eſt incapax, nihil
impoſsibile cenſetur ꝓmiſiſſe,cùm per aliũ, qui
I. capax ſit,poſsit ſoluere [h]. Ex † qua ratione in-
5 fertur, huiuſmodi ſtipulationem adeò nullam eſ
ſe, vt nec obligatio naturalis inde oriatur [i].pro-
ceditq́ue hæc concluſio maximè, cùm id promiſ
ſum eſt,quod nec in ſtipulatoris,nec in cuiuſquã
commercio eſt, vt ſi res ſacræ ſint promiſſæ [k]
II. Idem,ſi † res principis ſint, quę non ſolent diſ-
6 trahi, vt horti Salluſtiani, vel fundus Albanus [l].
quamuis fortè hoc caſu oriretur obligatio natu-
III. ralis. Idem,ſi commercium quidem rei permiſ
ſum ſit,ſed ſtipulator propter qualitatem aliquã
reiiciatur,veluti ſi Iudæus Chriſtianum manci-
pium ſtipuletur [m],vel hæreticus [n].tales enim ipſo
iure hoc caſu ſint incapaces,& ideo denegantur
IIII. eis actiones, quia lex reſiſtit contractui [o]. Sed †
7 quid,ſi perſonæ prohibitæ ſint propter votũ &
religionẽ?quales ſunt familiæ Franciſci,aut Do-
minici,& ſi quæ ſimiles [p]. & idem eſſe in contra-
ctibus reſpondendum eſt, licet in legatis ſit non
modica controuerſia. Subeſt enim in contracti-
bus eadem ratio,vt fundus nõ debeatur,quia in-
V. capaces:nec pretium, quia id actũ non eſt [q]. Sed
8 † quid,ſi ex cauſa oneroſa ſtipuler rem,cuius cõ-
mercium habere non poſſum?& non puto,cõſti-
tuendam hac in re differentiam à titulo lucrati-
uo,ſed adhuc legi noſtrę locum eſſe,niſi quòd in
cauſa oneroſa,quamuis ſtipulatio ſit nulla,tamẽ
debet ſtipulator indemnis præſtari, eatenus ſci
licet,ne promiſſor cum aliena iactura lucrum fa-
ciat.reſtituet igitur,quod à ſtipulatore recepit [r].
VI. Addunt † aliqui,idem eſſe,etiam ſi iuſta ſit ſti-
9 pulatoris ignorãtia,vt quia peregrinus aduerſus
legem municipij ſtipulatus ſit fundum ſibi dari.



a l.j. C. non lic. hab. lib.x. l. in quorũ. de pign.
b l.vj.§.j.ff.cõ. præd.Roma. Iaſon hic.
c l. hæredes.§.an ea. uerſicul. contra. famil.erciſc.
d l. j. ff. de colleg.illic.
e l.moris.§.pe. de pœn.
f l.j.ſ.ſi pars hæred. pet.
g §.plus. Inſt. de actio.
h l.ſoluendo.de neg.geſt.
i l.j.§.ſi id,q̊d ſ.tit.j.Bar.l.j.de nouat.
k l. inter ſtipulantem.§. ſacrã. ſ.eo.tit.
l l. apud Iulianũ.§.fi.de leg. j.
m l.j. C.ne Iud. Chriſt.
n l.ſi qui orthodoxæ. C.de hæretic.l.ſeq.auth. ſeq.
o l cũ lex.ſ. de fideiuſ. ubi Bar.
p cle. exiui de paradiſo. de uerb.ſig.
q l. quicquid.ſ. eod.
r l.in ſumma.§.pe.de cõ.indeb.

quamuis enim præſumatur eius legis neſcius fuiſ-
ſe [s],tamen eſt in culpa,quia non ſcrutatus eſt dili
gẽter cõditionem rei, & perſonæ, cum qua con-
trahebat [t],quod Aret. ait. quæ ratio ſi vera ſit,ra-
rò ex præſumpta ignorantia peregrinis ſuccur-
retur [u]. Vnde meliꝰ
eſt,vt id inductũ cre
damus, ne promiſ-
ſor ad æſtimationẽ,
quam nõ promiſit,
teneatur.ita enim i-
gnoranti ſuccurri-
tur, vt alteri non fiat iniuria [x]. Sed & ſi quis rei VII.
quidẽ cõmerciũ non habeat, verũ habere poſsit,
adhuc legi noſtrę locus eſt,veluti in ꝓpoſito exẽ
plo,ſi peregrinꝰ,deinde ius ciuitatis adeptꝰ ſit. ſa
tis enim eſt tempore contractus inhabilem eum
fuiſſe [y]. quæ † enim ſtipulatio à principio non va- 10
luit,tractu temporis non conualeſcit. quod & ſ.
B vidimus in eo,qui rem ſuam ſtipulatus eſt, non
valet ſtipulatio,etiamſi eius dominium interim
amiſerit [z], niſi ſub conditione, cùm capax erit,
factam ſtipulationem proponatur [a].Item niſi de
ea perſona agatur,quæ ad tempus ſolùm prohi-
bita ſit, vt in milite. ſi enim lapſo tempore ex ſti
pulatu agat,non videtur ſubmouendus [b]. Sed VIII.
quid,ſi commercium abſolutè prohibitum non
ſit,ſed à conſenſu alterius pendeat? & idem eſſe 11
Aret.exiſtimauit,idque auctoritate Baldi, qui † ſi
C res beneficiaria à cliente alicui legata ſit, nec æ-
ſtimationẽ quidẽ deberi ait [c]. Ego ex natura rei
conditionẽ huic actui ineſſe arbitror, niſi domi-
nus diſſenſerit. Vnde eo cõſentiẽte valebit et ſti-
pulatio, & legatum [d]. Idem Are.addit,ſi teſtator IX.
vxori ornamenta ſua legauerit, non videri ea le-
gaſſe,quæ geſtari lege prohibentur [e]. Quòd ſi ſpe-
cialiter ea legauerit ignorans lege prohiberi,tũc
regulæ noſtræ eſſe locum,& non deberi nec æſti
mationem quidem [f]. Quæ ſententia à propoſito
D aliena eſt.aliud enim eſt prohibere,ne portetur:
aliud,commercium tollere. & ideo omnino de-
bebuntur hæc ornamenta, licet induere ea non
poſsit.quid ẽm,ſi in alium vſum vertat? Qua † X.
ratione & cùm quis ſtipulatus eſſet columnas, 12
aliaq́; domui annexa ornamenta,traditũ eſt,legi
noſtræ locum non eſſe,ſed æſtimationem debe-
ri [g], tanquã earũ rerũ nõ ſit ſimpliciter prohibi-
tum commercium,cùm poſsint vnà cum ipſa do
mo alienari.Quam ſententiã quadamtenus in le
E gatis probabilem eſſe arbitror , in ſtipulatione
verò non ſequor.ſiquidẽ in legatis debetur æſti-
matio ex cõiectura mentis teſtatoris [h],at in ſtipu
latione non capitur hæc cõiectura, cùm ſemper
promiſſor negaturus ſit ſe de æſtimatione intel-
lexiſſe [i].meritò ergo hoc quoq; caſu à regula le-
gis noſtræ recedendũ eſſe non arbitror [k]. Quę- 13
rendi † igitur aliq ſunt caſus,quibus eã limitemus. I.
Et in primis dixi in legatis limitandã eſſe,vt quo
tieſcunque quis particulari ex cauſa commerciũ
E rei non habeat, quæ tamen aliàs in commercio
ſit,ei ſaltem æſtimatio debeatur [l]. quę Irnerij fu
it ſententia,quã Bar.deinde & alij ſecuti ſunt,ta-
metſi ſcrupulo non careat. Sed † quę ratio diffe- 14
rentiæ eſt?& ſciẽdum eſt,eum,qui rem promiſit,
ad ſolutionem pretij non temerè compelli debe
re.hoc enim aduerſus regulam eſt, quæ iubet,ne
quis aliud ſoluere cogatur, quàm qđ promiſit [m].
à re enim ipſa æſtimatio plurimum diſtat [n]. vn-
de in contractibus potiùs ſit interpretatio, vt nõ

L.34. Multum intereſt.
s l.fi.ſ.de dec.ab or.fac.
t l. qui cũ alio. de reg.iur.
u Doct. c. j. de conſuet. & in rub.
x l.planè.de minor. l. ſciedum. ex q. ca. maior.
y Iaſ.d.l. apud Iulianum.§. fi. de leg.j.l.j.§.ſi filius. de leg. iij.
z l. qui x.§. Stichũ de ſolut.l.ſi rem.ſ.eod.
a l. cætera.§. j. de leg.j.
b l. milites.ij. uerſ is etiam.de re mil.
c Bal.l.j.de ſacr. eccleſ.
d arg.l.j.ſ.de uectig.gl. l. peculium.§. pe. ſ.de pecul.
e l.pe. C. de ueſtibus olob. lib. x.ubi Bar. l.j.C. nulli lic.
f l.fideicõmiſſa.§.ſi ſeruo. de legat.iij. Bal.rub. C.de condict.ob tur.cauſ.
g d. l. cætera.§.ſi duobus. l. ſed ſi res.eod.tit.
h l. ſi qs inquilinos.in prin.de leg.j.
i d.l. quicquid. gl.l.qu. dotem. ſol.mat.
k arg.l.ſenatus.ſ.de cõtra emp.
l l.filiusfamiliás.§.ſi qđ alicui.de leg.j.
m d.§. plus.Inſt.de act.
n l.uẽditores.ſ. eod.

valeant, quàm vt pro re pretiũ præſtetur[a]. Quã-
doque tamen aliud particulari ratione aliqua ſta
tutum reperitur, vt cùm promiſſori aliquid impu
tari poteſt[b], quod in ſecunda parte textus noſtri
dicitur: vel cùm hoc à partibus actum veriſimile
eſt, quod in legatis
procedit, in quib[9]
ſit fauorabilior in-
terpretatio, cũ à ſo
lius teſtatoris volũ
tate vim accipiãt.
at in contractibus
ea interpretatio ca
pi non poteſt[c], cũ
ſtrictiùs accipiant,
ſemperque neget
ꝓmiſſor ſe de æſti
matione quicquã
egiſſe. Vnde eſt, qđ
ſtipulatori impute
tur, qui legẽ aper-
tiùs non dixit[d], cũ
legatario nihil ob-
iici poſsit, cui ne-
ſcienti oblatum eſt
II. id lucrum[e]. Sanè
in cõtractib[9] quo-
que aduertendum videtur, quemadmodum le-
gis verba concepta ſunt, an contractui reſiſtant,
an id minùs. Pone: lex peregrini in territorio ac-
quirentis agros ad fiſcum transfert: non videtur
admittendus promiſſor de iure fiſci opponens[f].
ꝙ ſi ius agentis ob verba legis ipſo iure extingua
III. tur, ſecus eſſet[g]. Idemq; ſentit Accur. Bar. cæteri,
cùm hæreticus fundum, vel domum ab orthodo
xo conuenticuli faciendi cauſa ſtipulatus eſt. li-
cet enim poſt rem factum dominium ad eccleſiã
catholicam transferat[h], tamen etiam contractui
reſiſtere videtur, aliàs ipſo iure valeret ſtipula-
IV. tio. Sed & cùm iudex prohibuit alicui, ne eme-
ret, nõ putarem indiſtinctè Bartolo adhærendũ,
vt ideo iſte dicatur nõ habere rei commercium,
15 omninoq; excludatur. Sicut† enim prohibitio iu
dicis, ne quis alienet, dominij translationem re-
16 gulariter non impedit[i]: ita † & prohibitio, ne ac-
quirat, non videtur contractum ipſo iure infir-
mare. Putauerim itaque, ſi adhuc traditio ſecuta
nõ ſit, ſolùm exceptione adiuuari promiſſorem.
AN QVIS PROMITTAT *a*. ¶ Quamuis
a † igitur par ſoleat eſſe promiſſoris, & ſtipulantis
17 cauſa, videanturq; hæc (quod ſolet dici) correla-
tiua, tamen aliud hoc caſu obſeruatur[*], propter
rationis diuerſitatem, quam ſuprà attigi. eſt eñ
quod imputetur promiſſori, qui id ſpopõdit, cu
ius commercium non habebat. Vnde ſaltem ad
pretium cõdemnabitur, nec debuit etiam ſtipu
lator hac de re curioſus eſſe, qui veriſimiliter cre-
dere potuit fortè eum per alium capacem ſolutu
18 rum[l]. Quod† tamẽ non procedit, cùm non pro-
miſſori tantùm, ſed etiã ſtipulatori lex inhibet,
ne cùm tali contrahat, vel ne à tali acquirat, velu-
ti cùm quis ab eo ſtipulatur, cui bonis interdictũ
eſt[m], vel à muliere fundum dotalem. Lex enim
Iulia non ſolùm non ſinit eum in cõmercio mu-
lieris eſſe, ſed etiam emptorem ſubmouet, ne in
eum transferri dominium à muliere poſsit[n].

a l. nemo. ꝟ. eod.
q arg. l. patronus. ij. reſp. de leg. iij.
c l. quicqd. ꝟ. eod.
d l ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ꝟ. eod.
e l. cũ pater. §. fundo. de leg. ij.
f l. his conſequẽter. §. j. ubi gl. ſ. fam. erciſc.
g Bar. l. 2. de except. rei iud.
h l. cuncti. l. Ariani. C. de hær. Bart. l. j. de nouat. Rapha. d. l. mortuo.
i c. Raynaldus. de teſta. gl. §. fi. Inſt. de off. iud. not. l. filiusfamiliãs. §. diui. de leg. j.
k d. l. mortuo. §. Labeo.
l d. l. ſoluendo.
m l. is, cui. ꝟ. cod. Bar. l. j. de nouat.
n gl. l. dotale. in fin. de teſt. mil. Bar. l. cũ lex. iiij. opp. de fideiuſ.

LEX XXXV.

2 *Intereſſe in impoſſibilibus non niſi ex cauſa præſtatur.*
5 *Quomodo impoßibilitas actum executionis non vitiet.*
9 *Decretum impoßibilitas non euertit.*
7 *Temporis impoßibilitas, bonis moribus nocens, ſtipulationem anullat.*

an quis promittat *a*.
Si ſtipuler rem, cuius
commercium non ha
beo: inutilem eſſe ſti-
pulationem placet. ſi
quis promittat, cuius
nõ cõmerciũ habet,
ipſi nocere, nõ mihi.

LEX XXXV.
PAVLVS *lib.* 12.
*ad Sabinum.*

SI ſtipulator *b*, vt id
fiat, quod natura
fieri non cõcedit: nõ
magis obligatio cũ-
ſiſtit, quàm cùm ſti-
pulor, vt detur, quod
A dari non poteſt: niſi
per quem ſtetit, quò
minùs facere id poſ-
ſit. Itẽ quod leges fie-
ri prohibent, ſi perpe
tuã cauſam ſeruaturũ
eſt, ceſſat obligatio:
veluti ſi ſororem nu-
B pturã ſibi aliquis ſti-
puletur, quãquã etiã
ſi nõ ſit perpetua cau
ſa, vt accidit † in ſoro-
re adoptiua, idem di-
cendũ ſit: quia ſtatim
contra mores ſit.
¶ Si in locando *a*, cõ-
ducendo, vendendo,
emendo, ad interro-
gationem quis non
reſponderit: ſi tamen
conſentitur in id, ꝙ
reſponſum eſt, va-
A let, quod actum eſt:
quia hi contractus
nõ tam verbis, quàm
conſenſu confirman-
tur.

SI STIPVLATOR *b*. b
¶ Quod† 1
impoſsi-
bile eſt ſeu naturà,
ſeu iuris diſpoſi-
tione, in ſtipula-
tionem deduci nõ
poteſt. idq; adeò ve
rum eſt, vt etiã ſti-
pulatio facti im-
poſsibilis ſit nulla.
quamuis enim in
promiſsionibus fa
cti in id, ꝙ intereſt,
conſtituatur obli-
gatio[o], poſsitque
ſemper id, qđ in-
tereſt, præſtari, nec
eius reſpectu vlla
ſit impoſsibilis, ta
men æquũ fuit, ut
ſicut facti principalis obligatio eſt nulla, ita† etiã 2
C id, quod intereſt, tãquam ei ſubrogatum, nõ de-
beatur, ꝙ in hoc cõtractu, qui ſtricti iuris eſt, abſ-
que dubio procedit. In emptione verò aliud ſer I.
uatur. in ea enim, quamuis liberi hominis nullũ
ſit commercium, tamen quia non præcisè de dã-
do agitur, ſed ſolùm in id, quod intereſt, ſit con-
demnatio[p], valet liberi hominis venditio inſciẽ-
ti facta, cùm tamen promiſsio dandi nulla eſſet,
quoniam in ea ad dandum præcisè ageretur[r]. at
† eum dari, id eſt, liberi hominis dominiũ tranſ- 3
ferri, impoſsibile eſt[s]. fuitq; hæc ratio, qua pro-
D babiliter dubitauit Iuriſconſultus in propoſito II.
themate. Quod fauore ignorantis in contractu
bonæ fidei eſt admiſſum generaliter, in odium
fruſtratoris receptum hîc ſubiicitur. qui eñ Sti-
chum dare promiſit, ſi moram fecerit, quamuis,
eo mortuo, tenetur. at impoſsibile eſt hominem
mortuum dari[t], ſed in odium moratoris lex in-
terpretatur eũ viuere[u]. Quo exemplo traditum
eſt idem eſſe in aliorum delinquentium odium. III.
Pone: lex municipalis iubet oculum erui, vel ma
E num truncari, in pœnam certi delicti. quid, ſi pa-
tratũ id ſit à cæco, vel mãco? impoſsibilis † certè 4
videtur hæc pœna in eis[x]. vnde tali caſu cẽſetur
eam commutandã, & in alio mẽbro exercendã[y].
Sanè† ſi impoſsibilitas nõ diſpoſitionis ſubſtan IV.
tiam, ſed executionem reſpiciat, ſunt, qui actum 5
nõ vitiari exiſtiment. quæ ſentẽtia in bonæ fidei
contractibus, vltimiſque voluntatibus probabi-
lis eſt[z]. Sed† quid in præcepto iudicis? Finge a- V.
liquem citatum, vt eo die compareat, quo impoſ 6
F ſibile ſit eũ cõparere? & ſunt, qui exiſtimẽt valere
præceptũ[a], tanquã duas res prætor iuſſerit: alte-
ram, vt cõpareat: alterã, vt tali dies[b]. vnde inutilis
diei adiectio vitiare primum præceptum nõ de-
bet. qua tamẽ in re aliter diſtingui ſolet[c]. Hinc-
que inferẽ, non valuiſſe Areopagitarum iudiciũ,
quo veneficam mulierẽ centeſimo anno ſiſti iuſ-
ſerunt[d], cuius & Valerius Max. lib. viij. & A. Gel-
lius[e] lib. xij. meminere. Subiicit hîc Iuriſcon- VI.
ſultus, ſi† impoſsibilitas tẽporaria ſit, non valere 7
ſtipulationem, quoties contra bonos mores fie-
ret[a].

o l. ſtipulationes non diuidũtur. uerſ. Celſus. ꝟ. eod.
p l. j. de act. emp.
q l. iiij. liberi. u. bi gl. de cõtrah. empt. §. fi. inſt. de empt.
r l. ubi in fi. ꝟ. eo.
s l. ſi in emptione. §. liberũ. de contrah. empt. Bar l. cũ lex. iij. opp. ꝟ. tit. iij.
t l. ſi homo mortuus. ꝟ. eo.
u l. ſi ſeruũ. ꝟ. eo. § fi.
† réccidit, *aliàs*.
x l. hos accuſare. §. omnibus. de accuſat.
y l. 2. C. ut in cer. temp. gl. pe. c. ſi compromiſſarius. de elect. in vj.
z l. inſulam. §. j. loc. l. ſi mihi. §. j. de legat. j. l. cõtinuus. §. illud ꝟ. eod.
a arg. c. cũ dilecti. de dol. & cõt. ubi Doc. & Io. And. Doct. l. dies feſtos. C. de feriis.
b l. Celſus. de arb. gl. §. j.
c d. §. j. & Alex. l. j. §. nuntiatio. de op. no. nun.
d arg. l. cũ hæres. §. j. de ſtatu.
e c. vij.



ret[a]. Si ergo aduerſus bonos mores non fiat, ſe-
cus eſt, vt cùm ſtipulor rem meam dari, collata in
tempus, quo mea non ſit, cõditione[b]. non enim
adeò fortis eſt temporalis, ſicut perpetua prohi-
bitio[c], nec hoc caſu lex reſiſtit principio, prout
facit, quoties aduer
ſus bonos mores cõ
traheremus[d], vel
aduerſ[9] quoties ius
publicũ qcquã fie-
ret, vt ſi qs eo tẽpore
8 teſtaret̃, q̃ eſſet inha
bilis[e]. non † enim
ex poſtfacto confir
maretur teſtamen-
tum[f], niſi acceden-
te noua voluntate, de qua ſolenniter ſecundum
naturam actus conſtaret[g]. Sed & quoties lex
iudici mandat, ne quid fieri permittat, actus
B contrarius impoſsibilis non cenſetur, valet
que mero iure[h], ſed punitur iudex, qui fieri per-
VII. miſit, nec legem obſeruauit[i]. Sed† quid, ſi im-
9 poſsibilitas eſſet quidem contra bonos mores,
verùm non ſolùm tempore ceſſaret, ſed etiam de
ea principaliter non ageretur? & cùm quis poſt-
humum inſtituit ex ſorore adoptiua ſibi naſcitu-
rum? & valere actum conſtat.[*] in inſtitutione. n.
10 conditionali ſolum tẽpus, quo conditio euenit,
ſpectat̃. nec à principio lex ei reſiſtit, cùm† in con
C ditionalibus inſtitutionibus locus non ſit regu-
læ Catonianæ.[l] cui rationi in ſtipulatione locus
non eſt, cuius robur in pendenti eſſe nõ poteſt[m].
VIII. qua in re alij aliter collimant, vt Alex. Aret. Iaſ.
11 ſed procul à ſcopo. Sed † finge impoſsibile ali
quid deductum eſſe in ſtipulationem, idq; actũ,
vt omnimodo id, quod intereſt, ſolueretur, an co
gi ad id promiſſor poterit? et Dec. cenſuit poſſe[n].
12 voluntas† enim partium contractibus legem tri
buit. quę ſentẽtia certiſsima eſt, cùm nõ impoſsi
D bilitas, ſed difficultas tantùm allegaretur[o], quod
alibi declaraui. Item cùm expreſsim id, quod in-
tereſt, promiſſum eſſet[p]. ſicut enim ſtipulatio pœ
nalis valet, tanq̃ cõditio neceſſaria ſit[q], ita & hęc
debet. quod aliqui ad promiſsionem quoq; fa-
IX. cti alieni extendũt, ſi omnino actũ ſit, vt id, quod
13 intereſt, refundat. qua de re alibi. Cæterùm† &
ſi, quod in ſtipulationẽ deductum eſt, iure ciuili
impoſsibile ſit, non tamen actus omnino nullus
quandoq; eſt[r]. vnde ſi quis ſtipulatur aliquã mu-
E lierem ſibi nuptum iri, quãuis hæc ſtipulatio nõ
valeat, quia libertatem matrimonij reſtringit[s],
tamen vim ſponſaliorum habent[t], eiuſque eſt ef-
ficaciæ, vt qui ab eis recedit, arrhas amittat[u], li-
cet aliam pœnam non ſubeat. quod alibi attingã.

a c. j de cog. leg.
b l. ſi rem. ꝟ. eo.
c l. niſi finita. ꝟ. cũ gl. de tu. & rat. diſt.
d l. in tempus. de hæred. inſt. Bar. l. j. §. nunꝛtiatio. de op. nouu nt.
e l. j. §. j. de leg. iij. ubi Bart.
f l. quæ ab initio. de reg. iur.
g l. ſi quis tutor. §. pe. de rit. nupt. l. & ſi contra. C. de nupt. Bal. l. nõ dubiũ. ix. op. C de leg.
h c. j. de except. in vj. c. tua. de ſponſ duor.
i gl. cle. j. uer. inhibentes. de iur. patron.
k l. ſi quis poſthumus. ꝟ de lib. & poſthu. in fi.
l l. cætera. in princi. de leg. j.
m l. uſusfructo. de ſtip. ſer.
n Dec l. impoſſibilium. de reg. iur.
o Soc. conſ. clxxxviij. v. qſt. dixi l. quod te. ſi cer. pet.
p arg. d. l. inſulam. locat.
q l. in illa. in fi. ꝟ. eod.
r l. à diuo Pio. u bi gl. de rit. nup.
s l. Titia. ꝟ. eo. ubi dicam.
t l. ij. de ſponſal.
u l. fi. C. de ſpõſ. l. heres meus. §. fi. de cõd. & demon. ubi Doct.

1 *Stipulatio verba exigit.*
3 *In emphytheuſi conſenſus trahitur retrò.*
4 *Vna verborum forma duo contractus celebrari poſſunt.*
8 *Stipulatio in futurum concipitur.*

a §. SI IN LOCANDO *a*. ¶ Verborum† er
1 go ſolẽnitas in ſtipulationibus quidem neceſſa
ria eſt, in aliis verò contractibus, qui conſenſu cõ
trahuntur, neceſſaria nõ eſt. Ideo non refert, ſi ad
rogatum reſponſum non ſit, dum tamen ſecuta
ſit ratihabitio. Nec refert, ſi in eis ſit ex interual-
lo reſponſum, vel per epiſtolã, aut nutum, aut a-
lio modo. cùm enim, qui interrogat, durare in cõ
ſenſu pręſumatur[x], quotieſcũque alius accepter,
iunguntur cõſenſus, perficiturq; actus: ſecus, ſi in
conſenſu non perſtiterit, vt quia revocauerit ex-
præſsè[y], vel tacitè, quod Imola hîc tradit. Pro-
ceditq; ſuprà ſcripta concluſio & in matrimonij
contractu[z]. valet † enim in eo reſponſio etiã ex
interuallo facta, vel
per ſigna, vt q a mu-
lier viro interrogan
ti annuat capite, vel
annulum ſibi digi-
to imponi patiat̃[a].
Procedit & in con-
tractibus innomi-
natis, quos ſatis eſt,
ſi mutua contem-
platione facto ꝓ-
ponatur, licet interuallum acceſſerit. Procedit
& in contractibus, quibus ſolennitas neceſſaria
nõ adfuit. vt ex facto reſpõdit ſi hac in ſpecie Bal
B dus[b]: conduxit † aliquis in emphytheuſim ab ec 3
cleſiæ rectore certum fundum. non eſt dubium
non valere conductionem, cùm Epiſcopi aucto-
ritas non interuenerit[c]. Finge igitur, ex poſtfacto
ab vtroq; aditum epiſcopum conſenſiſſe: valebit
ex eo tempore contractus, quia tacitè videntur
iterum contraxiſſe, & dimiſſo inutili contractu
nouum vtiliter celebraſſe[d]. Procedit etiam ſi cõ IIII.
tractui nominato acceſſerit ſtipulatio. quamuis
eñ propter interuallũ vitietur ſtipulatio, tñ cõ-
C tractus firmitatẽ ſuam ſeruabit[e]. quod pleriq; o-
mnes hîc tradiderunt. Hincque cenſuerũt Raph.
& Alexand. ex † eadem verborum forma duos 4
contractus concipi poſſe, venditionis ſcilicet, &
ſtipulationis. veluti ſi te interrogem, *Promittis mi-
hi ementi Stichum pretio aureorum decem? promitto.* vi-
deturque hanc ſententiam crebriore calculo ꝓ-
bari. cùm enim ſtipulatio omnibus contractibus
accedere poſsit, nihil impedit, quin & ipſa cen-
ſeatur appoſita, oriturque vtroque ex contractu
D actio[f]. nã & alias videmus eodem ex facto duos
contractus induci, alterum generalem, alterum
ſpecialem[g]. & ſicut ſtipulatione incontinenti ap
poſita, non ſolùm ex præcedenti iuris gentium
contractu datur actio, ſed etiam ex ſtipulatu[h], ita
ſi vna & eadem conceſsione vterque contractus
inducatur. nec enim probabilis vlla eſt ratio dif-
ferentiæ[i]: probaturque hæc ſententia lege quo-
que noſtra, quæ † longè probabiliorem habebit 5
dubitationem, ſi hoc in caſu intelligatur[k]; cùm
E ſcilicet interrogationis verba vtrique contractui
conueniant. quam interpretationem ſuadet etiã
natura dictionum Tam, & Quàm, quæ† compa- 6
randi, non autem eligẽdi aduerbia ꝓpriè ſunt[l].
Si enim de venditione, vel locatione intellige-
mus, non in forma ſtipulationis concepta, nihil
commune cum obligatione verbis haberent, ſed
ad conſenſum duntaxat pertinerent. Nec me mo
uent Bal. Nouelli quædam rationes, quia à Recẽ
tioribus ſuprà in rubrica nullo negotio diſſol-
F uuntur. cùm enim verba etiam ſtipulationem ſi-
gnificent, non fuit temerè ab eorum effectu re-
cedendum[m]. Vnde conſequens eſt, vt eatenus ſti-
pulatio inducatur, quatenus verba inferunt. In
propoſito igitur exemplo emptio ipſa in ſtipula
tionem deducta nõ cenſebitur. cùm † emptio ex 7
conſenſu præſenti contrahatur[n], ſed ſolùm rei
ipſius traditio, quæ nõ ex actu pręſenti, ſed ex ꝓ-
miſsione futuri conſiſtit. Qua ratione ſi dictũ ſit,
*Vendis Stichum? vendo*, ſtipulatio nõ eſt, quia promiſ-
ſionem in futurum exequendam non continet.

Si ſtipulor, vt id fiat.
§. Si in locando.
I.
2
x l eum, qui de ꝓb. l ſancimus. C. de teſtam.
y l. ſi eum. de ma. vin. c. licet. procur. in vj.
II.
z Archi. xxvij. q. ij. c. ſufficiat.
a gl. c. ſi inter. de ſponſal. Abb. c. dilectus. eo. tit.
III.
b Bal. conſ. cccclxxv. in j. dub.
c cle. j. de reb. eccle. non alie.
d arg. l. ſi quos ſpontaneos C. de decur. lib. x.
e l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ꝟ. eod.
f l. v. §. conuentionales ꝟ. eod.
g l in nauc ꝟ. lo cat.
h l. duo. pro ſoc. Bart. l. ſingularia, ſi cer. pet.
i l. ſi quis ante. de acquir. poſſ.
k l. qd Labeo. de Carbõ. edict.
l gl. l. iubere. ꝟ. de iur. om. iud.
m l. non aliter. de leg. iij.
n Inſtit. de oblig. quæ ex cõ tract.

8 at † ſtipulatio conceptio verborum eſt, qua quis non quidẽ tunc dat, ſed daturum facturumve hodie aut in futurum promittit[a]. idque Alex. alibi cenſuit, & nobis ꝓbabile videtur, cùm nulla ſit hoc caſu neceſsitas, cur verba pręſentis temporis ad futuri promiſſionem trahantur, ſtipulatioq; præſumatur[b]. Nam & re-
9 ceptũ eſt, aliud † eſſe emptionẽ aliud emendi promiſsionem[c]: aliud donationẽ, aliud promiſſionem donandi[d].

a l. v. §. ſtipulatio. ʒ. eod. Alex. d. l. ij. in princ. ſi cer. pet.
b l. fi. ȷ. de accept.
c gl. l. in bonęfidei. ʒ. de eo, ꝗd cer. loc.
d gloſſ. Inſt. de don. uerbo, manifeſtauerit.

## LEX XXXVI.

VLPIANVS *libro 48. ad Sabinum.*

SI quis cùm aliter[a] eũ cõueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus eſt, erit quidem ſubtilitati iuris obſtrictus, ſed doli exceptione vti poteſt. qa enim per dolum obligatus eſt, competit
A ei exceptio. Idem eſt & ſi nullus dolus interceſſerit ſtipulãtis, ſed ipſa res in ſe dolũ habet. Cùm em̃ quis petat ex ea ſtipulatione, hoc ipſe dolo facit, quòd petit. B

## LEX XXXVI.

7 *Dicta in tractatu, cẽſentur in inſtrumento repetita.*
9 *Stipulationem doli exceptio deſtruit. 10, 14, 20.*
11 *Doli re ipſa varia acceptio.*
16 *Soluti repetitio per actionem de dolo fieri poteſt.*
19 *In omni contractu dolo læſis ſuccurritur.*
21 *Nouato per ſtipulationem contractu venditionis, agitur ex ſtipulatu.*
22 *Tranſactio an dolo vitietur.*
25 *Renuntiatio non facit doli cauſam meliorem.*

a
1 SI QVIS CVM ALITER a. ¶ Tractaueram, vti † certa ex cauſa centũ promitterem, tuque eam cauſam exequereris: ires † fortè pro me Romam, vel aliquid vice mutua mihi dares, vel ſuffragio tuereris: cùm deinde ſtipulareris, à te deceptus cauſa donationis ſpopondi: hîc traditur agenti tibi obſtiturãm doli mali ex-
3 ceptionem: ſicq; Hirnerius, Hugolinus, Vetereſque poſuerunt. At † Accurſius tractatum cenſuit, vt fundus abſq; vſufructu, vel certa cum ſeruitute promitteretur, deinde machinatione ſtipulatoris ſimpliciter factam promiſsionem[c]. Videbatur autem prima facie nihil mihi opis hac in re ſupereſſe. quamuis enim ita tractatum eſſet, cùm deinde ſimpliciter promiſerim, à tractatu omni
4 cenſetur receſſum[f], cùm pleraq; proponantur, quæ non perficiuntur[g]. Et ideo ſolet dici, id † demum videri actum, quod in inſtrumento ipſo reperitur ſcriptũ[h]. ſed & ſi actum præſumeretur, vel non ſolùm tractatum, ſed etiã concluſum, cõuentumq; ita probaretur, adhuc non videtur exceptio doli competere, ſed perinde haberi, ac ſi in ſtipulatione expreſſum eſſet: quia quæ in pręfationibus dicuntur, aut cenſentur in ipſo inſtru-
5 mento repetita[i], aut ex errore actũ reddunt imperfectum[k]. Verùm † Iuriſconſulto noſtro aliud viſum eſt. neque enim ſtipulatoris dolus ei prodeſſe debet. quod verum eſt, etiamſi talis ſit, qui aliàs prudentem virum non falleret[l]. quod ali-
6 bi aduerſus Iaſ. diſputaui. Oportet † tamen eum probari ſaltem perſpicuis coniecturis, arbitrabiturque hac in re iudex etiam ex perſonarum, reique qualitate[m]: adnumeratque Pyteus Noguntiacus libro De ſedibus argumentorum primo, quamplurimos caſus, quibus dolus pręſumitur,
7 quos vſque ad CC. Lucas Pennenſis congeſsit[n]. Nec obſtat, quòd † dicta in tractatu, cenſeãtur in inſtrumento repetita: quia etiam ſi id verum ſit, cùm tamẽ extrinſecus proueniant, & in ipſo inſtrumento non legãtur, eius diſpoſitionem ipſo iure non reſtringunt[o]. vnde exceptionis obiectio neceſſaria eſt[p]. Quòd ſi de caſu agatur, quo nulla fiat repetitio, vt quia dolo ſtipulatoris factum ſit, ne quid repetitum cenſeatur, multò magis exceptio danda eſt[q]. Nec obſtat, ꝙ ſtipulatio propter errorẽ videatur nulla. quia hoc verum, cùm per imprudentiam vtriuſque partis omiſsio proueniſſet. deeſt enim tunc vtrinque conſenſus. Sed † Iuriſcõſultus hîc loquitur, quãdo promiſ- 8
ſor ſolus deceptus eſt, ſtipulator verò ciebat. vnde tunc non error, ſed dolus arguitur, quia conſenſus ſubtilitate iuris interfuit, & ita ſentiendum eſt, Alexandri diſtinctione reiecta, an poſt tractatum incontinenti ſubſecuta ſit ſtipulatio, an ex interuallo[r]. violat enim textus verba, quod & Iaſ. & ante eum Torquatus rectè cenſuerũt. Ad- I.
notandum eſt igitur ex hoc reſponſo, ex dolo, qui ſtipulationi incidat, eam non infirmari, ſed
C † exceptione duntaxat elidi. nam & in bonęfidei 9
cõtractibus idem receptum eſt, vt nec illi per incidentem dolum ipſo iure infirmentur[s], licet ſecus in eo dolo ſit, qui cauſam bonæfidei contractui dat[t]. contractus autem ſtipulationis, qui ſtricti iuris eſt, indiſtinctè qualicunq; ex dolo nõ fit irritus[u], ſed ſola exceptionis ope eliditur. Am- II.
pliùs † procedit hæc concluſio, non ſolùm ſi do- 10
lus ex propoſito interuenerit, ſed etiam ſi re ipſa. adhuc enim doli mali exceptioni locus erit, vt in
D lege noſtra dicitur. Sed dubitat, quemadmodum
† hîc re ipſa dolum accipiamus? & Alex. aliiq; Re- 11
centiores intelligũt, quoties enormis eſt in re ipſa læſio, vt quia ſupra iuſti pretij dimidium ſit erratum[x]. quæ ſententia in ſe vera eſt, ſed textus verba nimium reſtringit. Rectiùs igitur Bal. Imo.
Torquatuſq; poſt Veteres, vt † in re ſit dolꝰ, quo- 12
ties plus promiſſum eſt, quàm fuerat in tractatu concluſum. verbi gratia, cõueneram tibi ex cauſa donationis dare decẽ, perſuaſus dolo tuo fun-
E dum valentem duodecim promiſi: is dolus ex ꝓpoſito eſt. ſed ſi tu quoq; pretium ignorabas, dolus eſt re ipſa. igitur quamuis error citra dimidiũ iuſti pretij ſit, tamen exceptione mihi cõſuletur. cùm enim inter nos actum ſit, vt decem tantùm habeas, nulla eſt ratio, cur duodecim dẽtur. Nec
obſtat, quòd † inter contrahentes videatur per- 13
miſſa mutua circumuentio[y], & quòd maiori non ſuccurratur, ſi citra dimidium læſus ſit[z]. hoc em̃ verum in emptione & vẽditione pretij reſpectu.
F quia eius contractus natura eſt, & venditor, quãtò carius poteſt, diſtrahat, emptor quã viliſsimo comparet[a]. at vbi tractatus pręceſsit, actumque vtrinque eſt, vt ſola decem dẽtur, nulla eſt ratio, cur duodecim præſtare debeant. Nec me mouet Alexandri ratio, quæ exiſtimat, ſequenti promiſſione ex interuallo facta, cenſeri à priori tractatu receſſum. vnde & videmus, proteſtationem pręcedẽtem nunquam ad actum contrarium ex in-
teruallo celebratum trahi[b]. Reſpondeo enim le- 14
gem noſtram generaliter accipiendam eſſe, quomodocun-

e l. ſi tibi liberũ. de act. empt. l. iij. C. de don. ant. nup. ubi not.
f l. diui. §. licet de iur. codicil. l. cũ in plures. §. locator. locat.
g l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendũ. in fi. ʒ. de minorib.
h c. dudũ. uerſi. eo tamen. de cõuerſ. coniug.
i l. Titia. §. j. ȷ. eod. l. itẽ quia. in fi. de pac.
k l. ita ſtipulatus. ȷ. eo.
l l. interpoſitas. uerbo, ad vim. C. de tranſact.
m l. cũ poſtea. C. de pac. l. ij. C. de dolo.
n Lucas. l. quẽadmodũ. C. de agri. & cenſ. lib. xij.
o Bar. l. eũ, qui ita. §. qui ita. ȷ. eo.
p l. ij. §. & generaliter. l. apud. §. Labeo. ij. de doli except.
q l. j. in fi. de dol. excep.
r arg. l. per retẽtionem. C. de uſur.
s l. Iulianus. §. ſi uenditor. de act. emp.
t l. iij. in fi. pro ſoc. l. & eleganter. de dolo. ubi Bart.
u l. dolo. C. de inutil. ſtipul.
x l. ij. C. de reſcin. uend.
y l. in cauſa. §. idẽ Pomponius. de minorib.
z l. ſcio. de in integ. reſtit.
a l. ſi uoluntate. C. de reſcin. uẽd.
b d. §. locator. Bar. l. pacta nouiſsima. C. de inoff. teſt.



modocunq; conuenerit, confeſtim ante ſtipulationem, aut ex interuallo. nec enim hac in re diſtinguit Iuriſconſultus. nam & quotieſcunq; ꝓteſtatio futurum tempus reſpicit, & actus ſequẽs ad præcedentis tractatus executionem tendit, nihil refert, ſtatim, an ex interuallo ſit celebratus[a].
51 quod idem Alex. reſpondit. Dabitur † ergo exceptio doli, quomodocunq; dolus re ipſa interuenerit. Cuius cõcluſionis ea eſt ratio, quia licet ſtipulator cõtrahendo dolum non cõmiſerit, tamẽ ex tali ſtipulatione petendo dolo facit[b]. idque omnes probant. Vnde conſequens eſt, vt ſi ſtatutum doli mẽtionem faciat, etiam de hoc intelligatur, qui re ipſa fit, non quidem perſpecto contractus tempore, quod Iaſ. rectè negat[d]: ſed petitionis. tũc enim etiam propriè dolus committi-
III. tur. Amplius quoq; illud receptum eſt, vt † non
16 ſolùm doli exceptio promiſſori detur, ſed etiam ſi ſoluerit, detur ad repetendũ actio de dolo, quæ poteſt hoc caſu cum condictionę indebiti, tanquam generaliori, cõcurrere[d], quæ ſententia aduerſus ſtipulatorem, qui ex propoſitio dolũ commiſit, probabilior eſt: tũ, quia exceptio doli perpetua eſt[e], & qui tutus exceptione perpetua indebitum ſoluit, repetere poteſt[f]: tum, quia talis exceptio videtur hoc caſu fauorabilis, quia oriẽ ex tacito pacto[g], nempe ex eo, quòd partes in tractatu cõuenerunt, licet dolo ſtipulatoris in ſtipulatione ſit omiſſum[h]. Probabilior igitur eſt dubitatio, ꝗd cùm dolus re ipſa interuenerit. nihil enim videtur hoc caſu ſtipulatori imputandum, qui ipſe non deliquit. Facilitati ergo ſuę tribuat promiſſor, qui ſoluit, & ideo exceptionem remiſiſſe cenſetur, contractumq; approbaſſe[i]. nam & hoc caſu exceptio doli ſolùm datur, quia ſtipulator petẽdo videtur dolo facere. quę ratio ceſſat, cùm non petit, ſed iam recepit. & ita ſenſit Azo,
17 quem Ang. Aretinuſq; ſunt ſecuti. Verùm † alij frequentiùs cõtrarium approbarunt, vt tum quoq; condictio indebiti detur[k]. conſtat enim talem exceptionẽ, cùm aduerſus eum detur, qui à principio dolum non commiſit, indiſtinctè fauorabilẽ eſſe[l]. vnde qui ſoluit, nihilominus poteſt repetere[m]. Subiicit Imol. ſi in traditione dolus interueniſſet, actionem quoq; de dolo poſſe competere. quæ ſententia probabilis eſt, cùm vtrũq; caſum hîc æquiparari videamus. Sed † quid in
IIII. promiſſore dicemus, qui re ipſa dolum comiſit?
18 vt quia ſtipulatori maſſam æris tradidit, quę auri credebatur. & idem eſſe Bart. cæterique tradiderunt, vt quod hîc de ſtipulatore dicitur, in ꝓmiſſore quoque vice mutua locum habeat, niſi tamẽ ex cauſa lucratiua promiſſor teneretur. eo enim caſu Paulus ait, ſolùm eum ex clauſula doli mali conueniri, qui ſciẽs fefellerit[n]. Raph. tamen indiſtinctè non teneri promiſſorem credidit, cùm ſolùm re ipſa dolus interuenit, quia generaliter Paulus loquitur, nec lucratiuam cauſam ab oneroſa ſeparat. Ego Raphaelis ſententiam, quod ad actionem de dolo pertinet, ſequor: poſſe tamen aduerſus commiſſorem agi, ex cõmuni ſententia exiſtimo, quatenus cum aliena iactura lucrum fa-
V. ceret[o]. Sed quid in cõtractibus bonęfidei reſpõdebimus, an dolus reipſa eos ipſo iure vitiet? & nõ putarim, cùm huiuſmodi dolus veritus ſit[p]. nam nec ex dolo incidenti, id eſt, qui caſum contractui non det, infirmãtur[q]. Sequitur ergo, vt iure exceptionis ſolùm contractus imminuatur[r]: & ſicut exceptio doli ſtipulationem elidit, quæ ſtricti iuris eſt, multò fortiùs adiuuari promiſſor in bonæfidei contractu debet. Vnde ſi venditor ſupra dimidium iuſti pretij lęſus eſt, adhuc tamẽ ei lex ſuccurrit[s], quãuis contra naturã emptionis ſit, in qua (vt ſuprà dixi) licitũ eſt cõtrahentibus ſe in pretio circumuenire[t]. Qua ratione ge-
neraliter receptum eſt, quoties † tam enormis lę- 19
ſio interueniat, ſemper quibuſcunq; in contractibus ſuccurri[u]: in iudiciis ſtricti iuris, actione, vel exceptione doli ſecũdum legem noſtram: in his
A quæ bonæ fidei ſunt, actione ex eo contractu, vel
alio modo[x]. Sed quid, ſi contractui bonæ fidei VI.
acceſſerit ſtipulatio? & cùm tali caſu ſeruet naturam ſuam ſtipulatio, ſicq; ſtricti iuris[y], attendendum erit ad actionem, quæ intentata proponatur, vt quælibet ſecundum propriam naturam diiudicetur. quod ſuprà in rubrica diſputaui, & ma-
nifeſtè ſenſit hîc Accurſius. Vtriuſq; autem iudi- 20
cij ea eſt natura, vt enormi ex læſione ſemper ſuccurrat. Fortiùs cenſuit Bar. hoc caſu priuilegia,
B quæ contractui bonæ fidei competunt, etiam ad ſtipulationem extendi, quæ ei ſubiecta ſit[z], nec quicquam referre, ſi contractum bonę fidei nouari per ſtipulationem actum ſit. nouat enim cum
qualitatibus, quæ primæ actioni competebant[a]. 21
Ego † non arbitror, nouato per ſtipulationem vẽditionis contractu, agi ampliùs ex vendito poſſe[b], ſed ſolùm ex ſtipulatu actionem ſupereſſe, quam ex ſua natura cenſeri ʒ. in rubrica oſtendi: nam & Vlpianus, ſi lex contractui venditionis di-
C cta ſit, obligari nos per ſtipulationem, vel venditionem ait[c]. quo in loco diſiũcta legis vim ſuſpẽſiuę habet[d]. Obligamur per venditionẽ, ſi lex pacto incõtinenti adiecto dicta ſit: per ſtipulationẽ,
ſi ſtipulatio acceſsit. Sed † quid in tranſactione? VII.
& alibi oſtendi tranſactionem ſtricti iuris[e]. Et id- 22
eo ſi dolo facta ſit, legi noſtræ erit locus. ſi † per 23
euidentem calumniam, erit ipſo iure nulla. non enim ſubeſt tunc incertitudo, quæ ad tranſactionis ſubſtãtiam pertineat[f]. ſi verò nullus ex pro-
D poſito dolus ad fuerit, ſed reipſa enormis acceſſerit læſio, non ideo reſcindi eam verius, receptiuſque eſt[g]. quæ à me alibi diſputata[h] hîc referre ſuperuacuum iudicaui. Vnde infertur, ſi † quis im- 24
modicè arbitratoris laudatiuo læſus ſit, & ideo reduci illud ad boni viri arbitrium petat[i], læſionem ex iure rei valore æſtimari, non autem perpenſo (vt Bar. cẽſuit) litis euentu. ſicque ſe habet receptior ſentẽtia, quod & Alex. teſtatur. Nec du-
E bitandũ, quin vera ſit eo caſu, quo arbitrator ad diſcernendam cauſę veritatem electus ſit, vt quia alicuius rei pretium conſtituere debeat[k], vel aliter ſecundum ius aliquid diſcernere[l]. Defendi tamen Bar. ſententia, quæ & ipſa multos habet aſſertores, põt[m] eo caſu, quo arbitrator tantum de iure patris imminuiſſet, quãtum veriſimiliter diligẽs paterfamiliâs facti vexationem fuiſſet redempturus[n]. id enim iuſtum rei pretiũ minuit. Quomodo autem huiuſmodi laudatiuum tranſ-
actioni æquiparetur, alibi oſtẽdi[o]. Sed † finga- VIII.
F mus renuntiatum fuiſſe doli mali exceptioni, an 25
effectum, non obſtante læſione, habebit contractus? & Bar. non habere cẽſuit, ſed adhuc legi noſtræ eſſe locum, quia talis renuntiatio quędã donatio eſt, quam nemo ignorans facit. vnde talis clauſula ad modicam quantitatem referri duntaxat debet, quæ iure cuiuſdam acceſſionis conceditur, non ad enormem: cùm, qua facilitate quis læditur, eadem & renuntiet[p]. Probaturque communiter hæc ſententia. nam & idẽ videmus, cùm quis condictioni indebiti renuntiat[q], aut exceptioni

a l. ſi uerò. de Aedil. edict. d. l. ſi tibi liberum. Alex. conſ. xxvij. in iij.
b l. ij. §. itẽ quæritur. de doli excep. l. apud Celſum. §. Labeo. ij. eo. tit.
c gl. uerb. dolũ.
d l. ſi legatarius. cum gl. ʒ. de dolo.
e l. purè. in pri. de doli excep.
f l. ſi non fortẽ. §. indebitum. de con. indeb. Bal. l. ij. C. quod metus cauſ. Imol. Pau. Lud. Alex. Iaſ.
g l. qui ſe debere. uer. doli mali. de cond. ob cauſ.
h l. creditori. ubi dixi, C. de pact.
i l. ij. C. ꝙ metu. cauſ.
k d. §. indebitũ.
l Bar. l. ij. q. iij. C. de reſcin. uẽd. d. l. qui ſe debere. l. damus in fi. l. in ſumma in princ. de cõd. indeb.
m l. qui exceptionem. de cõ. indeb.
n l. ſi id, quod aurum. ʒ. eod.
o argu. d. l. in ſumma. §. pen.
p arg. l. metũ. §. uolenti. quod met. cauſ.
q d. l. Iulianus. §. j.
r l. qui nondũ. C. de hær. uend.

L. 26. Siqs cũ aliter.

s d. l. ij. C. de reſcind. uend. ubi Bar. q. j.
t d. l. ſi uoluntate.
u l. ſi ſuperſtites. de do. d. l. interpoſitas. gl. l. ſi ex cauſa. §. in dotis de minor. Bar. d. l. ij. q. iij.
x d. l. ij. ubi Bar. q. j. gl. ij. C. com. utr. iud.
y l. in bonæ fidei. de eo, quod cer. loc. Bar. l. ſingularia. ſi cer. pet.
z l. ij. §. & parui. de priui. cred. l. ſi ſerui. de leg. j.
a l. aliam. ȷ. de nouat. l. iiij. ʒ. de uſuris.
b l. j. de nouat. Bar. l. qui bis. ʒ. eod. iij. opp. d. l. ſingularia. vj. ſpeciali.
c l. uenditor. com. præd.
d Bar. l. ſi is, qui duceta. §. utiũ. 5. opp. de reb. dub.
e dixi in reb. C. de tranſact.
f d. l. in ſumma in princ.
g l. Lucius. §. fi. ad Trebel.
h l. quamuis. & l. interpoſita. C. de tranſact.
i l. ſi libertus ita iurauerit. ʒ. de oper. liber.
k l. hæc uenditio. de cont. em. l. fi. C. eod tit.
l l. unde ſi Neruæ. pro ſoc. c. ueniens. c. Quintauallis. de iureiur.
m arg. l. cũ his. §. ſi cũ his. de trãſact.
n c. dilectus. de ſimon.
o l. 7. C. de tranſact. Bar. l. q. ſi Epheſ. de eo, ꝗd cer.
p l. doli. §. diuerſum. eo. tit.
q l. fi. §. idẽ quæſit. de cond. indeb. ubi Bar.

a Bar. l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecun.
b l. qui iure. de teſt. mil. l. ſub prætextu. C. de tranſact.

ptioni non numeratæ pecuniæ [a]. Nec obſtat, ꝙ videatur in genere cogitaſſe: & ideo talis renunciatio perinde ei nocere debeat, ac ſi ſpecialiter eſſet facta [b]. quia reſpondeo efficaciorem eſſe erroris præſumptionem, quę ex tanta læſione percipitur.

I. Et ideo cùm conſtet eũ erraſſe, eadem imperitia in renũtiatione præſumitur, quę in contractu fuit. Oporter igitur, vt renuntiatio valeat, verba adeò eſſe, vt cogitaſſe eum de tali læſione appareat, vt quia ſpecialiter huic legi derogarit.

c l. ſi quis donationis. de contrah. empt. dixi c. cũ contingat. extrà, de iureiur.
d l. quiſquis. C. de reſcind. uẽd.

## LEX XXXVII. PAVLVS LIB. XII. ad Sabinum.

A SI certos [a] nummos, putà qui in arca ſint, ſtipulatus ſim: & hi ſine culpa promiſſoris perierint, nihil nobis debetur.

II. Sed † quid, ſi in contractu venditor dixerit ſe
26 tanti vendere, & quatenus res plus valeat, ſe donare? & valet pactio, videturque ſpecialiter renuntiatum, ſi venditor iuſtum pretium veriſimiliter ſciat [e]: credendumq́; in dubio eſt, eum, qui vendat, taléque clauſulam adiiciat, ſciuiſſe [d], niſi (vt ego arbitror) conditionaliter locutus ſit, *Et ſi plus valet*, &c. conditio enim incertum oſtendit non habuiſſe eum veri valoris certitudinem. itẽque, niſi ex qualitate perſonæ aliquid videatur. Quoties ergo venditor iuſtum pretium ignoret, quod in minore, muliere, ruſtico, pręſumendum videtur [c], cenſuit Bar. ad modicam ſummam donationem reſtringi [f], & ideo reſciſsionem contractus non impediri.

e d. uerſic. diuerſum.
f l. hac adiectio. de uerb. ſig.

27 Finge † igitur: res valebit viginti, idemq́; mille, & fuit quingentis vẽdita: propter talem clauſulam videntur donare viginti: vnde læſio citra dimidium iuſti pretij non eſt. Nunquid autem hæc donatio ſtricti iuris ſit, probabiliter dubitari pòtuit. licet enim regulariter donatio bonæ fidei non ſit [g], tamen hoc caſu videtur eſſe, cùm ex pacto inducat, ꝙ bonæ fidei cõtractui ineſt [h]. & ita hìc cenſuit Bar. Sed an donatio huiuſmodi clauſula inducta, ſi legitimum modum excedat, inſinuatione indigeat? & Claudius diſtinguit, vt ſi inter pſonas ꝓhibitas fiat, cẽſeatur vera donatio, neceſſariaque ſit inſinuatio:
28 ſecus inter alios [i]. Ego † generaliter requiri inſinuationem crediderim, aliàs facilè via fraudandæ legis pararet [k]: idq́; receptius eſt, vt Alexã. ait.

g §. actionũ. Inſtit. de act.
h Bart. l. pacta, quę cõtra. C. de pac
i arg. d. l. ſi quis donationis.
k l. cũ hic ſtatus. §. ſi inter. in fin. de dõ. inter uir. & uxor.

III. Sed pone: aliquis † equum vendidit, emptoriq́;
29 prædixit ſuſpirioſum, vulſum, ſuffraginoſum, tabidũ, ileoſum eſſe, cum omnibuſq́; eum morbis vendere, an immodica læſio, quæ re ipſa interuenerit, cẽſebitur renuntiatione excluſa? & ſi latente aliquo morbo afficiebantur, quẽ ſciens vẽditor tacuerit, receptũ eſt proteſtationis illius inuolucro non excuſari [l]. quod poſt Veteres Alex. hìc tradit: aliàs ex ignorantia excuſaretur [m], nec re ipſa læſio induceretur, ꝙ tali ex morbo minoris animal ęſtimaretur. præſtabit igitur venditor
IIII. ſuprà ſcripto caſu eũ duntaxat dolum, qui ex ꝓ
30 poſito ſit, nõ qui re ipſa. Sed † nunquid propter auctoritatem iudicis cẽſebitur ſublata exceptio, quæ ex dolo reipſa prouenit? & cõſtat difficiliùs præſumi hanc lęſionẽ, quãdo iudicis decreto res celebrata ẽſt [n]. Si tamẽ probetur, nihil impediet, quin adhuc legi noſtræ ſit locus [o]. Quod & in re ſub haſta vẽdita receptum eſt, quamuis aliàs ſubhaſtationis ſolennia faciãt videri nullam re ipſa ſubeſſe lęſionẽ. Superabit igitur veritatis probatio hãc coniecturã, ꝙ aduerſus Caſtrẽſem Alexãder exiſtimat, etiã ſi lege municipali cautũ ſit, vt res ſubhaſtetur, & plus offerẽti detur.
31 Sed † quid in adiudicatione, quæ creditori fiat? & ſi extra iudicium fiat, idem erit dicendum, vt ex immodica læſione ſuccurratur debitori [p]. Si verò à iudice executio in pignoribus facta ſit, ſecus eſt [q]. æquiparatur † enim hæc addictio tranſactioni, quã ex huiuſmodi læſione non reſcindi ſuprà diximus.
32

l l. tenetur. §. fi. l. quæro. de act. empti. l. ea, quę. in fi. de cõtrah. empt.
m l. quærítur. §. ſi uenditor. de Aedil. edict.
n l. j. C. de præ. decur. lib. x.
o l. ij. C. de fid. inſtru. lib. x. l. j. C. de præſcript. xxx. an. ubi Bartol.
p l. ſi prædium. C. de euict. Old. conſ. xxxvj.
q l. à diuo. §. ſi pignora. de re iud.

## LEX XXXVII.

1 *Quantitatis certæ interitus ad ſtipulatorem pertinet.*
2 *Vt de ſpecie, ita de quãtitate, ceu ſpecie debita, iudicamus.*
4 *Fallentiæ ad regulam textus.*

SI CERTOS [a]. ¶ Quoties † quantitas tanquam certa ſpecies debetur, periculo ſtipulatoris petit. Nã & videmus, quoties contẽplatione ſpeciei quantitas debetur, perempta ſpecie debitorem liberari [r], niſi tamẽ debitoris culpa arguat, vt quia in accipiendo iudicio moram fecerit, vel negligentiam commiſerit, ex qua lucrum ipſe faceret, & creditor damnum [s]. repugnat. n. æquitas, vt id tolleretur [t]. Quod & in eo receptũ eſt, qui aliàs locupletior fieret, vt quia apud ſe pretium haberet, quod in vniuerſalibus loco rei ſuccedit [u]. Idemque, cùm expreſsè actum eſſet, vt etiam ſpecie perempta non liberetur debitor [x]. Quæ omnia à me alibi latiùs tractata. hìc non repeto. Adnotandum hinc eſt igitur idem † de quantitate iudicari, quæ vt certa ſpecies debetur, quod de ipſa ſpecie iudicaretur [y]. Quod intelligendum, cùm conſtat eam quantitatem tanquam ſpeciem deberi, vt quia non ſolùm pecuniæ, ſed & loci, vbi repoſita ſit, debitor meminerit, puta centum, quę in arca habeo, &c. Si † enim locus adiectus non ſit, ſecus eſt, vt dixerit, cẽtum quæ apud me depoſita ſunt [x]. Sed & ſi locus ſolùm demonſtrationis cauſa adiectus ſit, non videtur pecunia tanquam ſpecies deberi, vt ſimpliciter purè ſit promiſſum, licet deinde demonſtratum ſit, vnde pecunia commodè ſumi poſsit [a]. Idemq́; eſt, ſi quis centum promittat, quæ apud campſorem habet. ſi enim campſori non tanquam ſpeciem in ſacculo dederit, ſed ſimpliciter ei numerauerit, tãquam genus debetur [b]. Idem, ſi ſpecialiter ſit ſubrogata pecunia. non enim ideo tãquam ſpecies debebitur [c]. Addit Accurſius, nec tunc in ſpecie deberi, cùm non relatione ſubſtantiæ, ſed quantitatis vſus eſt promiſſor, veluti pretij, quanti in arca habeo [d]. quæ ſententia communiter probatur. Sed Aret. hìc diſſentit, quia nomina numeralia quantitatem ſignificant, & tamen eorum adiectio nõ impedit, quin pecunia tanquam ſpecies debeatur [e]. quæ ratio non ſat firma eſt, cùm hæc vis nõ numerali nomini, ſed relationi ſubſtantiæ tributa ſit, vt certam ſpeciem deſignet. Suprà ſcriptis igitur caſibus non procederet legis noſtræ regula, quia in eis non vti ſpecies, ſed tanquam genus pecunia debetur. Cæterùm † & quandoq́; huiuſmodi pecunia non planè tanquã ſpecies habetur, veluti cùm de compenſatione agitur. quamuis enim de ſpecie ad quantitatem compenſatio non admittatur [f], tamen de hac quantitate, quæ vt ſpecies debita eſt, ad aliam quãtitatem admittitur [g], excepto tamẽ, ſi rei vẽdicatione agatur [h]. quod frequentiore calculo receptum videtur. Addit

a 1
r l. in naue. in fi. loc.
t l. electio. §. is, qui. de noxal.
t l. hominem. mandat.
u l. ſi poſſeſſor. §. fi. de pet. hær.
x l. fundũ Cornelianũ. de nouat.
y l. talis. uerſ. ſi legetur. l. planè. j. uerſ. ſed ff. de leg. j.
2
I.
z l. j. §. pen. ubi gl. & Bart. de dot. præleg.
3
II.
a l. quidam teſtamẽto. de leg. j. Paulo. §. Iulianus. de leg. iij.
III.
b l. Lucius. l. j. & l. die. §. j. de poſit.
c l. uir uxori. de dot. præleg.
IV.
V.
d l. hæc uenditio. de contrah. empt.
e l. ſi ſeruus. §. qui quinque. de leg. j. l. j. §. ſi x. ut leg. no.
f l. ſi conſtat. C. de compenſat.
I.
II.
4
g l. fi. in fi. C. de compenſ. arg. à ſpeciali.
h gloſ. l. ſi creditor. §. j. de pecul. Bar. l. cũ fundus. §. ſeruum tuũ. ſi cer. per. ubi dixi.



III. Addit † Iaſ. cauſa euitandæ pœnæ hanc inter-
5 pretationẽ fieri poſſe, vt huiuſmodi pecunia tãquam ſpecies non ſit. Vnde cùm teſtator mihi legaſſet mille aureos, quos in arca habebat, & ſi hęres eos non dederit, talem fundum, cẽſuit, vt fundi pœnã euitet hæres, ſufficere, ſi eiuſdem notę alios mille numeret. cùm enim mea nõ interſit, nec vnquam interfuerit magis illos, qui in arca erãt, habere, quã alios [a], nõ debet pœna cõmitti [b]. Sed tamen ſuprà ſcripto in exemplo Huber. Diu. Bart. Alber. cæteriq́; diſſentiunt omnes. Ego Iaſ. ſententiam in pœna ex neceſsitate ſtipulationis prætoriæ promiſſa veram tantùm arbitror: quia ea niſi aliquatenus interſit, aut interfuerit, non committitur [c]. ſicut & cùm quis indirectè contrà facit. quibus caſibus exceptis ſecus eſt [d], & ideo in ſuprà ſcripto exemplo aliorum receptiorem
IIII. ſententiam ſequor [e]. Illud † quoque mihi vide-
6 tur, vt propter naturam actus quandoq́; à cõcluſione recedamus. Pone igitur: vendidi rem tibi pro pretio, quod in arca habeo, an erit venditio? & Accurſ. negat [f]: quia cùm pecunia tanquã certa ſpecies promiſſa ſit, huiuſmodi potiùs contractus innominatus eſt [g]. quam ſententiam ego ſequor, cùm etiamſi vera ſpecies loco pretij tradita ſit, nihilominùs ſit venditio [h]. Accurſium igitur duntaxat ſequerer, cùm pretij mentio facta non eſſet [i], aut verbum *Vendo*, non fuiſſet adiectũ. Hinc apparet, ex natura contractus fieri interpretationem, ne talis pecunia loco certę ſpeciei cenV. eatur. Sed † quid, ſi ſtipulatio ſic concepta ſit?
7 *Promittis mihi decem aureos? Promitto x. quos in arca habeo.* & videret non valere, tanquam interrogatio & reſponſio de diuerſis rebus ſint [k]. ego tamen valere arbitror, quia reſponſio certæ ſpeciei eſt, quæ ſub interrogatione generali contineri poteſt [l]. Quid † ergo, ſi promiſſor neget ſe in arca qe
8 quam habuiſſe? & putarim non excuſari. cùm enim de facto ſuo tractetur, in quo non eſt probabilis ignorantia [m], credendum eſt, fuiſſe in eo loco decem, niſi ipſe probet oppoſitum. quod non diſsimili in caſu elegãter Raph. cenſuit. Vnde cõſequens eſt, vt in caſu legis noſtræ probatio ad promiſſorem pertineat, eos nummos ſine culpa ſua periiſſe.

a l. nummis. de in lit. iur.
b l. qui autẽ. §. j. ſi quis caut. ubi Bart.
c d. §. j.
d l. ſequenti. §. alteri. Bar. l. ij. §. fi. ff. eod.
e l. ſed ſi certos. uer. neque per permutationem. de leg. j.
f d. l. hęc uenditio. §. j.
g l. fin. de cond. ob cauſ.
h l. pretij. C. de reſcind. uend.
i l. fi. C. de pred. dec. lib. x. dixi l. ij. in prin. ſi cer. pet.
k l. inter. §. ſi ſtipulante. ff. eod.
l Bar. l. j. §. fi. ff. eod.
m l. fi. ff. ꝓ ſuo. Raph. l. cũ ita. §. ſpecies. de leg. ij.

## LEX XXXVIII. VLPIANVS *libro* 49. *ad Sabinum.*

A STipulatio iſta HABERE [a] LICERE SPONDES? hoc cõtinet, vt liceat habere, nec per quẽquam omnino fieri, quò minùs nobis liceat habere. quæ res facit, vt videatur reus promiſiſſe, per omnes futurum, vt tibi habere liceat. videtur igitur alienum factum promiſiſſe.

## LEX XXXVIII.

1 *Stipulatio Licere habere, quid ſignificet, requiratq́;.*
4 *Factum alienum ſub pœna promittitur.*
6 *Stipulatio facti, vel alieni, vel proprij, qualiter diſcernatur.*
18 *Promiſsione Habere licere, obligantur ſucceſſores.*
26 *Ratio inualidæ promiſsionis facti alieni.*
35 *Promiſsio defenſionis de iure et facto, compræhendit vim armis illatam.*
36 *Dictio Protectio, generalis eſt.*
39 *Defenſio de facto interdum etiam ſine vi intelligitur.*
40 *Iniuria iudicis comparatur caſui fortuito.*
44 *Interpretatio de defendendo etiam ex qualitate perſonarum & rei quandoq́; fit.*

L. 38. Stipulatio iſta.

STIPVLATIO ISTA, HABERE [a]. ¶ Stipulatio † *Habere licere*, ſignificat per neminem fieri, cõtrouerſiámve moueri, quò minùs ſtipulator habeat. non committitur tamen, niſi ex facto proprio promiſſoris, vel ſucceſſorum ſuorum, niſi vel pœna, vel quãti intereſt, promiſſum ſit. Sed videretur non adeò latè accipi eã ſtipulationem debere, ſed potiùs reſtringi, vt eatenus promiſſor cenſeatur ſpopõdiſſe, quatenus factũ ſuũ, vel ſuorũ pręſtare põt. quia verba
B generalia ſecundum potentiam reſtringuntur [n], ſicut & verba indefinita ſecundum cuiuſq́; facultatem coarctantur [o]. videturq́; hoc ſenſiſſe Bart. qui ſuprà ſcriptam interpretationem ex rigore verborum ſolùm procedere ait, nõ aũt iuris interpretatione. Ego aũt accepi, in † quacũq́; materia verba in tantum declarari, quantum eorum generalitas ferre poteſt [p]. Et † ideo qui promittit habere licere, etiam alienum factũ promittere cenſetur. quiſquis enim impediat, verum eſt, ſti-
C pulatorem non habere [q]. non condemnabit aũt promiſſor reſpectu facti alieni, nõ quòd illud nõ promiſerit, ſed quia lex talem promiſsionem regulariter non probat, vt hìc dicitur. Nec ideo tñ actus reſpectu extraneorum inutilis vitiabit vtilem, quin ſaltem reſpectu proprij facti valeat [r]. Vnde conſequens eſt, vt in caſibus, quibus promiſsio facti alieni alicuius effectus eſt, promiſſor obliget: verbi gratia, quãtum ad naturale vinculum pertinet [s]. nam & Pontanus, Imo. Are. aliiq́;
D Recẽtiores cõſentiunt, ſi † huic ſtipulationi ſubiecta eſſet pœna, eam facto extranei committi [t]. quod verum non eſſet, ſi verba factum eius non compræhenderẽt: idq́; & veteres ſenſerũt. apparet ergo facti alieni promiſsionem non cenſeri à lege prorſus impoſsibilem [u]. quod & Raph. & Iaſ. hìc rectè docuerũt. alioquin nec ei ſubiecta pœna valeret [x]. Hinc quoq́; ſequitur, vt ſi verba ſtipulationis ſint imperſonaliter prolata: putà, *Non fieri, quò minùs tibi habere liceat*, de omnibus quidem per-
E ſonis etiam extraneis ſtipulatio intelligatur, ſed tamen ſolius promiſſoris, ſeu eius ſucceſſorum facto committatur, tanquam intelligatur non fieri, ſcilicet à me. quod Cin. & Raph. videntur exiſtimaſſe [y], quod & ego probo. Nam † & ſi quis promiſerit, *Nec per ſe, nec per alium fieri*, generaliter ſtipulatio intelligetur. Non committetur tamen, niſi ex promiſſoris facto, vel alius, quem promiſſor prohibere poſsit, vt quia hæres, ſeruus, filiusfamiliãs, ſeu promiſſoris ipſius procurator. quod
F hìc Aret ſenſit [z]. Sed † quomodo diſcernemus factum proprium ab alieno? & ſi quis ſpoponderit ſe facturum, quòd Titius tale quid operabitur, dictio illa *Facturum*, oſtendit de propria cura, cum effectu tamen promiſſorem agere [a]. Sed † & cùm quis promiſit *per ſe non fieri*, &c. cẽſetur promiſiſſe ſimpliciter ſe curaturũ [b], appellatione enim facti continetur proprium factum [c]. qua de re infrà. Idem † ego arbitror in eo, qui ſimpliciter rem ſuã promittit habere licere. nõ † enim ad alienum factum tenet, vt hìc dicitur, ſed ad ſuũ. quia

a 1
2
n l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. §. hi, qui. §. ſeq. ff. ea. l.
o l. eum debere. de ſer. urb. pręd. l. ſi ſeruus uetitus de leg. j.
p l. cũ lege. de teſt.
3
q ff. ea. l. §. ſi qs dolũ. ubi Ang. Bald. Mod. & Raph. Imo. Alexan. Rom. Pau. Aret. hic.
r l. j. §. pe. ff. eod.
s gl. §. alteri. ff. ea. l.
t l. nouiſsima. uerſ. pe. ff. iud. ſol. & ff. d. §. ſi quis dolum.
4
u l. ſi apud. C. de Aedil. act.
x l. ſi homo mortuus. ff. eod.
y arg. l. illa. §. cum qui. ff. eod. l. fi. in fi. ubi dixi, ſi cer. pet.
z arg. not. in l. fluminum. §. quanquam. de dam. inf.
a Bart. l. illa ſtipulatio. §. j. ff. eo. l. ſi hęres iuſſus. de leg. j. dixi l. fi. §. fi. ſi cer. pet.
5
b l. in illa. ff. eo.
c l. iiij. §. Cato. ff. eod.
I.
6
II.
7
III.
8
9

quia ſe curaturum videtur ſpopondiſſe. ſicq; reiectis Doctorum diuinationibus inferiùs Vlpiani reſponſum interpretor[a]. Satis ergo eſt, ſi quod in ſe eſt, curet, præſterque non ſuum tantùm, ſed & eorum, quos prohibere poteſt, factum[b], niſi ſubiecta pœna proponitur, & de re aliena ꝓmiſſum ſit. Non enim tunc de ſola cura actum videri poteſt, cùm nō ideo in re aliena fieri poſsit, vt habere liceat. quod ſec9 eſt in re propria. Meritò ergo tali caſu non de cura, ſed de effectu actū videtur, quem effectum res non habet, niſi propria promiſſoris eſſe cœperit[c].

**nemo autē alienū factū promittendo obligatur. & ita vtimur. ſed ſe obligat *a*, ne ipſe faciat, quò minus habere liceat. obligatur etiā ne hęres ſuus faciat, vel qs cæterorum ſucceſſorum efficiat, ne habere liceat.**

IIII. Sed † & quotieſcunque factum alienum
10 in conſequentiam proprij venit, cenſetur factum
proprium. vnde valet ſtipulatio, quia quis promittit talem ſeruum furem non eſſe, fugitiuum non eſſe. principaliter enim agitur, vt promiſſor ſeruum qualitatis probæ det, vel vt cuſtodiat, ne
V. corrūpatur[d]. Qua † ratione & vēditor, qui rem
11 habere licere emptori promittit[e], etiam cuiuſcunque euincentis factum præſtare cogitur[f], quia ex contractus natura principaliter hoc agit, vt dominium, vel vſucapiendi conditionem in emptorem transferat, licet in conſequentiam, vt id factum cenſeatur, oporteat à nemine rem euinci. Tametſi ergo ſi duplæ pœna ſtipulationi iſti ſubiecta non ſit, exiſtimarem non ex ſtipulatio-
12 ne, ſed actione ex empto duntaxat agi[g]. pœna † enim facit, vt etiam factum tertij præſtetur, iudicabiturq; hæc ſtipulatio ſecundum propriā, non ſecundum præcedentis contractus naturam, qđ
VI. infrà attingam[h]. Eôdem † pertinet & cùm qs
13 certam perſonā ꝓ ſe fideiuſſurā promittit[i]. principaliter enim factum ſuum promittit, ſe cautā
VII. tali fideiuſſore rē facturum. Idemq; † de eo, qui
14 ſeruum vel hominem ſiſtere promittit. quod infrà traditur[k]. cenſetur enim factum ſuum curāq; principaliter promittere. quod & Cin. cenſuit[l]. & aduerſus Bar. ſententiam[m] verius videtur[n].
VIII. Sed † quid, ſi factum alienum quis promittat,
15 adiecta clauſula, *Omni meliore modo, &c.*? & putarim eius clauſulæ virtute effici, vt proprium factum
IX. videatur promiſiſſe. Sicut aliqui exiſtimarūt,
16 quoties † iuriſiurandi religio acceſſerit[o]. par enim eſt iuramenti & ſuprà ſcriptæ clauſulæ efficacia[p]. Suadet hoc & ratio. qui enim factum alienum ſpondet, non obligatur, quia alienum promittere non poteſt: ſuum non videtur voluiſſe, cùm verba hoc non ſignificēt. at cùm addidit ſuprà ſcriptam clauſulam, verba hoc ſignificant.
X. Idem quoque aliquis putauerit, ſi promiſſum ſit, quòd Titius faciet cum effectu. videtur enim ea promittentis eſſe intentio, vt id, quod intereſt, refundat, niſi Titius fecerit. Sed Aret. contrarium reſpondit[q]. non enim huius vocis expreſſio factum proprium vllo modo reſpicit. ſi tamē veriſimile ſit, niſi effectus ſequeretur, non fuiſſe partes contracturas, defendi poteſt tali caſu reſciſsionem contractus cōcedendam. quod à Socin. reſponſum extat[r]. In † prætoriis quoque ſtipulationibus, qui factum alienum promittit, tanquam propriam cauſam cum effectu promiſerit, obligatur[ſ]. Quod & in matrimonio ſecundum iuris canonici æquitatem quidam producunt[t]. ſed hac de re nos alibi.

a l. inter. in pric. ꝟ. eod.
b d. l. fluminū. §. quanquam.
c ꝟ. ead. l. §. quæſitum.
d l. non impoſsibile. ubi Paul. ff. de pact.
e l. habere. de euictio.
f l. emptorē. §. fi. de act. emp.
g arg. l. ſeruus, quē. de act. emp.
h §. ſeq. uerſ. diſtractum.
i l. qui autem. §. ſed & ſi quis. de conſt. pec.
k ꝟ. ea. l. §. pe. l. quoties quis. ꝟ. eod.
l l. j. q. vñ. C. de procur.
m Bar. hîc. 2. op.
n Ruin. Iaſ. d. l. quoties quis. gl. 63. diſt. tibi. in fi.
o gl. c. ex literis. c. ſicut. de ſponſ.
p l. cū pater. §. filius matrem. de leg. ij.
q Aret. conſil. cxliij.
r l. cū te. ubi Salic. C. de pact. inter emp. Socin. conſ. xxvj. in iij.
s l. quoties quis. ꝟ. eod.
t gl. xxx. q. ij. c. ubi non eſt. Alex. Iaſ. hîc.

SED SI SE OBLIGAT *a*. ¶ Qui † ergo promiſit habere licere, factum ſucceſſorem promiſiſſe intelligit. cuius rei ea eſt ratio, quia talis promiſsio generalitate verborum comprehendit omnes etiam extraneos: ſed committitur tantùm ex facto, quod præſtare promiſſor poteſt, vti hæredum, eorum, quos in poteſtate habet, vel filiorum, vel ſeruorū[x], vel etiam procuratoris ſui[y]. Quid autem de ſucceſſore particulari ſit, infrà attingemus[z]. Sed quid, ſi promiſſor taxatiuè locutus ſit? & videtur adhuc obligari hæredem. nam † dictio *Se*, ſicut & pronomen *ipſe*, taxationem ſignificat, videnturque promiſsionem merè perſonalē efficere[a], in noſtroq; reſponſo ſunt huiuſmodi verba, & tamen hæredem obligari hîc dicitur. Suadet hoc & ratio. cùm. n. hæc ſtipulatio ad hæredem ex perſona defuncti transeat[b], omne, quod in defuncto conſtitutum fuiſſet, etiam in hærede locum habere debuit, qui fingitur eandē ſuſtinere perſonam[c], ſoletq; † dictio taxatiua ſimilis caſus nō excludere[d]. Vnde † lex de matre & auia ſolis loquens, proauiam non excludit[e]: & de filio ſolùm loquens, nepotem, aut quemlibet alium, qui primum locum in parentis poteſtate teneat, non cenſetur, reiicere[f], nam & qui promittit pro facto ſuo tantùm, auctoris quoq; facto ſui obligatus cenſebitur[g], idque quatenus ad pretij reſtitutionem pertinet, licet eius, quod intereſt, reſpectu ſit ſecus[h]. & pactum, quòd creditori duntaxat liceat pignus vendere, non impediet, quin & creditoris hæredi id ius tribuatur[i]: hancque ſententiam Pontan. & Caſtr. diſertè hîc approbant: nec diſſentire videtur Bar. Contrà Alexander, Are. Iaſ. quia dictio taxatiua facit, vt actus adeò perſonalis ſit, vt ad hæredem nō porrigatur[k]. Vnde qui paciſcitur, ne à ſe duntaxat petatur, nō videtur pactus, ne ab hærede peti poſsit[l]. Sed id fortè placuit, quia † cùm de tollenda obligatione agatur, non poteſt cēſeri ab ea receſſum, niſi quatenus verba neceſſariò inferunt[m]. Tali † enim pacto ius obligationis nō perimitur, ſed ſolùm exceptio inducitur. Vnde ne ius obligationis inutiliter reſeruari videatur, fit interpretatio, vt pactum perſonale ſit. quod & infrà attingam. Sūt, qui pronomen *ipſe*, ab excludendi aduerbiis diſtinguant, vt Iaſ. non enim tale pronomen adeò excludit, ſicut dictio *Solùm duntaxat, tantùm*, & ſimiles: & ideo tali caſu non cenſetur excluſus hæres. quod & hîc probatur, & aliis legibus[n]. Ego † maximè ad naturam ſtipulationis aduertendum arbitror, vt ſi ea ad hæredes tranſitoria ſit, hoc pronomine nihil mutetur, tāquàm demonſtratiuè potiùs, quàm perſonaliter adiectum videatur[o]. Quòd ſi taxatiua adſcripta ſit, tunc perpendendum erit, cuius rei excludendæ cauſa adiiciatur. quod ex qualitate rei, ſubiectoq; argumēto, aut ex legis ratione maximè depræhendetur. Sed † quomodo ſtipulatio hæc, *Ne ipſe faciat, quò minus habere liceat*, ad hęredes tranſit? cùm ſtipulatio facti negatiui ſit, quæ tranſmitti non ſolet[p]? & Imola reſpondet, verba hæc Iuriſconſulti eſſe, non contrahentium, effectum ſtipulationis *Habere licere*, declarantis: videturq; in textu legiſſe, *ſed ſe obligat abſque conditione ſi*, prout & in Ethruſcis Pandectis legitur. Ego non tam ad formam verborum attendendum, quàm ad effectū arbitror[a], & ideo hanc ſtipulationem affirmatiuam eſſe ſentio, q̃ ad hæredes regulariter tranſit: qua de re infrà diſputabimus[b].

a 18
u d. l. fluminū. §. quanquam. de dam. inf.
x ꝟ. ea. l. §. hi, q. l. ſi, cuius. ff. ſi ſer. uend.
y l. qui inſulā. §. ... ꝟ. ea. l. §. ſicut
a Bar. ... hoc. in fi. de ... Bal. conſ. ccc... Modern d. §. diuo de leg. j.
19
b l. ueteris. C. eod.
c in princip. auth. de iureiur. à mo. præſt. l. poſtulāte. ad Treb. d l. ... C. de præd. mi. l. j. ſi menſ. fal. mo. dix.
20
21
e §. ex his. in auth. de hær. ab inteſtat. Doct. l. Gallus. §. inſtituens. de lib. & poſth.
f d. l. Gallus. §. in omnibus.
g Bal. Sal. l. fi. C. de act. emp. Bartol. l. ſi ſeruus. de cond. fur.
h gl. d. l. emptorem. §. qui autē. Aret. hîc.
i l. ſi neceſſarias. §. pe. de pig. act.
k l. non ſolū. ij. §. tale. de lib. leg.
22
l l. qui in futurum. §. j. de pac. ubi Bar. & in l. ſi ſic. ij. ꝟ. eod.
23
24
m l. ꝓcipimus. in fi. C. de appel.
25
n l. pe. de prægentiū. §. pacto. car. dixi l. filiusfamiliâs. §. diui. de leg. j. q. xviij. de pact.
o l. iuriſ...
p d. l. qui in futurum. §. j.



a l. fi. §. ult. de doli except. l. ij. §. fi. ubi Iaſ. ff. eod. §. hi quoq;. ꝟ. ea. l.
b d. l. ſi ſic. & l. inter ſtipulantem. in princ. j. eod.

**Sed ſi quis promittat per alium non fieri, præter heredem *a* ſuū: dicendum eſt inutiliter eum promittere factum alienum. At ſi quis velit *b* factū alienū ꝓmittere, pœnā, vel quātí res ea ſit, poteſt promittere. Sed quaten9 habere licere videbit? ſi nemo controuerſiā faciat *c*, hoc eſt, neq; ipſe reus, neq; hęredes ei9, heredumve ſucceſſores.**

a PRAETER HAEREDEM *a*. ¶ Accurſius verba hæc promiſſoris eſſe exiſtimat: quo ſenſu hæc dictio *Præter*, ꝓ *Vltrà* accipietur. Aret. verba eſſe Iuriſconſulti mauult, vt ſignificet excepto[c]: vterq; ſenſus probabilis eſt.

b AT SI QVIS VELIT *b*. ¶ Sciendum † eſt,
26 ideo facti alieni promiſsionem non valere, quia lex, quæ ſtipulationis formam induxit, id agit, vt ex ea quis non obligaretur, niſi quatenus daturum, facturumque ſe reciperet[d]. Vnde lex ait, inter ſtipulantem & promittentem negotium duntaxat contrahi debere, non autem inter alium[e]. Sed cur hoc legislatori placuit? an, quia factum alienum quiddam impoſsibile, ſi non generaliter, ſaltem ipſi promiſſori arguit? an vero, (quod magis probo) quia lex voluit vnumquemque in rem ſuam ſibi conſulere, nec alieni curioſum eſſe[f]? an, quia voluit credulitati promiſſorum eſſe conſultum, qui ſperātes in alieno facto facilè de-
27 ciperentur[g]? Si † autem is, qui alienum factum promiſit, pœnam, vel quanti ea res ſit, ſubiiciat,
28 valet ſtipulatio. ſolutio † enim pœnæ, vel eius, qđ intereſt, ad factum promiſſoris, non autem alienum pertinet. Nihil enim obſtat, quin factum alienum in conditione ponat, dum diſpoſitio rei propriè ſit[h]. Hinc colligit ratio, cur vt ſtipulatio facti alieni valeat, non interpretemur id, q̧ intereſt, promiſſum videri[i], cùm tamen regulariter qui ad factum tenetur, in id, quod intereſt, ſolùm damnari poſsit[k]. recederemus enim nimium ab ipſorum verborum ſignificatione[l], ſi factum alienum, quod diſpoſitiuè promiſſum eſt, in conditione dūtaxat poſitum interpretaremur, & id quod intereſt, pręſtari ex ſtipulatione nulla diceremus[m]. Hinc adnotandum eſt, nihil referre, an quis pœnæ nomine promittat, an quanti ea res erit[n]. ſemper enim factum ſuūm cenſetur pro-
29 mittere. Sed † quomodo poteſt hæc ſtipulatio, quæ videtur acceſſoria, confirmare præcedentē nullam[o]? Reſpondeo, ſtipulationem pœnalem
30 ſuprà ſcripto caſu non eſſe acceſſoriā: imò † principalis eſt, cùm factum alienum in conditione eius duntaxat ſit poſitum, vnde videmus eam ꝓpriis viribus regi, non autem ſecundum pręcedētis naturam[p]. qua ratione præcedentem quandoque nouat[q], quandoque ei repugnat, nec coniungi ſe ſinit[r]: quod acceſſorium naturæ non conuenit, quæ à principali ſolet diiudicari. Sed † pone promiſiſſe aliquem factum alienum ſub pœna, an ſi curauerit, & fecerit, quicquid potue-
31 rit, cēſebitur liberatus? & vt quis liberetur, oportet eum feciſſe, quod promiſit. Ad verba igitur pœnalis ſtipulationis aduertemus[ſ], vt ſi concepta ſit, ſi tertius non fecerit, non habuerit ratum, non contraxerit matrimonium, & ſimilia, nihil referat, quòd promiſſor curauerit. cōditio enim ſtipulationis pœnalis, vt non eueniat, oportet à tertio eſſe factum[t]. q̧ ſatis hîc probatur. ſibi igitur imputet promiſſor, qui difficultatē non præuidit[u]. Vnde cùm verba ſtipulationis ſint clara, ab eis non recedamus. quod & Soci. reſpondit, & plerique alij ſunt ſecuti, & communiter receptum eſt, vt ego arbitror. Aut † verò quis promiſit ſe curaturum[x], q̧ tertius tale quiddā faciet, adiecta pœna. & q̧a tunc factū propriū, id eſt curā videt̃ ꝓmiſiſſe, liberabit̃, ſi quatenus in ſe eſt[y], curet, vt ex facto Federicus reſpondit. conditio † enim ſtipulationis pœnalis eſt, ſi non curauerit. ergo ſi curauit, ea deficit. Sed quid, ſi promiſit facere, ſeu, q̧ idem, curare cum effectu? & tunc non liberabit̃, niſi reipſa tertius fecerit[z]. qui em̃ ſimpliciter curauit, nō dicitur effeciſſe[a]. meritò ergo ſtipulatio pœnalis committetur, tanquam tali verbo renūtiatum ſit omnis impotentiæ difficultatiſve exceptioni. q̧ & receptius mihi videtur[b], licet hac in re Are. Deciuſq; variauerint, ſed nullo colore.

C SI NEMO CONTROVERSIAM FACIAT *c*. ¶ Quid, ſi † tertius controuerſiam moueat de facto tantùm, vt quia coacta armatorum manu, velit ſtipulatorem deiicere? & conſtat nō teneri promiſſorem hoc caſu. nec enim natura contractus hanc interpretationem recipit[c], niſi fortè eorum reſpectu, quos promiſſor ipſe prohibere poteſt, putà filij, ſerui, procuratoris, & ſimilium. idq; & Bar. hîc ſenſiſſe videt̃[d]. Sed † quid, ſi expreſsim quis promiſerit defendere de iure & facto? & verba videntur generaliter accipienda, vt etiam manu armata defendat[e], in caſibus tñ, quibus aliàs permiſſa eſt talis defenſio[f]. huiuſmodi enim promiſsio ad caſus illicitos non trahatur, aliàs non valeret, tanquam futurum crimē ſuaderet[g]. Nam & princeps, ſi aliquem ſub protectione ſua recipit, eū tenetur etiam armis defendere, ne iniuſtè ab aliquo opprimatur. quod alibi Bar. tradidit. Verbum † enim protectionis generale eſt, & non ſolùm defenſionem ſimplicem, ſed etiam quæ manu militari fit, ſignificat[h]. Defendendus igitur ſtipulator hoc caſu eſt etiam armorum præſidio, dum tamē promiſſor interpellatus hoc nomine à ſtipulatore fuerit[i]. quod hîc Aret. tradidit. & hæc quidem vera ſunt, & ex ꝓprietate verborum procedūt. Quòd ſi † alicui cōtractui acceſſerit hæc ſtipulatio, cuius natura defenſionem armatam non requirat, ſecus eſſet[k], vt cùm venditor emptorem defendere de iure & facto promittit[l]. cùm † enim futura violētia ad caſum fortuitum pertineat, non videtur his verbis de eo actum[m]. idq; omnes probant. Intelligitur ergo, q̧ de facto defendet, id eſt, q̧ iudicium veniet, q̧ ſuggeret iura emptori, q̧ adſiſtet, q̧ patricinio, gratia, diligentia adiuuabit[n]. Addit Bar. q̧ & expenſas ſubminiſtrabit: qua de re infrà[o]. hæc enim omnia facti ſunt, non iuris. Sed an his verbis tenebitur, ſi per iniuriam iudicis emptor ſuccubuerit? & teneri Bar. cēſuit[p]. Sed Bal. Sal. Pau. Alex cæteriq; contrà. quia caſui fortuito hæc iniuria æquiparatur[q]: ergo huiuſmodi in promiſ-

c l. j. ubi not. de pig. act.
d l. v. §. ſtipulatio. ꝟ. eod.
e l. inter. ꝟ. eo. ubi Ang. Imol. Raph. Iaſ.
f l. doli. in fi. de nouat.
g l. ſed hæc. ff. de excuſ. tut. l. ſicut. C. de fide inſtru.
h l. hoc iure. ff. eo.
i l. quoties. ꝟ. eo. l. non dubiū. in fi. de leg. iij.
k l. ſtipulatio. §. Celſus. ꝟ. eod.
l d. §. ſi quis alium.
m l. ſi ſponſus. §. j. de don. inter uir. Din. Bar. hic.
n l. nouiſsima. in dic. ſol.
o l. nuda. C. eo. l. ex pupillari. de uulgar.
p l. iiij. §. Cato. ff. eo. l. cū fundo. de ſer. ruſt. pręd.
q d. l. obligationum ferè. §. fi. ff. tit. j.
r l. reſcriptum. §. ſi pacto. de pact. ff.
s Socin. conſil. 288. in j. dub. Ab. conſ. xliij. in j. Raph. 186. 189. Decius. 439. Ioann. Fab. d. §. ſi quis alium. Iaſ. hic, & l. Titia. ꝟ. eod. Aret. l. ſi ita ſtipulat9. §. poſſum. ꝟ. eod.

L. 18. Stipulatio iſta.
t l. ſancimus. C. de fideiuſ.
u l. pen. de iudot. l. qui commeatus. de re milit.
x l. in illa. ꝟ. eod.
y arg. c. querelam. de iureiur. & l. fi. §. fi. ſi cer. pet. Bar. cōſ. ccxxxvij. Fed. conſ. xxij. c. gemmā. de ſponſal.
32
z Doct. l. ſi hæres. iuſſus.
a l. ſi non mortis. in fi. de inoſ. teſt. gl. pen. in l. j. de decur.
33
b Mod. ff. §. Cato. viij. oppoſ. Are. d. §. poſsū. Soc. d. con. 186. 143. Decius. 313.
c l. fi. C. de act. empt.
d d. l. fluminū. §. quanquā. not. c. Petrus diaconus. de homici.
c
34
e Bal. l. j. C. unde ui.
f l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ad Syllan.
g l. ſi unus. §. illud. de pact.
35
h l. deſertorem. in fi. de re milit. Bart. proœ. ff. Doct. c. recepimus. de priuil.
i Innoc. c. ſi quādo. de inoffi. deleg.
k l. iiij. ff. de uſur.
l d. l. fi. C. de act. emp.
36
m l. op9. ff. loca. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis cau.
n arg. l. ij. l. parētes. C. de euict.
o l. æditores. ꝟ. eo. gl. l. q̧ ſi poſſeſſor. in pri. de pet. hęred.
37
p l. pater. in pri. de dote prælega.
38
I.
39
II.
q l. l. ſi per imprudentiam. de euic. l. exceptione. de fideiuſſ.

40 debet. Ego † in generali promiſsione etiã caſum fortuitum contineri arbitror. de quo veriſimile ſit cogitaſſe partes, vt quia frequẽter contingat[a].
41 Cur † enim in iure noſtro inuentæ ſunt appellationes, niſi quia frequenter contingit, vt iudices nunc per imperitiã, nunc per malitiam iniuſtè pronũtiẽt[b]? Adde, q̃ nec videt̃ hic caſus ꝓpriè fortuit[9] eſſe, q ſub colore iure cõtingit[c]. vnde talib[9] verbis nõ tã caſui fortuito renunciatum videtur, quàm iuris iniquam ſententiam allegãdi fuiſſe. Prę-
42 ſtabit ergo promiſſor euictionẽ perinde, ac ſi iure res ablata eſſet, nec iudi-
III. cis iniuriã id factum allegare poterit. Sanè † &
43 ad cauſam fortuitam venditor tenet̃, qui odio ipſius cõtigerit, vt quia quis in venditoris iniuriã ex cauſa ante venditionem orta emptorẽ manu armata deturbauit, tenet̃ vẽditor etiã armis eum tueri, ſi poſsit[d]. quod cõmuniter receptum eſt, & ego verum eſſe propter efficaciam promiſsionis de iure, & de facto defendendi, arbitror. aliàs enim caſus ſuperueniens ad emptorem pertineret[e], nec vlla lege probatur inimicitiam venditoris ſufficere, vt emptor, qui rei dominus eſt, ab eo conſequatur, quod iniuſto alterius facto perdidit[f], cùm aduerſus inuaſorem agere poſsit, vt meritò Aret. dubitauerit, licet Iaſ. non eſſe dubitandum ſentiat, venditoremque omnino teneri,
IIII. cui ego non temerè aſſentiar. Illud dubiũ non eſt, ſemper eorum factum præſtari à venditore æquum eſſe, quos ipſe prohibere potuit[g]. quod
V. ſuprà tradidit. Ex † qualitate quoque perſona-
44 rum & rei quandoque fit interpretatio, vt propter ſuprà ſcriptam clauſulam venditor etiam armis defendere teneatur[h], & vt Ennius inquit, nõ ex iure magis conſertum, ſed magè ferro. quod ex facto Ancharanus reſpõdit, & Iaſ. hîc infert, & generalitati verborũ ſtipulationis cõſonum eſt.

a l. fiſtulas. §. frumenta. de contrah. empt. Soc. conſ. iiij.
b l. in princ. de appel.
c l. pe. uerſ. prętor. de iuſt. & iur. l. ſi pluriũ. §. j. de leg. j.
d l. ſi merces. §. culpæ locat.
e l. Lucius. de euict. l. j. C. de peric. & com. rei uendit.
f Bar. l. non diſtinguemus. §. cũ quidam. de arbit.
g d. l. fluminũ. §. quanquam.
h arg. c. j. de off. deleg. c. pro illorũ. de prębẽd.

¶ Si quis fortè[a] nõ de ꝓprietate, ſed de poſſeſsione nuda cõtrouerſiam fecerit, vel de vſufructu, vel de vſu, vel de q̃ alio iure eius q̃d diſtractum[b] eſt: palam eſt cõmitti ſtipulationẽ. Habere. n. non licet ei, cui aliq̃d minuit̃ ex iure, quod A B habuit.

¶ Quæſitum[c] eſt, vtrùm propriam demum rem, an & alienam promittere poſſit habere licere. Et magis eſt, vt & aliena promitti poſsit. quæ res ita effectum habebit, ſi propria eſſe promiſſoris cœperit.

1 *Promiſsione Habere licere, res integra venit.*
2 *Rei appellatio generalis.*
6 *Verbi Diſtrahere, ſignificatio.*
7 *Stipulatio contractui ſubiecta ſecundum propriam naturam iudicatur.*

a §. SI QVIS FORTE *a*, ¶ Qui † promit-
1 tit habere licere rem, intelligitur id promiſiſſe, vt res integra & abſque vllius iuris imminutione habeatur. Vnde ſi nuda poſſeſsio auferatur, vel v-
2 ſus rei, committitur ſtipulatio. appellatio † enim rei generalis eſt, & non ſolùm proprietatem cõtinet, ſed etiam ei adiunctam poſſeſsionem[i]. qui ergo rem habere licere promittit, etiam de poſſeſsione intellexiſſe videtur. Addunt Veteres etiam rem à ſeruitute qualibet prædiali liberam præſtare debere: idque eſſe, quòd hîc dicitur de aliquo alio iure[k]. Ego † hæc verba de iure pi-
3 gnoris intelligi poſſe ſcio[l]. item de iure ſuperficiario, vel emphyteuticario[m]. Sed tamen melius eſt, vt Veterum ſententiæ adhæreamus, generaliterque hęc verba accipiamus. huiuſmodi enim ſeruitutes & ipſæ ius rei imminuũt. quæ omnia ex vi verborum proueniunt. Vnde in contractu venditionis aliud eſſet. nõ enim quis poſſeſsionem vendit, ſed rem[n]. Si † ergo poſſeſsio empto-
4 ri euincatur, non aget tanquam re euicta, ſed tanquam re non tradita[o]. nam & ſi ſeruitus euincatur, nec tum quidem de euictione ad duplũ aget, ſed ſolũ, quanti minoris fuiſſet empturus[q]: idque communiter receptum eſt. Sed & ſi teſtator fundũ legauerit, non conueniet̃ hæres ob prædialem ſeruitutẽ[r], quia videtur teſtator id ius legare, quale in ipſa re eſt[s].
Quæ ratio ceſſat in promittente, qui ſimpliciter ſpopondit habere licere. à verbis enim ſtipulationis temerè recedendum non eſt. legata quippe ex ſolius teſtatoris voluntate pendent, hæc †
5 ſtipulatio ſecundum vtriuſque contrahentium mentem interpretationem recipit. ea autem videtur eſſe eorum mens, quam verborum proprietas indicat[t]. C

i l. ſi alĩj. de uſufruct. leg.
k gl. c. le. j. uerb. aut tres. de for. comp.
l l. Mæuius. §. fundo. de leg. ij.
m l. bonorum. de uerb. ſig.
n l. ſi duo. in uti poſ.
o l. iij. in princ. de act. empt.
p l. qui ad ſeruitutes. de euict.
q gl. i. cũ uenderes. de contra. emp. l. quoties. de Aedil. edict.
r d. l. Mæuius. §. fundo. l. cũ filius. §. domin9. de leg. ij.
s l. legatum. la ultima.
t l. quicquid. ſ. eo.

b DISTRACTVM *b*. ¶ Cùm † Diſtrahere idẽ
6 ſignificet, quod Vẽdere[u], videtur hîc probari ſtipulationem *Habere licere*, contractui venditionis ſubiectã cõmitti euicta poſſeſsiõe, vel ſeruitute. quod tamẽ falſum in contractu venditionis eſſe ſuprà docui[x]. Sed huic oppoſitioni reſpondent Veteres variis modis. alij diſtractum, non venditionem, ſed per ipſam ſtipulationem intelligũt, cùm tamen falſum ſit, eum, qui promittit habere D licere, diſtrahere, ſeu dominium aliquod in ſtipulatorem transferre. alij diſtractum intelligũt, nõ per venditionem, ſed per donationem. quæ interpretatio ſignificationi vocabuli repugnat[y]. alij venditum quidem intelligunt, ſed ab alio, quã ab eo qui promiſit habere licere. alij venditioni adiectam, neſcio quam, pactionem comminiſcũtur. quæ omnia, ceu diuinatoria, ego non probo in eaque ſententia perſiſto, qua ſuperius oſtẽdi,
7 ſtipulationem † contractui ſubiectam ſecundum propriam naturam iudicari. quod & Bar. hîc ſenſiſſe E videtur[z]. Vnde conſequens eſt, vt ſtipulatio hæc *Habere licere*, quamuis venditioni ſubiecta ſit, non tamen ante ſententiã cõmittatur, licet actio ipſa ex empto quãdoq; ante ſententiã cõpetat[a]. tametſi Ale. poſt quoſdam alios aliter ſenſerit[b], cuius ſententia illis legibus non probat̃, quas ipſe adducit, nolq; aliter intelligẽdas cẽſuimus[c].

u l. communi. in fi. com. diuid. l. iij. de contra. empt.
x l. ratio. ſ. de act. emp. d. l. cũ uenderes.
y l. ſi ego. §. interdum. ſ. de Publici.
z Bar. hic j. op. in fin.
a l. ſeruus. quẽ. de act. emp.
b Alex. j. §. ſicut. in ſ. not. arg. l. §. qui autem. de act. empt. & d. l. inter ſtipulantem. in prin.
c ſ. in princ. legis noſtræ.

1 *Stipulatione Habere licere, res aliena poteſt compræhendi.* F
2 *Stipulatio futurum tempus reſpicit.*
5 *Tranſigens omnem inquietationem includit.*
8 *Stipulatio Habere licere, quando committatur.*
12 *In ſtipulatione Habere licere, non ſemper ſententia neceſſaria.*

c §. QVAESITVM *c*. ¶ Cùm ſtipulatio *Habere licere*, quatenus factum alienum continet, ſit nulla, vt ſuprà vidimus, ſequitur, vt qui rem alienã habere licere promittit, inutiliter promittat. cùm e-



cùm enim dominus duntaxat eam poſsit euincere, videretur eius factum promiſſum eſſe. Sed † ta-
1 men Iuriſconſultus decidit contrarium. valet. n. ſtipulatio, cùm cõtingere poſsit, vt promiſſor eius dominiũ aliquo caſu acquirat. Nec refert, q̃ tẽpore ſtipulationis inceptæ non ſit
2 dominus. cùm † em̃ ea ſtipulatio tractũ habeat, futurumq; tempus reſpiciat, quid in præſentiarum ſit, nos attendimus[a], maximè cùm, vt Raph. ait, hic defectus non ex ſtipulatoris parte, ſed à promiſſore proueniat[b]. trahetur ergo hæc ſtipulatio, quæ aliàs valere nõ potuiſſet, ad ius futurũ. Hinc adnotant Doct. hanc † ſtipulationẽ non cõ-
3 mitti, niſi promiſſor de iure contrà faciat. aliàs. n. nihil referret, quòd ſuper re aliena interpoſita eſſet, cùm de facto tali caſu cõtrauenire promiſſor B poſsit, adiuuatq; hanc opinionem, quod infrà dicitur, hanc ſtipulationem ius cõtinere[c], receptiſſimaq; hęc eſt ſentẽtia. cui tñ aliqui aduerſantur, & legis noſtræ verba aliter interpretantur[d], nõ enim temerè in fine dicitur, non committi, cùm neque per promiſſorem, neque per ſucceſſorem eius quicquam factum eſt. ergo ſi factum ſit, ſiue iure, ſiue iniuria, committetur. Suadet hoc proprietas verborum. qui enim promittit habere li- C cere, promittit eum abſq; interpellatione poſſeſ-
4 ſurum[e], quæ † interpellatio etiã de facto plerũq; fit[f]. nam & Iuriſconſultus hãc ſtipulationem ei æquiparat, quæ eſt controuerſiam non mouere. quæ verba etiam ad factum referuntur[g]. ſicut & cùm quis promittit non inquietare, nec moleſtũ eſſe ſtipulatori[h]. Dictat hoc & ratio naturalis. abſurdum enim eſſet minus plecti eum, qui de facto contrà uenit, quàm qui de iure. quod maxi- D mè dicendum, cùm hæc ſtipulatio tranſactioni
5 acceſsiſſet. qui † em̃ tranſigit, id agere cenſetur, vt nec de facto quidem inquieretur[i], omninoque hæc ſententia defendenda eſſet, ſi iuramentum huic ſtipulationi adiectum proponeretur. quod hîc Iaſ. cẽſuit. Ego haſce altercationes poſſe componi arbitror, conſtituendũq; ex cõmuni
6 ſententia, eum, qui † habere licere ꝓmittit, de iure duntaxat cẽſeri promiſiſſe[k]. verba enim in dubio ad ius, non aũt ad factũ referenda ſunt[l]. Nec veriſimile eſt, voluiſſe ſtipulatorẽ ſe aduerſus viã facti munire[m], à qua ſatis auctoritate iudiciaria E quilibet videtur tutus. quam interpretationẽ & verba promiſsionis admittunt, vt infrà oſtẽdam. Conſequens ergo eſt, vt hæc ſtipulatio ſolùm ſecuta ſentẽtia committatur. Antè enim, quàm ea lata ſit, non conſtat, an de iure, an de facto ſit contrauentum, vt meritò expectanda ſit ſentẽtia, ex qua id ipſum declaratur[n]. Si igitur ꝓmiſſor obtineat, cõmittetur ſtipulatio, ſiue iure obtineat, vt Din. Iac. Bar. cæteriq; ſenſerunt, ſiue de facto, F putà iudicis imprudentia, vt Pet. Cin. Raph. Põr. tradidere. Non enim ad euitandam actionẽ ex ſtipulatu poterit ſuam turpitudinẽ detegere, & allegare ſe iniuſtè obtinuiſſe[o]. quod & Accurſ. hîc
7 ſenſit. Quòd ſi † promiſſor ſuccubuerit, nõ cõmittetur ſtipulatio, niſi impenſarũ reſpectu, quia amplius ſtipulatoris non intereſt[p]. idq; Bar. cẽſuit, & aduerſus Caſt. Alex. defendit. qua in re à Petro non diſsidet. Sed quid, ſi extraneus agat, ne ſtipulatori habere liceat? & cùm tali caſu neceſſariò ſupponamus adiectã pœnã[q], videretur eam committi, ſiue extraneus inde obtinuerit, ſiue iudicis iniuria. cùm enim pro ſententia præſumatur[r], verum eſt, ſtipulatori habere non licere. quòd ſi ſuccubuerit, ęquior eſt cõmunis ſentẽtia, vt non committatur ſtipulatio, niſi expenſarũ reſpectu.

a l. ſi rem meã. ſ. eod.
b l. multũ. ſ. eo.
c §. hi, qui. j. ea. l.
d Pet. Cin. Ray. Raph. Ro.
e l. habere. de uerbor. ſig.
f l. ſi quis maior. C. de trãſact.
g l. Lucius. §. tres hęredes. ad Treb.
h Abb. c. ij. ad fi. de reſt. ſpol.
i l. ſiue autẽ. ubi dixi. C. de trãſact.
k l. ubi pactum. C. de tranſact. ubi dixi.
l l. ſi filius. de condit. inſtit.
m l. eo tempore. ij. reſponſ. de pec. l. eleganter. uerſ. planè. de cond. indeb.
n l litibus. in fi. C. de agric. & cenſ. lib. xj.
o l. ſi ſeruus pluriũ. §. j. de leg. j.
p l. ſi ſeruus. §. cũ aũt. rem rat. hab.
q ſ. uerſic. ac ſi quid uelit.

Quare ſi perſeuerauerit aliena, dicendum erit ſtipulationẽ non committi*a*, niſi pœna A adiecta ſit: cùm neque per eum, neque per ſucceſſorem eius quicquam factum ſit.

L. 18. Stipulatio iſta, §. Quæſitum eſt.

a STIPVLATIONEM NON COMMITTI *a*. ¶ Sed † q̃
8 tempore committitur hęc ſtipulatio? & ſuprà oſtendi, nõ niſi lata ſententia. quia ante eã neſcimus, an de facto, an de iure cõtrà fiat[s]. &, quia lex noſtra, vt cõmittatur ſtipulatio, neceſſarium eſſe ait, vt ius ſtipulatoris minuatur, quod nõ niſi poſt rem iudicatam fit. nã & antè, quàm iudicatum ſit, res auferri ſtipulatori non poteſt. vnde cùm habere ei liceat, adhuc
9 non committitur[t]. Fortiùs † putauerim, quam- B uis lata ſit ſententia, ſi tamen executio fieri non poſsit, vt quia mortuus eſt ille, qui obtinuit, nec hęredem habet, adhuc non committi ſtipulationem. verum enim eſt, ſtipulatori habere licere[u]. Idemque, ſi aliquam exceptionem ſtipulatio habeat, quæ executioni obſtet[x]. Nec conſtituenda eſt differentia, an hæc promiſsio in contractu vẽditionis facta ſit, an ex cauſa lucratiua, quod Bartol. cenſuit. nulla enim differentiæ ratio adduci C poteſt, vt meritò Bart. ſententiam Fulgoſ. Raphael, Beſut. & nouiſsimè Iaſ. reprobauerint. videnturq; idem, & hi ſenſiſſe, qui hanc ſtipulationem committi, etiam ſi de facto actum ſit, cenſuerũt[y]. intelligitur enim non ſolùm iniuſtè actum, ſed obtentum quoque eſſe. Nec obſtat, quod lex ait,
10 eum † nõ habere, qui ſine interpellatione nõ poſſidet[z]. vnde videntur verba ad ſolam interpellationẽ reſpicere. Reſpondeo, demum lata ſententia conſtare, an interpellatio actori permittenda D fuerit. ſi enim ſtipulator obtineat, imponetur actori, vt ſileat, nec amplius victorẽ interpellet[a]. Nec rurſus obſtat lex noſtra, quæ differentiã inter rei propriæ, vel alienæ promiſſorem conſtituit. & tñ, ſi promiſſor obtineat, ſiue iure, ſiue de facto, id eſt, ſiue res propria, ſiue aliena ſit, cõmittitur ſtipulatio. nam reſpondet Petrus, à quo Ia-
11 ſon diſſentit, propter † rei iudicatæ auctoritatem præſumi iure obtinuiſſe[b], nec veriſimile eſſe, vt quiſquam de facto agere velit. Nec obſtat, quòd hæc ſtipulatio æquiparetur illi, qua quis contro E uerſiã non mouere promittit. vnde ſicut illa, nõ expectata ſententia cõmittitur[c], ita & hæc committi debet. Reſpondeo, aliquatenus æquiparari, non aũt in tantum, vt nulla prorſus ſit differẽtia[d], quæ maximè in caſu noſtro ex vi verborum vtriuſq; ſtipulationis colligitur. & hãc ſententiã tanquam verbis legũ conſentaneã magis ego ſe-
I. limit. quor. Non † tñ perpetua eſt: ſiquidem Alex. cen-
12 ſuit cõmitti ſtipulationem, nõ expectata ſententia, quotieſcunq; manifeſtum rei euidentia eſſet, F iuſtam cauſam fouere actorem[e]. non enim denegandum eſt ſtipulatori, quin bonam fidem agnoſcere poſsit[f]. qua tamen in re ego dubito, cùm ſemper ante latam ſententiam habere ſtipulatori liceat[g]. lexq; manifeſtè ſentiat, tali caſu actione ex ſtipulatu emptori non prouideri, ſed actio-
II. ne ex empto[h]. Non diffiteor tamen, ſi contrahentes egerint, vt etiam antè committatur, quin
III. quod actum eſt, maximè obſeruetur[i]. Idem, ſi tacitè, vt quia qualitas perſonæ id ſuadeat[k]: vel, quia promiſerim tibi habere licere, &c. quod nõ

r l. Herennius. §. Caia. de euict.
s l. iuſiurandũ, quod. de iureiurãnd.
t l. ſi ſeruus. §. pe. & fi. de euic.
u l. habere. de euict. ubi Fulg.
x l. euicta. §. dupla. eo. t. t.
y Pet. Cin. Ray. Ro.
z l. habere. j. de uerb. ſig.
a l. diffamari. C. de ingẽ. man.
b d. l. Herenni9. §. Caia.
c l. ſed & ſi lege. §. ſi ante l. diuus. de pet. hęr.
d l. ij. l. iiij. uerſ. amplius non agi. ſ. eod.
e l. at qui natura. §. cui me. de neg. geſt. ubi Bar.
f gl. l. emptorẽ. in princ. de act. empti.
g d. l. habere. d. l. euicta. §. j. d. l. ſi ſeruus.
h d. §. cũ me. & l. ſeruus, quem. de act. emp. in fin.
i l. fi. ubi Alb. C. de act. empt.
k j. ea. l. §. hi, q. ubi Alex.

niſi de facto impedire poteram [a], vt quia eſſet actum tali ſtipulatione dominium in ſtipulatorẽ tranſire, cùm aliàs ſola exceptio cõpeteret. quod Accurſius tradidit [b], & nos alibi docuimus [c]: vel in tranſactionis cauſa talem ſtipulationem adie-
IIII. cerim. cùm † enim
13 tranſigamus plerunque, vt vel facti moleſtiã euitemus videtur talis ſtipulatio ſecundum ſuam cauſam intelligenda, vt ſtatim cùm qs de facto inquietat, committatur [d]. Qua tamen in re amplius deliberandum, vel ſecũdum alibi à me dicta diſtinguendũ eſt.

a arg. d.l. tres hæredes. §. Lucius. Abb. c. j. de alie. iudic. mut. b gl. uerbo, ſucceſſores. c l. ſi ſuper. C. de tranſact. d l. ubi pactum. l. ſiue apud. C. de tranſact.

¶ Sicut autem *a* ex parte rei ſucceſſores eius cum ipſo tenen- A tur: ita etiam ex parte actoris committitur ſtipulatio ipſi ſtipulatori, cæteriſq; quicunque ei ſuccedunt, ſcilicet ſi rẽ ipſi habere non licuerit. Cæterùm ſi alij *b* habere non licuit, certo A certius eſt non committi ſtipulationem. & nihil intererit *c*, vtrùm ita ſtipuler, HABERE LICERE? an, MIHI HABERE LICERE. B

1 *Stipulatio Habere licere, ab vtraque parte tranſmittitur.*
4 *An in ſingularem ſucceſſorem tranſmiſsio fiat.*
11 *Simplex ſtipulatio Habere licere, ſtipulantem tantùm cõpræbendit.*
13 *Reſponſio ſecundum interrogationem eſt declaranda.*

a §. SICVT AVTEM *a*. ¶ Stipulatio † igitur iſta *Habere licere*, vtrinq; in hæredes tranſmittitur. C
1 qua in re probabiliter dubitari potuit. hęc enim ſtipulatio idem continet, quod *Per ſe non fieri, quò minùs habere liceat* [e]. Sed quoties ſtipulatio negatiuè cõcipitur, verboq; executiuo adiectũ eſt pronomen perſonale, putà Per ſe, vel A me, vel ſimilia, cenſetur promiſsio eſſe perſonalis [f], nec ſcilicet in hæredem tranſmittitur [g]. Sed tamen hîc Iuriſconſultus aliter decidit. vnde pleriq; ſuprà dictam concluſionem non approbant. quam tamẽ ego (quia verbis Iuriſconſulti, quæ alij violant, D magis quadrat, ſoleo ſequi [h]. Reſponden-
2 dum † igitur, ſuprà ſcriptam concluſionem veram eſſe, cùm in promiſsione id deducitur, quod meri facti negatiui eſt, vt non petere [i], non facere vim, non prohibere, quo minùs quis eat, vel quo minùs vindemiam tollat [k]. cùm enim per hæc verba renuntiare iuri, quod habet, non cenſeatur, ſed de via facti tantùm paciſcatur, actũ videtur, vt ad hæredem pactum non tranſeat. aliàs ius pènes ſe remanẽs prorſus eſſet inutile [l], E idque niſi ſpecialis hæredis mentio facta ſit. Nõ enim credendum eſt, à Iuriſconſulto hęredis mẽtionem ſuperfluè in factis negatiuis toties adiectum [m]: in factis verò affirmatiuis, quæ tamen ad meram facti facultatem non referantur, ſecus
3 eſt [n]. vt infrà videbimus [o], vt † hac in ſtipulatione *Habere licere*, quæ quamuis tacitam negatiuam contineat, non fieri quo minùs ſtipulator habeat, tamen vlteriùs ſi non dominium, ſaltem ius poſſeſsionis transfert, cùm aliàs habere non licere [p]. & ideò cùm ad ſolam facultatem non referatur, meri facti non eſt, ſed iuris. quod infrà dicitur. F

e §. ead. l. uerſic. ſed ſi ſe obligat. f l. qui futurũ. § j. ff. de pact. g Pet. Cin. l. Veteris. C. de cont. & commit. ſt. p. C. eo. Iaſ. Guil. Imol. l. ſi ſic. ij. j. eod. Bart. Imol. l. niſi. ff. de pactis. Iaſ. d. §. j. h d. §. j. i d. §. j. & l. contra. §. filius. eo. tit. & l. ſi ſic. j. eo. k l. ij. §. fi. ff. eod. l. in illa. l. ſi ita ſtipuler. j. eod. l arg. l. an uſuſfructus. de uſufr. m §. ſi quis ita. ubi dicã. j. ead. n d. l. ueteris. l. pactũ. de prob. o §. ſi quis ita. j. ead. p j. §. ſeq. & d. l. habere. de uerb. ſig.

b CAETERVM SI ALII *b*. Intellige de
4 prorſus extraneo. In † ſucceſſore enim ſingulari, puta eo, qui à ſtipulatore emerit, ſecus videtur. In quo articulo ſolet diſtingui. aut enim promiſſio in rem eſt, aut in perſonam. In primo caſu omnes fatentur tranſmitti in quemcunque ſucceſſorem, quia res cum onere ſuo trãſit. vnde ſi promiſerim non ædificare in fundo, ne tibi luminibus obſtruam, vel ne iter ad tuum fundum impediat, videtur conſtituta ſeruitus, tranſibitque obligatio in quemlibet ſucceſſorem [q]. & ſi inter ſocios ædificatus ſit paries, adiecta lege, ne altiùs tollat. vel ſi in diuiſione fundi conuentum, ne in finibus arbores plantentur, ne vicino fundo noxia vmbra fiat, videtur quædam ſeruitus conſtituta, quæ
5 † quemlibet poſſeſſorem obliget [r]. qđ Veteres cenſuerũt, & aduerſus Accurſ. Angelus tradidit, diſputatumque à Io. extat [s]. & ego verũ eſſe ſentio, Accurſiique ſententiam eo ſolùm caſu probo, quo tali pacto ius ſeruitutis conſtitutũ
6 non eſſet [t]. Secundus eſt caſus, cùm † promiſsio perſonalis eſt. & regulariter huiuſmodi ad ſucceſſorem particularem non tranſit [u]. Quod procedit, etiam ſi ſubiecta ſit ſucceſsioni, quę in rem ſit. licet enim ea, quæ in rem eſt, tranſeat, hæc nõ tranſit [x]. Viuente tamen ſtipulatore tranſiret iure ceſsionis [y]. ſicut & de pacto dicimus, q; quamuis ſit perſonale, poteſt cedi, & valet ceſsio ſaltẽ C ipſo viuente, qui ceſsit [z]. Sed quid in iure perſonale dicemus, quod tamen perſonale non ſit, vt quia ad hæredem tranſeat? qualis hęc ſtipulatio, *Habere licere*? & conſtat, ſimplici alienatione non tranſire id ius in emptorem. poteſt tamen cedi, valebitque ceſsio [a], quod Bartol. hîc tradit. cui
7 & illud conſequens eſt, vt † ſi quis viam ad fundũ dari ſtipulatus ſit, poſteaq; fundum vendat, poſſit illud ius emptori cedere, quod aliàs extingueretur [b], cùm ſua amplius non intereſſet [c]. D Quod procedere aliqui exiſtimant, etſi venditor pactus ſit, ne euictionem præſtet [d], cùm ſemper noſtra interſit, vt qui cauſam à nobis habet, pleniſsimũ ius conſequatur [e]. qua tamen in re diſſentit Accur. Raph. Aret. nõ modicaq; eſt altercatio.
8 Cæterũ † eadem ratione quoties merum factum ratione alicuius iuris competit, ſicut in hæredem tranſmittitur, ita & cedi poteſt [f]. cuius rei exemplum in creditore eſt, qui pactus ſit propria auctoritate debitoris poſſeſsionem ingredi. qua de re alibi [g]. Illud non omittendum, quod E egregiè reſpondit Bald. in dubio non videri huiuſmodi facultatem generalibus verbis ceſſam, in emptoremque tranſlatam eſſe. Vnde dominus vendito directo dominio adiectaque clau-
9 ſula, *Se omnia iura ſibi competentia transferre*, non † tamen ceſsiſſe emptori cenſebitur facultatem declarandi, ſe velle emphyteutam cadere, qui ad
10 eam diem per triennium ceſſauerat. hæc † enim voluntatis declaratio meri facti eſt. & ita Bal. reſpondit [h]. Et quæ in ſingulari ſucceſſore ſtipulatoris dicta ſunt, in eo quoque procedunt, qui F ſucceſſor promiſſoris ſit, nõ quòd ſucceſſor ipſe teneatur, ſed quia ex eius facto committitur in promiſſorem, eiúſve hæredes ſtipulatio [i]. quod Bart. rectè cenſuit.

c ET NIHIL INTEREST *b*. ¶ Qui † ſimpli-
11 citer ſtipulatur habere licere, intelligitur ſibi ſtipulatus.

q l. fluminũ. §. adiicitur. de dã. inf. Bart. l. ij. §. opus. de ali. iud. mu. cau. fa. r arg. l. quęſitũ. §. quod à Titio. de pact. l. in hoc iudicio. §. pen. com. diui. l. idẽ; quę. ff. p ſocio. s arg. d. §. adiicitur. Ioã. And. in Spec. de iud. §. generalia. uerſic. q; ſi murum. t l. Lucius. de ſer. ruſt. præd. u l. ſi. §. fi. de cõt. empt. l. j. §. ſi hæres. ad Treb. gl. Bart. l. Mela. in fi. de ali. leg. x d. l. cũ in fundo. de ſeruit. ruſtic. præd. y gl. Bar. d. l. ſi ſub. j. eod. z l. & hæredi. in princ. de pact. a arg. d. §. adiicitur. l. damni. §. empto. eo. tit. l. ſed & ſi poſt. de euict. b l. ſi in uenditione. uerſ. ſi qs in tradendo. com. præd. c l. ſi ſub una. §. j. j. eo. ubi Raph. & Aret. d l. eum, qui l. ſi uendidero. in prin. de fur. gl. & Paul. §. j. gl. l. ſi pro re. in fin. de euictiõn. e arg. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ult. reſp. ff. de pact. f l. ſi ſtipulatus fuero illud, aut illud. j. eo. ubi Doct.

g l. j. in fi. de op. no. nun. h Bal. conſ. cclxxx. in V. uer. item tertio. i d. §. adiicitur. d. § opus. ubi Bar.



pulatus. frequentiſsima enim eſt pronominis primæ perſonæ eclipſis. nam demonſtrationis cauſa ſolent perſonæ addi [a], & ſatis perſona loquentis ex ipſo ſermone demonſtratur: adnotantque hinc Doctores, cùm ſtipulatio imperſonalis eſt, nihilomin⁹ valere, ſi id ex parte ſtipulatoris ſit. Sed qd, ſi ex parte ꝓmiſſoris? verbi gratia, *Dabis mihi x? dabuntur*: & videntur non pauci ſenſiſſe, ſtipulationem eſſe nullam. ego verò contrà [b]. qui enim indefinitè reſpondet, ex proprietate ſermonis intelligitur tam de ſe, quàm de alijs omnibus. vnde ſi ſtipulatio reſpectu aliorum non valet, quia factum aliorum promitti nõ poteſt, ſaltem reſpectu ſui ſuſtineri debet, nec quòd vtile eſt, propter inutile vitiari [c]. Nec me mouet, quòd Iuſtinianus conſtituerit,
12 eum, qui † ſimpliciter dixit *Satisfiet*, verbo imperſonaliter prolato conſtitutæ pecuniæ nomine non obligari [d]: quia hoc in conſtituto procedit, in quo verba illa, *Satisfiet*, & ſimilia, poſſunt intelligi à debitore, cùm conſtitutum præſupponat iam debitum ſubeſſe [e]. quæ ratio in ſtipulatione ceſſat, præſertim cùm præceſſerit interro-
13 gatio, ſecundum † quam reſponſio declarari debet. Sed hac de re alibi diffuſius [f].

a l. pactum. de probat. d. l. iuriſgentium. §. pactorum. b l. fi. in fi. ſi cer. pet. ubi dixi. c ff. ea. l. in prin. d auth. ſi quando. C. de conſtit. pec. e l. j. §. debita. de conſt. pec. f d. l. fi. in fi.

¶ Hi qui ſunt in aliena *a* poteſtate, his in quorum ſunt po- A teſtate, habere licere ſtipulari poſſunt ea ratione, qua cætera quoque his poſſunt ſtipulari. Sed ſi ſeruus fuerit ſtipulatus ſibi habere, quæſitum eſt, an re- B ctè ſtipulatus videatur. Et ait Iulianus libro LII. Digeſtorum, ſi ſeruus ſtipuletur ſibi habere licere, aut per ſe non A fieri, quò minus habere ſtipulatori liceat, promittat: ſtipulatio (inquit) non committitur, quamuis auferri res ei, & ipſe auferre eandem poſ- B ſit. Non enim factum *b*, ſed ius in hac ſtipulatione vertit. Cùm verò ſtipulatur *c*, per promiſſo-

1 *Stipulatio Habere licere, iuris factiq; eſt.* 5.
4 *Seruum non quæ iuris, ſed quæ facti, ſtipulari. in peculio contrà.* 9.
6 *Verba pro perſonis accipi.*
10 *Aduentitia rectè à filio ſtipulari.*
11 *Stipulationem monachi non ſolius facti eſſe.*
13 *Stipulatio Ire agere, meri facti eſt, neque patri neq; domino quæritur.* 15.
16 *Stipulatio Ire agere, intranſmiſsibilis: ex cauſa contrà.* 19.
18 *Stipulationem adiectione non mutari.*

a §. HI, QVI SVNT IN ALIENA *a*.
1 ¶ Suprà † vidimus hanc eſſe ſtipulationis *Habere licere*, ſignificationem, vt ad ius referatur, i. quòd ſtipulanti liceat iure habere, ſeu poſsidere, adeò vt promiſſorem agentem repellere exceptione
2 poſsit. Quid † ergo, ſi à ſeruo, vel à filiofamiliâs interpoſita ſit? & conſtat, ſi ſtipulati ſimpliciter ſint, eos domino, vel patri acquirere, ſicut & cæ-
3 tera omnia acquiruntur [g]. Sed † dubium eſt, quid, quando perſonaliter ſibi habere licere ſtipulati ſunt? & videretur idem eſſe, tanquam dictio *Sibi*, pro non adiecta habeatur [h]. id enim ꝓnomen non debet actum perſonalẽ facere, quando aliàs vitiaretur, ſed potiùs vti ſuperfluum reiiciendum eſſet [i]. Sed tamẽ ſentit Iuriſconſultus,
4 reiiciendum non eſſe. cùm † enim ſeruus ea ſtipuletur, quæ iuris ſunt, verum eſt fruſtrà tale pronomen adiici, quia tranſeunt incontinenti in dominum [k]. at cùm ſtipulatur ea, quæ ſunt meri fa-
5 cti, vt eſt *Ire agere licere*, ſuam vim ſeruat. hæc † verò ſtipulatio *Habere licere*, quamuis ad ius pertineat, tamen & plurimum facti habet. vnde à vi verbi recedendum non eſt, nec tanquam ſuperfluũ reiicietur, ſed propter qualitatem perſonę eatenus intelligetur, quatenus perſona ſerui eſt capax, & ſic de nuda facti detentione [l]. verba † e-
6 nim ſecũdum qualitatem perſonarũ ſemper accipienda ſunt [m], & in contractibus, & in teſtamẽtis, & qualibet in materia. quod à me libro De verborum ſignificatione primo explicatum diffusè eſt.

g l. placet. de acq. hæred. h l. j. in princ. l. ſiue. j. tit. ij. i l. pen. C. de im pub. k Inſt. de ſtip. ſer. in princ.

Stipulatio iſta, §. Hi, qui ſunt in aliena.

l §. ſed cũ factũ. Inſt. de ſtip. ſer. m l. plenum. §. equitij. de uſu & hab.

21 † quid in ſacerdote parocho ſtatuemus, qui tanquam publica perſona vſuras his, quorum intereſt, reſtitui ſtipulatur [c]? vel in quocunque ſacerdote, qui aliàs in his, quæ ad animæ ſalutem B pertinent, pro eccleſia ſtipulatur [d]? & conſtat idem eſſe, quod in notario, vt acquirantur vtiles. nam & generaliter hoc receptum eſt in quibuſcunque magiſtratibus, in his, quæ ad officium ſuum pertinent, ſtipulantibus [e]. quod infrà attingit Iaſ. [f]. Quod † in ſeruo tradiderat,
V.
22 in filio quoque familiâs Iuriſconſultus producit, vt & ipſe parenti, in cuius eſt poteſtate, ſtipulari poſsit. iuris enim interpretatione videtur eadem perſona cum patre [g]. Quid autem vi- C ce verſa, an pater filio ſtipulari poſsit? alibi traditur [h]. Sed an monachus poterit cœnobiarchę
VI. ſuo ſtipulari? & Bar. ſentit poſſe, tanquã non minùs in poteſtate cœnobij ſit monachus, quàm filius in paterna [i]. Vnde ſequitur, vt ſtatim directæ actiones monaſterio acquirantur: putauerimq́; hæc iure noſtro eſſe vera [k]. Sed † cùm hodie mo-
23 nachi arctius inſtitutum ſeruent, ſintq́ue prorſus mortui mundo, eorumq́ue volūtas ſit nulla [l], videtur eos ipſo iure non acquirere, contractumq́; D eſſe nullum, niſi vel mandato abbatis contraxerint, vel ſecuta ſit ratihabitio. Quod & in ea quęſtione traditur, cùm delata eſt monacho hæreditas. ſolus enim abbas eam addit [m], nec voluntas monachi requiritur, quæ nulla eſt, cùm ſecus ſit in filio, vel ſeruo [n]. Sed † an tutor pupillo ſti-
VII. pulabitur? & conſtat poſſe [o]. Quod Bart. intelli-
24 git non ſolùm, cùm in ſuam perſonam promiſsiua verba, ſed etiam in pupilli perſonam concipiat [p], eiq́; vtilis actio abſque ceſsione quæretur. Quod & in curatore receptum eſt: item actore E municipum vtilitatis (vt Vlpianus ait) cauſa: ſed aduerſus Bartol. communis eſt ſententia, Vlpianiq́; reſponſum quomodo accipiendū ſit, infrà diſſeram. Intellige tamen ſuprà ſcripta procedere, cùm tutor & ſimiles in his ſtipulantur, quæ ad officium ſuum pertinent, ipſiq́ue pupillo acquiri debent. aliàs enim non poſſent alteri ſtipulari [r].

INVENTAE ENIM a. ¶ Inuenit ergo lex b
F ciuilis ſtipulationem, vt vnuſquiſque ſtipularetur ſibi. vnde alteri facta ſtipulatio à iure ciuili non fouetur. Sed † an iure naturali ſaltem pariat
25 obligationem? & videretur non parere, quia lex ait, talem ſtipulationem nullius momenti eſſe [s]. quandoque ſimpliciter ait eſſe ſtipulationem nullam [t], & obligationem nullam parere [u]: quandoque eum, qui alteri ſtipulatur, nihil agere [x]. ſuadetur hoc ex legis noſtræ verbis, dum di-

y d. l. iij. rē pup. ſal. for.
z Bal. conſ. cc. uerba. in iij. Angel. conſ. lxxiij. quod dicta. Alber. poſt Veteres d. l. non aliter.
a Paul. d. l. iij. Io. Fab. §. ſi quis alteri. Inſt. de inut. ſtip.
b l. iij. C. de mag. conuen. Bar. d. l. ij Alex. Iaſ. §. ſi ſtipuler ff. eo. d. l. i. §. exigere.
c d. c. quanquã. de uſur. in vj.
d c. dudum. de conuerſ. cōiug.
e d. §. exigere. auth. matri. C. quan. mul. tut. auth. libellum. C. de lit. conteſt.
f ff. §. ſi ſtipuler.
g §. ei, qui. Inſt. de inut. ſtip.
h l. quod dicitur ff. eod.
i Bar. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. eo. §. illud. auth. de monach. gl. d. §. ſi quis alij.
k Barto. l. j. ff. de ſtip. ſer.
l xij. q. j. non dicatis. c. fi. de ſepul. in vj.
m Doct. c. in præſētia. de pb. & l. j. q. iij. ff. de uulgar.
n l. cū propones. C. de hær. Inſt.
o l. quoties. in princ. de admi. tut. Bar. §. ſi ſtipuler ff. eod.
p l. eum. §. fi. de conſt. pec.
q d. §. ſi ſtipuler.
r l. ſolutum. §. per liberam. de pig. act.
ſ ſi cer. pet.
s l. j. §. quod meus ſeruus ff. tit. ij.
t l. certi condictio. §. quoniã.
u d. §. Chryſogonus.
x l. j. §. j. ff. tit. ij. d. §. ſi quis alij. Inſt. de inut. ſtip.

citur,



26 citur, Alteri ſtipulari nemo poteſt. vniuerſalis † enim negatiua ante verbum Poteſt, indicat nec naturalem quidem obligationem naſci [a]. Et licet huic rationi reſpondeat Iaſo. q lex vltrà procedit tamen friuolum eſt. quod enim ad hanc obligationem attinet naturalem, nihil prorſus in proceſſu legis dicitur. Addit pro eadē ſententia Raph. hanc rationem: nō enim ſtipulaito hæc alteri facta vllius prſus effectus eſt. vnde ex tali obligatione naturali nulla commoditas oritur. non enim confirmando conſtitutæ pecuniæ contractui ſufficit [b], non ex ea daretur ſtipulatori retentio, non ius cedendi [c], cùm his omnibus effectibus obſtet illa exceptio, *Tua non intereſt* [d]. Cùm igitur nullius vtilitatis ſit, credendum eſt nec ſubeſſe quidem [e]. Nec dubitauerim ego, quin veræ ſint hæ propoſitiones, quicquid B cum Beſutio ſuo Iaſ. commentetur. Quid ergo dicendum? & in primis propter ſuprà ſcripta argumentum fatēdum, ſi ſtipulatio nec verbis quidem promiſsiuis ad ſtipulatorem reſpiciat, ſed tota verſus alterum concepta ſit, nullam obligationem, nec quidem naturalem, parere. quod Bartol. cenſuit, & omnes admiſerunt. videtur enim inſtar pollicitationis cuiuſdam abſenti factæ eſſe, ex qua conſtat nec naturalem quidem
27 obligationem naſci [f]. Sed † ſi promiſsio verſus C ſtipulatorem concepta ſit, putà *Promitto tibi me Titio daturum centum*, receptior eſt Accurſij ſententia, vt hoc nomine tibi naturaliter obliger [g]. cùm enim ſolùm deficiat ſtipulatio in materia, non impeditur, quin naturalis obligatio ex conſenſu ſaltem oriatur [h], actuſq́ue eo modo, quo poteſt ſuſtineat [i]: ſec9, ſi in forma peccaret, vel aduerſus legis præceptū cōciperetur. eo enim caſu tātùm negatiua omnē potentiam abnegaret, q ſuprà docui [k]. Et cùm obligationis appellatione D de ea intelligatur, quam lex ciuilis induixit [l], nihil obſtant leges, quæ tali caſu dicunt nullam obligationem eſſe, quia de ciuili intelliguntur: aliàs nec ex pacto quidem nudo oriretur naturalis, quod apertè falſum eſt [m], dum ergo lex ait, nihil agi, intelligitur nihil iure ciuili agi. Nec me mouet Raph. ratio quia vt verum ſit, talem obligationem non conſtitutæ pecuniæ actioni, non retentioni, non compenſationi, non ceſ-
I. ſioni ſufficere, habet tamen alios effectus, qui-
28 bus vtilis eſſe poteſt. Et † in primis propter E fauorem dotium à ciuili approbatur, vt inde actio naſci poſsit [n], cùm tamen ſecus eſſet, ſi nulla obligatio naturalis adeſſet. deficeret enim æquitas [o]. nã & cùm quis ſibi, aut nepti dotem reſtitui ſtipulatur, non debet nepti actio denegari, cùm manifeſtè appareat, non interpoſitam eſſe ſtipulationem, vt neptis vtilitas tollatur. at ſi ea interpoſita non eſſet, actio ipſius neptis ſaltem hodie ex lege Iuſtinani eſſet [p]. F videtur enim quodammodo ſuper re neptis in
II. terpoſita ſtipulatio [q]. Rurſus † propter hu-
29 ius obligationis naturalis æquitatem, quæ ex conſenſu orta eſt, admitteretur in his cauſis petitio, in quibus non ad iuris ciuilis regulas, ſed ad æquitatem iuriſgentium ſolam attendimus, quales ſunt cauſæ ad pietatem eleemo-
III. ſnámue pertinentes [r]. quod Baldus, Fel. An-
30 gel. Iaſ. tradiderunt. Sed † & illud receptiſſimum eſt, huiuſmodi naturalem obligatio-

vt vnuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua

A

a l. j. in princ. ff. eo.
b l. eum, qui. §. item ſi mihi. de conſt. pec.
c l. ſi Seius. ad Trebel.
d l. poſthumus. § ſi quis ex his. de inof. teſt. l. ex conuentione. C. de pact.
e l. bis. ff. eo.
f Bar. l. ſi vnus. §. pactus, ne. de pac. Mod. Rob. ff. eod.
g arg. d. l. ea, q ciuiliter. gl. §. ſi ſtipuler. ver. fieri ff. eod.
h l. cū amplius. §. in natura. de reg. iur.
i arg. l. j. in fin. mãd. l. pe. in fi. de contr. emp.
k l. j. in prin. ff. eod.
l Inſt. de oblig. in princ.
m l. iuriſgentiū. §. ſed cū nulla. de pact.
n l. Caius. ſolu. mat. verb. maximè. Alexã. Iaſ. d. §. ſi ſtipuler.
o l pactū. C. de pact. con. l. ſi genero. C. de iur. dot.
p l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act.
q arg. l. pen. C. ad exhibend.
r gl. d. c. quoties. arg. ca. cū eſſes de teſtam.



nem iuramento confirmari. quod hîc diffusè Alexand. & Iaſon oſtendunt. Ego † iure ciuili hanc vim iuramento dari non arbitror, vt Bald. & Pont. & Ioan. Fab. rectè ſenſerunt [ſ]. ſi quidem videntur Iuriſconſulti Laconis illud apophthegma approbaſſe, vt petenti extraneo excipi poſsit, tibi an Deo promiſi? ſi Deo dixerit, tu igitur ſecede, vt Deo non tibi dem. iure verò Pontificio etiam confirmari veriſimile eſt eam promiſsionem, quæ aliàs nec naturali quidem obligationi ſufficeres, vt quia directis verbis verſus extraneum eſſet concepta. videtur enim iuramentum Deo præſtitum, qui pro abſente receperit [t], poteſtq́ue tale iuramentum citra ſalutis æternæ periculum obſeruari [u]. Sed quæ illi abſenti dabitur actio? B & conſtat, ſi iuratū in iudicio deferente procuratore ſit, dari domino vtilem, nec alia ceſsione opus eſſe [x]. habet † enim iuramentum vim iudicij
32 [y]. at in iudicialibus alteri per alterum quæritur abſque ceſsione [z]. quod etiam ad conuentionale iuramentum extendunt communiter Doctores Pontano tantùm reclamente [a]. Sed † & non leuis huius obligationis effectus eſt, vt faciat videri ſtipulationem hanc à principio prorſus inutilem non eſſe. vnde quibuſdam caſibus ex C poſt facto cōfirmari poteſt, quos infrà attingam.
Cæterùm † cùm iure naturali oriatur obligatio, conſequens quoque illud eſt, vt poſsit per conſuetudinem, ſeu municipij legem induci, vt alteri ſtipulari quis valeat [b], taleq́ue ſtatutum odioſum non ſit, quoniam cum iure gētium concordat, quæreturq́ue tali caſu directa actio abſque ceſsione. quod Iaſ. refert [c].
QVOD SVA INTEREST a. ¶ Quoties † ergo ſtipulatoris intereſt & alteri dari valeret ſti- D pulatio. quod infrà declarabitur [d]. Oportet autē, vt pecuniariter interſit. Vnde † ſi ex affectione quadā ſolùm intereſſet aliud eſſet [e]. non enim huiuſmodi affectio ſufficit, ſicut nec quæ ex obligatio ſolū naturali procederet, vt ſuprà dixi, etiam ſi remunerationis cauſa ſubeſſet [f]. Nec maximæ quidem amicitiæ coniunctio ſufficeret [g], niſi & pecuniariter intereſſe poſſet, vt quia debitor fideiuſſori ſuo liberationem ſtipuletur [h]. extinguitur enim actio, quæ δυνάμει, id eſt potentia, E in ſe competebat [i]. quæ ratio & in procuratore habet locum intereſt † enim ſua domino acquiri, poſtquam mãdatum ſuſcepit [k]. Sed † quid, ſi à principio quidē nihil ſtipulatoris intereſt, ian confirmabitur ſtipulatio, ſi deinde incipiat intereſſe? & Bartolus confirmari exiſtimauit [l]. cùm enim à principio non ſit prorſus nulla, ſed obligationem naturalem contineat, non eſt mirum, ſi ex poſtfacto confirmatur [m]. ſequunturq́ue hanc ſententiam communiter cæteri, quam F & ego quibuſdam caſibus indubitabilem arbitror. Et † in primis in contractibus iuriſgentium non dubito, quin procedat [n], cùm in eis fundamētum obligationis naturalis adſit, quod maximè hoc in caſu perpenditur. In ſtipulationibus quoq; idem arbitror, ſi cōditionaliter conceptæ ſint. ſatis enim eſt, ſi tempore euenientis conditionis interſit [o]. Idem quoque eſt, quoties in ſtipulationibus id deductum eſt, quod tractum ſucceſsiuum habeat. quo enim tempore intererit, eo agetur [p]. Sed † quid, cùm 40

interest a Cæterùm vt alij detur, nihil in-

L. 38. Stipulatio iſta. §. Alteri ſtipulari.
31
s Bal. c. cum cōtingat. de iureiur. Ro. conſ. 321 Io. Fab. d. §. ſi s alium.
t c. ij. de arb. in 6. glo. d. c. quoties.
u c. ſi vero. de iureiuran.
x l. nam poſtea §. pe. de iureiur. l. fi. §. fi. vbi Ale. eo. tit.
y l. qui iur aſſe in fi. eo. tit.
z l. in cauſę. §. fi. de procur.
IIII.
33
a d. §. ſi ſtipuler
V.
34
b d. l. certi. §. ſi. nummos.
c Bal. l. j in fi. C. de manu. teſt.
a
35
d d. §. ſtipuler.
36
e l. 3. §. ſed & ſi. forte. iud. ſol.
f l. quod dictum. vbi Bal. ff. de pa.
g gl. l. ſi tibi. §. ſi pactus. eo. tit.
h l. ſi vnus. §. j. e. tit.
37
38
i l. aduerſus. de arbit.
k l. pen. ff. ſi ge caut.
l arg. §. quęſitū. ff. ea.
m l. Stichum. §. aliquando, de ſolut.
I.
39
II.
n l. ſi remunerãdi. §. ſi tibi. mãd.
III.
o l. exiſtimo. in prin. ff. eod.

yy

obligatio nulla naturalis ſuberat? & Bartol. ſentit, tunc non confirmari. Vnde qui ſtipulatur rem propriam ſibi dari[1], nihil agit, etiam ſi propria eſſe deſinat[a]. à principio enim nec naturalis quidem valuit. Sed & ſi extraneus ille, cui dari quis ſtipulatus eſt, ipſi ſtipulatori ſuccedat, non confirmatur ſtipulatio[b]. reſpectu enim extranei nulla vnquam orta fuit naturalis obligatio, quod ſecus eſt in caſu contrario, cùm ſtipulator ipſe extraneo ſuccederet. Qua ratiõe ſi factũ alienũ promiſero, illeque mihi ſuccedat, nõ tamen obligabitur. quod ſuprà cenſui[c], cùm tamen ſecus ſit, ſi ego illi ſuccederem, dum factum ſit, quod in hæredes transmitti poſsit. & ſecundum hanc diſtinctionem Caſtellionis quorundamque aliorum cõtrouerſiæ ſopiri poſſunt.

a l. ſi rem meã. ſ. eo.

b l. ſi tibi. §. ſi pactus. de pact.

c ſ. ea. l. §. ſuæ perſonæ.

**...tereſt mea. Planè ſi velim[a] hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet, vt ſi ita factum non ſit, vt compræhenſum eſt, committatur ſtipulatio etiã ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, A quid interſit: ſed quę ſit quantitas, quæq; cõditio ſtipulatiõis. ¶ In ſtipulationib.[b] cũ quęrit̃ qd actũ ſit, verba cõtra ſtipulatorẽ interpretãda ſunt.**

a PLANE SI VELIM[a]. ¶ Adiectio † ergo pœnæ facit, vt ſtipulatio alteri facta obſeruetur. Quod † intelligendum metu pœnæ, non autem iure obligationis. in obligatione enim ſolùm pœna eſt, quæ promiſſoris factum reſpicit, factum verò alienum in conditione tantùm eſt. Vnde ſicut potes mihi ſub qualibet alia conditione centum promittere, ita & ſub hac, *Si Titio non dederis*, committeturque ſtipulatio ex conditionis euentu[d], non autem ex litis conteſtatione ſuper facto alieno. quod Accurſ. tradidit, quem 
41
42
43 conſtat communiter damnari[e]. Sed † quid, ſi pœna non per ſtipulationem, ſed pacto nudo adiecta ſit? & receptum eſt non committi, niſi quatenus interſit[f]. quæ ſententia in contractu bonæ fidei certior eſt, in quo conſtat, pacta incontinenti adiecta actionem parere[g]: at in caſu legis noſtræ, etiam ſi interſit, non videtur agi poſſe, non quidem ex pacto, quod contractui ſtricti iuris non ineſt, vt verior ſe habet opinio, nec ex ſtipulatione quæ eſt nulla, cùm in ea factum duntaxat alienum deductum proponatur. Quid autem in vſura ſit, alibi attigi[h]. Sed quid ſi nihil prorſus interſit, an indiſtinctè committetur pœna? & hîc videtur probari, committi, verùm hanc quæſtionem alio loco Doctores explicant[i]: ſicut & illam quando à principio interfuit, ſed deinde deſiit intereſſe[k]. Sed nunquid pœnæ intra certam quantitatem limitandæ ſint? & videtur poſſe etiam ad infinitam ſummam aſcendere, cùm hîc probetur, non attendi in eis, quantum interſit. cùm enim lex nulla reperiatur, quæ huiuſmodi conuentionales pœnas coarctet, nec nos eas reſtringere debemus[l]: idque
I. ſentit Bartolus, videturque receptius. Quod
44 † tamen intelligitur, niſi pœna incerta ſit. non enim extenditur, niſi ad mediocrem ſummam, quia eatenus veriſimle eſt cogitaſſe contra-
II. hentes[m]. quod hîc Bartolus cenſuit. Sed & ſi obligationi dandi adiecta ſit, & legitimum modum vſurarum excedat, lex fraudem præſumit[n]: & ideo tali caſu non exigeretur. Ad- III.
dunt aliqui Pontificij, generaliter iure canonico pœnas ſupra, quàm interſit, exigi non poſſe[o]. quod ego probare non ſoleo, lex enim canonica de pœna loquitur, quam arbiter pendi iuſſerat, ſi datum non eſſet: quæ † pœna in fraudem vſurarum præſumitur[p], & meritò exigi, ceu in 45
honeſtum lucrum, non poteſt. Sanè hoc conſtat, pœnis legalibus excedi quadruplum non poſſe[q], ſicut nec pœna arrharũ, ne ſcilicet matrimonia metu nimię pœnę impediãt[r]. Addit Accurſius, nec cõuentionales quidem pœnas duplum poſſe excedere, ſi nominib. multiplicatiuis ſint adiectæ[s]. quæ ſententia communiter reprobata eſt. IV. V.

d l. nuda. C. de contrah. & cõmit. ſtip.

e l. Doctores. l. ita ſtipulatus. ſ. eod.

f l. ſeruus ea lege. de ſer. export. ſ.

g l. in bonæ fi. C. de pact. vbi dixi, l. ſi initio. C. de pac. inter empt. Bar. hic.

h l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. pet.

i l. ij. §. fin. ſ. eo.

k l. ſi ſub. j. ſ. eodem. dixi l. ex conuentione. C. de pact. l l. ſi dictũ. in prin. de euict. l. v. in fin. ſ. eod. m argum. l. vnicæ, verſ. cum ſcimus. C. de ſent. quæ pro eo. n l. Iulianus. §. idem Papinian. de act. empt. l. ſi non ſortem. §. de cond. indeb. l. vſuræ. C. de vſuris.

o c. ſui. de pœnis.

p l. iij. §. fin. de ann. leg. dixi. d. l. iiij. §. Cato. & §. fin.

q §. omnes. Inſtit. de actio.

1 *Ratio, quare contra ſtipulatorem fiat interpretatio.*
3 *Res dubia qualiter cognoſcatur.*
6 *Stipulatio dotis in euẽtum mortis, compræhendit etiam ciuilem mortem.*
18 *Mandati interpretatio ſecundum mandantis mentem fit.*

C

§. IN STIPVLATIONIBVS[b]. In † dubio igitur fit interpretatio contra ſtipulatorem. b 1
cùm enim ipſe de obligatione inducenda agat, niſi probet, quatenus promiſſor ſit ſibi obligatus, pro promiſſore præſumemus, idque fauore liberationis[t]: & quia ſtipulatori onus probandi incumbit (in dubio autẽ fit interpretatio aduerſus eum, qui probare debet)[u]: & quia ſtipulator D ipſe primus verba ſtipulationis concipit, & interrogat: vnde ſibi imputare debet, ſi ea clarè expreſsimque nõ concepit[x]. Quoties † ergo hac de re quæſtio erit, poterit iudex ſtipulationẽ declarare ex mente promiſſoris potiùs[y], deque ambiguitate hac & incidenter in ipſa cauſa cognoſcet, & etiam in executione. Poterit & principaliter implorato ab actore officio ſuo diſcernere. quod hîc docet Bartol. Sed † quomodo intelligemus rem dubiam eſſe, vt interpretatio con- 2
E tra ſtipulatorem fiat? & conſtat non videri dubium, quod ex verborum proprietate percipi poteſt. tali enim caſu ab ea non recedemus, nec audiretur promiſſor, ſi dubitationem in eo, quod clarum eſt, induceret[z]. Qua ratione ſtipulatio annua cenſetur eſſe perpetua, & ad hæredes tranſit[a]. verba enim hoc indicant, nec exceptio promiſſoris diuerſa affirmantis probabilis eſſet. Sic † fideiuſſor, qui pro alio factum adpromiſit, non in leuiorem obligationem, id F eſt, in id, quod intereſt, ſe obligare cenſetur, ſed in ipſum factũ[b], quia verba clara ſunt: quod Alex. aduerſus Imol. cenſuit, poſſentque huius rei varia exẽpla adduci. Sanè † nec dubia verba vidẽtur, quãdo ex lata vocabuli ſignificatiõe aliquid cõpræhendunt. Vnde † ſi quis dotem ſuo lucro cedere, moriente vxore, ſtipulatur, intelligitur ſtipulatus, etiam ſi non moriatur, ſed ſan- I. 3 4 II. 5 6

r l. fi. C. de ſpõſ.

s arg. l. vnicæ in fin C. de ſent. quæ pro eo. vbi dixi.

t l. Arrianus. ſ. tit. j. u c. in præſentia. de probat. x l. quicquid infrà eod. y Bartol. l. in conuentionalibus. infrà eodem. z l. ſi mihi & Titio. §. j. ſ. eod. a l. ſi Stichum. §. j. ſ. eodem. b l. ſi reus iudic. ſol.

ctimonialis



ctimonialis efficiatur[a]: ſitque interpretatio contra promiſſorem, quia appellatione mortis etiam mors ciuilis, id eſt, monaſterij ingreſſus, contineri poteſt. quod & ſimilibus aliis caſibus dici poteſt[b]. Quod † & dicendum, cùm
III. generalitas verbo-
7 rum pro ſtipulatore eſt. ſibi enim imputet promiſſor, qui generalibus verbis permiſit ſe obli-
IV. gari[c]. qua de re alibi. Sed † & qui verbis vſus
8 eſt, quæ certam interpretationem legis auctoritate habent, non videtur mihi obſcurè lo-
9 cutus eſſe[d]. Quapropter † ſi quis pro ſe, filiiſque ſuis emphyteuſim ſtipulatus ſit, putarem & fœminas admitti, & nepotibus quoque ſtipulatum uideri, quoniam legis interpretatione appellatio filiorum fœminas quoque continet, & ad nepotes etiam pertinet: idque verius eſſe aduerſus quoſdam Veteres, Iaſonemque aliàs exiſti-
V. maui[e]. Sed † quid, ſi verba ex ſe dubia per
10 conſuetudinem declarentur? & idem eſt, quod ſi per legem. Vnde qui ſtipulatus eſt decem ſibi ante menſem Ianuarij dari, per regulam legis noſtræ ante menſem ſcilicet finitum intelligi deberet[f]. Sed tamen propter communem vſum ante menſem cœptum intelligitur: quòd ſuprà tradidimus[g].
VI. Plurimum † quoque hac in re veriſimilibus
11 coniecturis tribuemus. cùm enim hæc regula ad locos communes pertineat, totaque in ſtatu coniecturali conſiſtat, ad veriſimilia potiſsimum attendemus[h]. conſtat enim vnam coniecturam per aliam tolli, & minus efficacia for-
13 tioribus cedere[i]. Vnde † qui calendis dari ſtipulatur proximis, quod ſibi vtilius eſt dari ſtipulatus intelligitur. nec enim veriſimile eſt, de
12 vlterioribus actum eſſe[k]. Qui verò tribus terminis aliquid promittit, annua, bima, trima dei promiſiſſe cenſebitur[l]: fietque interpretatio non de tribus menſibus, ſed tribus annis: idque ex legis noſtræ regula, cui hoc caſu veriſimilitudo
14 eius, quod actum ſit, non repugnat[m]. Item † ſi quis ſtipulatus à ruſtico ſit vineam plantari, quartamque fructuum partem ſibi dari, etiam aliarum arborum, quàm vitium, quartam habebit[n]. non enim veriſimile eſt id actum, vt de vitibus tantùm penſionem ſolueret, reliqua verò
VII. gratis haberet[o]. Cęterùm † & quoties actus eſſet
15 nullus, niſi pro ſtipulatore eum interpretaremur, traditum eſt regulæ legis noſtrę locum non eſſe, ſed potiùs aduerſus promiſſorem præſumendum eſſe[p]. Potior enim videtur illa præſumptio, quæ pro valore actus facit[q], traditque id Accurſ. probantque omnes. qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt. cùm enim omnis hîc ſtatus coniecturalis ſit, poſſent aliqui colores promiſſorem ita adiuuare, vt potiùs ſtipulatio eſſet nulla. Quid enim, ſi proprietas ſermonis omnino contra ſtipulatorem ſit? veluti cùm quis ſtipulatur rem ſuam dari? potiùs ſtipulatio eſt nulla, quàm vt capiatur interpretatio adiectæ conditionis, cùm ſua eſſe de-

a l. Deo nobis. §. j. de epiſc. & cleric.

b l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de liber. et poſthum.

c l pluribus de acceptil. l. ſub prætextu. C. de tranſact. Alexã. conſil. vndecimo, in ij.

d l. in conuentionibus. ff. de verb. ſign.

e dixi l. liberorum. in fi. de verb. ſig.

f Bar. Alexã. Iaſ. l. qui ante. ſ. eod.

g l. qui ante. ſ. eo. vbi Bart. Alex. Iaſ.

h gloſſ. l. veteribus. de pact. Bald. l. final. xx. opp. C. de hær. inſtituen.

i l. cum de in debito in fin. de probat. l. diuus. de in integrum reſtitutio. k l. eum, qui calendis. infrà eodem vbi Alexand. l l. tertia. §. j. de ann. legat. vbi Bartol. Alexand. l. qui bona. §. final. de damno infecto. m argum. d. in lege. ſuprà loca. n Ioann. Andr. in Speculat. de locat. §. j. verſic. quid ſi colonus. o argumenta l. ſi merces. ſuprà locat. l. tale. in fine ſuprà de pact. p l. vbi. de rebus dubijs. q l. quoties. l. eum, qui calendis. ſ. eod. in princ.

**¶ Eum, qui ita[a] dicat, Mihi decem, & Titio decem: eadem decem, nõ alia decem dicere credẽdum eſt.** A

fierit, vel æſtimationis eius loco præſtandæ. quod ſuprà declaraui[r]. Sic † & cùm quis rem alienam ſtipulatur habere licere, potiùs actus eſt nullus, quam vt videatur promiſſor ſpopondiſſe ſe facturum, & curaturum[s]. Sic qui ſtipulat̃ Stichum ſeruum (cùm de certa ſpecie ſentiret) ſibi dari, & promiſſor plures ſeruos hoc nomine haberet, nihil propter incertitudinem agit[t], nec lex permittit hoc caſu, vt iudex ſecundum ſtipulatorem interpretetur, ſed potiùs diſſenſum præſumit[u]. Quod & in ſimili ſpecie Raph. Alexã. Iaſ. hîc tradiderunt, cùm de certa ſpecie non agitur. quo caſu electio eſt debitoris[x]. eo enim defuncto, ſtipulatio, ſi ex cauſa oneroſa concepta ſit, perimetur, quia declaratio ad B hæredem non tranſit: nec tamen pro ſtipulatore fiet interpretatio, vt qui minoris æſtimationis ſit, præſtetur[y]. Illud † quoque non omittendum, cenſuiſſe aliquos legi noſtræ locum non eſſe, cùm ambiguitas non ex ſtipulatoris, ſed ex promiſſoris verbis oritur[z]. tunc enim ipſi promiſſori imputandum eſt, qui ipſe clariùs non ſit locutus[a]. Sed an idem in mandato erit? & videretur idẽ eſſe, vt cõſtituenti procuratorẽ imputemus, cur apertiùs locutus non C ſit. Sed tamen aliter pleriq; cenſuerunt[b]. ſecundum † enim mandantis intentionem declarandum eſt mandatum. quod ego verum arbitror, cùm inter mandantem & mandatariũ nulla eſt lis, ſed cum altero, qui à procuratore conuentus de ſenſu mandantis diſputat. Quid † ergo in confeſsione dicendum? & receptum eſt ſecundum confitentis mentem accipi debere, declarationemque ad eum pertinere[c]. quod alibi Socin. diſputat. Dubium tamen non eſt, D declarationem illam non niſi ſemel fieri poſſe, mutationemque non permitti[d]. Sanè quid in iudiciis dicendum ſit, quid item in prætoriis ſtipulationibus, infrà loco ſuo attingam[e].

L. 38. Stipulatio iſta. §. Eum.
16
VIII.
17
IX.
18
X.
19
XI.

r l. ſi rem meã. l. multum intereſt. ſupra eodem.

s ſupra in princ. d.

1 *Copulæ Et, vſus.*
2 *Quare pro promiſſore fiat interpretatio.*
3 *Gemina expreſsio interdum diuerſas ſummas conſtituit: & quid in vltimis voluntatibus. 6.*

E

§. EVM, QVI ITA[a]. ¶ Suprà vidimus, a quoties proprietas verborum pro ſtipulatore eſt, fieri pro eo interpretationem aduerſus promiſſorem[f]. Quid ergo, ſi quis ita ſtipulatur *Mihi decem, & Titio decem dare ſpondes*? & videretur de diuerſa ſumma intelligendum, quia † copula *Et*, 1
ſolet inter diuerſa poni[g]: & quia ſi de diuerſis actum non eſſet, oportuiſſet adiicere, *Eadem decem*[h]. Sed tamen Iuriſconſultus contrarium de- 2
cidit, adhucque ſtandum regulæ arbitratur, vt † F pro promiſſore fiat interpretatio. cùm enim ſtipulatio hæc Titio facta inutilis ſit, quia ſtipulari alteri nemo poteſt, credendum eſt, ſummã hanc

t l. inter ſtipulantem. §. j. infra eod. u l. ita ſtipulatus. in princip. infra eodem. Alexand. l. qui ex pluribus infra eodem. glo. prima. x l. ſi quis à filio. §. ſi plures. de legat. primo. y Bartol. d. l. inter ſtipulantem. §. j. Socin. l. cum quærit. de reb. dub. z l. ſi in emptione. in princ. de contr. empt. d. l. eum, qui calendis. a gloſſ. d. l. vbi. Din. c. in obſcuris. de regul. iur. in ſexto Doct. d. l. veteribus. b gloſſ. c. petitio. in fin. de procur. Moder. hîc. c l. ſi quis intentione. de iud. l. certum. §. j. de confeſſ. Soc. d. l. cum quæritur. d l. fin. vbi Bald. C. de codicil. e d. l. inter. §. j. d. l. in conuentionalibus. f l. ſi mihi, & Titio. §. j. ſ. eo. g gl. rub. de iur. & fac. ig. h Inſt. de duob. reis. in prin.

inutilem de eadem re conceptam eſſe, nec eius
adiectione id actum, vt quantitas duplicetur.
Sed quid inde iuris erit? & Accur. mihi ſola quin
que acquiri cenſuit: alia quinque, quæ Titio ſti-
pulatus ſum, pro non appoſitis eſſe [a]. Sed hanc
ſententiam Vete-
res ferè omnes im-
probarunt, & Re-
cẽtiorum plerique.
procederet enim
hæc ſententia, ſi
ſummæ commemo
ratio ſemel tantùm
facta eſſet. puta mi-
hi, & Titio decem.
copula enim diui-
deret ſummam æ-
qualiter [b], & ſola
quinque ſtipulator
haberet, quia † in
3 contractibus iuri accreſcẽdi locus non eſt [c] Sed
cùm bis decem cõmemorata ſint, integra de-
cẽ ſtipulator per ius non decreſcendi habet, cui
cõſtat in contractibus locum eſſe [d], & vtile non
vitiabitur per inutilem Titij ſtipulationem. hęc-
que communis eſt interpretatio. Sed an Titio
ſolui ſaltem poterit tanquam adiecto? & Ac-
curſ. negat, quia adiicitur quis obligationi per
diſiunctiuam, non autem per coniunctam [e].
Irnerius & Veteres contrà, cùm † ſolidum
4 vtrique ſtipulatus ſit. aliàs nullius effectus eſ-
ſet Iuriſconſulti dubitatio, eadem, an alia de-
cem videatur ille ſtipulatus? cùm in omnem
caſum ſtipulator decem habeat, Titius nihil.
amplius ergo hac in re deliberandum eſt. Sed
nunquid indiſtinctè procedit ſuprà ſcripta con-
I. cluſio? & non videretur. Finge Titium talem
eſſe, cui ſtipulator potuerit ſtipulari, vt quia
pater, vel dominus: videretur mihi à proprietate
verborum non eſſe recedendum, & de diuerſis
ſummis potiùs actum cenſeri [f]. Nam & ſuprà
vidimus, quoties † altera ſtipulatio, ſeu obli-
5 gatio ſuperflua eſſet, diuerſitatem ſummarum
II. potiùs præſumi [g]. Sed † & in vltimis volun-
tatibus, quoties bis quantitas expreſſa eſſet, re-
6 ceptum eſt nõ de eadẽ ſumma videri actum [h]: vt
ſi dictum ſit, Titio x. Seio x. lego: nõ intelligitur
eadem x. licet aliter Bartol. exiſtimauerit, quem
conſtat hac in re frequẽtiore calculo damnari [i]:
& quidem rectè, vt mihi videtur, cùm hoc caſu
vtrunque legatum valeat. Illud quoque Docto-
III. res fatentur, quoties † non ſolùm quantitas
7 bis expreſſa, ſed & verbum promittendi repeti-
tum eſſet, etiam in contractibus diuerſas ſum-
mas deberi. idque niſi dictio *Eadem*, addita propo
natur [k]. quod aduerſus Imol. Alex. hîc ſubtiliter
docet, communiterque approbatum eſt. quod
indubitatum eſt, quoties non ab vno tantùm,
ſed à pluribus perſonis facta eſſet promiſſio.
tunc enim nullus eſt argumento Imol. locus,
qui non præſumi quenquam duplici onere gra-
IV. uari ſe voluiſſe ait [l]. Sed † quid, ſi dictum
8 ſit, *Mihi dena, & Titio dena ſpondes*? & clarum
eſt, dena idem ſignificare, quod x. ſingulis [m]: ſic-
vt quina, quinque ſingulis. quod ſi vulgatiſſi-
mum Grammaticis non eſſet, potuit in iure no-
ſtro optimè addiſci, ne irridendi nos cauſam

a d. l. ſi mihi. in princ.
b l. reos. §. cũ talibus. ſ. tit. j.
c dixi l. triplici. de uerb. ſignifi.
d l. unica, §. his ita. ueri. ſin aũt. ex iis, qui diſiũctim. C. de cad. tol.
e l. qui hominẽ. ſ. de ſol.
f arg. d. l. ſi mihi. §. j.
g l. ſi diuortio. ſ. eo. l. planè. §. j. de leg. j. ubi Doct.
h arg. l. Mæuius in princ. de leg. ij.
i Pet. Ray. Imo. Raph. d. l. ſi qs teſtamento. de leg. j. Alex. Iaſ. hic.
k Inſt. de duob. re. in princ.
l l. Titia. §. qui inuita. de leg. ij.
m d. l. ſi quis teſtamento. l. ubi de ſol. l. cũ duo. de in diem addic.

Laurentio Vallæ præberemus. Sunt enim hæc
nomina, vt Græci dicunt διαιρετικά, id eſt diui-
ſiua, quæ ſcilicet ſingulis multorum eundem
numerum diſtribuunt. vnde vicena ſignificãt vi-
ginti cuilibet [n]: terna, tria cuique: denæ libræ,
decem vnicuique:
idemque in ſimili-
9 bus. Si † igitur duo-
bus, putà iudici &
cohorti, irrogatam
mulctam denarum
librarum dixero, vi-
ginti libras intelli-
gam, quarum quili-
bet decem ſoluat [o].
Hocque duntaxat
caſu defendi eo-
rum imperitia poſ-
ſet, qui denas, id eſt,
viginti interpretan
tur [p]. Poetæ tamen, aliique auctores, ſed ra-
riùs, diuiſiua huiuſmodi pro cardinalibus po-
nunt, vt duodena aſtra, gurgite ſepteno, bis de-
nis nauibus, Virgilius pro xij. vij. xx. Sed hæc à
Grammaticis accipienda ſunt.

n l. j. §. ſi quis cautio. l. qui concubinã. §. qui quatuor. ſ. de leg. 3.
o §. ſi uerò. in auth. de litig. §. ne autem. de iudic. & in nouella, eo. tit.
p §. j. in proœ ff. l. fi. in fi. C. de præpo. arg. in reb. lib. xij.

¶ Si ſtipuler [a] alij, cùm mea intereſſet: videamus, an ſtipulatio cõmittetur. Et ait Marcellus, ſtipulationem valere in ſpecie huiuſmodi. Is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtratione contutori ſuo: & ſtipulatus eſt rem
A pup. ſaluam fore. ait Marcell⁹, poſſe defendi, ſtipulationẽ valere. intereſt em̃ ſtipulatoris, fieri ꝙ ſtipulatus eſt: cùm obligatus futur⁹ eſſet pupillo, ſi aliter res ceſſerit.
B

1 *Si mea interſit, alteri poſſum ſtipulando acquirere.*
8 *Sententia in dominum, omiſſo tutore, vel actore, an ferri poßit.*
C 16 *Procurator interdum domino ſtipulatur.*

§. SI STIPVLER [a]. ¶ Suprà vidimus,
neminem ſtipulari alteri poſſe, quia ſua non in-
tereſt. Vnde † conſequens eſt, vt ſi interſit ſti- 1
pulatoris, valeat ſtipulatio [q], quod hîc Iuriſ-
conſultus pluribus exemplis docet. Oſten- I.
ditque non in ſtipulationibus tantùm proce
dere, ſed etiam in contractibus bonæ fidei, qua-
lis eſt contractus locationis. poſſum enim lo-
D care faciendam inſulam Titio, cui ego iam e-
ram obligatus [r]. Nec refert, an debitor ſti- II.
puletur quid dari creditori, an contrà creditor
debitori: quoniam eius intereſt, vtputà quia
poſſit à debitore faciliùs conſequi [s]. Vnde hîc
dicitur, poſſe † dominum procuratori ſuo ſtipu- 2
lari [t]. Nec rurſus refert, quemadmodum ver- III.
ba executiua concepta ſint, an impersonaliter:
vt, *Promittis mihi rem pupilli ſaluam fore*? an perſona-
liter ipſi tertio: vt, *Inſulam Titio ædificari: procura-*
E *tori, vel creditori meo dari.* Semper enim valet ſtipu-
latio, vt hîc dicitur, dum tamen promiſſio per-
ſonam ſtipulatoris reſpiciat: vel expreſsè, vt
*Promittis mihi, quòd dabis tali*: vel tacitè, vt quia im-
perſonaliter dixi, *Promittis*. intelligitur enim mi-
hi, vt ſtipulatio valeat [u], quod adverſus Bartol.
ſententiam receptius eſt. Stipulatio † enim im- 3
perſonaliter facta, de ipſo ſtipulante intelligi-
tur [x]. qui videtur voluiſſe ſibi conſulere, capien-
daque eſt interpretatio, vt actus valeat [y]. Quæ
F ſententia maximè procedit, quando & pro-
miſſiua, & executiua verba inperſonaliter
prolata eſſent. tunc enim etiam Bartol. fatetur
ſine dubio ſtipulationem valere. intelligitur e-
nim perſona ſtipulantis [z]. Defendi tamen po-
teſt Bartoli ſententia, quando non ſolùm ver-
ba pomiſſiua imperſonalia ſunt, executiuaque

q l. liber homo. ij. in fi. ſ. eo.
r l. ſi tibi aliẽn. l. ſi cui. loc.
s Bar. l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ſ. eo.
t l. idem qj. §. ſi cui. man.
u hic uerſ. ſi qs j. uerſic. quid ſi. Raph. Paul. A. & nihil. & ſ. inſulam. l. ſi ſeruus. iij. §. j. l. antepen. ſ. tit. ij.
x l. ſi unus §. de pact.
y l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus. ſ. eo. ubi lex. Iaſ.
z d. §. Chryſogonus. & ſ. ea. l. §. ſicut. uerſic. quis ita. ij. reſpon.

alterum



alterum reſpiciunt, ſed etiam ſi ipſius ſtipula-
toris non intereſſet pecuniariter. Idemque, ſi
non verbo promittendi, ſed conſtituendi quis
4 vſus eſſet, vt infrà dicam [a]. Sed † & illo caſu
non valeret ſtipulatio, & legis noſtræ regula li-
mitabitur, cùm verba & promiſſiua & execu-
tiua perſonam alterius reſpiciunt, vt cùm di-
ctum eſt, *Promittis Titio, quòd inſulam ei ædificabis*?
tum enim, cùm in perſonam ſtipulatoris ini-
tium ſtipulatio non ſumat [b], nulla obligatio
naſcitur, nec naturalis quidem: ideoque tali
caſu nihil referret, quòd ſtipulatoris intereſſet:
quod Accurſius, & Veteres hîc tradiderunt, ſe-
quuntur cæteri, intelliguntque non ſolùm, ſi
de actione alteri quęrenda tractaretur, ſed etiam
5 ſi de exceptione tantùm. cùm † enim nec natu-
ralis quidem obligatio oriatur, conſequens eſt,
vt nec exceptio detur [c]. Permiſſum tamen eſt
ſeruo, vel filiofamiliâs ſic ſtipulari domino, aut
patri [d], propter vim poteſtatis, quam in eos pa-
ter, & dominus habent: & quia vox illorum iu-
ris interpretatione cenſetur eorum vox, in quo-
rum ſunt poteſtate [e]. quod tamen in ſeruo pu-
blico, ſeu notario receptum non eſt. debent e-
nim verba contractus in ſuam perſonam conci-
6 pere [f]. Sed † quid in tutore, & curatore, item-
que actore dicendum? & magna eſt altercatio.
Sed receptius videtur, non valere ſtipulationẽ,
niſi verba promiſſiua in perſonam eorum con-
7 cepta ſint [g]. Qui † tamen conſtituit erga tuto-
rem ſe ſoluturum pupillo, obligatur [h]. Verbum
enim conſtituendi, nec promiſſiuum, nec exe-
cutiuum eſt, ſed medium, ſeu potiùs diuerſum:
ſiquidem conſtituere nihil aliud eſt, quàm deli-
berare. vnde tali caſu non poteſt dici verba pro-
miſſiua abſolutè pupillum reſpicere. Et quam-
uis in caſu dubio fieret interpretatio cõtra eum,
cui cõſtituitur, cùm non appareat quicquam ſi-
bi in perſonam ſuam promiſſum, tamen vtilita-
tis cauſa in ſuprà ſcriptis perſonis aliud rece-
ptum eſt. Et hinc infertur ad eam quæſtionem,
8 an † ſententia, omiſſo tutore, vel actore, qui li-
tem conteſtatus eſt, poſſit aduerſus principa-
lem ferri? & Bartol. cenſuit poſſe. cùm enim in
iudicio quaſi contrahatur [i], debet ſententia in
procuratorem dici, qui ipſe præſens eſt [k]. Sed
in tutore, vel actore, qui poteſt verba promiſſi-
ua directò in pupilli, vel vniuerſitatis perſonam
concipere, ſecus eſt [l], poteritque in pupillum
vel vniuerſitatem directò iudicari [m]. Sed hæc
ſententia communiter reprobata eſt, quia (vt
diximus) falſum eſt poſſe tutorem directè in
perſonam pupilli obligatoria verba concipe-
re [n], & quia videtur Bartol. de re diuerſa argu-
mentari. ratio enim, cur in procuratorem feren-
da ſit ſententia, eſt, quia ipſe per litis conteſta-
tionem eſt effectus inſtantiæ iudiciariæ domi-
nus. quæ ratio & in tutore & in actore locum
habet [o]. inſtantia ergo cum eo terminanda fuit,
qui ius directum habet, non cùm principali,
I. qui ius vtile tantùm acquirit [p]. Poteſt tamen
9 eo caſu Bartoli ſententia defendi, cùm † verba
duntaxat executiua, ad principalem diriguntur,
vt quia condemnatus eſt procuratori reus, ſed
iuſſum eſt, vt ſolutio principali fiat. verba e-
nim executiua neceſſariò ad dominum referun-
II. tur [q], niſi procurator ſpeciale mandatum reci-
10 piendæ ſolutionis cauſa haberet [r]. Sed † &
ex æquitate iuris Pontificij defendi poſſet, ex

a d. l. eum, qui. in fin.
b d. l. quæcunque. ſ. tit. j.
c l. & hære. ver. toties. de pact.
d l. j. ſ. tit. ij.
e §. ei, qui. Inſt. de inut. ſtipul.
f Bald. c. j. de fide inſt.
g l. q̃ties. in pri. de admi. tut.
h l. eum, qui. in fi. de conſt. pec.
i l. 3 §. idem ſcribit. de pecul.
k l. j. C de ſent. & interdic.
l d. l. eũ, qui. §. fin.
m arg. l. ſi ideo. §. j. de euict.
n d. l. quoties.
o l. j. C. quand. ex fact. tut.
p l. in cauſæ. in fi. de procur.
q Bar. d. l. j. & l. ſi cui legetur. §. fi. de leg. j. vbi Doct.
r l vero procuratori. ſ. de ſolut.



L. 38. Stipulatio iſta. § Si ſtipuler alij.

qua valet ſententia, quamuis non in ſyndicum,
ſed in ipſum monaſterium dicta ſit [s]. Addit
alibi Bartolus, quem Raph. Pontanuſque pro-
bant, vt † generaliter valeat ſententia in domi-
num, omiſſo procuratore, lata, quoties à iudi-
ce lata eſt, qui, neglecto iuris ciuilis rigore, iu-
dicare poſſet [t]. quam ſententiam & ego pro- III.
bo. cùm † enim ſententia nouam obligatio- 11
nem non inducat, ſed ius ipſum declaret [u], fa-
A ciliùs tali in iudicio declaratio hæc admittitur. 12
quàm ſi de obligatione inducenda ageretur. I.
Non eſt ergo conſequens, vt ſicuti in conſti-
tuto ad rigorem iuris ciuilis non attendimus [x],
& tamen verba in perſonam domini concipi
non poſſunt [y], ita etiam in ſententia dicamus
alia enim eſt (vt & ſuprà diximus) in conſtituto
ratio. Sed quid rurſus de nuntio dicemus? II.
nunquid verba obligatoria executiuaque ad
dominum referet? & conſtat referre debe-
B re [z], vt Bartol. hîc ait. eſt † enim tanquam pica, 13
& organum domini, quod communiter Doct.
tradiderunt [a], verumque eſt in his contracti-
bus, qui conſenſu contrahuntur [b]. ſed in ſtipu-
latione ſecus eſt, quę cùm verbis duntaxat con-
trahatur, nec per epiſtolam, nec per nuntium
induci poteſt: quod alibi declarauimus [e]. Sed III.
† quid in procuratore dicemus? & Bartolus cen- 14
ſuit debere procuratorem verba obligatoria ad
perſonam ſuam referre, executiua verò ad do-
C minum poſſe: vt, *Promittis mihi te Titio mandato-
ri meo centum daturum* [d]? quæ concluſio quibuſ-
dam caſibus certiſſima eſt. Et † in primis I.
quoties procurator, præſente domino, con- 15
trahit. tunc enim ei vtilem actionem acquirit,
nec alia ceſſione eſt opus [c]. Quòd ſi & obliga-
toria & executiua verba ad dominum deflexe-
rit [f], tunc (vt Cyrillus & Alberic. aiunt) etiam
directas domino acquiri. videtur enim tan
quam nuntius interueniſſe, qui excepta ſtipu-
D latione cæteris in contractibus directas actio-
nes domino acquirit. Sed † & cùm procurator II.
abſente domino ſtipulatur, ſi ſpecialiter eius 16
ſtipulationis cauſa conſtitutus ſit, non eſt du-
bium valere ſtipulationem, dum verba contra-
ctus ad ſuam perſonam retulerit [g]. intereſt e- III.
nim ſua propter mandatum ſuſceptum. Ad-
dit † Alexand. idem generaliter procedere o- 17
mnibus in caſibus, quibus procurator, vel ne-
gotiorum geſtor de omiſſis & neglectis tenere-
E tur [h]. euidenter enim eius intereſt valere ſtipula-
tionem, ne videatur quicquam omiſiſſe, & ideo
conueniatur. quæ ſententia ſecundum ea, quæ
infrà dicturi ſumus, reſtringenda eſt [i]. Genera- IV.
liùs cenſuit Bartol. procuratorem quemlibet
poſſe domino ſtipulari, dum modò verba obli-
gatoria ad perſonam ſuam referat, tanquam
ſemper ſua interſit domino acquirere, cùm tale
mandatum ſuſcepiſſe ſemper cenſeatur [k]: idque
& Veteres, & Bald. & Alexan. tradiderunt [l]. Nec
F † me mouet, quòd alij plures diſſentiant, vt 18
Raph. Paul. Alex. Iaſ. quoniam lex ait procura-
tori ipſi conſtitui, non domino, debere [m]. quia
hoc verum in conſtituto, quod conſtituendi
verbum promiſſiuum non eſt, ſed dubium, & ad
deliberationẽ cõſtituentis refert, vt ſuprà decla-

s gl. c. ſciſcitata. de in integ. reſt.
t Bart. extrauag. ad reprimendũ verb. figura. in fi. Iaſ. hic.
u l. litibus. in fi. C. de agric. & cenſib. lib. xj.
x l. j. l. & licet. de conſt. pec.
y d. l. eum, qui. § Iulian. ij.
z l. qui autẽ. §. fi. de conſt. pec.
a l. multum. C. ſi quis alt. vel ſibi.
b l. j. in fi. de cõtrah. empt. l. ſi pater de manu. teſt.
c l. j. in prin. ſ. e.
d arg. l. pe. C. ad exhibend.
e l. ſi procuratori. ſ. eo.
f d. l. qui autẽ. §. fin.
g argum. l. huiuſmodi. in princ. de leg. j.
h l. quicquid. C. arbit. tutel. l. ſi pupillus. §. videamus. ſuprà de negotijs geſtis.
i ſ. d. §. Chryſogonus. ver. per liberam.
k l. quoties. quis. §. j. ſ. eo.
l Alex. hic, Bald. l. certi condictio. §. ſi nummos. ſi cert. pet. Angel. l. quod procurator ex re. de procur.
m d. l. eum, qui. §. Iulianus. ij.

rauit: ſecus, cùm verbo promittendi conceptus
eſt contractus. tũc enim valet ſtipulatio, acqui-
riturque procuratori, non autem domino [a]. Vn-
de tenebitur procurator domino cedere, exce-
ptis caſibus, quib. ſpecialiter abſq; ceſsione trãſ-
eũt vtiles actiones
[b]. ſed hac de re nos
infrà dicturi ſumus.
V. Enimverò † mini-
19 mum dubitationis
ille caſus habet, cũ
ſic à procuratore,
vel à quolibet alio
concepta eſt ſtipu-
latio: vt, *Promittis mi-
hi nomine Titij dare cen
tum?* tunc enim non
in procuratore tan
tùm, ſed etiam in
negotiorũ geſtore
valet ſtipulatio [c],
dum tamen domi-
nus geſtoris factum
habeat ratũ. quod
& ſuprà admonui-
mus, & diſertè hîc
tradit Bart.[d].

a l. j. C. per quas perſ. d. l. ſolutũ. §. per liberam.
b gl. d. §. ſi quis alij. Inſt. de inu. ſtip. gl. l. dãni. §. fi. de dã. infect.
c d. l. huiuſmodi. d. l. pe. de neg. geſt.
d l. ſi ego. de neg. geſt. c. accedens. de præbẽ. vbi Doct.
e d. l. idem. §. ſi cui & l. poſſeſ. in fi. de acq. poſ.
f l. j. in fi. de inſtit. l. ſancimus. C ad Treb.
g l. j. C. de act. & oblig.
h l. ſi lig. in fi. de ſolut.

¶ Si quis inſulam [a]
faciendam promiſe-
rit, aut conduxerit,
deinde ab aliquo in-
ſulã ſtipulatori fieri
ſtipulatus ſit: aut ſi
quis, cùm promiſiſſet
Titio fundum Mæ-
uium daturum, aut ſi
is non dediſſet, pœ-
nam ſe daturum, ſti-
pulatus à Mæuio
fuerit, fundum Titio
datum iri: item ſi quis
id locauerit facien-
dum, quod ipſe con-
duxerat: conſtat ha-

1 *Ceſsio neceſſaria, quã-
do alteri ſtipulando quæritur.*
3 *Procurator domino interdum vtilem, interdum dire-
ctam quærit.*
15 *Abſenti vtilis quæritur.*

a §. SI QVIS INSVLAM [a]. §. SI QVIS
b ERGO [b]. ¶ Sed † in caſibus, quibus alteri ſtipu-
1 lari quis poteſt, quæretúrne alteri ipſo iure, an
neceſſaria erit ceſsio? & conſtat regulariter ne-
ceſſariam eſſe ceſsionem [c]. A qua regula exci-
I. piuntur plures caſus. Quid enim, ſi is, qui ce-
dere debet, non reperitur? vt quia latitat, vel ſit
abſens [f], vel mortuus abſque hærede [g]. ſuadet
enim æquitas, vt ſaltem vtilis actio domino
2 competat [h]. Quid † ſi procurator domino ali-
II. quod ius perſonale, quod ſibi quærere non poſ-
3 ſit, fuerit ſtipulatus? tranſibit enim eo caſu dire-
cta in dominũ actio [i]. Quid, ſi † fauor nuptia-
rum hoc ſuadeat? vt quia quis ſtipulatus ſit ſibi,
aut nepti dotem reddi [k]? quod ſuprà attigimus.
vel filia in matrimonio defuncta, ſuis nepoti-
bus [l]? quod non in auo tantùm: ſed etiam quo-
libet extraneo ſtipulante, aduerſus Bartol. rece-
ptum eſt. acquiretur enim ex ſolo nuptiarum
III. fauore vtilis actio abſenti. Qua † ęquitate idem
4 quoque admiſſum eſt in tutore & curatore, vt
minoribus ætate vtiliter actionem ipſo iure ac-
quirant [m], dum tamen in his ſtipulentur, quæ
ad officium ſuum pertinent [n]. Idemque in
IV. notario receptũ eſt, vt propter publici muneris,
quam ſuſtinet, functionem, vnicuique acquirere
poſsit ſaltem vtilem actionem [o], dum modò
tanquam notarius, non autem ceu priuata per-
ſona rogatus ſit [p]. quod ex facto Angel. re-
V. ſpondit, & refert Iaſ. Idque † ad alios officia-
5 les produci ſuprà oſtendimus, cùm in his ſtipu-
lantur, quæ ad naturam iudicij coram ſe dedu-
cti pertinent [q]. aliàs enim tanquam priuati
cenſerentur, nec alteri ſtipulari poſſent [r].

f l. qui ita. §. j. vbi glo. ad Treb. verbo, ſi vero euidens.
k l. Caius. ſol. matr.
l l. pater. C. de pact. conuen.
m l. quoties. de admi. tut. l. fi. C. quand. ex fact. tut.
n d. l. ſolutã. §. per liberã. in fin.
o l. 3. §. rem pup. ſal. for.
p gl. §. nos aũt. in authen. de tabel.
q auth. libellũ. cum ſi. C. de lib. con.
r l. j. vbi Bartol. de iure fiſc.

Nec refert, iudex ſit competens, an id minùs [ſ]:
vel ſubdito, an peregrino ſtipuletur [t]. Satis e-
nim eſt eo in actu perſonam publicam eum ſuſ-
tinere, & ad iudicij firmitatem ſtipulationem
pertinere. Sed † & propter æquitatem, quę in
VI. iudicialibus ſtipu-
6 lationibus maximè
vertitur, non eſt du-
bium alteri abſque
ceſsione vtilem a-
ctionẽ acquiri poſ-
ſe [u]. quod in aliis
prætoriis non, niſi
cauſa cognita, pro-
cedere exiſtiman-
dum eſt [x], adeò vt i-
dem eſſe plerique
tradiderunt, cùm
contractus chartu-
larij iudicis præce-
ptum, quod vulgò
guarentigium vo-
cant [y], continet.
quod cùm alij, tum
& Iaſ. hîc cenſuit.
Sanè vt exceptio VII.
alteri quæratur, alia
ceſsione opus non
eſt, cùm ex æquita-
C te oriatur exceptio, quæ æquitas ſi ſubſit, ad ceſ-
ſionis rigorem non attendimus, ſed ex pacto nõ
petendi, aut doli mali exceptione nos tuemur. VIII.
quod Bartol. ſcripſit [z]. Nã † & cùm per actũ natu- 7
ralẽ, putà traditionem, vel numerationem, quis
abſenti acquirit [a], dubium non eſt citra ceſsio-
nem acquiri. Suprà enim vidimus hanc regu-
lam, ne alteri per alterum quæratur, à iure ciui-
li inuentam eſſe, & ideo ad eas acquiſitiones nõ
trahi, quæ per actus naturales fiunt. Sed † quid 8
D dicemus, cùm de actu tractatur, qui partim ad
acquiſitionem naturalem, partim ciuilem atti- I.
net? Et traditum eſt, eo caſu abſque ceſsione
acquiri, cùm procurator domino ex re ſua ac-
quirit [b], vt quia rem ſuam domino dari ſtipu-
latur. datur enim ei actio vtilis [c]. Sed & ſi do- II.
minus plenariè non ſit, dum tamen naturalis
dominij reliquias habeat, poteſt ei procurator
ab eo, qui artificio legis dominus eſt, rem ſuam
ſtipulari [d], acquiritque abſenti vtilem actio-
E nem. Quo † exemplo, & ſi in venditione à III.
procuratore facta pactum in diem adiectionis 9
ſit appoſitum, acquiri actionem domino abſque
ceſsione receptum eſt. Quod ego non tam ea
ratione induci abitror, quòd pactum tale in re
domini factum ſit, vt communiter aiunt, quàm
quia apud dominum remanſerunt reliquiæ quę-
dam veri dominij, quæ id operantur, vt ipſo iu-
re abſque traditione dominium retrò tranſeat [e]. IV.
F Vnde & idem in legis commiſſoriæ pacto ad-
firmauerim. & hoc enim ad redintegratæ rei
vendicationem pertinet, nec lex hac in re
diſtinguit. Putarim † ergo his caſibus non ſo- 10
lùm perſonalem actionem, ſed etiam vendica-
tionem ipſo iure acquiri. quod Accurſ. & Vete-
res cenſuerunt, Alex. ſibi verius videri ait, licet
Bartol. cum non paucis aliis aliter ſenſerit.
Quod tamen intelligendum, quando pro-
curator in perſonam ſuam ſaltem verba pro-
miſsiua concipit [f]. ſi enim & promiſsiua & exe-

ſ l. emancipari. de adopt.
t c. paſtoralis. vbi Abb. de off. ord.
u l. in cauſæ. in fi. de procur.
x l. in omnib. de præt. ſtip. l. dãni. in fi. de dãn. infect.
y c. vnico. §. j. de lege Cor. ibi, guarẽtizare. In vſib. feud.
z l. reſcriptum. in fi. l. & hæred. §. nos autẽ. ff. de pact.
a d. l. ea, quę ciuiliter. d. l. certi condictio. §. quoniam. & §. ſeq.
b d. l. quod procurator ex re. de procur.
c l. pen. C. de exhib.
d l. ſi cũ venderes. de pign. act. l. voluntate. §. creditor. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.
e dixi l. traditionibus. C. de pact.
f d. l. quæcunque.

cutiua



cutiua in perſonam domini concipiat, nulla (vt
ſuprà diximus) eſt ſtipulatio, nihilque domino
acquirit: licet ſecus ſit in traditione poſſeſsio-
nis, quam ſi nomine domini appræhenderit, ni-
hil refert, quòd actũ in perſona ſua comceperit.
in his enim, quæ per
actum naturalem ac
quiruntur, hæc dif-
ferentia locum non
habet. Vnde ſi nu-
mero tibi pecuniã
meam, tanquam Ti-
tij, tuq; verbis pro-
miſsiuis & executi-
uis eã Titio reſtituere promittas, obligaberis [a].
cùm .n. ex actu naturali, id eſt numeratione, hæc
fiat acquiſitio, ad eã verborũ diſtinctionẽ nõ at-
tendimus. ſicq; Diocletiani conſtitutionẽ inter-
pretor, quam videntur mihi cæteri intricaſſe ma
V. gis, quàm explicaſſe [b]. Sed † quid, cùm procu-
11 rator non rem ipſam domino, ſed eius pretium
ſtipulatur? & Bart. idem cenſuit, vt acquirat do-
mino actionem abſq; ceſsione, tanquam paria
ſint, rẽ ipſam ſiue pretiũ domino ſtipulari: ſicq;
Papiniani reſpõſum interpretatur [c], videnturq;
12 hanc ſententiam ferè plures ſecuti. Variauit † ta-
men idem Bart. & Papiniani reſponſum in his
caſibus intelligit, quibus ſuprà oſtendi ſpeciali-
ter conſtitutũ, vt abſque ceſsione domino quæ-
ratur, putà in ſubſidiũ, mortuo, vel abſente, vel
latitãte procuratore. quod ſimilitudo inſtitoris,
quam Papinianus adducit, ſatis indicat. Conſtat
enim inſtitorem non, niſi dictis caſibus, abſque
ceſsione domino acquirere [d], nec verum eſt pre-
tium loco rei ſuccedere. nõ enim ex ipſa re eſt [e],
ſed potiùs ex induſtria, & negotiatione procu-
ratoris [f]. Vnde conſequens eſt, vt idem reſpon-
deamus in mercede penſionis, vt actionem ad
eam procurator domino non acquirat, niſi ceſ-
ſionis auxilio [g]. quod Ioan. Andreas in Nouella
cenſuit, & ſequitur hîc Alexand. Idemq; reſpon-
dendum videtur, cùm ex pecunia domini rem
procurator emit, vt ei non acquirat abſque ceſ-
ſione [h]. lex enim generaliter loquitur, & aliud
eſt res ipſa, aliud pretium. quod & Fulg. & Alex.
exiſtimarũt, Papinianique reſponſum aliis mo-
3 VI. dis ex Bald. ſententia interpretantur [i]. Sed † &
eadem ratione poteſt ſine ceſsione domino pi-
gnus procurator quærere duobus caſibus: cùm
acquiſitioni iure gentium ſeu naturaliter facti
accedit. imitatur enim principalis contractus
naturam hypotheca, quod Iuſtinianus ſanxit [k].
14 Idemque, cùm † lex tacitè pactum fuiſſe cùm do-
mino interpretatur [l], vt cùm cœnacularius, qui
in rem ſuam domini procurator videtur, cœna-
cula inquilinis locauit. ex eius enim facto lex
tacitè conueniſſe inquilinos cum domino in-
terpretatur, vt friuola ſua ſint pro locatiuo ipſo-
rum inquilinorum duntaxat pignorata. ſicque
& Papiniani ſuprà ſcriptum reſponſum intelli-
gi poteſt, vt in caſu, quo dominus erga empto-
rem obligatur, vice mutua actum videatur, idque
propter ęquitatẽ lex induxerit, vt emptor domi-
no obliget, nec alia ceſsione ſit opus. quod Bal. cen-
VII. ſuit [m]. Sed † quid in caſu cõtrario cõſtituemus,
15 cùm dominus ſuper re ſua paciſcitur, vt alteri re-
ſtituatur? & Bartol. vtilẽ actionem abſenti quęri

a l. certi condictio. §. ſi nummos. ſi cer. pet.
b d. l. j. C. per quas perſ.
c l. Iulianus. §. ſi procurator. de act. emp.
d d. l. j. de inſt. l. j. §. ſed ex contrario. de exerc.
e l. vẽditor ex. de hæred. vel act.
f ... ad leg. Falc.
g gloſſ. l. ſi nauis. verbo, iure. de rei vend. Ioã. Andr. c. quanquam. de vſur.
h d. l. poſſeſſio. in fin.
i Bald. l. cum per. C. ſi quis alteri l. penultima. C. de exerc.
k l. ij. C. per quas perſ.
l d. l ſolutum. §. ſolutam. in fi. de pign. act.
m Bald. l. cum per. C. ſi quis alt. vel ſibi.

exiſtimauit [n], dum tamen ſuper re paciſcatur,
quæ ſua remaneat. aliàs enim abſenti non quæ-
reretur [o], exceptis tamen quibuſdam caſibus fa-
uore exercentis liberalitatem [p], itemque fauore
doris [q]. Sed & ab emptore venditor ſtipulari in-
quilino poteſt, ne
eiiciatur, ſi ſua pecu
niariter interſit [r].
qua de re alibi diffu-
ſiùs [s]. Et hæc quidẽ
vera communiter-
q; approbata ſunt,
licet aliqui contro-
uertantur rationib.
leuib. & quibus diſſoluendis non expedit bonas
horas collocare. Illud † non omittendum, quib. 16
caſib. vtilis actio ipſo iure domino rei acquirit,
tùm demum acquiri, cùm ratihabitio fuerit ſe-
cuta [t]. nec enim nobis quæritur, niſi volenti-
B bus [u], quod ex plurimorum ſententia alibi de-
claraui.

L. 38. Stipulatio iſta.
§. Ædem ſacram.

n l. Publia. in prin. depoſ.
o l. pactum. C. de pact. conue. l. ſi à genero. C. de iure dot.
p l. quoties. C. de dona. quæ ſub. modo.
q l. Caius. ſolu. mat. l. pater. C. de pact. conuẽ.
r l. antepe. §. fi. de act. emp.
s d. l. certi condictio. §. quoniam vbi dixi
t Bar. l. frater à fratre. de cond. indeb.

¶ Si quis ita ſtipula-
tus [a] fuerit: ILLVM
SISTAS? nulla
cauſa eſt, cur nõ ob-
ligatio conſtat.

¶ Ædẽ ſacram [b], vel
locũ religioſum ędi-
A ficari, ſtipulari poſſu
mus: alioqn nec ex lo
cato agere poſſum [c].

1 *Obligatio in promiſsione, illum ſiſtere, cùm facti ſit, ad
intereſſe fit.*

§. SI QVIS ITA STIPVLATVS [a]. a
Qui † promittit illum ſiſtere, verè obligatur. 1
quod intelligendum in id, quod intereſt. ſiſtere
† enim eſt facti. vnde obligatio ad id, quod inter- 2
C eſt, redigitur [x]. Sed quomodo hoc procedere
poteſt? videtur enim factum alienum promitti,
quod ſuprà vidimus fieri non poſſe [y], & Bartol.
cenſuit de promiſsione iudiciali intelligi, quo
† caſu propter æquitatem prætoris ſit interpre- 3
tatio, vt ſe facturum & curaturum quis promiſe-
rit [z]. quæ ſententia vera eſt, ſed legem noſtram
coarctat, quę † ſimpliciter loquitur, cùm promiſ-
ſum eſt ſiſti, nec diſtinguit, an in iudicio, an ex- 4
trà: nec an is, qui ſiſtendus eſt, ſit liber, an ſeruus.
D ſi enim ſeruus eſſet, talis ſtipulatio regulariter
nullius effectus eſſet, cùm ſeruus in iudicio eſſe
non poſsit [a]. Quapropter ego in Martini ſen-
tentiam tranſeundum crediderim, vt † qui illum 5
ſiſti promittit, factum proprium promiſiſſe cen-
ſeatur, & verbum illud *Siſti*, imperſonaliter pro-
latum non ab alio, ſed ab ipſo promiſſore intel-
ligatur [b]. quam ſententiam Petrus, Cin. Iaſo. &
quidam alij ſecuti ſunt.

u d. l. ea, quę di. ij. d. §. ſi nũmos
x l. ſtipulatiões. ver. Celſus. ff. eo.
y ff. in princ. l.
z l. quoties ſs. ff. eo.
a l. quoties. ff. ſi quis caut.
b l. reus. ff. iud. ſol. Albe. & Iaſ. d. l. quoties.

E 1 *Quod mea, vel publicè intereſt, poſſum ſtipulari.*
2 *Per ſtipulationem id fit, quod per alios contractus.*
5 *Stipulari eccleſiæ poſſumus: & quid Eccleſiæ appellatio
compræhendat. 6.*

§. AEDEM SACRAM [b]. ¶ Sicut † vnuſ- b
quiſq; quod ſua pecuniariter intereſt, ſtipulari 1
poteſt, ita etiam quod vniuſcuiuſque ob publi-
cum religionis fauorem intereſt, ſtipulari po- 2
teſt. nam † qua ratione locare quis redemptori
F poteſt ædem ſacram fieri, eadem & ſtipulari po-
teſt, cùm ſtipulationes huiuſmodi omnium con
uentionum acceſſoriæ ſint [c]: & † quod per cõ- 3
tractum bonæ fidei fieri poteſt, etiam per ſtricti
iuris conuentionem celebrari poſsit. ſubeſt e-
nim eadem ratio, & argumemtum vtrinque va-
let, excepto cùm ſpecialis aliqua cauſa adduci-
tur, quæ aliud ſuadeat [d]. Vnde nec quicquam
refert, an ſtipulatio dandi ſit, an verò de vendi-
tione agat. nã † ſicut ſtipulari rẽ ſacrã dari nemo 4
poteſt, ita nec rẽ ſacram vendere quiſquam po-

c l. v. §. conuentionales. ff. eo.
d ... veniũt. §. in priuatoru. de pet. hær.

teſt. Si tamen quis neſcius ex cauſa oneroſa dare promiſerit, tenebitur: ſicut is, qui neſciẽs rem ſacram vendiderit. condemnabitur enim in id, quod emptoris intereſt [a]. Hincque adnotant
5 Doctores, poſſe † quemlibet eccleſiæ ſtipulari. videtur enim ipſi Deo ſtipulari, qui vbique præſens eſt [b]. quod Cin. Bald. Alexand. & Pontificij ferè omnes tradiderunt: ſed Angel. & Imola hîc diſſenſere,

## LEX XXXIX.

PAVLVS *libro* XII. *ad Sabinum.*

A Dominus ſeruo [a] ſtipulando, ſibi acquirit: ſed & pater filio, ſecũdum quod leges permittunt.

quod ante eos etiam Specul. & Ioannẽ Andream exiſtimaſſe videntur [c]. Sed ſciendum, eccle-
6 ſiam † non parietes duntaxat templis, aut ſacerdotes ſolos eſſe, verùm omnem fidelium con-
7 gregationem [d]. Quod † igitur ad eius vtilitatem pertinet, id eſt ad cultum diuinum, vel fidelium argumentum, non eſt dubitandũ quem- B libet ſtipulari poſſe, vt ſi de eleemoſynis, agapis, & huiuſmodi piis actibus erogandum aliquid quis ſtipuletur, vel ſi ad inhoneſti lucri reſtitutionem pro animæ ſalute id pertineat [e]. non dicitur enim tali caſu quis alteri ſtipulari, ſed ſibi potiùs, cùm iuris publici id ſit, quod conſiſtit in
8 ſacris [f]. Sed † pone rectorem eccleſiæ aduerſus canonum præcepta agere, commiſsique ſibi ſacerdotij reditus in malos vſus vertere, an poterit accuſatori ſaltem ciuiliter agenti præſcribere, *Tua non intereſt*? & non putarim, tanquam po- C pularis ſit hæc actio [g]. Sunt tamen, qui arbitrentur id non ſufficere, niſi priuatim alia ratione in-
9 terſit [h]. Quid † ergo, ſi quis ei fructus interuertat, & pauperibus ſecundũ canones diſtribuat? & videretur in foro conſcientiæ eſſe tutus. cùm enim ſacerdos adminiſtrationem duntaxat habeat, videtur vtiliter geſsiſſe, qui id fecit, quod facere ille debuerat [i]. Addebat Sanctonazarius, ſi is ſit pauper, ſibi poſſe retinere, & eleemoſy- D nam à ſe incipere [k]. Sed ego hac in re adeundos potiùs Theologos exiſtimarem [l].

a l. & liberi. de contr. empt. l. liber. j. j. eod.
b l. 4. ad leg. Iul. pec. Bar. l. j. §. j. de acq. poſſ.
c Innoc. & Ioã. And. c. cũ pridẽ extra, de pact. Alex. hîc.
d 93. diſt. legimus. j. quæſt. j. multi.
e c. quanquã. de vſur. in 6. in gl. verb. parochię.
f l. j. §. ius publicũ. ſ. de iuſt. & iur.
g gl. Ioã. And. Hoſt. But. c. ex parte Adæ. de teſtib.
h c. 3. de accuſ. vbi Doct.
i l. ſi pcurator. §. pen. ff. mand.
k l. pręſes. C. de ſer. cap. j. de ſac. vnct.
l c. tua nobis. de deci.

## LEX XXXIX.

1 *Dominus ſeruo, vel pater filio ſtipulantes, ſibi acquirunt.*
2 *Explicatio poſtremorum verborum textus.*
8 *Pater filio ſtipulans, non ſemper ſibi acquirit.*

a
1 DOMINVS SERVO [a]. ¶ Cùm † propter ius, & poteſtatem, quam iure noſtro dominus in ſeruum, vel pater in filiũ habet, quod quæſitum eſt ſeruo, vel filio, ad dominum, aut patrem ſtatim tranſeat, ſi ipſe dominus, aut pater eis dari ſtipuletur, cenſetur ſibi dari ſtipulatus. Subiicit tamen Iuriſconſultus,
2
I. ſecundum quod leges permittunt: quæ † verba variis modis intelligi poſſunt. Et in primis, vt procedat concluſio, quando pater ſtipulatus F eſt, aliquid iuris, vel etiam facti, quod ad hæredes tranſeat. nam eodem modo & de filio in ſe tranſibit. quòd ſi factum merè perſonale ſit, id eſt perſonæ cohæreat, tunc ſecus eſſet [m]. Finge patrem ſtipulatum filio ſuo ire agere, vel tenere licere. id enim patri non quæretur [n]: ſed filio tantùm. ſi patris intereſt ei quæri, effectus tamen, id eſt vtilitas ex huiuſmodi facultate filio acquiſita perueniens, ad patrem pertinebit. quod Pet. & Imol. hîc tradiderunt. Sed † & ſi pater ſtipuletur, II.
3 ne quis à filio petat, ſibi non acquiret, imò nec ipſi filio [o], cùm hęc pactio meri facti perſonalis ſit [p]. Quòd ſi id debitum non filij, ſed patris ſit, quia ſuper re hæreditaria filio tanquam hæredi videtur pactus, ſecus eſſet [q]. cum † ergo fi- 4 lij ipſius debitum eſt, pactio tanquam perſonalis patri nõ quæritur, niſi cùm ſua intereſſet, vt qui nomine filij conueniretur, actumque eſſet patri acquiri [r]. qua ratione nec filio, quia meri facti eſt, quæreretur, etiam ſi patri hæres exiſteret [s]. Iulianus tamen tali ex pactione concedendam doli exceptionem filio credidit [t]. Verùm † & ſi pater ex cau- III.
5 ſa aduentitia filio dari ſtipuletur, ſibi vſumfructum duntaxat acquirit, filio verò proprietatem. quod Accurſius hîc docet, & communiter rece-
6 ptum eſt. debet † enim hæc ſtipulatio ſecundum ius intelligi, & ad legis diſpoſitionem referri. conſtat autem lege Iuſtiniani aduentitia filiifamiliâs patri non acquiri [u], idque & Bartol. aduerſus Dinum probat. Nec me mouet Petri ratio negantis id exemplum legi noſtræ conuenire, cùm tempore Pauli, qui huius legis eſt auctor, aduentitia quoque patri quærerentur. Reſpõdeo, hoc haud ſanè certum eſſe. Fuere enim, C qui hoc quoque iure bona materna ad filiosfamiliàs pertinuiſſe crederent [x]. quod libro Paradoxorũ IIII. cap. III. diſputaui. & vt demus veram eſſe communem ſententiam, vt id lege
7 noua inductum ſit, tamen † Iuſtinianus Iuriſconſultorum reſponſa ita digeſsit, vt cum his concordarent, quæ deinde fuerunt immutata [y], vt ridiculæ ſint Doctorũ diſtinctiones, cùm ius vetuſtiſsimum & vetus, ac nouum & nouiſsimum perpendunt, cùm in omnibus concordent Iuriſ- D conſulti cum imperatoriis cõſtitutionibus, excepto q̃ poſt Codicis & Digeſtorum editionem primam, adiecit IIII. conſulatu ſuo Iuſtinianus cõſtitutiones 50, demumq; Nouellas, id eſt Authentica, quibus & plurima mutauit. Cæ- IV.
8 terùm † ego generaliter interpretor, acquiri patri ſecundum quod leges permittunt, id eſt, habita tamen legum hac in re diſtinctione. Sunt enim plures caſus, quibus pater filio ſtipulãs ſibi non acquirit. Quid enim, ſi pater filium in pote- E ſtate nõ habeat? vt quia peregrinus, nec iura ciuitatis habẽs [z], vel qui aliàs filium emancipauerit. Quid, ſi dotẽ filiæ ſtipuletur? acquirit enim illi,
9 nõ ſibi [a]. Quid, ſi † aliqd caſtrẽſis peculij? receptũ enim eſt & tum ſoli filio acquiri [b]. Quid, ſi propter benemerita donationis cauſa filio ſtipuletur? cenſetur enim id aduentitiũ, & mixtim contemplatione ſanguinis & officij videtur filio acquiri [c]. quæ ſententia receptior eſt, vt actus valeat, licet ſcrupulo non careat. quod alibi attingam [d].

m l. q̃ dicitur. j. eo.
n §. ſed cũ factũ Inſt. de ſtip. ſeruor. l. pręced. §. hi, qui.
o l. & hæredi. §. nos autẽ. de pactis.
p l. qui in futurum. §. j. de pac.
q l. auus. eo. tit.
r d. §. nos autẽ.
s l. ſi tibi. §. ſ. pactus. eo titulo.
t d. §. nos autẽ. verſ. Iulianus.
u l. cũ oportet. C. de bon. q̃ lib.
x l. ſacratiſsimis. ſ. ad Tertyl.
y l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. de vet. iur. enu. verb. quaſi ab initio.

## LEX XL.

1 *Ratio quare filius ſeruo ſtipulans acquirat patri.*
2 *Emancipatus non quærit patri.*

z Inſt. de pat. poteſt. in princ. a l. Pompon. Philadelph. fam. erciſ. l. vxorem. §. teſtamento. ij. de leg. iij. b Doct. d. l. quod dicitur. c argument. l. tutor. §. quæ tutoribus, de excuſation. tutor. d l. quæcunque. §. ij. infra eodem.





a
1 SI FILIVS MEVS [a]. ¶ Sicut † ſi dominus ſeruo dari ſtipuletur, ſibi acquirit, ita ſi filiusfamiliâs ſti-
I. puletur. vox enim filiifamiliàs, vox patris cenſetur [a]. Sed † quid,
2 ſi filius in poteſtate non ſit? & tunc conſtat non poſſe eum ſeruo patris ſtipulari. eſt enim extraneus. quod Veteres tradide-
II. runt. Sed † quid,
3 ſi aliquid aduentitij peculij ſtipuletur ſeruo dari? & non videretur acquiri patri. quod ſuprà tradidi. Sed hoc fortè caſu defendi ſententia Dini poſſet, vt videatur filius fauori ſuo renuntiaſſe, hæcq; aduẽtitia pro profectitiis habere, vt valeat ſtipulatio ſeruo facta. qua tamen in re ampliùs cogi-
4 tandum eſt. Sed † quid, ſi ſeruus ipſe peculium habeat, eique filius ex cauſa peculiari promittat? & conſtat ciuilem obligationem non magis oriri, quàm ſi patri promiſiſſet, naturalem verò oriri [b], qua de re alibi.

## LEX XL.

POMPONIVS *lib.* 27. *ad Sabinum.*

A SI filius meus [a] ſeruo meo ſtipuletur: acquiritur mihi.

## LEX XLI.

VLPIANVS *libro* 50. *ad Sabinum.*

B EVm, qui calendis [a] Ianuariis ſtipulatur, ſi adiiciat, primis, vel proximis, nullam habere dubitationem palàm eſt. ſed & ſi dicat, ſecundis, vel tertiis, vel C quibus aliis, ęquè dirimit quæſtionem. ſi autem nõ addat quibus Ianuariis facti quæſtionem indicere, quid fortè ſẽſerit, hoc eſt quid inter eos actum † ſit. vtiq; enim hoc ſequimur, quod actum eſt, eaſque aſſumemus. ſi autem nõ appareat, dicendum eſt, quod Sabinus, primas calendas Ianuarias ſpectandas. Planè ſi ipſa die Calẽdarum quis ſtipulationem interponat, quid ſequemur? & puto actum videri de ſequentibus calendis.

† facti, *aliâs*,

a §. ei, qu. Inſt. de inut. ſtipul.
b l. frater à fratre. de cond. indeb.

## LEX XLI.

3 *Actus coniecturis depræhenſus ſpectatur.*
7 *Dilationes incertæ, arbitrariæ.*
8 *Promiſsio in diebus illis, quomodo intelligatur.*
14 *In dubiis minimum amplectimur.*

b
1 EVM, QVI CALENDIS [b]. ¶ Qui † calendis noniſue, aut idibus ſtipulatur de proximis intelligitur. cùm enim nulla ratio ſit, cur magis de ſecundis, tertiis, vlterioribúſue intelligatur, vt ſtipulatio valeat, de primis interpretabimur. quod Accurſius cenſuit. an (vt Iaſ. ait) dilationes expedit reſtringi potiùs, quàm diutiùs duci [c]? an, vt ego ſentio, quia
2 † dies promiſſoris fauore adiectus præſumendus eſt, vt infrà dicitur. vnde ſi ipſe non probat de longiore actum eſſe fiet aduerſus eum inter-
I. pretatio, vt quàm citiùs debeat [d]? Quod tamen Iuriſconſultus hîc intelligendum docet, niſi aliud actum ſit. ſemper enim ad id potiſsimùm attendimus, quod inter contrahentes a-
3 ctum eſt [e]. Id † autem variis ex coniecturis ſu- F mitur. quandoque propter ſigna aliqua ex ver-
II. bis prouenientia, quandoq; tacitis quibuſdam
4. argumentis. Igitur † qui ipſo die calendarum ſtipulationem interponit, non videtur de alio die egiſſe: quia aliàs calendarum expreſsio ſuperflua eſſet, vt hîc veteres exiſtimarunt. Item quia veriſimile eſt non fuiſſe eum concepturum verba, *Promittis calendis*, ſed, *Promittis hodie*: vel, *Promittis Calendis præſentibus* [f]. Et cùm de magna dilatione non agatur, capienda eſt hæc interpretatio, quæ nemini partium oneroſa eſt [g]. Qua † ra- L. 41. Eum, qui calendis.
tione & qui nundinis promitti, non niſi extremò nundinarum die conuenietur. quod infrà
5 traditur [h]. Sed quid, ſi quis tribus terminis
III. promittit? & Barto. cenſuit idem eſſe, ac ſi trima die promiſiſſet [i], id eſt, tribus annis proximis. At Pontanus argumento legis noſtræ de tribus diebus potiùs accipiendum cenſet. rectiùs Raph. & Iaſ. qui arbitratur iudicis hoc relin-
6 quunt [k]. Ego † accepi Latinè terminum pro dilatione non dici, ſed potiùs pro dilationis
7 ipſius fine. quę † dilatio cùm expreſſim conſtituta non ſit, arbitrio iudicis relinquitur [l]. Vnde videmus huiuſmodi dilationes vario modo in iure conſtitui ſecundum rei
IV. qualitatẽ [m]. Sed
8 † quid, ſi promiſſum ſit in diebus illis? & ſunt, qui intra biduum
9 videri promiſſum exiſtiment [n]. Ego † tamen ex vulgari conſuetudine alluſum ad initium prophetiarum arbitror, qualiter dum operantur ſacris ſolent myſtæ exordiri, & finita tempora cõ- D præhendi, ideoq; inanem eſſe ſtipulationem [o].
V. Sed † & licet de tẽpore proximo regulariter
10 intelligatur actum, tamen ex natura actus principium, à quo proximitas hæc ſumitur, prorogationem recipit, vt cùm quis ita ſtipulatur, *Decem in anno proximo dotis nomine dabis?* non enim antè annus incipiet, quàm matrimonium ſit
VI. contractum [p]. Quo † exemplo & cùm teſta-
11 tor iuſsiſſet legatario, vt intra xxx. dies proximos mortis ſuæ aliquid daret, hæredi non incipiet labi priùs dilatio, quàm adita ſit hæredi-
VII. E tas [r] Cæterùm † & fauore libertatis, qui liber
12 eſſe iuſſus eſt, cùm ſeptem annis ſeruiuiſſet, non de proximo continuoque ſeptennio intelligitur [s]. Vnde ſatis eſt, ſi poſt id tempus tot dies reddat, quod ceſſauerit. quod procedit, etiam ſi teſtator dixiſſet eum manumittendum, ſi continuo ſeptennio ſeruiuiſſet [t]. idque ſpeciale in cauſa liberali eſt. aliàs qui fundum pro quinquennio conducit, de proximo continuoque intelligitur [u], quod hîc Alexand. docet. Sanè
13 † & cùm quis decurionibus teſſaras frumentarias die natalis ſui legaſſet, non de proximo tantùm anno ſenſiſſe intelligitur, ſed ſingulis annis præſtandum eſt legatum [x]. quam ſententiam pro Suzario aduerſus Bart. hîc aliqui probant [y], vt Raph. & Alexan. Sed proculdubio omnis hic ſtatus coniecturalis eſt, & in re planè ambigua ſententia Bart. æquior eſt: tum, quia regulæ legis
14 noſtræ concordat: tum, quia † in dubiis quod minimum eſt, ſequimur.

c l. ij. C. de tẽp. appellat.
d l. ſi in emptione. in princ. de contrah. empt.
e l. cum quid. ſi cert. pet.
f arg. l. inquiſitio. C. de ſolut.
g l. j. vbi Paul. ſi quis caut.
h l. eũ, qui certarũ. in prin. j. eo.
i l. 3. §. penul. de an. leg. vbi Bar. verſ. ſed ſi ita.
k arg. d. l. 3. ver. quod ſi adiectũ
l l. j. ff. de iure delib.
m l. ſine præſcriptione. ff. de pœnis, vbi Alex. ad Bart.
n l. inter illã. de verb. ſig. vbi dixi, l. libertas. §. fi. de man. teſt.
o arg. l. cũ hæres §. j. de ſtatulib.
p l. tali. de iure dot. Ant. de But conſ. lvij.
q l. 3. §. ſi quis hæred. de ſtatulib. not. l. ſi in diẽ de cond. & demõ.
r l. ſeruus, q teſtamẽto. §. fi. de ſtatulib.
s l. Paulus. in fi. de lib. cau. dixi l. ſi ſuper. C. de tranſac.
t Bal. l. ſi cum Hermes. C. loc.
u l. pe. & antep. ſ. de an. leg.
x l. defuncta. §. fi. de vſufr. Are. l. apud Iul. §. ſi quis alicui de leg. j.

1 *Non expreſſo die, ſtatim debetur: interdum contrà.5,6.*
9 *Obligatio, etiam die adiecto, ſtatim naſcitur, ſed eſt inefficax.*
20 *Reſtituere obligatus, non reſtituendo ſtatim, ſi poteſt, in dolo conſtituitur.*
24 *Dilatio humanitatis curſui præſcriptionis non obſtat.*

¶ Quoties a autē in obligationibus dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur: niſi ſi locus adiectus ſpaciū temporis inducat, quo illò poſsit perueniri. Verùm dies adiectus efficit, ne præſenti die pecunia debeat. ex
A quo apparet, diei adiectionē pro reo eſſe, non pro ſtipulatore. Idem in idibus etiam & nonis probandū eſt, & generaliter in oībus diebus.

a §. QVOTIES.[a]
I. ¶In † obligationi-
1 bus igitur, quibus dies non adiicitur, præſenti die debetur [a]. quod hîc declaratur, niſi ex loci adiectione appareat actum, vt non prius debeatur, quàm illò
B perueniri poſsit [b]. Quod habet locum etiam re-
2 ſpectu fideiuſſoris. locus † enim principali obligationi adiectus in fideiuſſoria quoq; repetitus videtur [c], adeò vt ſi actum ſit citiùs dari obligatio ſit nulla: vt, *Spondes mihi hodie dare centum* Romæ?
3 anguſtia † enim loci obligationem ſtricti iuris vitiat [d], licet aliud ſit in bonæ fidei iudiciis [e].
II. Quod in loco dicitur, idem etiam Accur. ait, ſi
4 ex re, vel alia cauſa appareat præſenti die ſolui non poſſe, vt quia res promiſſa in rerum natura
5 adhuc non ſit, ſed eſſe ſperetur [f]: vel, quia † qualitas actus id inducat, vt cùm quis promittit centum pro dote, intelligitur, cùm nubet [g], vel cùm quis promittit minerual magiſtro, vel penſionē domus locatori, intelligitur ea die, quā cōſueuit id ſolui [h]. quod Portius, Deciuſq; tradiderunt.
III. Idemq;, cùm † alia ratione voluntas contrahē-
6 tium arguitur, vt differri tempus velint [i]. quod
IV. variis exēplis oſtendi poſſet. Sed † & ex natu-
7 ra actus eandē præſumptionē capimus, vt in mutuo. non enim mutuamus, vt cōfeſtim nobis reſtituatur: aliàs mutuū eſſet omnino inutile. meritò ergo aliquam dilationē habet talis obligatio, quod Bart. tradidit [x]. qđ in cōmodato quoq; & mandato receptū eſt [l]. Addunt aliqui idē eſſe & in precario [m]. quibus Dec. aduerſatur [n], quia
8 † natura precarij ea eſt, vt prorſus à voluntate cōcedentis pendeat, quod alibi tetigi [o]. Ego ſatis eſſe arbitror, ſi huiuſmodi debitoribus ea ſolùm dies indulgeatur, quæ & cæteris, qui humanitatis cauſa hoc auxilium conſequuntur de quo
V. infrà. Cæterùm & hîc dicitur, non † procedere
9 concluſionem, cùm aliud expreſsim actum eſt, vt quia dies ſit adiecta. apparet enim diem fauorem debitoris reſpicere [p], ſicut & conditionem. quod tam in contractibus, quàm vltimis voluntatibus procedit [q]. quamuis tamen hîc dicatur,
10 adiectionē † diei efficere, ne in præſentia debeatur, de efficaci obligatione intelligunt Doct. quoniam receptiſsima eſt ſententia, ſtipulationem in diem ſtatim committi & obligationis & actionis reſpectu, licet ante tempus agēti ob-
11 ſtet exceptio [r]. dies † enim adiecta ſicut modus tollendæ obligationis non eſt [s], ita nec impediendæ, quò minus oriatur. idq; maximè, ſi dies executionem ipſam, non autem ſubſtantiā obligationis reſpiceret [t]. Non procedit tamen hoc multis caſibus, quos alibi enumeraui [u].
VI. Illud † quoque conſtat, quamlibet obligatio-
12 nem quamuis puram & præſentem, dilationem tamen reſpectu exactionis habere. quæ dilatio humanitatis cauſa conceditur, ne debitor cum ſacco paratus veniat [x]. Vnde hoc reſpectu lex quandoque ait, ſtatim agi non poſſe [y]. eſt
13 † autem hic terminus arbitrio iudicis cōſtituendus [z], vt communiter aiunt, niſi quòd quibuſdam in caſibus à lege eſt definitus.
14 vt † in conſtituto x. dierum [a], in iudi-
B cato fortè hodie quatuor menſium [b]. olim enim ex lege XII. tabularum triginta dies iuſti erant, vt ait Gel. lib. xx. c. 1. in † dote, vt annua,
15 bima, trima die reſtitueretur, licet hodie annus [c], exceptis his caſibus, quibus definitum eſt tempus, iudex ex arbitrio ipſe diem conſtituet [d]: idq;, etiā ſi quis certo die daturū ſe promiſerit. cùm enim (vt hîc dicitur) ea dies ipſius fauore adiecta cēſeatur, non debet impedimento eſſe, quò minùs erga ipſum quoque id ſpacium ex
C humanitate concedatur. quod & Bald. tradi-
I. dit [e]. Quod † tamen intelligendum, niſi quis
16 promiſerit ſe hodie daturum tunc † enim, vt ex-
17 preſsio aliquid operetur, non faciet debitor vllam moram, quin illa die cogatur [f]: quod Bald. Imol. Alexand. tradiderunt. quod ego infrà at-
II. tingam. Item † intelligendum, niſi debitor
18 habeat facultatem rei protinùs ſoluendæ. tunc enim non humanitas, ſed nimia facilitas iudicis eſſet, qui differre eum fineret [g]. hæcque eſt
D communis ſententia, quam tamen Bald. Salicetuſque reſtringunt in debitore dotis, quis † ha-
19 bet anni dilationem, etiam ſi ſtatim poſsit ſoluere. verùm id idcirco inductum eſt, quia interim tenetur ad alimenta. Sanè † nec ei indul-
III. gendam hanc dilationem traditum eſt, qui cùm
20 poſsit ſatiſdare ſe, poſtquam dies humanitatis lapſa ſit, ſoluturum [h], id facere detrectat. tenetur enim ad hanc ſatiſdationem, ſi petita ſit [i]: & ſi immobilia poſsideat, ſaltem cauere ſub hy-
E potheca debet [k]. Eum quoque, qui ad reſtituendum tenetur, creditum eſt hoc legis bene-
IV. ficio vti non poſſe, quia cùm facultatem rei reſtituendæ habeat, confeſtim in dolo eſt, niſi reſtituat [l]. vnde Bartol. ei, qui in rei vendicatione ſuccubuit, non concedi quadrimeſtrem dilationem, quæ iudicatis dari ſolet, exiſtimauit [m].
21 Sed † nunquid hic dies humanitatis cauſa indultus eiuſdem effectus eſt, cuius dies, qui obligationi ex conuentione ineſt? & conſtat non
E eſſe. nec enim hæc humanitas creditori damnū afferre debet. vnde conſequens eſt, vt actionis executionem non impediat [n], licet exactio differatur [o], quod plerique tradiderunt. Poteſt tamen ex Imolæ ſententia dici, exercitationem
22 † quoque impediri duobus (vt ego arbitror) caſibus. Primus intra conſtitutos iudicātis dies.
23 lex † enim XII. tabularum eos dies (vt inquit Gel. [p]) iuſtos appellauit. quod ego interpretor, quia ius interim ſiſtebatur, id eſt, agi non poterat. vnde & iuſtitium dictum. Alter eſt, quatenus modi-

a l. in omnib. de reg. iu. vbi Mo.
b l. cōtinuus. §. cum ita. ff. eod.
c l. ſi teſtamento. §. fi. l. ſi vt, ꝓponitur. ff. de fideiuſ.
d §. loca. Inſt. e. l. ij. §. ſi quis ita. de eo, ꝙ cert.
e l. inſulā. §. pe. locat.
f l. interdū. ff. eo.
g l. qui filium. vbi pupil. edu.
h l. nec ſemel. §. ſi inhabitatione. ff. quan. dies leg.
i arg. l. epiſtolā. §. fi. vbi Bart. ad Treb. gl. l. ſi dies in princ. quan. dies leg.
k l. q ſic. de ſol. Bart. l. ſi pœnā. in fi. ff. ead.
l l. in cōmodato. §. ſicut. cōm. l. Lucius. mād.
m Abb. c. fi. de præcar.
n arg. l. quęſitū. de precar. in §. eum quoque.
o l. ij. ſi cer. pet.
p l. ſtipulatio iſta. §. inter certā ff. eo.
q l. illis. vbi Bart. de cond. & demonſt.
r l. qui mandatū. ff. de mād. §. temporales. Inſt. de except.
s l. obligationum fere. §. placet. ff. tit. j.
t l. ex his. C. quando dies leg. ced.
u l. cedere. de verb. ſig. l. ita ſtipulatus. ij. ff. eo.
x l. ꝙ dicimus. de ſolut. gloſ. l. Aemilius de minor.
y §. fin. Inſti. de inut. ſtipul.
z l. j. de iur. delib.
a l. promiſſor. de conſt. pec.
b arg. l. pe. & fi. C. de vſur. rei iudic.
c l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. act.
d l. ſi cū militi. de compenſ.
e Bal. d. l. promiſſor §. j.
f arg. l. talis. de leg. j. Alex. l. 3. eo tit. dicam. l. liber homo. §. j. ff. eod.
g gl. l. ſi debitori. de iudic.
h d. l. ſi debitori. Bart. l. ſi conſtante. §. q̄ties. ſol. matr.
i l. vniuerſa. C. de precib. imp. offer.
k Ang. Mo. l. j. qui ſatiſd. cog.
l d. l. j. §. eſt aūt. depoſ. vbi Paul.
m Bar. l. fi. de exec. rei iud. C. l. debitorib. ff. de re iud.
n d. l. ſi conſtante. §. q̄ties. d. l. ſi cū militi.
o d. l. promiſſor. Doct. d. l. iſta ſtipulatus. quæſt. j.
p lib. xx. cap. j.



cum illud ſpatium præterit, quo traditio fieri poteſt [a], putà vnius diei, & eo minus. Puta-
24 rem tamen, quod † ad pręſcriptionem vſucapionemque attinet, non obſtare hanc humanitatis dilationem, quò minùs tanquam ei, qui iam agere poſsit, labantur tempora, id eſt, initiū præſcriptio accipiat [b], cùm tamē aliud ſit in die, quæ obligationi
25 ineſt [c], Hinc † infertur, vt quamuis cōpenſationem obiicere eius crediti nequeam, cuius dies adhuc non venit [d], tamen ſecus ſit in hoc caſu, cùm dies ex ſola humanitate indulgetur [e]. quod & Bart.
26 tradidit, & approbant cæteri. Sed † & ſi ſquis intra talem diem egerit, duplicandas ei non eſſe inducias receptum eſt [f], cùm tamen ſecus ſit in alio die, quo ex conuentione obligationi inſit [g]. Quod ego intelligo, quando ageretur, vt ſua die ſolueretur, id eſt, poſt tempus illud ex humanitate conceſſum: aliàs ſi ageretur, vt confeſtim id fieret, videretur adhuc ei pœnæ locum eſſe [h]. Vnde rurſus quoque infertur, vt quamuis ei non obſtet exceptio, qui petit illud, quod poſt diem obligationi adiectum reſtituere debet, dum ratione ſolius interuſurii petat [i]: ſecus tamen ſit, ſi id petat, quod poſt hunc diem humanitatis cauſa indultum omnino eſſet reſtituendū. tunc enim nullus huic exceptioni eſſet locus [k].

## LEX XLII.

POMPONIVS *libro 27. ad Sabinum.*

QVi hoc anno a, aut hoc menſe dari ſtipulatus ſit, niſi omnibus parti-
A bus præteritis anni, vel menſis, non rectè petet.

## LEX XLII.

1 *Ratio adiectæ diei obligationibus.*
2 *In annos decem ſpondens, aut legans, quando teneatur.*
7 *Interdum non expectandus temporis finis.*
11 *Annua quando conſueta die ſoluantur.*

a QVI HOC ANNO[a]. ¶ Dies
1 † differendæ obligationis cauſa adiecta facit, vt debitor antè conueniri non poſsit. cùm enim eius fauorem, vt ſuprà videmus, reſpiciat, impedit, quò minus ante peti efficaciter poſsit [k]. Quod non in anno ſolùm, die, & menſe, ſed & in calendis dicitur. expectandum enim eſt lapſas eſſe prorſus calendas [l], ſicut & cùm quis nūdinis promittit, non, niſi finito extremo
2 nundinarum die conuenietur [m]. Sed † & qui in annos x. ſpondet, aut legat, non, niſi finitio decimo anno, tenebitur [n]. Quod credēdum eſt procedere, etiam ſi numero ſingulari dictum ſit, *In annum decimum* [o]. vt enim verum ſit talia verba intra decimum annum ſignificare, cùm tamen ad debitorem referatur, id inſpiciendum eſt, quod ei fauorabilius eſt, vt ſcilicet non niſi in fine co-
3 ueniri poſsit. Nec † probabilis vlla ratio differentiæ mihi ſubeſſe videtur, an pluraliter, an ſingulariter ſit locutus prædicto caſu teſtator, licet
F Pont. & Imol. Alexanderq; diſſentiant. Sicut & credendum eſt idem quoq; eſſe, ſiue accuſandi caſu, ſiue auferendi dictum ſit in annis x. quod adverſus Bar. hoc caſu receptius eſt, proceditq; maximè hæc concluſio, cùm vis verborum ad perfectionem tēporis reſpicit, vt cùm quis promittit poſt XIIII. annū. intelligitur enim perfectum [p], quia hæc eſt præpoſitionis *Poſt*, ſigni-
4 ficatio. Idemq; † eſt, ſi dictum ſit, *Intra quartumdecimum annum* [q], quod ſuprà attigi. Idemq; etiam cùm genitiuum futuro ſubiunctiui iunxerit teſtator. id enim futurū rem perfectā ſingificat [r].
L. 42. Qui hoc anno.
Proceduntq; ſuprà ſcripta generaliter, quoties ea dies fauorē promiſſoris reſpicit, vt quia moderandæ, differendæue obligationis cauſa adie-
5 cta ſit [s]. Vnde † & qui promittit ſingulis annis vſq; ad x. annos, in fine cuiuslibet anni ſolū tenebitur; tanquam dies ad obligationis moderationem pertineat [t]. quod Imol. & Alex. aduerſus Pet. & Bald. tra-
6 diderūt. Qua † ratione & cùm quis ſtipulatus ſit ex hac die in annos ſingulos dena, lex poſt triennium peti triginta ait [u]. quę verba abſq; euidenti calumnia non poſſunt intelligi poſt trienniū,
B ſcilicet inchoatū, quoniam, vt ſuprà dixi, dictio *Poſt*, ad finē refertur [x]. Sentitq; hac in re mecum Raph. fuitq; Veterū interpretatio [y], quā ego ſequor, quia & verbis legū magis quadrat, & regu-
7 læ adhæret. Excipiūtur † tamē à prædicta cōcluſione aliquot caſus, quibus ad principium, non
I. aūt ad finē reſpiciendū eſſe apparet. Et in primis quoties dies cauſa pręſentis demonſtrationis adiicitur, nō expectatur eius finis. quod oēs
II. tradiderunt [z]. Idemq;, quoties cauſa finiendę
C obligationis appoſita eſſet [a], vt cùm quis ſtipulatur, *Decem, quo ad viuam, dare ſpōdes* [b]? quos caſus, quia à materia legis lōgiùs recedūt, hîc non at-
III. tingo. Cæterùm & cùm verba ad eū reſpiciūt, qui à teſtatore lucrum conſequitur, cenſuit Bar. quē & ceteri ferè ſequuntur, ad principium attendendum eſſe, vt cùm ſeruo anno duodecimo poſt mortem teſtatoris libertas eſt relicta [c]. I-
8 demq; † eſt, ſi dixiſſet, *Intra annum duodecimum*: vel, *In duodecim annis*. cùm enim verba ipſum ſeruum re-
D ſpiciāt, debent ex eius vtilitate potiùs intelligi, quàm ſecundum debitorem, id eſt hæredē. videtur enim arbitrio ipſius legatarij reliquiſſe, qua die duodecimi anni legatū cōſequi velit, qui veriſimiliter quamprimū poterit, accipiet: ſicut vice verſa, cùm verba debitorē reſpiciūt, eius arbitrio videtur relictū, qui veriſimiliter ad finē vſq; differat. Et quāuis aliqui ſpecialiter illud in libertate inductum cōminiſcantur, tamen verbis ipſius legis conuincūtur, vt meritò frequentiori
E calculo reiecti ſint. Si tamē accuſandi caſu dixiſſet, *Stichus in duodecim annos liber eſto*, aliud eſſet [d].
IV. Sed † & propter vim verborū quandoq; idē di-
9 cimus, vt cùm alicui relictū eſt, ſi pupillus ante annū vigeſimū deceſsiſſet, intelligetur vigeſimū cœptū, propter præpoſitionē *Ante* [e], non autem
V. finitū. qđ alibi declaraui. Idēq; generaliter dicēdū in fauorabilibus cæteriſq; caſibus, quibus annus cœptus pro perfecto habetur, quos alibi
VI. quoq; attigi [f]. Sed † & in legatis annuis idē re-
10 ceptum eſt, vt in principio anni ſemper debeantur [g]. qđ aliqui inductū exiſtimāt, qa ſimilitudine quoq; quadā cum legato alimentorū cenſentur [h]: ego verò, quia pluribus in præſtationibus conſiſtant. vnde nō videtur dies tam fauore hæredis adiectus, quàm ipſius legatarij, cuius creditum voluit teſtator multiplicari. idq; omnes tradunt, ſiue legatum ſit in annos ſingulos, ſiue quotannis, ſiue quolibet anno [i]. A qua tamen concluſione excipiūtur quatuor caſus. Primus, cùm præſtatio annua ob aliquam cauſam, ſeu neceſsita-

a d. §. fi. Inſt. de inutil. ſtipul.
b l. in rebus. in fi. C. de iur. dot.
c l. cū notiſsimi. §. illud. C. de pręſcript. xxx. ann.
d l. quod in diē. de compenſat.
e d. l. ſi cū militi Bar d. q. j.
f Are. d. j. quęſt. Ale. d. l. ſi intra.
g §. hodie. Inſt. de except.
h c. j. de plus petit.
i l. fi. §. pe. vt leg. no. ca. gl. & Bar. l. cū qs. C. de iur. & facti ignor.
k l. ſi donaturus. vbi Bar. de cōd. cau. da. l. nupta. §. fi. ſol. matr.
k l. qui ante. ff. e.
m l. eū, qui certarū. in prin. ff. eo.
n l. ſi in annos. de cōd. & dem.
o l. ſi cui. de leg. j. in princ.
p l. non putabā. de cond. & demonſt. l. ſi ita fuerit libertas. de manu. teſt.
q l. j. §. ſi intra. de ſuc. edic. dixi d. l. qui antè.
r d. l. ſi cui vbi Bart.
s l. lecta. ſi cert. pet.
t l. ſi cum præfinitione in fi. l. ſemel. ver. niſi forte. quando dies leg. ced.
u l. ſi ita. la ſ. ff. e.
x l. ſi ita fuerit libertas. in prin de manu. teſt.
y gl. l. j. C quan. dies leg.
z l. liber homo. §. decem. ff. eod.
a l. eū, qui ita. §. ita. ff. eod.
b l. obligationū fere. §. j ff. tit. j.
c l. ſi ita fuerit libertas. de manu teſt. in prin. & fi.
d d. l. ſi in annos.
e l. qui filiū. §. Sabinus. ad Trebel. l. ad rēpubl. de mun. et hon.
f l. anniculus. ij. de verb. ſig.
g l j. C. quando dies leg. l. in ſingul. de ann. leg.
h l. is, cui. de an. leg.
i l. nec ſemel. quan. dies leg.

neceſsitatem fit. tunc enim iis diebus ſoluen-
dum eſt, quibus conſuetum eſt eam cauſam ad-
impleri [a]. Secundus, cùm fructus certæ rei præ-
ſtandi ſunt. attendimus enim ad tempus, quo
colliguntur [b]. quod aliqui intelligũt etiam, cùm
mixtim fructus &
pecunia dantur, ne
videatur teſtator e-
iuſdem legati tem-
pus vario modo
accepiſſe [c]. Tertius
eſt caſus, cùm aliquid per ipſum legatarium fie-
ri deberet. priuſquàm enim ipſe obſeruarit, non
poteſt alium cogere [d], idque videtur & Bartol.
ſenſiſſe. Quartus, cùm verba legati per diuiſio-
nem ab ipſo principio concepta ſunt, vt lego
annua, bima, trima die [e]. tunc enim apparet fa-
uore hæredis diuiſionem factam. vnde à regula
legis noſtrę non recedimus. quod & aliis in con
VII ſimilibus caſibus Bald. docet [f]. Sed quid in
contractibus dicemus, an ſtipulatio annua prin-
cipio anni committetur? & Veteres diſtingue-
bãt, an anno eſſet promiſſum, an annua [g]. quam
diſtinctionem Doctores negligunt, exiſtimant-
que idem eſſe, quod in legatis. Raph. tamen con
trà [h], quem ego ſecutus ſum. In legatis enim tot
præſtationibus teſtator ad ſolius legatarij fa-
uorem videtur reſpexiſſe. vnde & tot obligatio-
12 nes ſunt, quot præſtationes. at † in ſtipulatio-
nibus vna eſt obligatio [i], videturque dies pro-
miſſoris potiùs contemplatione adiectus, qui
ſibi conſultum voluit [k]. vnde à regula legiſque
noſtræ ratione recedendum non eſt, idque vi-
detur mihi & Oldradum ſenſiſſe, licet Bartol.
duarum legum argumento diſſentiat [l], quas
conſtat leuiter ad rem facere. tametſi enim lex
dicat in initio cuiuſque anni ſtipulatori acqui-
ri, tamen obſtat exceptio quandocunq; ante fi-
nem petenti, quod ipſemet Bartol. tradidit. ſic-
vt & in lege noſtra ante finem anni orta eſt ob-
ligatio: quia (vt lege ſuperiore vidimus) dies
non eſt modus impediendæ obligationis. Pu-
tauerim tamen, ſi ſtipulatio ex cauſa alimento-
rum facta ſit, communem opinionem veram
eſſe, vt à principio anni propter naturã alimen-
torum debeatur [m].

a d. l. nec ſemel. §. ſi inhabitationem.
b l. Firmio. §. pater. eo. tit.
c l. ſi legatarius. §. j. de leg. 3. vbi Bart.
d arg. l. Iulian. §. offerri. de act. emp. Bar. l. ſi ſeruus. 3. §. fi. ſ. tit. 2
e l. ſi cui. de le. ſ.
f d. l. j.
g §. pen. Inſt. de inut. ſtip.
h d. l. ſi ita ſtipulatus. gl. d. l. j.
i ſ. l. ſi Stichũ. §. j. vbi dixi.
k l. cum in annos. de ann. leg. & quand. dies. leg. ced.
l arg. d. l. ſi ſeruus. 3. in fi. ſ. tit. ij. vbi Bart.
m l. pecunię. de ali. leg vbi Bar.

VLPIANVS *libro 50. ad Sabinum.*

LEX XLIII.

SI quis arbitratu [a], putà Lucij Titij, re-
A ſtitui ſibi ſtipulatus eſt,

## LEX XLIII.

4 *Stipulantis mora, actus, non ius tollitur. 6.*
7 *Stipulatio, arbitratore in mora exiſtente, non committitur.*
18 *Arbitrator alius ex cauſa adiri poteſt.*
24 *Iudex ad quem recurſum eſt, quid conſtituere debeat.*
28 *Arbitratore vita defuncto arbitrium an extinguatur.*
32 *Arbitrator partem citet, interdum non. 33, 35.*

a SI QVIS ARBITRATV [a].
I. ¶ Promiſerat † aliquis equum,
1 fundum, hæreditatem, opus, id-
que genus res ſimiles, arbitratu
Titij mihi reſtituere: deinde e-
go dubitans, ne Titius fortè aliter arbitraretur,
quàm vellem, moram ei feci, vt quia vocatus
adeſſe, eumque de re inſtruere nolui: hîc tradi-
tur promiſſorem, etiam ſi ipſe moram tunc fe-
cerit, non obligari. quæ res nullam prorſus ha-
bet dubitationem. cùm enim ego in mora priùs
fuerim, non poſſum eandem promiſſori impu-
tare [n], qui videtur promiſiſſe, ſi per me non ſta-

n l. arbiter calẽdis. ff. de arbit. c. mora. de reg. iur. in vj.

ret. vnde in primis mea contumacia mihi da-
mno eſſe debet. Magis † dubitabilis eſſet caſus, 2
ſi ponamus moram deinde per ſtipulatorem
purgatam fuiſſe. ſed tunc non procedere legem
noſtram Accurſius cenſuit [o], vt ſcilicet vltima
mora, quæ promiſ-
ſoris fuit, attenda-
tur [p]. Sed hæc in-
terpretatio legem
noſtram coarctat.
Fuere † ergo, qui 3
intelligerent Iuriſconſultum loqui, cùm mora
ſtipulatoris talis erat, vt purgari non poſſet, vt
quia amplius arbitrari Titius non poſſet, quòd
deinde res, quæ reſtitui debebat, extare deſiiſ-
ſet, ſicque non eſſet res integra [q]. idque Iacob.
Alber. & Rayn. tradiderunt. qui ſenſus & ipſe in
anguſtum rem deducit. Latiùs igitur Raphael,
Imola, Pontan. Iaſon expoſuerunt: † & ſi ego 4
B poſt moram commiſſam ſim paratus eam di-
luere, & arbitratori parére, nihilominùs pro-
miſſorem non teneri, quamuis & ipſe deinde
moram faciat, cùm iam ex priore mora mea ſo-
lutum ſit compromiſſum [r]. Ego arbitror con-
ditionem hanc *Si Titius arbitratus fuerit*, pro imple-
ta in odium ſtipulatoris, qui moram fecit, habe-
ri [s]: & ideò perinde eſſe, ac ſi Titius nihil reſti
tui debere cenſuiſſet, trahitque ſecum hæc legis
interpretatio executionem: & ideò nulla eſt
C moræ, diſſentiente promiſſore, purgatio [t]. A- 5
ctione † ergo ex ſtipulatu promiſſor ampliùs nõ 6
conuenietur. Sciendum † tamen eſt, non ideò
amittere ſtipulatorem ius ſuum, ſi quod præter
ſtipulationem aliud fortè habuit. Quid enim, ſi
ante conceptam ſtipulationem iam mihi actio-
ne ex locato reus debebat [u]? mora certè mea
in actione ex ſtipulatu commiſſa nihil alteri a-
ctioni præiudicabit [x]. Sed † quid, ſi non ſtipu- 7
lator, ſed abitrator ipſe moram fecerit, vt quia
D nolit arbitrari, vel etiam non poſsit? & hîc tra-
ditur ſtipulationem non committi. cuius rei il-
la eſt ratio, quia promiſsio facta arbitratu Titij
eſt conditionalis [y]. vnde cùm conditio non e-
ueniat, perinde eſt, ac ſi nihil promiſſum ſit [z].
Nec dicat aliquis debere alium adiri. Reſpõdeo,
in alium non conſenſiſſe partes, & in contracti-
bus nunquam alia perſona ſubauditur [a], & con-
ditio de vna perſona in aliam non transfertur [b],
maximè in caſu noſtro, cùm videantur partes
E Titium elegiſſe propter amicitiam & coniun-
ctionem, quam ſecum haberent [c]. vnde nec ſub-
ſtituere aliquem poſſet [d]. Hincque † ex hac 8
lege principaliter adnotant Doctores, arbitra-
tore nihil pronuntiante, ſtipulationem non va-
lere, neque ab eius perſona recedi [e]. id † enim
ius ei conceſſum facultatem quandam perſo- 9
nalem (vt ſuprà dixi) reſpicit, & ideo nec in hæ-
redem quidem tranſmittitur, ſed, eo mortuo, e-
uaneſcit [f]. Niſi † quoties id arbitrium non ex I.
E facultate quadam, ſed iure proprio competeret, 10
vt quia pagani mihi promiſiſſent riuum arbitra-
tu meo ſingulis annis purgare [g]. qua de re ali- II.
bi. Addit † Bart. [h], nec reſpectu quidem hære- 11
dum compromittentis tranſire, cùm fortè erga
eos nulla ſit arbitratoris affectio [i], & quia con-
tractus ante perfectionem meræ facultatis eſt,
quæ in hæredem non trãſit [k]. quæ rationes tam
in arbitro, quàm arbitratore æqualiter ꝓcedũt.

o gl. ij. hic.
p l. illud. de peric. & com. rei vend.
q l. ſi ita quis promiſerit. §. Scia ſ. eod.
r l. diem. §. ſi qs litigatorum. l. duo. §. ſemel. de arbit.
s l. iure ciuili. de cõd. & demõſt.
t d. l. ſi quis hæredẽ. C. de inſt. & ſub. Bal. l. j. in fi. eo. tit.
u l. ſi ſtipulatus. in fin. de vſur. Raph. Alex. Iaſon. hic.
x l. ij. §. j. de iur. fiſ. Bar. l. eius. q. in fi. eo. tit.
y l. ſi merces. in prin. locat.
z l. cedere. de verb. ſig
a l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſog. ſ. eod.
b l. qui cohæredi. de cõd. & demon.
c c. fi. vbi Canoniſtæ, extrà, de arbit.
d l. nõ diſtinguemus. §. quæſitũ. de arbit.
e d. c. fin.
f l. cũ ſtipulatꝰ ſim mihi à Proculo. ſ. eo. l. cũ ſtipulatus fuerim illud. vbi Bar. ſ. eod.
g l. fi. ſic. §. ſi ſ quæſt. ante p. de arbit.

ita vbi Alex. de leg. j. l. ſeuuus ſi hæredi. de ſtatulib. h Bar. ſ. i d. c fi. vbi Doct. k l. diem. §. j. l. ſed interpellntur. in fin.

vnde



vnde & æqualis debet eſſe iuris diſpoſitio. qua
de re & infrà aliquid dicemus. fuêre enim non-
III. nulli, qui aduerſarentur [a]. Procedit † quoque ſu-
12 prà ſcripta legis noſtræ concluſio nõ ſolùm, cùm
arbitrio alicuius mandatum eſt, ſed etiam, ſi nu-
dæ voluntati. Receptũ enim aduerſus Socinum
eſt, poſſe contractus non tantùm arbitratui ter-
tij committi, ſed etiam liberæ voluntati. quod
ſuprà diſputauimus [b]. quod aliqui tradiderunt,
etiam ſi talis contractus in executionem vltimæ
voluntatis factus ſit [c]. dum tamen ſenatuſconſul
to captatorias voluntates infirmanti fraus non
fiat. quam rem latius hîc Alexand. examinat, nos
tanquam à propoſito argumento alienam omit-
IIII. timus. Sed † & certum eſt, ſuprà ſcriptæ regulæ
13 maximè locum eſſe, vt à perſona nõ recedamus,
quoties de euitanda pœna ageretur, adeò vt qui-
bus caſibus aliâs recedi poſſet, non tamen repe-
tita pœna cenſeatur [d].
V. Adiicit Bartolus [e], quod † in arbitrio dicitur,
14 in conſultore quoque locum habere. vt ſi a-
ctum ſit, vt arbiter cum conſilio Seij procedat. eo
enim conſilium dare detrectante, ad aliam perſo
VI. nam non tranſibimus [f]. Procedit quoque gene-
raliter non in ſtipulationibus tantùm, ſed & in
VII. bonæ fidei contractibus [g]. Sed & in vltimis quo-
que voluntatibus obſeruatur, cùm per expreſ-
ſam conditionem conceptæ ſunt, putà, *Si Titius
arbitratus fuerit*. ſecus, ſi in vim ſeptimi caſus re-
lictum ſit arbitrio, ſiue arbitratu Titij [h]. quod Bar
tolus cenſuit, & plerique ſequuntur. Raphael ta-
men aliud cenſet [i]. quia talis differentia non ſa-
nè multum rationis habet, cùm ſicut ſexti ca-
ſus, id eſt, ablatiui cum participio abſoluti vim
conditionis ſeruant [k], ita & hæc verba, *Arbitratu
Seij, arbitrio talis* [l], quæ Grammatici nominã ſepti-
mi caſus dicunt. ſed ego aliâs oſtendi ſeptimos
caſus ad diſpoſitionem magis, quàm conditio-
nem, pertinere [m].
15 Fortius † pro hac ſententia illud facit, quia
Iuriſconſultus non eo modo diſtinguere vide-
tur, ſed an legatum ſit in arbitrium liberum, pu-
tà, *Si Titius voluerit*, an tanquam in bonum virum [n],
vt primo caſu à perſona non recedamus, ſecun-
do recedamus, quia in boni viri arbitrio nulla
eſt mora. vnde nec conditio. valet autem lega-
tum, ſi tertius voluerit, nec cenſetur captato-
rium [o], cùm in voluntatem eius committitur,
qui legatario coniunctus eſt, qualis pater, vel
tutor [p]. ceſſat enim tunc ſenatuſconſulti Libo-
niani ratio. Valet etiam, cùm non ad verbum
ſubſtantiæ, putà, *Dare, manumittere*, ſed ad mo-
dum refertur, putà, *Si volueris fidei tuæ committi*. ſitq;
in dubio ea interpretatio, vt actus ſuſtineatur [q].
16 Valet † etiam quibuſdam aliis caſibus, quibus ea
captio non attenditur [r]. Fortè poſſet vtraque ſen
17 tentia coniungi, vt cùm teſtator conditionem
expreſſit, videatur de libero Titij arbitrio ſenſiſ-
ſe: ſecus in ſeptimo caſu protulit. cùm † enim
conditio in forma ſua adimpleri debeat, videtur
hoc voluiſſe, ne à perſona recederetur. Quod
tamen non procedit, cùm in hæredis, id eſt, de-
bitoris ipſius arbitrium res legata eſt [s]. Idem non
procedit, etiam ſi alterius arbitrium reſpexerit,
cùm non de legati ſubſtantia, ſed de electione
18 agatur. tunc † enim non eſt dubitandum à per-
ſona recedi eo caſu poſſe, quo ille nolit, vel non
poſſit arbitrari [t]. idque ſiue verba teſtatoris arbi-
trium boni viri reſpiciant, ſiue liberam volunta-
tem: putà *Lego tibi ſeruum, quem Titius elegerit*. libe-

a Iaſ. hic q. vij.
b l. ſtipulatio non valet. ſ. eodem.
c l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. de leg. j.
d l. mulcta. in princ. de cond. & demon.
e Bart. q. vlt.
f c. j. in fi. ne ſe. de vac.
g l. fin. Cod. de contrah.
h l. j. de leg. ij.
i Raph. & Soc. hic.
k l. à teſtatore. de cõd. & dem.
l l. cum tale. §. reſcriptum. de cond. & dem.
m l. cum quærebitur. de verb. ſign.
n d. l. j.
o d. l. ſenatus. §. ij. de leg. j.
p d. l. j.
q l. fideicõmiſſaria. §. j. de fideic. lib.
r l. captatorias. de teſtam. mil.
s l. ſi ſic. de leg. j. l. fideicommiſſa. §. quanquã. de legatis iij. l. Thais. §. ſorore. de fid. lib.
t l. fin. §. ſed & ſi quis. C. com. de leg.



rum enim eſt Titio eligere, quem velit [u]. Et ex his L. 43.
apparet, legis noſtræ regulam in vltimis volun- Si quis ar
tatibus aliquatenus reſtringi. Quod & quibuſ- bitratu.
dam aliis caſibus dicendum eſt, veluti cùm ſo- I.
lus promiſſor moram fecerit, quò minus Titius
arbitraretur. per argumentum enim à contrario II.
ſenſu hîc probatur, tunc ipſum promiſſorem, qui
moram fecerit, teneri [x]. Sed quomodo tenetur?
& ſi pœna eſt promiſſa, aiunt omnes committi
A pœnam [y]: ſi verò promiſſa non eſt pœna, ſed ſti-
pulatio ſimpliciter concepta eſt, tunc ad arbitriũ
boni viri recurrendum erit. cùm enim ꝑ eum ſte-
terit, quò minus ille arbitraretur, cõditio in eius
odium debet pro impleta haberi [z]. verùm quia
incertum eſt, quid ille arbitraturus fuerit, neceſ-
ſariò bonus vir adibitur [a], putaremque hoc ca-
ſu iudicem nõ tam attendere ad ius partium de-
bere, quàm ad id, quod arbitrator ille fuiſſet con-
ſtituturus, ſi tamen talis eſſet. in cuius liberã vo-
B luntatem mandata res fuiſſet. quod & Raphael
ſenſit. Sed † & quoties arbitrator ipſe pronun- III.
tiauerit, ſed iniuſtè, receptum eſt à perſona rece- 19
di poſſe, & ad bonum virum iri [b]. Sed quæ eſt ra-
tio, vt ſi arbitrator nullo modo pronuntiet, alius
adiri non poſſit? ſecus ſi iniuſtè pronuntiet? &
traditum eſt id eſſe, quia ſi non pronuntiauerit,
conditio contractus non euenit: vnde prorſus
expirat. at vbi pronuntiauit, conditio euenit: &
ideo contractus confirmatur, & ex eo ſupereſt
C actio, qua poſſit quis de arbitratoris iniuſtitia
conqueri: quæ, ſi non pronuntiaſſet, nulla ſubeſ-
ſet. Sed nunquid idem ſit etiam in contractibus
ſtricti iuris? & Raphael cenſuit ſolùm promiſſori
exceptione doli conſultum [c]. Sed † tamen Barto 20
lus etiam bonum virum adiri in contractibus ſtri
cti iuris cenſuit [d]: idque per officium iudicis, qđ
ex æquitate conceditur: in contractibus verò bo
næ fidei per actionem ex contractu [e]. quod & re-
ceptius eſt, & Iaſon hîc ait. Cæterùm † & cùm in IIII.
D alterius ex contrahentibus arbitrium res collata 21
eſt, ſi ille non arbitretur, quia per eum ſtat, con-
ditio pro impleta habetur [f], & propter incertitu-
dinem bonum virum adibimus [g]. Quod intelli-
gendum in his caſibus, quibus in arbitrium con-
trahentis conferri res poteſt. quod ſuprà enume-
raui [h]. Item intelligendũ procedere in hac con-
ditione, *Arbitratu tuo*: vel, *Si arbitratus fueris*, quæ con
ditio iuris eſt [i]. ſecùs ſi conditio ſit meri facti, ad
quam implendam cogi quis non poſſit [k]: tunc e-
E nim contractus eſt nullus, vt Raphael, Iaſonque
tradiderunt. Hinc infertur idem quoq; eſſe, cùm
teſtator arbitrio hęredis ſolui aliquid mandauit.
ſi enim non arbitretur, quia per eum ſtat, condi-
tio pro impleta habetur [l].
Enimuerò † generaliter quoque aiunt limita- V.
ri regulam, quoties res integra non eſt. quamuis 22
enim arbitrator iniunctum ſibi munus detrectet,
nõ debet promiſſor cum aliena iactura locuple-
tari. idque eo argumento probatur, quòd cùm
F quis vxorem ducit pacto, vt dos ſibi conſtituatur
arbitrio Titij, ſi ille arbitrari nihil velit, tamen ad
bonum virum recurritur [m]. nec † enim æquum 23
eſt, vt ille vxorem indotatam habeat [n]. Sed & ſi
quis locet pretio arbitratu Titij conſtituendo, ſi
Titius pronuntiare nolit, ad iudicem recurretur,
ne gratis ille aduerſus domini voluntatem habi-
taſſe videatur [o]. quod Iaſon & Socinus hîc tradi-
derunt. Sed dubium eſt, quid † debeat bonus ille
vir, ſeu iudex conſtituere. & ſi ex natura re poſſit
aliquid certi pronuntiari, res clara eſt, vt in dote

u l. cum quidã. ij. de leg. ij.
x Bart. hic q. ij.
y l. in executione. §. fi. ſ. eod. vbi Raph.
z l. in teſtamento. de cond. & demonſtr.
a l. ſi libertus ita iurauerit. de op. lib. l. in propoſita. ſ. pro ſoc.
b l. ſi quis cum aliter. ſ. eod.
c d. l. in propoſita. verb. eo magis.
d l. vnde ſi Neruæ. ſ. pro ſoc. l. ſi in lege locationis. in princ. ſ. loc.
e d. l. in executione. §. fi. ſ. eod.
f l. hæc venditio. in princ. de contrah. empt.
g l. ſtipulatio non valet.
h l. illa verba. de verb. ſign.
i l. cum ab eo. de contr. empt.
k l. fideicommiſſa. §. quanquam. de leg. iij. l. ſi ſic. de leg. j.
l l. iij. C. de dotis promiſ.
m Bald. l. final. eod. tit.
n l. cum poſt. §. gener. ſ. de iure dot.
o l. ſi merces. vbi Fulg. & Caſt. locat.

alimentis, & ſimilibus [a]: ſi verò res prorſus incerta ſit, vt in locatore, conſtituet non quantum dominus locare potuit, ſed quanti veriſimiliter conductor fuiſſet accepturus [b], quod Fulg. cenſuit, vt in re dubia aduerſus locatorem potius fiat interpretatio [c].

Bartol. cenſuit. quæ ſententia vera eſt, cùm id a-
ctum conſtaret, vt obligatio non niſi ab hæredi-
bus incipiat x. Item eſt vera, cùm ante eam diem
incertum eſt debitum iri: vt cùm quis legat, *Cùm*
*hæres morietur*. quid enim, ſi is hæres legatario ſu-
perſtes eſſet? cùm † enim legatarius non tranſ- 10
mittat, apparet incertum priùs eſſe, an futurum
ſit debitum y. Idemque in eo, qui fructus na-
ſcituros promittit. ſubeſt enim incertitudo, an
A naſcantur, & quot naſcantur z. quo argumento
Bartol. generaliter hanc concluſionem approba
uit, tanquàm ſemper in tali obligatione ſubſit
incertitudo propter medij temporis interuſuri-
um a. At † alij, & ipſi non pauci numero b, haud- 11
quaquam ratione interuſurij impediri obliga-
tionem exiſtimarunt, cùm ſuper eo non ſit cele-
bratus contractus c. crediderunt enim ipſi, ante
talem diem promiſſorem obligatum cenſeri &
naturaliter & ciuiliter d, quia ſubeſt ſemper illa
B ratio, quòd dies, ſiue certus, ſiue incertus, non eſt
modus tollendæ aut impediendæ obligationis
e. Vnde videmus, quòd ſi ante eam diem ſolu-
tum ſit, impeditur repetitio, quod indicat ſubeſ-
ſe obligationem f. Probabilis tamen mihi vide-
tur Paul. Caſtren. diſtinctio g, vt hoc caſu obliga-
tionem ante diem, actionem non niſi poſt diem
oriri credamus. Qua † ratione talis obligatio no 12
uari poterit, idque ante diem h. poterit & acce-
pto ferri, licet quod ad actionem attinet, non ap-
C pareat acceptolatum, aut nouatum prius quàm
dies veniat i.

Rurſus non procedit concluſio in die, quam II.
ex natura contractus, vel rei lex ipſa conſtituit k.
in ea enim conſtat actionem non niſi poſt diem
concedi l, dum tamen dies ſolius humanitatis
cauſa indultus non ſit. quod Bart. cenſuit m.

Sed † quid in obligatione dicemus, quæ ex III.
die competit? & lex ait, ex die incipere obliga- 13
tionem n. conſequens ergo eſt, vt quoties obliga
D tio ex die inducitur, ante diem repudiari non
poſsit o. Nec refert, an expreſsè ſit concepta
ex die obligatio: putà, *Ex calendis Martijs dare ſpon-*
*des?* (ſic enim Paul. ſcripſit p.) an tacitè, cuius rei
exemplum in debitore ad diem eſt, qui cenſetur
mandaſſe fideiuſſori vt ex ea die ſolùm ſoluat, ex
qua ipſe fuerit in mora. vnde † ante diem fideiuſ- 14
ſor non cenſetur obligatus: & ſi ſoluat, mandati
actionem non habebit q. Hinc etiam infertur, ſi IIII.
† partes egerint, ne ante diem oriatur actio, non 15
E procedere concluſionem r. vbi enim deficit con-
ſenſus, ibi & obligatio deficit s, & conſequenter
actio. Quod † intelligendum, niſi de obliga- 16
tionibus agatur, quæ non ex conſenſu, ſed ex fa-
cto oriuntur, putà ex adminiſtratione. quod &
Bartol. cenſuit t. in his enim ad legis poteſtatem
ſolùm attendimus, vt eo tempore oriatur actio,
quo lex conſtituit. quod & in tutelæ actione tra-
ditum eſt u. Qua † ratione rei vendicatio nun- V.
quam ante diem conceditur. quod eo exemplo 17
F oſtenditur, cùm teſtator fundum intra annum
dari iubet x. cùm enim translatio dominij in le-
gatarium auctoritate legis fiat, ea executio ante
diem non fit. quod communiter receptum eſt.
Sed an idem in hypothecaria actione reſponde- VI.
bimus? & Bald. ait idem eſſe y. ea enim ius in re
ipſa prætendit. vnde videtur ad executionem in

x l. vnica. C. vt act. ab hær. Alc. l. quod ſi ſub cōditione. de con. in deb. Bar l. ita ſtipulat9. q. ij. j. eo.
y l.j. l hæres meus. §. de cond & demon
z d.l.j. & l.j. §. ſi impuberi. §. de collat. bon.
a Bart. & Doct. d.l. ſtipulatus. q. ij.
b Imol Paul So. d.l.j. Rayn. Bal. l. & ſi poſt tres. ſi quis caut.
c arg. l. certi condictio. in princ. ſi cert. pet.
d l. ſi pupillus. §. j. de nouat. vbi Paul. Caſt.
e d. §. placet.
f l. nam ſi cum moriar. de con. indeb.
g Paul. d.l. ſi pupillus. §. j.
h l ſi Stichū. §. j. de nouat.
i l. quod in diē. de acceptil. l. in diē. de nouat.
k l. quoties. ver. cedunt de op li be l. iij. §. ſi quis. ij. de eo. quod certo loc.
l l. ſi ſtipulatus. ij. §. eo. l. interdum. j. eo.
m d.l. ſtipulatus. j. quæſt.
n d.l. obligationum. in prin.
o l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. de leg. ij.
p d l obligationum. §. j.
q l. ſi mandauero. ij. in princ. mand.
r d.l.j. vt act ab hæred.
s d.l.j. l.j. §. de pact.
t arg. l. cerdonem. de op. liber.
u l. ſi tutor. in fin. de tut. & rat.
x l. Sempronius. de vſufr leg.
y Bal. d.l. & ſi poſt tres re



18 re à lege factam pertinere. Sed † tamen verior
eſt Aretini diſſentientis traditio a, qui acceſſori-
am eſſe hypothecam perſonalis actionis ait, & i-
deo eius naturam imitari b. Vnde ſi debitor de
fuga, vel diſapidatione ſuſpectus eſſet, poſſet an-
te diem hypothe-
caria intendi c. Nec
obſtat, quod lex ait
ante diem conue-
niri nō poſſe d, quia
19 † verbum *Conueniri*,
à lege prolatum, ad
effectum, litiſque
progreſſum refer-
tur e, ſicut & ver-
bum *Peti* f. Clarum
20 † autem eſt exce-
ptionem diei tan-
quam dilatoriam
obſtare proceſſui.
VII. Sanè illud conſtat
locum regulæ non
eſſe, cùm incertum eſt ante diem debitum iri g.
VIII. tunc enim lex ait nihil agi. Sed † quid in perſecu
21 tionibus dicemus? & conſtat officium iudicis nō
IX. priùs concedi, quàm dies venerit h. In † certi
22 quoque condictione cenſuit Barto. Angeluſque
id obſeruari, vt in obligationibus in diem non
priùs competat, quàm dies venerit. in ea enim
maximè ad petitionem ipſam attēdimus, quam
neceſſarium eſt eſſe certam. vnde antè non po-
teſt concedi, quia propter medij temporis inter-
vſurium incerta eſſet. quam ſententiam & nos
ſecuti ſumus i, licet alij aliter crebriore calculo.

¶ Id autem, quod 4 in facto eſt, in mortis tempus conferri A non poteſt: veluti, CVM MORIERIS, ALEXANDRIAM VENIRE SPONDES.

¶ Si ita ſtipulatus b fuero, CVM VO- B LVERIS, quidam inutilem eſſe ſtipulationem aiunt. alij ita inutilem eſſe, ſi antè, quàm conſtituas, moriaris. quod verum eſt. Illam autem ſtipulationem, SI VOLVERIS, DARI? inutilem eſſe conſtat.

1 *Ratio invalidæ ſtipulationis facti in mortis tempus conceptæ.*
3 *Per alium habitatur.*
5 *Patris & filij eadem perſona.*

1 *Promißio Si voluero, inutilis: Cùm voluero, non ſemper: eiuſq; ratio 2.*
18 *Enumerantur caſus, vbi promißio Cùm voluero, nullius roboris ſit.*
13 *Stipulatio Cùm voluero, tenet.*
15 *Morte extinguitur voluntas.*
C 17 *Dignitas non moritur.*

a §. ID AVTEM, QVOD a. ¶ Licet † ſti-
1 pulationes dandi, vel faciendi regulariter ad hę-
redes tranſeant k, licet item poſsit quis ſtipulari,
*Cùm morietur* l, id tamen non procedit, quoties
id fieri quis ſtipulatur, quod perſonæ cohæret.
cùm enim eo momento, quo moritur, fieri à pro-
miſſore non poſsit, ſtipulatio eſt nulla m, nec ad
hæredes tranſmittitur. quia quod perſonæ cohæ
ret, per alium fieri non poteſt n. Videtur autem
factum merè perſonale eſſe, cùm actum eſt, vt A-
lexandriam quis eat, ſeu in alium locum certum
peregrinetur o, vel vt in tali loco habitet. habita-
tio enim ipſa quoque perſonæ cohæret p. I-
demque, ſi vt iudicio ſiſtat q. Sed tamen hæc
perpetua non ſunt. quandoque enim huiuſmo-
I. di facta per alium adimpleri poſſunt: Vt quan-
do non voluntariæ, ſed neceſſariæ conditioni
II. adiectum apparet r. Nam † & qui vouit aliquem
2 ad ſacrum ſepulchrum in Solymis mittere, ideo-
que hæredem grauauerit, vt eat, non cenſetur
merè perſonale onus illi iniunxiſſe, quin per a-
lium defungi eo poſsit. quod Fulgoſ. cenſuit s,
licet ſi teſtator ipſe perſonaliter ſe iturum vo-
uiſſet, & impeditus hæredem grauaſſet, ſecus eſ-
ſet. quod Suzarius, & Ioannes Andreas tradide-
III. runt t. Sed & ex cauſa neceſsitatis quandoque
conceditur, vt per alium quis faciat, quod tamen
perſonæ induſtriam requirit u.
3 Is † quoque, qui ſeruitutem habitationis con-

a Aret. d.l. ſtipulatus. ij. q. Socin. conſ. xlj. lib. iiij.
b l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. §. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.
c l. quęſitum. de pig.
d l. Fulcinius. §. ſi in diē. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
e l. quoties. §. ſi quis caut.
f d. §. omnis. Inſti. eo. l amplius §. rem rat. hab.
g l.j. in fi quan. dies vſufr. ced. Bar. l.j. §. in nouiſsimo. de cad. tol.
h l.j. de re iudic. l. ſi filius. verſ. et ſine. de bonis liber. Bal. d.l. vnica.
i d.l. certi condictio. in prin.
k l. veteris. & l. fi. C. eod.
l §. l. proxima, §. fin.
m l. fi. §. de con. inſt.
n l. vnica, §. ne autem. verſi. ſin verò. C. de cad. tol.
o l. ſed ſciēdum. ad Trebel.
p l. ſi habitatio. §. quando dies leg. Bart. l. ſi ex toto. in fi. de le. j
q l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd. cog.
r Bart. l. Gallus. §. & quid ſi tantū. de li. et poſth.
s Ful. Paul. Cor. d. §. ne autem.
t Io. And. in Speculo, de voto.
u l.j. de off. cōſ.

ceſſam habet, alteri locare poteſt, & ſic per ali- L. 46.
um, ſi velit, habitare. quod Iuſtiniani humanita- Cēteſimis
te indultum eſt x. Illud † quoque traditum eſt, calendis.
quamuis per dictionem *Perſonaliter*, vel *Proprijs ma*
*nibus*, de facto merè perſonali actum videatur y, §. Si ita ſti
tamen ijs verbis e- pulatus.
um non excludi, IIII.
qui per filium, vel V.
ſeruum fecerit z.
Iure † enim noſtro 4
eadem perſona pa- 5
tris & filij cenſe-
tur a. Cæterùm VI.
& quandoque id
dignitati perſona-
rum tributum vi-
dere eſt, vt per a-
lium eis id face-
re permittatur,
quod aliàs facti me
rè perſonalis eſ-
ſet b.

§. SI ITA STIPVLATVS b. ¶ Suprà b
† diſputatum à nobis fuit, quemadmodum ſti- 1
pulatio hæc, *Promitto centum, ſi voluero*, eſt nulla c.
At hîc traditur promiſsionem, *Cum voluero*, vale-
re: ſicque apparet, non modicum cōiunctionem
*Si*, à particula *Cum*, diſtare, cùm tamen aliàs ſole-
ant æquiparari d. Sed † quæ eſt ratio differentiæ? 2
& conſtat dictionem *Si*, principaliter conditio-
D nem inducere, quæ cùm ſubſtantiam obligatio-
nis in voluntatem debitoris conferat, actum red
dit nullum, cumque hæc certa ſit eius ſignifica-
tio, in claris non eſt opus coniecturis. At dictio
*Cum*, licet etiam ipſa conditionalis ſit, tamen ma
gis principaliter ad tempus refertur e: conditio-
nem † verò quadam ex ſequela, vel tacitè potiùs 3
inducit, qui tacitus ſenſus hoc in caſu tempera-
tur, ne contractum vitiet f, ſicque expreſſa no-
cent, non expreſſa non nocent. Quid ergo erit?
E & Accurſius videri ſolùm tempus voluntati pro-
miſſoris ſubiectum cenſuit. quod omnes repro-
bant, cùm, ſi ita eſſet, abſq; alia declaratione poſt
eius mortem hæres teneretur, non autem morte
extinguereretur g. Ego † aliter ſenſiſſe Accurſium 4
arbitror, nempe ſecuta declaratione pręſumi par
tes de ſolo tempore egiſſe, vt per locū, qui tranſ-
latio dicitur, ex poſtfacto præſumamus, quid an-
teà geſtum ſit h, at ea conſecuta ceſſare præſum-
ptionem, & non ſolùm de tempore, ſed etiā ſub-
F ſtantia actum videri, ſtipulationemque eſſe nul-
lam. quo ſenſu eadem erit omnium ſentētia. Nec I.
† refert, dictum ſit *Cum voluerit*, an *Cum voluiſſet*. prę- 5
teritum enim id ſubiunctiui eodem modo ad fu-
turum tempus quandoque refertur, ſicut & ver-
bum *Cum voluero*, quod eſt futurum ſubiunctiui i.
idque Bar. probat, quem cęteri ſequuntur. Idem- II.
que † ait, ſi id verbum alicui dictioni iungatur, 6
quę & ipſa principaliter tempus ſignificet, cuius
generis ſunt *Donec*, *Quouſque*, & ſi quæ ſimiles k.
Qua

x l. cum antiquitas. C. de vſufr.
y l. iubemus. C. de erog. mil. ān. lib. xij. vbi Bar.
z l. diuus. ad d.l. Corn. de falſ.
a l. fin. C. de impub. & auth. de iur. à mo. præſt.
b l. fi. C. de inium. vbi.
c l. ſtipulatio nō valet. §. eo.
d §. l. proxima, §. pen. l. qui promiſit. de con. indeb.
e l. ſi Titio. quādo dies. leg.
f l. quoties. ij. §. eod.
g l. vxorem. §. pen. de leg. iij. l. vtrū §. pen. de reb. dub.
h l ſicut. §. ſuperuacuum quib. mod. pig.
i l. qui Romæ. §. Augerius. j. eo. l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. emp.
k Bar. l.j. de [illegible] & demon[illegible]

III. Qua ratione idem ego ſuprà exiſtimaui, cùm
dictum eſt, *Promitto, niſi voluero* [a]. tum, quia dictio
*Niſi*, non tam apertè conditionem inducit: tum,
quia actus videtur purus, licet in futurum poſsit
IIII. reſolui [b]. Sed, quid, cùm dictum eſt *Cùm volam?*
& Accurſius hîc cenſuit non valere ſtipulatio-
nem [c], quia illud futurum eſt indicatiui, quod
ſui naturâ tractum habet, ac ſi dixiſſet, *Cùm volens
ero*, exigitque ſemper voluntatem præſentem.
quod non præſumitur euenturum, cùm mutare
quandocunque ſententiam poſsit [d]. quod ſecus
eſt in verbo *Voluero*. ſufficit enim ſemel voluiſſe,
nec admitteretur pœnitentia. quæ ſententia non
admodum à Grammaticis veteribus diſsidet,
qui verbum *Voluero*, futurum exactum, id eſt abſ-
que tractu, appellant, vt Pomponius, Donatus,
& Diomedes. quia ſcilicet ex præterito & futu-
ro conſtat. Vnde Græci, qui tale futurum non
habent, præteriti participio cum futuro verbi
*Sum*, vtuntur: vt *Voluero*. ſignificet, is, qui voluit,
7 ero: ſicut *Volam*, is, qui vult, ero. Sed † tamen alij
in contrariam ſententiam tranſierunt, idque cre
briore (vt ego cenſeo) calculo [e]. quoniam eadem
ratio eſt, an dictum ſit *Cùm voluero*, vel *Cùm volam*.
dictio enim *Cum*, vtroque caſu principaliter ad
tempus refertur. Vnde & in teſtamentis nihil
refert, vtro horum modorum loquendi vſus ſit
teſtator [f], debetque hæc capi interpretatio, vt a-
ctus potiùs valeat [g]. Nec quòd poſsit promiſſor
mutare voluntatem, infert, vt ideo ſtipulatio nō
valeat. quid enim ſi non mutet? diſtinguendum
ergo eſt, vt ſi promiſſor ſententiam mutet, non
valeat ſtipulatio, veraque ſit prior ſententia: ſi
8 non mutet, poſteriorem ſequamur. Sed † an ſu-
prà ſcripta concluſio etiam in teſtamētis locum
habet? & conſtat, licet fideicommiſſum *Si hæres vo
luerit*, non valeat, tamen valere *Cum hæres voluerit* [h],
hacque in re non differre à contractibus fidei-
commiſſa, licet in alijs differant. vt enim hîc dici
tur, qui promiſit, cùm voluerit, debet conſtitue-
re, quid velit, aliàs ſi non conſtituat, ſtipulatio
redditur inutilis, nec hæres tenetur: quod ſecus
eſt in fideicommiſsis. in ijs enim teſtator datio-
nem ipſam certam eſſe iuſsit, voluntasque hære-
dis vlteriùs differri, quàm vſque ad mortem, non
poteſt. Vnde in ea diſpoſitione dies incertus,
id eſt mortis, ineſſe duntaxat cenſetur, vt hîc Bar
tol. ſentit. Moriendo ergo videtur is, qui graua-
tus eſt, conſtituere, hæredemque obligat [i]. I-
9 tem † in fideicommiſsis licet non valeant, cùm
dictum eſt, *Si volueris*, tamen ſecus eſt, cùm teſta-
tor vſus eſt dictione, quæ arbitrium boni viri de-
notet: vt, *Si iudicaueris*, *Si arbitratus fueris*, & ſimilia [k].
quod ſecus eſt in contractibus, cùm huiuſmodi
verba ad ſubſtantiam eorum referuntur [l]. quod
alibi declaraui. Item fideicommiſſum ſub condi-
tione *Si tertius voluerit*, non valet, quia talis volun-
tas captatoria cenſetur [m]. quod ſecus eſt in con-
tractibus [n]. Sed nunquid ſuprà ſcripta regula
perpetua eſt? & conſtat aliquot caſus excipi, qui-
10 bus promiſsio *Cùm voluero*, non valet. Et † in pri-
mis hîc traditur non valere, cùm promiſſor ante
mortem non declarauit ſe velle. Vnde ſequitur,
vt in contractibus moriens pro volente non ha-
beatur, imò per mortem ceſſat voluntas [o]. Rur-
11 ſus † ſequitur, declarandi facultatem in hære-
dem non tranſire [p]. Sequitur & aliud, vt quam-
uis ſoleat dici conditionem pro impleta haberi,
quoties per promiſſorem ſtat, quo minùs imple-

a l. quod ſi nolit. §. pen. de ædil. edic.
b l. ij. de in diem addict. vbi gl.
c arg. l. ſub hac. ff. tit. j.
d l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ. ff. eod.
e gl. Iac. Butr. in l. in vendentis, vel ementis C. de cõtrah. emp. Petr. Imol. Rap. Beſut. Alex. Iaſ. hic.
f d. l. vxorem. §. pen.
g d. l. quoties. et l. quoties. de reb. dub.
h l. fideicõmiſſa. §. ſic fideicõſum. de leg. iij.
i d. l. vxorem. §. pen. l. ſeruos. de man. teſt.
k l. ſi ſic. de leg. j.
l l. quod ſępe. §. j. de contrahen. emp.
m l. captatoriæ. de leg. j. ff.
n not. ff. d. l. ſtipulatio.
o l. iiij. loc. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in vj.
p l. inter. §. i. ff. eo. vbi gl.

at [q], non tamen procedat in conditione merè po
teſtatiua, *Cùm voluero*. ſi enim non velit, non ideo
pro impleta habetur, ſed potiùs euaneſcit. quod
Alexand. cæterique tradiderunt. Quòd ſi condi-
tio merè voluntaria non eſſet, ſed ad arbitrium
boni viri dirigeretur, aliud eſſet [r], vt Iaſon docu-
it. Addit † Bartol. ſi hæc conditio *Cùm volam*, vel 12
*Cùm voluero*, non addatur ſubſtantiæ rei, ſed exe-
cutioni, valere promiſsionem [s]: veluti, *Promitto ti-
A bi centum, quæ dabo, cùm volam* [t]. & ideo etiam ſi pro-
miſſor viuens non declaret, hæres tamen tene-
bitur, ſicut ſuprà in vltimis voluntatibus conclu
ſum eſt. Qua ratione & receptum eſt valere ſtipu
lationem, qua quis promittit, quacunque die ſi-
bi placuerit ſiſtere, & ſi non ſteterit, cētum. com-
mittetur enim ſtipulatio pœnalis per mortem,
tanquam tunc ampliùs ſiſtere non poſsit [u], vide-
turque non effectus ſiſtendi, ſed dies duntaxat ar
bitrio promiſſoris eſſe. illa enim dictio *Quacunque
B die*, intelligitur, dum tamen aliqua. quod infrà
declarabo. Sed † & ſi non in promiſſoris, verùm 13
in creditoris arbitrium collata ſit ſtipulatio, cla-
rum eſt eam valere. vnde ſi quis ſtipulatus ſit ſibi
dari, cùm voluerit, valet ſtatim ſtipulatio, nec cē-
ſebitur eſſe conditionalis, quia verbum *Cùm volue
ro*, intelligitur, id eſt, cùm interpellauero, ſeu ad-
monuero [x]. quod omnes hîc tradunt. nam & ge-
neraliter receptum eſt in voluntatem ſtipulato-
ris etiam conditionaliter conferri poſſe ſtipula-
C tionem, quod & ſuprà attigi [y]. Sed † quid in con- 14
tractibus vltrò citroque obligatorijs reſpondebi
mus? & conſtat non poſſe in alterius contrahen-
tium voluntatem eorum ſubſtantiam conferri [z],
nec tali caſu referre, an expreſſa, an tacita condi-
tione id actum ſit [a], aliàs huiuſmodi contractus
claudicarent. quod Alexand. & Iaſo. hîc docent.
Accidentia tamen horum contractuum in arbi-
trium alterius contrahentium conferri poſſunt,
nec ex hac cauſa id, quod principale eſt, vitiatur
D [b]. Sanè illud dubium non eſt, quibus caſibus ſu-
prà dixi valere promiſsionem ſub cōditione ex-
preſſa, *Si voluero*, ijſdem etiam ſuſtineri, ſi dictione
*Cùm voluero*, concepta proponatur.

Cæterùm ambigunt hîc Doctor. finge: iudex I.
† pronuntiauit, *Relego te, donec voluero*, an mor- 15
tuo iudice poterit à peregrinatione ille reuerti?
& receptum eſt poſſe. per mortem enim ceſſat
voluntas [c]. verba autem illa, *Donec voluero*, in-
dicant ceſſante voluntate ceſſare peregrinatio-
E nem, ſicut ſi dixiſſet, *Quandiu voluero*, vel *Quo-
uſque voluero*. Idemque receptum eſt, cùm di- II.
ctum eſt *Relego te ad voluntatem meam*: vel, *Ad pla-
citum meum*. licet enim hæc verba conditionem
ſignificent [d], tamen apparet hanc conditionem
non actui producendo, ſed relegationi extin-
guendæ adijci, cùm conſtet iudicem purè con-
demnare, licet eam condemnationem velit ar-
bitratu ſuo reſolui [e]. quod aduerſus Bartol. hîc
cæteri exiſtimarunt, ne aliàs videatur iudex ſi-
F bi ipſi contrarius, qui condemnet, & non con-
demnet [f]: & quia natura relegationis, quæ trā-
ctum ſucceſsiuum habet, hoc ſuadet [g]. Idem III.
quoque videretur, ſi dictum eſſet, *Relego te, donec
duxerim reuocandum*, vel, *donec reuocauero*. ſenten-
tia † enim vltimæ voluntati æquiparatur [h], & 16
ideo morte iudicis debuit cenſeri facta reuoca-
tio [i]. quod Bartol. affirmauit, tanquam huma-
nius [k], paucique eum ſecuti ſunt. Alij enim
contrà, quoniam qui moritur, non poteſt videri
reuo-

q d. l. in executione. in fi. ff. eo.
r l. hæc vēditio. in prin. de contrah. emp.
s l. fin. qui ſine manumiſ.
t arg. l. ex his. C. quādo dies leg. Ale. con. cxviij. in iij.
u l. ita ſtipulatus. ij. reſponſo, ff. eo.
x l. ſi decem. ff. prox.
y Bart hic j. oppoſ.
z d. l. in vendentis, vel ementis. d. l. quod ſæpe. §. j.
a gl. l. in perſonam. de reg. iur.
b d. l. hęc venditio.
c l. iiij. ff. loc. l. mandatum. C. mand.
d gl. l. poſt dotē. in v. intellectu. ſol. matr.
e gl. l. ij. de in diē addict.
f gl. c. ſi delegatus. in verbo, morte. de offic. deleg. in vj.
g l. eum, qui ita. §. qui ita. in fi. ff. eo. vbi Bar.
h l. nō eſt mirũ de pig. act.
i d. l. vxorem. §. pen.
k arg. d. c. ſi delegatus.



reuocare. vt enim demus ceſſare morientis vo-
luntatem, non tamen conſequens eſt, vt moriens
videatur reuocaſſe [a], cùm huiuſmodi reuocatio
noua indigeat voluntate [b]. nam & precarij con-
ceſsio intelligitur durare, quouſque dominus
reuocauerit [c], & ta
men eo moriente
adhuc non extin-
guitur [d]. Ego de-
fendi Bartoli opi-
nionem poſſe arbi-
tror. ex ea enim
pronuntiatione ap
paret non id factũ à
iudice fuiſſe, vt ille
perpetuò & citra
reſtitutionis ſpem
ſit certa ſententia relegatus, quod vtique contin
geret, niſi eo moriente reuocaretur. Vera ergo
eſſet eo ſolùm caſu aliorum traditio, quando nō
de voluntate ſua tantùm, ſed cuiuslibet quoque
ſucceſſoris iudex ſenſiſſet, qui ipſe reuocare poſ-
ſit, vt quia verba ad dignitatem, ſeu magiſtratum
17 deflexiſſet [e]: quod & Bartol. ſentit. dignitas † e-
nim ipſa non moritur [f]. ſubijcitque idem Bartol.
paria eſſe, ſeu iudex ſit mortuus, ſeu aliàs defun-
ctus magiſtratu [g], vel effectus furioſus [h]. omnibus
enim his caſibus ceſſat voluntas: cùm ſecus ſit, ſi
excommunicatus, vel aliàs impeditus ſit [i]. qua
de re latiùs hîc aliqui diſputant: ego non attin-
go, quia à legis noſtræ materia nimis hæc ſe
iunguntur.

## LEX XLVII.

**VLPIANVS** *libro 50. ad Sabinum.*

QVi ſic ſtipulatur [a], QVOD TE MIHI IL-
LIS CALENDIS DARE OPORTET, ID
A DARE SPONDES? videtur non
hodie ſtipulari, ſed ſua die, hoc eſt, Ca-
lendis.

a l. iiij. de manu. vind.
b d. c. ſi delegatus. verſ. Gemi. Soc. cõſ. lxxviij. in iij.
c l. j. de precar.
d l. quæſitũ. §. j. l. cum precario. §. j. eod. tit.
e d. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in vj.
f l. proponebatur. de iud.
g l. cum apud. iud. ſol.
h l. ſi quis alicui. de acq. hæred.
i c. ſi is, cui. de offic. deleg. lib. vj.

## LEX XLVII.

1 Ratio, *quare dies ſequenti ſtipulatione repeti cenſeatur.*
4 *Interdum præcedentis obligationis dies in ſequenti non cenſetur repetitus.*

a QVI SIC STIPVLATVR a.
1 ¶Dies † qui pręcedenti obligatio-
ni inerat, cenſetur in ſequenti re-
petitus, ſiue quia (vt Dinus ait) in
dubio ſit interpretatio aduerſus ſti
pulatorem, ſiue (vt alij tradiderunt) quia ſequens
ſtipulatio ſub prioris obligationis commemora-
tione celebrata erat. Vnde ſecundum eam intel-
ligitur [k], & quælibet eius qualitas in poſteriore
I. repetita cenſetur [l]. Proceditque maximè hęc con
cluſio, cùm ſequens ſtipulatio ex cauſa neceſſa-
ria ſit interpoſita [m]. non enim veriſimile eſt tali
caſu actum, vt commoditas promiſſoris minua-
tur; & plus tempore impendat [n]. Vnde ſi in con-
teſtatione litis hæc ſtipulatio concepta eſſet, nō
II. eſt dubitandum, quin legi noſtræ eſſet locus [o]. I-
2 demque † Doct. tradiderunt, cùm per ſequentem
ſtipulationem nouata eſt prior. per nouationem
enim cenſentur prioris obligationis qualitates
repetitæ [p], & ideo etiam dies prioris obligatio-
nis expectandus erit [q], ſatisque operabitur ſtipu
latio ſequens, ſi priſtinam nouat, quamuis quod
ad diem attinet, nihil mutet. ſicque legem noſtrā
communi calculo Interpretes declarant. Et licet
nulla hîc nouationis fiat mentio, tamen non id-
eo diuinatoria hæc eſt expoſitio. cùm enim ſe-
quens ſtipulatio ſub prioris commemoratione
facta ſit, in dubio præſumi factam eſſe nouatio-
nem debet [r]. quod hic Iaſo. cenſuit. ſed ego ſuprà
III. hanc concluſionem ſecutus non ſum [s]. Gene-
3 raliter † tamen legem noſtram intelligo, vt ubi ſit

k l. ſi prior. ſol. mat.
l l. ſi defenſor. §. interrogatus. de inter. actio.
m l. j. §. ſi ſub cõditione. vt leg. no. caue.
n §. plus. Inſt. de actio.
o l. verbum, oportere. de verb ſig. l. ſed & ſi. §. j. de iudic.
p l. aliam. ff. de nouat.
q l. in diem. eo. tit.
r l. non ad ea. de cond. & demõ.
s l. ſcire. §. fin. ff. eo. l. qui bis. eo. tit.

locus, ſiue nouatio facta ſit, ſiue non ſit. nec enim L. 47.
lex hac in re diſtinguit [t], ſed ſolùm ſupponit ter-
minos habiles, vt ſcilicet ſtipulatio ſequens vale
at [u]. Quod contingere poteſt, ſi prior obligatio
ex alia cauſa, quàm ſtipulationis eſſet [x], varijsq;
alijs modis, quos
alibi enumeraui [y].
Sed quid, ſi ſequēs IIII.
ſtipulatio inutilis
eſſet, ſi repetitam
eſſe diem interpre-
taremur? & Alexā.
cenſuit non eſſe lo
cũ legi noſtræ. Vn-
de ſi cùm mihi x. ad
diem ex ſtipulatu
deberes, eadem x.
iterum ſimpliciter promiſeris, ne hæc poſterior
ſtipulatio ſit nulla, interpretabimur correctam
B diem, & in præſentia deberi [z]. quæ ſententia nul
la lege ſatis probatur, nec ea ratio, quòd aliàs ſe-
quens ſtipulatio nullam vtilitatem afferat, eſt a-
deò efficax, vt ideo priorem ſtipulationem noua
tam credamus [a]. quod ſuprà cenſui. ex infrà ſcri-
ptis igitur diſtinguendum [b]. Addunt alij genera- V.
liter, quoties prior obligatio habet diem, ſequen
tem ſtipulationem ſimpliciter conceptam præ-
ſentem eſſe, nec diem repetitam cenſeri. vnde ſi
ſoluto matrimonio mulier ſtipulata ſit dotē red-
C di, ſtatim aget [c], nec legis dilationem expectabit
[d]. Sed & hac in re ego ſuprà diſſenſi. violat enim
hæc ſententia & legem noſtram, & non paucas
alias [e]. Sed & Bart. ſi expreſſa ſit ſequenti ſtipula-
tione certa quantitas, non cenſeri repetitam di-
em exiſtimauit [f], ſicque legis noſtræ regulam li-
mitandam eſſe [g], veluti cùm prior maritus ſecun
do ſic promittit, X. *quæ mulieri debeo, tibi ſpondeo* [h].
Ego certæ ſummæ expreſsionem ſatis arbitror
exceptionem impedire, qua quis eam ſummam
D ſoluere recuſaret, allegaretque non, niſi quaten9
facere poteſt, ſe conueniendum. verùm quod ad
diem attinet, certæ ſummæ expreſsiō nihil cum
ea pugnat: & ideo non ſubeſt ratio, cur à regula
legis noſtræ recedamus. Quæ ſententia maxi-
mè procederet, ſi commemoratio diei facta eſ-
ſet: vt, X. *quæ mulieri annua die debeo, promitto*: quod
& Imola cenſuit [i]. Non † negauerim tamen a- 4
liquando ſuprà ſcriptæ regulæ locum non eſſe. I.
Quid enim, ſi vel ex verbis, vel ex probabilibus
E coniecturis colligere poſsimus id actum eſſe, vt
poſterior obligatio pura eſſet [k]? Quid, ſi † ſe- II.
quens actus neceſſariò talem interpretationem 5
reciperet? vt cùm maritus vxori dotem legat,
non expectabitur dies legati, ſed ſtatim debebi-
tur [l]. aliàs prælegatum eſſet nullum. quod e-
nim vtilitatem nullam adfert, legatum nullum
eſt [m]: & licet ad eandem quantitatem poſsit quis
duabus perſonalibus actionibus teneri [n], a-
ctione tamen de dote & legato non poteſt, ni-
F ſi aliquid ſit in legato vtilitatis. Sed † & cùm III.
dies in ſtipulatione alio fine adiectus eſt, ad a- 6
lium finem non cenſebitur repetitus, vt cùm
quis, ſi calendis Titius in Italiam non venerit,
x. ſpondet, non ſubauditur dies calendarum re-
ſpectu promiſſoris [o]. Vnde ſi Titius ante eum
diem mortuus ſit, committitur ſtatim ſtipulatio.
quod ſuprà diſputaui [p]. Cæterùm † cùm dies IIII.
ipſa, qualitas quædam obligationis ſit [q], latiſsi- 7
mos fines ea habet quæſtio, an, & quando repeti
ta cenſeatur præcedentis actus qualitas, & non
hoc

Qui ſic ſtipulatur.
t l. j. §. quod autem. ff. de aleæ. luſu.
u l. qui teſtamēto. de teſt.
x l. duo pro ſoc. l. ſi tibi §. interdum. mand.
y d. l qui bis.
z l. ſi dari. vbi Alex. ff. eo. arg. l. j. in fi. ad municip
a l. fin. C. de nouat. d. l. qui bis. vbi dixi.
b l. j. de dote præleg.
c Bart. Alex. l. ſi diuortio. ff. eod.
d l. j. §. exactio. C. de rei vx. act.
e d. l. ſi diuortio.
f Barto. l. ſi Stichum. §. j. ff. de nouat.
g gl. l. ſi prior. ſol. mat.
h gl. l. Neſennius. de re iud.
i Imo. d. l. in diē.
k Imo. d. l. in diem. Dec. conſil. cxc.
l l. j. §. verum. lo ij. de dot. præleg.
m l. j. §. ſi quis creditori. l. fundo. ad leg. Falc.
n l. creditor. §. et qui. qui pot. in pig. l. quoties. de reg. iur.
o l. hoc iure. ff. eo.
p l. in illa. ff. eo.
q l. obligationum fere. §. placet. ff. tit. j.

hoc in loco, ſed alibi attingenda eſt [a].

a l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. eo. l. in repetendis. de leg. iij. l. Seiæ. §. Caio de fid inſtr.

## LEX XLVIII.

1 *Conditionis & admonitionis per exempla oſtenſa differentia.*
5 *Admonitio extraiudicialis ſufficit.*
6 *Ratio quare ſtipulatio Non peti, non niſi iudicialiter cõmittatur.*
13 *Facultas conditionis implendæ nõ tranſmittitur.*
21 *Conſtare quid propriè.*

## LEX XLVIII.

VLPIANVS *libro 26. ad Edictum.*

SI decem, cùm petiero *a*, dari fuero ſtipulatus: admonitionem magis quandam, quò celeriùs reddãtur, & quaſi ſine mora,
A quàm conditionem habet ſtipulatio: & ideo *b* licet deceſſero priùs quàm petiero, non videtur defeciſſe conditio.

a SI DECEM CVM PETIERO a.
1 ¶ Hæc † verba in ſtipulatione, *Cùm petiero*, non conditionem, ſed ad-
I. monitionem continent [b]. Idemque, ſi dictum ſit, *Quæ petiero*. rela-
2 tiuum † enim, quod aliàs conditionem ſignificat, hoc caſu ſimplicis demonſtrationis cauſa
II. adiectum videtur [c]. Idemque, ſi dictum eſſet, X. *arbitratu meo* [d]. videntur enim ſuprà ſcripta verba cuiuſdam admonitionis cauſa adijci, celeritatemque executionis reſpiciunt, & illud, quod aliàs tacitè inerat, exprimunt, vnde conditio-
III. nem non inducunt [e]. Qua ratione idem quoque eſſe Beſ. & Iaſo. arbitrantur, cùm dictum eſt, *Si petiero*. nec Accurſij ſententiam, qui aliter hîc cenſuit, ipſi probant, tametſi ea ſit receptior. diſ-
3 plicet eadem & nobis [f]. quoniam † coniunctio *Si*, non impedit, quin clauſula admonitionis potiùs loco ſit, quàm conditionis, ſi ſubiecta materia id indicat [g]. nec vlla eſt lex, quæ hanc differentiam inter *Si*, & *Cùm*, tali caſu inducat, quod hîc latiùs Iaſon oſtendit. Nec me mouet, quòd
4 † clauſula hæc *Si voluero*, ab ea diſtat, *Cùm voluero*, cùm ſuperior conditionem, hæc ſequens admonitionem tantùm ſignificet [h]. Reſpondeo enim, hoc verum eſt, cùm ad promiſſoris, non autem cùm ad ſtipulatoris voluntatem refertur, quæ noſtra eſt quæſtio. hos enim inter caſus plurimum intereſt, vt ſuprà oſtendi. nam & promiſſor non ipſe admonere, ſed admoneri debet. Sed quomodò fieri hæc admonitio debet? & videretur iudicialiter faciendam, hoc eſt lite conte-
5 ſtata, quia tunc petere quis dicitur [i]. Sed tamen omnes aliter ſentiunt. ſufficit † enim quælibet extraiudicialis admonitio, vt ſatis Iuriſconſultus hîc indicat [k]. nam & ſi lex documento fidem abroget, niſi certo tempore eius inſinuatio petita fuerit, ſatis erit vel extra iudicium petitam
6 eſſe [l]. Nec obſtat, quòd † ſtipulatio, qua procurator promittit, quòd dominus non petet, non committitur niſi lite conteſtata. quod, vt ego arbitror, ex eo inducitur, quia huiuſmodi ſtipulatio ad id, quod intereſt, refertur [m], & ante litis conteſtationem nihil debitoris intereſt, quòd
I. dominus petierit. Bartol. tamen aliter cen-
7 ſuit, generaliterque conſtituit, quoties † ſtipulatio debitoris perſonam reſpicit, cùm ſcilicet de
8 eo agitur, ſemper † verbum *Peti*, de litis conteſtatione accipiendum [n], quod & ego ſuprà ſcripto caſu probo, quoniam ſubiecta materia id ſua-
II. det [o]. Vnde † & pœna, quæ plus petenti infli-
9 gitur, non niſi poſt litis conteſtationem committitur, quia antè licita eſt pœnitentia [p]. Quòd ſi lex maiorem pertinaciam puniat, tunc is petijſſe videbitur, qui vſque ad finem litis perſtitit, & ob durauit [q]. quæ omnia (vt dixi) ex ſubiecti argumenti natura dignoſcuntur. Qua † ratione, III.
10 cùm id verbum ad interlocutoriam refertur, de libello tantùm ſimpliciter intelligitur. quod Bald. tradidit [r]. lis enim in his rebus conteſtatur, in quibus definitiuè pronuntiandũ eſt, non ſuper articulis emergentibus, vel incidentibus, quos per interlocutiones prętores finiunt. Hincq; eſt,
B quòd petitio quandoque pro libello accipitur [s], quandoq; pro actione [t]. Sed † & cùm lex aliquid 11
peti mãdat, ne ei ex actu iudiciali fraus fiat, intel- IIII.
ligitur per citationem [u]. Idem, cùm declinatorię V.
exceptionis tollendę cauſa id verbum adſcriptũ eſt, vt ſi promiſerim ſoluere, vbicunq; fuerit petitum, ſatis dicetur petitum emiſſa citatione [x]. Exceptis autem ſuprà ſcriptis caſibus, hiſq; ſimilibus, dubitandum non eſt, verbũ † *Petere*, ex ꝓpria ſignificatione de ſimplici interpellatione intelli- 12
C gi, vt hîc ꝓbatur [y], & ſatis oſtendunt Grammatici, à quibus proprietas verborum accipienda eſt.

ET IDEO b. ¶ Videtur hîc à contrario ſenſu b
prorſus probari, ſi verbum *Cùm petiero*, conditionem ſignificaret, niſi ipſe ſtipulator viuens petiiſſet, ſtipulationem euaneſcere, nec hanc petendi facultatem in hæredem tranſmitti. Hinc adnotant Docto. facultatem † conditionis implendæ 13
in hæredem non tranſmitti: ſiue in vltimis voluntatibus, q indubitatum, & iuris aperti eſt [z]: ſiue
D in contractibus, cùm hæc conditio poteſtatiua eſt. cùm enim in poteſtate ipſius creditoris ſit etiam implere, ſibi imputet propriam negligentiam. non enim ſi hæres impleat, ipſe ſtipulator impleſſe videtur, cùm teſtatoris perſonam hæres non niſi fictè repræſentet. at conditiones ſecundum veritatem adimplendę ſunt [a]. Nec diſtingui- I.
tur ea conditio, ex iuſſu hominis procedat, an ex legis mandato [b]. Nec an ſtipulator ipſe implere II.
eam erga promiſſorem, an erga alium debeat [c].
E Nec an tertius erga ſtipulatorem debeat imple- III.
re, an ipſe promiſſor [d]. Solùm ergo diſtinguitur, I.
vt concluſioni non ſit locus, quoties ea conditio à præcedenti conuentione penderet. quia ſicut conuentio ad hæredem tranſit [e], ita etiam conditionis implendæ facultas [f]. Idemque, ſi conuentio expreſſim quidem inita non eſſet, ſed tamen tacitè ita actum videretur, vt quia ille, cui conditio impleri debet, ex contractu oneroſo aliquid conſecuturus eſſet [g]. Sed & ſi ille, cui cõditio im- III.
F pleri debet, in mora fuerit, vt quia oblatum ſibi pretium recuſauerit, poterit hæres offerẽtis ipſe implere. q in vltimis voluntatibus procedit [h].

Vnde fortiùs idem in cõtractibus quoq; eſt admittendum. & hæc quidem communiter probãtur. Ego † tamen aliter ſentio conſtituendum & IIII.
generaliter concludendum: ſicut contractus 14
quamuis conditionales ad hæredem tranſeunt, ita & facultatem conditionem implendi debere tranſire [i], idque non ſolùm cùm conditio à caſu pendet, & ſic cùm à fortuna ipſa adimpletur, ſed

b l. Titia hæredis. de cond. & dem.
c l. ſi ita quis ꝓmiſerit. in prin. ff. eo.
d l. cum ſtipulatus. ff. eo.
e l. iij. de leg. j. l. cum patronus. de ope. lib.
f l. quocunque. §. fin. ff. eo.
g l. muto. §. fin. de tut.
h d l. centeſimis §. fin.
i l. amplius nũ. ff. rem rat. hab.
k l. item. §. petitam. de pet. hęr.
l Bald. l. j. circa prin. C. de lit. cõteſt.
m l. ſi cõmiſſa. rem rat. hab.
n Bart. d. l. amplius.
o §. fin minus. Inſt. de act.
p l. j. C. de plus pet.
q l in ſeruitute §. petijſſe. de bõ. lib. Doct. l. alia. C. de his, qui, vt indig.
r Bal. l. fi. de bõ. auct. iud. poſ. C.
s §. ſi vero. in auth. quomod. o. por. epiſcop.
t l. actio in perſonam. ff. tit. j.
u l. fi. C. de tẽp. appel. vbi Bald.
x Bal. l. ab eo. C. quomo. & quãdo iud.
y l. ſin autem. §. ſi homo. de rei ven. l. j. C. de pe. bon. ſub. lib. x. Bar. l. Titia. ff. de accuſ.
z l. à teſtatore. de cõ. & demõ.
a l. qui hęredi. l. Męuius. de cõd. & dem.
b l. iij. in prin. de col. bon.
c l. qui Romę. §. Augerius. ff. eod.
d l fideiu. oblig. §. fi. ff. de fideiuſ.
e l. ueteris. C. eo.
f l. diem. §. j. de arb. d. l. qui Romæ. §. Flauius.
g l. ij. C. de pac. inter emp. l. ſi præſidio. ff. de in di. addic. l. epiſtola. §. j. de pac. vbi Iaſ.
h l. cui fundus. ff. de cond. et dẽ. Ang. Imol. Pau. Iaſ. hic.
i §. ex conditionali. Inſt. eod.



ſed etiam ſi poteſtatiua ſit [a]. nec enim lex diſtinguit [b], & ſicut poteſtatiua conditio per alium impleri poteſt, ita etiam in hæredem tranſmitti debet [c], quia quod per alium poſſumus, multò magis per hæredem poſſumus [d]. Non eſt ergo dubitandum, quin conditio dandi per hæredem & ipſi hæredi impleri poſsit [e]. Idemq; in conditione faciendi [f]. Vnde ſi quis fide ſua promiſerit, ſi reus quadraginta non ſoluerit, hæres ſoluendo fideiuſſorem liberat [g], licet ea conditio, quia negatiua eſt, nõ, niſi morte rei, eueniſſe cenſeatur [h]. & hæc qui-
15 dem regulariter procedunt. Excipitur † autem ille caſus, quoties in conditione id deductum eſt, quod perſonæ cohęreat: ſeu (vt alibi dicitur) cùm conditio talis eſt, quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri non poſsit. ſicut enim facta perſonæ cohærentia ad hæredẽ nõ tranſmittuntur [i], ita nec
16 talis facultas [k]. Vnde † conditio *Cùm voluero*,
I. per hæredem non declaratur [l], quia voluntas
17 morte finitur [m]. Qua † ratione idem & dici in
II. caſu legis noſtræ poteſt. hæc enim clauſula *Si petiero*, videtur ad voluntatem pertinere. ideo ſi in vim conditionis valeret, non poſſet ab hærede declarari. quod & aliis ſimilibus caſibus pro-
III. ditum eſt [n]. Sed † & quoties conditio poteſta-
18 tiua in actu non tranſmiſsibili requiritur, nec ipſius quidem implementum tranſit. Vnde ſicut nec hæreditas, nec bonorum poſſeſsio ad hæredes tranſmittitur [o], ita neq; eis adiecta conditio,
IIII. ſi contulerint [p]. Quo † exemplo idem quoq; di-
19 cendum eſt, cùm actum eſt non niſi viuente aliquo conditionem impleri [q], ſiue ex natura actus id tacitè actum ſit, vt cùm promitto reſti-
20 tuere, ſi Titius arbitretur, quod ſuprà declaraui [r]: ſiue † ex vi verborum promiſſoris, vt cùm Augerius promiſit, quicquid patrem daturum conſtitiſſet. tali enim caſu debet viuente patre conſtare, qui veriſimiliter magis inſtructus erat negotij [s]: nec ſufficiet, ſi poſt eius mortem cum hærede conſtaret. Sed vnde colligimus prædicto caſu actum, vt viuente patre ſolùm probato debito teneatur Augerius? an, quia promiſerat, quicquid patrem debere conſtitiſſet? at eo mortuo non debet, ſed debuit, conſtatque non debere, ſed debuiſſe [t]. quæ Veterum ratio fuit, licet non ſat firma. An (vt Bartol. cenſuit) id inductum eſt; quia verbum *Conſtitiſſet*, ſubiunctiui modi eſt, & præteriti pluſquãperfecti temporis [u], ſicque non ad futurum ſimplex refertur, ſed ad futurum, quod Grammatici exactum vocant, id eſt, quod præterito quoque commixtum eſt [x]. vnde in vita tantùm patris intelligitur, vt eo mortuo ſeruet naturam præteriti: at eo viuente futuri naturam ſeruet [y]. quæ ſententia vera eſt, ſi ſequenti iungatur. An ergo id ex proprietate quoq; verbi cõſtitiſſe inducitur? non enim promiſſum erat, quod conſtitiſſet iudici, ſed quod conſtitiſſet patrẽ debere Mæuio. debuit igitur inter eos conſtare, id eſt, ſimul collatis rationibus, ductiſque
21 calculis conuenire. propriè † enim conſtare, eſt conuenire, cõcordemq; eſſe, vt Grammatici tradiderunt, licet μεταφορικῶς latiùs id verbum pertineat [z]. Cùm ergo non conuenerit, & per Mæuium ſteterit, qui viuente patre quæſtionem non mouit, cenſuit Scæuola conditionem non extitiſſe, temporiſque & ſignificationis proprietatem obſeruandam. quod latiùs ibi declarabimus.

a l. ſi is, cui. de ſtatulib.
b l. neceſſariò. ij. reſp. de per. & cum rei vend.
c l. Arethuſ. de ſtat. hom. l. j. §. ne autem. C. de cad. tol.
d l. ſi ſtipulatus fuerim illud. ff. eod.
e d. l. ij. d. l. ſi prædio. d l. diẽ. §. j.
f d. §. Flauius.
g d l. fideiuſſor obligari. §. fin.
h l. ita ſtipulatus, magna. ff. e. §. ſi quis ita ſtipuletur. Inſt. eo.
i l. cẽteſimis. §. j. ff. eo.
k l. ſeruus ſi hæres. de ſtatuli. verb. eque.as.
l ff. l. cẽteſimis. §. fin.
m l. iiij. pro ſoc. Bar. l. libertus. §. patris. ad municipal.
n gl. idem Pomponius. §. fin. de rei ven. l. inter. ff. eo. vbi dixi.
o l. emancipata. vbi Dd. C. qui admit.
p d. l. iij. in prin. de col. bon.
q d. §. Augerius. ſecũdum intel. Rugi.
r d. l. diem §. j. l. ſi quis arbitratu. ff. eo.
s l. fi. pro ſuo.
t l. cũ ſtipulamur. ff. eo.
u gl. l. ij. ff ſi lib. ing. eſſe dic.
x l. ſi debitor. §. veriſimile. de con. emp.
y l. v. de vino. tri. oleoq; leg.
z c. j. de reſt. in integ. c. ſuper eo. de off. de leg.

L. 49. Cum filiusfamiliâs.

PAVLVS *libro 37. ad Edictum.*

## LEX XLIX.

CVm filiusfamiliâs *a* Stichum dare ſpoponderit, & cùm per eum ſta-
A ret, quò minùs daret; deceſsit Stichus:

## LEX XLIX.

1 *Filij moram præſtat pater peculiotenus. eiuſq; ratio. 10.*
3 *Interitu rei ſubſecuto, qua actione pater conueniatur.*
4 *Actio de dolo in ſubſidium datur.*
11 *In aduentitiis mora filij non nocet patri.*
13 *Interdum acta tertio præiudicant.*
17 *Contumacia filij non incommodat patri.*
B 18 *Viuo patre non debetur filio legitima.*
22 *A patre ad fideiuſſorem argumentatio procedit: interdum non.*

CVM FILIVSFAMILIAS [a]. a
¶ Ex † mora filij conuenitur pater 1
peculiotenus, ſicut † ex principa- 2
lis mora conuenitur fideiuſſor, licet non idem è contrario ſit. mora enim patris filio non nocet, ſed ipſi tantùm.
C Nec obſtat, quòd liberato per interitum ſpeciei promiſſæ filio, pater quoque liberari debuit [a]: cùm enim filij obligatio, quæ principalis eſt, ſit extincta, patris quoq; acceſſoriam extingui ratio iuris ſuadet [b]. reſpondeo, id verum eſſe, ſed
† tamen ex æquitate vtilem aduerſus patrẽ pro- 3
pter eius fruſtrationem dari. quod aliis quoque caſibus fieri obſeruauimus [c]. Sed cur non potiùs de dolo actio datur [d]? & † conſtat actionem 4
de dolo ſolùm dari, quando nulla alia compe-
D tit [e]: veluti cùm pater in mora non fuiſſet, & tamen delicto ſuo creditori incommodaſſet: ſecus, ſi in mora fuit. tunc enim alia actio datur, id eſt, vtilis. Dixerit † aliquis, quomodo poteſt 5
in mora eſſe is, qui acceſſoriè tenetur, ſi principalis ipſe non eſt? & conſtat poſſe, ſi ipſe interpellatus ſit, cùm principalis non ſit [f]. Quæ ſententia in patre certior eſt, qui poteſt de peculio conueniri, etiam non excuſſo filio [g]. quo in caſu lex noſtra loquitur. Item certa eſt, cùm pater
E teneretur, quia ipſe iuſsiſſet, vt filius publicum munus aſſumeret. nam & tunc alia excuſsio in filium neceſſaria non eſt [h]. Maior ergo eſt difficultas, cùm ſimpliciter diſpoſitione legis tanquam fideiuſſor tenetur [i]. quo caſu in ſolidum conueniri quidem poteſt [k], ſed tamen excuſſo priùs filio. vnde videtur neceſſariò priùs in mora conſtituendus filius. quod † maximè in aliis 6
fideiuſſoribus procedit, qui hodie id beneficium habent, vt non niſi poſt principalem con-
F ueniantur [l]. & Doctores fatentur hodie non poſſe in mora fideiuſſorem priùs cõſtitui, quàm principalis ſit conſtitutus. cùm enim priùs ab eis peti non poſsit, vbi nulla eſt petitio, ibi nec mora [m]. nec enim in mora is dicitur, à quo propter exceptionem pecunia exigi non poteſt [n]. Ego dubito, an hanc ſequar ſententiam, quæ legis noſtræ exemplum de fideiuſſoribus correctum interpretatur. videretur † enim 7
etiam hodie interpellari fideiuſſorem ante principalem poſſe, in moraq; conſtitui, vt hîc diſertè

a l. mora. in fi. ff. eod.
b l. cũ princ. de reg. iur.
c l. mora. in fi. de vſur.
d l. ſi fideiuſſor. de dolo.
e l. j. in prin. eo. tit.
f l. ſi legati. ff. eo.
g l. iij §. ſed vtrũ. de minor.
h l. iij. verſ. perinde. l. ſi ſeruũ. §. an filium. ff. eo. vbi Bar.
i l. ij. ad municip.
k gl. l. j. in fin. C. de dec. li. x.
l auth. præſente. C. de fideiuſſorib.
m l. nuda. C. eo. tit.
n l. lecta. ſi cert. pet.

Iuriſconſultus ſentit. Nec obſtat Iuſtiniani conſtitutio: quia † ſolùm reſpectu conuentionis iu-
8 dicialis iura vetera emendat, exceptionemque non obligationis, ſed exactionis duntaxat dilatoriam citra creditoris damnum ex quadam æquitate inducit, non autem de interpellatione extraiudiciali quicquam innouat, ex qua mora committitur: pro
9 baremq; † hanc ſententiam, quoties fideiuſſor rei ſoluendæ facultatē ipſe habuit. tunc enim æquitas, quæ Iuſtinianum mouit, nulla ſubeſſet.

**datur in patrem** a **de peculio actio, quatenus maneret fili⁹ ex ſtipulatu obligatus. At ſi pater in mora** A **fuit, non tenebitur fili⁹: ſed vtilis actio in patrē danda eſt. quę omnia** b **& in fideiuſſoris pſona dicunt.**

a DATVR IN PATREM[a]. ¶ Ex † mo-
10 ra ergo filij tenetur pater, quatenus in peculio eſt. & ratio eſt, quia ſicut lucra ex peculio facta ad patrem pertinent, ita æquum eſt detrimenta
11 pertinere [a]. Vnde † ſequitur, vt in aduentitiis, cū iure proprietatis ad filium pertineant, eius mora patri non obſit [b]. Item ſequitur, vt quamuis in mandato generali ſit exceptus dolus[c], non tamē cenſeatur excepta mora, quin propter eam diminuatur peculium, paterq; eo nomine obligetur.
I. Hincq; † inferunt Doctores ad quæſtionem: ſi le
12 ge municipali cautum ſit, vt pater filij condemnationem vſque ad legitimam ſoluere teneatur, quemadmodum erit obligatus, ſi ex cōtumacia eum condemnari contingat? & Bar. verbis legis ſtandū eſſe cēſuit. videri enim patrē iudicij fideiuſſorē eius legis neceſsitate factū, quē cōſtat teneri, etiā ſi ob contumaciā principalis ſit conde-
II. mnatus [d]. Quæ † cōcluſio certiùs pcedit, cùm fi-
13 lius ipſe præſens cōdemnatus eſt. acta enim aduerſus eū celebrata cōtra patrē quamuis nō citatum fidē faciūt iure cuiuſdā ſequelæ, idq; pter fauorē publicū, qui in cauſis fiſcalibus vertitur [e]. aliàs enim ſecus eſſet, pbationeſq; aduerſus aliquē factæ contra aliū nihil præiudicāt [f]. Ego † id
14 magis inductū crediderim: qa auctoritate legis
15 id damnū patri infertur. vnde † neceſſariò citad⁹
III. non eſt [g]. Idemq; † eſt, ſi filius ipſe propria con
16 feſsione dānatus ſit. præiudicat enim & patri [h], dū ea confeſsio veriſimilis ſit, vt quia alia adſint indicia [i], nec pater contrariū pbare velit [k]. Ex-
17 cipitur † à ſuprà ſcripta cōcluſione, vt ei loc⁹ nō ſit, quoties ſtatutum cōditionaliter verba concepta habet, veluti ſi filius maleficiū aliquod commiſerit, pater teneatur, &c. isq; filius contumax fuerit, & propter eam contumaciam damnatus. tunc enim pater non cenſebitur obligatus: quia non propter crimen commiſſum, ſed ex contumacia damnatus eſt [l]: at ſententia propter cōtumaciam lata nunquam alteri præiudicat [m]: quod etiam procedit, ſi lex iuberet eum, qui cōtumax ſit, pro confeſſo eſſe. hæc enim ficta cōfeſsio extra cōtumacis perſonam nō trahitur [n]: receptiſſimaque hæc eſt Bar. ſententia, quam ille diffuſiſſimè diſputauit [o], egoque aliqua interpretatio-
18 ne reſtrictam ſequor. Et † in primis ſciendum eſt, iure noſtro patrem filio dum viuit, legitimā nullam debere, ſed ſolùm cùm moritur [p]: eiq; filius ſuperſtes hæresq; eſt: tale ergo, debitū conditionale eſt. In caſu igitur dubio fiet interpretatio, vt pater ad legitimam non teneatur, niſi eueniente conditione, id eſt, cùm morietur [q], cenſebiturque fiſcus ex perſona filij hæres eſſe, vt ſcilicet ea
19 legitima cum qualitatibus ſuis deferatur. Et † licet verba ſtatuti purè concepta ſint, cēſebitur tamen ex vi antiquæ regulæ deberi non aliter legitima, quàm ſecūdum ius debeatur [r]: aliàs ex delicto filij pater puniretur, ſi quod conditionalit debet, ſtatim ſoluere cogeretur: quod nō eſt credendum ſenſiſſe legislatores [s]. Rurſus aduertendū eſt, cùm ſtatutum conditionaliter loquitur, ſi filius deliquerit, vt pater teneatur, non videri cōfeſsionem filij, aut ſententiam ipſi patri in totum nocere, ſi citatus non ſit, quò minùs in cauſa executionis, quæ aduerſus ſe tractabitur, allegare poſsit filium non deliquiſſe [t], nam temerè à regula recedendum non eſt [u]. de-
20 bet † enim probari eum deliquiſſe. at probatio
B aduerſus filium facta, non debet nocere patri [x], nec hac in re priuilegium aliquod fiſci reperitur. quæ enim Bartolus adducit, in eo loquuntur, qui ex perſona auctoris ſui tenetur [y]: at filius patri auctor non eſt, & reſpectu bonorum extraneus eſt. quare nec filij confeſsio ei nocebit, niſi tanquam extraiudicialis [z], cùm ipſe pater inſtantiæ non allegaretur. & vt verum ſit primo caſu, cùm ſimpliciter lex iubet, vt pater filij condemnationem ſoluat, cenſeri patrem fideiuſ
C ſorem iudicij eſſe, & ideo nō poſſe eum quicquā aduerſus ſententiam obiicere [a]: hoc certè caſu, cùm ſub cōditione, ſi filius deliquerit, obligatur, ſecus eſt, alioqui fideiuſſor iudicij etiam ea ſententia obligatur, quæ propter fictam confeſsionem lata ſit [b]: quod & Bartolus ſentit. Addit Rapha. ſententia quidem obligari, ſi ſecuta ſit, non autem ficta confeſsione, antequam iudex ſuper ea pronuntiauerit. qui ſenſus verbis Vlpiani conuenit [c], licet Iaſ. non ſat iuſtè Raph. carpat.
D Sed hęc alieniora ſunt à lege noſtra, quàm vt diu
21 tiùs inſiſtendum hîc putem. nec † enim ſtatutorum, quæ litium ſeminaria ſunt, & vt plurimum ab idiotis conduntur, ſed Quiritij iuris interpretem me profiteor.

b QVAE OMNIA[b]. ¶ Valet † ergo argumen
22 tū de patre ad fideiuſſorē. quod certius eſt in his caſibus, quibus pater cenſetur pro filio fideiubere, veluti cùm muneri publico filius adſcribitur, patre non aduerſante [d]. hîc autem probatur idē
E eſſe in caſu fortiori, cùm filius ex peculio profectitio contrahit. videtur enim pater pro eo, quatenus actio peculij patitur, fideiubere. Sicq; hîc traditur in modo obligationem perpetuādi eos æquiparari [e]. qua ratione & ſicut actio furti patri denegatur, ita & fideiuſſori [f]. Enumerant
23 † tamen Interpretes aliquot differētias: & in primis fideiuſſor nō, niſi verbis, obligatur, pater verò de peculio legis diſpoſitione tenetur [g]. Vnde infert Socinus, ſi lex iudicij dicat, vt inſtrumēta
F confeſſa aduerſus debitorem executionem in promptu inſtar ſententiarum habeant, contra fideiuſſorem quidem habere, aduerſus verò patrē non habere, qui ipſe in inſtrumento nominatus non eſt, ſed edicti prætoris duntaxat auctoritate tenetur. Contrà Iaſon, quia ſtatutum ſimpliciter dicit, aduerſus debitorem. at certum eſt patrem eſſe debitorem [h]. nam & videmus ex ſtipulatione legali, quæ in dote fingit, huiuſmodi ſtatuto executionē cōcedi [i], vt receptius eſt, & nos alibi diſputauim⁹ [k]. Nec refert, q pater in inſtrumēto deſcri-

a l. cōtra. ff. de pact.
b gl. l. pater, qui caſtrēſe. de caſt. pec. Bar. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. inf.
c l. creditor. §. Lucius. man.
d l. cū quærebatur. iudicat. ſol.
e l. j. C. vbi cau. fiſ. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. c. cū ex iniuncto. de hæret.
gl. l. in cognitione. ad Syllan.
f l. j. C. de fal. l. ſi vteris. C. de fide inſtrum.
g l. honores. in ff. de decurio. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. verſi. plane de condic. cauſ. dat. vbi Doctor.
h l. cū probatio. ff. de probat.
i l. quæro. in fi. de ædil. edict. l. ſeruus, quod. ff. de iniur. l. ſeruus. C. ad l. Iul. de vi.
k l. ij. §. j. ſi ex noxa cau.
l Bar. l. omne. ff. de re mil.
m l. Papin. §. meminiſſe. l. q repudiſtis. in fi. de inoff. teſt. l. ſi ideo. de vict. l. duob. §. j. de iniu. l. j. ff. quan. ex fact. tut.
n l. eius qui. de iu. fiſ. gloſſ. §. fi. Inſt. de nox.
o iij. q. Peruſin.
minium [e], an erit liberatus? & nõ putarem. tene-
bitur ergo promiſſor in id, quod ſtipulatoris hoc
nomine intereſt, vt quia inquietetur, plurimaq;
vt poſſeſsionem ſuam tueatur, impenderit.
a CAVSAM BONORVM [a]: Id † eſt, condi-
7 tionem, per quam res in bonis noſtris effici poſ-
ſit, quod eſt dominiũ, vel vſucapio [f]. Accur. etiã
cauſam bonorum pro vtilitate accipi poſſe cen-
ſuit, vt ſi committatur ſtipulatio, in id, quod in-
tereſt, fiat cõdemnatio [g]. qui ſenſus nõ congruit
verbis: impropriè enim & pleniore dũtaxat ſen-
ſu id, quod intereſt, appellatione cauſæ bonorũ
venit [h]. Adnotandum tamen eſt, licet ſtipulatio
*Rem dari*, præciſa ſit [i], hanc tamen, quæ in conſe-
quentiam ad dominium refertur, in id, quod in-
tereſt, ſolùm committi. Alij, vt Rogerius, cauſam
bonorum interpretantur, vt in eadem cauſa bo-
na præſtentur, in qua tempore conceptæ ſtipula
tionis erant, ne ſcilicet interim fiant deteriora.
qui ſenſus & ipſe parum verbis quadrat, licet ve
rus ſit [k], dum tamen non intelligamus fructus à
tempore ſtipulationis deberi. falſum id eſt [l]. nec
enim hęc ſtipulatio fructus continet [m], ſed ad id,
quod intereſt, duntaxat refertur. Alij, vt Caſtel-
8 lio, Rapha. & Beſutius, cauſam † bonorũ inter-
pretantur, vt res ſit in bonis. qui ſenſus verus eſt,
ſi declaretur, vt à nobis eſt ſuprà dictum. Nec ab
hoc intellectu diſcrepat Azonis ſententia, quæ
communiter recepta eſt.

LEX LIII.

1 *Efficacia ſtipulationis, Dolum malum abeſſe.*
2 *Clauſulæ doli mali vſus.*
4 *Specialis enunciatio tollit quæſtionem voluntatis.*

b STIPVLATIONES COMMO-
DISSIMVM [b]. ¶ Solebant Ve-
teres poſt conceptam ſtipulationem
aliam quoque generalem addere, *Do
lum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe* [n]. quibus † verbis
1 obligabatur promiſſor nihil facere, quò minùs
prior ſtipulatio effectum haberet [o]: habebatque
vim renuntiationis omnium exceptionum, qui-
bus ſe per calumniam tueri promiſſor poſsit,
adeò vt ex illa clauſula ad omnem pœnam con-
demnari, vel ſi pœna promiſſa non eſſet, ad id,

a l.ſi quando.de leg.j.
b Bar.l.ſi filius.§.j.ſ.eo.
c l.emptorẽ.§.j.de act.emp.
d l.Mæuius.§.fundo.de leg.ij.
e l.ſi fundum.de fun.dot.
f Bar.l.Celſus.de vſucap.
g l.ſtipulationes non veriic.Celſus.ſ.eod.
h l.j.§.hæc act.ſi quis teſta.lib.
i l.vbi.§.fi.ſ.eo.
k l.Rutilia.de contrahend.empt.
l d.l.cũ fundus.ſi cer.pet.
m d.l.iij.§.j.
n l.ſi id, quod aurũ.ſ.e.l.ſi cũ fundũ.in fin.de contrah.emp.
o l.ſi ſine.§.ſi in ſtipulatione.ſ.rem ra.hab.

quod ſtipulatoris intererat, poſſet [p]. Cenſet † ta-
men hîc Iulianus, cõſultius eſſe, ſi omnia, de qui-
bus quis dubitat, ſpecialiter nuncupet, deinde
ſubiiciat ſuprà ſcriptam doli clauſulam. exẽpli
cauſa: conueni, vt ſcriberes mihi librum: verùm
quia dubito, ne fru-
2 ſtreris, & ſupra con
uenta me emungas,
ſic ſtipulabor, *Pro-
mittis mihi ſcribere librũ
tuo victu, tua charta, tu-
is inſtrumentis* [q], *tuo chi
rographo? ſuprà ſcriptiſ
que omnibus dolum ma-
lum abeſſe, abfuturumq;
eſſe?* Si igitur non fa-
cias, nec tuis impen
ſis, aut tua manu de
ſcribas, agã tecũ ex expreſsis clauſulis. Quòd ſi
B aliquas alias tricas obijcias, vt quia neges ita cõ-
ueniſſe, ſcripſiſſe te fingas, ſed fuiſſe ſubreptum,
3 doli mali ſtipulatiõe teneberis. Adnotandũ † i-
gitur eſt, conſultius eſſe rem (vt hîc dicitur) nun-
cupari, id eſt, nominatim & ſpecialiter exprimi,
quàm generali tantummodò clauſula vti [r]. Vbi
4 † enim ſpecialiter & diſertè aliquid actũ eſt, nul-
la poteſt eſſe voluntatis quæſtio [s], cùm in claris
5 locus nõ ſit cõiecturis. Vnde & videmus, in † ple
riſq; caſibus nõ ſufficere generalẽ enuntiationẽ,
C ſed ſpecialem requiri [t]. idq; vel propter damnũ,
quod quis aliàs faceret [u]: vel, ne ſub verborũ in-
uolucro quis decipiatur [x]: vel, qa veriſimile non
ſit in generali ſermone de eo actũ [y]: vel, quia de
prætoriæ ſtipulationis interpretatione agatur,
quæ ex æquitate prætoris magis ſumitur, quàm
ex vi verborum [z]. Regulariter tamen ſolet dici,
6 generalem † enuntiationem perinde accipi, ac ſi
ſingulas ſpecies quis enumeraſſet [a], præſertim ſi
adiectum eſſet, vt omnes caſus pro expreſsis ha-
D berentur [b]. Idem, ſi poſt aliquarum ſpecierum e-
numerationem ſubiecta eſſet clauſula generalis,
qualis eſt legis noſtrę ſpecies [c]. Hincq; infert O-
dofredus, Albericuſq;, conſultè agere noſtri tẽ-
poris tabelliones, qui renuntiationis clauſulam
ita concipiunt, *Et renuntiat debitor exceptioni non nu-
meratæ pecuniæ, condictioni ex nulla, vel iniuſta cauſa, doli
& in factum & generaliter omni alij legũ auxilio.* Hæc †
7 enim generalis, qua omni legũ auxilio quis re-
nuntiat, generaliter quoq; intelligi debet [d]. Vn-
E de † mulier tali clauſula cenſetur renuntiaſſe o-
8 mnibus beneficiis, quæ ſibi lex tanquam mulie-
ri concedit [e]. & fideiuſſor cenſetur renuntiaſſe e-
tiam cedendarum actionũ exceptioni, quod So-
cinus aduerſus Bald. & Pontanum reſpondit [f].
& qui ita tranſegit, allegare non poteſt non viſis
teſtamenti verbis ſe tranſegiſſe [g], vt ab Alexan-
dro reſponſum extat. Breuiter generali huiuſmo
di renuntiatione incerti, id eſt non expreſsi, ca-
ſus omnes comprehenduntur, vt hîc dicitur, ex-
F ceptis tamen illis cauſis, quibus non niſi ſpecia-
liter poteſt renuntiari [h]. Rurſus adnotant Do-
ctores, clauſulam generalẽ ad ea non referri, quæ
ſuperiori ſcriptura ſpecialiter expreſſa ſunt [i].
Sed hoc alibi meliùs, quàm in contextu noſtro
probatur [k], quo in loco & nos attingemus.

LEX LIIII.

1 *Speciei & generis apud Iuriſconſultos oſtenſus vſus.*
5 *Indiuiduorum adiudicatio permittenda iudici.*
8 *De operarum partitione.*
15 *Factorum diuiſio quomodo fiat.*

L.53. Stipulationes cõmodiſsimum.
p l.iudicatum.ſ.iud.ſol.l.nouiſſimo.eo.tit.d.l.ſi cũ fundum.
q l.ſuo victu.de oper.lib.l.ij.§.ſi conſeruatis.ad leg.Rho.de iac.
† occurrere aliàs.
r arg l.item apud.§.ait prætor.de iniur.
s l.ille.in fi.de leg.iij.
t l.illud.§.ſi talis.de minor.
u c.qui ad agẽdũ.in fi.de procur.in vj vbi no.
x Doct.c.j.de commod.
y l.j.C.quæ res pig.
z l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ſi quis caut.
a l.ſi duo.in fi.de adm.tut.
b l.oẽs.C.de pręſcrip.trig.anni.
c d.c.qui ad agendum.
d l.Iulia.de leg.iij.Bal.l.pactũ.q.xiiij.C.de col.
e Bar.auth.matri.C.quando mul.
f Soc.conſil.cxxv.
g l.de his.de tranſact.Alex.conſil.incip.viſo.ac vt oportet.
h Bart.l.ſi ſub conditione.de teſt.tut.Bald.l.antiqua.C.ad Velleia.in fi.
i l.cohæredi.§.qui patrem.de vulgar.
k l.doli.ſ.eo.

a INSTIPVLATIONIBVS[a]. ¶ Sti-
1 pulatio † ſpecierum per partes cor
porum, ſtipulatio generum nume
ro diuiditur, ſicut & ſtipulatio ope
2 rarũ. Accipitur † aũt hîc ſpecies ꝓ
eo, qđ Dialectici
indiuiduũ dicũt,
vt Stich⁹, Pãphil⁹
genus verò nõ ſo
lùm pro eo q̊d de
ſpecie ꝑdicat̃, ſed
ẽt de indiuiduo,
vel potiùs ꝓ plu-
ribus corporibus
incertis ſub gene
re cõpræhẽſis, vt
Din. rectè cẽſuit.
Sed quænã eſt hu
ius diſtinctiõis ra
tio? & ſciẽdũ eſt,
3 id † ſemper in di-
uiſionib. agi, vt ę-
qualitas ſeruet̃[a].
Vbi ergo obliga-
tio generũ eſt, ſi
diuiſio numero fi
at, nulla oriet̃ in-
ęqualitas, vt cùm
quis ſtipulat⁹ eſt
duos eq̊s, vel du-
os tritici modios.
q̊d. ſec⁹ eſt in ſpe
cieb. cũ vna poſ-
ſit pretioſior eſſe
altera[b]. Hincque
4 eſt, ꝙ † in obliga-
tionib. gñris ad-
mittitur in eodẽ
genere cõpenſa-
tio[c]; recipiũt em̃
inuicẽm functionẽ[d]. cùm ſecus ſit de genere ad
aliam ſpeciẽ, aliũdue genus[e]. Sed † quid, ſi cõmo
5 dè nec per quotas partes, nec per numerũ diui-
ſio fieri poſsit? & traditũ eſt arbitrio iudicis id re
linquendũ, qui quãdoq; alteri rem integrã, alteri
dimidiæ ſibi debitæ æſtimationẽ adiudicabit[f],
quandoq; & rem ſortib. cõmittet[g], (vnde & hę-
redes Græcè κληρονόμοι ſæpiſsimè apud Demoſthe
nem dicuntur. quo ſenſu & clerici videntur di-
cti, quòd ſcilicet ſortibus eligerentur, licet alij,
quòd in ſortem, id eſt hæreditatem Dñi, ſint vo-
cati.) quandoq; & alternis poſsidere communes
6 dominos iubebit[h]: ſicut † & in lege noſtra ope-
ræ à liberto alternatim præſtari poſſunt. quod in
Oedipi filiis tradidere auctores. nam & cùm qs
cuiuſdam oppiduli decimam partẽ haberet, ſem
perq; in electione Prætoris collegarum conſen-
ſu excluderetur, reſponſum eſt, debere arbitrũ
conſtituere, vt decimo quoq; anno ſolus elige-
ret[i]. nec enim vlla alia diuiſio commodè induci
poterat[k]. & † ſicut diuiſio per numerum hîc fie-
7 ri mandatur, ita & prædicto caſu per tempora fie
eret[l]. quod & alibi tradidi, & quædam alia ad ex
planationem huius legis pertinentia docui[m].
b QVOD SI VNAM OPERAM[b]. ¶ Petet † er
8 go quilibet dominorum partem operę. ſed quo-
modo id fieri poteſt, cùm vnius operæ obligatio
prorſus ſit indiuidua[n], adeò † vt nec peti, nec de-
9 beri, nec ſolui pro parte poſsit[o]. vnde qui ſex ho
ris antemeridianis operatus ſit, non tñ dimidiã
operam præſtitiſſe videtur[p]. cùm † enim opera 10
ſit diurnũ officiũ, qui totũ diem operatus nõ eſt,
nihil videtur feciſſe, cùm † obligationes facti à 11
perfectione, effectuq; nomen duntaxat ſumãt[q].
Et negari non poteſt, quin regulariter id verũ ſit.
ſed tñ aliqui ca-
ſus cõſiderari poſ
ſunt, quibus peti
pars operę pote-
rit. Et † in primis I.
12 in caſu hîc poſito
cũ libert⁹ duob.
patronis, vel ſer-
uo cõmuni duo-
rũ dominorũ vnã
operã ꝓmiſerit.
13 cũ † enim vna in-
ſolidũ ꝑſtari duo
b⁹ nequeat, videt̃
à principio actũ,
vt quilibet partẽ
operę petere poſ
ſit. nec enim alit̃
ex commoditate
patronorũ ꝑſtari
poteſt[r]. & ita Ac-
curſ. cẽſuiſſe vide
tur. Quam ſentẽ-
tiã aduerſus Din.
Bartolũq; & ipſe
14 ſequor. quãuis †
em̃ ea, quæ natu-
raliter indiuidua
ſunt, pro parte ſti
pulari nõ poſsi-
15 m⁹[s], tñ † ſec⁹ eſt
in factis, quę non
naturà ſunt indi-
uidua, ſed ex veri
ſimili cõtrahẽtiũ
mẽte, qui effectũ operis videtur reſpexiſſe. vnde
partem facti à principio in ſtipulationem dedu-
cere poſſunt, ſi hoc agant[t]. quę cõiectura in caſu
noſtro veriſimilis eſt, cùm vna opera duobus do
minis, vel ſeruo duorũ communi ꝓmiſſa à princi
II. pio eſt. Alibi † tñ Accur. aliter diſtinguere videt̃,
16 nẽpe vt ꝓmiſſor qdẽ ipſe integrã operã debeat,
eiusq; ex parte opera ipſa ſit indiuidua[u], at ſtipu
latores ipſi partẽ petere poſsint. idemq; in pluri
bus ſtipulatoris hæredibus. Quã diſtinctionem
Pet. quoq; ſecutus eſt, verùm noſtrates imꝓbãt,
cùm eadẽ ſtipulatio reſpectu promiſſoris indiui
dua, reſpectu quoque creditoris indiuidua ſit[x].
Sed ego defendi poſſe arbitror ſecundũ priorẽ
declarationẽ. eſt. n. ſtipulatio ex parte ꝓmiſſoris
indiuidua, quia qm̃ ad eũ ſit, tenebitur operari
integrũ diẽ. quantũ verò ad creditores, erit etiã
indiuidua, quia vtriq; nõ niſi vna die ꝑſtari ope-
ra debebit, licet ipſi int̃ ſe conuenire poſsint, vt
vſq; ad ſex horas vni ꝑſtetur, reliquis ſenis alte-
ri: vel (qđ idem eſt) vt libertus dimidio tẽpore in
agro vnius operetur, dimidio in agro alterius[y].
III. Sed † quid, ſi creditores cũ ꝓmiſſore cõueniãt,
17 vt poſsit ſex hodie horis opari, & alia die ſex ali-
is? & conſtat, ſi hoc ꝓmiſſor præſtiterit, liberari,
18 nõ ꝙ operã ſoluiſſe videat̃, quæ † diurnũ eſt offi-
ciũ[z], ſed tanq̃ aliud ꝓ alio volente creditore ſol-
IIII. uerit[a]. Sanè † dubium nõ eſt reſpectu commodi
19 tatis diuidi operã poſſe. Vnde † hîc dicitur, poſſe
20 patronos cõſentire, vt ſibi cõmunit̃ edatur ope-
ra,

IVLIANVS libro 22. Digeſtorum.

LEX LIIII.

IN ſtipulationibus *a* aliàs ſpecies, aliàs genera deducũtur. Cùm ſpecies ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos, & inter hæredes ita diuidi ſtipulationem, vt partes corporum cuique debebuntur. Quoties autem genera ſtipulamur, numero fit inter eos diuiſio: veluti, cùm Stichum & Pamphilum quis ſtipulatus, duos hæredes æquis partibus reliquit, neceſſe eſt vtrique partem dimidiam Stichi & Pamphili deberi. ſi idem duos homines ſtipulatus fuiſſet, ſinguli homines hæredibus eius deberentur. Opera-A rum ſtipulatio ſimilis eſt his ſtipulationibus, in quibus genera comprehenduntur: & ideo diuiſio eius ſtipulationis non in partes operarum, ſed in numerum cedit. B Quòd ſi vnam operam *b* ſeruus communis ſtipulatus fuerit: neceſſe eſt vtrique dominorum partem operę tantam, quantam in ſeruo habuerit, petere. C Solutio autem eius obligationis expeditiſsima eſt, ſi æſtimationem operæ malit libertus offerre: aut ſi conſentiant patroni, vt his communiter operæ edantur. D

a l. ij. C. quomo. & quand. iud. lib. vij. l. nã & ſi. §. ſi ſeruus. ſi cer. pet.
b l. cũ Stichus. ÿ. de ſolut.
c l. ob negotiũ. in fin. de compenſat.
d l. ij. §. j. ſi cert. pet.
e l. fin. vbi Cin. & Bald. C. de compenſ.
f §. per. Inſt. de off. iud.
g l. fi. in princ. C. commun. de leg.
h l. Lucio. l. ſeq. de aq. quot. l. ij. de iure patron.
i arg. gl. xvj. q. iij. c. licet.
k l. vſufructuarius venari. de vſufruct. in fin.
l l. & hæc diſtinctio. in fin. loc. Alexand. conſi. xviij. in ij. & conſi. xxv. in v.
m d. §. ſi ſeruus.
n l. ſtipulationes non. ÿ. eod.
o l. libertus, qui primus. §. j. de oper. lib.
p l. j. l. iij. eo. tit.
q l. in executione. §. j. ÿ. eo. l. v. in fi. de ver. ſig. l. ſi is, qui quadringenta. §. quædam. ad leg. Falcid.
r l. quoties. in fi. de op. lib.
s l. ij. §. j. ÿ. eod.
t l. locus in prin. de acquir. poſſeſſ.
u gl. d. l. ſtipulationes non. & Bar. ÿ. ix. oppoſ.
x d. l. ij. §. ex his. l. ij. §. j. de præt. ſtipul.
y l. hæ operæ. §. patroni. de oper. liber.
z d. l. j. d. l. iij.
a l. ij. §. j. ſi cert. pet.



ra, vt quia in re cõmuni operetur libertus. cõmo
V. ditas. n. in vtrunq; diuiditur. Illud quoq; con-
21 ſtat, certã † operã nõ, niſi præteritã, peti poſſe. q̊
tẽpore, ſicut in cæteris facti obligationibus, ęſti-
matio præſtari poterit[a], quæ diuiſionẽ recipit.
quæ ſententia vera
eſt, licet legi noſtræ
nõ conueniat. dũ. n.
in ea dicitur, partẽ
operæ peti, violati-
uum eſt, ſi interpre-
temur Operæ, id eſt
æſtimationis, cùm
factum ipſum ab æ-
ſtimatione plurimũ
differat[b]. Superior
VI. igitur interpretatio magis quadrat. Subiicit hîc
22 Iuriſcõſultus, licet † vna opera indiuidua ſit, plu
res tñ operas numero diuidi poſſe[c]. ſi. n. in ſtipu
latione plura facta deducãtur, reſpectu ſingulo-
rũ fiet diuiſio[d]. quæ ſentẽtia regularit̃ vera eſt. In
legis tñ Falcidiæ cõputatiõe legatis ſerui operis
hęres non quartã quamq; operam ſibi retinebit,
ſed à principio fiet, tanquam de re prorſus indi-
23 uidua, legati æſtimatio[e]. cuius † rei illa fortè eſt
ratio, quia ſuo victu tenetur libertus operas præ
ſtare[f]. In ſeruo tamen ſecus eſt, quia deducendæ
ſunt priùs cibariorum expẽſæ[g]. Vt ergo cogno-
ſcatur, an legi Falcidiæ ſit locus, habenda eſt in-
primis earum impenſarum ratio[h]. Vnde ſi nu-
mero fieret diuiſio, inæqualis eſſet. Neceſſariò
igitur ad æſtimationem deueniendum fuit. qua
tamen in re amplius deliberandum eſt.

IVLIANVS libro trigeſimoſexto Digeſtorum.

LEX LV.

CVm quis ſibi *a*, aut Titio dari ſtipulatus eſt: ſoli Titio, non etiam ſucceſſoribus eius rectè ſoluitur.

a d. l. ſtipulationes. veric. Celſus. l. ij. quando. de oper. liber.
b l. venditores. ÿ. eod.
c d. l. libertus. in fin.
d Alex. l. ij. ÿ. e.
e l. j. §. ſi vſusfructus. ad l. Falci.
f l. ſuo victu. de oper. liber.
g l. iiij. l. fin. de op. ſer. l. in reb. §. poſſunt. cõmod.
h arg. l. qui cõcubinam. §. qui ortos. de legat. iij. l. ſed & ſi qd. §. ſufficienter. de vſufruct.

LEX LV.

1 Ratio cur hæredi adiecto ſolui nequeat. 2.
3 Mera facta non tranſmittuntur.
6 Donatarij hæredes non nanciſcuntur ius petendi.
8 Adiecto interdum ſoluitur.

a CVM QVIS SIBI[a]. ¶ Hæredi igit̃
1 adiecto ſolui non põt. Sed † quæ-
nã eſt ratio? an, quia adiectus tan-
quam procurator ſtipulatoris eſt,
morte autem procuratoris man-
datum extinguitur[i]. cùm poſsit quis alicui fide-
re, non autem eius hæredi[k]? Sed hæc ratio non
omnino vera eſt. diſtat enim plerunq; adiectus à
procuratore[l]. vnde etiam poſt ſtipulatoris mor-
tem ei ſolui poteſt[m]: nec, inuito debitore, reuo-
cari poteſt[n], cùm ei ſoluendo, donec principa-
lis conteſtatus litem ſit, liberetur[o]. quæ omnia
2 in procuratore diuerſa ſunt. An † ergo, (quod &
verius eſt) quia quòd debitor poſsit adiecto ſol-
uere, quædam facultas eſt, quæ meri facti eſt, &
3 † ideo ad hæredem non tranſmittitur[p]. hancque
rationem omnes hîc probant. Nam & ſuprà vi-
4 dimus, quæ † ad declarationem animi pertinẽt,
ad hæredes non tranſmitti[q], quia animus ipſe
facti eſt, eiusque declaratio[r]. Vnde & quoties in
contractu ſubeſt conditio, niſi contrahens ſen-
tentiam mutet, huiuſmodi facultas hæredi nõ
competit[s]. videtur enim ſolius perſonæ con-
templatione adiecto conceſſa. igitur cum ipſo
5 extinguitur[t]. Et † cùm lex noſtra generaliter lo
quatur, conſequens eſt, vt ei ſit locus, quomodo-
cunque ſit adiectus, an tanquam procurator, an
ex cauſa donationis[u]. Vnde probatur hîc Pau-
li Caſt. reſponſum, quo ille cenſuit, donationem
6 † Titio abſenti à me factam, ſi ante acceptationẽ
Titius defunctus eſt, non poſſe ab eius hærede
acceptari. cùm enim contractus, ante quàm per-
ficiantur, non iuris, ſed meræ facultatis ſint[x], in
hæredem tranſmitti non poſſunt[y]. Sed † quid, ſi
notarius abſenti ſtipulatus eſſet hãc donationẽ?
7 & Paulus cenſuit i-
dem eſſe, vt nõ ideò
q̃ratur hæredibus,
cùm nec ipſi abſen-
ti per notariũ quæ-
ratur, niſi poſtquã
ratũ habuerit. quod
receptiùs eſt[z]. Sed
quid, ſi donatio fa-
cta ſit Titio, & eius
hęredibus? & ſentit
Fulg. idem eſſe[a]. non enim quis videtur donare
hæredibus Titij, niſi quatenus eam Titius acce-
perit[b]. quod & Bal. reſpondit, quoniã donatio,
B ſi in perſonam Titij non valet, nec reſpectu e-
ius hæredum valere debet[c]. Sed tamen dubia
eſt hæc ſententia, cùm alioquin ſuperfluò hæ-
redis mentio adderetur. amplius itaque eſt deli-
berandum[d]. Illud † indubitatum apud me eſt,
legi noſtræ locum nõ fore, ſi quis ſibi, aut Titio, I.
eiúſue hæredibus dari ſtipulatus eſſet. mentio e- 8
nim hæredum facit, vt ipſi ex perſona ſua adiecti
ſolutioni videantur[e]. Sicut † nec locum iudi- II.
cio meo haberet, ſi hic donationis cauſa adiect⁹ 9
C eſſet, iamq; ei promiſſor particulariter ſe ſolutu
rum ſpopondiſſet. videtur enim perfecta dona-
tio, mandatumq;, tanquam in rem ſuam procu-
rator conſtitutus ſit, morte non expirat[f]. Nam III.
& videmus, quoties huic adiecto ius aliquod
quæritur, quod ſpeciali dotis fauore, ſimiliũq;
cauſarum quandoq; eſt, toties mandatum mor-
te ipſius mandantis non euaneſcere[g], vt meritò
nec mortẽ adiecti euaneſcat: imò ſuprà ſcripto
caſu adiectus ipſe pro principali habetur, & ſti-
D pulans pro procuratore[h]. Addit generaliter IIII.
Bart. cùm † factum executionem præcedentis iu 10
ris reſpicit, ſicut ius ipſum in hęredem tranſmit-
titur, ita hoc caſu & factum tranſmitti[i], nec le-
gis noſtræ regulam obſeruari. imitatur enim ac-
ceſsio naturam principalis. Sed † & ſi quis no- V.
mine dignitatis adiectus eſſet, videretur eo mor 11
tuo ad ſucceſſorem in dignitate facultatem eam
pertinere: vt cùm teſtator iubet reditus bonorũ
ſuorum ſolui hæredi, aut Abbati talis monaſte-
E rij[k]. Executor enim vltimæ voluntatis ſub no-
mine dignitatis, vel officij conſtitutus, ad ſuc-
ceſſorem dignitatis eam facultatẽ tranſmittit[l]:
licet ſecus ſit, ſi nomine proprio deſignatus quis
ſit[m]. quod & Iaſon hîc ſcripſit.

IVLIANVS lib. 52. Digeſtorum.

LEX LVI.

EVm, qui ita *b* ſtipulatur, MIHI

L. 56. Eum, qui ita ſtipulatur.

i l. mandatum. C. mandat.
k l. cuius bonis. de cur. fur.
l l. vero. in prin. de ſolut.
m l. Caius. §. ſed dicẽdũ. ſol. ma.
n l. antepen. de ſolut.
o l. ſi quis ſtipulatus ſit x. in melle. eo. tit.
p l. qui hære. in prin. l. Mæuius. de cõd & dem.
q l. inter. §. ſi Stichũ. ÿ. e. l. ſi x. cũ petiero. ÿ. e.
r l. pro hærede. de acq. hær.
s l. iij. ÿ. de ſer. exp. l. ſi ego. §. ſi res. de iur. dot.
t d. l. cuius bonis. l. ſciendum. de re iud. Doct. l. procurator. C. de eden.
u l. Iulianus. §. j. ÿ. eod.
x l. conſilio. de cur. fur.
y l. non ſolũ. §. fin. vbi dixi. de op. no. nunt. l. fi. ÿ. de legatio. vbi gl. fin.
z Alber. l. iij. ÿ. rem pup. ſal.
a Fulg. conſ. xvij. teſtator.
b l. fi. C. qui. ad lib. procl. vbi Bald.
c l. ij. C. de inoff. don. Bal. conſil. cccxcj. in iij.
d Alexan. conſ. xiiij. in j. Socin. liij. in j.
e l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ÿ. eod.
f l. illam. C. de donat.
g d. l. Caius. verſ. pen.
h d. l. Caius.
i l. ſi ſtipulatus fuerim illud. ÿ. e.
k c. quoniam abbas. de offic. deleg.
l Bar. l. qui liberis. §. j. de vulg.
m gl. l. antepe. verbo, alium. de tut. c. fi. de teſta. in vj.

LEX LVI.

1 Dimidium ſoluitur ſtipulanti ſibi & alteri.
2 Ius non decreſcendi in contractibus.
F 3 Taciti & expreſſi æqualis virtus.
7 Sociorum altero ſtipulante, intelligitur pro ſuo iure.
10 Dos filio aduentitij loco eſt.
11 Non ſemper filius & pater in dote æqualiter obligãtur.

b EVM QVIA ITA[b]. ¶ Qui † ſibi &
1 Titio decẽ dari ſtipulatur, eadem
decem communiter illi ſtipulatus
intelligitur. Vnde conſequens eſt,
vt cùm alteri ſtipulatio facta non
valeat, ſola quinque ipſe exigere poſsit[n]. Sed
huic deciſioni obſtãt, quòd videntur hi & re &
verbis

n l. ſi mihi & ei.

verbis cōiunƈti:verbis propter copulam:re,quia
ad eadem decem vocantur. At in cōtraƈtibus licet is,qui verbis tantùm iungitur,ius adcreſcendi nullum habeat a,ſi tamen re coniunƈtus ſit,cō
2 ſtat † ad ſolidum iure non decreſcendi admitti.b

a l.ſi duo patroni. in princ.de iureiur.
b l.proprium. §.com.præd.

Non ergo communiter videtur ille ſtipulatus, ſed ſolidū. Reſpōdēt Pet. Cin. Caſtellio, & quidā alij, nō eſſe Titium ipſi ſtipulatori coniunƈtum, quia copula æqualiter à principio diuidit c, & perinde eſt, ac ſi additum eſſet, æqualibus portionib. quo caſu ſolis verbis iun

c l. reos.§. cū in tabulis.ſ.tit j.

**ET TITIO DECEM DARE SPONDES? Veroſimilius eſt, ſemper vna decem communiter ſibi & Titio ſtipulari: ſicuti qui legat Titio & Sempronio, non aliud intelligitur, quàm vna decem communiter**

A **duobus legare.**

3 gerentur d.par† enim taciti,expreſsiq; eſt virtus,
4 expreſsioque † eorum,quę tacitè inſunt,nullius eſt effeƈtus e. Sed hæc ſententia communiter reieƈta eſt, quoniam conſtat, ſi quis mihi & Titio fundum leget, re quoque coniunƈtum in tali legato eſſe f. Verum enim eſt & verborū & rei complexu eos iungi g:quod & alibi oſtendi. Nec hac in materia idem poteſt tacita, quod expreſſa di-
5 ſpoſitio.cùm † enim teſtator æquis portionibus dari iubet, ab ipſo vſque principio cenſetur partes diuidere. at cùm lex interpretatur tacitè æquas portiones relictas, hoc non facit, niſi priùs expeƈtato,an vterque acceptet, an verò alter repudiet, eiúſve portio deficiat. h. Quid ergo dicendum? & Ioānes Faber diſtingui legata à contraƈtibus putat, vt in legatis ſuprà ſcripta verba re coniunƈtionem inducant. quoniam in eis fit latior interpretatio: in contraƈtibus verò ſecus. i quæ ſolutio verbis legis noſtræ expugnatur, quę contraƈtus ipſis legatis hac in re æquiparat. Ego & huius legis argumento, & certa ratione duƈtus ſemper exiſtimaui veram quidem eſſe ſuprà ſcriptam regulam, communemque conclu-
6 ſionem, ſed tamen limitari, vt † ei locus non ſit, cùm vel legatū,uel promiſſum aliquid eſt, quod pondere,numero, menſuráve conſiſtat. videtur enim à principio ſtatim faƈta diuiſio, cùm alio creditoris faƈto opus nō ſit. & ideò non videtur ſolidum à principio vnicuiq; datum, ſed partes duntaxat viriles:hocque caſu Pet.Cin. Caſtellionisq; ſententiam defendi poſſe k.Hincq; adnotatur, coniunƈtæ naturā eſſe, vt æqualiter ſemper diuidat. à principio quidē, ſi inter ea adiiciatur, quæ pondere numero,menſuráve conſiſtunt:ex poſtfaƈto verò,ſi de aliis ſpeciebus agatur l.Quæ
I. tamen regula perpetua non eſt.Finge † me Titij
7 ſociū eſſe ex parte tertia tantùm, & in re ſocietatis mihi & Titio decem ſtipulatum, intelligetur ſtipulatio ita faƈta, vt mihi eius ſummæ tertia pars,reliqua Titio detur,vt ſcilicet ſtipulatio ſecundum partes ſocietatis intelligatur m.quod & cæteris in caſibus dicendū eſt, cùm ſubieƈta materiā id ſuadeat n. Finge † rurſus Titium & eius
II. vxorē promiſiſſe Sempronio centū,quæ confeſ-
8 ſi ſunt ſe habuiſſe mutuò,an mulier pro virili ſua tenebitur, tanquam quilibet cōmuniter habuerit quinquaginta? & conſtat mulierem in nihilo teneri,nec pecuniam præſumi ad eam perveniſſe, ſed ad virum potiùs. o Qua ratione cenſuit
III. quandoque Bald. ſi à viro vxoreq́ne ſimul fundus dotalis venditus ſit, mulierq; ſe participaſſe

d l re cōiunƈti. de leg.iij.
e l.iij.de leg.j
f l ſicvt.§.j.quibus mod vſuſfruƈt.amit.
g l. triplici. de ver.ſig.
h arg.not.in l. interdū.in prin. ſ. cod.vbi Iaſ.
i §.ſi eadē.Inſt. de leg.
k Alex.l.plane. §.ſi cōiunctim. de leg.j.
l d §.cū in tabulis. l. j. C.ſi plu. vna ſen.l.ſi legato.§.j.de manu. teſta.
m §.j.Inſt.pro ſoc.
n l.Thais.§.Stichus ſeruus. de fid.lib. Bart.l ij. C.quand.et qui bus quar. pars lib. x. & l. Gallus.§.j.de lib.& poſthu.
o §.& illud verò. in auth.vt nul.iud.authē. ſi qua mulier.C. ad Velleia.

prædium adſeruerit, maritum tamen præſumi accepiſſe p, quoniam hæc confeſsio inter prohibitas perſonas eſt q. At Bar.ex faƈto reſpondit,viriles potiùs partes cuilibet datas videri, idq; ex ſuprà ſcripta regula r, quam ego propter contrahentium qualitatē limitari arbitror. Cùm ergo ſtatus ſit coniecturalis, plurimùm poterit arbitrium iudicis.In dubio tamen putarem pecuniam ad maritum perveniſſe cenſeri s. Sanè † cùm fi-
9
liusfamiliâs vxorē duxiſſet,& in inſtrumento dotis ſcriptum eſſet; dotem

p Bald.Saliceth. athen. ſi qua mulier.C.ad Velleia.Imo.c.cū contingat. de iureiur.
q l. cū quis & Titia. de leg.iij. vbi Bart.
r Paul. Are.d. §.cum in tabulis.
s arg.d §.& illud.

**TE ET TITIVM b HÆREDEM TVVM DECEM DATVRVM SPONDES? Titij perſona superva-**

B patri & filio numeratam eſſe, ex ſuprà ſcripta regula exiſtimauerunt aliqui in viriles quemlibet teneri t. quæ ſententia defendi poteſt, cùm pater vſumfruƈtum eius pecuniæ recuſaſſet, & nō cum vxore dotem repetente ageretur, ſed inter fratres mariti, qui in diuiſione paternæ hæreditatis deducere in primis totā dotem vellet, tanquam tota ad patrem pervenerit, non eſt id facilè credendum propter vim coniunƈtæ, quæ viriles vtrique tribuit u, niſi tamen qualitas mariti
C hoc ſuaderet. Eſt enim & hic ſtatus coniecturalis. nam reſpeƈtu vxoris dotem repetentis Iac. Bartolumq; aliter ſenſiſſe apparet, qui in dubio videri vtriuſq; contēplatione dotem datam ſcripſerunt, & ideo vtrunq; teneri x. quod alibi declarat idem Bart. vt teneantur tanquā duo rei y. Sentit hoc expreſsè Cin. Ang. Pontanusq;, qui inſolidum teneri vtrunque aiunt. quem ſententiam & ego probo,ſiquidem † dos filio data ad-
10
ventitij peculij eſt z, in quo pater, ſicvt in cæte-
D ris adventitiis,habet vſumfruƈtum, licet ad ſubeunda matrimonij onera teneatur a. Sicvt ergo filius inſolidum tenetur,quando ex peculio contrahit,ſicvt & pater,quando eius iuſſu contrahitur b,ita hoc caſu vterq; teneri debet,ne quod in maiorem dotis cautelam faƈtum eſt,in contrariū vertatur, cùm & pater ipſe pro ſolido ad cauendū teneatur c. Nec me mouet natura copulæ d. quia(vt ſuprà dixi)propter ſubieƈtam materiam quandoq; non viriles, ſed ſolidum vnicuiq; tri-
E buit e.Quid † ergo,ſi filius conventus alleget re- 11
ipſà totam pecuniam ad patrem perveniſſe? & tunc, non obſtante coniunƈtæ diƈtionis natura, pater ipſe priùs eſſet conveniendus f. Quod generaliter in aliis quoque caſibus verum eſſe Bartol.ſenſit g, tametſi Alexan. hac in re non ſat reƈtè convertatur. Sed hæc haƈtenus. cætera enim,quæ ad hanc legem pertinent,alibi à me traƈtata ſunt h.

t Bald.Imo.Alex. l.ſi cū dote. §.pen. ſol.mat.
u Din.Pet. Rain. Alber.d. §.penult.
x l.fi. C.de dot. cau.
y l. ſi conſtit. q. viij. primæ par.ſol.matri.
z d. l. ſi cū dotem §. pen. ſol. mat. vbi Iac.& Bart.
a l. contra §.j. vbi Bart.rerum amot.
b §.j.Inſt.quod cum eo, qui in alie.
c d. §.pen.
d d. §.cū in tabulis.
e l.fundus ille. de contrahen. emp.
f l.vnde quęritur.§. cōmoda. Rom. d.§. pen. Corn.conſi.xl.
g Bart.l.iij.§.j. q.vij.ſ.tit. j. Alex.d.§.pen.
h l.ſtipulatio iſta.§.eum,qui ita.§.eod.

F 1 *Ratio quare futuri hæredis expreſsio in obligationibus dandi ſupervacua ſit.*
2 *Hæres ſupra hæreditariam partem pro extraneo eſt.*
5 *Obligationes in hæredibus diuiſæ.*
6 *Hæres pro parte tantùm grauari poteſt,excepto caſu dotis 14.*
9 *Si quis paciſcatur de non petendo adieƈto vno hærede, reliqui non liberantur.*

§. TE, ET TITIVM a. ¶Expreſsio futuri a hæredis in obligationibus dandi nullius eſt effeƈtus. cùm † enim tales obligationes in omnes 1
hæredes



hæredes pro rata tranſmittantur a,ſuprà virilem portionem ille hæres pro extraneo eſt b, & ideo non magis obligari à promiſſore potuit, quàm quilibet extraneus c. Vnde conſequens eſt,vt
I. parum referat,an Titium hæredem nominauerit teſtator,quia crederet eum ſolum ſibi hæredem futurum d: an,quia vellet eum dūtaxat teneri, quamvis plures alios hęredes relinqueret. ſemper enim ſubeſt ratio ſu-
2 prà ſcripta, quòd † Titius ſupra partem

a l.j.C.ſi cert. pet.
b l.cū à matre. C.de rei vendic.
c Inſt.eod.§.alteri.§.ſi quis alium.
d l.tale in fi.de paƈt.

**cuè compreheſa eſt: ſiue enim ſolus, hæres extiterit, in ſolidum tenebitur: ſiue pro parte, eodē modo, quo cæteri cohęredes eius, obligabitur: & quamvis conveniſſe videatur, ne**

A **ab alio hærede, quā à Titio peteretur. tamen invtile paƈtum conventum cohæredibus eius erit.**

hæreditariam cēſetur extraneus. quæ ratio cùm à iure publico pendeat,voluntate teſtatoris mu-
II. tari non poteſt e. Hinc † infertur, idem eſſe,e-
3 tiam ſi expreſsim egiſſet promiſſor,vt à Titio tātùm peteretur, ab alijs verò hæredibus non pe-
4 teretur.talis † enim expreſsio eius, quod tacitè ineſt,nihil operatur f. intelligerentur enim alij hæredes liberati ita demum,ſi Titius inſolidum conveniri poſſet,qui cùm non poſsit,conſequēs eſt,vt liberati non ſint. quod & Bart. Caſtrenſis, Alex.cenſuêre, & Iaſon. Sed Iacobus, Petrus, Dinus, Angelus, Alber.contrà, tanquam poſsit quis grauare vnam ex hæredibus tantùm inſolidum g. Sed id omnino verum non eſt,& niſi in vltimis voluntatibus procedit, in contraƈtibus falſum eſſe hîc manifeſtè apparet. Verùm quid
III. ego hac in re ſentiam, infrà differam. Rurſus nihil refert,an de obligatione debitoris loquamur de qua lex noſtra loquitur,an verò ex parte ipſius 9
5 ſtipulatoris.lex † enim duodecim tabularum ęqualiter diuidit obligationes,non diſtinƈto debitore à creditore h.& ideo ſi quis ſtipuletur ſibi, & hæredi ſuo Titio centum,deinde decedat relicto alio quoq; hærede,nō petet Titius niſi quinquaginta duntaxat.non enim ei ſtipulari teſtator,niſi pro portione hæreditaria,potuit. Cenſuit tamen Petrus hanc ſtipulationem à Titio incipere, non tamen à teſtatore transfundi, cùm poſsit quilibet ſtipulari,vt noua ſtipulatio ab hęredibus incipiat i. Sed hæc ſententia recepta nō eſt:quia verbis legis noſtræ repugnat,quæ diſertè exprimunt hæredis mētionem eſſe ſuperfluā. Repugnat & rationi.cùm enim obligatio dandi ſit tranſmiſsibilis in hæredem ex perſona teſtatoris,fruſtrà hæc noua idem,quod transfuſa,cō-
IIII. tinens concederetur k. Sed an locus legi noſtræ ſit,ſi proponatur rem in ſtipulationem deduƈtam,quæ aliàs ad hæredes non tranſiret? & puto idem eſſe.non enim ideo ſupra portionem
6 hæreditariam trāſit l,velvti ſi teſtator ſibi † & Titio hæredi vſumfruƈtū dari ſtipulatus ſit nouus quidē erit in perſona Titij vſusfruƈtus m, ſed tamen non niſi pro rata hæreditatis ei præſtabitur n. Sed an alij quoque hæredes admittentur? & non puto,niſi fortè Titij faƈta ſit mentio,quia exiſtimaret teſtator eum ſolum hęredem ſibi futurum o. In vltimis quoque voluntatibus ſu-
V. prà ſenſi legis noſtrę regulam aliquo modo pro
7 cedere. Vnde † ſi teſtator vnum ex hęredibus grauet,vt ſpeciem hæreditariam alicui ſoluat, non niſi ratam partem ſuam in ea ſoluere poterit p,licet ſecus ſit in eo,qui ad ſolutionē pecuniæ grauatus eſt,vel alterius rei non hæreditariæ q.Sed & ſi teſtator à filio,quem ſolum ſupereſſe exiſti-

e l. cerdonem. de oper. lib.l. ſeruo legato.§. ſi teſtator. de leg.j.
f l.non reƈte.C. de fideiuſ.
g l.ab omnibus. de leg.j.in prin. d.§.ſi teſtator.
h l.ea,quæ.C.fami.erciſc.
i l.j.C.vt aƈt.ab hær.
K l.q bis.§.eo.
l Bar.l.continuus.§.fi.ſ.eo.
m l.ſtipulatio iſta.§. ſed ſi quis vti.§.eod. Bart. l. iiij.§.Cato.vj. q.§.eo.
n l. vſus pars. de vſu & habit.
o arg.d. l.tale.
p l. ſi fundū.§. ſi libert de leg.j.
q d l.ab omnib. l.ſi tibi homo.§. j eod.tit.



mabat,legata codicillis dederit,alius partem hęreditatis vendicans non tenebitur, ſed ſolus is, qui nominatus erat pro rata,id eſt,dimidiā duntaxat ſoluet r. Sanè in obligationibus quoque faƈti dici poteſt locum eſſe legi noſtræ,quatenus in eo, quod intereſt, fieret cōdēnatio s. quod Bartolus cenſuit.Idemque,ſi tale faƈtum promiſſum eſſet, quod diuiſionem reciperet, vt ſi quis promittit, nec ſe,nec Titiū hęredē ſuum amplius aƈturum, vel ſe Titiúmve hæredē ratum habiturum,ſi alij hæredes agant,nihilominus committetur ſtipulatio etiam in Titium non petentem t. eadem enim
B hoc caſu ratio in faƈti obligationibus, quæ & in dandi eſt. Sed tamen hæc res latiorem interpretationem exigeret,quam alibi explicabo.

L.56.
**Eum, qui ita ſtipulatur.**
VI
r l.cum pater.§. cum exiſtimaret de leg.ij. vbi Bart.
s l.Iulianus.in princ.ſ.eo.
t l.iiij.§.Cato.in fi.§.eod.

Regulariter enim in obligationibus faƈti legi I.
noſtræ locum non eſſe conſtituendum eſt u,cùm in eis poſsit quis vnum tātùm ex hæredibus obligaret,vel vni tantùm acquirere,quia tales obli- 8
gationes indiuiduæ ſunt x, & ideo in eis non eſt locus legi duodecim tabularum, quæ pro patre hæreditaria obligationes diuidit: imò quilibet
C hæres inſolidum in eis repræſentat teſtatorē y.
Qua † ratione ſi quis paciſcatur, ne à ſe néve à II.
Titio hærede ſuo petatur, valet paƈtio etiam in 9
Titij ſolius fauorem z.non petere enim faƈti eſt. Pone ergo:aliquis centum promittit adieƈto paƈto,ne à ſe,aut Titio hærede ſuo petatur.ſi decedat relictis Titio,tribusq; alijs hæredibus, trāſibit quidem obligatio in omnes hæredes pro rata,ſed alij duntaxat hęredes pro virili ſua conveniri poterūt,putà quilibet in vigintiquinque,
D Titius exceptione tutus erit: & quia id paƈtum vt plurimùm perſonale eſt a, expeƈtāda erit Titij ipſius mors, vt deinde eius hæres convenia-
tur b. Sed † quid, ſi in caſu legis noſtræ aƈtum III.
præciſè eſſet,vt ſolus Titius obligaretur,alij ve- 10
rò hæredes non obligarentur. & nō dubitarim, vi ipſa,ſeu mero iure non obſtāte paƈto cæteros quoque obligari,vt ſuprà ex Bartoli, Alexandrique ſententia retuli.ſed tamen propter conſenſum ſtipulatoris putarim exceptione cæteris hę-
E redibus ſuccurri c,videturque mihi hæc ſententia non ſolùm æquior,ſed & receptior eſſe. Nec obſtat Iuriſconſulti noſtri deciſio, quia loquitur quando quis ſe & Titium obligauit.reſpeƈtu enim Titij nō valet obligatio,niſi pro rata:reſpeƈtu verò aliorum,ex perſona teſtatoris transfunditur obligatio pro rata quoque,vnde & ipſi tenentur. Et quamvis tacitè, qui Titium obligationi incluſit,videatur alios exemiſſe d, tacita tamen hæc conieƈtura regulæ iuris cedit, ſecun-
F dum quam veriſimile eſt potiùs partes cōtraxiſſe e:ideo tacitum id paƈtum invtile erit. quòd ſi expreſsim aƈtum ſit,ne teneantur, in claris non eſt opus conieƈturis. idcirco putarem exceptione eis conſulendum. Alioquin & denuntiatione IIII.
euangelica ſuccurri eis deberet. quod † beneficium eis competit,qui adverſus æquitatem, iuris rigore inquietantur f. cuius rei plurima exempla eis libello à me relata ſunt, qui inſcribit, De quinq; pedum præſcriptione. Nam & ea- V.
dem ratione illud conſtat,ſi † quis diuiſerit hęre- 12

u d l.cōtinuus. §.fi.ſ.eod. vbi dicam.
x l ſtipulationes non in princ.ſ. eod.
y l ij.§.ex his. §.eod.
z l.auus.§.de paƈt.
a l.qui futurum §.j.de paƈt.
b l.auus.de pac. dot.
c l.nemo poteſt. de leg.j.l.obligationum ferè.§. plane.§. tit.j.
d l.cum prætor de iudic.
e l.leges ſacratiſsimæ.C.de legib.
f c.nouit.vbi Doƈt. de iudic.

¶ Qui sibi aut filio[a] suo dari stipulatur, manifestè personam filij in hoc cõplectitur, vt ei rectè soluatur. neq; enim interest, sibi, aut extraneo cuilibet, an sibi & filio suo quis stipuletur. quare vel manẽte eo in potestate, vel emancipato filio re-
ctè soluitur[b]: neq; ad rem pertinet, quòd
A qui filio suo dari stipulatur, sibi acquirit: quia coniuncta sua persona stipulator efficit, vt non acquirẽdæ obligationis gratia, sed solutionis causa personam filij
B præhendisse intelligatur.

ditatem suã inter eos, quos hæredes deinde re-
liquit, debitorem hæreditariũ, qui integrè ei sol
uit, cui testator nomen suum assignauerat, exce-
ptione liberari[a]: sicque ope exceptionis vni hæ-
redum quęri solida obligatio per testatorẽ po-
test. Nec me mouet
Bar. ratio[b], qua exi-
stimat, noluisse te-
statorẽ cæteros hę-
redes eximere, nisi
debitor vni ad soli-
dũ teneret[c]. Quid
enim in re clara ad
coniecturas confu-
gimus, cùm expres-
sim actum sit, ne alij
cohæredes tenean-
VI. tur? Non † nega-
13 uerim quoq;, si Ti-
tius ipse ad solidũ
in legis nostrę casu
conveniretur, posse
condemnationi lo-
cum esse, nisi exceptionem opponeret, quòd so-
lùm pro portione hæreditaria obligari à testato-
re potuerit[d]. ius enim partis hæc exceptio respi
cit. vnde si non opponatur propter tacitum con-
sensum Titij, qui bonam fidem agnoscere vide-
VII. tur, valebit sententia. Sanè † causa quoq; do-
14 tis, in qua æquitas maximè attenditur, rigorque
iste ciuilis negligitur, videmus receptum esse, vt
possit testator vnum duntaxat hæredum grauta-
re, vti dotem vxori restituat[e]. quod alibi decla-
VIII. rauimus. Sed quid, si quis per scripturam do-
nationis causa conceptam patri, Titioque eius
filio, & hæredi promiserit, an alijs quoq; cohæ-
redibus pro rata acquiretur? & videretur acqui-
ri. talibus enim verbis videtur filio stipulatus tã-
quam hæredi[f]. at pro rata solùm hæres est. ergo
ex lege XII. tabularum fiet diuisio: sed tamen, vt
actus sustineatur eo modo, quo verba indicant.
credendum est, potiùs filio stipulatum esse pa-
15 trem, vt filio[g], vt † sic ei totum acquiratur, nec re-
gulæ legis nostræ erit locus. Sufficiet ergo ex
quacunq; parte sit hæres, vt solidũ habeat[h], dum
tamen hoc ab eo factum non sit, quia non crede-
IX. ret alios se hęredes habiturum, vt suprà dixi. Sed
quid, si pater donationem hanc non acceptaue-
rit, an Titius amplius acceptare prohibebitur,
tanquam eius mentio superfluè addita sit, vt hîc
dicitur? quod non puto. verùm hanc quæstionẽ
X. suprà tractaui[i]. Non enim hæredis mentio sem-
per in obligationibus dandi superflua est. Vnde
16 videmus, si † causa mortis facta sit donatio, ad-
ditaque hæredum mentio, inter viuos potiùs do
natum censeri. quod Alexander ex facto respon-
dit[k]: ego & id alibi disputaui.

1 *Filio non soluitur, nisi eo alternatim adiecto. 2. 6.*
3 *Emancipatio non impedit, quo minùs filio in casu soluatur: secus, quo ad manumissionem. 5.*
7 *Quomodo deprehendatur filium adiectum, per exempla ostensio. 14.*
15 *Filio & procuratori ad negotia, quando soluatur. 16.*

a §. QVI SIBI, AVT FILIO[a]. ¶ Cùm † pa-
1 ter stipulatur filio suo dari, videtur hoc agere, vt
non ex propria persona, sed per filij organum si-
bi stipulatio quæratur. & ideo sibi, non filio fieri
2 solutio debet. Quòd si † sibi, aut filio dari stipule
tur, cùm ex propria persona acquirat, filium so-

a l. j. C. de except.
b Bar. l. cõtinuus. §. fi. ff. eo.
c ar. l. nec vtilẽ. ex quibus. cau. maior.
d l. posthumus. §. si quis. de inoffic. test.
e l. cum ab vno. de leg. ij. dixi l. pact. successorũ. C. de pact.
f l. si tibi. §. si pactus. ubi gl. de pact.
g l. quodcunq;. §. j. ff. eo.
h Bar. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de oper. liber.
i l. cum quis. ff. eod.
K Alex. consil xv. in j Soc. cõsi. xiij. in j. l. non omnis. si cer. pet. vbi dixi.

lutioni tantum adiecisse censebitur[l], idque ne-
frustra filij mentio facta videri possit[m]. Dicemus
ergo hoc casu perinde esse, ac si pater quemlibet
extraneum solutioni adiecisset. Vnde † conse- 3
quens est, vt si hic filius emancipetur, nihilo mi-
nùs adhuc ei solui
possit. Sed qua ra-
tione id inductum
est? videmus enim,
si adiectus mutet sta
tũ, ei solui non pos
se[n]. Vnde qui stipu-
latus est sibi, aut Sti
cho seruo suo, si eũ
manumittat, man-
datũ videtur revo-
casse, nec Sticho li-
berto solui ampli-
us poterit[o]. Ergo
idẽ in filio dicẽdũ,
alioquin durior pa
tris efficeretur con-
ditio, cùm si filio in
potestate existẽti solutum sit, absque litigiorum
anfractibus possit repetere, & sibi ipsi ius dice-
re[p]. quod in emancipato est secus. Sed tamen
ęquissima est Iurisconsulti nostri decisio. Pater
† enim, qui sibi, aut filio solui stipulatur, filij mẽ- 4
tionem fecisse contemplatione sanguinis amo-
C risque videtur, non quòd (sicvt in extraneis) co-
gitauerit se deinde actione mãdati repetiturũ[q].
& † ideo quamvis filius emancipetur, subest ta-
men adhuc paterna fiducia, & amor, vt meritò 5
mandatum nõ censeatur revocatum. Quę ratio
in seruo, qui ad libertatem perductus sit, nõ sub-
est, nisi fortè is seruus filius naturalis manumis-
soris esset[r]. quo casu arbitrarer posse ei solui, &
repugnantes leges hoc casu limitari[s]. Quibus
autem alijs casibus per mutationem cõditionis
D non revocetur mandatum, alibi à me disserta-
tum est[t]. b
FILIO RECTE SOLVITVR[b]. ¶ Qui † i- 6
gitur filio, vel etiam extraneo stipulationi adie-
cto soluit, rectè soluit. Nec refert, quomodo sit
adiectus, an per disiunctã, an per subdisiunctã[u],
vel etiam solutã casibus, quibus alternatiuæ vim
habet[x]. Sicvt nec refert, vtrius nomen præcesse-
rit, filij adiecti, an & patris[y]. quod hîc Ias. docet.
Solum † ergo illud inspiciendum est, an filius sit 7
E adiectus, vel id minus, quod tribus exemplis hîc I.
tradunt Doctores. Primum, cùm pater sibi in
vita, aut filio post mortem dari stipulatur[z]. dun-
taxat enim post mortẽ filio solui potest, cùm &
tali tempore non solutioni tantùm, sed & obli- II.
gationi adiectus sit[a]. Aliud † est, cùm pater do-
tem, quam filiæ dedit, sibi, aut filię reddi stipula- 8
tur. cũ enim actio dotis iure nostro patri, filiæq;
communis sit[b], videtur pater secundum formã
iuris stipulatus, vt interim ius vtriusq; sit, & con
F solidatione actionis morte alterius, vel aliter fa- III.
cta, ad superstitẽ integrum ius pertineat[c]. Ter-
tium † exemplum in auo materno, vel extraneo 9
est, qui dotem, quam mulieri dat, à viro stipula-
tur sibi, aut mulieri reddi. fauore enim dotis mu
lieri acquiritur obligatio: extraneus verò ipse po
tiùs solutioni adiectus censetur[d]. cuius rei illa
est ratio, quod si stipulatio apposita non esset, cẽ
seretur mulieri esse donatũ[e]. ex verbis autẽ sti-
pulationis apparet non id actum, vt deterior fiat
mulieris conditio. & licet adiectus ex causa do-
nationis

l l. sed & si filio. §. j. de cõst. pec. in l. qui bis idẽ ff. eod.
n l. cum quis. de sol.
o l. si quis seruo. de sol. l. si is, qui rem ij. §. Iulianus. de furt.
p l. serui & filij. ff. de furt.
q l. qui res. §. qui stipulatur. in fi. de sol. l. Iulianus. in prin. ff. eod.
r l. fin. ff. de iure delib.
s d. §. Iulianus. d. l. si quis seruo.
t l. rogasti. §. si. si cer. pet.
u l j. §. pen. ff. tit. ij.
x l hæc uerba. de uer. si. gl stip. ista. §. eum, qui ita. ff. eod. ubi dixi.
y l. Stichum. §. quæsitum. de sol. Imo. l. Caius sol mat.
z l. pater cũ filiæ. de pac. dot.
a Bar. l. licet. Imperator. de leg. j.
b l. ij. § j. sol. mat. vbi dixi.
c gl. l. vxorẽ. §. testa. de leg. ij. Bar. l. post dotẽ. quęst. iij. sol. mat.
d l. Caius. sol. mat.
e l. j §. acced. C. de rei vxor. act.



Quòd si soli filio suo[a], qui in potestate sua sit, dari quis stipulatus sit, non rectè filio suo soluetur: quia filij persona obligationi magis, quã solutioni applicatur.

nationis nullum ius habeat, ni rei interventu, id
est, postquam debitor ei soluerit[a], tamen hoc nõ
procedit in muliere, cui lex interpretatur statim
esse donatum: & ideo non solutioni tantùm, sed
obligationi quoque adiecta censetur. Nec refert
prædicto in casu,
an psona mulieris
præcesserit, an sub-
sequatur stipulato-
ris nomẽ[b], quicqd
hîc sentiat Bar. quẽ
arbitror rectiùs ali-
bi sensisse, cũ cẽsuit
vtroq; casu mulie-
rẽ obligationi esse
adiectam. subest e-
nim semper eadem
ratio[c], tametsi alij
quoq; hac in re di-
uersi fuerint[d]. Verùm in ambiguis pro dote sa-
tius est respondere. Sed videretur nunquam cen
10 seri aliquem solutioni adiectum. quia † qui co-
pulatiuè nominatus est, adiectus non censetur,
sed ad dimidiam vocatur[e], & alternatiua inter
personas vim cõiunctæ ex lege Iustiniani habet,
si de earum personarum lucro tractatur[f]. Sed
11 respondendum est, Iustiniani † legem hoc san-
xisse in casibus, quibus iure veteri propter incer-
titudinem dispositio reddebatur invtilis. quod
non erat in nostro casu, cùm respectu stipulato-
ris esset omnino vtilis, respectu adiecti prodes-
set ad solutionem. Vnde infertur, si communis
seruus illi, aut illi dominis suis sit stipulatus, va-
lere stipulationem tanquam coniunctim stipu-
12 latus sit, cùm † tamen iure veteri τὸ ἰσάζον, id est
ambiguitas ex æqualitate proveniens, vitiaret
stipulationem[g]: sicque, excepto Saliceto, cæ-
teri Interpretes tradiderunt. Ego Saliceti sen-
13 tentiam sequor: quia † cùm ea constitutio ex no
uissimis quinquaginta Iustiniani non sit, non
possumus dicere, legem Digestorum correctam
ab ea esse[h], maximè cùm Iustinianus se ita deci-
dere pręfatus sit, vt magnas Veterum altercatio-
nes tolleret. at hoc in casu nulla erat controver-
sia, Cassijque & Iuliani sententiam omnes pro-
babant, eoq; iure vtebantur, ne scilicet in stipu-
lationibus à vi verborum recedamus.
a QVOD SI SOLI FILIO.[a] ¶ Cùm † ergo
14 pater dari filio tãtùm stipulatur, filij nomen ob-
ligationi adiectum censetur, vt scilicet pater eã
obligationem sibi ex persona filij acquirat. qno
casu statim in patrem transit[i]: ideo ius nullum
in filio residet, quo recipere solutionem possit.
At quando solutioni adiectus est filius, secus est.
illa enim facultas, vt ei solui possit, facti est[k], nec
in patrem transit[l]: meritò debitor ei soluens li-
beratur. Adnotandum ergo est, filio obligationi
adiecto solui non posse. Quod intelligendum, si
contractus à patre celebratus sit:
I. Aliàs si ipse filius contraxerit, ei quoque sol-
II. ui poterit[m]. Nam † & videmus idem in ser
15 uo esse, qui si ipse contraxit, solutionem reci-
piendo debitorem liberat[n], dum tamen debi-
III. tor nullam causam supervenisse crediderit, cur
dominus ei solui nolit[o]. Idem quoque in
monacho receptum esse constat. in casibus e-
nim, quibus ex monachi contractu quæsitum
est cœnobitis ius aliquod, si ei soluatur, libera-
IIII. tur debitor. quod Bart. hîc tradit, & sequuntur
16 cæteri. Sed † & in procuratore ad contrahen-

a d. l. Julianus. in princ. ff. eod. vbi Doct.
b ar. d. l. j. §. pen.
c Paul. Alex. Ias. hic, Bald. Paul. Roma. d. l. Caius.
d Din. Bart. h. c Din. Imo. Alex. d. l. Caius. Bal. l. fin. C. com. vtri. iud.
e l. si mihi & Titio. ff. eod.
f l. cũ quidam. C. de ver. sig.
g l. itẽ si seruus. §. fi. cum legib. seq. ff. tit. ij.
h l. j. §. postea. de emendat. Cod.
i l. placet. de acq. hæred.
K l. cum quis. ff. eod.
l Arg. l. fin. in princ. ff. eod.
m l. si vnus. in princ. de pac.
n l. quod seruus l. si quis seruo. de solut.
o l. quod seruus depos.



L. 56. Eum, qui ita stipulatur.

¶ Qui ita[b] stipulatur, DECEM, QVOAD VIVAM, DA-
A RI SPONDES? cõfestim decẽ rectè dari petit: sed hęres eius exceptione pacti conventi submouendus est. nam stipu-

dum idem traditum extat. qui enim mandat, vt
quis contrahat, illud quoque sequela quadam
mandasse censetur, vt solutionem recipiat[p], ni-
si tamen taxatiua expressim addita sit[q], vel e-
tiam ex aliquibus cõiecturis tacitè colligatur[r],
vel si antequàm so-
lutio facta sit, eum
revocatũ fuisse pro
ponatur[s]. cùm e-
nim rati cautionẽ
præstare debeat, si
petita fuerit[t], ap-
paret inuito domi-
no solui ei nõ pos-
se, nisi tamen non
solius domini, sed
etiam debitoris cõ
templatione procu
rator constitutus
B sit[u], sicvt & in adiecto dicimus[x]. quod hîc
latiùs Iason attingit. Sed quid in negotiorum V.
gestore? & constat ei quoque solui posse, quod
suo ex contractu absentis nomine acquisiuit[y].
Et hæc quidem in vera solutione procedunt: in
acceptilatione autem, aut nouatione, secus es-
set[z], cùm huiusmodi fictæ solutiones, aut vim
donationis habeant[a], aut præter verisimilem
principalis intentionem celebrarentur[b]. qua de
re alibi.

C 1 *Non die, sed exceptione tolluntur obligationes. interdum contrà. 7, 9.*
2 *Obligatio iuris vinculum est.*
4 *Contractus & vltimæ voluntatis convenientia.*
8 *Ius officio iudicis debitum, tollitur die.*
14 *Dictionis Quoad vsus.*
16 *Promißio, Quoad viuam, quando obliget. 17.*
23 *Actor interdum per iudicem repellitur.*

§. QVI ITA[b]. ¶ Cùm † obligationes perso- b
D nales regulariter natura sua sint perpetuæ, non 1
possunt adiectione diei ipso iure extingui, sed so
la exceptionis æquitate[c]. cùm enim ceu stigma
quoddam personæ ipsi adhæreãt, separari ab ea,
nisi certis modis à lege inventis possunt[d], quia
† cùm iuris vinculum sit obligatio, non nisi con- 2
trario iure dissolui potest[e], & ideo sola conven-
tio partium illud non dissolueret, nisi quatenus
secundum modos à iure ipso approbatos inter-
veniret[f]. Propter æquitatem tamen naturalem,
E quæ ex cõnsensu oritur, exceptio competit. Pro- I.
ceditque conclusio ista non solùm, si post abso-
lutum cõtractum ex intervallo dies sit pacto ad-
iectus, sed etiam si in ipso cõtractu de eo cautum
sit. quãvis † enim pacta incõtinenti celebrata cõ-
tractibus insint[g], non tamẽ supra vires contrahẽ 3
tium operãtur, vt ideo naturã obligationis ipso
iure extinguant. Rursus procedit, etiam si non II.
adverbio finiti tẽporis, quale est *Donec, Quousq;,*
*Quãdiu, Vsque ad,* vsus sit aliquis, sed prępositione
F *In*, quæ accusatiuo iuncta, pro *Vsq;*, accipitur[h]: vt
*Promitto in calendas*, id est, vsq; ad calẽdas. quamvis
in textu nostro antiqui codices expressim scri-
ptum habeant, Vsque ad calendas Ianuarias, &c.
Itemq; procedit nõ solùm, cùm obligatio per- III.
sonalis separata est, sed etiã si à iure in re prove-
niat[i], vt cùm quis seruitutem ad tempus consti-
tuit. tenetur enim personaliter sinere & pati vici
num suum ire & agere[k]. quod tamẽ an in legato
seruitutis, sicvt in contractu procedat, Bart. alibi
disputat[l]. Sed † quicquid hac in re sit, cõstituẽda 4

§. Qui ita.
p d. l. quod seruus.
q l. j. §. igitur prę posito. de exercit.
r d. l. filius paciscẽdo. C. de pact. & l. rogasti. in fi. si cert. pet.
dem dici poſſunt, ſed lata ſignificatione [n]. Vnde — n l. naue. §. de euict.
tigna, trabes, claui, materia, tali caſu non ſat
propriè pars domus dicuntur [o]. Sic † qui domi- 17
nium & commoditatem vtendi fruendi habet, — o gl. l. ſcire pluraeo. tit. l. eum qui. de vſucap.
propriè fundum habet [p]. at vſusfructus ille ſe-
paratim propriè pars fundi non eſt [q]. Eadem- — p l. ſi alij. de vſuf. leg. l. cum filius. §. dominus l. Mæuius. §. fundo de leg. ij.
que ratione, qui actum habet, propriè com-
moditatem itineris habet: iterque quod ad com
moditatem attinet, pars eſt actus [r]: ſeparatum
verò non niſi impropriè loco partis habetur: i-
mò iter quid diuerſum ab actu eſt [s]. Aliud † eſt 18
corpus, quod collectiuum dicitur, nempe cor-
pora plura vni nomini ſubiecta, vt populus, le-
gio, grex, chorus, familia. huius † partes quo- 19
ta diſtinctione propriè dicuntur, ſingulari non — q l. & per iuſiurandum. §. illud certum. de acceptil.
dicuntur. vnde dimidia, tertia, quarta, pars
gregis propriè pars eſt: ouis alba, vel nigra pro-
priè non eſt [t]. idque non ſolùm in vniuerſitate — r d. l. & per iuſiurandum. §. j.
facti eſt, ſed etiam iuris, qualis eſt hæreditas. res
enim particulares propriè pars hęreditatis non — s d. l. ſi pupillus. §. ſi. gl. l. ſi iure. § ſi quis inter. de excep. rei iud.
D ſunt [u]. Idemque in vniuerſitate mixta tam iuris,
quàm facti. vnde aliud eſt peculiũm, aliud res,
quæ particulariter ſunt in peculio [x]. Quando- — t l. j. in fin. de rei vend.
que tamen ex præſumpta teſtatoris mente in — u l hæreditas. in prin. de pet. hęr. Bar. l. j. ſi fi. §. eo.
modica vniuerſitate lex aliter interpretatur [y],
quod alibi declaraui. Ad † hanc ſpeciem perti- 20
net & nomen generis, quale eſt animal, cuius — x l. proinde. de Edil. edic. l. ſi peculium ſeruo. de pec. leg.
partes propriè ſunt, quę ſpeciebus conſiſtunt, vt
homo, equus, bos, & ſimilia. genus enim pro-
priè de ſpeciebus ſuis prædicatur [z]. ſingularia — y l. ſi chorus. de leg. iij.
E verò non tam generis, quàm ſpeciei partes ſunt,
vt Stichus, Eros, Titius & ſimilia [a]. Iuriſcon- — z Bal. l. ij. C. de iur. aur. an.
ſulti tamen noſtri non adeò ſcrupuloſè locuti
plerunque ſunt, & generis nomine ſpecies deſi- — a Bar. l. quęſitũ. §. fi. de fund. inſtru.
gnant [b]: ſicvt quæ indiuidua dialecticis ſunt, i-
pſis ſpecies quandoque dicuntur [c]. quo loquen — b l. iij. §. genera. de acq. poſſeſ.
di modo & Cicero, & Fabius, & cæteri Veteres — c l. ſi peculiũ. de manumiſ. teſt.
vſi ſunt. Huc quoque pertinent nomina nume-
ralia, in † quibus cõſtat minorem numerum pro 21
priè maioris partem eſſe, vt quinq;, pars ſunt x. — d l. j. §. ſi ſtipulanti. §. eod.
F idque propriè. ſemper enim inſunt [d]. vnde Bart. — e l. malum. de verb. ſig.
ad ſecundam ſectionem (quam integralem vo-
cat) magis cenſuit pertinere. Hincque apparet,
integralem partem, cùm ſolido cohæreat, pro
priè partem eſſe [e]. Sed & quotam, itemque e-
lementalem, (quam ſubiectiuam quoq; vocant)
propriè partem eſſe, ſicvt & numeralem: reli-
quas non eſſe. Quæ res breuius ex Ariſtotele ſic
explicari poteſt, vt partes ὁμογενεῖς propriè partes
ſint, ἑτερογενεῖς ſeparati generis, ſeu alterius formę,
non ſint.

NISI



**Item ſi quis fructum, deinde vſum ſtipulatus fuerit, nihil agit, niſi in omnibus [a] nouandi animo hoc facere ſpecialiter expreſſerit. tunc enim priore obligatione expirante, ex ſecunda introducitur petitio: & tam iter, quàm vſus, nec non quinque exigi poſſunt.**

a NISI IN OMNIBVS [a] ¶ Sed † cur in dubio
22 nõ interpretamur nouationem factam, cùm hoc
a l. quoties. j. eo. — modo ſequens ſtipulatio valeat [a], & fiat interpre
b d. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. — tatio contra ſtipulatorem [b]? idq; pro regula, vt quod
minimum eſt, debeatur [c]? An quia, cùm conſtet
c l. ſemper. j. de reg. iur. — primam valere, am
plioremq; eſſe, non
eſt ratio, vt pro ſe-
cundæ valore ſen-
tiamus, prioremq;
peremptam creda-
mus? cùm veriſimi-
le nõ ſit, ſtipulato-
rem ius ſibi ex pri-
ma quæſitum vo-
d l. cum de indebito. de probat. — luiſſe remittere [d].
quod Iac. Petrus, &
Alber. tradiderunt.
Sed cur potiùs non
interpretamur, v-
trãq; valere, vt ſci-
licet ſequens ſtipu-
latio de alio itinere, deque alio vſu intelligatur,
quàm quæ vel in actu, vel in fructu inſint? quor-
ſum enim de commoditate potiùs adverſus vo-
cis proprietatem intelligemus, quàm de vera ſer
e l. j. de ſer. ruſt. præd. — uitute [e]. An, quia nõ facilè credimus, voluiſſe pro-
f l. Titia. §. qui in vita de leg. ij. — miſſorẽ duplici ſe obligatione onerare [f]? ideoq;
nec multiplicationem actuum præſumemus [g]?
g l. omnium. C. de teſtamen. — Sed cur, vt actus quoque ſequens valeat, non in- C
h d. l. non vtiq;. de eo, quod cer. loco. — terpretamur datam potiùs ſtipulatori electionẽ,
ex vtra velit, experiẽdi [h]? an, quia nulla eſt diſiun
cta, quæ videri poſsit tribuere electionem, inter-
pretatioque hæc inanis eſſet? cùm veriſimile ſit,
ſtipulatorem id, quod plus eſt, petiturũ, cùm o-
i arg. l. ſi ita. j. §. eod. — mni caſu in eo inſit, quod eſt minus [i]: & ſi mino-
ri velit eſſe contentus, id poſsit, etiam electa am
K l. ij. verbo, de minore. C. de tranſact. — pliore ſumma [k]. Et hæc quidem quantum ad le-
gis noſtræ interpretationem attinet, ſufficiant.
Quę enim hîc Alex. de liberatione inculcat, quę D
non nouatione, ſed campſoris delegatione, vel
nominis in ſolutũ datione fit, à propoſito argu-
l l. ſingularia. ſi cer. pet. — mento ſat aliena ſunt, & à nobis alibi diffusè tra
ctata [l].

LEX LIX.

1 *Solutio die obligationis veniente, fienda: eiusq; ratio.*
3 *Regulariter aliud pro alio ſolui nequit: interdum ſic.* 4.
9 *Lapſus diei conſtituit in mora: item conditionis eventus.* 10.
11 *Moræ & obligationis concurſus.* E

IVLIANVS *libro* 88. *Digeſtorum.*

LEX LIX.

**QVoties in diẽ, [b] vel ſub conditione oleum quis ſtipulatur, eius æſtimationem eo tempore ſpectare oportet, quo dies obligationis venit.**

a QVOTIES IN DIEM [a]. ¶ Quod
1 † in diem tacitum, vel expreſſum,
itemque ſub conditione debetur,
eo tempore præſtandum eſt, quo
obligationis dies venit, id eſt (vt
Bart. interpretatur) tempore moræ. Sed quæ eſt
ratio? videretur enim in moratoris culpam res
m l. in re furt. l. pen. rer amot. — æſtimanda, quanti plurimi à mora vſque ad reſti
tutionem valuit [m]: vel potiùs nunquam æſtiman
n l. vbi. in fin. j. eod. — da, cùm qui dare debet, præciſè cogendus ſit [n]: F
nec ęſtimatio recipiẽda, nec aliud pro alio, id eſt
o l. ij. §. j. ſi cer. pet. ubi Bar. q. ij. — pecunia pro oleo, inuito ſtipulatore ſoluatur [o].
2 Sed † reſpondent Doctores, quod hîc dicitur ſpe
ctari tempus moræ, intelligendum, quando ab
p Bar. l. vinum. verſic. non obſtat, quod dicitur. ff. ſi cert. pet. — ea die æſtimatio nõ creuit, ſed potiùs res eviluit.
vnde & ad æſtimationem recurrimus. quoniam
quamvis res præſtaretur, iam vilioris pretij eſ-
ſet [p], ſicq; noſtrates diuinant, legemque noſtram
3 interpretationis colore violãt. Ego † eum, qui ad
dandũ teneatur, crediderim pręciſè teneri, cùm L. 59.
certam ſpeciem promiſit, quoniam in ea proba- Quoties
bilis eſt affectio [q]. Idem, ſi genus promiſit in con in diem.
tractu venditionis. natura enim cõtractus arguit — q d. l. vbi. §. fin.
id actum, vt pro pretio non pretium, ſed res tra- — r l ex empto. vbi Bart. de act. emp. l. iij. §. fin. eod. tit.
datur [r]. Adverſus
quoq; furẽ, vel eũ,
qui ſit in vero dolo,
idem dicẽdum eſt,
idque in delicti ſui
pœnã [s]. Meritò er- — s d. l. in re furtiua.
go iſtis caſibus cre-
ſcet æſtimatio, niſi
rem ipſam præſtet.
At, his exceptis, e-
go † in Ioannis ſen 4
tentiam tranſierim,
qui pecuniã ſolui
pro vino, oleoq;, id-
que genus merci-
bus poſſe cenſuit [t], — t d. §. j.
idq; non legis no-
ſtræ duntaxat argumento, ſed aliarum, quæ a-
liàs expreſsim violarentur [u]: ſequiturq; hanc ſen — u d. l. vinum l. fi. de tritic. d. l. cum quis.
tentiam Iacobus Arençus, ſecundũ quam & Ac-
curſij concluſio, quam cęteri reprobant, defendi
poteſt, qua cenſuit in obligatione generis diffi-
cultatis prętextu excuſari debitorem [x]. Poteſt & — x gl. d. l. fin. de tritic.
Caſtrenſis defendi ſententia, qua exiſtimauit, ſi
reus iuſtã litigãdi cauſam habeat, nec in litis qui — y Paul. d. l. vinum.
C dem cõteſtatione morã commiti [y]. Poteſt et Iaſ.
qui moram ex diei eventu adverſus hęredẽ com
mitti negauit [z], vt procedãt hæc omnia reſpectu — z Iaſ. d. l. vinũ.
rei præciſè dandę. poterit enim propter allegatã — a arg. l. illud. de pet. hær. l. ij. §. item. de reb. cor. l. ſi ſeruus. de euict. §. j. Inſt. de offi. iud.
difficultatem, propterq; iuſtam ignorantiæ cau
ſam excuſari debitor, dum tamẽ ęſtimationẽ ſol
uat [a]. Cùm ergo lex noſtra in his caſibus loqua-
tur, quibus condemnatio quidem ad dãdum o-
leum fit [b], ſed per iudicẽ, id eſt iudicis officio, in — b l. ſi ſeruum. in fin. j. eod.
D executione ad æſtimationẽ reus compellitur [c], — c d. l. vinum. l. ſi intra. de re. iud.
ſatis eſt, ſi eam æſtimationẽ ſoluat, quę tempore
moræ fuit [d]. Cùm † enim præciſè cogi non po- 5
tuerit, non fuit ratio, cur æſtimatio rei creſceret. — d l. hominem. mand.
Nam & videmus idẽ in obligationibus faciendi
eſſe, quę quia præciſè debitorẽ non arctãt, ad id,
quod intereſt, committuntur, eo tempore perpẽ — e l. ſi calendis. §. de re iud. l. ſi inſulam. j. eod.
ſo quo dies venit, vel quo nouiſsimè fieri potuit,
id eſt litis conteſtatæ, ſi dies adiecta non ſit [e]. I.
Sed † cur, ſi fideiuſſor pro eo promiſerit, quò 6
E merces in diem debeat, non ad tempus illud, ſed
ad contractus diem attendemus? vt ex Africani
reſponſo conſtat [f], quod miris modis iſti inver- — f d. l. cum quis. §. tit. j.
tunt, vt id aiat, quod Africanus manifeſtò nega-
uit. & putarim rationẽ eſſe, quia cùm ſoluendo
ęſtimationem (vt ſuprà dixi) liberetur fideiuſſor,
ea ad tempus contractus duntaxat referri debet,
quoniã augmentum id æſtimationis ſolùm iudi — g l. centum. §. nec oportebit. de eo, quod cert. loc.
cis officio inducitur. at fideiuſſor acceptus in ſtri
cti iuris contractibus, eius ratione acceptus non
intelligitur, quod tali officio debetur [g], vt † ſicvt 7
ex mora rei propter locum non augetur appro-
miſſoris obligatio, ita nec propter diem. apparet
enim hîc, hæc æquiparari. inibitur ergo æſtima-
tio ſecundum contractus diem, tanquam de eo
tempore potiùs actum ſit [h]. quod Albert. hîc tra- — h d. l hominẽ.
dit, & ego aliàs quoque prodidi. Sed † quid iuris II.
erit, cùm æſtimatio ſolui non poteſt, verùm pręſ- 8
ciſè res pręſtanda eſt? & conſtat eatenus regulæ
legis noſtræ locum eſſe, vt æſtimationẽ ſecundũ
diem moræ attendamus, ſed quæ tamen adviq;
ſenten-

ſententiæ tempus poſsit creſcere[a]. Sed hæc ſatis
legi noſtræ interpretãdę ſint. latior enim eſt hic
vniuerſus tractatus, qui alibi à me diffusè diſpu-
tatus eſt[b], quàm vt hîc iterum recenſendũ credã.
a PETI POTEST[a]. ¶ Cùm † ab eo, qui ſciat ſe
9 debere, peti antè
nõ poſsit, quàm ſit
mora[c], apparet hîc
lapſu diei debitorẽ
in mora conſtitui.

tunc enim ab eo peti poteſt[d]: alioquin aliàs rei captio erit.

quod omnes fatentur[d], ſiue dies expreſſa ſit, ſiue
tacitè legis diſpoſitione intelligatur, vt in eo, q
certo loco dare debet. ineſt enim dies, quatenus
ad eum locũ commodè perveniri poſsit[e]. Hinc
10 conſequens videtur, vt † idem dicamus in eventu
conditionis, vt in mora debitorem ita cõſtituat,
ſicvt & diei. videmus enim hîc omnes hos caſus
æquiparari. Suadet & hoc ratio. ſicvt enim eſt,
quod debitori imputetur, qui diem non prævi-
derit, & ad ſoluendum ſe præparauerit, ita & ei B
videtur imputandum, qui non pręviderit condi-
tionem poſſe evenire. cur enim ſe arctauit[f]? cur
in vtrunq; caſum non fuit paratus[g]? turpe eſt pru
11 denti viro dicere, Non putâram. Et † quamvis lex
eodem tempore obligari quenquam, in moraq;
conſtitui non permittat[h], hoc verum eſt in obli-
gatione pura, quam prævidere promiſſor nõ po
tuit. in conditionali certè eadem non eſt ratio,
cùm veriſimiliter cogitare debuerit cõditionem
12 eventuram[i]. nam & quod dicitur, puri † & puri- C
ficati idem eſſe iudicium[k], non procedit, quo-
ties diuerſa ratio inter hos caſus diuerſum ius
induceret[l]. probaturque hæc ſententia & Pauli
13 reſponſo, quo traditur, eum, qui † promiſit pre-
tium, ſi ager evinceretur, eveniente conditione
ad vſuras abſq; alia interpellatione teneri[m]. qđ
indicat ex eventu cõditionis inductam moram,
non, vt Bar. ait, re ipſa, tanquam venditor & rem
& pretium habeat[n]. atqui venditor pretiũ dun-
taxat habet, rem verò alius ab emptore evicit. D
hancque ſententiam Accur. non vno in loco pro
bat[o], ſequiturque Gulielmus Cunius, Pet. alijq;
Gallici doctores, Raphaelq; hîc, & Alex. Quam
cõcluſionem & ego quibuſdam caſibus ſequor.
I. Et † in primis, cùm poſt eventum conditionis
14 modicum tempus lapſum eſt. tunc enim fatetur
Iaſ. etiam citra interpellationẽ moram commit-
ti. quod & Bal. cenſuit[p], verumque eſt, dum ta-
men ſcientia ipſius promiſſoris probetur: aliàs
enim ꝓpter ignorantiã videretur excuſandus[q]. E
II. Sed † & quoties ſtipulatio à conditione nega-
15 tiua incipit, quæ in poteſtate promiſſoris conſi-
ſtat, eventus conditionis in mora ſtatim conſti-
tuit. hocq; in caſu omnes conſentiunt[r]. potuit
enim promiſſor pręvidere cõditionis euentum,
cùm in eius poteſtate eſſet. Vnde ex facto reſpon
dit Bart.[s], ſi teſtator hæredem priuauerit, ſi lega-
ta non ſoluerit, iſque antè quàm ſolueret, ſi mor
tuus, quia conditio evenit, confeſtim committit
pœnam, tametſi nunquam fuerit facta interpel- F
III. latio. Sed † & quoties eventus conditionis ve-
16 riſimiliter prævideri potuit, putarim ego debi-
torem in mora conſtitui, vt cùm teſtator iuſsit
de fructibus futuri anni aliquid dari, legatum id
conditionale quidem eſt, & tamen eventus fru-
ctuum in mora hęredem cõſtituit. quod Accur.
tradit[t], quem aliqui Veteres ſecuti ſunt, licet
Bart. præter auctoris mentem aliter intelligat.
probaturque hæc ſententia ex eo quoque, quod
communiter receptum eſt, ſi quis promittat ſe

a l. ſi ſterilis. §. cum per vend. de act. emp.
b d. l. vinum.
c §. fin. Inſt. de inút. ſtipul.
d l. magnam. C. eo. l. ad diẽ. ꝟ. eo.
e l. ſi ita. ij. ꝟ. eo.
f l. ij. §. ſi quis tamẽ. ſi quis caut.
g l. qui cõmeatus. de re mil. ... pen. ꝟ. de iur. dot.
h l. quod dicimus. de ſol. l. promiſſor. §. j. de conſt. pec.
i l. ſi quis locuples. de man. teſt.
k l. fin. §. ſi. de vulg.
l l. fin. in fin. vbi Aret. ij. not. ꝟ. eod.
m l. euictis. de vſuris.
n l. curabit C. act. emp.
o gl. l. Paulus. §. ſi l. cum quidã §. ex locato. l. euictis. de vſur. & l. ſi ex locati. ꝟ. eod.
p gl. l. Aemilius de minor. Bald. l. & ſi poſt tres. q. ij. ſi quis caut.
q l. quod te. ſi cert. pet.
r l. ita ſtipulatus. verbo, agendum. in gl. ꝟ. eo.
s Bart. conſil. xxix. proponit.
t gl. j. de pen. leg. ver. mente. vbi Iac. Oldra. Rai.

factурum, quòd Titius ratum habebit, cùm legi-
timæ ætatis erit, confeſtim cùm legitimæ ætatis
eſt, eum in mora conſtitui[u]: quamvis hæc pro-
miſsio & conditionẽ & incertam diem habeat.
quod & receptius eſt, alibique eſt à me tracta-
tum[x]. quamvis e-
nim dies incertus
ſit, ſi tamen prævi-
dere debitor illum
A potuit, conſtat diei
lapſu nihilo minùs debitorem in mora conſti-
tui[y]. ergo idem & in conditione dicendum, quę 17
† diei incerto comparatur[z], vt rectè hîc Alex. ait,
cuius verba Iaſ. malè interpretatur, vt repræhen
dat. Quid † ergo, ſi eventus conditionis veriſi- I.
militer præuideri non potuit, vt quia momenta- 18
neus eſſet, & non veriſimilis? & tali caſu contra-
riam ſententiam, quę Bartoli fuit hîc, ſequerer, vt
ex eventu ipſo non conſtituatur quis in mora[a]:
B ſicque intelligendos eos arbitror, qui turmatim
cum Bartolo ſentiunt, quoſque hîc Iaſon diffusè
recenſet. Idemque defendi poteſt in legatis an- II.
nuis, quæ † poſt primum annum conditionalia 19
cenſentur. non enim imputandum hæredi eſt,
qui meritò incertus eſt, an legatarius eo tempo-
re viuat, ſicque tale legatum perierit[b]. ſatis ergo
erit, ſi poſt aliquod intervallũ mora inducatur,
& eo tempore, quo petierit, idque propter ali-
mentorum naturam, quæ † à principio petenti 20
C exhibenda ſunt[c]. Fuere tamen, qui ſentirent,
tum quoque eventu conditionis induci morã[d],
quoniam lex, quam Bartol. pro ſententia ſua ad-
ducit, nihil obſtat. quamvis enim purgationem
moræ admitti vſque ad litis conteſtationem di-
cat, non tamen in legato conditionali loquitur,
ſed in puro, cùm ſemel penus legata eſt. quod
Raph. Alex. Iaſ. tradiderunt, ſed ego priorem ſen
tentiam magis probo[e]. Sed † & in conditio- III.
ne, quæ tacitè ineſt, quæque aliud, quàm rem i- 21
D pſam debitam reſpicit, non eſt dubitãdum eius
eventum moram nõ inducere. Vnde cùm hæres
inſtitutus ad legatum teneatur ſub conditione,
ſi adiuerit hæreditatẽ[f], eius conditionis even-
tus non ideo facit, vt ſit in mora[g]. ea enim con-
ditio principaliter repræſentationem teſtatoris
reſpicit, vt ita demum repræſentet, ſi adiuerit.
poſtquam ergo adiuit, eum repræſentat, vt ſcili-
cet teneatur: ſicut & teſtator ad debita ſua tene-
tur, id eſt interpellatus. Addunt Caſt. Alexan- IIII.
E & Iaſ. ſi † ſtipulatio à diſpoſitione incipiat, quã- 22
vis conditio poteſtatiua ſit, adhuc moram even-
tu conditionis non induci[h]: vt, *Promittis Stichum? ſi Stichum non dederis, promittis Pamphilum?* quamvis
enim cõditio evenerit, vt quia Stichum dare nõ
poſsis, tamen mora in Pamphilo non commit-
titur, niſi poſt interpellationem. Sed hoc fortè
procedit, quia conditio in contrarium caſum re
gitur, vt ita demum Pamphilus debeatur, ſi reſpe
ctu Stichi mora facta ſit. at reſpectu Stichi, qui in
F diſpoſitione eſt, dubium non eſt ſtãdum eſſe re
gulæ, vt interpellatio neceſſaria ſit[i]: reſpectu ve-
rò Pamphili fortè verius eſt aliam interpellatio-
nem non requiri. quod Accurſ. ſenſit, & nos lo-
co ſuo attingemus[k].

LEX. LX.

1 *Temporis expreſsi & taciti æſtimatio ſpectanda.*
2 *Solutio ad æſtimationem loci dirigenda: & quid in mẽſura. 5.*
6 *In moneta locus ſolutionis ſpectatur.*
8 *Mora tam ex tacito, quàm expreſſo die committitur.*

Idem

u c. j. §. ad hæc. in ſi. l. ſi. lex in vſi. feud. Alex. conſi. ij. in j. & l. quod te. ſi cert. pet.
x l. ſi ita. ij. ꝟ. eo.
y d. l. verſ. niſi forte. Bart. d. l. ſi inſulam v. oppoſ. in ſin.
z l. dies. de cõd. & demonſt.
a arg. l. magnã. verbo, certo die. C. de contra. & commit. ſtipul.
b l. iiij. de an le.
c l. cum hi. uerb. minutatim. de tranſact.
d arg. l. libertis. quos. §. j. de alim. lẽ. leg.
e arg. l. cum vonus. §. j. de alim. leg.
f l. ij. de leg. j.
g l. ſi ex legati. ꝟ. eod.
h Paul. Alex. Iaſ. et alij. d. l. ita ſtipulatus.
i d. l. ſi ex legati.
k d. l. ita ſtipulatus. in gl. j. in ſi. & in gl. verb. agendum.



a IDEM ERIT[a]. ¶ Sicut † ęſtimatio
1 ſecũdum tẽpus expreſſum in ſtipu-
lationeſpectatur, vt ſuprà vidimus,
ita & ſecundũ diẽ, quæ tacitè ineſt.
qui. n. certo loco daturũ ſe promit-
tit tacitè talem diẽ
adiicere cenſetur,
qua illò peruenire
I. poſsit[a]. Qui † igi-
2 tur oleũ Romæ da-
turum ſe ſpopõde-
rit, æſtimationem
eius præſtabit, qua-
lis in foro Romano
fuit ea die, qua illuc
peruenire potuit[b].
Nec dubitandum
eſt, quin id verũ ſit,
ſi Romæ litigetur[c].
Sed quid, ſi alibi,
purà in foro rei, qui
Romã accedere no

VLPIANVS *libro 20. ad Edictum.*

LEX LX.

Idem erit,[a] & ſi Capuę certũ olei pondus dari quis ſtipulatus ſit. Nã eius temporis ſit æſtimatio, cùm peti poteſt. Peti autẽ poteſt, quo primùm in locum perveniri poterit.

luit? & puto adhuc legi noſtræ eſſe locũ, quę ge-
neraliter loquitur. fiet ergo tũ quoq; æſtimatio
nõ ſecundũ iudicij, ſed ſecũdũ deſtinatę ſolutio-
nis locũ[d], licet ſecus ſit, cùm locus nullus, quo
II. ſolui deberet, expreſſus fuiſſet. Quid † ergo, ſi
3 quis Romæ, Neapoli, Venetiis, vel vbicunq; cre-
ditor voluerit, daturũ ſe ſpoponderit? & ab Ale-
xandro reſpõſum extat, ſecũdum locum, quem C
elegerit ſtipulator, ęſtimationẽ iniri: non tamen
debitorem priùs in mora eſſe, quàm facta ſit ele-
III. ctio[e], quę ſententia probabilis eſt. Sed † quid ſi
4 quis hîc olei Venafrani amphoras decẽ tibi pro-
mittat, an tenebitur Venafri ſoluere? & teneri ibi
ſoluere Fulg. Alexanderque cenſuerunt, eiuſque
loci æſtimationem ineundam, idq; legis noſtræ
argumento, tanquam promiſsio certæ ſpeciei
ſit[f]. Sed hanc ſententiam Picus & Decius rectè
improbant[g], quibus ego accedo, niſi cùm pro- D
IIII. miſſor ipſe domicilium Venafri haberet, & ideo
5 ibi convẽtus eſſet. Sed quod hîc de æſtimatio-
ne dicitur, an † & in mẽſura procedet? verbi gra-
tia ſextarius Græcus Latino amplior eſt: promi-
ſit Latinus Latino ſextarios cẽtum olei Athenis
dare, & Alber. Vetereſq; alij menſurã Athenien-
ſem obſeruandã cenſent[h], cõtrà Angelus, qui ad
locum contractus attendendum arbitratur[i]. E-
go eam menſuram attendi, de qua veriſimiliter
partes egerunt, ſcio[k]. in dubio tamen locum ſo E
lutionis attendendum arbitror, ſicut & in expen
ſarum damnorumq; æſtimatione attendimus[l].
Sed † quid in moneta reſpondebimus? verbi
V. gratia, promiſit Thuſcus operam profeſſoriam
6 Patauinis cccc. aureis: minoris autem æſtima-
tionis eſt Patauinus aureus, quàm Thuſcus. & vi-
detur ad locum ſolutionis attendendum eſſe le-
gis noſtræ argumento: tametſi ſint, qui diſſen-
tiant[m]. Putarim tamen ex iuſta ignorantiæ cau-
ſa poſſe quandoque reſtitutionem in integrum
VI. concedi, ſi manifeſta læſio arguatur[n]. Sed
7 † quid, ſi tempore ſolutionis mutata ſit moneta?
vt quia effecti aurei noua forma; & minoris pon
deris? & Iacobus, Dinus, Albericuſque hîc cen-
ſuerunt, tempus contractus attendendum[o], au-
rei enim, qui tempore ſolutionis in commercio
ſunt, alia res, quam qui promiſsi ſunt, videntur:
ideo aliud pro alio ſolui nõn poteſt. quæ ſenten
tia probabilis eſt, in qua tamẽ re amplius diſtin-
I. guẽdum eſt[p]. Enimverò adnotant hîc Docto-

a l. interdũ. ij. reſpon. ꝟ. eod.
b l. ij. in fin. de act. empt.
c Bar. Iaſ. l. ij. de eo, q̊d cer. loco.
d l. uinũ. ſi cert. pet.
e Alexan. conſ. xlv. in v.
f d. l. ij. §. fin. Fulg. Alex. d. l. uinum. in ſi.
g Bar. l. itẽ illa. in ſi. de cõſt. pec. Picus & Decius d. l. uinum.
h arg. l. ſi prædiũ. C. de prędmin. Alber. l. arbitrio. §. de eo. in ſi. de dolo.
i l. ſi fundus. de euict. Bar. l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. Ang. Mod. d. l. uinum.
k l. Imperatores. de contrah. empt.
l c. dilecti. de foro cõp. Hoſtieſ. in Sum. de emp. §. quibus. in fin.
m arg. d. l. ſemper in ſtipulationib. ubi Bart.
n Doct. Rub. extrà, de cõſuet. & not. ꝟ. l. cum filius. §. in hac.
o l. filiæ. in ſi. de cond. & dem. Alb. l. ij. C. de iur. emphyt.



res, ſicut † per expreſſum diem qui in mora con L. 61.
ſtituitur, ita etiam ex tacito. par enim eſt expreſ Stipula-
ſi tacitique virtus[q]. Imò quandoque dies tacita, tio hoc
qua auctoritate legis inducta eſt, plus, quàm ea, modo.
quę à contrahentibus expreſſa ſit, poteſt, edeò vt
non effectus moræ 8
ſimplicis tantũ, ſed
eius quoque, quæ
litis conteſtatione
contracta ſit, ha-
beat[r], nec mirum
eſt, plus legẽ poſſe,
quàm contrahẽtes
ipſi poſsint. Proce- II.
dit † ergo cõcluſio 9
non ſolùm in die,
quæ ex partium vo
lũtate præſumitur,
ſed etiam, quę legis
diſpoſitione indu-
citur. Imò † hæc po 10
tẽtius interpellat[ſ].

IVLIANVS *libro 2. ad Vrſeium Ferocem.*

LEX LXI.

A Stipulatio hoc modo[b] concepta, SI HÆREDEM ME NON FECERIS, TANTVM DARE SPONDES? invtilis eſt: B qa cõtra bonos mores eſt hęc ſtipulatio.

nam & talis dies, ſi pœna quoque adiecta ſit,
moræ purgationem iure noſtro impedit[t], licet
Pontificum humanitate aliud quandoque con-
ſtitutum reperiatur[u]. Sanè † & in tempore, III.
quod cauſa humanitatis conceſſum reo eſt, du- 11
bium non eſt regulæ eſſe locum[x], & ideo tunc
incipere vſuras currere[y]. quod hîc latiùs Iaſ. tra
C ctat. Addit Bart. ex † ſubintellecta, ſeu tacita IIII.
quoq; die debitorem in mora cõſtitui, quamuis 12
incerta ſit, dum tamẽ eo effectu ſubintelligatur,
vt promiſſa celeriùs adimpleantur[z]. cuius rei
exemplum eſt, cùm lex ſubaudit diem, cùm cre-
ditor petierit[a]. Perpetua tamen non eſt ſuprà
ſcripta concluſio. ſiquidem, vt dixi, cùm † dies 13
incerta eſt, quam ſcilicet debitor præuidere non
potuit, ea regulariter in mora neminem conſti-
tuit[b]. ſicut & quotieſcunque talis ſit incertitu-
D do, quæ natiuitatem obligationis, vel exercitiũ
actionis impediret, quod alibi Bart. declarat[c].
idemque, (vt ego arbitror) quoties lex ſolius de-
bitoris fauor diem ſubintelligeret, vt ſcilicet
commodiùs præſtari poſſet, vel alia ratione[d],
ne, quod in fauorem inductum eſt, vertatur in o-
dium[e].

LEX LXI.

1 *Explicata ratio invtilis ſtipulationis de hærede ſcribẽdo.*
3 *Hæreditas non transfertur pactis*
5 *Iuramento an conuentio futuræ hæreditatis firmetur.*
8 *Renuntiatio hæreditatis religione ſacramẽti roboratur.*
10 *Iuramento renuntians poteſt hæres ſcribi.*
13 *Donatio omnium bonorum non ſuſtinetur.*

STIPVLATIO HOC MODO[b]. b
¶ Stipulatio, vel pactio, qua quis
promittit aliquem hęredem inſti-
tuturum, non valet[f]. Vnde nec I.
promiſsio pœnalis, ſi non inſtitue-
F rit, tantum dari, valet, vt hîc dicitur: quia quod
purè prohibitum eſt, nec ſub cõditione quidem
fieri permittitur[g]. Nec refert, pœna damnũ in-
ferat, an amiſsionem lucri[h]: ſit de iure magna,
an modica: quod aliqui tradiderũt[h]. Sed † quæ- 1
nam eſt ratio, vt nullius momenti ſit hęc ſtipula-
tio? & hîc dicitur, quia contra bonos mores. ſed
conciſa nimis breuiſq; hęc eſt ratio. Vnde decla-
ratione indiget. An † ergo, quia libera debet eſſe
teſtatoris voluntas, nec pactionibus vllis adſtrin 2
gi? quod omnes hîc tradunt[i]. Sed hæc piſtilli

p l. cũ qd. ſi cert. pet. ubi dixi.
q d. l. cũ quid.
r l. ſi. §. præterea. uerſ. ſin aũt. C. de iur. dot. ubi Bal. & Salic.
ſ c. licet. canon. uerſ. abſque monitione. de elec. in vj.
t l. ij. C. de iur. emphyt.
u c. potuit. de loc.
x gl. l. ſi mora. ſol. mat.
y l. j. §. exactio. C. de rei uxor. act. Doct. l. promiſſor. §. j. de conſt. pec.
z Bart. d. l. ſi inſulam. v. oppoſ.
a l. qui Romę. §. Flauius. ꝟ. eod.
b d. §. Flauius.
c Bar. d. l. ita ſtipulatus. q. 2. uerſi. ſed iuxta hoc.
d arg. l. ſi cum præfinitione. ꝟ. quãdo dies. leg. l. mancipiorũ. de op. leg.
e Cin. Bald. l. ſi. §. j. C. de iur. dot.
f l. ex eo. de inutil. ſtip. C.
g l. Seius. ad leg. Fal.
h l. cũ donationis. C. de trãſact.
i Raph. Crot. hic.
k l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſi fratres. §. id. de reſpondit. j. pro ſoc.

retuſio eſt, revoluimurq́; eódem. cur enim magis
hæc debet eſſe libera, quàm cæteræ diſpoſitio-
nes, quæ quidem pactis reſtringi poſſunt? An er-
go, (quod durum viſum eſt) vt quis habeat, quem
nolit hæredem[a], incitarenturq́; homines ad pro-
digendũ, abſtendumq́;? ſed & materia captato-
ribus præſtaretur, vnde pleriq; fraudari poſſent.
An, quòd teſtandi facultas ex iure publico eſt, au
ctoritate legislatorum inducta, ideoq́; priuatorũ
II. pactis arctari non poteſt[b]? Quæ ratio ad ſequen- A
tem caſum magis pertinet. Nempe cùm quis
non facultatem teſtandi per promiſsionem te-
ſtamenti in futurum faciendi reſtringit, ſed in
præſentia pacta hæreditatem defert, vt cùm quis
paciſcitur, vt filia, vel agnatus ſibi ſuccedat, non
valet id pactum obuentionem bonorũ poſt mor
tem inducens[c]. quoniam lex, quæ ſpeciali fauo-
re permiſit, vt quis de bonis ſuis in eũ caſum diſ-
poneret, quo mortuus eſſet[d], ſtatuit etiam, qui-
bus modis id fieri vellet, per teſtamenta videli- B
cet, & codicillos, vnde repræſentari defuncti i-
pſius perſona poſſet. Qui igitur beneficio legis
vti velit, eius formã quoq; ſeruare debet, non † au
3 III. tem pactis hæreditatem transferre. quod Bar. re-
ſpondit, & cæteri probant[e]. Hinc † & ad tertiũ
4 caſum inferri poteſt, cùm quis non ipſe poteſta-
tem teſtãdi ſibi reſtringit, ſed aliis, quod in ſe eſt,
remittit: vt cùm filius hæredi patris viuentis re-
nuntiat. & lex ait, tale pactum iuris auctoritate
improbari[f], quia priuatorum pactiones legum
auctoritate non cenſentur[g]. defertur enim hęre- C
ditas iure publico, huiuſmodi pactionibus non
IIII. attentis[h]. Sed quid, cùm quis de viuentis hæ-
reditate cum alio paciſcitur? & hæc pactio pura,
puta contra bonos mores eſt[i], quoniam occaſio-
nem captandæ mortis dat, periculoſiq́; euentus
plena eſt, maleq́; lex de eo pręſumit, qui de viuẽ-
tis hæreditate ſit ſolicitus[k]. Meritò ergo omni-
5 bus iſtis caſibus nihil agitur. Sed † quid, ſi iura-
menti religio acceſſerit? & duobus caſibus res eſt
nullius difficultatis, quin iuramentũ nõ valeat. D
Nempe † cùm de viuẽtis hæreditate quis cum
I. 6 alio pactus eſt. delinquit enim, bonaq́; per fiſcũ
auferuntur, tanquam ab indigno[l]. at iuramentũ
nec ius fiſci tollere poteſt, nec delicta confirma-
II. re[m]. Idemq́; eſt, cùm pactum obuentionem bo
norum poſt mortem inducit[n]. cùm enim aliis
modis teſtari quis nequeat, quàm ſecundum le-
gis diſpoſitionem, iuramentum rem impoſsibi-
7 lem non confirmat[o]. Magis † dubium eſt, quid
in caſu legis noſtrę, cùm quis centum promittit, E
ſi non inſtituerit? & Bart. adhuc non confirmari
iuramento promiſsionem exiſtimat, quia hîc di-
citur, contra bonos mores id eſſe[p], videnturque
frequentiùs Doctores hanc ſententiam ſequi. At
Bal. & alij quidam contrà, quorum ſentẽtia hoc
caſu probabilis videtur. hæc enim ratio, vt libera
ſit teſtamenti facultas, ad bonos mores ſecundũ
ius ciuile pertinet, non ſecundum ius naturale.
Dubium autem non eſt iuramentũ aduerſus bo-
nos mores iure ciuili duntaxat perpenſos à Pon- F
tificibus obſeruari[q]. Nec me mouet, ſi dicere-
tur, quòd de vltimarum voluntatum ſubſtantia
eſt, vt ſint ambulatoriæ, & rεvocabiles. at iura-
mentum tanquam contra ſubſtantiam actus id
impedire non debet[r]. Reſpondeo, haudquaquã
id ſatis verum eſſe[s]: & vt verum ſit, nos non de
ipſa vltima voluntate hîc loquimur: ſed de pœna
ſub conditione promiſſa, cuius conditio euenit,
videtur certè iure Pontificum iuramento confir-

a §. ſed ſi quis Inſt. de adop.
b l. iij. §. de teſt.
c l. hereditas C. de pact. conuẽt. l. pactum, q do tali. C. de pact. vbi dixi.
d l. in tẽpus. de hæred. inſt. gl. l. illa inſtitut. de her. inſt. Iaſ. rub C. q teſt. fac. poſ.
e Bar. conſ. 212. Dec. l. pactũ. C. de collat.
f l. pactũ. C. de collat.
g l. fin. §. de ſuis & leg.
h l. ſi quãdo. §. j. C. de inof. teſt.
i l ſi. C. de pact.
l quidã. in fi. de donat.
k l. §. interdũ. de vulg.
l d. l. quidam. in fin.
m c. & ſi Chriſtus. de iureiur.
n d. l. hereditas. d. l. pactum.
o l. ius publicũ. de pact.
p c. nõ eſt obligatoriũ. de reg. iur. in 6.
q c. ij. de pact. in 6. Canon. c. cum contingat. de iureiur.
r c. ſi. de pcu. in 6. gl. reuocat9.
s l. vbi. de don. cau. mor.

mari. Finge conſtituiſſe me procuratorẽ, promi-
ſiſſeq́; eum nunquam reuocare, & ſi reuocarem,
promiſiſſe pœnam, iuraſſeq́;: certè nulla eſt ratio,
quin pœna ſit locus, cum aliàs & in id, quod in-
tereſt, agi poſsit[t]: cur non & idem in caſu no-
ſtro? Minus † dubitationis habet quæſtio in a- I.
lio caſu, cum pactum ad renuntiationẽ hæredita 8
tis pertinet. conſtat enim tali caſu iure Pontificũ
religione confirmari[u]. Sed dubium eſt, quid, ſi
A talis promiſsio à ſorore fieret ipſi fratri, vt quia
ad eius vtilitatem promitteret ſe non ſucceſſurã
patri ſuæ? & ſi pater iam eſſet mortuus, res eſt cla
rá, valere pactum[x]. Quod ſi pater viuat, & pacto
non conſentiat, cùm de hæreditate viuentis ſit,
non firmatur iuramẽto, vt ſuprà dixi[y]. Vnde ni-
hilominùs qui renũtiauit, admittetur ad ſucceſ-
ſionem, licet fiſcus tanquam ab indigno auferre
poſſet[z]. Si verò pater cõſentiat, receptior eſt ſen
tentia valere pactum: quod Bal. Raph. Aret. Ia-
B ſon, cæterique tradiderũt[a]. conſtitutio † enim 9
Pontificia, quæ iuramento firmari renuntiationẽ
patri factã ait[b]. ſatis hac in ſpecie procedit, cùm
fratri facta eſt, dum tamen conſentiente patre[c].
Sed † quid, ſi pater renuntiationi quidem con- 10
ſenſit, verum deinde ipſam renuntiantem nihilo
minus inſtituit, an renũtians propter iuramen-
tum ſuum excludatur? & Bart. hîc non excludi
cenſuit. ſi enim eam inſtituere pater non poſſet,
conſenſus illi liberam facultatem teſtandi re-
C ſtringeret: meritò nihil obeſſe debet[d]. Quam ra-
tionẽ Pontan9, Iaſon, Claudiuſq́; non probant,
cùm quoslibet alios poſsit inſtituere[e], vt in ma-
trimonio quoq; videmus, niſi reſpõdeas, laxiorẽ
requiri in teſtando facultatẽ[f]. Melior tamen eſt
illa ratio: quia pater eam inſtituendo, videtur illi
remittere iuramentum, quod facere poteſt[g]: ſic-
vt & conſenſum arbitratu ſuo reuocare[h]. & hanc
ſententiã conſtat communiter approbari. Sed
quid, ſi filia iurata hæreditati paternæ renuntia-
D uit tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſibi de-
ferendæ? & Alex. tali caſu filiam, quamuis inſti-
tutam, non poſſe ſuccedere exiſtimauit, aliàs re-
nuntiatio, quod ad cauſam teſtamẽti attinet, ni-
hil operaretur[i]. Vnde credendũ potius eſt vo-
luiſſe patrem, cùm talem renuntiationẽ accepta-
ret, futuræ inſtitutioni derogare[k]. Sed Pont. Ia-
ſon, aliiq́; Recentiores contrà. ſubeſt enim ſom-
per ea ratio, vt teſtator iuramentũ ei videatur re-
miſiſſe[l], verbaq́; renuntiationis ex teſtamento
intelligantur, quando non ſecundum patris vo-
E luntatem, ſed aduerſus eius ſentẽtiam ſuccedere
vellet[m]: vnde non poſſet petere ſupplementũ le-
gitimæ, quia illud eſſet contra voluntatẽ[n]. E- II.
nimverò quæritur rurſus: Teſtator † inſtituto Ti- 11
tio adiecit teſtamento ſuo clauſulam, ſi vnquã re
vocaret illud teſtamẽtum, eo in caſu ſe bona ſua
ipſi Titio donare inter viuos, an valeat huiuſmo
di donatio? & Bart. non valere cenſuit, tanquã in
pœnam mutationis teſtamenti facta ſit. Vnde im
peditur libera teſtamenti factio. quæ ſentẽtia ſu-
F prà ſcripta ratione vera communiterq́; approba-
ta eſt[o]. nihil enim videtur in pœnam reuocatio-
nis teſtamenti adſcribi poſſe. quod argumẽto le-
gis noſtræ oſtendi poteſt, quæ etiam in minima
pœna locum habet. quod Bald. tradit[p]. Quã ſen-
tentiam ego procedere arbitror, etiã ſi eccleſię ta
lis donatio fiat, vt Pont. & Crot. hîc aduerſus Ia-
ſonem cenſuerunt. nec enim hac in re vllum eſt
eccleſiæ priuilegiũ, ſicut nec militũ, ſi militi do-
natum ꝓponeretur: licet ſecus ſit, ſi ipſe teſtatus
eſſet,

t Fel c. ex parte decani. de reſcr.
u d. c. ij. de pact. in 6.
x l. ſi actionẽ. C. de pact. vbi dixi.
y l. ſi. C. de pac. Petr. & Im. Gẽ. d. c. ij. Alex. hîc.
z d. c. ij. d. l. quidam. in fin.
a Dd. hic. Aret. l. qui ſuperſtitis. de acquir. hær.
b d. c. ij.
c l. cũ pater. §. libertis. vbi Bart. de leg. ij. l. is, qui heres. §. fin. vbi Bal. de acq. her.
d d. l. ſi fratres. §. idẽ reſpondit.
e l. cũ ita legatũ in prin. de cõd. & dem.
f d l. cũ donatiõis. cũ gl. l. Titio. §. j. de cond. & demon.
g c. ij. de ſponſ. l. ſi. q. & à quib.
h d. l. fin. C. de pact.
i l. ſi quãdo. de leg. j.
k l. ſi mihi. §. in legatis. vbi Dd. de leg. j.
l c. j. de iureiur. Bar. l. Labeo. de iureiur.
m l. ſi patron9 non aluerit. de bo. liber. in fin.
n l. omnimod. C. de inoi. teſt. Imo. Gem. d. c. ij. Aret. l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæred.
o l. pactum d. l. cũ donatiõis. Alex. con. xxv. in iij.
p Bal. hic. et c. 2. ad ſi. de feu. da. in vic. leg. com.



12 eſſet, quod alibi diſputaui[a]. Sed † quid in lega-
to dicemus, an poſsit teſtator in caſum reuoca-
tionis legati, rem particularẽ legatario donare?
& videtur poſſe[b]. non enim reſtringitur per rei
particularis donationẽ teſtandi facultas[c]. quod
Baldus, Pont. Ale-
xanderque cenſuę-
runt: receptiorq́; eſt
ſententia, licet faci-
lè poſsit ſubuerti[d],
cùm (vt ſuprà diximus)
aliud in ma-
trimonio ſit, quàm
in vltimis volunta-
tibus. Addit Cro-
tus, ſi huiuſmodi
donatio legitimam
ſummam excedat,
non tamen vitiari,
quòd inſinuata nõ
ſit[e], tanquam origo
attẽdatur, quæ magis ab vltima voluntate, quàm
à contractu inter viuos prouenit[f]. Qua in re me
ſectatorẽ non habebit. nihil enim obſtat, quid cõ
tractus in teſtamento fieri poſsint[g], & ex contra-
ctuum, non autẽ teſtamenti natura cenſeantur[h].
III. Tandem quæritur, an † poſsit quis omnia bo-
13 na ſua, præſentia & futura, donare? & concludit
Bar. nõ poſſe, quia hoc modo nihil haberet, quo
de teſtaretur, ſicq́; vltimi iudicij libertas tollere-
tur. Sed hanc ego quęſtionem, ſicut & alias diffu
ſe ab Alexandro, cæteriſq́; hîc tractatas, alibi, id
eſt locis ſuis, diſputaui[i], & ideo operæpretium
non arbitror in pręſentia repetere:

*Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.*

IVLIANVS *libro* 2.
*ex Miniçio.*

## LEX LXII.

SEruus vetãte[a] domino ſi pecuniam ab aliquo ſtipulatus ſit, nihilominùs obligat domino ꝓmiſſorem.

## LEX LXIII.

AFRICANVS *libro* 6.
*Quæſtionum.*

a l. licet. C. de pact.
b l. vbi. de don. cau. mor. Crot9 l. ſi is, qui ꝓ emptor. ff. de vſuc.
c arg. d. l. cũ ita legatũ. de cõdi. & demonſt.
d d. §. idem reſpondit. Cur. Iunior conſ. lvj.
e l. ſancimus. in prin. C. de don.
f arg. l. ſi filius. C. ad Maced.
g gl. l. hæredes palã. in ſi. de teſtamen.
h Bar. l. cũ quis. §. codicillis de leg. 3. glo. l. etiã. de inof. teſt. l. ſi vbi Bar. C. de fideicommiſ.
i d. l. pactũ, q̊d dotali. d. l. licet. d. l ſi. C. de pact. d. l cum donationis.

## LEX LXII.

1 *Ratio, quòd ei, cuius iuri ſubiecti ſumus, inuito etiam ac quiramus.* 3, 4, 5, 6.
9 *Etiam poſſeſsio inuito quæritur.*
11 *Monachus inuito abbati non acquirit.*

a
1 SERVVS VETANTE[a]. ¶ Seruus
† domino, quamuis inuito, acqui-
rit[k]. Sed cùm inuito beneficiũ nõ
quæratur[l], nec donatio[m]. Qua ra-
tione dicemus hoc inductum eſſe?
atqui videmus, beneficium, quod in nolentem
confertur, incommodum & damnum cenſeri[n].
quis enim inuitum (inquit Horatius) ſeruare la- E
boret? & rurſus, Inuitum qui ſeruat, idem facit oc
2 cidenti: idq́; maximè in ſeruo cenſendum, cuius
† vox domini ipſius vox cenſetur[o], quiq́; ex do-
mini ſui duntaxat perſona ſaltẽ in abſtracto ius
capiendi habet[p] Sed tamen hîc aliter dicitur, &
inuito domino per ſeruum quæri, ſicut & per fi-
I. liumfamiliâs patri nõ vno in loco receptũ eſt[q].
3 Quæ † igitur eſt ratio? an (quod Rai. Imolaque
cenſuerunt) quia ius futurum repudiari non po-
teſt[r]? ſed hoc parum ad rem facit, quia legi no- F
ſtræ locus eſt, etiam ſi dominus in ipſo ſtipula-
II. tionis à ſeruo conceptæ actu repugnet. quo caſu
non ius futurum, ſed præſens remittit. An (quòd
4 ab iiſdem traditum eſt) quia † ſeruus etiam inuitũ
dominum de peculio obligat[s]? vnde eadem ra-
tione etiam inuito debuit poſſe acquirere[t]. Sed
hæc ratio difficultatem potius auget, quam mi-
III. nuit. ſi enim dominus inuitus de peculio obliga-
5 tur, eſt, quod ſibi imputet, qui reuocare peculij
conceſsionẽ arbitratu ſuo poteſt[u]. An † ergo

k l. etiã. de acquir. rer. dom.
l l. inuito. de reg. iur.
m l. hoc iure. §. non poteſt. de donat.
n l. ne quis. vbi Ang. C. de pecu. lib. x.
o §. ei, qui. Inſt. de inut. ſt pul.
p l. debitor. §. ſeruo. de leg. ij.
q l. quemadmodũ. de iur. dot.
r l. ſi ita ſcriptũ. §. j. de leg. ij.
s l ſi quis ſeruũ. §. etiã. de pecul.
t c. qui ſentit. de reg. iur. in vj.
u l. 4. de pecul.



(quod Iaſ. mauult) quia acquiſitio hęc auctorita-
te legis propter vinculum poteſtatis patriæ, vel
dominicæ, fit[x], cuius effectum directo tollere do
minus non poteſt[y]? quæ ſententia certa eſſet, ſi
ad ius publicum hæc ſpecies pertineret. poteſt e
nim tali caſu etiam
inuito acquiri[z]. po
teſt etiã inuito ac-
quiri liberatio, quia
eius vinculum in
creditoris ipſius bo
nis eſt, & conſequẽ
ter in eius facultate
reſidet[a]. Quæ o-
mnia in legis no-
ſtræ caſu ceſſant.
IV. 6 Ego † accepi re-
nuntiationes, quæ
aduerſus naturam
actus ſunt, vitiari: a
ctum verò valere,
quoties non ideo vllum renuntiãti irrogatur da
mnum[b]. Vnde † cùm iuris diſpoſitione, quicquid 7
ſeruus acquirat, domino acquirat, etiam aduer-
ſus domini voluntatẽ acquiret, quia nullum in-
de dominus damnum patitur, cùm poſsit dein-
de re ipſa non acceptare. & hoc eſt, quod Accurſ.
ait, acquiri domino, ſed nõ irreuocabiliter. Pro- I.
priè tamen illud cuiq; acquiſitum videtur, qđ[c]
C irrevocabiliter quæſitum eſt[d]. quia † illud factũ 8
propriè dicitur, quod perpetui facti effectum ha-
bet[c]. Et ex hac ratione infertur, vt ſi ex ſerui II.
ſtipulatione domino damnum inferri poſsit, nõ
priùs ei quæratur, quàm ratum habeat[f]. Ad- III.
dit Iaſon, nec † poſſeſsionem quidem domino in- 9
vito per ſeruum quæri poſſe, & ideo lex acquire-
re eos poſſeſsionem ait, ſi ipſi velint[g]. Sed hæc 10
ſententia vera non eſt. pronomen † enim *Ipſi*, ad
ſeruos non ad dominos refertur, expreſſeq́; lex
D ait, inuito domino factam ſeruo traditionem, ex
cauſa donationis ius in dominum transferre[h]. IV.
receptiſsimaq́; hæc eſt ſententia[i]. Poteſt tamen
Iaſoniana defendi in poſſeſsione iniuſta[k]. Fa
ciliùs igitur limitationem Bald. probauerim, qui
non procedere in monacho legem noſtram exi-
ſtimauit. licet enim monachi ſimilitudine quadã 11
cum ſeruis cenſeãtur, in eo tamen differunt, q
† inuito cœnobiarcha ſuo nullam habere vocem
exiſtimantur[l]: & ideo quicquam aut nolle, aut
E velle monachus nequit, niſi quatenus abbas ipſe
permittat[m]. quæ ſententia iure Pontificio veriſ-
ſima eſt: lege enim ciuili amplius iuris videntur
habere[n].

L. 63.
Si ita quis ſtipulet.

SI ita quis ſtipule-
tur[b], SIVE NA-
A VIS EX ASIA
VENERIT, SIVE
TITIVS CON-
SVL FACTVS
FVERIT: vtra pri-
ùs cõditio extitiſſet,
ſtipulatio committe-
tur, & amplius com-
B mitti non poteſt.

x l. placet. de acquir. hæred.
y l. nemo poteſt. de leg. j.
z l. j. & ij. de lib. cauſ. l. non tantũ. de appel.
a l. ſolutionẽ. §. de ſol. l. ſoluẽdo de neg. geſt.
b l. vj. §. j. vbi Bar. de pec. leg. l. cũ precario. de precar. l. j. §. pe. depoſ.
c gl. §. item vobis. verbo, inuitis. Inſt. ꝑ quas perſ. vbi Ang.
d l. aliud. eſt capere. de verb. ſignif.
e Bart. l. ſeruus. de pœnis.
f d. l. quemadmodũ. l. duo. §. j de prec. vbi gl. l. j. vbi Doct. C. qui admit.
g l. j. §. hæc, quę de ſeruis. de acqui. poſ.
h d. §. itẽ vobis.
i gl. l. j. §. itẽ acquirim9. verbo. peculiariter de acquir. poſſeſ.
k l. [illegible] quid ſeruus. eo tit.
l xij q. ij. nõ dicatis.

## LEX LXIII.

1 *Priùs eueniente conditione committitur ſtipulatio.*
2 *Dictionis Siue, explicatio* 5.
9 *Eadem ſtipulatio interdum pluries committitur.*

b
1 SI ITA QVIS STIPVLETVR[b].
¶ Qui † ſub conditionibus duabus
diſiunctim promittit, ex ea dunta-
xat obligatur, quæ prius euenit.
quoniam (vt inquit Bald.) ex dua-
bus cauſis ad vnum finem tendentibus, quæ ce-
lerior eſt, negotium omne conſummat[o]. idq́; re-
gulare eſt, niſi aliqua æquitas ſit in contrariũ[p]. ſi
ergo prima deficiat, eueniente poſteriore com-
mittetur ſtipulatio. nec enim vnius conditionis
defectus euentum alterius impedit, ſatiſque eſt
in alternatiuis alteram partem veram eſſe[q].

m c. fin. de teſt. in vj.
n l fin. §. j. C. de epiſc. & cler.
o Bald. l. j. C. de ſeru. fug. Paul. Ia. hic.
p [illegible] C. de [illegible] nup. vbi Bal. [illegible] intel.
q l [illegible] il le de verb. ſign.

2 Adnotantq; hinc Doctores, dictionem † *Siue*, alternatiuã eſſe, & nõ verba tantùm, ſed et ſenſum diſiungere. quæ ſententia vera eſt, cùm in clauſula iteratur, vt in caſu legis noſtræ [a]. tunc enim cõiunctio eſt ex cõditionali *Si*, & diſiunctiua *Ve*, cõpoſita, & perinde intelligitur, ac ſi dictum eſſet, Si vel nauis ex Aſia veniat, ſi vel Titius conſul factus ſit. Vnde † & ſu-

a l.huiuſmodi. §.quido di leg.

3 ſpenſiua quandoq; eſt. actus enim interim ſuſpenditur, dũ altera conditio eueniat. Quòd ſi iterata non ſit, non videtur propriè diſiunctiua eſſe, ſed aduerbij potiùs, quàm coniunctionis vim habere,

4 quod † Græci διασαφητικόν. id eſt interpretationis adverbium vocant [b]. Vnde ſi dicam, Alexander, ſiue Paris Alexander, illum intelligo, qui Paris dictus eſt [c], tuncq; hæc vox ſenſum non diſiungit, ſed interpretatur, quod fieri etiã corrigendo poteſt [d], & augendo, vt cùm quis legat pecuniam, quam Romæ, ſeu Peruſij habet [e]. Sẽtit † tamen hîc Bart. cùm hæc dictio inter diuerſa

b c.j. in fin. de cog. ſpir. in 6. c. gẽerali. de elec. cod. lib.
c Rub. C. de nauicul. lib. xj. vbi Bar.
d l. ad protegendam. C. de in lit. dan. tut. c. Roma. §. cum aſt. de app. in antiq
e l. ſi quis ita. de au. & arg. dixil. ſ. pe. §. j. de verb. ſign.

5 ponitur, ex natura orationis, vel ſubiecta materia in vim diſiunctæ quandoq; accipi [f]. quod & Ia-

f l. ij. de bõ. vac. C. lib. x.

6 ſon tradit, & probabile eſt. Rurſus † adnotant Doctores, ſtipulationem, quę ex euentu cõditionis ſemel commiſſa eſt, amplius non committi. Quæ cõcluſio in legis noſtræ caſu certiſsima eſt. vis enim verborum hoc inducit, cùm quis cẽtum ſub duabus conditionibus diſiunctim promittit, non, niſi ad vna centum ſe obliget. Qua † ratione & generaliter traditum eſt, ſtipulationem, quæ in id commiſſa eſt, quod in ea principaliter deductum eſt, iterum non committi [g] Idemq;, ſi in id, quod intereſt, in totum commiſſa ſit. non enim amplius committi poteſt [h]. vnde & qui domum facere promiſit, ſi vniuerſum ſoluat, quod ſtipulatoris intereſt [i], non poteſt particulariter deinde conueniri [k]: aliàs eiuſdem rei duplicem ſolutionem ſtipulator conſequeretur, quod abſurdũ

g l. venditor. ij. in prin. de hær. vel act. vend.
h l. cũ quęrebat. ff. iudic. ſol.
i l. ſi ita. ij. §. eo.

8 eſſet. Proceduntq; ſuprà ſcripta ſecundum regulam, qua traditum eſt, ſermonem † ſimpliciter ꝓlatum de primo actu intelligendũ eſſe [l]. Quid

k l. cõtinuus §. item qui inſulã. ff. eod.

I. † ergo, ſi verba ſtipulationis tractum habeant, &

9 poſteriores quoq; actus reſpiciant? & tunc conſtat poſſe pluries committi eandem ſtipulationem, vt cùm quis promittit nec per ſe, nec per hęredem ſuum vim facere [m]. ſermo † enim negati-

l l. boues. §. hoc ſermõe. de verb. ſign.

10 uus ex primo duntaxat actu nõ cenſetur, ſed per ſiſtentiã requirit, quod & Oldradus reſpondit [n],

m l. ſi ſic. ff. e gl. l. hoc genus. de cõd. & demon.

II. Quid † rurſus, ſi vna conceptione verborũ plures ſtipulationes inductæ ſint? nihil enim prohi-

11 bet, vnam hodie cõmitti, aliã alio die [o]. Quid

III. † item, ſi ſtipulatio reſpectu eius, quod intereſt, in

12 actu iterabili inducta ſit? nonné cùm quoties contrà, quàm cautum eſt, fiat, toties interſit, æquũ eſt

n Old. conſ. 16.
o l. qđ dicitur. in ſi. de euict.

ſępiùs committi ſtipulationem [p]? ſuadet enim id rei natura, & vt indemnis ſtipulator præſtetur [q].

p l. j. §. habet. de vſufruct. quemadm. caue.

IV. Quod generaliter Bartolus cenſuit, quoties ſtipulatio reſpectu eius quod particulariter intereſt, inducta eſt. ſubeſt enim ſemper hæc ratio [r].

q l. 3. §. quæ ſit. ff. ſi cui plus.

V. Sed † quid in pœna reſpondebimus?

13 & ſi reſpectu eius, quod intereſt, adiecta ſit, idem videtur dicendum, quod de eo, quod intereſt, ſuprà diximus [s], Quòd ſi cõtemptũ reſpiciat, ſecus eſt. ſuadet enim humanitas, vt non niſi ſemel committatur, niſi aliud expreſſim actum ſit [t].

r l. ſi procurator. ff. rem rat. hab. l. 4. §. pe. rẽ pupil. ſal. for.
s arg. l. prædia. §. de act. empt.
t l. ſi duo. §. ſi. de arbit.

VI. Quid, ſi † id, quod

14 intereſt, non ſola legis diſpoſitione debeatur, ſed expreſſim à partibus promiſſum ſit? & idem eſſe Imola, Aretinuſque cenſuerunt, tanquam id expreſſum ſit. quod tacitè inerat [u]. neque enim ideo mutatur

u l. ſtipulationes nõ diuiduntur. §. j. ff. eod.
x l. inſula. ff. eo. l. cũ ſtipulatus ſim à Proculo. vbi Bar. ff. eod.

VII. eius natura, qa ex-

15 preſſim in conuentionem deductum ſit [x]. Sanè illud conſtat, pœnam † legalem toties cõmitti, quoties delictum ipſum iteretur. quod latiùs alibi attingitur [y]. Certum tamen eſt, pœnã, quæ ipſo iure imponatur, tum demum locum habere, cùm delictum conſummatum ſit. quod poſt. Veteres Bal. cenſuit [z], & nos alibi docuimus [a].

y l. inficiãdo. §. infans. de fur. vbi Bar. 6. q. j. imitare.
z Bal. l. ſi qs nõ dicã. C. de epiſc. & cler.

a SED ENIM [a]. ❡Coniunctio expletiua, vt enimverò. Virg. Sed cùm ſcelerumq; inuentor Vlyxes.

a l. ſæpe. in ſi. de verb. ſig.

## AFRICANVS libro 7. Quæſtionum.

### LEX LXIIII.

Sed enim [a] cũ ex duabus diſiunctiuis conditionibus altera defecerit, neceſſe eſt, vt ea quæ extiterit, ſtipulationem committat.

HViuſmodi [b] ſtipulatio interpoſita eſt, SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, TVM EX HAC DIE IN ANNOS SINGVLOS DENA DARE SPONDES? poſt trienniũ cõditio extitit, an huius temporis nomine agi poſsit, non im

A meritò dubitabitur. Reſpõdit, eam ſtipulationem vtilem eſſe, ita vt in ea eorũ quoque annorũ, qui ante impletam conditionem interceſſerint, præſtatio in id tem

B pus collata intelligatur: vt ſententia eius talis ſit, tunc cùm Titius conſul factus fuerit, in annos ſingulos, etiam præteriti temporis habita ra

C tione, dena præſtentur.

### LEX LXIIII.

1 *Conditio in annuis poteſt interdum retrotrahi.*
2 *Ratio dubitandi in textu, oſtenſa.*
5 *Dictionis Tunc, acceptio.*
9 *Conditio à iudice propoſita, non trahitur retro.*

E HVIVSMODI [b]. ❡Valet † ſtipulatio, qua id agitur, vt eueniente conditione retrò annua pecunia ex die contractus debeatur. videtur autẽ id actum, quoties appoſita eſt illa vulgaris clauſula, *Ex tunc, pro ex nunc*, deberi, quam Latiniùs hîc concipit Iuriſconſultus, *Tunc ex hac die*. quamuis enim dictio *Tunc*, ad finẽ referatur [b], tamen per adiectionem illam *Ex hac die*, ſatis oſtẽditur id actum, vt ad initium trahatur retrò diſpoſitio. qua ratione contrariam illam clauſulam *Ex*

b
1

b l. ſtipulationes nõ. §. j. ff. eo.

F *nunc, prout ex tunc*, ſolent Veteres elegantor repetita die dicere [c], ineptaq; eſt eorum interpretatio, qui *Hac die*, pro *Illa die*, declarari poſſe exiſtimãt, & ad tempus euenientis conditionis ſolùm referri [d]. Non admitteret id Laurentius Valla, & more ſuo in noſtrates Doctores ſtomacharetur. Ineptior eſt & eorum concluſio, qui dictionem *Tunc*, retrò ex ſe ipſa reſpicere aiunt. falſum hoc eſt, & aduerſus vim verbi dictum, nec Accurſ. aut quiſquam id ſenſit, ſi eorum verba rectè intelligantur

c l. Iulianus. §. pe. ad exhi. l. j. §. ſi quis ꝓpter. §. ſeq. de iti. actuq. pri.
d Doct. l. j. in prin. de op. no. nuntiat.



2 gantur [a]. Sed † quænam legis noſtræ fuit dubitatio? & Accur. Dinus, Iac. & Alber. meritò dubitatum aiunt, quia ſtipulatio hæc videtur prępoſterè concepta, cùm id inducat, vt eius temporis pecunia debeatur, cuius adhuc orta non fuit obligatio. ante euentũ enim conditionis conſtãt nihil debitum fuiſſe [b]. Vnde conſequens eſſet, vt ſecundum legem Iuſtiniani id Iuriſconſulti reſpõſum fuerit à Tribuniano, eiuſq; collegis emendatum [c]. Veriſimile tamen mihi ſit, non eſſe omnino præpoſteram hanc conceptionem, & ideo etiam ante legem Iuſtiniani valuiſſe ſti-

a gl. l. j. C. de codicil. gl. cle. j. de concel. præben. Iaſ. hic.
b § itẽ ſi qs. Inſt. de inut. ſtip.
c l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enucl.

3 pulationem. non † enim præpoſtera eſt ſtipulatio, quando expreſsè in ea actum eſt, vt trahatur retrò [d], & ſicut poſt conditionis euentum, præteriti temporis vtilitas peti poſsit [e]. Quid ergo,

d l. cum quidã. de vſur. l. lecta. ſi cer. pet.

I. ſi expreſsè actum non ſit, vt quia ſtipulatio hoc modo concepta, *Si Titius conſul fuerit, in annos ſingulos dare dena*? & Cyrillus Homodęus, quem Alber. ſequitur, idem eſſe ait, vt nihilo minùs dena à die contractæ ſtipulationis debeantur. Conditio enim retrò ad diem celebrati cõtractus trahitur [f]. quæ ſententia legi noſtræ aduerſatur, vt meritò Paul. Caſt. & Iaſ. aliud ſentiant. Nec verum eſt, conditionem † reſpectu præſtationis retrotrahi.

e l. ſi cui. §. j. de leg. j. Iac. hic.
f l. neceſſario. §. qđ ſi pendẽte. de per. & com. l. ſi filius. ff. eod.

4 cùm enim præſtatio ob pœnam, vel moram fieri ſoleat, & ante euentum conditionis nulla ſit obligatio, nec vllus quidem moræ, aut pœnæ effectus eſſe debet [g]. oportet ergo id expreſsè actum eſſe, vt cùm ex mora, aut pœna deberi non poſ-

g l. pupillus. ff. eo. Rai. Im. Iaſ. hic.
h l. lecta. in fin. vbi dixi.

II. ſit, ex cõuentione ſaltem debeatur [h]. Sed quid, ſi concepta ſint verba, *Ex illa die dena dari*? & cenſuit Bart. non niſi ab euentu conditionis computationem ineundam, quoniam pronomen *Illa*, eſt demonſtratiuum diſtantis termini. quæ ſenten-

III. tia vera eſt. Addit, & rectè, Cyrillus Homodæus, idem eſſe, ſi ſimpliciter dictum eſſet, *Tunc dena*

5 *dari*. quoniam † dictio *Tunc*, ad finem termini re-

IV. fertur [i], quod & Alber. probat. Adiiciunt alij,

6 nec † tunc legi noſtræ locum eſſe, cùm aliàs lici-

7 tus vſurarum modus excederetur [k]. Finge † ergo cum eo, qui quotannis quincunces vſuras debebat, actum eſſe, vt ſi aliquo anno ceſſaret, ex die ſtipulationis ſemiſſes darentur, & poſt aliquot, putà decem annos, commiſſa ſit ſtipulatio, quia debitor ceſſauerit. cùm enim quinq; eo anno deberet, ſi computatio ſemiſsium fieret, addenda eſſent alia decem, & ſic ex eius anni mora quindecim ſoluerentur. itemq; in futurum perpetuò duodecima centeſimæ, id eſt vnum, augeretur, vnde legitimus vſurarum modus excederetur [l], quod fieri non poteſt [m]. hæcq; Pauli Iuriſconſulti mens eſt, quam non ſolùm Petrus & Imola malè percepit, ſed & cæteri nõ ſatis declarãt. Hinc

i l. 3. in ſi. de cõd. & demonſt.
k gl. hic, Bart. Alex. cæter.
l d. l. cũ quidã. in princ.
m l. eos. §. cæteros. C. de vſur.

V. † illud inferri poteſt, ſic in his, quę non de volun-

8 tate contrahentium, ſed à diſpoſitione legis pen

9 dent, hæc clauſula nihil operetur. Vnde † ſi iudex condemnet me ad ſoluendum decem, & ſi calendis proximis nõ ſoluero, ex die præſenti me excommunicat, non tamen retrotrahetur hæc ſacrorum interdictio, cùm antè quàm quis ſit contumax, abominatus cenſeri nequeat [n]. Fiet ergo interpretatio, vt nunc declaraſſe duntaxat cenſeatur me eo tempore futurum excommunicatum. quod Bald. ſenſit [o], & diffuſiùs hîc explicat Alexander.

L. 65. Quæ extrinſecus.

n xj. q. 3. nemo. Bal. auth. cõtra cum rogatus. ad Trebel.
o Bald. ca. j. de mil. vaſ. Doc. c. præterea. ij. extra. de appel.

## FLORENTINVS libro 8. Inſtitutionum.

### LEX LXV.

QVæ extrinſecus [a] & nihil ad præſentẽ actum pertinentia adieceris ſtipulationi, pro ſuper-

A uacuis habebuntur, nec vitiabunt obli-

B gationem: veluti ſi dicas, ARMA VIRVMQVE [b] CANO, SPONDEO: nihilominus valet. Sed etſi in rei [c] quæ promittitur, aut perſonę appellatione variet, nõ obeſſe placet. nam ſtipulãti denarios, eiuſdem quãtitatis aureos ſpondendo, obligaberis.

### LEX LXV.

1 *Quando conſtat de conſenſu, incongrua verba non vitiant ſtipulationem.*
2 *Explicatio exemplorum incongruæ reſponſionis. 6, 11.*
3 *Ex cõſuetudine blaſphemans, an blaſphemus ſit cenſendus.*
7 *Denarij valor.*

QVAE EXTRINSECVS [a]. ❡Verba † à propoſito aliena, vel aliàs non conuenientia obligationem non vitiant, ſi ex aliis verbis, vel rei demonſtratione de conſenſu conſtet: proſequiturque Iuriſconſultus tres caſus, ex quibus ſuprà ſcriptæ concluſionis exem-

a
1

C pla colligi poſſunt.

ARMA VIRVMQVE [b]. ❡Prima † hæc eſt ſpecies, cùm quis reſponſioni impertinenter aliquod carmẽ, vel quamlibet vocem inſerit. Quod Varia ratione fieri poteſt. quandoq; in vim interiectionis, quales Grammatici plures habẽt, qualiter & vulgus, cùm identidem repetit. Inquam, quippe cauſam, quid tale, & ſimilia. quod genus vitij ad κακοζηλίαν pertinet. ſicut & cùm quis interloquendum obſcœnis verbis vtitur, vel blaſphe-

b
2

D miis. quo caſu etiam puniri poteſt, quia aduerſus bonos mores delinquit [p]. Nam vt carmine Menandri dicitur, quòd epiſtola ad Corinthios prima Diuus Paulus citat, Obſcœna mores verba corrumpũt bonos. vnde & prætextatorũ collegiis expelli (vt arbitror) tales poſſunt [q]. Non

p Bar. l. item apud. §. ij. de iniur.
q l. 3. C. de ſum. trin. l. caſus. C. de teſt. vbi Mo.

† putarim tamen propriè hunc dici blaſphemũ, 3
cùm ex mala conſuetudine, non ex animi deliberatione malè dicat [r], tametſi negari non poſsit, ex tali cõſuetudine aggrauari delictum [s]. Quan-

r l. j. C ſi quis imp. Thomas in iiij. q. xiij.
s xxv. diſt. §. ſacri minis.

E doq; præter expectationẽ id ſit, quam figurã gręci παρὰ προσδοκίαν dicunt, vtunturq; ea Comici poetæ, & pręſertim Ariſtophanes riſus captandi cauſa. Cui & nõ abſimilis παρυπόνοια eſt, qualis in caſu legis noſtræ eſt. Quandoq; qa quis à ꝓpoſito decedit. qđ vitiũ ἀπόνοια eſt. Interim enim dum in ſemitã reuerti nititur, impertinẽtia effutit [t], vt Alceſimarchus adoleſcẽs ad lęnã in Ciſtellaria Plauti. Vnde † & ſimulãdi furoris hic eſt aptiſsimus co 4
lor [u], vt apud eundẽ poetam in Menechmis. Non

t xiij. q. j. certè.

F † tamẽ temerè credet iudex reũ in furorẽ incidiſ- 5
ſe niſi ꝓbetur, cùm plerunq; ſimuletur [x] cauſa euitandæ pœnæ [y]. Vnde conſequẽs eſt, vt in caſu legis noſtrę, ſi id Vergilianũ carmẽ ab eo dictũ ſit, q animũ obligãdi ſe nõ haberet, non cõtrahatur vlla obligatio. Hinc adnotant Doctores, actũ impertinentẽ ſtipulationi non obeſſe, dum tamen momentaneus fuerit, incontinentiq; ſubſecuta ſit reſponſi. quam rem ſuprà diſputauimus [z].

u l. is. q. §. diuo. de tut. & cur. dat
x l. obſeruare. de cur. fur.
y Doct. l. ex facto. de vulg.
z l. j. §. j. ff. eod.

SED ET SI IN REI [c]. ❡Secunda † hęc eſt ſpecies, cùm rei appellatio mutata eſt, veluti ſi

c
6

interrogo promittis mihi centum denarios? tu
reſpondes, promitto quatuor aureos. eſt † e-
7 nim denarius apud auctores non obolus, quorũ
duodecim in aſſe ſunt, quod idiotæ exiſtimant,
ſed argenti drachma decem aſſes, id eſt quatuor
ſeſtertios, comple-
ctens. Oſtendi au-
tem Diſpũctionum
lib. iij. cap. ix. au-
reum veterẽ ſeſter-
tios centum valuiſ-
ſe. Hinc oſtenditur,
ſi interrogatio de
materia argẽtea ſit,
reſponſio de aurea,

& ſeruo *a* ſtipulanti Lucio domino ſuo, ſi Titio, qui idem ſit, daturum te ſpondeas, obligaberis.

nihilominùs valere ſtipulationem, quatenus in
idem pretium concordetur. iuris enim interpre-
tatione aurum cùm argẽto functionem recipit [a],
ſicut & cum ære [b]. nec in ſubſtãtia differre viden-
8 tur [c], cùm † vna moneta pro alio ſolui poſsit. Et
ideo Paulus nõ diſtincta materia ſimpliciter re-
ſpondit poſſe in aliam formam mutatam pecu-
niam ſolui, dum creditoris non interſit [d], & licet
Bar. hîc contrarium ſentiat, tamen fatentur Do-
ctores aduerſus eum ſtare publicam conſuetudi-
nem. Ego & legem noſtram ei aduerſari ſcio, nec
vllam pro ipſo eſſe. quod & alibi diſputaui [e]. Am
plius cenſuit Accur. legem noſtram procedere, e-
tiam ſi erratũ in nomine appelatiuo propone-
retur. vnde ſi *δεικτικῶς* interrogo te, *Promittis mihi hũc
equum*? & tu reſpondeas, *Promitto*, cùm equus non
eſſet, ſed bos, valet ſtipulatio. quia licet rerũ vo-
cabula immutabilia ſint [f], tamen præualet de-
9 monſtratio, quæ † digito & oculata fide fit [g]. idq;
I. omnes probant. Verumq; eſt, cùm mutatio in
rei nomine eſt, quę in contractu deducitur. ſecus
10 † enim eſſet, ſi in verbo ad ſubſtãtiam promiſsio-
II. nis reſpiciente facta eſſet [h]. quod alibi defendi.
Sed & ſi mutatio hæc dolo malo, ſeu in fraudẽ
legis fieret, proculdubio actũ vitiaret [i], vt ſi quis
hoc ieiunij tempore capum piſcem, vel bouem
thynnum appellaret, comederetque [k]. cuius rei
extat A. Caſſellij exemplum, qui conſultus, an
III. nux pinea pomum eſſet? ſi in Vatinium, reſpon-
dit, miſſurus es, pomum eſt [l]. Illud quoq; con-
ſtat, quoties ſtipulatoris intereſt denarios po-
tiùs habere, quàm aureos, non videri conſenſum
ſtipulationi adfuiſſe [m], vt de ſolutione ipſa ad
promiſsionem argumentemur. quod argumen-
tum regulariter valet [n], hocq; caſu defendi Bar.
& eorum, qui in eius verba iurarunt, ſentẽtia po-
IV. teſt. Addit Alex. & Iaſ. nec tunc quidem idem
pollere aureos, & eiuſdem quantitatis denarios,
cùm de formali probatione agatur: quia vnus
teſtis dicat numeratos fuiſſe quatuor aureos, a-
lius centum denarios [o]. quamuis enim regu-
lariter ſatis ſit, ſi teſtes in vnum rei finem con-
ueniant [p], imò ſuſpecti ſint, cùm præmeditatum
eundemque ſermonem adferunt [q], tamen hoc
non procedit, cùm articuli de formalibus verbis
ſunt concepti vnde non ſat cauti ſunt pragmati-
ci, qui ad huiuſmodi probationes ſe arctant, in
quibus qui labatur à parte, pręceps it à toto [r].
a SED ET SERVO[a]. ¶ Tertia † eſt ſpecies,
11 cùm mutatio nominis ipſius perſonæ, cui acqui
rendum eſt, facta proponitur. nihil enim hoc im-
pedit. vnde & vetus Iuriſconſultorum adagium
eſt, Idem Attio, quod Titio ius eſto: cuius me-
minit Aulius Gel. Noctibus Atticis: Putarunt-
que legem noſtram procedere, etiam ſi verè do-

a l.j.C. de arg. pret. lib. x.
b l.j.C. de colla. æris, eo. lib.
c l.j. l. Titiæ. de aur. & arg. leg. l. ſi quis argentum. in prin. C. de donat.
d l. Paulus. j. de ſolut.
e l.ij. §.j. ſi cert. pet.
f l.4. de leg j.
g arg. l. nemo. de hær. inſt. & l. certum. ſi cer. pet.
h gl. §.j verſ. ſed hęc ſolẽnia. Inſt. de uerb. obl.
i arg. l.j. C. de mut. nom.
k c. deniq. §. & poſt pauca 4. diſtinct.
l not. l. qui fundũ. de uerb. ſig.
m d. l. Paulus. de ſolut.
n l. fi. C. ad l. Falcid.
o Doct. l. nihil. de uerb. ſig.
p l. qui ſententiam. de pœn.
q l.3. ꝶ. de teſtib.
r l.j. C. de form.

mino Titius nomen non eſſet, ſed ita fuiſſet ap-
pellatus [s].

s arg. d. l.j. C. de mut. nom. notaui. l. ſi in nomine. ꝶ. eod.

LEX LXVI.

1 *Legis Aeliæ Sentiæ explicatio.* 4.
6 *Quod non poteſt principalis, non poteſt etiã alius: interdũ cõtra.* 7.
10 *Infanti & furioſo per alios quæritur.*
11 *Clerici imperium merum per alios exercent.*

LEX LXVI.
PAVLVS *libro* 3. *ad legem Aeliam Sentiam.*

A SI minor *b* viginti annis à debitore ſuo ſtipuletur ſeruum manumiſſurũ, non eſt executio ſtipulationis *a* danda. Sed ſi ipſorum viginti annorum erit, non impedietur manumiſsio: quia de minore lex loquitur.

SI MINOR[b]. ¶ Lex † Aelia Sen- b 1
tia, quamuis libertatis reſtrictiua,
de ſeruo minoris loquens, ad ſeruũ
ei debitum [t] propter paritatem ra
B tionis extenditur, vt quod minor
per ſe non poteſt, nec per alium quidem poſsit.
Eadem de minore viginti annis loquẽs, ad eum:
qui iam eius ætatis ſit, non extenditur, quia pro-
hibitio ad certum tempus limitata, vltra illud
nõ porrigitur [u]. Hinc † apparet legem odioſam 2
ad alium caſum extendi. quod argumentum dif-
fuſè libro De verborum ſignific. II. à nobis tracta
tum eſt. In pręſentia id ſolum dixero, Iuriſcon-
ſulti id reſponſum ſecundum communem inter-
C pretationem intellectũ, difficulter defendi poſ-
ſe. Durum enim eſt, vt LEX Aelia Sentia de ſer-
uo noſtro loquẽs ad caſum trahatur, quo ſeruus
non noſter, ſed nobis debitus ſit. ſiquidem com-
muni ſententia receptum eſt, legem Municipa-
lem, quæ † rem noſtram alienare nos prohibet, 3
ad eam non trahi, quæ actione duntaxat perſo-
nali nobis debita eſt [x]. aliud enim eſt rem eſſe
noſtram: aliud, eſſe nobis debitam. Sed & ratio
legis non ſatis hoc caſu ſubeſt, cùm adhuc in bo-
D nis minoris ſeruus iſte non ſit. Vnde & videmus.
quòd licet minor ſeruum ſuum manumittere
non poſsit, poteſt tamen ſeruum, in quo ius pi-
gnoris habeat, ſinere à domino manumitti [y], li-
cet abſque ipſius conſenſu propter ſpeciale pi-
gnus id dominus non poſsit [z]. Qua ergo ratio-
ne domino manumittenti conſentire poteſt, ea-
dem & ſtipulari in caſu legis noſtræ poſſe de-
buit. Et † ideo poteſt lex noſtra aliter intelligi. 4
Non enim in ea dicitur, ſtipulationem eſſe nul-
E lam, ſed ſolùm executionem ex ea non dari, tan-
quam ſi à debitore manumiſſus ſit, valeat manu-
miſsio, vtpote à domino facta. Nec lex Aleia Sen
tia obſtet, verùm nõ ideo liberetur debitor à mi-
nore, niſi probaret iuſtam cauſam habuiſſe mi-
norẽ, cur manumitti ſeruum iuberet [a]. Quòd ſi
ſubire id periculum debitor nolit, non eſt ad-
uerſus eum danda ſtipulationis executio. Do-
ctores tamen generaliter intelligunt, ſtipulatio-
nem eſſe nullam, tãquam lex Aelia Sentia odio-
F ſa non ſit, vt quæ principaliter in fauorem pu-
pillorum ſit facta [b], & ideo extendi hoc caſu de-
beat. Nam & regula eſt iuris antiqui, vt † qui rem 5
ſuam alienare prohibetur, actionem quoque ad
rem competentem cedere prohibitus cenſea-
tur [c]. ſolet enim dici, paria eſſe, vel rem, vel a-
ctionem habere [d]. Dixerit aliquis, atqui hæc ſti-
pulatio alia quoque ratione nulla eſt. quid enim
pecuniariter pupilli intereſt ſeruũ manumitti?
cùm ergo eius non interſit, agere ex ea non po-
teſt [e]. Reſpondent Raph. & Iaſ. intelligendam
hanc

t §. eadem. Inſt. quibus ex cau. maior.
u l. Imperator. de poſtul.
x Bar. & Dd. l. Gallus. §. uidendum. de lib. & poſthum.
y l. ſi pater. §. fi. de manumiſ. vind.
z l.j. & iij. C. de ſer. pig. dat.
a arg. d. §. eadẽ.
b l. quod exceptionem. de cond. indeb.
c l. ſi ad reſoluẽdã. C. de præd. min. glo. l.j. C. ſi ad. tranſac. Bar. l. pupill. de auctor. tut.
d l. qui actionẽ. de reg. iur.
e l. ſtipulatio. §. alteri. ꝶ. eo.



hanc legem, cùm pupilli intereſſet, vt quia pœ-
na erat promiſſa: ego fauore libertatis videri pu-
pilli ſemper intereſſe arbitror [a], maximè ſi actum
eſſet ei ius patronatus acquiri.
a EXECVTIO STIPVLATIONIS *a*. ¶ Quod
6 † igitur per ſe nõ po
teſt minor, nec per
alium quidem po-
teſt. idque regulare
eſt [b], quia aliàs legi
de perſona ad per-
I. ſonam fraus fieret [c].
7 Quin † ergo, ſi con-
ſtet nullam fieri le-
gi fraudem? & tunc
dubiũ non eſt, ceſ-
ſare regulam, fieriq;
per alium poſſe, qđ
per principalẽ non
poteſt [d] vnde & vi-
demus tali caſu qđ
vni ex ſua perſona
prohibitum eſt, ei-
dem ex alterius perſona concedi: putà, ſi tanquã
II. hæres faciat, vel etiam procurator. Quod † &
8 generaliter dicendum eſt, cùm qualitas prohi-
bitiua principali reſiſtens per alium facienti ceſ-
ſat [f]. nec enim dubium eſt, quin ceſſante ratione
ceſſare quoq; debeat prohibitio. exempli cauſa:
non poteſt debitor ipſe à creditore pignus eme-
9 re propter regulam iuris, qua cautum eſt, rei † ſuę
nullum eſſe emptionem [g], an prohibetur per
aliũ emere? & conſtat non prohiberi [h], cùm man-
datario ipſi directa iura quærantur, ſolumq; per-
ſonale actione cõueniri deinde à mandante poſ-
ſit. Sic prædo propter malam fidem ſuam non fa-
cit fructus ſuos. per alium tamen, putà creditorẽ
bonæ fidei, cui rem alienam pignori dedit, eos
cenſetur acquirere [i]. qualitas enim malæ fidei in
creditore ceſſat. Qua ratione & quoties quis rei
III. capax eſt, licet inſtrumento acquirendi deficiat,
per alium cui id inſtrumentum adſit, quærere
10 non prohibetur. vt † infans, qui loqui non po-
teſt, & furioſus, qui conſenſum nõ habet. acqui-
IV. rent enim p ſeruos, vel alios ſuo iuri ſubiectos [k].
Ad hoc pertinet & quod epiſcopi, cæteriq; ſacri
viri merum quidem imperium habere poſſunt,
iuriſdictionumq; ſunt capaces, ſed tamen exer-
11 citationem cauſæ ſanguinis non habent. vnde
† per alium eam tractare compelluntur [l]. Sic &
præfectus vrbi extra vrbem exercere iuriſdictio-
V. nem non poteſt, & tamen delegare cauſas intra
territorium ſuum cognoſcendas poteſt [m]. Ad-
dit Bart. regulam quidem ſuprà ſcriptam intelli-
gendam eſſe vt quod per me nõ poſſum, nec per
VI. alium quidem poſsim nomine meo agentem.
quòd ſi ille alius nomine proprio agat, ſecus eſ-
12 ſe [n]. Nam † hoc caſu plerũq; videmus, nobis per
alium acquiri, non quidem directò, ſed & quadã
conſequentia: vt cùm quis beneficio ſocij ſui cõ-
ſequitur, ne ſeruitus, quam domui alienæ debet,
ſibi obſit [o]: vel cùm inſtitutus, commiſſo per a-
lium edicto, contra tabulas bonorum poſſeſsio-
nem petit [p]: vel cùm beneficio creditoris, aut cõ-
modatarij, aut fructuarij hæres ob expilatã hæ-
reditatẽ agit [q]. ſuntque huius rei plurima exem-
pla, quæ diffuſiùs narrare non expedit [r], proce-
ditque id plurimum in indiuiduis. tunc enim ex
quadam neceſsitate per ſocium conſequimur,
VII. quod alioquin habere non poſſumus [s]. Sanè

a l. ſeruus. ea lege ꝶ. de ſer. expor.
b l.ij. de ad. re. ad ciuit pert.
c l. ſi ſponſus. in pri. de do. inter vir. l. pupillus. §. ſed & ſi per. de auct. tut.
d l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. de cont. empt.
e l. decurio, qui. de decur. l. q bona. §. pe. de dãn. infec. l. fi. in fi. de inoff. teſt.
f l. cũ aũt. §. fin. de Aedil. edict.
g l. debitor. de pig. act.
h l. ſi mandauero. §. ſibi, quorũ mand.
i l. ſi pignore. §. ſi prędo. de pig. act.
k l.j in princ. ꝶ. c. l. Antiſtius. in fi. de acq. hær. l. ſi ſeruo. de uſuc.
l c. fi. ne cler. uel monach. in vj.
m l. fi. de off. pf. vrb.
n l. Ariſto. quæ res pig. l. pen. in fin. ad l. Falc.
o l. & hoc. §.j. de ſer. vrb. pręd.
p l. nõ putauit. §. ſi exhęredatus. de cont. tab.
q l. is, cuius. de fur.
r l. ij. uerbo, admiſſi. ſol. mat. glo. l. ij. C. ſi aduerſ. tranſact.
s l. ſi is, q duos. de lib. leg. l. liberis. §. ſi duo. de lib. cauſ.



† dubium non eſt ex cauſa nouiter emergente
quandoq; nobis conſuli, vt per alium conſequa-
mur, quod aliàs fieri non poſſet [t].

L. 67. Illa ſtipulatio. ¶ Eũ, qui decẽ dari.
13
t l. cum hæreditate. de acq. hęr.

LEX LXVII.

1 *Stipulatio qua quis promittit rem ſaluam fore, tenet.*
2 *Tutore rem pupilli ſaluã fore promittente, depoſitario, commodatario, locatore, & quo alio, cui res credita eſt, valet contractus.*
3 *Periculum rei rectè promittitur.*
4 *Nauticũ fœnus ex legis præſcriptio centeſimam non egreditur.*
5 *Periclitatores fortuitis ſubiecti ſunt.*

LEX LXVII.
VLPIANVS *libro* 2. *ad Edictum.*

ILla ſtipulatio *b*, DECEM MILIA SALVA FORE PROMITTIS? valet.

A ¶ Eum qui decem *c* dari ſibi curari ſtipulatus ſit, nõ poſſe decem petere: quoniã poſsit promiſſor reũ locupletem dando liberari, Labeo ait. idque & Celſus libro ſexto Digeſtorum refert.

ILLA STIPVLATIO *b*. ¶ Stipu- b 1
latio, qua † quis promittit rem ſal-
uam fore, valet. non enim tali caſu
promiſsio ipſa imperſonalis reſpe
ctu verbi obligatiui eſt [u], nec fa-
ctum alienum cenſetur continere [x], ſed propriũ
C promiſſoris, qui hiſce verbis videtur promiſiſſe
ſe cuſtodiam, diligentiamq; talem adhibiturũ, 2
quæ ſufficiat, vt res ſit ſalua. Siue † ergo tutor ꝓ-
miſerit rem pupilli ſaluam fore, indubitati iuris
eſt valere contractum [y]: ſiue depoſitarius, com-
modatarius, locator, & ſi quis alius, cui res cre-
dita ſit. quod Torquatus hîc ait. Sed & generali-
ter in quocumq; alio idem dicendum eſt. quod 3
† & ad periclitatores Iaſ. extendit, id eſt, eos, qui
pacta mercede, puta quinquageſimo nummo,
D periculo ſuo ſpondent, nauem mercibus onuſtã
in talem portum ſaluam peruenturam. ( Vulgò
ſecuratores nauium vocantur. ) valet enim hic
contractus, & oneris aduerſi periculum ad eum
pertinet, quod & Paul. Caſt. & alij pleriq; tradi-
derunt [z], & ego verum eſſe arbitror, dum tamen
non fiat fraus legi, quæ † nauticum fœnus non ſi- 4
nit ſupra centeſimam progredi [a]. Sed quomo-
do talis promiſſor obligabitur? & Beſ. Torqua-
tus & Iaſ. obligari aiunt, ſi vel per ſe fiat, vel per
E aliũ, quem ipſe promiſſor prohibere poſsit, putà
filium, ſeruum, procuratorem. quod & ſuprà vi-
dimus in eo, qui habere licere ſpopondit [b]. Sed
ego generaliter obligari crediderim, etiam ſi
per quemcunq; alium, quamuis extraneum, fiat,
quo minùs res ſit ſalua. videtur enim promiſiſſe
ſe facturum, vt ſit ſalua. quo † caſu omnium reſpe 5
ctu tenetur [c], aliàs in ſuprà ſcripto periclitatorũ
exemplo caſus fortuitus, piratarum, vel tempe-
ſtatis, naufragiiue non præſtarentur, quod aduer
F ſus manifeſtam contrahentium mentem eſſet,
Nec me mouet exemplum ſtipulationis, *Habere
licere*. quia † illa vi verborum ad factum alienum 6
refertur [d], qđ regulariter præſtari non poteſt: at
hæc ad factũ promiſſoris, id eſt ad cuſtodiã & di-
ligentiã. qua tamen in re amplius cogitandũ eſt.
1 *Verborum Dari curari, explicatio.*
2 *Expromiſſoris inopia non nocet debitori.*
7 *Adiectionis curari, efficacia.*
§. EVM, QVI DECEM, *c*. ¶ Explicat † Iu- c 1
recõſultus vim verbi *Dari curari*, vt dicatur curaſſe

u l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ꝶ. eod.
x l. inter ſtipulantem. in prin. ꝶ. eod.
y tot. tit. rem pup. ſal.
z Paul. l. ſi in naue, loc. notaui. l. cũ ad pręſens. ſi cer. pet.
a l. dos. §.j. C. de uſur.
b l. ſtipul. iſta. in prin. ꝶ. eod.
c l. in lege ꝶ. loc.
d d. l. ſtipul. in princ.

dari eum quidem, qui ipſe non dedit, ſed fecit, vt
hanc ſummam locuples aliquis reus promitte-
ret. Meritò ergo aduerſus illum, qui dari curare
promiſit, præciſè, vt det, agi non poteſt [a]. nihilq;
minus cogitauit Iuriſconſultus, quàm id, quod
in Epitome ſua Bar
tol. ait, nempe im-
perſonalem reſpe-
ctu executiui verbi
ſtipulationem va-
lere. habuit hoc Iu-
I. lianus ceu comper-
2 tiſsimum. Quid † ergo, ſi hic reus, poſtquā ſti-
pulatori expromiſit, deſiit eſſe locuples? & puta-
rim nihilominùs eum, pro quo expromiſit, eſſe
liberatum [b]. cùm enim datione expromiſſoris lo
culpetis hîc dicatur reum liberari, non debet ſu-
ſcitari extincta actio, quia ille deinde facultati-
tibus ſit lapſus [c]. Non procederet tamē fortè hæc
concluſio, ſi quis promiſiſſet dari curari cum effe B
ctu. videtur enim tunc actum, vt non niſi ſecuta
3 ſolutione ſit promiſſor liberatus [d]. hæc † enim eſt
huius dictionis *Cum effectu*, ſignificatio, vt etiam
II. ſuprà dixi [e] Non † procedit rurſus lex noſtra,
4 cùm quis facere, quòd dentur decem, promiſit.
5 verbum † enim *Facere*, magis præciſum eſt, & hoc
ſignificat, vt decem verè numerentur [f]: idq; hîc
receptiſsimum eſt. Quod tamen intelligit Bart.
cùm verbum *Facere*, ad ipſius promiſſoris factum
refertur: aliàs ſi ad factum alienum referatur, ni- C
hil à verbo *Curare*, diſtat. Vnde idem eſt, ſiue pro-
mittam facere, quòd Titius ædificabit domum,
ſiue curare, quòd ædificabit [g]: idq; & alij probāt,
& ego verum eſſe arbitror, vt idem ſit eo reſpe-
ctu, quòd vtraq; ſtipulatio eſt facti, committitur-
6 que in id, quod intereſt [h]. In † eo tamen videtur
eſſe differentia, quòd qui promiſit curare, libe-
ratur, ſi eam curam adhibuit, quam potuit [i]: at
qui promiſit facere, non liberatur, niſi verè fece-
rit. Nec ob difficultatem eſſet excuſandus, quod D
alibi diſputaui [k]. idem enim eſt facere, quod cū
III. effectu curare. Sed † quid, ſi promiſſum ſit fa-
7 cere & curare, decem dentur? & aliàs cenſui
non eſſe faciendam interpretationem, vt ius
faciendi per adiectionem curandi minuatur,
ſed niſi re ipſa factum ſit, ſtipulatio com-
IV. mittatur. quod & receptius videtur [l]. Quod
& in cautionibus prætoriis producendū eſt, in
quibus lex promiſsionem facti alieni quadam
humanitate interpretatur ad curam pertinere.
intelligetur enim de cura cum effectu, id eſt reū E
8 facturum [m]: &, quia † verba legum cum effectu
intelligi debent [n]. Vnde tali caſu non ſufficeret
adhibuiſſe curā, ſed niſi re ipſa factum ſit, locus
V. eſſet pœnæ [o]. Sed † quid, ſi is reus locuples
9 non ſimpliciter promiſit, ſed hac forma, *Nomine
talis promitto me ſoluturum?* & non videretur princi-
VI. palis hoc caſu liberatus [p]. qua de re infrà. Sed
10 † quid ſi ſimpliciter ſtipulatus quis ſit decem ſi-
bi dari? & dubiū non eſt eum præciſè teneri [q].
qui enim idem eſſe aiunt, ac ſi dictum eſſet, Dari F
curari, incorruptos librarij codices inciderūt [r],
& ideo diſtinctio illa verbi executiui imperſo-
naliter prolati magis arguta, quàm legiſlatorū
ſenſui conſentanea eſt. Sed hæc hactenus. huius
enim legis materiam alibi à me diffuſiùs expli-
catam non exiſtimo operæpretiū hîc repetere.

a l. fi. §. fi. ſi cer. pet.
b arg. l. 3. ÿ. de fideiuſ. l. v. §. item Labeo. de inſt. act.
c l. qui liberti-nꝰ. §. ÿ. de oper. lib.
d l ſi mandato. in fi. mand. Bal. l. pro debito. C. de bon. auctor. iud. poſ.
e d. l. ſtipulatio iſta. in princ.
f l. ſi hæres. iuſſus. de leg. j. Alb. l. ſed. & ſi. §. libertis. de iudic.
g arg. l. q̄ties. l. inter. in pric. ÿ. e.
h d l. quoties.
i Bar. conſ. 336. Martinus. c. gēma de ſponſ.
k l. q̄d te. ſi cer. pet. vbi dixi.
l Doct. d. l. ſi hæres.
m d. l. quoties. verb. acturū. ÿ. eod.
n l. j. in fi. quod quiſq; iur.
o l. ſancimus. C. de fideiuſ.
p l. ſi ita. §. poſſum. ÿ. eo.
q l. ꝑmiſſor. in fi. de conſt. pec.
r d. l. fi. §. fin.

LEX LXVIII.

2 *Explicata ratio, quare ſtipulatio certā pecuniā credēdi incerta ſit, & ſolùm in id, quod intereſt, cōmittatur.*
4 *Credi poteſt aliena pecunia.*
6 *Cauſæ dotis & mutui differentia.*
8 *Differunt mutuum & mutui promiſsio.*
9 *Promiſsio de obligando nullius operationis.*
15 *Intereſſe, tanquam incertā rem ex ſtipulatu petimus.*
16 *Stipulatoris numerari pecuniam interdum intereſſe poſſe.*

LEX LXVIII.
PAVLVS *libro 2. ad Edictum.*

SI pœnam [a] ſtipu- A
latus fuero, ſi mi-
hi pecuniam non
crediſſes, certa eſt
& vtilis ſtipulatio.

SI POENAM [a]. ¶ Stipulatio † cer- a
1 tæ pœnæ certa eſt: at ſtipul. cer-
tam pecuniā credendi incerta eſt,
& non præciſè, ſed in id, quod in-
2 tereſt, ſolùm cōmittitur. Sed † quæ
nam eſt ratio? videretur enim eum, qui centum
aureos crediturum ſe ſpondet, certum promit-
3 tere. credere † enim eſt mutare [s], id eſt, de meo
tuum facere, ſicq; dominium transferre: at pro-
I. miſsio dandi ſemper certa eſt & præciſa [t]. Et
reſpondet Accur. rationē ex vi verbi aſſumi. cre-
dere enim poſſumus etiam alienam pecuniam.
4 quo † caſu non niſi conſumptione mutuum con-
5 firmabitur [u]. cùm † ergo etiam qui alienam pe-
cuniam mutuat, dicatur credere, apparet non de
dandi obligatione agi, ſed tradendi: quæ tradi-
tio facti eſt. declarataq; hoc modo Accurſij ſen-
C tentia à Bart. & cæteris, qui magno numero di-
uerſi eunt, defendi poteſt. Aliter autem illi re- II.
ſpōdent, nempe obligationem dandi præciſam
eſſe & certam, cùm quis ita dare promittit, vt res
perpetuò ſit apud ſtipulatorē: ſecus, cùm qui ac-
cipit, tenetur deinde reſtituere [x]. Debet enim,
qui mutuum accepit, deinde reddere. Vnde tali
caſu ſolùm ſtipulatoris intereſt, quatenus ea ſit
vtilitas, quam ex temporario pecuniæ vſu po-
tuit percipere. Nec obſtat, quòd maritus pecu-
D niam ſibi dotis nomine promiſſam præciſè pe-
tit [y], & tamen ad reſtituendum tenetur [z]. quia
6 reſponderi poteſt, naturam † contractus mutui
eſſe, vt quandoq; reſtituatur: at dotis cauſa ex vo
to contrahentium perpetua eſt, vt ſemper apud
maritum res ſit [a]. Fortiùs ergo obſtat, quòd is,
cui pecuniæ vſusfructus legatus eſt, temporariā
vtilitatē ſolùm conſequitur, & ad reſtituendum
tenetur: & tamen tale legatum certum eſt, & ex
eo ad dandum agitur [b]. Verior ergo eſt Iacobi,
Albericique interpretatio, quam & Torquatus
E & Iaſ. itemque Decius [c] approbant. & alibi ſe-
cutus videtur Bart. [d] eum, qui † ad mutuandum
7 teneatur, non ad dandum, ſed ad faciendum te-
8 neri. contractus enim ſunt facti [e]. & † aliud eſt
mutuare, aliud ſe mutuaturum promittere [f]: &
aliud donare, aliud donaturum promittere [g]:
& aliud fideiubere, aliud fideiuſſurum promit-
tere [h]: aliud ratum habere, aliud ſe ratum pro-
mittere habiturum [i]. & ſi qua ſimilia. Vnde con-
ſequens eſt, vt qui mutuaturum ſe ſpopondit, ſo
F lùm ad factum teneatur, id eſt ad contractū mu-
tui perficiendum. & licet eo contractu perfecto
transferatur rei creditæ dominium, hoc non ex
vi ſtipulationis eſt, ſed ex conſequentia mutui,
ſecundum quam ſequelam contractus non iudi
catur. nam & traditio ſequela eſt obligationis
dandi [k], & tamen non ideo obligatio dandi, fa-
9 cti eſt [l]. Hinc infertur, an † is, qui promiſit,
quòd ſe in centum aureis mihi obligaret, cen-
ſeatur ſtatim cauſa vitandi circuitus in ea ſum-
ma

s l. j. ſi cer. pet.
t l. ubi. §. fi. ÿ. co.
u l. nā & ſi fur. ß. de reb. cred.
x arg. l. liber homo. ÿ. in fi. j. co.
y l. à Titio. ÿ. co.
z l. in reb9. C. de iur. dot.
a l. j. ß. de iur dot.
b l. trib. de vſuſfru. ear. rer. Dd. l. vbi. §. j. ÿ. eod.
c Iac. & alij hîc. Dec. l. cū fundū §. j. vbi notaui, ſi cer. pet.
d l. ſtipulatiōes nō diuidunt. q. vj. ÿ. eo.
e l. conſilio. de cur. fur.
f gl. Dd. l in bonę fidei. de eo. q cer. loc.
g gl. §. aliæ. Inſt. de don. Alexā. l. iuriſgētium. in prin. de pact.
h l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichū. ÿ. eod.
i l. 4. §. Cato ß. e.
k l. traditionib. C. de pact.
l l. vbi. §. fi. ÿ. eo.



ma obligatus? Et fuere qui crederent cenſeri ob-
ligatum [z]: contrà alij argumento legis noſtræ, in
10 † qua apparet aliud eſſe mutuare, aliud promit-
tere ſe mutuaturum: illa promiſsio certa eſt, hæc
11 incerta. Sed reſponderi poteſt, mutuū † non niſi
rei interuentu con-
trahi: & ideo pro-
miſsio mutuandi,
quę ſolis verbis cō-
cipitur, eum con-
tractum non indu-
cit. at in propoſita
quæſtione obliga-
tio ſolis verbis po-
tuit contrahi. Item
ſi ei, cui mutuum
promiſſum eſt, non
obſeruetur, poteſt
contingere, vt non
multū inde damni
fiat, vt quia modicum eius interſit, cùm omnino
12 ſit reſtituturus, vnde † circuitus vtilitatem adfer-
re poteſt [b]. at in caſu noſtro certū eſt ſemper in-
tereſſe creditoris, vt pro expreſſa ſumma ꝑmiſ-
ſor ſit obligatus [c]. meritò circuitus, tanquam in-
utilis, attendi non debet. Fortiùs ergo obſtat, q
non videtur id actum, vt tunc promiſſor ſe obli-
garet [d], cùm † in ſtipulationibus verba futuri tē-
13 poris ad præſens non trahantur [e]: eſtq; hæc ſen-
tentia certiſsima, cùm contractus promiſsionis C
alterius ſpeciei eſt, quàm ille ſit, quo actum eſt,
vt quis ſe obligaret. tali enim caſu ſemper vtilis
14 eſt circuitus [f], vt † ſi in contractu venditionis pa-
cto promiſſerim, quòd me per ſtipulationē tibi
in centum obligarem, nulla eſt ratio, cur ſtipula-
tionem interceſsiſſe dicamus, quæ nō interceſ
ſit [g]. fictio enim non contrahentium, ſed legiſla-
toris eſt actus.

Quòd ſi ita ſtipula-
tus fuero, PECV-
NIAM TE MIHI A
CREDITVRVM
SPONDES? incer-
ta eſt ſtipulatio: quia
id venit in ſtipulatio-
nē qd' mea intereſt [a].

QVOD MEA INTEREST [a]. ¶ Quoties
a † ergo id, quod intereſt, petitur ex ſtipulatu a- D
15 gendum eſt, quia incerta eſt petitio: & ideo lex
hoc caſu plerunque ait incerti agendum [h]. Sed
huic rationi obſtat, quod ex lege Aquilia in id,
quod intereſt, agitur, & tamen lex ait, certi con-
dictone agi [i]. Vnde Accur. apertè confeſſus eſt,
id, quod intereſt, cenſeri certum, cùm per iudicis
ſententiam poſsit liquidò declarari. Quæ ſen-
tentia eo duntaxat caſu defendi poteſt, cùm cer-
ta quantitas expreſsim ſub nomine eius, quod
intereſt, petitur, ſolutioq; variabilis non eſt, vt E
quia nec mora purgari, nec factum præſtari poſ-
ſit. quo in caſu ſuprà ſcriptum legis Aquilię exē-
plum procedit. Aliàs ſi certa ſumma in libello
expreſſa non ſit, vel ſolutio variari poſsit hæc
ſententia omnino eſt reiicienda. violat enim le-
gem noſtram, itemque alias, in quibus incerti
interpretatur, id eſt certi [k], nempe album, id eſt
nigrum. Subuertit & principalem differentiam,
quæ inter certi condictionem & actionem ex ſti
pulatu eſt [l]. & ita non pauci aduerſus Accurſium, F
ſequioreſq; exiſtimauerunt, & ego alibi latiùs
attigi. Cæterùm & legi noſtrę illud obſtat, quòd
fruſtra ſtipulator ad id, quod intereſt, ageret,
cùm exciperet ꝑmiſſor nihil intereſſe [m]. ſi enim
(inquiet) tibi mutuaſſem eam pecuniam, mox
mihi voluiſſem reſtitui. Vnde nihil tua intereſt
eam pecuniam tibi numeratam fore, quam ne-
ceſſe habuiſſes confeſtim reſtituere [n]. Sed reſpō-
16 det Accurſius, intereſſe † ſtipulatoris potuiſſe, ſi
vel actu momētaneo pecuniam haberet, vt quia
alij eſſet ſub pœna obligatus, quam potuiſſet e-
uitare: ſecutiq; ſunt hanc ſententiam Veteres [o],
quam & ego probo, vt qui exiſtimarim ſemper
eius, quod extrinſecus intereſt, rationem haben
dam non minùs, quàm ceſſantis lucri [p], excepto
tamen venditore,
qui ſi moram fa-
ciat, nō adeò tamē
duriter plectitur [q].
17 cùm † enim emptor
erga illum ad legi-
timas duntaxat v-
ſuras teneatur ob
moram [r], non fuit
ęquū acerbiùs ven-
ditorem obligari.
par enim debet eſ-
ſe vtriuſq; cōditio:
quod alibi à me diſ
putatum aduerſus
cæteros eſt. Aliter tamē reſpondet ſuprà ſcripto
argumēto Bart. nempe † eum, qui mutuare pro- 18
miſit, non poſſe ſtatim repetere ne aliàs inutilis
cenſeatur contractus. Arbitrio ergo iudicis tem-
pus relinquitur, quo interim ea cōmoditate vti
ſtipulator poſsit. Quam ſentētiam aduerſus Ve-
teres aliqui probarunt [s], conſtatque eo caſu cer-
tiſsimum id eſſe, cùm ad certū vſum, ſeu ex cer-
ta cauſa, quæ intra præſtitum tempus finiri po-
C teſt, mutuum fieri actum eſſet. tunc enim, ſicut et
in commodato, non poſſet dominus ſtatim re-
petere [t]. Quod & ad precarium aliqui exten-
dunt, non lat tamen (vt Decius arbitratur) re-
ctè [u]. Quòd ſi de certo vſu actum non ſit, non
ſolùm veteres, ſed & Bal. Angeluſq; Accurſium
ſequuntur, vt † confeſtim, id eſt intra decē dies 19
ſeu terminū humanitatis cauſa confeſsis indul-
tum, fiat reſtitutiò [x]. Habetur ergo huius vtili-
tatis ratio modici illius temporis duntaxat re-
D ſpectu: confirmaturq; hæc ſententia eorum au-
ctoritate, qui crediderunt eum qui vouerit mo- 20
naſterium ingredi, votum impleſſe videri, ſi mo-
naſterium ingrediatur, licet incontinēti exeat [y].

a arg. d. l. cùm fundū. §. j. vbi Alex. & Iaſ. Io. And. in Spec. rub. de oblig.
† aliàs, 6.
b l. ſi vſusfructus. ß. vſufr. quē. caue
c l. nummis. de in litem iur.
d l. non omnis. ſi cer. pet.
e l. nouiſsim. ÿ. iud. ſol.
f l. duo ſocietatem. pro ſocio. not. l. q̄bis. ß eo.
g Bar. l. ſi fideiuſſor creditori. ÿ. de fideiuſ.
h l. liber homo. in fin. ÿ. eo. l. fi. ſi quis in ius voc.
i l. certi condictio. ſi cer. pet. in pric. l. ait lex. in fi. ad leg. Aquil.
k l. quò. ſi nulla. de leg. j. l. iij. C. de inut. ſtip. l. 3. ß. de vſuris.
l Inſtit. eod. in prin. notaui d. l. certi. vbi Iaſ. & Dec.
m l. nō videtur. de acquir. poſ.
n l. qui ſic. de ſolut. l. ſi tibi pecuniam. ſi cer. pet.

L. 69. Si homo mortuus.
o Old. Iac. Din. Alber.
p l. videamus. ver. prætereà. de vſur. l. oleo. C. de vſur.
q l. ſi ſterilis. §. cū per venditorē. de act. empt.
r l. fi. de perſc. et com.
† dari ſibi, aliàs.
s Imo. Com. Al lex. Iaſ.
t gloſ. l. pen. C. commod.
u Dec. l. contractus. de reg. iur.
x l. ſi debitori. de iudic.
y Arch. xvij. q. ij. ſancimꝰ. Iaſ. l. in ſubſtitutiōe. de vulgar.

LEX LXIX.
VLPIANVS *lib. 7.* †
*ad Edictum.*

SI homo [b] mortuus
ſiſti non poteſt, A
nec pœna rei impoſ-
ſibilis committetur:
quemamodū ſi qs
Stichū mortuū daret
ſtipulatus, ſi datus
non eſſet, pœnam
ſtipuletur. B

LEX LXIX.

1 *Homine vita defuncto, expirat ſtipulatio, pœnaq;.*
4 *Promiſsio mortui à conditione incipiens tenet.*

SI HOMO [b]. ¶ Homo † mortuus b
nec ſiſti nec dari poteſt, & ei pro- 1
miſsioni ſtipulatio pœnalis ſubie-
cta non committitur. Sed quęnam
E eſt ratio? videretur enim committi
debuiſſe pœnam, quæ in caſum poſsibilem con-
cepta eſt. nam mortuum non ſiſtere, aut non da-
re, non ſolùm poſsibile, ſed & neceſſarium eſt [z].
ergo valere debuit ſtipulatio. Nec quicquā ob-
ſtare debuit, quòd principalis ſtipulatio non va-
leret: quia hoc nihil ad pœnam [a], maximè cùm
F expreſſa in his ſit ratio differentiæ. vt enim de
mortuo homine commercium eſt nullum, ita de
pecunia nihil impedit, quin commercium va-
leat. Sed tamen Iuriſconſultus hîc contrarium
reſpondit. Veſtiganda ergo eſt ratio. Sciendum
† itaq; eſt, promiſsionem hominis mortui non 2
valere, quia per mortem deſinit eſſe in commer-
cio, religioq; eſt de eo contrahere [b], adeò vt nec
moueri extra locellum poſsit abſq; Pontificum
auctoritate [c]. Qui † ergo ſiſtere, vel dare homi- 3
nem mortuum promittit, rem impoſsibilem
promittit,

z l. in illa. in fi. ß. eod.
a l. ſtipulatio iſta. §. alterius. ß. eod.
b l. ij. de relig. et ſumpt. fun.
c l. oſſa. eo. tit.

promittit.Vnde huiuſmodi conuentio nulla eſt. Eodemque modo ſtipulatio pœnalis, tanquam ei accedens, eſt nulla [a]. cùm enim pœna Græco ſermone vltionem ſignificet,nō debet quis eius rei non factæ vltionem pati, quam, etiam ſi vellet, facere non potuit [b].Non ergo ob-
4 ſtat, quòd † valet promiſsio à conditione incipiens, *Si hominem mortuum non dederis, dabis centum* [c]? quia talis ſtipulatio ex euentu cōditionis committitur, in qua ad ſolum factum attenditur [d], nec in vltionem hominis non dati adiecta videtur,cùm is homo in conditione duntaxat poſitus, non autem ex conuentione promiſſus ſit [e]. Nec etiam obeſt,quòd pœna ſtipulationi inutili (quia non intereſt )adiecta committitur: tamen [f] quia quòd quis adimpleat illud, quod promiſit, quamuis ſtipulatoris non interſit, nihil eſt, quod impediat: meritò eius negligentiæ vltio ſumi poteſt. At dare rem ſacram,vel religioſam,aliquídve facere,quod contra bonos mores eſt,nemo iure noſtro poteſt.Vnde eius rei
I. vltio nulla eſt. Hinc † ergo infertur,legi noſtrę
5 locum eſſe, cùm quis hominem promittit, qui ſtipulationis tempore mortuus eſt. quamuis enim partes ſcirent eſſe mortuum,adhuc vtraque ſtipulatio eſt nulla [g].quod Raph.& Alexand.Iaſonque cenſuerunt.cùm enim mora non præcedit interitum, nihil refert, ſciuerint, an ignorauerint id partes [h], quicquid hac in re Caius cen-
II. ſuerit,cuius rationibus reſpondēt cęteri [i]. Sed
6 † & ſi tempore quidem ſtipulationis viuebat ſeruus, ſed deinde mortuus ante moram promiſſoris eſt, idem dicendum eſt: quia res ad eum caſum deuenit, à quo nequit incipere [k]. An etiam, quia inpoſsibilitas ſuperueniens excuſat debi-
III. torem,ne in pœnam incidat [l]? Nec † diſtinguen-
7 dum eſt inter contractus & iudicia.non ſolùm enim,qui in iudicio promiſit ſiſtere ſeruum, eius morte liberatur [m],ſed etiam , qui extra iudicium talem ſtipulationem concepit, vt omnium ferè
8 ſentētia eſt.In † iudiciis enim quaſi contrahitur [n],
9 & † argumētum de iudiciis ad contractus valet [o]. Solùm ergo procedit legis noſtræ regula, cùm poſt moram debitoris periit ſeruus,qui dari debuit.tunc enim in odium ipſius fruſtratoris fingitur viuere [p], & ideò committitur pœnalis ſtipulatio [q].

a l.ſi eum.§.qui iniuriarū ſi quis caut .c. acceſſoriū de reg.iur. n vj.
b ſ.e.l.generaliter.l. ſi plagij.ſ. eo.l.Seius. ad l. Fa.vbi notatur.
c d.l.in illa in fi.
d l.quidā.ſ. eo l Meuius.de cōd. & demon.
e l.ita ſtipulatus.ſ.eo.
f d.§.alteri.
g l.nō ſolum.ſ. tit.j.
h l.ſi ſeruū.§. fi. vbi Bart.ſ.eo.
i d.l.inter.§.pe.
k l.ſi ex legati.vbi notaui,ſ.eod.
l l.ſi vehenda.§. idem iuris.ad l. Rhod de iact.
m l.ſi deceſſerit. in gl. ij.qui ſat. cog.l ſi eū.§.homo ſ. ſi quis caut.
n l. iij.§. idē ſcribit.de pecul.
o l.omnē.de iudic.
p d.l.ſi ſeruum.
q l.inter ſtipulantem.§.pen.ſ. eod.l. eū,qui.§. j.de iureiur.

LEX LXX.

VLPIANVS *libro* 11, *ad Edictum*.

A MVlier, quæ [a] dotem dederat pupillari meo Glabrioni Iſidoro, fecerat eum promittere dotem, ſi in matrimonio deceſſiſſet, infanti: & deceſſerat conſtante matrimonio. Placebat ex ſtipulatu actionem non eſſe: quoniam qui fari non poterat, nec ſtipulari poterat,

LEX LXX.

1 *Infans non ſtipulatur: eiuſq; ratio dubitandi & decidendi oſtenſa.*
5 *Actus emancipationis non eſt filij.*

a MVLIER, QVAE [a]. ¶ Glabrio Iſidorus per ſtipulationem infanti promiſerat ſe dotem,quam ab vxore acceperat, reſtiturum, ſi vxor in matrimonio deceſsiſſet.reſpondet Vlpianus, ſtipulationem non valere. non
1 † enim infans ſtipulari poteſt, quod ſuprà vidimus [r]. Dixerit aliquis,quę nā hoc in caſu fuit dubitandi ratio? an,quia inter populares Vlpiani. id eſt Phœnicas, res geſta eſt,qui fœderati peregrinique erant [s], inter quos non rigor ciuilis,ſed æquitas iuriſgentium attendenda videbatur? & ideo etiam infanti in ſuā vtilitatē ſtipulanti non erat deneganda actio? An,quia de dote reſtituenda tractabatur? in qua plurimùm ad ius gentium attendimus [t]. & cui præcipua pleraque indulgētur, adeò vt lex generaliter loquens, in ea ſępiſsimè locū non habeat [u]. An, quia hoc ſtipulatione nouata videbatur obligatio, qua erga vxorē Glabrio tenebatur [x]. vnde ne lucrum præter mentem partiū faceret
B maritus,debuit ſaltem vtiliter competere infanti actio. Sed hæc omnia vix probabili dubitationi ſufficiunt. cùm † enim infans non ſolùm ver- 2
bis, ſed conſenſu deficiat,nulla eſt ratio,cur aut iure gentium , aut æquitate valere ſtipulatio debeat,multoque minus actionē vxoris nouare [y]. An ergo , quia et ſi infans eſſet,cùm ſtipularetur, tamen cùm euenit cōditio,poterat fari? vnde videretur tempus euenientis conditionis attendi debuiſſe [z]. Quod tamē verū non eſt. quod † enim 3
C ad habilitatē perſonæ attinet, tempus initi contractus reſpicimus [a]. Sanè † adnotari hinc po- 4
teſt,legem, quæ generaliter loquitur, etiam infantes comprehendere. Vnde lex in ſtipulatione & conſenſum & verba requirens, cùm vtrunque in infante deſit,eum à iure huius cōtractus cenſetur ſubmouere. Quod tamen non procederet, cùm lex de actu diſponit, qui principaliter ab ipſo infante non geritur. tunc enim videtur ſatis ſi,quod infanti deeſt, per patrem,vel tutorē ſup-
D pleatur. Vnde lex generaliter prohibens quenquam niſi conſentientem emācipari, in infante locum non habet, qui conſentire non poteſt [b]: ſatiſque eſt, quòd à parente, in cuius poteſtate eſt,fuerit manumiſſus. Actus † enim emancipa- 5
tionis eſt ipſius patris & iudicis,non autem filij. Sic & lex requirens filij conſenſum, vt legitimus effici, natalibuſque reſtitui poſsit [c],non habebit in infante locum.reſtituetur enim,quam-
E uis conſenſum non habeat, vt Bart.cenſuit,cuius ſententia videtur crebriore calculo recepta eſſe [d]. Sic & lex Iuſtiniani, qua ius deliberandi cenſuit tranſmitti ab eo, qui ſciens hæreditatem ſibi delatam deceſsit,etiam in infante locum habebit, qui per tutorem, vel patrem ſciat [e]. quod Bart. cenſuit. Sed hæc ſententia dubia eſt. nihil enim hoc caſu cum patre geritur. qua de re ſuprà [f]. Sed † pone lege municipali eos, qui legi- 6
timati ſunt,non poſſe niſi his duntaxat ſuccede-
F re, qui legitimationi expreſsim conſenſerunt [g], an ſi pater duos infantes ſimul legitimos ſibi effecerit. videbitúrne alter alteri conſenſiſſe [h], vt inter ipſos deinde ſit mutua ſucceſsio? & verba legis ſuprà ſcriptaque regula videntur obſtare, ſed tamen humanius eſt ſufficere patris conſenſum. geritur enim hic actus à patre, qui vtriuſq; conſenſum ſupplere exiſtimandus eſt [i].

r l. j.in princ. ſ. eod.
s l.j.ſ. de cenſib.
t l. pater. C.de pact. conuent.
u l.i.vbi Iaſ. ſol. mat.
x §.præterea. Inſt.quib.mod. tol.oblig.
y l.j. de nouat. Din.Oldr. Alb. hic.
z l.ſi rem meā. ſ.eo.
a l.quoties.i.de nouat.
b l.iubemus.C. de eman.lib.
c §.illud.tamen. in authē. quib. mod.na.eff.leg.
d Dec.cōſ. cccxvj.
e l.cùm in antiquioribus.C.de iur. de lib. vbi Bar.& Doct.
f l.ſi ex legati. ſ.eo.
g l. communiū. C.de nat.lib.
h l.cùm pater.§. libertis.vbi Bar. de leg.iij.
i arg.l 3.ſ.de ritu nupt.

LEX LXXI.

2 *Pœnalis ſtipulatio qualiter concipienda.*
3 *Pœna tacita debetur.*

Cùm



a CVM QVID VT FIAT [a]. ¶ Pœna
1 (vt ſuprà dixi) à † Gręca voce ποινὴ, deducitur, quæ vltionē ſignificat. vlciſcitur enim culpā eius, qui a-
2 liter facit,quàm promiſit.vnde † ſi promiſsio eſt adfirmatiua , pœnalis ſtipulationis verba in contrarium concipientur, id eſt negatiuè: ſic è contrario. Qua ratione etiam ſufficit, ſi ſimpliciter dictum ſit, *Alioquin tantum dabis*? quod & Bart. tradi-
3 dit [a]. Hinc probatur,pœnam † dici,etiā ſi expreſſum nō ſit nomine pœnæ dari. lex enim ait vſitatius eſſe, vt ſpecialiter exprimatur nomine pœnę [b],nō aūt neceſſariū id eſſe:& licet plerunq; hoc expreſsū reperiatur, non tamen conſequens eſt,vt neceſſariò ſemper adiici debeat [c]. Multa † enim maio-
4 ris declarationis cauſa ſæpiſsimè explicantur, quæ tamen omiſſa nihil imminuunt [d]. non enim ſolēt contractus à nominis expreſsione diiudicari,ſed ab eo,quod actum eſt,& à forma, quæ in eis ſeruata proponitur [e]. Sufficit † ergo vltionē
5 principalis promiſsionis neglectæ aliquid promiſſum eſſe, etiam ſi de nulla pœna facta ſit mētio [f].Probantque hanc ſententiam communiter Doctores,paucis tamen reclamātibus, ſed adeò leuiter, vt eorum rationes tædeat referre,præſertim cùm à me alibi hic articulus Paradox. lib. j.copioſiùs ſit diſputatus.

a Bartol l.j. de cond.& dem.
b l. cōtinuus.§. pe.ſ.e.vbi Din. & Alber.
c l.4 §.Cato. ſ. eo.vbi Mod.l.fi. § fi.de eo.p quē fact.
d §.non ſolum. Inſt.eo.
e l.inſulā. de p-ſcript.verb.
f l.ſancimus.C. de fideiuſ.l. fi.ſ. de præt.ſtip. l. duo.pro ſoc.

LEX LXXI.

VLPIANVS *libro* 13. *ad Edictum.*

A CVm qd vt ſiat [a], ſtipulemur pœnam, ſic rectè concipiemus, SI ITA FACTVM NON ERIT: cùm quid ne fiat,ſic: SI ADVERSVS ID FACTVM SIT.

LEX LXXII.

1 *Rerum partitio.*
2 *Diuiſio rerum aut ſecundum naturam, aut iuris interpretationem fit.*
4 *Incorporalia iuris interpretatione diuiduntur.*
6 *Eius poteſtatis eſt pars reſpectu partis, cuius totum contemplatione totius.*
11 *Explicatur,quomodo ſeruitutes indiuiduæ ſint.*
12 *Seruitutum definitio.*
13 *Facta indiuiſibilia.*
17 *Varij effectus ſeruitutum indiuiduarum. 22,24,26.*
27 *Seruitutes etiam perſonales indiuiduæ,excepto vſufructu: eiuſq; ratio.28.*
32 *Qualiter vſus & aliæ ſeruitutes recipiant diuiſionē.33.*
38 *Seruitus pro parte retinetur,licet non acquiratur.*
42 *Commoditas feudi diuiſibilis.*
48 *Non ſemper facturum obligationes indiuiduæ ſunt.*
53 *Venditionis natura indiuiſa.*
58 *Obligatio reſtituendi quare indiuidua.*
60 *Obligatio redimendi indiuidua.*
70 *Explicata ratio,cur in obligationibus facti præſtatione intereſſe liberemur: &,cur in dādi obligatione ſecus.72.*
73 *Interdum dationi ſuccedit intereſſe. & quid in obligatione rem reſtitui? 78.*
81 *Aliquot caſibus obligatus ad factum, nō liberatur præſtatione intereſſe.*
86 *Obligatio dandæ pecuniæ interdum diuidua,interdum (non 87.*
92 *Forma libellandi in obligatione faciendi.*

b STIPVLATIONES NON DIVI-
1 DVNTVR [b]. ¶ Rerum † alię cor-
2 porales ſunt,alię incorporales.Hę † omnes diuiſionē quādoq; ſecundum naturā recipiunt,quādoq; ſecundū iuris interpretationē. Igitur corporalia omnia ſecundū naturā ſuam diuidua ſunt [g]. Vnde artificum varia ſunt nomina, vt diuiſorum, ſtructorum, anatomicorum,chryſophytarum,& ſimilia [h]: quę res ad Iuriſconſultos nō valde pertinet. Eadē quoq; ſecundum iuris interpretationem regulariter recipiunt diuiſionē in partes, ſiue quotas [i],ſiue integrales [k], ſiue diſcretas [l]. cuius diuiſionis faciēdæ gratia variæ actiones introductæ ſunt, in hiſq; conſtituta eſt generalis regula, vt
3 † corporalia omnia
B diuiſionē recipiāt, idq; ſecundū eorum qualitatē,prædia ipſa ex volūtate domini [m],vel per τῶ ἐγκιος,id eſt,ſepti,interpoſitionē,vnde erciſcūdæ familiæ nomē [n]:aliæ res aliter arbitratu iudicis [o]. Qandoq; tamen huic diuiſioni locus non erit,vt quoties nimia incōmoditas eam fieri diſſuaderet [p].Vnde nec homo diuidi corporaliter poteſt, quia mortuus nomē hominis perdit [q].Idē,ſi ꝓpter pupillorū fauorē lex eā ꝓhibeat [r].Idē,ſi teſtator vetet [s], vel etiā ſi ad tēpus id ex cōuentio-
C ne partiū actū ſit [t]. Incorporalia ſecundū naturā diuiſionē nō recipiunt,quia quæ videri & tangi nō poſſunt,nec quidē diuidi poſſunt [u]:ex † iuris verò interpretatione ſecus eſt [x]. Cùm .n. ſuprà 4
dixerimus,corporalia regulariter diuidi , eſt cōſequens,vt † etiam incorporalia,veluti actiones, 5
obligationes,dominia diuidantur, quæ cùm rebus adhæreāt,vel earū cauſa inductę ſint, ſecūdū earū quoq; naturā diiudicari debent [y]. Nā & regula eſt generalis,eius † poteſtatis eſſe partē re- 6
D ſpectu partis , cuius totū contēplatione totius [z]. Vnde quod de toto ſtatuitur,in parte quoq; permiſſum cenſetur [a]. valet enim argumentū de toto ad partē [b],ſicut † & de pluribus rebus, aut perſonis ad vnā [c]:& † qui in iudicio totū petit,ſi bo- 7
nā cauſam in parte tātùm habeat, eius reſpectu 8
ſecundū Zenonianæ legis modū obtinet [d]: ſicut vice mutua,qui partē petit,ſi in toto ius habeat & ipſe potior eſt [e]. Suadet hoc & æquitas. nam † cùm quis decedit,relictis pluribus hæredibus, 9
E cùm ſinguli eum inſolidū non repręſentent,ſed pro portionibus duntaxat hæreditariis [f], æquū eſt inter eos diuidi actiones pro iiſdē portionibus,ne in plus teneantur, quàm teſtatoris perſonam referāt, & quia iniquum eſt pacto alterius cohæredis alterū prægrauari [g], cùm pœna ſuos tenere debeat auctores [h]. Hinc eſt quod obligationes dandi diuiſionē recipiunt [i],cùm dare, ſit dominiū transferre [k], ipſum autē dominium diuidatur [l], & † dominus dicatur, etiam qui pro 10
F parte eſt dominus [m]. Addunt aliqui,obligationem dandi ea quoq; ratione eſſe diuiduam, quia præciſa eſt [n], adeò vt nullū periculum ſubſit,ne partim res partim id, quod intereſt,præſtetur [o]. qua de re infrà . Et hæc quidē ſecundum cōmunē regulam procedunt. ſunt tamē non pauci caſus, quibus nullus eſt diuiſioni locus. Et in primis hîc traditur, obligationem ſeruitutum indiuiduam eſſe,ſicut & obligationem faciendi.

L. 72. Stipulationes nō diuidunt.
g Bart.quæſt.j.
h l fi C.de excu. artif.lib.x.
i l.ſeruus cōmunis.ij.ſ.tit.iij.
k d.l. q vſumfruct.ſ.eod. vbi Bart.
l l.locus. de acquir.poſ.
m l.q in rerū.§. pe.& l.planc.in fi.de leg.j.
n l.ſi qs duas.§. ſi partē. cō. ꝓd.
b l. j. §. fi. de pē. leg. vbi Bart.
c l. ſi in ſingulos de ann. leg.
d l. q̄d dicimus. de ſolut.
e l. ſi Stichū. §. j. ī. eod.
f d. §. Seia cauit.
g l. nihil intereſt de regu. iur. not. in l. turpia. in princ. de leg. j. & l. Iulian9. §. offerri. de act. empt.
h d. l. Thais. §. intra.
i gl. d. l. Celſus.
k gl. l. aſsiduis. C. q pot. in pig.
l l. ij. §. de offic. proconſ.
m Imo. & Arc. l. qui Romæ. §. Callimachus. 4. not. ī. eo. Dec. & Put. d. l. ſi inſulā
n §. l. px. §. pen.
o l. ſtatuliber rationem. de ſtatulib.
p l. vinū. ſi cert. pet.
q l. ſi duo. in fi. vbi Bar. de cōſt. pec.
r l. quod te. ſi cert. pet.
s §. curare. Inſt. de act.

## LEX LXXIIII.


1 *Stipulationum cauſa, & actiones.*
4 *Certi deſcriptio & etymon.*
10 *Stipulatio optimi eſt certa.*
11 *Is, qui certum vinum mutuò dedit, ſi ſtipuletur illud ſibi reſtitui, certum cenſetur ſtipulatus.*


CAIVS *libro 8. ad Edictum prouinciale.*

## LEX LXXIIII.

STipulationum quædam [a] certæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt, quod ex ipſa pronūciatione apparet, qd, quale, quantūq; ſit: vt ecce, aurei decem, fun- A dus Tuſculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modij centū, vini Campani optimi amphoræ cētum.

STIPVLATIONVM QVAEDAM [a]. ¶ Cùm † ſtipulationes inventę ſint, vt vnuſquiſq;, quod ſua intereſt, cōſequatur: ſi † quis quicquam fieri ſtipulatus ſit, actione ex ſtipulatu aget, quoniam facta ſunt incerta. Quòd † ſi quicquam certi ſtipuletur, eum condictione agere oportet [t], quæ præciſè debitorem obligatum ſupponit: eaque eſt vtilitas, an quis ex ſtipulatu, an certi condictione experiatur [u]. in re enim certa probabilis eſt creditoris affectio, vt ea ſibi B omnimodo detur: at in incerta ſecus eſt. vnde ſufficit eius loco pecunia. Intereſt igitur noſtra ſcire, quæ ſtipulationes certæ ſint, & quæ incertæ. Iuriſconſultus hîc docet, eas certas eſſe, ex quibus apparet quid, quale, quātumq; ſit, quod ſtipulamur. Certum † enim à cernendo dicitur. 4 Vnde ſicut quod liquidò videri poteſt, hoc nomine vocatur, ita & id, cuius ſubſtātia cum qualitate, quantitateq; ex demonſtratione aliqua, vel (vt hîc dicitur) ex ipſa pronūtiatione cogno- I. C ſcitur [x]. Hinc † apparet, cùm ſufficiat per rela- 5 tionem ad aliud rem eſſe certam [y], legem, quæ certum quid pronuntiatione requirit, in ea re procedere, quæ ſola relatione ſit certa. Quod ego aduerſus Iaſ. intelligo, etiam ſi certitudo pro forma requireretur. quod † enim relatione quadam intelligitur, propè expreſſum cenſetur, vt 6 ex facto Bal. reſpondit [z]. Si tamē lex non ſolùm rem certam requireret, ſed etiam ſpecialiter expreſſam, tunc ſecus eſſet [a]: ſicut & ſi rem ipſam D præciſè nominari vellet, vt in iuramēto, in quo expreſsio verborum eſt neceſſaria [b]: qua de re infrà diffuſiùs. II. Sane † & illud eſt hîc adnotandum, ſtipulationem hanc, *Vini optimi Campani amphoras tot*, eſſe certā. 7 quod verum eſſe propter loci Campani adiectionem Ang. exiſtimat: alioqn ſi ſimpliciter vini optimi certam menſuram quis ſtipulatus eſſet, videretur incertum ſtipulatus, cùm hæc ſuprema bonitas ex varitate locorum plurimum ſit incerta. Quæ ſententia à Doctori- E bus noſtris probatur, quoties conſtat, non de generoſitate actum eſſe, quæ in ea regione reperiatur, ſed quæ in toto orbe, vel maxima terrarum parte ſit [c]. aliàs † enim ſecundum loci conſue- 8 tudinem ea bonitas optima declarabitur [d], qd Imol. Paul. Alex. cenſuerunt. Sed † quid, ſi quis III. ſtipuletur vini Peligni peſsimi amphoras centū? 9 & ex ſententia Petri videtur certum ſtipulatus, cùm contrariorū eadem ſit (vt vulgò dicitur) diſciplina [e]. Ego cum Pyrrhone philoſopho, Stoiciſq; magis crediderim, bonitates haſce incertas F eſſe, quæ ſecundum vniuſcuiuſq; guſtum vario modo iudicantur: verùm Iuriſconſultos noſtros conſtituiſſe, optimi † ſtipulationem videri certam, 10 quia tali caſu probabilis eſt ſtipulatoris affectio, vt ad certum, id eſt præciſè, agere poſsit. at in peſsimo nulla eſt eius affectio, nec ſicut generoſitas certos fines habet, ita & vilitas habeat: ideoq; ex ſtipulatu agere creditor debet, & pecuniā cōſequi. Sed qd, ſi qs ſtipuletur ſeruū optimū ſibi dari? & Pet. Iacobuſq; vident̄ ſentire idē, IV. quod

t Inſtit. eod. in princ.
u l. ſi quis certū ſi cer. pet. vbi dixi.
x l. certū. ſi cert. pet. vbi Iaſ.
y l. vbi aūt. §. illud. ī. eo. tit.
z Bal. conſ. xi. in v. Iaſ. l. ait pretor. §. j. de reiu.
a c. l. appellanti. de app. gl. c. ſi epiſcop. de pręb. in vj.
b d. c. pen. de iureiur. vbi Abb.
c arg. gl. §. ſeru9 aūt pluriū. verb in infinitū. Inſt. de hęr. Inſt.
d l. cū de lanionis. de fund. inſtruc.
e l. fin. §. fin. de leg. 3.



in vino, & tritico, vt ſtipulatio ſit certa. Ego ſuprà ſcripta ratione dubito, quia non adeò certos fines in homine hæc bonitas habet, cùm ſecundùm prudentiam, inſtitutionem, artes hæc bonitas perpendatur [a], quæ omnia incerta ſunt.

V. Hinc † conſtat, eum

11 qui certum vinum mutuò dedit, ſi ſtipuletur illud ſibi reſtitui, certū cenſeri ſtipulatum eſſe. licet enim non optimum ſit ſtipulatus, tamen quoniam quod reſtitui debet, eius bonitatis oportet eſſe, cuius fuit, quod datum eſt, per relationem ad id, quod actum eſt, dicitur certū eſſe [b]. Hincque apparet, ſatis eſſe, ſi certitudo hęc alio modo, quā ex pronūtiatione, percipitur. alioquin & qui ſtipulatur aureos decem, incertum videretur ſtipulatus, cùm diuerſus ſit aureorum valor, & diuerſę notæ, itemque non eadem auri puritas & temperatura: & tamen hîc dicitur, talem ſtipulationem certam eſſe, quia poteſt certitudo ſecundum regionis conſuetudinem declarari [c], & in dubio de minimo intelligi, quod & Bart. tradit.

a l. ſi. in prin. C. com. de leg.
b l. cum quid. ſi cer. pet.
c l. ſemper in ſtipulationib9. de reg. iur. l. numis. de leg. iij.

## LEX LXXV.

VLPIANVS *libro* XXII. *ad Edictum.*

VBi autem nō apparet [a], quid, quale, quantūq; eſt in ſtipulatione, incertam eſſe ſtipulationem dicendum eſt. Ergo ſi qui fūdū ſine propria appellatione, vel hominē gene- B raliter ſine proprio nomine, aut vinum, frumētūue ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur, incertū deducit in obligationē: vſq; adeò vt ſi quis ita ſtipulatus ſit, TRITICI AFRICI BONI MODIOS CENTVM, VINI CAMPANI BONI AMPHORAS A CENTVM: incertum videatur ſtipulari: quia bono melius [b] inueniri poteſt. quo fit, vt boni appellatio non ſit certæ rei ſignificatiua, cùm id quod bono me- B lius ſit, ipſum quoque bonum ſit. At cùm optimū quiſque ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis ha- C bet. quę res efficit, vt ea appellatio certi ſignificatiua ſit.

## LEX LXXV.


1 *Explicatio definitionis incertæ ſtipulationis.*
6 *Comparatiuo ineſt ſignificatio poſitiui, eiuſq; exempla.*


a VBI AVTEM NON APPA-

1 RET. [a] ¶ Proſequitur hîc Iuriſcōſultus, quę † ſit ſtipulatio incerta, definitque eā eſſe, in qua ſubſtantia, & qualitas, quantitaſque expreſſa non eſt. Quod intelligunt Doctores in his, quę ſecundum quantitatem diſcernuntur, E

I. vt vinum, triticum, & ſimilia. In ſpeciebus autem non eſt opus quantitatem perpendere. in eis enim quantus pro magnitudine accipitur.

II. Verg. —*nunc quantus Achilles.* Sed † videretur,

2 eum, qui tritici, aut vini tot amphoras ſtipulat̄,

3 certum ſtipulari: quia † cùm nō ſit adiecta qualitas, de viliſsimo debet intelligi [d], & ſic de eo, quod infimum gradum bonitatis habet, dum tamen corruptum non ſit. nec enim illud, quod vitiatum, putridumque eſt, ſolui vnquā poteſt [e]; F vt But. Imolaque cēſuerunt [f]. Sed ſuprà ego tradidi, aliud in infimo gradu bonitatis eſſe, qui ſemper incertus eſt, aliud in ſupremo, qui certior eſt.

III. Rurſus obſtat exēplum hominis. videretur enim de mediocri accipiēdū [g]. ſed reſpondent Doctores, hanc † mediocritatem nihilominùs

4 incertam eſſe. Poteſt enim quemlibet dare [h], dum tamen non eum det, qui oneroſus ſit ſtipulatori, vt quia plus comedat, quàm lucretur, adeò vt expediat eum non habere. Fortiùs ergo obeſt, quod lex ait, eum, qui fundum in genere ſtipuletur, nihil agere. vitiatur enim ſtipulatio, cùm ceſpitē, aut palmū terrę dando promiſſor liberaretur [i], & tamen hîc ſupponit valere ſtipulationem, licet incerta ſit. IV. Reſpondēt Doctores, fatēturque nullam eſſe. ſed veriſimile non eſt adduxiſſe Iuriſconſultū exemplū, quod iure non conſiſtat. nam & ſolem9 dicere, quoties lex de aliqua re dubitat, ſemper cętera præſupponi habilia [k]. Vnde ego arbitror, ſtipulationē † fundi, quāuis incertā, quod ad ſub- 5 ſtantiam attinet, valere quòd ſi probari nō poſsit de quo actum ſit, non ius, ſed factū deficere [l]: & ideo lex hāc quęſtionē magis facti eſſe, quā iuris ait [m].

QVIA BONO MELIVS [b]. ¶ Adnotāt Doctores, comparatiuo † ſignificationē poſitiui ineſ- 6 ſe. Quod intelligit Baldus, vt † ſemper ſecūdum 7 poſitiui qualitatem reſtringatur. Vnde ſi lex criminis dicat, Qui mulierem rapuerit, pœnā mille ſoluat, & plus arbitrio iudicis, intelligetur, vt modicum pecuniæ vltrà arbitrari iudex poſsit, D non autem alius generis, quàm pecuniariam pœnam inducere [n]: Quo argumento cenſuit Bald. cùm lex diceret, Pro inſultu, ſi citra ſanguinem factus ſit, decem ſoluantur: ſi cum ſanguine, maior infligatur vltio: ſi cicatrix remanſerit, etiam maxima pœna reus adficiatur, non poſſe aliam pœnam indici, quàm pecuniariam [o]. Ego tamen ſubſiſto, quia non videtur his verbis corrigi ius commune, vt vulnus inferens ſecundum legem Corneliam, tanquam ſicarius, non E puniatur, ſatiſque videtur, ſi comparatiuum præſupponat poſitiuum in abſtracto quodam ſenſu, & (vt noſtri loquuntur) ἐν πλάτει quamuis non in eadem prorſus qualitate. in † pœ- 8 nis enim ad duritiem conditionis reſpicitur, non ad eandem qualitatem [p]. Nam & vide- I. mus comparatium † *Minus*, ſimpliciter pro 9 *Non*, accipi nec poſitiuum vllum plerunque ſupponere [q], quod Iaſ. hîc docet, & nos alibi ſecuti ſumus. Vnde & idem tradit, ſi ni- F hil reperiatur, ad quod poſsit comparatiuum referri, tunc nullam relationem fieri: quod & Bart. III. in quæſtione facti cenſuit [r]. Nam & Grammatici fatentur plerumque pro poſitiuo comparatiuum poni [s], qualiter apud Vergil. IV.

*Triſtior & lacrymis, etc.*


1 *Vſusfructus ſtipulatio incerta dicitur eiuſque actio varia.*
6 *Fallit in vſufructu rerum vſu conſumptibilium.*


L. 75. Vbi autē non apparet.

d l. ſi fideiuſſor. §. mand.
e l. eleganter §. q reprobos. de pig. act.
f c. indicante. de teſta. Iaſ. l. legato generaliter. de leg. j.
g d. l. legato generaliter.
h l. cū is, qui. §. ſi. de cōd. indeb.
i l. cū poſt. §. gener. de iur. dot.
k l. qui teſtamēto. de teſt. c. j. de æt. & qual. li. 6.
l l. duo ſunt. de teſta. tut.
m l. triticū. ī. eo.
n Bald. l. & ſi poſt tres. ſi quis caut.
o Bal. l. ij. C. de probat.
p arg. cap. cito. verb. grauior. j. q. j. & §. j. in fi. Inſt. vi bon. rap.
q l. min9. l. verbū, amplius. l. ſi ita ſte. de verb. ſig.
r l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptū. de leg. j.
s l. q Nerua. vbi Fulg. depoſ.

a §. FVNDI CERTI[a]. ¶ Qui † ergo vſumfru-
1 ctum ſtipulatur, incertum ſtipulatur. vnde † lex
2 ait, ad vſumfructum incerti agi: & alibi, quanti
actoris intereſt, agi [b]: alibi, & triticaria cõdictio-
ne agi [c], quam conſtat & ad incertum dari. Sed
quænam eſt ratio?

a l.loci. §. ſi fundus. ſi ſer. uend. l. ſed ſi me. §. fin. de cond. indeb.
b l. ſi ab hærede. ſi vſusfru. pet.
c l. j. §. & generaliter. de tritic.
d d.l. ſi. ff. com. præd.

¶ Fundi certi [a] ſi qs vſumfructum ſtipulat⁹ fuerit, incertum intelligitur in obligationē deduxiſſe. hoc enim magis iure vtimur. A

¶ Illud dubitationem [b] recipit, ſi quis id, quod ex Arethuſa ancilla natum erit, aut fructus, qui in fundo Tuſculano natierunt, dari ſibi ſtipulatus ſit, an certũ ſtipulatus videatur: B ſed ipſa natura manifeſtiſsimum eſt, incerti eſſe hanc ſtipulationem: ſed qui vinũ, aut oleum [c], vel triticum, quod in horreo eſt, ſtipulatur, certũ ſtipulari intelligitur.

& aliqui aiũt, quia
qui ad vſumfructũ
tenetur, nõ ad dan-
dum duntaxat te-
netur, ſed ad patiẽ-
tiam quoque, vt ſci
licet fructuariũ vti
frui ſinat [d]. vnde
mixta hæc obliga-
tio pręciſè non cõ-
mittitur. Sed hanc
ſententiam ego nõ
ſequor. patientia
3 † enim illa acceſſo-
ria dationis eſt. Vn-
4 de † obligationem
dandi nõ magis va-
riat [e], quàm traditio, cuius loco ea in incorpora-
libus ſuccedit [f]. Verior ergo receptiorq; eſt ra-
5 tio, quia † vſusfructus ex natura rei temporiſque
eſt incertus. nec enim ſcimus, quantum quis ſit
fructuum percepturus, neque quatenus ea ſerui-
tus durare debeat [g]. an, quia ſi vſusfructus peta-
tur, iiſque interim duret, præſtari, quia præteri- C
tus non poteſt [h]? alius enim eſt, qui hodie perci-
pitur vſusfructus ab eo, qui cras, vel ſequenti tẽ-
pore [i]. vnde cùm certus eſſe nequeat actor, an rẽ,
an æſtimationem propter lapſum temporis ſit
habiturus, lex incertum eſſe vſumfructum inter-
6 pretatur. Quid † ergo in vſufructu earum rerum,
quæ vſu conſumuntur? & tunc ſecus eſt [x]. cùm
enim dominium in fructuarium transferatur,
obligeturque ille ad cauendum ſe pecuniam re-
ſtituturum, talis conſtitutio vſusfructus merę da D
7 tionis naturam ſeruat [l]. vnde † teſtator, qui hunc
Vſumfructum legat, cenſetur proprietatem re-
rum legare.

e l. 3. §. dare. de vſufruct.
f l. qtles. de ſer. not. l. ij. §. j. ff. eo.
g Bar. l. certi cõdictio. in prin. ſi cert. pet. l. ſtipulationes nõ. uer. qua ratione. x. oppol. ff. eod.
h l. qui vſumfr. §. fi. de vſufr.
i l. ſi vſusfructus mihi in bienniũ ff. de uſufr. leg.
k l. tribus. de vſufr. ea. rer.
l l j. C. de vſufr. § cæteræ. Inſtit. de uſufr.

1 *Naſcitura incerta ſunt, quáq; actione petantur.* 2.
4 *Intereſſe qua actione petatur.*
7 *Certum quod dicatur.*
10 *Nuncupatio hæredis à notario facta, ſufficit.*

b §. ILLVD DVBITATIONEM[b]. ¶ Qui
1 † vernam, vel fructus naſcituros ſtipulatur, incer E
2 tum ſtipulari dicitur. Subiicit † tamen Iac. Bart.
& cęteri, certi condictione hoc caſu duntaxat a-
gi. antè enim, quàm ſeruus, vel fructus nati ſint,
nulla oritur actio, vt ſuprà vidimus [m]: poſtquam
verò nati ſunt, iam certum eſt, quid debeatur. nõ
ergo ex ſtipulatu, ſed certi condictione agendũ
eſt. Sed hæc interpretatio puritatem huius ma-
teriæ inquinat, & effectum, vtilitatémue quæ-
ſtionis confundit, legemque Vlpiani violat, qui
3 † tali caſu ex ſtipulatu agi diſertè ait [n]. Qua † ra-
4 tione & alibi oſtendi, ad id, quod intereſt, non
certi condictione, vt ipſi arbitrantur, ſed ex ſti-
pulatu, vel incerti condictione agi [o]. Arbitror i-
taque ſimpliciter id reſponſum explicandum, vt
natis fructib. vel vernis, ex ſtipulatu agatur, at-
tendendaq; † ſit actionis natura, non ſecundum
5 tempus petitionis, ſed ſecundum originem, &
id, quod à principio actum fuit [p]. Defendi tamẽ
aliorum interpretatio poteſt, quando non ſim-
pliciter fructus nati peterentur, ſed ſpecialiter a-

m ff. l. interdũ.
n l. iiij. de uſur.
o d.l. ſi pœnã. ff. eod. l. liber homo. in fi. ff. e. l. fi. ſi qs in ius voc. l. iij. C. de inut. ſtipul.
p l. ij. §. incertĩ. ff. de ptor. ſtipu.

ctor tot modios tritici, tot cados vini, tot corbes
fructuum peteret. ſicut † enim expreſſa nomina- 6
tim ſumma id, quod intereſt, certi condictione
peti poteſt [q], ita & hoc caſu certos fructus peti
poſſe crediderim.

q d.l. certi condictio. ubi dixi. ſi cert. pet.

SED QVI VINVM, AVT OLEVM[c]. ¶ Quam- c
vis lex ſuprà dixe-
rit, certum † id eſſe, 7
quod ex pronũtia-
tione certum eſt, ta
men & id ex pronũ
tiatione cenſetur
certum, quod per
relationem fit: vide
turq; id eſſe ex le-
gis interpretatio-
ne [r], quę in iis, quæ
iuris ſunt, vim pro-
prietatis habet [s],
vt ex facto Baldus
reſpondit, vt meri-
tò duobus exemplis hanc regulam in ſtatutis
procedere Albericus hic oſtendat. Hincq; † in-
ſertur, valere legatum, quo teſtator ſe Titio re- 8
linquere adfirmauit, quod in ſchedula penes ta-
lem ſcriptum reperietur [t]. Sed † an idem in in-
ſtitutione ſit, vt ſi teſtator dicat, *Inſtituo eum, qui in* 9
C *tali ſchedula deſcriptus à me reperietur*? & receptior eſt
ſententia, idem eſſe, valereq; inſtitutionem [u].
Vnde ſi teſtator dicat teſtibus, vt atteſtentur, qua
liter illud eſt ſuum teſtamentum, & eum, qui in
eo inſtitutus eſt, vult ſuum eſſe hæredem, rectè
dicetur eum nominaſſe, valebitq; teſtamentum,
niſi conſtet eum in ſcriptis duntaxat, & non ali-
ter voluiſſe teſtari [x]. In dubio tamen non cenſe-
bitur ſe arctaſſe [y]. & actus valebit meliore, quo
fieri poteſt, modo [z]. quæ ſententia aduerſus Ca-
D ſtrenſem & Iaſonem humanior eſt. Nec me mo-
uet, quòd lex velit hæredis nomen ore proprio
nuncupari [a]: quia ſatis nuncupatum videtur,
cùm inquit ſe velle, vt is, qui in eo inſtitutus eſt, 10
ſit ſuus hęres. cùm † enim receptum ſit ſufficere,
ſi ea expreſsio per alium fiat, putà per notariũ [b],
eadem ratione & ſi per teſtatoris manum & ſcri
pturę relationem. Sed † nunquid perpetua ſit 11
lęgis noſtræ regula? & conſtat non eſſe. Et in I.
primis vbicunq; lex expreſsim quid fieri iubet,
E quia fraudi obuiam eat, tunc non ſufficit, ſi per
relationem quid expreſſum diceretur [c]: & ideo
quoties conſtitutio principis ſpecialem expreſ-
ſionem requirit, quia dubitet circumueniri, tra-
ditum eſt non ſufficere, quod adiecta diplomati
ſit clauſula, *vt omnia exprimenda pro expreſsis habean-
tur*, quod Felinus tradit [d]. Rurſus † non proce- II.
dit, quoties lex non ſolùm expreſsionem, ſed 12
ſpecialem quoque requirit, vt cùm iubet eum,
qui ab interlocutione prouocat, ſingulatim cau-
F ſam exprimere: tunc non ſufficit expreſsio, quæ
per relationem ad acta fieret [e]. Sed † & in iu- III.
ramento adeo neceſſaria eſt verborum forma,
vt non ſufficiat, ſi quis dicat ſe iurare, prout aliàs 13
iurauit [f]. Et ſecundum hæc poteſt intelligi,
quod Angel. prodidit: is ex facto reſpondit, cùm
lex municipalis creditori ius manus iniectionis
concederet erga debitorem, qui poſt terminum
in inſtrumento expreſſum fruſtraretur, non vi-
deri expreſſum, quod re ipſa expreſſum non ſit,
licet aliqua ratione ꝑ expreſſo haberi debeat [g].
Addit

r l. ait prætor. §. j. de re iud.
s Bar. l. ſi maritus. §. legis. de adult. Bal. conſ. ccxij. in v.
t l. ſi ita ſcripſerit. ubi Bart. de cond. & demõ.
u l. aſſe. ubi Bal. de hæred. inſt. l. Theopõpus. de dot. præleg.
x l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſta.
y l. iij. de teſta. mil.
z l. j. §. ij. ff. eo. ubi dixi.
a l. iubemus. C. de teſta.
b gloſ. d. l. iubemus. uerb. quẽadmodum.
c l. ita fidei. de iur. fiſc.
d Fel. c. humanum. j. diſt.
e c. l. appellanti. de appel. Imol. Alex. hic Fel. c. inter ceteras. de re iudic.
f c. pe. ubi Abb. de iureiur.
g l. 3. §. hæc uerba. ubi Ang. de neg. geſt.



V. Addit Pont. ſi † quis in iudicio interrogatus
14 reſponderit ſe confiteri, prout in tali inſtrumen-
to comprænhenſum eſt, ſi illud inſtrumentum fal
15 ſum ſit, confeſsione ſua non obligari [a]. relatio † e-
nim ad actum verum facta obligat, non ad eum,
qui aduerſus leges
falſatus ſit [b]. Sed
hæc hactenus. dif-
fuſior enim hæc eſt
regula, quàm vt eã
hîc tractare expe-
diat [c].

a Ro. conſ. 294.
b Bald. l. j. C. de err. aduoc.
c l. omnes. vbi Ang. C. de pręſc. 30. an. Alex. cõſ. xxx. in j.

¶ Qui verò à Titio [a] ita ſtipulatur, QVOD SEIVS DEBET, DARE SPONDES? A & qui ita ſtipulat̃, QVOD EX TESTAMENTO MIHI DEBES, DARE SPONDES? incertum in obligationem deducit, B licet Seius certum debeat, vel ex teſtamento certum debeatur: quamuis iſtæ ſpecies vix ſeparari poſsint ab ea, quam propoſuimus de vino, C vel oleo, vel tritico qđ in horreo repoſitum eſt: & adhuc occurrit, quod fideiuſſores certum videant̃ promittere, ſi modò & is, pro quo obligentur, certum debeat: cùm alioquin ita interrogentur, ID FIDE TVA ESSE IVBES?

¶ Qui id, quod in faciendo [b], aut non faciendo conſiſtit, ſtipulatur, incertum ſtipulari videtur: in faciendo, veluti foſſam fodiri, domum ædificari, vacuã poſſeſsionem tradi: in non faciendo, veluti per te non fieri, quo minùs mihi per fundum tuum ire agere liceat per te non fieri, quo minùs hominem mihi Erotẽ habere liceat.

1 *Aliud exemplum certæ ſtipulationis explicatum.*
5 *Fideiuſsio certa.*
6 *Qui alterius nomine promiſit, non cogitur, ſi curet ſolutionem.*

a §. QVI VERO
1 A TITIO[a]. ¶ In-
terpretatur † Accur
ſius hoc exemplũ
corrigi, & eum, qui
ſtipulatus eſt, quod
Titius ſibi debet,
vel quod ex teſta-
mento ſibi debe-
tur, certum ſtipula-
tum videri. quam
ſententiam omnes
ſequuntur. Ego ve-
rò probare nõ poſ-
ſum, quia ductui ſer
monis Iuriſconſul-
ti non quadrat, nec
veriſimile eſt ipſum tam citò ſe corrigere, abſur-
daq; eſt interpretatio, vt *Vix ſeparari*, nullo modo D
ſeparari intelligamus. quare in vetuſtiſsimi In-
terpretis, Græceque & Latinè docti viri Bulgari
ſententiam ego tranſeo, arbitrorq; haſce ſtipu-
lationes eſſe incertas, idque ea ratione, quòd il-
le, qui ſtipulatur rem iam ſibi debitam, inutiliter
ſtipulatur [d], niſi quatenus eius interſit [e]. Cùm er-
go hæ ſtipulationes ex eo ſolùm capite ſuſtine-
ri poſsint, quia eius interſit, putarim incertas eſ-
ſe, & non præciſè, ſed in id, quod intereſt, ſolùm
committi [f]. vnde & ſtipulatio legati (etiam ſi E
in dando conſiſtat) præſtandi cauſa non præci-
ſè, ſed in id, quod intereſt, committitur [g]. quod
maximè propter naturam prætoriarum ſtipula-
tionum inductum videri quoq; poteſt [h]. Nec ob-
ſtat argumentũ Iuriſconſulti, quòd fideiuſſores
2 certum videantur promittere. qui † in caſu no-
ſtro, qui ſpondet, quod Seius debet, nõ eſt fide-
iuſſor, vt rectè Rapha. hîc annotauit. cùm enim à
loco, qui per ſimilitudinem concipitur. lex argu
3 mẽtetur, ſatis indicat, quod † ſimile eſt, vtique i- F
4 dem non eſſe [i]. Qualis † ergo eſt iſta promiſsio?
& putarim perinde eſſe, ac ſi dixiſſet, *Nomine Seij,
quod tibi debet, ſoluere, vel dare ſpondeo*. quæ verba ali-
bi Iuriſconſultus interpretatur, non hoc ſignifi-
care, *Promitto Seio dare*, hęc enim ſtipulatio non va
leret, quia alteri facta, ſed, *Promitto facere, quòd tibi
æs illud ſoluatur, ſiue, quia ego dem tibi: ſiue, quia dem Seio,
illeq; tibi numeret* [k]. hæcque eſt Iuriſconſulti ſenten
tia, quam Doctores quatuor variis intellectibus
quater peruertunt, vt loco ſuo diſſeram. Meritò

d l. quibis. ff. e.
e d. §. alteri.
f arg. l. ſi qs ſtipulatus. §. fi. ff. e. l. ſi ſic. §. fin. de leg. j. verb. pręſtet actionem.
g l. j. vt leg. nõ.
h l. fi. ff. de præt. ſtipul.
i l. quod Nerua. depoſ.
k l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. eod.



ergo talis ſtipulatio eſt incerta, cùm & eam ſigni
ficationem habeat, vt alteri, id eſt, Seio, dari poſ-
ſit [l], dum ille deinde creditori numeret. Non † i-
ta eſt in fideiuſſore, q fide ſua eſſe iubet. quę ver-
ba licet incerta prima facie videãtur, tamẽ cùm
ad ſolum creditorẽ
referantur, qui eius
fidem ſecutus eſt, 5
certam promiſsio-
nem continent. vn-
de fideiuſſor conue
nitur, teneturq; ſol
uere, ſiue ꝑ ſua ob-
ligatione, ſiue pro
obligatione prin-
cipalis conuenia-
tur [m]. At † in caſu 6
noſtro ꝓmiſſor nõ
poteſt præciſè pro
obligatione ſua co-
gi, ſed poteſt exci-
pere, *Numerabo Seio:
& faciam, vt tibi ſoluat:
ſicq; ego liberabor*: qa
promiſi, quod ille
debet, cùm nihil
debebit, extincta
erit obligationis
meæ ſubſtantia.

L. 58. Vbi autẽ, §. Qui id, quod in faciendo.

l l. liber homo. in fi. ff. eod.
m l. indebitum. de cond. indeb. l. Papin. mand. Bar. l. Modeſtinus. de ſolut.

1 *Ratio ſtipulationis Quid fieri, vel non fieri, incertæ.*
7 *Non reuelans molientem aliquid contra perſonã principis, impunitus.*

§. QVI ID, QVOD IN FACIENDO[b]. b
¶ Stipulatio quid fieri, vel non fieri, eſt incerta. 1
Sed † quæ eſt ratio, vt huiuſmodi facta incerta
ſint? & Iacobus, Bartolus, Angelus, & quidem a-
lij, quia in factis obligatio in id, quod intereſt,
committitur [n]: vnde ſolutio ſemper incerta eſt,
quoniam neſcit ſtipulator factum ipſum, an pe-
cuniã ſi cõſecuturus. Sed hanc rationẽ nõ pro-
bant Albericus, & Beſutius, nec Iaſon: quia ſe-
queretur in caſibus, ſpecialibus, quos plurimos
ſuprà recenſui, quibus ad factum quis præciſè
cogi poteſt, obligationem eſſe certam. Vnde plu
rimũ reſtringeretur lex noſtra. Rurſus ſequere-
tur, eum, qui ſtipulatur certam pœnam, ſi pecu-
niam nõ crediſſet, incertum ſtipulari, cùm cre
dendo poſsis à pœna liberari. quod tamen fal-
ſum eſt [o]. quæ argumenta ſat leuia ſunt. ante † e- 2
nim conditionis euentum agi non poteſt: pòſt
verò certum eſt, quod petitur. Nec verum eſt re-
ſtringi nimis regulam legis noſtræ, ſi in eis caſi-
bus non procederet, quibus ad factum quis præ-
ciſè cogi poteſt. Illi enim caſus in obligatione
legali, vel teſtatoris procedunt: regula legis no-
ſtræ in contractibus loquitur. Fortiùs ergo hæc
ratio ex eo impugnatur, quia eadem videtur cũ
dicto [p]. vt enim ſuprà dixi, conſequentia hæc
ſunt, Stipulatio † eſt incerta, ergo in id, quod 3
intereſt, committitur: eſt certa, ergo præciſè
agitur. vnde vtriuſque rei ratio inuenienda eſt,
quam oportet vnam eſſe. Verior † eſt igitur 4
ratio Accurſij, quæ & Veterum fuit [q]. fa-
cta enim ad futurum tempus pertinet [r]:

n l. ſtipulatiões non. ver. Celſus. ff. eod.
o l. ſi pœnam. ff. eod.
p l. qui interrogatus. de pet. hæ.
q gl. l. j. C. de oper. lib. Oldra. Ray. Bal. Alber. Imol. Alex. Iaſ. his, Bart. d. l. ſtipul. non. ratione iiij.
r l. operæ. de oper. lib.

¶Qui illud, aut il-
lud [a]ſtipulatur, velu-
ti decem, vel hominē
Stichum: vtrùm cer-
tum, an incertum de-
ducat in obligatio-
nem, non immeritò
quæritur. nam & res
certæ deſignantur,
& vtra earum potiùs
præſtanda ſit, in in-
certo eſt: ſed vtcunq;
is qui ſibi electionē
cōſtituit adiectis his
verbis, VTRVM E-
GO VELIM, po-
teſt videri certum ſti
pulatus, cùm ei liceat
vel hominem tātum,
vel decem tātùm in-
tēdere ſibi dari opor
tere: qui verò ſibi ele
ctionem non conſti-
tuit, incertū ſtipulat.

at quę futura ſunt, incerta ſunt cùm tēpore con-
tractus nihil præſens ſit, quod in obligationem
deducatur: quod ſecus in obligationibus dandi
in quibus dominium præſens & certū deduca-
tur. quod autem quis in futurum faciat, prorſus
incertum eſt, maxi-
mè ſi tale factū ſit,
de quo conditione
perſonarū, & tem-
poris idem non vi-
a l. ſi non ſortē. §. libertꝰ. de cō. indeb.
deatur [a], vt Petrus
ſcripſit. Nec cēſuit
legiſlator operæ-
pretium, vt quis co
geretur præciſè fa-
cere, & ex euētu id,
quod incerto mo-
do promiſſum e-
rat, ad certitudinē
reducere, quoniam
quandam ſpeciem
ſeruitutis iuduce-
b d. l. ſtipulatio nes. vtr. Celſus.
ret, vt ſuprà decla-
raui [b]. Sanè adnotant hinc Doct. obligationem
5 † non faciendi ab ea diſtare, quæ faciendi ſit. ſic-
que appellatione facti haudquaquam compræ-
I. henderetur non factum [c]. Quod † tamen non
6 procederet, quando ex adiectione alicuius di-
c l. In facto. de condit. & dem.
ctionis aliter actum appareat. Vnde quia adfir-
d l. cū quid. §. e. l. continuus. §. pen. ꝗ. eod.
matio & negatio contraria ſunt, ſi quis iuſsit, vt
fiat, qui non facit, ſeu negligit, dicitur aduerſus
ea facere [d]: idq; (vt arbitror) propriè propter vim
e l. ſi quis maior. C. de trāſac. l. ſi quis. §. fung. de relig. l exhis. de excuſ. tut.
dictionis *Aduerſus*, vel *Contrà*, adeò vt in pœnis
quoq; hoc procederet non ſolùm legalibus [e], ſed
etiā à teſtatore indictis. quod aduerſus Anchar.
Alex. hîc docet, & ex facto à Nouello, & Corneo
7 reſponſum extat [f]. Quid † ergo, ſi lex pœnā im-
f Corn. conſ. 99.
g l. j. & ij. ad le. Pōp. de parric. Moder. j. de off. d. leg.
ponat ei, qui contra perſonam, aut ſtatum prin-
cipis aliquid faciat, compræhenderúrne is, qui
nihil fecit, ſed tractatum ſciens non reuelauit? &
receptior eſt ſententia non teneri [g]. is enim nihil
facit contra perſonam, licet faciat cōtra legem,
quæ iubet crimen detegi: at ſuprà ſcriptis verbis
II. ſolùm punitur, qui contra perſonam facit. Rur
h d. l. ij. §. eod.
i arg. not. per Din. l. poteſt. de auct. tut.
ſus non procederet, quando factum ciuiliter ac-
ciperetur, vt cùm lex inquit, Stipulationem alię
in dando, aliæ in faciēdo conſiſtunt [h]. cùm enim
omnes obligationes diuidere Iuriſconſultus ve
lit, neceſſariò in altero membro hæc quoq; non
faciendi compræhenditur [i]. quod propter ſub-
III. iectam materiam eſt. Idemq;, cùm natura con-
tractus hoc ferret, vt quis non ſolùm facere, ſed
IV. & curare teneretur [k]. Illud quoq; fatentur o-
k l. facere. de verb. ſig. vbi dixi. l. in lege. loc.
l l. qui non facit. de reg. iur.
m Bar. l. natura lis. in prin. de p̄ſcript. verb.
n Bald. l. ij. C. de iur. aur.
o l. impoſsibilis vbi Aret. §. eod. Alb. d. l. 2. Mod. §. Cato. §. eod.
mnes, lata ſignificatione appellatione faciendi,
non factum contineri [l]. Sed hæc ne lata ſignifi-
catio propria erit? & Bart. videtur ſenſiſſe eſſe p-
priam [m], quoniam perinde inquit contineri, ſic-
vt ſpecies ſub genere [n]. at Alber. largè & impro-
priè id fieri interpretatur, cui & Aret. adſtipula-
tur [o], itemq; quidem Recentiores.

1 *Alternatiua interdum certa, interdum ſecùs, eiuſq; declaratio. 2, 3.*
4 *Libelli in obligatione alternatiua concipiendi forma.*

a §. QVI ILLVD AVT ILLVD [a]. ¶Obli-
1 gatio † alternatiua, ſi electio creditoris ſit, certa
2 eſt: aliàs verò incerta cenſetur: & † ideo tali caſu
p arg. l. cū res. §. ſed & ſi. de legat. j.
fortè non eſſet debitor cogendus alteram rem
dare [p]. ſed ſoluendò id quod intereſt, deberet li-

berari: ſicut & is liberatur æſtimationem ſoluen
do, qui id debet, quod in pondere, numero, men
ſura conſiſtit [q]: quod Iacobus cenſuit. quā tamē
q l. vinum. ſi cert. pet.
in re amplius deliberandum eſt, & infrà attingā.
r l. ſi quis certū. ſi cert. pet.
Sed cur certa eſt obligatio, cùm creditoris ele-
ctio eſt? & ſciendū,
omnem hunc tra-
ctatum eum finem
reſpicere, vt ſcia-
mus, quæ actio cō-
petat, an ex ſtipu-
latu, an certi cōdi-
ctio? & ſic, an præ-
ciſè, an in id, quod
intereſt, duntaxat
quis cogi poſsit [r]?
3 Igitur † cùm electio
s l. j. §. j. ſi pars hær. pet.
actoris eſt, ipſe eſt
certus, quid velit:
t l. planè. §. pen. de leg. j. l. 8. §. j. de leg. ij.
meritò talis ſtipu-
latio dicitur certa.
u l. plerunq; in fi. de iur. dot.
reſpectu verò debi-
toris contrariū eſt:
x l. cū illud. quādo di. leg. ced. l. ſi illud. de leg. ij. dixi in l. ſcire. ſ. eod.
quia neſcit ipſe vtram rem ſi actor petiturus. In
his ergo, quæ ad actorem pertinent ius ex eius
perſona metiemur [s], certamque ſtipulationem
eſſe interpretabimur: at in iis, quę ad debitorem
pertinent, contrarium obſeruabimus. Vnde, qđ
ad eum ſpectat, ſi electio actoris ſit, duplici obli-
C gatione tenebitur [t]: ſi verò ſecundum regulas iu
ris electio debitoris ſit [u], alternatiua obligatio
non duplex, ſed vna cenſebitur [x]. quod & ſuprà
attigi. Hincq; adnotant Doctores, ſi † electio de- 4
y glo. §. ſuraſ. Inſt. de act.
bitoris ſit in obligatione alternatiua, libellum
quoque alternatim concipiendum eſſe [y]: tunc,
z §. plus autē. Inſt. de act.
quia cùm promiſſor variare poſsit, ſi vnam dun-
a l. j. §. qui aūt. quor. leg.
taxat ſtipulator peteret, plus petere, deterio-
remque rei cauſam facere diceretur [z]: tum, quia
b c. conſtitutus. de in integ. reſt. c. cū olim. ij. de priuil. vbi Abb. x. not.
hæc incertitudo actori imputanda non eſt, qui
D præciſè alterum petere non poteſt [a]. Quoties
enim quis probabiliter dubitat, vtra ſpecies ſit
ſibi danda, diſiunctim petens admitti debet [b],
c l. quę de tota. §. incertæ. de rei vend.
nec tali caſu incertitudo ei imputatur [c]. Proce-
ditque hæc concluſio generaliter, ſiue de eo lo-
d c. cū cauſam. de empt. vbi Abb. j. not.
quamur, quod diſiunctim tantùm auctoritate le-
gis debeatur [d]: ſiue incertitudo ex facto iudicis
e c. cū contingat. de off. de le.
prouēniat [e], ſiue id petatur, quod ſolùm in ob-
ligatione ſit, dum tamen aliud quoque in facul-
f c. ex literis. de pig.
tate ſoluendi ſit [f], ſiue non de alternatiua rerū,
E ſed actionum agatur. Poſſunt enim plures pro-
g gl. l. qui de in offic. §. de inoſ. teſt. Dd. l. edita. C. de edend.
poni, & ſuo ordine intentari exiſtimabuntur [g];
quod alibi Doctores tradidere. Sed quid, ſi ele-
ctio actoris ſit? & Bartolus, Alexand. Iaſ. cæteriq;
hîc exſtimarunt, exceptis quibuſdam caſibus, li
bellum alternatiuum non admitti. alternatio † e- 5
h prætor. §. ſed autem. de iniur.
nim hæc reum incertum relinquit. vnde debet
actor eligere, aliàs non auditur [h]. quæ ſententia
i gl. l. Lucio. de leg. ij. d. l. planè. §. pen.
vera receptaque eſt cùm ex tali alternatione de-
bitor adeò incertus eſt, vt nec ex natura rei poſ-
k Dd. l. cū proponas. C. de trāſact. d. §. curare. Fel. c. ij. de prob.
F ſit videri in eum tranſlata electio: aliàs ſi cùm e-
lectio mea eſſet, à te petieſsim vinum, aut decem,
videor in te eam transferre, & ſuſtinebitur
libellus. cùm enim verba executiua ad te re-
tulerim, executionem quoque tranſtuliſſe cre-
dēdum eſt [i]. Sed hæc quæ à legis noſtræ materia
longiùs recedunt, omittere ſatius eſt, atque aliis
tractanda relinquere [k].

5 *Non ſemper vſurarum ſtipulatio incerta eſt.*
6 *Vſuræ futuri temporis non petuntur.*
9 *In legatis annuis an ante diem obligatio oriatur.*

§. Qui



¶Quid ſortem ſtipu-
lat [a], & vſuras quaſ-
cūq;, certū & incertū
ſtipulatus videtur: et
tot ſtipulationes ſūt,
quot res ſunt.

¶Hæc ſtipulatio,
FVNDVM [b] TV-
SCVLANVM DA
RI? oſtendit ſe certi
A eſſe continetq;, vt do
minium omnimodo
efficiatur ſtipulato-
ris quoquo modo.

L. 75.
Vbi autē non appa ret.
§. Hæc ſti- pulatio, fundum. IV.

a §. QVI SORTEM STIPVLATVR [a]. ¶Sti-
1 pulatio † certæ ſortis & vſurarum reſpectu ſortis
2 eſt certa, reſpectu vſurarum incerta. Nec † refert,
quòd actum ſit, quales vſuræ præſtari debeant,
putà trientes, vel ſemiſſes. cùm enim incertū ſit,
quāto tempore de-
bitor in mora futu-
rus ſit, incertum vi-
detur ſtipulatus.
Quæ ſententia mul
to fortiùs procede-
ret, ſi ſimpliciter qs
ſtipulatus eſſet ſor-
tem, & quaſcūque,
vſuras. intelligetur
3 † enim quaſcunq;,
a l. quodcunq;. §. eod.
id eſt omnes vſuras [a], quę prę̃ſtari poſſunt, quales
olim erāt centeſimę, hodie in mercatoribus beſ-
b l. eos. C. de vſur.
ſes [b], ſatiſq; expreſſa videtur vſurarū quantitas,
c l. ꝗ in ſtipulatione. de vſur.
quæ ad diſpoſitionē iuris tacitā relationē habet,
d l. tutor. §. fin. eod. tit.
cùm ſecus eſſet, ſi qs ſtipuletur vſuras, ſi quæ cō-
petierint. cōditio enim denotat nihil diſpoſitiuè
actum eſſe [c]. vel ſi dictum eſſet, cum vſuris placi-
tis inter nos. cùm enim de conuentione non ap-
paret, ad quam ſe contrahentes referunt, meritò
non valet (vt Beſutius inquit) ſtipulatio [d]. Docti
4 † tamen receptiore calculo exiſtimant non vale-
e l. in ſumma. §. j. §. de re iud.
re ſtipulationem, qua quis quaſcunq; vſuras ſti-
pulatur, tanquam incertam [e], & ea verba in re-
ſponſo noſtro exiſtimant non contrahentium
eſſe, ſed ipſius Iuriſconſulti de certis tamen vſu-
5 ris intelligentis. Sed † an indiſtinctè verum eſt
ſtipulationem vſurarum in caſu noſtro incer-
tam eſſe? & quod ad ſubſtantiam ſtipulationis
attinet, fatentur omnes propter legis noſtrę ver-
ba. Cenſuit tamē Iacobus, quem cæteri ſequun-
tur, lapſo tempore. præteritas vſuras, quarum
computatio certa ſit, poſſe certi condictione pe-
f d. l. certi cōdictio. in princ.
ti: & hoc eſſe, quod in lege dicitur, eam condi-
ctionem etiam ex incerto cōtractu dari [f]. quam
ſententiam ſuprà in fructibus quoque ego ſecu-
tus ſum. Aut ergo generaliter quis vſuras ex ſti-
pulatione petet, & procedet lex noſtra: aut cer-
tam ſummam temporis lapſi cōpræhendet no-
minatim, & certi condictio non denegabitur.
6 Sed † an vſuras reſpectu temporis futuri quis pe
g l. non quēadmodū. de iudic.
h l. j. §. j. de vſur.
i l. j. C. de fide. iuſ. l. male. in fi. C. de præſcr. 30. vel xl. an.
tere poteſt? & receptum eſt non poſſe, quia tra-
ctus futuri temporis ad iudicem non pertinet [g],
& quia eſt quod actori imputetur, qui ſortem i-
pſam non exigit [h]. vnde non poſſet quis ſortis
petitione omiſſa petere, vt donec ſoluerit debi-
tor, ſingulis annis certas vſuras pendere da-
I. mnetur. Quod ſi † actori nihil imputari poteſt,
7 ſecus eſt, vt quia in eius poteſtate non ſit ſortem
k l. libertis, ꝗs. de ali. & cib. leg vbi Bar.
l l. j. C. de ſent. ꝗ ſine cert. quāt.
petere, veluti in annuo debito [i]. nō enim debet
compelli. vt ſingulis annis nouam litem ordia-
tur. Vnde poteſt etiam reſpectu futuri temporis
ſemel omne ius, tam præſens, quàm futurum, in
II. iudicium deducere [k]. Idemq; dicendū in eo,
m c. auditis. de procur.
qui litigat de ſorte, & vltra ſortem petit reum in
vſuris, tam debitis, quàm debendis, condemna-
ri [l]. nec enim tali caſu quicquam actori imputa-
8 ri poteſt, qui in ſorte petenda nō ceſſat. Qua † ra-
n d. l. Falcini9. §. ſi quis actiōe. ex quib. cauſ. in poſ.
tione & admittitur petitio, qua quis cōdemna-
ri aduerſarium poſtulat in expenſis tam factis,
quàm faciendis [m]. Vnde & iudex quandoque in
poſſeſsionē actorem mittit etiam expenſarum
III. faciendarum nomine [n]. Sed † an idem quoque
9 ſit in legato annuo? & non videretur. cùm enim
tot legata ſint, quot anni, non debuit ante diem



oriri nec actio [o], nec obligatio, vt meritò agi pro
omni futuro debito nō debeat. Sed tamē Doct.
videntur aliud ſentire [p], tanquam hoc caſu peti-
tione primi anni, cuius dies venit, poſsit in con-
ſequentiam etiam ſuper cæteris iudicari, ne ne-
ceſſum habeat a-
ctor ſingulis annis
litigare [q]. quæ ſen-
tentia habet æqui-
tatem. Finge † i- 10
gitur: quis ſtipula-
o l. ſi in ſingulos. de an. leg.
tus eſt ſortem cen-
tum, & ſingulis an-
p d. l. libertis, ꝗs. Doct. ꝗ. l. ita ſtipul. ij. q. Bart.
nis ſex pro vſuris,
quo caſu (vt Accur-
q d. l. male. in fi.
ſius hîc ſentit) pro-
r l. pluribꝰ. ꝗ. eo.
pter enumerationē annorum tot ſunt vſurarū ſti
s l. & an eadē. §. actiones. de excep. rei iud. Aret. d. l. ita ſtipulatus. ij. quæ.
pulationes, quot anni [r], an poterit pmiſſor exce
ptionē ſequentibus annis obiicere, quā in prio-
re nō obiecit? & videretur poſſe, cùm plures ſint
B ſtipulationes [s], cùm ſecus eſſet, ſi vna duntaxat
t l egi. ij. reſp. eo. tit.
eſſet ſtipulatio [t]. Sed quid, cùm quis ſimpliciter
u l. ſi ſeruus. 3. ꝗ. tit. ij.
ſortē & vſuras ſtipulatur, quot erunt ſtipulatio
x l. ſi Stichum, j. §. eod.
nes? & videtur eſſe duas duntaxat, vnā ſortis, al-
terā vſurarū. hocq; ſentit Iuriſcōſultus, q tot eſſe
ſtipulationes, quot res, ait, nō autē quot annos.
Bart. tamen etiam tot eſſe vſurarū ſtipulationes,
quot annos arbitratus eſt, tanquā cōditio, ſi de-
bitor ſit in mora, quę ineſt vſurarū contractui, ſti
C pulationē multiplicet [u]. quam ſententiā Raph.
non probat, nec ego ſuprà ſum ſecutus [x].

1 *Ratio, cur ſtipulatio dandi præciſa ſit.*
5 *Interdum æſtimatio magis, quàm res, præſtanda.*
12 *Intereſſe & æſtimationis differentia.*
13 *In obligatione dandi interdum intereſſe præſtatione ſit liberatio.*
17 *Obligatio dandi quando non præciſa.*
18 *Obligatio Rem reſtitui, an ſit præciſa. 20.*

§. HAEC STIPVLATIO, FVNDVM [b]. b
D ¶ Qui ſpeciem dari ſtipulatur, rem certam ſtipu
latur, & præciſè aduerſarium ad dandum cogit.
In primis igitur videndum, cur † ſtipulatio dan- 1
y §. ea. l. ver. quia id, quod.
di ſit præciſa? & reſpondent Doct. quia ſolutio
non eſt variabilis ex voluntate promiſſoris. quæ
ratio eadem cum dicto eſt, vt ſuprà docui [y]. Vn-
de verius eſt, quia † qui dare promittit, id pro- 2
z §. in prin. leg.
a l. operæ. de oper. lib.
mittit, quod in rerum natura tunc eſt, id eſt, rei
dominium, quod certum eſt, quid, quale, quan-
tumque ſit [z]. quod contrà eſt in eo, qui factum
E promittit [a]. Hincq; eſt, quod † cùm obligatio-
nes dandi ſint certæ, debet quoque fieri conde- 3
b l. ſi ſeruum. in fi. ꝗ. eod.
mnatio in re certa, nō in æſtimatione. quæ con-
c l. ſi culpa. de rei vend.
cluſio duobus caſibus eſt veriſsima. Primus,
qui hîc ponitur, cùm quis certam ſpeciem dare
d §. j. Inſt. de off. iud. l. in re furtiua. de cō. d. fur. l. ſi cōcubina. §. non ſolum. rer. amo.
promiſit, vel certum ſeruum [b]. probabilis enim
eſt certæ ſpeciei adiectio: meritò poteſt debitor
cogi, vt quoquo modo eam det. Alter eſt, cùm
quis ad dandum, vel reſtituendum tenetur, &
e l. qui reſtituere. de rei vend.
non in ſimplici mora, quæ culpam duntaxat ar-
F guit [c], ſed in dolo eſt. odio enim delinquentis
f gl. §. pretium. Inſtit. de empt. Bar. §. l. ſtipulationes non.
cogitur præciſè [d], etiam ſi opus ſit manu mili-
tari [e]. Eſt & tertius, ſed dubitabilior, cùm quis
vendidit rem aliquam, cuius tradendi faculta-
g l. ſi ita in fi. de contr. empt. l. j. de act. empt.
tem habet. exiſtimarūt Doct. & hūc præciſè cogi
poſſe [f]. id .n. actū apparet, vt res p pretio, nō au-
h l. ij. §. de lib. hom. exhib. l. ij. C. de exact. trib. lib. x.
tem æſtimatio pro pretio detur. quę ſentētia cō-
muniter recepta eſt, licet ſcrupulo nō careat [g].
Exceptis iſtis caſib. videtur neminē præciſè co-
gi, tanq̄ † id ad quādā ſeruitutis ſpeciē ptineat [h];

a l.ſtipulatiões. verſ. Celſus.
b l.j.§.in ea qrit de op.no.nunt.
c l.ſi donatę.de don.inter vir.et vxor.
d l.illud.§.Iulia ň9.de don. cau. mor.dixi.l.eum ſeruũ.ſi cer. pet.

& ideo in obligationibus faciendi cõfeſtim poſt morã in id, quod intereſt, ſuccedit obligatio [a]: in his verò, quæ ad dandum pertinent, condemnatio quidem rem dari cõcipitur, verũ reus æſtimatione litis ſoluẽdo liberatur. Et hoc eſt quod Accur. hîc ait, ſi hoc reo placeat, in effectu nõ teneri præciſè. Quã ſentẽtiã Doct. noſtri nõ ſatis verba legũ perpẽdentes, temerè cõfutarunt: poſſetque huius rei veritas variis caſibus oſtendi. Et

I. † in primis eo caſu, quẽ hîc idẽ Accur. adnotat, ſi

5 actori placeat æſtimationẽ potiùs habere [b]. quid

6 † enim debet prętor facere, vbi partes cõſentiũt? probaturq; hęc ſententia exẽplo cõiugis, qui rei donatæ æſtimationẽ accipit, ſi hoc malit, quàm rem ſuã vẽdicare [c]. Itẽ † exemplo eius, qui dona-

e l.fi.de trit.l.vinũ.ſi cer.pet. vbi dixi.

7 tionis cauſa rem dedit, quam donatarius alienauerit [d]: verumq; id ego arbitror, tametſi Docto-

f in l.ij.§.j.ſi cer. pet.

II. res omnes Accur. damnent. Rurſus lex ait, eum

8 qui † vinũ mutuò accepit, æſtimationẽ præſtare debere [e], violantq; eã Interpretes, qui hoc intelligunt ita demũ verum, ſi à tempore moræ vinum euiluit. Vidit hoc & Ioannes Accurſij preceptor, itemq; Iacobus Arenteus [f], qui generaliter cõſtituerunt eum, qui aliquid pondere, numero, mẽſuráue conſiſtens debeat, æſtimationẽ ſoluẽdo liberari. quos & ego ſecutus ſum, cùm aliàs plu-

g l.cũ quis.ſ.tit j.l.qties in dič.ſ.eod.
h l.ſi ſeruus.de euict.l.ſi vẽditor.ij.in fi. de hære. vel act.vend.
i l 3.§.item quęri.de reb.cor.

III. rimæ leges ſubuerterentur [g]. Sed & alibi tradi-

9 tum eſt licere † emptori, ne ſibi res euincatur, litis æſtimationẽ ſoluere [h], adeò vt id etiam aduerſus pupillũ locũ habeat, qui aliàs alienare nõ poteſt, quoniam æſtimationẽ hanc etiã inuitus accipit [i]. Quod generaliter ego verũ arbitror, quoties is, qui cõuentus eſt, nihil dolo egit [k]: proceditque hæc ſententia etiã in obligatione *Rem reſtitui*, vt infrà oſtẽdã. Quod & tũc certiùs dicen-

k arg.l.illud de pet.har.l.certũ. ver.dabit.de cõ feſ.d.l.ſi culpa. l l.hęred.§.contra.fã. erc.l.3.§.ſi ex ſtipulat.ad Syll.ſ.l.ſi is, qui Stichum.ſ.tit.j.

IIII. dum, cùm aliter res exitum habere nõ poteſt [l], tunc enim neceſſariò ad æſtimationẽ deueniendum eſt [m].

V. Idemq;, cùm † quis ideò obligatur,

10 quia factus ſit locupletior [n]. ſoluendo enim æſtimationem, in qua locupletior ſit, debuit libera-

VI. ri. quod & Bar. tradidit [o]. Sed & illud indubita-

11 tum eſt, qui † vinum dare promiſit, ſi poſt moram euiluerit, nõ liberari illud præciſè dãdo, ne aliàs mora ſit inulta, ſed æſtimationem tum præſtandam, vt Doct. cenſuerunt [p], vel (vt ego) reſarciẽdum, præſtita pecunia, quãti minus id vinũ poſt

m l.cũ res.verſ. itaq;. de leg.j.l. mortuo.§.ij. de le.ij l.nõ dubiũ. in fi.de leg.iij.

VII. morã valuerit [q]. Sed & ſi mutuauerim tibi vinum, deinde tempore, quo reſtitutio fieri debet, nullum paris bonitatis reperiatur, dubitandum non eſt præciſè condẽnationẽ nõ fieri, ſed ad æſtimationẽ deueniri [r]: admittuntq; Doctores hos poſteriores caſus [s], fatenturq; regulã legis noſtræ limitari, carereq; omni dubitatione, ſi priorem Ioan. & Iacobi, noſtramq; ſententiam ſequamur [t]. Dixerit aliquis, Si hoc verũ ſit, quorſum in hac lege adeò ſcrupuloſè diſputatur, an certa ſit, an verò incerta ſtipulatio? cùm omnino vel id, quod intereſt, vel quod plerũq; idem eſt, æſtimatio ſoluatur [u]. Reſpõdeo magna † eſt hoc

n l.in ſumma.§. in frumento.de cond.indeb.l ſi ipſa.ǫmet.cau.
o Bar.l.ſtipulationes non.xiij. opp.ſ.eod.
p Bar.& Dd.d. l.vinum.

12 caſu differẽtia, cùm id, qđ intereſt, cõfeſtim, poſt moram in obligatione ſuccedat [x], ęſtimatio nõ, niſi poſt ſententiam, quæ præciſè ferri debet, officio iudicis fiat [y]. cùm item æſtimatio ineatur, vt non ſolùm id, quod reſpectu rei intereſt, actori præſtetur, ſed etiam omnis vtilitas, maximè quãdo æſtimatio litis præſtanda eſt. tunc enim quantum reſpectu litis, ſeu contumacię interſit, vel aliàs iudici arbitratu ſuo videatur [z], ſol-

q l.exhibitiõis. C.ad exhib.l.iij. §.ſi reddita.cõ ino.
r arg.l.3.§.ſi per venditorem. de act empt.
s in d l.vinum.
t In d.l. ij.§.j. ſi cert.pet.
u l.vnica.in fi. ſi quis ius dic.§.ſi ad exhibendũ Inſt.de offi.iud. x d.verſ.Celſus. y d.l.ſi ſeruum.§.fin. z d.l pen. ne quis eum l.arbitrio.de dolo.

uendum eſt, qui etiam actoris iuramentum in litem delatum ſequetur, ſi debitor ipſe dolum fecerit [a]: & ideo lex ait, plus in æſtimatione hac deduci, quã interſit [b]. Cæterùm † & aliqui quo-

a l.j.l in actio, nib.l.ſi tutor.de in litem iur.

VIII.

13 que caſus ſunt, quibus in obligatione dandi id, quod intereſt, ſimpliciter præſtatur, vt cùm quis vſumfructũ fundi ſibi dari ſtipulatur. ſuprà enim traditum eſt, incertã rem ſtipulari eum [c], & ideo videretur hoc caſu vel ad id, quod intereſt,

b c.j.in fi.de no. for.fid.in gl. fi.
c ſ.ea.l.§.fundi.
d l.ij.ſ.ſi vſuſſ. pet.

A ſolùm agi [d], vel nõ certi, ſed triticaria duntaxat cõdictione condici poſſe [e]. Qua ratione & idẽ

IX. in ſtipulatione alternatiua dicẽdum eſſet, vt id, quod intereſt, debitor ſoluere, non autẽ ad alteram ſpeciem præciſè cogi poſſit, vt ſuprà attigi [f].

e l.j.in fi.de triticar.

X. Addunt Doct. & alios caſus, qualis eſt hęc ſtipulatio, *Pecuniam te mihi mutuam c. aureos dare ſpondes* [g]? quod Bart. [h] inductũ arbitratur, quia hæc datio tẽporarię vtilitatis eſt, cùm accepta pecunia deinde reſtituẽda eſt. quã ſententiã ſuprà nõ

f ſ.ea.l.§.qui illud.& l. eũ, qui certarũ.ſ.eo.& Ang. l. cũ res.§. ſed & ſi.ſ.de leg.j.
g l. ſi pœnam. ſ.eod.
h d.l.ſtipulationes nõ diuiduũ. xij.oppoſ. in ſt.

B ſum ſecutus. nec enim tẽporaria datio impedit, quin ſtipulatio ſit certa [i]. Verior ergo receptiorque ratio eſt, quia cõtractus ſunt facti, & qui mutuare promittit, non ideo mutat, ſed ſpondet ſe facturũ [k]. meritò talis obligatio, tanquam facti, in id, quod intereſt, ſolùm committitur [l].

XI. Idemque eſt in contractu innominato, *Do vt des*. in eo enim lex ait, quantum intereſt, præſtari, non autem reum præciſè teneri [m]. cuius rei illam rationem adducunt Doct [n]. quia huiuſ-

i l.trib.de vſuſ ea. re.l.à Titio, ſ.eod.
k gl.in l.bonæ fidei. de eo, qđ cert.loc.vbi Ca. & Iaſ.

C modi contractus innominati debiliores ſunt cæteris: & cùm ei, qui dedit, pœnitere liceat [o], æquum fuit, vt nec accipiens pręciſè cogeretur.

14 Sed † ego didici pręſcriptum cõtractum re contrahi [p], & ante quàm res vtrinq; ſit data, obligationem, ad dandum non eſſe, ſed ad faciendum, id eſt, ad contractum perficiendum, quod eſt facti [q].

l l.ſi qs ſtipulatus ſit Stichum, in fi.ſ.eo.

XII. Alius eſt caſus, cùm quis ſtipulatur rem alteri dari. tali enim ſtipulatione id ſolum deductum cenſetur, quod ſtipulantis intereſt [r]: &

m l.naturalis.§. j.de pręſcr. ver.

XIII.

D ideo non dandi, ſed faciendi potiùs talis obligatio eſſe cenſetur. quod hîc Raph. docet. Idem-

15 que † ſuprà oſtẽdi eſſe cùm quis quod Titius debet, daturum ſe ſpõdet [s], vel nomine Titij ſe ſoluturũ. intelligetur enim id ſolum, quod intereſt, promittere [t]. non enim certũ promittit, ſed ſicut ſuperiore caſu ſtipulatio, quòd Titio detur, eſt incerta [u], ita hoc caſu, quòd Titij debitũ tibi ſoluatur. Cenſuit quoq; quandoq; Accurſ.

n Dd.l.ſtipulationes nõ.verſ. Celſus.ſ.eo. xj. oppoſ.
o l.ſi pecuniã. de cõd.cau. da.
p d.l.naturalis. in princip.d.l.ſi pœnam.

XIV.

E in obligationibus dandi generaliter ad id, quod intereſt, agi, ſi de bonę fidei cõtractu tractetur [x]. quæ ſentẽtia ab omnibus rectè reiicitur, niſi tamen de æſtimatione intelligamus in caſibus ſuprà ſcriptis. Sed † & ſuprà cenſui legatariũ, qui

q d.l.ſi pœni.
r l. liber homo. ij.in fi.ſ.eo.
s ſ.ea.l.verſ. ſ vero Titio.

XV.

16 rem legatum ſibi dari ab hærede ſtipulatur, propter cautionis prætoriæ naturam, quæ clauſulã doli mali continet, incertum ſtipulari [y]: & ideo ualere ſtipulationem. nec videri bis idem ei deberi [z]. Subiiciunt hîc Raph. & Iaſ. promiſſionem † dandi, ſi ad perſonam referatur, quæ de fa-

t l ſi ita.§.poſſum.ſ.eo.
u d.l liber homo, in fi.

XVI.

17

F cto tantum dare poſſit, præciſam non eſſe, & ad nudam traditionem referri [a]: & quod ex qualitate perſonæ receptum eſt, ex natura quoque præcedentis contractus debet recipi, vt ſi quis promittat dare librum ex cauſa cõmodati, non intelligitur certa eſſe promiſſio [b]. Idemque ge-

x gl.§.actionũ. Inſtit.de act.in gloſ.magna.

XVII. neraliter omnibus in caſibus, quibus verbum *Dari*, impropriè pro traditione accipitur [c]. Sed

XVIII. † quid in obligatione *Rem reſtitui*, dicemus? & ma-

18

y l.j.in princ.vt leg.no.l j.§.ſi l fi.de prat.ſtipul. y l.nemo.ij.ſ.eod. vbi dixi. a l.Mæuius.de condit.& demonſt. b gl.l. non videt data. de reg.iur. c l.iiij.ſ.de vſur.l.ſi rem tradi.ſ.eod.





a Bar.d.l.ſtipulationes.q.vj.in princip.

gna apud Veteres fuit controuerſia [a], quæ tamen paucis ſic finiri poteſt: aut enim aduerſus eum agitur qui dolum commiſit, & præciſè eum teneri verius eſt. vnde & qui rem habet, & dolo reſtituere detrectat, præciſè cogitur, aliàs in litem in infinitum iuramentum patitur [b]. Sed & qui dolum commiſit, ad rẽ ipſam, quamuis amplius non extantem, obligatus cenſetur [c]. & ad eam reſtituẽdam ſententia iudicis condemnatur, excepto tamen, vt

b l.ſi cõcubina. §.pẽ.ſ.rer. am.
c l.qui reſtituere. de rei vind. l.eius rei.l.& ex aduerſo. in fi e.

## LEX LXXVI.

PAVLVS *libro* 8. *ad Edictum*.

Si ſtipulatus fuerim illud *a* aut illud, quod ego voluero: hęc electio perſonalis eſt: & ideo ſeruo vel filio talis electio cohæret: in hæredes tamen tranſit obligatio etiam ante electionem mortuo ſtipulatore.

19 Guil. cenſuit, fure. quia † cùm ab illo ſpeciali ratione res condicatur [d], ſi ea amplius non extet, non rem, ſed æſtimationem condici lex ait [e], ne ſcilicet abſq; cauſa duo ſpecialia inducantur [f]. Sed cùm lex mortuum à fure condici dicat [g], apparet quomodocunq; concepta ſit petitio, ſolã

d §.ſic itaq;.Inſtit.de act.
e l.in re.de cõd. furt.vbi Guil.de Cun.
f l.j.C. de dot. promiſ.

20 tamen æſtimationem præſtari [h]. Aut † aduerſus eum agitur, q ſolius culpæ nomine reus eſt, & adhuc res ipſa, quamuis amiſſa, in obligatione eſt [i], tametſi reus liberari poſſit æſtimationẽ litis præſtando, ſi rem non habeat [k]. Quod tamẽ in creditore, qui pignus perdidit, non procedit. is enim in id, quod intereſt, conuenitur, quia debitam cuſtodiam non adhibuerit [l]. Idem in eo, qui ex edicto prætoris de dolo conuenitur [m], propter verba edicti Quãti ea res erit. Illud certiſſimum eſt, aduerſus eum, qui bona fide & volente domino rei nactus eſt poſſeſſionem, cõdemnationem in pretiũ rei duntaxat fieri [n]: ſi verò abſque domini voluntate, ſubſit tamen bona fides,

g in l. inter ſtipulantem.§.pe. ſ.eod.
h l.j.§.rectiſſime.de vi, & vi arm.

XIX.

i §.item is.Inſt. quibus mod. re cont.oblig.
k l.ſi culpa de rei uend.d.l. certum.§. dabit.§. j.Inſt.de off.iud

XX. litis æſtimationem ſolui [o]. Cæterùm † quod

21 hîc dicitur, omnimodo dominium effici debere ſtipulatoris, dubitationem recipit. Quid ſi, reus obduret, obſtinateq; nolit trãſferre? & ſuprà caſu ſimili exiſtimaui non tamẽ in carcere ideo de-

l l.4.C.de pig. act.
m l.arbitrio.in princ.de dolo.

22 tinendum eſſe [p]. Quid † ergo fiet? & arbitror manu militari auferri ab eo poſſe, & iudicis ſentẽtia creditori dari [q]. Quòd ſi rem debitor interuerterit, deferri actori iuſiurandum in litem, quanti

23 in infinitum iurauerit [r]. nam † & Alex. tali caſu captis pignoribus & indicta mulcta poſſe cogi reum cenſuit [r]: ſi verò dare non poſſit. quia alienauit, tunc neceſſariò ad æſtimationem deueniri [t].

n d.l.ſi donatę. l. ſi ſponſus.§. Marcellus. de do. inter vir.& vx. l.pe.§.j.ſol. ma. d.§.Iulianus
o d.l.iij.§.item qri. de reb cor.
p l.nemo.C. de exac.trib li.x.dixi ſ.d uer.Celſus
q arg.l.j.C.ſi in cauſ.iud.

## LEX LXXVI.

2 *Facultas eligendi in mixto caſu, quando tranſmittatur.* 16.

14 *Eligendi facultas mandari poteſt.*

a

1

SI STIPVLATVS FVERIM ILLVD *a*. ¶ Ea quæ † iuris ſunt, conſtat per filium patri, per ſeruũ domino acquiri, in hæredeſq; tranſmitti [u], vt obligationes: quæ verò ſunt facti perſonalis, contrà. perſonam enim nõ egrediuntur, quod ſuprà pluribus locis expoſitũ

2 eſt [x]. Quid † ergo in caſu mixto dicemus, cùm quis illud, aut illud ſtipulatur, vtrum voluerit? facultas enim eligendi meri facti perſonalis eſt [y], at obligatio ipſa, quamuis alternatim concepta, iuris eſt [z]. & reſpondet Iuriſconſultus, mediam viam hoc caſu eligendam, vt viuo ſcilicet ſtipu-

r d.l.qui reſtituere.
s l.ij.§.ex his.ſ. eo.& l.vnica.§. j.ſi quis ius dic.
t l.non dubiũ. § fi.de leg.iij.
u l.dominus.ſ. eo.§.j.Inſt.de ſtipul.ſer.
x l.cum quis l. centeſimis.§.fi. l.dominus.l.ſi l ſi duo.ſ.eod.

pul.§.hi, qui.ſ.eo. y l.ſi in prin.ſ.eo. z l.illud. de cõſti.pec.



latore ad alium facultas eligendi non tranſeat: eo verò mortuo ad hæredes tranſmittatur. Et licet aliàs, quæ perſonæ cohærent, ſicut cedi non poſſunt, ita nec tranſmiſſibilia fiat [a]: rurſuſque quæ ad hæredes tranſeant, & cedi poſſint, & patri, vel domino per eos, qui in poteſtate ſunt, quæri [b], hoc tamen in caſu aliud Iuriſconſulto viſum eſt, viuente enim ſtipulatore extra eius perſonã tranſlatio non fit, qa facultas ea meri facti eſt, et ad ſolius ſtipulatoris voluntatẽ reſpicit [c]: eo verò mortuo, ad hæredẽ tranſit, qa executio eſt præcedentis obligationis.

L.76. Si ſtipulatus fuerim.

a l.ex plurib. de ad.tut dixi l. j.§.fi.de op. no. nunt.
b l.quæ legata. de reg.iur.
c d.l.centeſim9. §. fi. ubi Doct.l. ſi decẽ.ſ.eo.l.vnica.§. ne autẽ. C.de cad.tol.

I.

3 Vnde, † cùm obligatio, quæ ipſa principalis eſt, ſecundũ ſui naturã tranſeat,

B etiã hæc electio tanquã ſequela quędam debuit trãſire [d]. aliàs principalis obligatio propter acceſſionem extingueretur, ſi ideo reus non eſſet obligatus, quia ſtipulator propter mortem non poſſet eligere. Nec me mouet quorundam obiectio [f], qui potuiſſe electionem reo relinqui adfirmant, nec ideo obligationem extingui [g], reſpondeo enim, id aduerſus expreſſam cõtrahentium voluntatem induceretur, qui omnino hoc

d arg.c.ſi ſuper. de off.deleg.in 6.
e Rapha. Bes. Iaſ.hic.
f l.plerunq;.in fi.de iur dot.
g l.fin.§. ſed & ſi quis. C. com. de leg.
h l.ij.C.de pact.
i gl.l. quis ergo de pecul.l.3 pro loc.

C egerunt, vt electio debitoris non eſſet. Vnde ſimili caſu quandoque lex mauult creditori eam

4 relinquere [h]. potiſſima † enim ſemper ea eſt interpretatio, quæ contrahentiũ menti congruit.

5 Nec obſtat ſuprà ſcripta regula, quòd † quæ cedi non poſſunt, nec ad hæredem quidem tranſmitti poſſint, quia ea perpetua non eſt, nec in his procedit, quæ perſonæ cohærẽt. Qua ratione videmus obligationes paſſiuas ex ceſſione abſq; creditorum facto non transferri, & tamen in hæ-

k l.cogi.§.idem Mætianus.ad Trebel.

D redem tranſmitti [k]. Quod in actionibus directis receptũ eſt, quæ oſſibus creditoris adhærent [l].

6 Vnde † & ius fideicommiſſi vniuerſalis ad hæredem quidem tranſmittitur [m]: in ceſſionarium verò transferri non poteſt [n]. non enim tunc ex voluntate teſtatoris tansferretur, qui affectionem ſuam erga fideicommiſſarium duntaxat direxit, minusq; ex mente ſenatuſconſulti Trebelliani id fieret, cùm veriſimile non ſit voluiſſe ampliſſimum ordinem actiones in ceſſionarium

l l.ſi mulier.§. ex aſſe.de iu.do.
m Bar.l. qui ità §.j.ad Treb.
n l.fin.§.fin. de cont.emp.l. j.§. ſi hæres præcepto. ad Trebel.
o l.ſi ſic.§.fi. vbi Iac.& Alber. de leg.j.
p l.in tempus. de uſucap.

E tranſire, quæ ex regula non niſi in vniuerſalem ſucceſſorem dabantur [o]. aliàs enim etiam videmus pleraq; hæredi, qui in vniuerſum perſonam defuncti repręſentat, concedi, quæ tamẽ particulari ex cauſa non concederentur [p].

II. Sed

7 † nunquid hæc facultas eligendi in legatarium tranſeat? & conſtat tranſire [q]: ideoq; non ab hærede in eum, vt Bar. exemplo ceſſionis credidit, ſed continenter à teſtatore, vt Iac. & Alber. exiſtimarunt. habetur enim loco hæredis legatarius, & ideo ſicut hæredi hoc permittitur, ipſi quoq; permittendum fuit [r]. quod ego arbitror nõ ſecundum iuris regulas, ſed humanitate quadam inductum eſſe [s], qua id ſibi ita viſum Iuſtinianus ait [t]. Vnde dubia eſt Caſtr. & Iaſ. ſententia, qui poſſe legatarium etiam viuentem id ius alteri cedere exiſtimarunt, tanquam tranſlatione in ipſum facta cœperit hæc facultas ceſſibilis fieri [u]. quomodo enim plus licebit legatario, quàm creditori principali in caſu legis noſtræ liceat? quomodo item correctoria Iuſtiniani conſtitu-

q l.illud de opt. leg.
r §.optionis. Inſt.de leg.
s arg.l.pater.§. quindecim. de leg.iij.

tio [a] ad eum caſum extenderetur, in quo non ſub-
a d. §. optionis, d. §. ſed & ſi qs.
eſt tanta ratio? videmus enim multa fauore vlti-
marum voluntatum permitti, quæ aliàs non cõ-
8 cederentur. Nam † & conſtat rem ſemel alienatã,
b c. j. de eo, q̃ ſibi. in uſib. feud. Paul. de Caſtr. l. voluntas. C. de fideicom.
non tamen fieri alienabilẽ, prohibitionis ratio
adhuc ſubſit [b]: quæ
certè noſtra caſu
ſubeſt, cùm non id-
eo hæc facultas de-
ſinat eſſe meri fa-
III. cti. Defendi † er-
9 go hæc ſententia
duntaxat poteſt,
quoties hæc ele-
ctio meri facti non
eſſet, ſed via iuris
cõpeteret, vt in iu-
c c. ſi quis iuſto. de elect. in 6. & c. ſi cõpromiſſarius. eo. tit.
re eligendi epiſco-
pum, vel quemli-
bet magiſtratũ. con
d l. itẽ. §. ſi decuriones. ꝙ quiſq; vniuerſ.
ſtat enim poſſe per
ceſsionem transfer
ri [c], videturq; tunc ceſsionarius, tanquam mini-
IIII. ſter, ex perſona mandantis eligere [d]. quod Bart.
hîc cenſuit, & alij ſequũtur. Sed † & idem tra-
10 didit huius facultatis ceſsionem valere, quæ ex
e arg. l. Peto. §. prædiũ. de leg. 2.
neceſsitate fiat [e], vt ſi ſtipulatore non eligẽte no
f arg. l. pro hærede. §. quid tũ. verſ. cũ petitio. ſ. de acq. hær.
men debitoris alternatiui ſit creditori ſtipulato
ris ex ſecundo decreto aſsignatũ [f]. quæ ſenten-
tia non bene probatur iure noſtro, tametſi ſat co
g l. in venditione. §. fi. de bon. auct. iud. poſ.
loris habeat. Ego in contumaciã ſtipulatoris de
bere iudicem eligere, vel in creditorẽ ius eligen
di transferre potiùs crediderim, vt perinde ha-
V. beatur, ac ſi ipſe ſtipulator elegiſſet [g]. Addit † ta-
11 men Bar. pro ſentẽtia ſua aliam rationẽ, genera-
literq; affirmat poſſe hanc eligendi facultatẽ ad
perſonã tranſire, cui ſtipulator imperare nõ poſ
12 ſit. Vnde † ſi homo generaliter ſeruo meo lega-
h l. ſi Pãphilo. de opt. leg.
tus ſit, quem ego, poſt quã dies legati ceſſerit, ma
numiſerim, me nõ optante poterit ſeruus opta-
re, quoniã ei amplius imperare nõ poſſum, cùm
ſit liber [h]. Sed certè quod poſsim ei imperare,
VI. vel id minùs, nihil ad rem facit, Aliaq; eſt Iu-
i l. Iulianus. de leg. j.
riſcõſulti in eo reſpõſo ratio. ſciendũ enim, lega
to homine ſeruo meo, ius mihi tanq̃ domino ac
quiri, debereq; ſeruũ iuſſu meo optare [i]. legatũ
ergo ad me pertinet, facultas verò optãdi ad ſer-
13 uum. Vnde † ſi ſeruus à me ſit manumiſſus, quia
amplius iubere ei nõ poſſum vt optet, lex æqui-
tate quadã cõcedit mihi, vt ſolus optare poſsim,
& hominem petere, ne ſcilicet ius legati, quod
principale eſt, & mihi acquiſitũ eſt, ex huius ſe-
quelæ defectu inane reddatur. quæ & legis no-
ſtræ fuit ratio. Quòd ſi illud legatũ repudiẽ, nul-
la eſt æquitas, vt optio ſerui auferatur. Meritò er
go ipſe optat, & ex conſequentia optionis pro-
prietatẽ ad ſe trahet. Hincq; apparet, nihil ob-
ſtare Iaſonis argumenta, quibus nititur probare
k l. eũ, qui ita. §. qui ſibi, aut filio. ſ. eod.
ius eligendi ad ſeruũ pertinere debere, quamuis
manumiſſum, ſicut & ſolutio emãcipato fieri po
l l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Treb.
teſt [k]. Sed & deportatus ius eligendi retinet [l],
m d. l. fin.
quia nos de electione loquimur, quæ libera ſer-
n l. fi. in prin. ff. e.
uo nõ relinquebatur, ſed iuſſu domini facienda
o arg. l. qui ita. §. j. l. reſtituta. §. j. ad Treb. vbi gl.
erat. Quid ergo, ſi non de optione legati agatur,
ſed de nuda alternatiuæ obligationis electione,
quam ſeruus, vel filius etiam abſque iuſſu facere
poſſunt [m]? & fortè aliud eſſet, quod infrà attin-
VII. gam [n]. Sed † nunquid poſsit ſaltẽ ſtipulator
14 procuratorẽ conſtituere ad eligendum? & rece
ptiſsima eſt ſentẽtia, poſſe [o]. cùm enim vel rati-

**¶ Cum ſtipulamur, [d] quidq̃d te dare facere oportet: id quod præſenti die duntaxat debetur, in ſtipulationem deducitur: non, vt in iudiciis, etiam futurũ: & ideo in ſtipulatione adiicitur verbũ OPORTEBIT: vel ita, PRÆSENS, IN**

A **DIEMVE: hoc ideo fit: quia qui ſic ſtipulatur, quidquid te dare facere oportet: demonſtrat eam pecuniam, quæ iam debetur. quòd ſi totã demõſtrare vult, dicit, OPORTEBIT,**
B **VE: vel ita, PRÆSENS, IN DIEMVE.**

habitio ſufficiat [p], conſequens eſt, vt & mandari
p l. ſi is. de procur. l. cum debitore. ff. rem rat. hab.
hæc facultas poſsit. quæ ſentẽtia indubitata eſt,
ſi mandatũ de certa re eligẽda ſpecialiter loqua-
tur, vt Caſt. ſcripſit, cùm q̃ mandat Stichũ à pro-
q l. ſerui electione. vbi Bart. de leg. j.
curatore ſuo eligi, hoc ipſo eum eligere cenſea-
tur [q]. Sed quid, ſi
r l. is, qui. l. generaliter. in fin. de fideic. liber.
generaliter procu-
rator cõſtitutus ad
eligendũ ſit? & An
gelus, Raphaelque
non poſſe id fieri e-
xiſtimãt, cùm aliũ
eligere procurator
poſſet, quam fortè
ſtipulator fuiſſet e-
lecturus, quod da-
mnoſum promiſſo
ri videtur. [r] Sed
hanc ego rationẽ,
quæ Bartoli fuit,
non ſatis probo. vi
detur enim ipſo do
minus elegiſſe, cùm per procuratorẽ ſuum, ſiue
s c. qui p aliũ. de reg. iur. in 6.
ſpecialem, ſiue generalẽ, elegit [s]: quod & cæteri
hîc tradiderũt. & hæc quidẽ in electione proce- VIII.
dunt, quæ rei promiſſæ ſubſtantiã reſpicit. Sed 15
† quid, ſi ſtipulator aliquã qualitatẽ abitrio ſuo
reſeruauit, idq; ſolo ſui cõtemplatione? & tunc
videretur, talem facultatẽ etiam viuente ſtipula
C tore tranferri in eum, in quem res ipſa transfer
tur. quod eo exemplo Iac. Bald Alber. cæteriq;
oſtendũt, cùm quis mihi promiſit riuũ, per quẽ
aqua ad fundũ meum ducitur, arbitrio meo pur
t arg. l. ſi is, cui dare. de ſtatuli. Dd. d. l. ſi ſic. §. fi.
gare. ſi enim fundũ cum iure illius riui vendide-
ro, tenebitur promiſſor arbitrio emptoris pur-
u l. ſi quãdo. §. hæres. de leg. j.
gare [t]. Sed quid rurſus, ſi hæc facultas nõ actori
competat, ſed reo, poterítne particularis ſucceſ-
x l. in hoc. verſ. & uerius. com. diuid. Bart. l. in fundo. de rei vend.
ſor exceptione vti, ſicut auctor ſuus potuiſſet? &
videtur poſſe [u]. faciliùs enim exceptio concedi
D tur, quàm actio detur. Qua ratione & facultas
rem pro expenſis retinendi etiam emptori com
petit [x]. Suprà ſcriptis igitur omnibus caſibus
conſtat facultatẽ hanc ad hæredẽ tranſire, quan-
doq; & ad ſucceſſorẽ particularẽ: cæterùm † & 16
y l. cũ quis. ſ. e.
aliquot ſunt caſus, quibus huiuſmodi facultas
z l. inter. vbi gl. §. j. ff. eod.
adeò perſonalis eſt, vt nec ad hæredem quidem
transferri poſsit: veluti cùm de facultate agi
tur, quę ad iuris executionẽ nõ pertinet [y]. quod
ſuprà attigi. Idem, ſi de facultate declarãdi tra I.
E ctetur, quòd infrà loco ſuo diſcutiã [z]. Idemq;, II.
quoties † lex poteſtatem propria auctoritate ſe 17
a l. cũ fundus. in gl. §. fi. de vi, & vi arm.
vlciſcendi alicui concedit, non poteſt id in aliũ
transferri, cùm maximè ſit odioſum [a]. quod i-
b l. j. §. fi. de op. no. nũ. vbi Dd.
pſum & alibi diffuſiùs explicaui [b]. Sed & cùm
c l. fi. vbi Cin. et Bal. C. de cont. emp. l. ſi quis arbitratu. ſ. eod.
hæc facultas alicui nõ iure ſuo, ſed alieno, item-
que ad alterius vtilitatem competeret, receptũ
eſt nec ad hæredes quidem tranſmitti [c]. ſed &
d in d. l. ſi quis arbitratu.
hoc à nobis ſuprà latiùs declaratum eſt [d].

F
1 *Verba ſecundum ſuum tempus accipienda, eiuſq; exẽpla.*
8 *Interdum diſpoſitio præſens ad actum ſequentem trahitur.*
15 *Verborum* Tunc, *&* Poteſt, *vſus & vis.*
16 *Creditor conditionalis dici poteſt habere ius ad rem.*

§. CVM STIPVLAMVR [a]. ¶ Verba † ſe- a
cundum ſuum tempus ſemper ſunt accipiẽda [e]: 1
e l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg. ij.
vnde quod tempore præſenti profertur, ad futu-
f l. ſi à colono. ff. eod.
rum non trahitur [f], cuius rei exemplum in ſtipu
latione, *Quod te dare facere oportet*, aſſumitur. non
enim



enim intelligitur, *Oportet*, id eſt oportebit, niſi
2 expreſsim id actũ ſit. ſi † enim qualitas adiecta
a l. ex facto. de vulg.
verbo. ſecundum tempus verbi intelligatur [a],
quanto magis verbũ ipſum ſecundũ ſuum dun-
taxat tempus debet intelligi? qđ innumeris de-
ciſionibus oſtendere poſſent, quibus hæc refer-
re curæ fuerit: ſed nos attingamus eos duntaxat
I. caſus, quibus concluſio hæc non procedit. Et
3 † in primis in iudiciis eo in caſu non procedere
b l. verbũ oportere. de ver. ſig. l. ſed ſi reſtituat. §. j. de iudic.
Iuriſconſultus hîc ait, cùm hæc ſtipulatio inter-
A venit. ſolebant enim veteres litem conteſtando
hæc verba addere, *Quod te dare facere oportet, dabis,*
c l. Aediles. §. itẽ ſciendũ. de Aed. edict.
*facies huiuſq; rei cognoſcendæ poteſtatem Titio iudici permittis* [b]? Igitur hoc caſu nõ ſolùm iudex ſuper eo,
quod debebatur, tunc cognoſcet, ſed etiam eo-
rum iudicandorũ poteſtatẽ habere cenſebitur,
quæ interim rei petitæ accedũt [c]. Amplius ergo
4 arbitror, ſi † rẽm, quæ pendẽte lite deberi cœpe-
d §. ſi minus. Inſtit. de actio. l. apud. §. itẽ quæriſ. de dol. exce. dixi l. edita. C. de eden.
rit, vt quia conditio, vel dies venerit, petitor ad-
B iecerit, tali conteſtationi propter verborum ge-
neralitatem incluſam cenſeri, nec nouam conte-
ſtationem eſſe neceſſariã [d]. & hoc modo legem
e ſ. l. prox. §. q ſortem.
noſtram interpretor. aliàs enim cõſtat ad iudi-
cem futuri temporis tractus nõ pertinere, quod
II. ſuprà docui [e]. Sed † quid in vltimis volunta-
5 tibus dicemus? & ex facto à Ioanne Andrea re-
f arg. l. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd.
ſponſum ſcio, teſtatorem, qui hæredi ſuo iuſsit,
vti omnia debita Titij ſolueret, de hisquoq; vi-
deri intellexiſſe, quæ in diem, & ſub conditione
debebantur [f]. Quod Paulus Caſtr. probat, cùm
talis eſt conditio, quæ omnino ſit extitura, ea e-
nim non multum à die differt. Idem & Alex. ſe-
6 quitur, quoniã † in vltimis voluntatibus ſit ple-
g arg. l. fi. §. fin. de lib. leg.
nior interpretatio. quam ſententiam & ego ho-
h d. l. ſi ita ſcripſiſſet. & l. cũ il lis. d. §. j. quan. dies leg.
rum auctoritate motus ſequor, quia ea videtur
fuiſſe mens teſtatoris, vt Titium omni ære alie-
no liberaret [g]. Quod ſi fauor liberationis nõ ad-
eſſet, aliud eſſet [h]. tunc enim à regula legis no-
ſtræ non recederemus. Sed quid, ſi teſtator iuſ-
ſiſſet omnes clamores Titij ab hærede diſſolui?
& vis ſermonis aliud ſignificat. debita enim cla-
i in Pſeudo. & in Moſtel.
mores apellantur, quia creditores, ſi eis ſua die
non ſoluebatur, clamore antẽ ædes debitorẽ diſ
ferebant, quod Plaut. nõ vno in loco oſtendit [i].
Sed tamen Io. Andreas eo reſponſo aliter pro-
III. pter communem loquendi vſum cenſuit. Illud
7 certius eſt, quoties † nullum ſubeſſet æs alienũ,
k l. fundus, qui locatus. de fundo inſtruct.
quod purè deberetur, ſed omne in diem, vel ſub
cõditione eſſet, tunc neceſſariò de tali actum in-
IIII. telligi, ne aliàs diſpoſitio inutilis redderetur [k].
8 quod pleriq; tradiderunt, vt & Iaſ. hic refert. E-
go & hoc addo, diſpoſitionem † præſentem ad
l l. Italis. in fi. de leg. j.
poſteriorem actum trahi, cùm ille actus iuris in-
m l. ij. §. j. de iur. codic. l. Neſennius. de exc. tut. l. Caio. de ali. leg
terpretatione relationem ad priorem habet. Vn-
de ſi quis teſtamẽto ſcripſerit, velle ſe legata an-
nua, bima, trima die præſtari, intelligetur & de
n Capra conſ. 3.
legatis ſenſiſſe, quæ codicillis etiam pòſt longo
tempore factis reliquerit [l]. codicilli enim ſem-
per ad teſtamentum referuntur & maximè iure
veteri, quo teſtamẽto duntaxat confirmaban-
tur, vt legata in eis ſcripta valerent [m]. Vnde ſi te-
ſtator aliquid faciendum omnibus legatarijs te-
ſtamentum mãdauerit, de his quoq; intellexiſſe
cẽſebitur, qui codicillis duntaxat legatarij ſunt.
qua tamen in re fuit olim non modica alterca-
V. tio [n]. Idem † reſpondendum eſt, cùm actus po
9 ſterior primi loco ſuccedit, quatenus tamen ſuc-
o l. fi. in fi. de liber. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. eo. tit.
cedit [o]. quoties enim variatio circa idem cõtin-
git, vel circa id, quod loco eiuſdem rei habetur,
receptum eſt ſub priore diſpoſitione poſteriorẽ

nouiſsimam cõtineri [p]. Finge ergo mandatum L. 76.
à Pontifice fuit, vt epiſcopus ſacerdotium mihi
**Si ſtipulatus fuerim. §. Cum ſtipulamur.**
ad ſuam prouiſionem pertinens confert, an il-
lud conferre tenebitur, quod mandati temporẽ
ad epiſcopũ non pertinebat, ſed ex alterius per-
mutatione pertinere cœpit? & videretur teneri.
ſubrogatum enim id priori eſt. quam quæſtionẽ
Paulus Eleazarus copioſè diſputat [q]. Sed il- VI.
lud conſtat, eum, qui omnia bona ſua obligat, ea
quoq; cenſeri hypothecæ ſubieciſſe, quę deinde 10
p l. Mela. §. ſed & ſi. de alim. & cib. leg.
aquiret [r]. quod inductum eſſe videtur, quoniam
res poſtea quæſitæ loco cuiuſdam acceſsionis
q Paul. Ele. q. 3. q. diſputata.
cæterorum bonorum ſunt. manifeſtum autem
eſt, diſpoſitionem in præſens tempus conceptã,
r l. fi. C. quæ res pig.
etiam ad acceſsiones trahi, quæ deinde ex ipſa
re principali proueniunt [s]. Bartol. tamen aliam VII.
adduxit rationẽ, quæ & receptiore calculo pro-
s d. l. fi. §. Caio. de lib. leg. Rõ. ſing. 497.
bata eſt, nempe id eſſe propter modicum præiu-
diciũ, quod interim debitori oritur, cùm ſoluen-
t Bar. l. ſi ita eſſet. de au. & ar. leg.
do quod debet poſsit vniuerſã liberare [t]. Vnde
idem hic infert, prætorem, qui iurauerit ſtatu-
ta ſeruare, etiam de ſtatuendis iuraſſe intelligi,
quæ ſibi valde damnoſa non ſint. Quod tamen
ego non probo, nec ſatis receptum eſt, cùm † in 11
u c. pen. extra. de iureiur.
iuramentis maximè ad verborum formulam re-
ſpiciamus [u], ſecundum quam plurimum ſtatuta
à ſtatuendis differunt. Sanè † in diſpoſitioni- VIII
bus legum receptum quoq; eſt conſtitutionem, 12
x l. j. de cond. ex leg.
quæ verbis præſentis temporis concepta ſit, ad
y l. Arriani. C. de hæret.
C futurum produci, cùm natura legis ea ſit, vt futu-
ris det formam negotiis [x]: cùm item lex ſemper
videatur loqui [y]. Quod tamen Bart. intelligit,
dum remiſsionem delictorum non contineat:
quia † cùm lex in preteritum quid indulget, in 13
z l. cũ lex. de legib. Bar. d. l. ſi ita eſſet.
futurum vetat [z]. ſed aliud eſt in præteritum in-
dulgere, aliud in præſens ſecundum iuris regu-
las concedere. Et hæc quidẽ in re ambigua pro-
cedent. Quòd † adiectione aliquorũ verborũ IX.
apparеat de futuro quoq; actum eſſe, tunc dubiũ
D non eſſet, quin concluſio ſuprà ſcripta non pro- 14
cederet, vt † cùm dictio *Tunc*, adiecta eſſet, quam 15
a l. tutorib. de teſt. tut.
conſtat ad temporis extremitatem pertinere [a].
b l. ſi ita quis. de legat. ij.
Idem ſi aliud verbum, quod ſui natura tractum
habeat, quale eſt verbum *Poteſt* [b]. qua tamen in
c Bart. d. l. ſi ita eſſet. Soc. cõſ. x.
re perpendendum eſt, ad quam vocem tale ver-
d Bar. l. j. q. vij. de iur. codicil.
bum referatur. nam qui legat omnes res, quæ Pe
ruſij reperiri poſſunt, de his duntaxat intelligi-
e Bar. d. l. j. q. 4.
tur, quæ tempore teſtamenti poterũt: quia illud
*Poſſunt*, non ad Res, ſed ad verbum Reperiri, refer
tur, idq; Bart. reſpondit [c]. Sed quid in clauſula
E codicillari dicemus ſic concepta, *Si non valeat iure teſtamenti, iure ſaltem codicillorũ ſuſtineatur*? & cùm ver-
bum *Valeat*, ſubiunctiui quoq; modi ſit, apparet
tractum habere [d]. Vnde ſuſtinebitur actus, etiã
ſi teſtamentum ex poſtfacto infirmetur, vt quia
naſcatur poſthumus: ſecus ſi dictum eſſet, *Si non valet* [e]. id enim prorſus præſens eſt. Hincque in-
fertur, ſi lex municipij rem venalẽ publico præ-
conio ſubiectam liberam eſſe iubeat, niſi is, qui
ius ad eam prætendit, intra ſex menſes compa-
F ruerit, illudq; in ſcriptis obtũlerit, etiam aduer-
ſus eos locum habere, qui creditores duntaxat
ſub conditione ſunt. creditores † enim conditio- 16
f c. fi. de conceſ. præb. in 6.
nales ius ad rem habere dici poſſunt, viſque ver-
borum hoc ſatis ſignificat [f]. Amplius cenſue-
g l. is, cui. ſ. tit. j. l. creditores. ff. de verb. ſig.
runt Caſtellio, Raph. Beſutius, Torquatus & Ia-
ſon idem eſſe, etiam ſi ſimpliciter cõcepta ſit de
eo, qui ius in re habeat. creditor enim ſub condi
tione, vel in diem habet ius [g]. hæcque eſt legis
mens, quę non requirit, vt quis ideo compareat,
quia

a l.fin.§.ſed & ſi qs.C.cō de leg. ib.l.cēteſimis. in prin.ff.eo.

quia tunc debeat rem acquirere,ſed duntaxat,vt
in ſcriptis offerat, ne emptor ignorantiam præ-
tendere poſsit, ſi ei deinde contingat rem evin-
ci [a].Qua ratione & eum, qui generaliter omnia
iura cedit,de iuribus quoque in diē egiſſe Raph.
Alexand. & Iaſ. exi
ſtimant. Verum e-
nim eſt, eum, cui in
diem debetur, ius
habere, licet adhuc
ei dari non opor-
teat, cùm verbum
*Oportet*, ad neceſsi-
tatē referatur, quæ

### LEX LXXVII.

PAVLVS *libro 58. ad Edictum.*

ADdiē [a] ſub pœna pecunia promiſſa, & ante diē mortuo promiſſore, A cōmittetur pœna, licet non ſit hereditas eius adita.

adhuc non ſubeſt, cùm reus interim exceptione
ſit tutus [b],ſed non ideo tamē debet ceſsio impe-
diri. Idemq; ſentiūt in cōditionali obligatione,
X. licet Bald. & Imol. aliter [c]. Quid † ergo,ſi verba
17 non ſimpliciter pręſentis,aut futuri tēporis ſint,
ſed indefinita? & nō eſt dubiū,facilius hæc ad fu
turum trahi [d]. Verum diffuſior is eſt articulus,
quàm vt impertinenter hîc referri debeat. Alibi
ergo eius declaratio eſt requirenda [e],tametſi Iaſ.
18 hîc attingat. Sed † quid, ſi verbum ambiguum
ſit,vt quia indefinitè poſsit accipi, itemque cer-
ti temporis reſpectu? & tunc ex ſubiecta materia
fiet interpretatio: verbi gratia, Leo Pōtifex con
ceſsit mihi ius,tabelliones,baccalaureos,Docto
res creandi, non obſtantibus quibuſcunque ſta-
tutis, an hæc clauſula etiam ad futura ſtatuta tra
hetur? & ſi intelligamus dictionē *Statuta*, eſſe prę-
teriti temporis participiū, nō videretur [f]: quòd
ſi in vim nominis ex vulgari conſuetudine acci-
piatur [g],tunc erit vox indefinita, & futura quoq;
comprȩhendet, quod & receptius eſt [h], & ego
probo: quia huiuſmodi clauſula pro priuilegij
confirmatione adiecta eſt,cuius ea eſt natura, vt
perpetuū eſſe debeat [i], nec ratio ſubeſt, cur ma-
gis præteritis, quàm & futuris derogare debue-
rit Pontifex,cùm non magis ſtatuta,particulari-
ter tamē edita,ſcire princeps prȩſumatur, quàm
edenda [k]. meritò ergo generalis hæc derogatio
19 generaliter intelligetur maximè,† cùm benefi-
cia principum fauorabilem ſemper interpreta-
tionem recipiant [l]. Sed hæc quidem hactenus.

c d.l.ſi ita ſcripſiſſet.
d l.ſi ſeruitus.et l.ſi quis filiab9. de teſt.tut.l.placet. ff. de lib. & poſth.
e Bar.d.l. ſi ita eſſet.dixi.l.verbū erit.de verb. ſig.
f gl. cl.ſtatutū. de elect.ver.cōſuetudine.
g l.fi.C.de ſent. ex breuic.recit.
h Dd.l. ſi mihi. §.fi.de leg.j.
i d.c.decet.de reg.iur.in vj.
k c. j. de conſt. in vj..
l l.3.ff.de conſt. princip.

### LEX LXXVII.

1 *Adiectionis diei effectus.*
5 *Pœna etiam legalis committitur aduerſus hæreditatem iacentem.*
7 *Ex die efficaciùs, quàm interpellatione committitur mora.*
9 *Mora ex die interdum non contrahitur.*
13 *Et quid in præcepto iudicis.*
23 *Creditore mortuo non conſtituitur debitor in mora.*
26 *Concurſus pœnæ & diei vis.*

a
1 AD DIEM [a] ¶ Adiectio † diei id
operatur, vt pœna ipſo iure non
ſolùm aduerſus debitorem, ſed e-
tiam hȩreditatem iacentem com
I. mittatur [m].Vnde apparet,interpel
lationem aliquam non eſſe neceſſariam: aliàs
dandus eſſet curator hæreditati iacenti, & ille
interpellandus, quo negligente, vſque ad ſe-
2 cundum decretum procedi poſſet [n]. Cùm † au-
tem nulla hîc fiat curatoris, aut interpellationis
mentio, probatur ipſo iure moram cōmitti, ve-
ramque eſſe eam regulam, qua traditū eſt, diem
pro homine interpellare & in mora conſtitue-
II. re [o]. Nec refert, quomodo pœna promiſſa ſit, an
ſimpliciter dictum, *Dabo calendis centum ſub pœna tot*
*aureorum*: an verò, *Dabo calendis tot, & ſi non dedero,*
3 *promitto pœnæ nomine tot* [p]. cùm † enim hi contra
ctus ex conſenſu & mēte partiū interpretationē
recipiāt, ſatis eſt quomodocunq;, quod actū eſt,
exprimi. At in ſentē
tia iudicis aliud eſt,
quæ ſolēniter & ſe-
cundū iuris formā
ferri debet: & ideo
ſi mihi pręcipiat, vt
calendis ſoluā tot
ſub tali pœna, nō ta
mē cēſebitur ſuper
pœna pronuntiaſſe, ſed erit potiùs quædā com-
4 minatio facta [q], quæ † vim rei iudicatȩ nō habet.
Vnde neceſſariò poſt eum terminum ero citan-
dus ad allegandum, cur condēnari in ea mulcta
non debeam: quod omnes hîc tradiderūt. Nec III.
B rurſus refert, an pœna conuentionalis ſit, an lega
5 lis, putà vſurȩ. committūtur † enim etiā aduerſus
hæreditatē iacentē [r], idq; propter diei adiectio-
nē: aliàs ſi dies adiecta nō eſſet, nō cōmitteret,
niſi interpellato curatore [s]. ſicut tali caſu & cō-
tra pupillū, vel furioſum nō cōmittitur mora [t].
nec cōtra abſentē, niſi ſaltē proteſtatio credito-
ris interuenerit, quod in pecuniæ traiectitiæ e- IIII.
6 xemplo traditum eſt [u]. Nec † etiam intereſt quic-
quam, qualiter dies obligationi adiecta ſit, dum
C tamen talis ſit dies, quæ pro homine interpel-
let [x]. Vnde ſi dies ſit certa, quamuis arbitratu cre
ditoris variabilis, adhuc lex noſtra procederet.
vt ſi dictū eſſet, *Promittis mihi tot ſub pœna, quæ dabis*
*calendis, & deinceps arbitratu meo*? cōmittetur enim
pœna, ſi calendis datū non ſit [y]. Idem, ſi ea dies
non obſtet creditori, quin cōfeſtim poſsit pete-
re, nihilo minùs conſtitueret in mora & pœna de-
7 bitorem [z]. Hincq; apparet, efficatius † ex adie-
ctione diei committi moram, quàm ex vera in-
D terpellatione. ſiquidem interpellatio ei non ob
eſt, qui iuſto impedimento prohibetur [a]: & ta-
men dies hîc moram inducit adverſus hȩredita-
tem iacentē, quæ probabilē alioqui excuſatio-
nem propter ignorantiā hȩredis habere debuiſ-
8 ſet. cuius rei illa eſt ratio, quia † dies ab ipſo vſq;
principio præuideri potuit: vnde ſemper impu-
tatur debitori, qui in omnem caſum non ſit para
tus. at interpellatio non potuit. quapropter nec
confeſtim in mora conſtituit, ſed cū modico ſpa
E tio [b]. quod ſecus eſt in die, ſtatim enim inducit
I. moram [c]. Et † ex his conſequens eſt, vt in caſi-
9 bus, quibus dies in mora non conſtituit, limitan
da ſit legis noſtræ concluſio: veluti cùm fauore
ipſius debitoris duntaxat appoſitus eſt, non di-
lationis ſolùm, (quod regulare eſt) [d]. ſed obliga
10 tionis quoq; reſpectu [e]. quæ † enim ad merum
alicuius fauorem inducta ſunt, non debent in
odium retorqueri. & ideo receptum eſt, diem
finiendȩ obligationis cauſa adiectū, in mora nō
F cōſtituere [f]. Idem cùm dies petitionem dunta-
xat reſpicit, veluti ſi cùm deberes mihi centum,
promiſi non petere vſque ad calendas. hoc e-
nim caſu calendarum dies nullam moram indu
cit [g], ne ſcilicet facta vnius effectus cauſa con-
trarium producerent. Nec me mouet, quod dies
exhumanitate adiectus videtur interpellare de-
bitorē [h], quia non dies ipſa interpellas, ſed mo-
ram iam commiſſam non impedit, quæ ſubla-
to illo decem dierum obice perſeuerat. Idem-
que eſt in die, quæ ſolius admonitionis cauſa,
vel

m l.fi.ff.de nau. fœn.
n l.ſi diu.ex ob. cau.in poſ.not. ff.eod.l.ſed ſi ex ſtipulatu.
o glo.& Iaſ.l.ſi ex legati.ff.eod.
p gl.l.reſcriptū. §.ſi pacto.de pactis facit, ꝙ not. Bart. l. fundus. de an.leg.
q c.veniēs.ad ſi de accuſ.gl.Dd. c.j. de ſagitar.
r l.debitor.de neg.geſt.
s l.ſi bona.C.de bo.auc.iud poſ. Dd.l.4.§.toties. de dam.infect.
t l.is.cuſ.§.ceſſatū.vt leg.nom.
u l.ij.ff.de nau. fœn.
x l.traiectitię.§. j.ff.tit.j.
y l.cum ſtipulatus.ff.eo.
z gl.l.nummis. verb.ſua die.vbi Alex.de in lit. iur.
a l.ſciendū.de vſu.l.ꝙ te.ſi cer. pet.
b l.ꝙ dicimus.l. ratū.ff. de ſolut.
c l.magnam.C. eo.tit.
d l.ſtipulatio iſta.§.inter.ff.eo.
e gl.q̊niā freq̄ter.§.porro.ut li te non conteſt.
f l. ex empto.§. Caſsius. de act. empt.
g l ſi unus.§.j. de pact.Bal.c.ij. ad fi.de eo, qui interf.fra.dom.
h l.promiſſor.§.j.de conſt. pec. Bal.Iaſ.l.ſi ex legati.uer.7.ff.eo.



vel demonſtrationis, vel commodioris præſta-
tionis adiiceretur. quod ſuprà attigi [a]. Sicut &
cùm cauſa multiplicādæ obligationis intellige-
retur, vel aliàs incertus eſſet, nec præuideri po-
II. tuiſſet. quæ alibi à me dicta nō repeto. Sed † &
11 ſi dies alia cauſa ad-
iectus ſit, quàm in-
terpellationis, ſeu
aliū finem reſpice-
ret, clarum eſt morā

### LEX LXXVIII.

PAVLVS *libro 62. ad Edictum.*

SI filiusfamiliâs [a] ſub conditione
A

non induci, veluti cùm emptor intra certū diē ſe
abſportaturū vinum recepit, in illa quidem die
morā facit, ſed non ideo tamē licet venditori vi-
num effundere. dies enim abſportationē reſpi-
cit non autē ius effundēdi concedit [b]. meritò ne-
ceſſaria adhuc eſt interpellatio. Idemq; ſēſit Bal.
12 cùm † quis domū ad certū tēpus conducit. lapſo
enim tempore, niſi domino denuntiauerit, cen-
ſebitur reconduxiſſe [c]. quod ego verū arbitror, ſi
in domo perſeuerarit: aliàs ſi receſſerit, & res
ſuas abſportauerit, nō video quorſum interpel-
III. latione alia ſit opus. qd' alibi attigi [d]. In † præ-
13 cepto quoq; iudicis ſuprà dixi non committi ex
lapſu diei pœnā, cùm iudex ſub pœna præcipit,
vt ſoluā Titio intra decem dies centum reſpectu
14 † enim pœnæ opus erit noua citatione [e]. At Ca-
ſtrēſis amplius ex facto reſpōdit, cùm quis pro-
miſiſſet ſub pœna, ſe iudici intra certum tempus
Titium exhibiturum, nō tamē eo lapſo in mora
cōſtitui, niſi interpellatus fuerit. quod & Felinus
& Iaſ. ſecuti ſunt [f], & ego probo iis caſibus, qui-
bus qui promitti ſiſtere aliquem in iudicio, in-
telligitur promiſiſſe conditionaliter, ſi ſit inter-
pellatus. qua de re ſuprà [g]. Addit Bart. quoties
IV. † creditor diuerſi fori eſt, ita demū adueniēte die
15 committi moram, ſi accedat ad ipſius rei forum
16 nō † enim tenetur debitor eo caſu ad creditorem
accedere [h]. Vnde conſequens eſt, vt in caſu legis
noſtræ ita demū moræ pœna committatur, ſi ſti-
pulator ad forum hȩreditatis iacentis acceſſerit,
cùm nec curator, nec geſtor tenetur alibi eum
perquirere. Quæ interpretatio legem noſtrā nō
parum reſtringit, & fortè verius eſt committi ad-
huc pœnam [i]. cùm enim pœna cōditionem ha-
beat, vt ſi datum factum non ſit, ei ſit locus, debet
is, ad quem onus conditionis implēdȩ pertinet,
ipſum creditorem, quāuis alieni fori ſit, perqui-
rere [k], vel ſaltem proteſtatione ſibi conſulere,
V. quod infrà dicam In † foro quoq; conſcientiæ
17 traditum eſt, diē morā non inducere, quæ abſq;
mala fide & peccato induci non poteſt [l]. quod
Hoſtienſis & Aretinus tradiderunt. Sed alij cō-
trà: peccat enim, qui in tēpore promiſſo nō ſol-
uit [m]. quia elapſa die retinet inuito domino a-
lienum. Ego diſtinguendū arbitror, vt ſi proba-
biliter exiſtimaui ſe voluntate creditoris reti-
nere poſſe, verior ſit Hoſt. ſententia [n]: aliàs po-
V. ſteriorē ſequor, quæ & receptior eſt. Sed † nun-
18 quid in caſu legis noſtræ hæres omnino pœnam
præſtare tenebitur? & Bar. Alex. aliique magno
numero, poſſe eum integrū reſtitui affirmant
ex clauſula generali, *Si qua mihi iuſta cauſa videbi-*
19 *tur* [o]. cùm † enim in ius alterius ſuccedat, proba-
bilis fuit eius ignorātia [p]. Contrà Speculator, i-
temque Petr. & Cin. reddit enim hæc ſententia
legē noſtram illuſoriam. idem & Caſtellio, Ra-
phaelq;: quia non eſt æquum creditorem pecu-
niæ ſuæ interim commoditatem abſque fructu
vllo amiſiſſe [q]. Idem & Hieronymus Torqua-
20 tus: quia † ſicut citra eius reſtitutionis ſpem prȩ-
ſumptio legalis aduerſus hȩreditatem iacentem
currit [r], eadem ratione dies conuentionalis ef-
fectum habere debet. Quam ſententiam & ego
ſequor. agit enim hæres non de damno vitan-
do, ſed vt lucrū faciat, id eſt ampliorem hæredi-
tatem cōſequatur.
qua tamē in re quoſ
dam caſus ſuprà ex
cipiendos dixi.
Sed † & ſi quis in iu- VII.
21 dicium certa die venire etiam ſub pœna promi-
ſit, vel quid aliud facere, cōſtat propter iſtū im-
pedimentū excuſari [s]. Cur ergo idē nō eſt in eo,
qui promitti ſoluere, nônne iſtam excuſatio-
22 nem mors præſtare debet? & † ſciēdum facta co-
hærere perſonæ in dationibus verò ad rē ipſam
magis attendi [t]. Vnde non adeò excuſatur, qui
non dedit, quia curare debuit, ſi ipſe non poſſet,
vt per alium daret [u]: quod in factis eſt contrà, &
B ideo in his difficultas magis excuſat [x], quod I-
mol. hîc cenſuit. Sed † quid in caſu contrario VIII.
23 reſpondebimus? pone creditorem deceſsiſſe, an
debitor exuſabitur à pœna, qui intra conſtitu-
tum diem non obtulerit? & conſtat exuſari [y].
24 nec † enim debuit ipſe debitor alienis ſe nego-
tiis immiſcere, procurareque, vt hæreditati ia-
centi curator detur, vel quenquam vrgere, vt hȩ-
reditatem adeat. Sed num ſaltem proteſtari te-
neatur eſſe paratum ſoluere, ſi quis eſſet, qui ſo-
C lutionem recipere iure poſſet? Et Caſtrenſis non
exuſari eum exiſtimat, niſi proteſtetur: at Are-
tinus ex facto contrarium reſpondit Alexan. ve-
rò cothurni more vtriq; ſententiæ ſe aptauit, hîc
Paulum ſecutus, alibi aliud [z]. craſsiore Miner-
ua Iaſon, qui ante factum Caſtrenſem imitan-
dum cēſet, poſt factum Aretini ſententiam lau
dat. Ego diſtinguendum arbitror, vt ſi pœna ad-
iecta non ſit, minimè ſit opus vlla proteſtatio-
ne [a]. Idem, ſi † pœna quidem adiecta ſit, dies
25 D verò non ſit: quo caſu, vt mora inducatur, neceſ-
26 ſaria eſt interpellatio [b]. Quod † ſi vtrunq;, dies
ſcilicet & pœna adſit, neceſſariam eſſe conteſta-
tionem obligationemq; arbitror [c], excepto, cùm
creditor alterius fori eſt. ſatis enim eſt, ſi ſimpli-
citer domi ſuȩ conteſtetur ſe paratum ſoluere, ſi
adeſſet, qui recipere poſſet [d]. Quòd ſi quis in
mora iam fuerit, & de ea purganda agat, ne li-
tem conteſtari cogatur, proteſtatio non ſuffice-
ret, niſi & obſignatio accederet [e], vt ſcilicet
E quod dies & pœna operatur, idem & mora poſ-
ſit, qua quis creditorem vſq; ad iudicij accipien-
di tempus fruſtratus eſt.

a l.Interdū.§.fi.ff.eod.
b l.j.§.licet. de pic. & comm.
c l.item.quęritur.loc.
d l. nōn ſolū.§. in arte.de oper. no.nunt.
e d.c.veniens. Doc.l.vnica, in fin.ſi qs ius dic. non obtemper.
f Fel.c.ſi aūt de reſc.Iaſ.d.l.ſi ex legati. verſ. vlt.
g l.q̄ ante ff.eo.
h l.item illa. de conſt pec.
i arg.§. ſi quis igit.in auth.q̄b. mod.nat.eff.ſui Dd.l.ij.C. de iureiur.
k l.fin. vbi Bal. Raph.Cor.C.de cond.inſer.
l Iaſ.d.l.ſi ex legati.uerſ.iij.
m c.j.& iij. de pac.c.j.de ſolut.
n Dd.c. nouit. de iudic.
o l.in fin.ff.ex quib.cau.maio.
p l. qui in alterius.de reg. iur. Spec.tit.de loca. §. nunc aliqua. verſ.18.Pet.Cin. l.ij.C de iur.em.
q arg.d.l.debitor.

L.78. Si filiusfamiliâs.
r l. Iulian9. ex quib.cauſ.ma.
s l.cū filius.§.in hac.ff.e.ibi dixi.
t l.ij.§.j. ſi quis caut.l.fi.§.idem iuris. ff. ad leg. Rhod.
u Bar.l.4.§.Cato.ff.oppo.ff.eo.
x l. Arethuſa.vbi Bar.de ſtatu. hom.
y l. cōtinuus.§. illud.ff.eod.
z l.pecuniȩ.§.j. in fin de vſur.
a Paul.de Caſt. hîc. Aret.conſil. 162.Alex.conſil. 192.in j.
b l.cū quidā.§.ſi pupillo.de vſur l.ꝙ ſi nolit.§.pe. de Aedil.edic.
c l. ſi fundus.§. fi.de leg. cōmiſ.
d l.fin.eo.tit.& not.l.ait.prętor §.ſed hodie. de minor.
e d.l.item illa. vbi Bart.
f l.ſi reus. de procur. vbi Bartol. Ang.Paul.

### LEX LXXVIII.

1 *Filius etiam ſub conditione ſtipulatus acquirit patri: interdum minus.9,11.*
3 *Contractus & diſtractus par ratio, eiusq; per exempla declaratio.*
6 *Hypotheca promiſſa dote naſcitur.*
F 15 *Retrotractio in conditionibus non ſemper admiſſa.*
23 *Stipulator in hypotheca emptori præferendis.*
25 *Interdum contractus, interdum numerationis tempus attenditur.*
30 *Contractuum & vltimæ voluntatis diſcrimina.*

SI FILIVSFAMILIAS [a]. ¶ Cùm a
† quicquid acquirat filius, patri ac- 1
quirat, ſi cōtingat eū aliquid ſub
cōditione ſtipulari, illud ius con-
feſtim ab ipſo in patrē trāſit. vnde
eueniente

evenienté deinde conditione ipſi patri, cui ſpes
iam quæſita eſt, res quoque ipſa quæritur, idque
etiam ſi in eius poteſtate amplius filius non ſit [a].
a l. cū emācipati. §. id quoq. de col. bon.
quod & in ſeruo receptum eadem ratione eſt.
Hincque adnotant Doctores, conditionem
ad tempus contractus retrotrahi, & ſecundum illud acquiſitionem fieri [b].

**ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.**

I. Quod intelligit Raph. Imol. Alex. etiā ſi conditio ſit,
b l. neceſſario. §. q. ſi pēdente. de pic. & cōm. l. potior. l. q. balneū. qui poti. in pig.
quæ à voluntate filij ipſius pendeat, vt ſi ſtipula-
tus ſit decē, ſi in Capitolium aſcenderit, & dein-
de emancipatus aſcendiſſet, quæretur emolu-
mentum illud patri. lex † enim noſtra generali-
2 ter loquitur, quod & ego verum puto, non enim
hæc conditio in mero arbitrio vtriuſq; eſt, ſed fi-
II. lij tantùm, vt infrà declarabo. Sed & ſi de libe-
3 ratione agatur, idem eſt, vt † quod ius de contra-
ctu dicimus, idem & in diſtractu ſeruetur [c]. Vndè
4 † ſi debitorem tuum ſub conditione liberaueris,
c l. ſi ſub conditione. ff. de ſolut.
d l. ij. C. ad leg. Iul. de vi.
deinde ex delicto bona tua publicētur, & demū
conditio eueniat, non poterit fiſcus aduerſus e-
um debitorē agere, qui fingitur antè liberatus.
quæ ſententia in conditione caſuali, vel mixta
vera eſt, idq; omnes hic fatentur: in poteſtatiua
III. verò non procedit [d], vt infrà declarabo. In † pri-
5 uilegiis quoque eſſe legi noſtræ locū verius eſt.
vnde lex, quæ vectigalis gratiam his facit, qui in
nundinis mercantur, ei proderit, qui ſub condi
tione tempore nundinarum mercatus eſt, licet
alio tempore euenerit conditio. quod Baldus
e Bald. l. j. C. de nund.
cenſuit [e], & ego probo, niſi cùm lex non contra-
ctui ipſi, ſed executioni contractus immunita-
tem indulgeret. Sed † quid ſi mulier dotē ma-
IV. rito promiſerit, deinde poſt aliquod tempus
6 numerauerit, cùm interim ille aliis creditoribus
f l. vnica. §. et vt plenius. C. de rei vx. act.
bona ſua pignoraſſet, an nihilo minùs mulier in
hypotheca illis præferatur tanquam ex tempo-
g Fulg. cōſ. 116. Dorothea. arg. d. l. j. §. & ut pleni9. C. de rei vx. act. Cro. l. ſi is. q. pro empt. ff. de vſucapio.
re contractus cœperit ius ſuum [f]? & Fulgoſius vi
detur ſentire, ad tempus contractus attendendū
eſſe, quem diſertè hac in re Crotus ſequitur [g]: &
verum eſt, ſi expreſsim maritus tempore promiſ
ſionis hypothecę bona ſubiecit, quamuis adhuc
dos numerata ſibi non eſſet [h]. tacita † enim hy-
7 potheca, quam lex inducit [i], non videtur priùs
h l. j. ff. qui pot. in pig.
oriri quàm dos data fuerit. nec enim mulier vl-
V. lam actionem antè habet. Sanè in contracti-
i d. §. & vt plenius.
bus quoque nullis, ſed qui morte confirmētur,
videtur ſuprà ſcriptæ cōcluſioni locus eſſe. Vn-
de † ſi pater filio in poteſtate donet, quantum ſit,
8 fructuū reſpectu tēpus cōtractus inſpicimus [k].
k l. antepen. cū gl. C. de don. inter vir.
licet reſpectu dominij aliud ſit. Non enim regu-
la hæc perpetua eſt. In † primis nunquam in
I. dominio procedit. ſicut enim ſi contractus purè
9 eſſet celebratus, non tamen abſque traditione
l l. traditionib. C. de pact.
dominium trāsferetur [l], ita & ſi ſub conditione
10 initus ſit. & ideo verum eſt, cōditionem † domi-
m gl. l. antepen. & l. ij. C. de inof don. l. ſequēs. de legat. ij.
nij reſpectu nunquam retrotrahi, non ſolùm in
donationibus, quæ morte confirmantur [m]. ſed
nec alio in caſu [n], niſi cùm ſpeciali ratione citra
n l. ſi mater. §. eā dem. vbi Dd. de except. rei iud.
traditionem dominium trāsfertur. Vnde ſi quis
rem eccleſiæ vendat, deindè eandem iterum al-
teri, & re ipſa tradat, præferetur nihilo minùs ec
o l. fi. C. de ſacro ſanct. eccl.
cleſia, quia in eam iure ſpeciali abſque traditio-
ne transfertur dominium [o], cùm ſecus in alio
p l. q̃ties. C. de rei vend. ubi Iaſ
eſſet [p]. Vnde ſequitur, vt ſi non ſolùm donatio
coniugi ſit facta, ſed etiam ſecuta traditio, re-
trotrahatur confirmatio etiam dominij reſpe-
ctu [q]. quo caſu lex Iuſtiniani loquitur, quā Ac-
q §. interdū. Inſt. de rer. diuiſ.
cur. ſua interpretatione nimis reſtringit [r]. ibi. n.
II. facta erat traditio [s]. Rurſus † nō procedit con-
11 cluſio, quoties tempore exiſtentis conditionis
r d. l. antep. Iaſ. d. l. ſi is, qui pro emptore.
vel res, vel perſona nō ſubſit [t]. cùm enim extre-
mum habile non ſubeſt, ſeu perſonæ, ſeu rei ipſius
s l. Papinianus. ff. de don. inter vir.
defectu, non eſt fictioni locus, ſecun-
t l. q̃ties in fi. ff. de nou. ubi Bar.
12 dum † quam retrò huiuſmodi condi-
u d. l. neceſſario uerſ. planè.
III. tiones trahuntur [u]. quod hîc omnes tradunt,
& ſuprà attigimus [x]. Qua † ratione & idem eſt
13 ſi ſecundum ſanè fictionem actus redderetur
x l. cū. qui ita. §. fin. ff. eod.
nullus. Vndè cùm quis ſtipulatur rem ſuam
14 ſub conditione, ſi ſua eſſe deſierit, non trahetur
y l. ſi rem meā, ff. eo
retrò conditio ad tempus contractus: quoniam
† rem ſuam nemo ſtipulari poteſt. valebit igitur
z Iaſ. l. Gallus. §. inſtituēs. j. no. ff de lib. & poſth.
B ſecundum diem euenientis cōditionis [y]. quod
& ſuprà declaraui. Vnde ſi pater filio ſpurio do-
net ſub conditione, & ante euentum conditio-
nis reſtituatur natalibus, videtur ſuſtineri con-
IV. tractus, maximè ſi conditio intrinſecus hæreat,
putà ſi legitimabitur [z]. Quo † argumento for
15 tiùs dicendum eſt nec tum retrotrahi conditio-
nem, cùm à contrahentibus ipſis actum eſt, ne
16 retrotrahatur [a]. Vnde † ſi filius ſtipuletur ſibi da-
a Bar. l. poſt cōtractū. vj. caſu, de donat.
ri, cùm erit emancipatus, valet ſtipulatio [b].
C dum tamen in fraudem patris hoc nō fiat. quod
b l. pe. de col. bō. l. fi. ff. de ſap. ſer.
ex quadam æquitate videtur inductum. Sum-
c l. quidā cū filiū de hære. inſt.
mo enim iure aliud eſſet [c]. Putarim quoque va-
lere rei criminis capitalis contractum ſub con-
V. ditione, ſi reſtituetur [d]. licet Baldus in alia con-
17 ditione diſſentiat [e]. Idemque † reſpōdendum
d d. l. poſt contractum.
e Bal. l. j. in fi. C. de nundi.
eſt, cùm ex natura rei actum coniici poteſt, vt ex
die conditionis duntaxat quid debeatur, velu-
ti cùm quis ſub conditione quid annuum dare
ſpondet. cùm enim ex mora debeatur, non po-
D teſt ad tempus trahi, quo nulla adhuc obligatio,
VI. neque mora eſſet [f]. Idem quoque actum vi-
18 detur, cùm promiſsio idcirco creditori facta ſit,
f l. huiuſmodi. ff. eod.
quia & ipſe aliquid ex parte ſua pręſtare debeat,
g l ſi ſeruus cōmunis Mæuij. & §. fi. ff. tit. ij. dixi l. ſi Stichum. §. ff. eod.
vt cùm ſeruus fructuarius ſtipulatus eſt centum
pro operis ſuis ſingulis annis. non enim totum
emolumentum ſecundum ſtipulationis tempus
fructuario acquiritur, ſed finito vſufructu pro-
prietarius pro rata temporis erit admittēdus [g].
quod Bal. Alexanderque tradiderunt. Sed ego
E ſtipulationem hanc vnam eſſe nec conditiona-
VII. lem ſuprà docui. Huc † pertinet, & cùm quis ſti-
19 pulatur, quātā pecuniā Titio crediderit. cùm † e-
20 nim ex parte ſua requiratur factū, & quidē volū-
h l. quidā cū. §. fi. ff. eo. l. ſi debitori. §. fi. ff. de fideiuſ.
tariū, id eſt, vt Titio numeret ad tēpus ipſum nu-
merationis attendimus, non autem ad tempus
cōtractus: idq; tā principalis obligationis reſpe-
ctu, quem etiam fideiuſſoriæ, quæ illi accedit [h].
VIII. Traditum † quoq; eſt, conditiones, quæ à po-
21 teſtate debitoris pendent, ad tempus cōtractus
i d. l. q. balneū. verſ. ſi modo. d. l. potior. in pric.
non trahi [i]. Vnde ſi ſtipuler à te centū, quæ tibi
F numerabo, nō habebo priùs hypothecā, quàm
à tempore numerationis. quę ſententia vera eſt,
cùm talis conditio prorſus voluntaria eſt, vt in
prædicto exēplo. nō enim aut ego cogi poſſum,
22 vt numerem, aut tu, vt accipias. Vnde † talis
contractus, qui neminem arctat, pro contractu
quodāmodo nō habetur, ſed numeratio ipſa at-
tenditur. Quid ergo, ſi arctare poſsit? veluti in
caſu legis noſtræ, cùm quis ſtipulatus eſt, *Si in capitolium aſcenderit*, licet enim ipſe arctari nō poſsit
aſcendere, tamen, ſi etiam inuito debitore aſcen
a Raph. Imo. Alexand. hic.
derit, eum obligat, meritò tunc retrotractioni lo
23 cus erit [a]. Nam † & Dinus, cùm quis ſub hypo-
b Din. conſ. iij. Fulg. d. l. potior
theca promiſiſſet non offendere Titium, deinde
bona vendidiſſet, tandemque offendiſſet, præfer
ri in pignore emptori ſtipulatorem ex facto reſpōdit [b]:
c l. Lucius. qui pot. in pig.
d l. j. qui pot. in pig.
e l. ſi verò. §. ſi filio mand.

**¶ Cū fundū ſtipulatus ſum, non veniunt fruct⁹, qui ſtipulationis tempore fuerint.**

quoniam licet hæc conditio reſpectu
promiſſoris ſit poteſtatiua, reſpectu tamen ſtipu
24 latoris videtur caſualis. Qua † ratione & qui in
ſorte potior eſt, in vſuris quoque potior cenſe-
f l. j. mand.
tur [c]. non enim in mera creditoris facultate eſt
ſortem repetere, nec etiam ipſius debitoris eam
g l. fi. de dō. cau. mor.
ſoluere, cùm fortè non habeat. quod hîc Raph.
aduerſus Angeli, Imolæque interpretationem
h l. ſed interim. §. [illegible] de donat. inter vir.
rectè declarat. Ad hæc pertinet & quod ſuprà di-
ximus, non videri merè arbitrarium marito eſſe
25 dotem non recipere: & † ideo pignus ad tempus
contractus, non autem numerationis referri [d].
IX. Cæterùm † & in mandato, quod filiofamiliâs fa-
26 ctum ſit, conſtat tempus numerationis attendi,
ſi ille emancipatus numerauerit [e]. nec enim talis
27 obligatio patri inuito quæritur, cùm † ad onus,
i l. ſenatus. §. fin. de do. cau. mor. dixi d. l. ſi Stichum. §. fi. ff. eo.
non autem ad cōmodum mādatum pertineat [f].
Si tamen pater approbauit, & ante filij emanci-
pationem ſoluit, ſecus eſſet. putarem enim tunc
X. tempus contractus inſpici. In † donatione quo-
28 que cauſa mortis receptum eſt, non ad diem con
k l. ſi ſolus in fi. de acquir. hær. l. non eſt dubiū. C. de iur delib. §. alienus. lo ij. Inſt. de hær. inſt.
l l. quæ legata. de reg. iur.
m l. is, cui. ff. ti. j.
n §. ex conditionali. Inſt. eo. lac. Imol. Raph. Alex. hic.
tractus, ſed ad euentum conditionis reſpicien-
dum eſſe, ſiue quis ſeruo donauerit [g], ſiue filiofa-
miliâs, vt ſi eueniente conditione iam manumiſ-
ſi ſint, eis, non autem patrifamiliâs quæratur [h].
Sed quænam ratio eſt? an, quia donatio hæc ad
nutum donatoris reuocabilis eſt? & ideo cùm
eum non arctet, pro contractu hac in re non eſt,
vt ſuprà dixi, meritò ad tempus conditionis, ſi-
cut in vltimis voluntatibus, attendimus. Si tamē
hæc donatio non ſub conditione, ſed pręſens ſit,
XI. ſecus eſſet [i], quod alibi declaraui. Hincque † in-
29 fertur generaliter in vltimis voluntatibus nō eſ-
o gl. l. ſi vxorē. C. de cōdi. inſer. vbi Bald. Salic. Fulg. Corn.
ſe huic retrotractioni locū. Vnde ſeruus ſub con-
ditione hæres inſtitutus, ſi ea eueniente ſit ma-
numiſſus, hæreditatem ſibi, non autem domino
30 lucrifaciet [k]. Sed † quænam eſt differentiæ in-
ter contractus, & vltimas voluntates ratio? & va-
riæ adferuntur, quę tamen (ſi rectè intelligantur)
in eundem finem corriuant. ſiquidem ſciendum
p Imo. l. dies incertus. de cond. & demonſt.
eſt, filiumfamiliâs, qui ſub cōditione aliquid ſibi
dari ſtipulatur, ius conditionale ſtatim acquire-
re, quod in patrem tranſit [l]. Vnde conditionalis
ex contractu creditor ſeruat creditoris nomen [m],
q l. j. §. fin autē ſub conditione. C. de cad. tol.
illudque ius in hæredem tranſmittit [n]. quod in
eo contrà eſt, cui conditionaliter ex vltima vo-
luntate quid debetur. in contractibus enim prin
cipium attendimus, quod quis ſua induſtria ſibi
acquirit [o]: at in poſtremis iudicijs ad defuncti
r l. j. §. ſerui. C. ad Sylla. d. §. eādem. Bar. Ang. Paul. hic.
mentem ſolùm reſpicimus, qui diſpoſitionem
ſuam non, niſi poſt conditionis euentum, locum
habere voluit, vt meritò in ijs euentum cōditio-
nis tantùm ſpectemus, in illis ad ipſum potiùs
8 eſt, regulariter † dictum teſtis ambiguum aduerſus producentem intelligi, vt ſcilicet non probet[c]. Vnde conſequens eſt, vt dicta teſtium cum partis eos producentis aſſertione concordari non debeant, niſi tamen concordia illa per quàm probabilis ſit, ſuperque interrogatione eos pro-
9 ducentis fuerint examinati. Sicut † enim reſponſio ſecundum interrogationem intelligitur[d], ita debent teſtimonia ſecundum articulos à parte
10 productos intelligi[e]: cum † aliis verò teſtibus dubium non eſt fieri concordiam, ne pugnantia dixiſſe inuicem videantur[f], ſicut & quandoq; cum ipſius aduerſarij, contra quem producti ſunt, intentione[g]. Sed hæc materia diffuſior eſt, quàm vt hîc attingi debeat, præſertim ſingulari libro eleganter à Tyndaro tractata. is igitur adeundus.

II. Sed quid in inquiſitione, & ſententia iudicis condemnantis Stichum, ſi deinde Sticho capto ſumere de eo ſupplicium velit, quomodo conſtabit eum eſſe, qui & condemnatus ſit, cùm eiuſdem nominis ſint plures? & clarum eſt, ſi nõ conſtaret eum eſſe, de quo in actis fit mentio, executio fieri non poſſet. Debet igitur conſtare eandem eſſe perſonam, quod variis modis fie-
11 ri poteſt: & † in primis confeſſione ipſius rei ſe delictum illud perpetraſſe affirmantis. nec enim inconfeſſum alius iudiciarius ordo neceſſarius eſt[h]. Idemque, ſi ſimpliciter affirmet ſe eum eſſe, cuius in citatione & ſententia mentio eſt: quod Bartolus hîc tradit. Nec ob-
12 ſtat, quòd † citatio & proceſſus, qui ex incertitudine nullus fuit[i], non poſſit hac ſimplici confeſſione confirmari, cùm in criminalibus perſona clarè ſit deſignanda[k]. Reſpondeo, hîc actus non in ſubſtantia nullus eſt, ſed ſolius probationis reſpectu[l], quæ probatio eius confeſſione certa redditur, quicquid Alexander cum quibuſdam aliis hîc diſtinguat. Idemque, ſi † publi-
13 cus nuntius, qui eum ſpecialiter citauit, teſtimonium perhibeat eum ipſum hunc eſſe, quem citauit: quod Imola & Iaſon hîc tradiderunt. videtur enim & in hac quoque appendice ipſius nuntij fidei credendum[m]. Sed & ſi edicto citatus ſit reus, & deinde condemnatus, poterit iudex edictum ſententiamque ſuam interpretari, quod de Sticho ſenſerit[n], vt omnes hîc tradiderunt: an autem prædeceſſoris ſui ſententiam eodem modo declarare poſſit, iam attingemus.

III. Quæ-
14 ro † igitur, an hæc declarandi facultas ad hæredem tranſeat? & receptum regulariter eſt non tranſire, tanquam hæc facultas merè perſonalis ſit. Vnde in caſu legis noſtræ ſi actor non declararet, de quo Sticho ſenſiſſet, non valeret iudicium, neque hæredis declaratione ſuſtineretur[o]. Qua ratione & qui ſtipulatus eſt, *Cùm voluerit*, poteſt viuens voluntatem declarare: aliàs poſt eius mortem extinguitur ſtipulatio[p], quamuis cæteræ conditiones etiam per hæredem poſſint im-
15 pleri[q]. nam & ſuprà vidimus, conditionem † po-

a l. fi. vbi gl. C. arbi. tut. l. antiquæ. C. ad Vell.
b Bartol. l. j. §. ſi autem de itin. actúque.
c c. in præſentia. de probat.
d l. ſi defenſor. §. j. de interrog. act. vbi Bald.
e Bar. l. Labeo. de ſup. legat. & l. ij. §. vlt. vbi dixi, ſi cert. pet.
f c. cum tu. de teſtib.
g c. cùm Ioannes. de fid. inſtr. vbi Abbas not. pen.
h c. Piſanis. de reſtit. ſpol. Bar. l. ſi confeſſus. ff. cuſtod. reor.
i l. aut qui aliter. §. j. quod vi. aut clàm. glo. l. eum, quem temerè. de iudic.
k l. libellorum. de accuſ.
l l. duo ſunt. de teſtam. tut.
m l. cùm parati. de appel.
n Bar. l. ab executore. q. ij. de appellat.
o l. v. in fin. de rei vend.
p l. centeſimis. §. fin. ff. eod.
q l. paterfamiliâs. de vulg. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. eod.

teſtatiuam ſtipulationi adiectam, per hæredem impleri non poſſe, quia perſonæ teſtatoris cohærebat[r], cùm ſecus in aliis conditionibus eſſet[s]. Vnde & generaliter traditum eſt, propriæ † voluntatis quemlibet iuſtum interpretem eſſe, 16
alienæ non eſſe[t]. Qua ratione nec procuratori quidem generali id ius competere proditum eſt, ne ſcilicet ei tribuatur, quod vniuerſali ſucceſſori non tribuitur. Ego † tamen ſi procurator affir-
A met ex ſententia domini ſe ita declarare, putarim audiendum eſſe, quia quædam etiam perſonalia viuẽte domino in alium transferri poſſunt, quæ mortuo non poſſunt[u]: videturque hæc declaratio cohærere mandato[x]. tutius tamen eſſet, ſi hoc nomine procurator caueret rem datam do minum habiturum[y].

Sanè † & ad hæredem quoque hæc facultas quandoque tranſit, quoties non actus ſubſtan- 18
tiam, ſed executionem reſpicit, vt ſi promittam
B tibi centum, & ſubiiciam, quæ dabo, cùm volam[z], poterit hæres meus declarare, quo tempore volet, nec morte extinguetur obligatio: quod ſuprà Bartolus & cæteri cenſuêre[a]. Qua ratione eodem modo hæc facultas tranſmittitur, cùm non actum principalem, ſed acceſſionem aliquã ſpectet. ne enim ob incertitudinem acceſſionis principalis actus pereat, eius declaratio potius tranſmittitur, quod ſuprà arbitratus ſum[b]. Vnde & traditum eſt, diſſenſu, vel incertitudine
C circa acceſſoria non vitiari contractum, talique caſu legi noſtræ locum non eſſe[c]. Addit † Bartolus & tum declarationem hæredi competere, cùm nullum Stichus cuiquam adferre damnum poteſt, ſed vtilitatem duntaxat & commodum rei[d]. Vnde in caſu legis noſtræ, ſi quis ex cauſa lucratiua Stichum promiſiſſet, & eius hęres de Sticho albo intellectum contendat, erit audiendus, cùm melius ſit, vt hũc qualemcunq; ſeruum ſtipulator habeat, quàm nullum. ſi enim ius de-
D clarandi non eſſet tranſmiſſum, ſtipulatio ex incertitudine eſſet nulla[e]. Quæ ſententia tunc poteſt defendi, cùm ſtipulator non affirmaret ſe de alio intellexiſſe, ſed de eo, quem promiſſor voluiſſet. aliâs enim lex noſtra violaretur, cui veriſimile eſt locum eſſe, ſiue ex lucratiua, ſiue ex oneroſa cauſa Stichus promiſſus ſit[f]. Illud † quoque ſumma æquitate nititur, vt ſi promiſſor, ſeu hæres lucrum ex aliena iactura aliâs faceret, potius cenſeamus id declarandi ius
E eſſe tranſmiſſum[g], ne ſcilicet adeò tunc cohæreat id ius perſonæ, vt inde aduerſus naturalem æquitatem quiſquam damnum faciat: quod ſuprà ſimili caſu à me demonſtratũ eſt[h]. Nam † & videmus eadem ratione decreto iudicis tale ius de perſona in aliam perſonam transferri, vt cùm is, qui ſtipulatus eſt ſibi Stichum, cùm voluerit, dari, negat ſe velle, nec declarare quicquam in fraudem creditorum vult, poteſt iudex id declarandi ius in creditorem transferre[i]. quod ſuprà
F Bartol. caſu non diſſimili cenſuit[k]. Et † hæc quidem procedunt in declaratione, quæ meræ voluntatis eſt: alioquin dubium non eſt declarationem, quæ ex veriſimilibus coniecturis ab hærede fit, ſemper admitti. Vnde Bartolus hîc cenſuit, ſucceſſorem † in magiſtratu poſſe prædeceſſoris ſui voluntatem declarare, de qua ſibi per acta, vel probabili alia ratione ſit compertũ[l]. cùm enim idem tribunal ſit, idem quoque iudex cenſetur. quod & Iaſ. hîc poſt alios docuit. Sed † qua ratione ius eligendi ad hæredem tranſmittitur cùm

r l. ſi decẽ. §. eo. ſ d. §. Flauius. l. ij. Cod. de pact. inter empt.
t gl. §. alię. Inſt. de act. c. ſtatutũ. §. acceſſorè. de reſcrip. in vj.
I.
17
u l. & hæredi. in prin. de pact.
x l. ſi tamen. §. pen. ff. iud. ſol.
y l. j. Cod. de proc. l. ſi is. ff. de procur.
II.
z l. ex his. Cod. quãdo dies leg. ced.
III.
a Bar. d. l. centeſimis. §. ſi. vbi dixi.
b l. ſi ſtipulatus fuerim illud. ff. eod.
c l. ſi in emptione. ff. de contr. empt.
IIII.
19
d l. ſi quis ſi. lio. §. penult. de leg. j.
e d. l. qui ex pluribus. l. ita ſtipulatus. ff. eod.
f l. in venditionibus. de contr. empt. l. in omni bus. ff. tit. j.
V.
20
g arg. l. ſi x. loc.
h l. ſi Pamphilo. de opt. leg.
VI.
21
i l. in venditionibus. §. fin. de bon. auct. iudic. poſ. Bar. ff. d. l. ſi ſtipulatus.
22
VII.
k arg l. peto. §. prædium. de leg. ij. l. pro hærede. §. quid tamẽ. de acq poſſ.
23
l Bartol. d. l. ab executore.
24



cùm tamẽ & ipſum perſonale ſit[a] & ſuprà oſtendi id eſſe, quoniam ius eligendi obligationi ipſi accedit, quæ ad hæredem tranſmittitur: vnde & illud ſecũ, ceu ſequelam quandam, trahit[b]: aliàs ex acceſſionis incertitudine vitiaretur actus, quod fieri poſſe ſuprà ne-
25 gaui. Sanè † & in hoc ab electione diſtat declaratio, quòd electus tũ demũ præciſè debetur, cũ electus eſt: at in declaratione ab ipſius cõtractus tẽpore cenſemus rẽ fuiſſe præciſè debitam. declaratio enim nihil noui inducit, ſed quod obſcurum erat, detegit[c].

a l. fin. in prin. ff. eod.
b c. ſuper. de offic. deleg.
c l hæredes. §. pen. de teſtam. ſuprà.

2 *Quis per electionem vnum, veniat.*
5 *Generalis reſponſio ad interrogationẽ copulatiuã tenet.*

¶ Si ſtipulante[a] me Stichũ aut Pamphilum, tu vnum daturum te ſpoponderis:
A conſtat nõ teneri te, nec ad interrogatum eſſe reſponſum. Diuerſa[b] cauſa eſt ſummarum: veluti, DECEM, AVT VIGINTI DARE
B SPONDES? hic enim & ſi decem ſpoponderis, rectè reſpõſum eſt: quia ſemper in ſummis id quod minus eſt, ſponderi videtur. Item ſi ego[c]
C plures res ſtipuler, Stichũ putà & Pamphilum: licet vnũ ſpoponderis, teneris. videris enim ad vnam ex duabus ſtipulationibus reſpondiſſe.

a §. SI STIPV-
1 LANTE[a]. ¶ Si † erdo disiũctim interrogem te, *Stichum aut Pamphilum dabis? dabo Stichum*, non valet ſtipulatio, quia in qualitate ſubſtantiali alternatiuã obligatio à pura diſtat, quod ſuprà declaraui[d]. Sed tamen non videtur Iuriſconſ. id exemplum hîc ponere, ſed cùm interrogationi alternatiuæ tu reſpondiſti non ſpecialiter, *Dabo Stichũ*, ſed generaliter, *Dabo vnum*, ſicq; hypotheſim fingit Alber. ego non video, cur hoc caſu non ſit congruẽ reſponſum, cùm idem ſit, vel ſpecialiter Stichum, aut Pamphilum promittere, vel alterum dicere, ſeu (quod idem eſt) vnum. non enim de duobus ſolùm Alter, rectè dicitur, ſed etiã Vnus[e].
2 Dum † ergo in reſpõſo dicitur *Vnum*, intellige nominatim, putà Stichum. ita enim ſenſiſſe Iuriconſultum etiam ſequentia verba indicant. Poſſet tamen Alberici caſus defendi, cùm qui de vno reſpondiſſet, intellexiſſet de vno eorum ſeruorum, qui disiunctim in interrogatione nominati erãt, ſed de vno in genere, id eſt, quocunq; ſeruo.

d l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. e.
e l. duo iudices. de re iudic.

b DIVERSA[b]. ¶ Cùm † in ſummis maior nu-
3 merus contineat minorem, ſi interrogo te, *Promittis decem, aut quindecim*: & reſpondeas, *Promitto decem*, valet ſtipulatio, quia in vtraque parte alternatiuæ continebantur illa decem, & quantum ſit eius ſummæ reſpectu, decem purè in interrogatione videntur fuiſſe. poſitio enim incerta, ſi ſecundum quemlibet intellectum intentioni agentis conueniat, pro certa habetur, idq; nõ in ſtipulationibus tantum, ſed & in iudiciis cæteriſque actibus verum eſt[f]. Quid ergo, ſi reſpondiſſem *Promitto decem, & quindecim*? & Dinus, Albericúſque exiſtimant hoc caſu non videri congruè re-
I. ſponſum, tanquam in qualitate ſit differentia.
4 Quam † ſententiam eatenus ego ſequor, vt in

f l. quod ſi dubiter. de acquir. hæred. Io. And. c. j. de pactis. in vj.

maiore ſumma ſtipulatio non valeat: in minore verò non video, cur valere non debeat, perinde ac ſi interroganti, *Promittis xv?* reſponſum eſſet, *Promitto x*. Sed quid, ſi ſtipulator ſibi electionem reſeruauerit: verbi gratia, *Promittis x, aut xv, vtrum ego volam? promit to x.* & tunc videretur non valere ſtipulationem, non enim altera pars disiunctiuæ tali caſu alteri ineſt[h]: quod & cæteri tradiderunt, & nos ſ. retulimus[i].

Quã ratione nec tunc quidem valet, cùm ſolutio alteri perſonę facienda eſt: veluti, *Mihi x. aut Titio v. promittis? promitto v. Titio*, non valet ſtipulatio[k].

ITEM SI EGO[c]. ¶ Si † ergo interrogationi copulatiuæ de vna ſpecialiter reſponſum ſit, in illa valebit ſtipulatio, quia reſpectu illius ad interrogatũ reſponſum eſt. Vnde ſequitur, vt non idem ſit, ſi generaliter reſponſum ſit: verbi gratia, *Promittis Stichum, & Pamphilum? Promitto vnum.* cùm enim non expreſſerim, quem velim dare, perinde

¶ Sacram[d], vel religioſam rem, vel vſibus publicis in perpetuum relictã, vt forum, aut baſilicã, aut hominẽ liberum, inutiliter ſtipulor: quãuis ſacra profana fieri: & vſibus publicis relicta in priuatos vſus reuerti, & ex libero ſeruus fieri poteſt. Nam & cùm quis rẽ profanam, aut Stichũ dare promiſit, liberat, ſi ſine facto eius res ſacra eſſe cœperit, aut Stichus ad libertatẽ peruenerit: nec reuocãtur in obligationem, ſi rurſus lege aliqua & res ſacra, profana eſſe cœperit, & Stichus ex libero ſeruus effectus ſit.

D eſt, ac ſi alternatim reſpondiſſem, *Si vnum nõ dabo, alterum dabo*[l], & ſtipulatio nõ valeret. Sed non idem erit, ſi quis vno verbo plures res continente interrogauerit. nõ enim poteſt videri ad vnam ex pluribus ſtipulationibus reſpondiſſe. propter enim verbi vnius conceptionem vna eſt tantummodo ſtipulatio[m], quæ ſcindi non debet. Sed tamen hac in re aliter diſtinctum eſt, vt ſcilicet ſi de vna re reſpondeatur, quæ propriè pars ſit eius,
E quod in interrogatione deductũ eſt, valeat ſtipulatio: aliàs non valeat. qua de re nos ſuprà[n]. Sed quid, ſi interrogem, *Promittis 100. amphoras vini? promitto ex tali fundo*: & videretur non valere, nõ, quia interrogatio de genere, reſponſio de certa ſpecie ſit[o], ſed quia reſponſio tacitam conditionem habet, ſi naſcetur: de qua re & ſuprà diſputaui[p].

I. 83.
Inter ſtipulantẽ.
§. Sacram.
II.
g l. j. §. pen. ff. e.
h l. ſi ita. ij. in fi.
i l. ſi ita. j. ff. eo.
III.
k l. qui res. §. ſtipulatur.
c
5
I.
l l. cum ita. de opt. leg.
II.
m l. ſcire. ff. eo. l. v. §. ij. vbi not. ff. eod.
III.
n l. j. §. fin. ff. e.
o §. §. ſeq. ff. l. ſi certos. vbi dixi. p dict. §. ſi quis ſimpliciter.

1 *Rei, quæ futura ſpe quandoque præſtari poteſt, ſtipulatio tenet.*
F 2 *Rerum extra commercium ſtipulatio nulla.*
3 *Quæ vitiant ficta, impediunt facienda.*
11 *Explicatur verſ. quoniam.*
16 *Triſtis euentus hominis liberi non conſiderandus.*
18 *Futura non ſunt interdum in conſideratione.*
22 *Victoria dubitabilis.*
25 *Cenſura de naue vnde facienda.*
26 *Interdum refecta nauis eadem cenſetur, quæ ante diſſolutionem.*

d
§. SACRAM[d]. ¶ Stipulatio † rei, quæ nec 1
tempore

tempore contractus,nec in futurum ſpe iuſta da-
ri poſſit,eſt nulla: ſecus,ſi ſpe iuſta dari quando-
que poſſit, dum tamen iuris interpretatione res
alia non cenſeatur. quod nauis promiſſæ, dein-
de diſſolutæ exemplo, itemque alio Pediano Iu-
riſconſultus proſe-
quitur, tametſi ceu
ad rem non faciens,
reprobet.Adnotant
ergo hic Doctores,
2 ſtipulationem † rei
ſacræ, vel religioſæ
non valere. Idem ſi

**quoniam vna [a] atq; eadem cauſa & liberandi & obligādi eſſet, quòd aut dari nō** A **poſsit, aut dari poſſit. Nam & ſi nauem quam ſpopondit, dominus diſſoluit, &**

a §.ſedebūt. in auth. de iudic.
b l.pediculis.§.item cū. de auro & arg.leg.

ſit publica,qualis eſt baſilica, id eſt forum in quo
prima contignatione auditorium eſt cauſarum [a],
inferiùs rerum vænalium tabernæ [b], vt M.Vitru-
uius docet. quod & in libero homine procedit:
3 probatque id per regulam, quæ † vitiant contra-
cta, impediunt contrahenda: deinde per ratio-
nem generalem,qua traditur, ſtipulationem im- B
poſſibilem non valere, poſſibilem valere: quòd
ſcilicet vna eſt cauſa, ſeu ratio obligationis & li-
berationis: obligationis, ſi res dari poſſit: libe-
rationis, ſi ad cauſam impoſſibilitatis res deue-
niat.Decidit igitur Iuriſconſultus, promiſſo Sti-
cho,ſi manumittatur, extingui ſtipulationē, nec
poſtea reuiuiſcere, quamuis iterū in ſeruitutem
incidat [c]. Sed huic ſententiæ obſtat Celſi reſpon-
ſum, quo ille, ſeruus (inquit) legatus, ſi interim
manumittatur,& poſtea factus ſit ſeruus,peti po C
teſt. Verùm reſpondent Dinus, Bartolus, & ple-
rique alij peti poſſe, ſi de noua teſtatoris volun-
tate legatum, quod perierat, rurſus confirmante
appareat. quod ſanè quàm diuinatoriū eſt, ſicut
& quod Iacobus, Albericusq; ibi comminiſcun-
tur, procedere Celſi ſententiam in ſeruo alieno,
at reſponſum noſtrum in ſeruo proprio.nam nec
ſic lex diſtinguit. Audaciùs Raphaël, qui corre-
ctum eſſe Celſi dictum exiſtimat, & Tribuniani
obliuione de iure noſtro non abraſum. Addit & D
quædam alia commenta Accurſius, quæ Recen-
tiores confutant.

c l.qui res.§.aream.de ſol.

4 Ego † tutiorem, quæ hîc vltimo loco refertur,
Veterum ſolutionem arbitror, quam Caſtellio,
Beſutius, Iaſonque probant, vt legata à ſtipula-
tione diſtinguamus. in legatis enim, dum modò
teſtamenti mortisq; tempore res ſit habilis, ſuf-
ficit [d], cùm vltimæ voluntates eum tractum ha-
beant, in ſtipulationibus aliud eſt, quas oportet
ex tempore contractus iudicari, vt hîc dicitur. E

d l.ſed ſi in conditione. §. ſolemus.l.ſi alienū. §.j. de hær.inſt.

5 Quod † ergo Celſus ait, ſi interim manumit-
tatur,intelligendum eſt, interim antè quàm mor
tuus ſit teſtator [e]. Nec me mouet,quòd ſeruo le-
gato ſponte alienato perit legatum, quamuis à
teſtatore redemptus ſit [f]:quia aliud in ſpontanea
alienatione, quæ pœnitentiam teſtatoris arguit,
aliud in manumiſſione [g], quæ non ex pœniten-
tia legatum infirmat, ſed quia res in commercio
eſſe deſiit. videtur enim teſtator non ideo manu-
miſiſſe,quia principaliter vellet legatum reuoca- F
ri, ſed duntaxat,vt ſeruo ipſi conſuleret [h]. vnde ſi
iterum efficiatur ſeruus, conualeſcit legatum,
cùm nulla teſtatoris pœnitentia arguatur. Sed
quomodo regulam hanc Iuriſconſulti intellige-
6 mus,quam ille conſtituit, vt † quæ vitiant facta,
impediant facienda? & conſtat generaliter,intel
ligi debere, ne videatur res ab eo caſu incipere,
in quo finire deberet [i]. qua enim ratione factum
tollitur, eadem & faciendum [k].
Vnde & ſolemus dicere, quoties ad eum ca-

e l.ſi ſeruus.§.de adi.leg.
f l.cum ſeruus. de adi.leg.
g arg.l.verum. de manum.teſt.
h l. rogo. in fi. §.quidā. de fid. iber.
i l.Titio. de vſufruct.
k l.ſi à me.l.Iulianus.de iudic.

ſum res peruenit,à quo non poteſt incipere,tum
extingui [l]. Sed & quandoque aliqua iam facta ſu
ſtinentur, quæ à principio fieri non permitteren
tur [m]. Vnde apparet, ſi † ea, quæ facta ſunt, infir- 7
mantur, multò magis facienda prohiberi. ſicque
oſtendit, ſuprà ſcri-
ptam regulam ve-
ram eſſe, dum tamē
eam procedere in-
telligamus,cùm vi-
tium temporarium
nō eſt, ſed futurum
quoque tempus re-
ſpicit [n]. alioquin ſi vitium duntaxat ad præteri-
tum traheretur, ſecus eſſet.tunc enim diſpoſitio,
quæ præterita vitiaret, futura non inhiberet. qđ
† variis modis percipi poteſt: & in primis ex vi 8
verborum. verba enim præteriti temporis regu- I.
lariter ad futurum non extenduntur [o]. Idem, ſi II.
ex ratione legis hoc appareat.vnde emancipatio
obligationes ad eam diem contractas impedit [p]:
contrahendas verò, cū iam ſui iuris ſit filius, non
impedit [q]. ſic deportatus acquiſita perdit, non
acquirenda [r].

l l.quia.ad leg. Aquil.
m l.patre.ff.de his qui ſunt ſui. l.is cui. de teſta.
n l.iij.§.deſinere. vſufr. quem c.l.Sempronius Attalus. de vſufructu leg.
o l. ſi ſtipulatus.§.cum ſtipulamur.ff.eod.

Qua ratione & remiſſio doli iam perpetrati III.
admittitur, perpetrandi verò nullo modo: quia
lex delinquendo occaſiones infirmat [s]. Ex † na- IIII.
tura quoque rei id depræhenditur, vt in accepti- 9
latione,quæ inſtar ſolutionis obtinet.vnde ſicut
ſoluere nos debito nō poſſumus, niſi iam debea-
mus, quia (vt dici ſolet) priuatio habitum præ-
ſupponit [t], ita & nec acceptum ferre poſſumus.
Extinguit ergo acceptilatio debitum præteritū,
futurum verò non item, niſi eo momento, quo
deberi cœpit [u].Hinc Bartolus reſpondiſſe ſe ex fa
cto tali in quæſtione ait: Lex municipalis ſic ſcri
pta erat, *Qui ob contumaciam proſcriptus intra conſtitu-
tum edicti tempus non comparuerit,in ordinem decurionum
nullo tempore, etiam ſi reſtitutus ſit, admittatur.* alia lex,
*Qui hoſtem publicum occiderit, ab omni proſcriptione exem
ptus ſit,vel eximatur,in quam incidiſſet,vel incidere ex præ-
teritis noxis poſſet*: aliquis exul intra edicti tempus
hoſtem publicum necauit, an ad decurionatum
poſſit admitti? & cenſuit ille non poſſe, quia ſe-
cunda lex eum non liberat,niſi poſtquam iam ſit
exul, id eſt, tempus edicto ſtatutum lapſum ſit [x].
quo caſu verbis prioris legis excluditur. Qua in
re paucos habuit Bartolus ſectatores, ſiue quia
falſa eſt eius ratio. verba † enim legis etiam eum 10
liberant, qui adhuc exul non eſt, ſi quidem illud
verbum, *Incidere poſſet*, tractum habet, & futurum
reſpicit [y]. Vnde locus eſt generali regulæ,vt quæ
præſcriptionem factam tollant.futuram quoque
impediant [z]. quod Raph. Alexanderque cenſue-
runt. Siue, quia (vt Angelus ait) etiam ſi illa ver-
ba adiecta non proponerentur, non eſt veriſimi-
le priorem legem de eo intellexiſſe, qui intra edi
cti tempus non comparuit,quia eſſet alia lege li-
beratus. videtur enim tali caſu circumduci edi-
ctum [a]. Addit Iaſ.minus eſſe veriſimile, vt ea lex
odioſa & pœnalis de proſcripto intelligatur, qui
momento proſcriptus fuit [b],ſiue(vt ἱμφατικωτέρως lo
quar) qui eo fine in proſcriptionē incidit,vt con
feſtim abſolueretur [c]. Explodenda igitur hæc eſt
Bartoli ſubtilitas. Sanè quod hîc idem ſubiicit,
quomodo contrariorum eadem ſit diſciplina, à
me de verborum ſignificationibus lib.iij. diſpu-
tatum eſt: vnde hîc,ceu impertinens,omitto.

p toto titul.qđ cum eo, qui in alie.
q l.ij.§.j. de capitis dimin.
r l.ſi tibi. §.is. cuius.man.
s l.ſi vnus.§.illud.de pact.
t l.decem.ff.eod. & l.maritus.ff. ſol.mat.
u l. quoties.de nouat. l.ſub cō. ditione. de ſol.
x d. l. quoties. d. l. ſub conditione.
y l.cum certus. de vino,triticóque leg.
z d. l.deſinere.
a l. & poſt.§.j. de iudic.
b l.fin.§.fin. C. de bon.quæ lib.
c dixi. l. ſi tibi pecuniam.ff cer.pet.

QVONIAM QVIDEM VNA [a]. ¶ Anti- a
qui codices rectiùs & Latiniùs non habent *qui-
dem*.



*dem*. Declarat autem Accurſius duobus modis
hæc verba: at Albericus etiam tertio modo,vt ve
riſſimum ſit illud Boetij, Quod multipliciter in-
11 telligitur,eius veritas ignoratur. Ego † ſuprà exi
ſtimaui id voluiſſe Iuriſconſultū, ideo ſuprà ſcri-
ptas obligationes
non valere,quia im-
poſſibiles [a]. vnde ſi
poſſibiles eſſent, vt
in ſequenti exem-
plo, ſecus eſſet. ve-
rùm quia dictio *Im-
poßibilis*, non ſat ele-
gans eſt, dum ea par
ciùs vti vult Paulus,
in has ſermonis tri-
cas incidit. Cùm er-
go nō obſtante me-
dij temporis muta-
tione res eadem
dari poteſt, ſtipula-
tio valet,vt in exem
plo nauis, quæ ſi a-
nimo reficiendi diſ-
ſoluta ſit, eadem
cenſetur cum refe-
cta. quod infrà de-
clarabitur. Idemq;
Pedius aiebat in eo,
qui decem ampho-
ras vini ex fundo ſti
pulatus eſt. quam-
uis enim primo an-
no non percipiatur,
ſatis eſt ſequenti-
bus percipi, & tum
demum prę̨ſtari.qđ
exemplum proxi-
mo nauis diſſolutæ
aliquo modo qua-
drat, ſuperiori verò
hominis liberi eſt
prorſus diſſimile, vt
hîc dicitur. Adno-
tant tamen hinc In-
terpretes, eum, qui
12 † fructus ex tali fun-

a l. ab omnib. de legat.j l.mulier. in princ.de cond.inſtit.

**iiſdem tabulis compegerit: quia eadem nauis eſſet, inciperet** A **obligari. Pro quo & illud dici poſſe Pedius ſcribit: Si ſtipulatus fuero ex fundo centū amphoras vini, expectare debeo donec naſcatur: & ſi** B **natū ſine culpa promiſſoris conſumptū ſit, rurſum expectare debeam, donec iterū naſcatur, & dari poſſit: & per has vices aut ceſſaturam, aut valituram ſtipulatio** C **nem. Sed hæc diſsimilia ſunt. Adeò enim cùm liber homo promiſſus eſt, ſeruitutis tempus ſpectandum non eſſe, vt ne hæc quidem ſtipulatio de homine libero** D **probanda ſit, ILLVM, CVM SERVVS ESSE COEPERIT, DARE SPONDES? item, EVM LOCVM CVM EX SA-** A **CRO RELIGIOSO'VE PROFANVS ESSE COEPERIT, DARI? quia nec præſentis temporis obligationem recipere poteſt:** B **& ea duntaxat, quæ natura ſua poſsibilia ſunt, deducuntur in obligationem. Vini autem non ſpecies, ſed genus ſtipulari videmur: & tacitè in** C **ea tempus continetur. Homo liber certà ſpecie continetur: & caſum aduerſamque [a] fortunam ſpectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale eſt. Nam** D **de his rebus negotium rectè geremus, quæ ſubiici vſibus dominióque noſtro ſtatim poſſunt.**

do promittat, eis primo anno nōn natis non li-
berari, ſed ſequenti anno ad ſupplementum co-
gi. Quæ ſententia certiſſima eſt, quoties vinum E
non tanquam ſpecies,ſed tanquam genus debe-
tur, vt hîc dicitur,veluti cùm nulla proximi anni
primi mentio facta eſt. verùm enim eſt, tali caſu
quod ex ſecundo, vel ſequentibus annis ſupple-
tur,ex eo fundo eſſe,meritò propter verba ſtipu-
lationis expectandum eſt.Vnde & legatum præ-
ſtationis annuæ eandem interpretationem reci-
pit, vt cùm dictum eſt, ex vino, quod tali in fun-
do naſcetur, amphoras decem quotannis dato [b].
annorum enim commemoratio dationem reſpi- F
cit,non natiuitatem: & ideo adhuc generis obli-
gatio videtur. Idemq; dicendum, cùm ſimplicis
dilationis cauſa fructuū prædij mentio facta eſ-
ſet [c].Quod multò magis admittendum,cùm fun
di mentio ſolius demonſtrationis cauſa facta eſ-
ſet, vnde vinum ſumi poſſet [d]. tali enim caſu nec
expectandus quidem eſt ſequens annus, ſed a-
liunde quoque comparandum vinum [e]. Quòd ſi
tanquam ſpecies debitum ſit,ſecus eſſet.non na-
ta enim ſpecie liberaretur debitor [f],vt cùm men-

b l.ex eo.ff.de trit.vin. l.legatum. §. vini. de an.leg.
c l.Firmio. in princ. quando dies leg. ced.
d l.Lucius. de alim.leg.
e l.quidā teſtamento de leg.j.
f l. ſi certo, ff. eod.

tio anni natiuitatem reſpicit: Veluti, *Promittis mi-*
*hi fructus hoc anno naſcituros?* eis † enim non natis ni-
hil debetur [g], quia diſpoſitio hæc conditionalis
eſt, eaque conditio natiuitati fructuum cohæ-
ret [h]. Nec poſſumus hoc caſu dicere dilationem
potius videri datā,
quàm conditionem
adiectam. cùm enim
quantitas fructuum
expreſſa non ſit, nō
capitur huiuſmodi
interpretatio [i].

L.83. Inter ſtipulantē. §.Sacram.
I.
13
g l.nec emptio. de contr.empt.
h l. j. de cond. & dem.
i d.l.Firmio.in princ.

II. Huc † pertinet &
14 cùm quis oliuæ pen
dentis fructib⁹ ven-
ditis ſtipulatus eſt
ꝓ decē pondo olei,
quod natū eſſet,tot.
cùm em̄ fructus iam
nati ipſi, tanquā ſpe
cies,venderetur, nō
poteſt videri quicq̄
de ſequētibus anni
fructibus diſtractū [k].
Quod & illa verba
conditionis *Quod na
tum eſſet*,indicāt,quę
primo quoq; actu,
vt iſti ſentiunt,con-
ſummationē habēt.

k l. ſi debitor. §.j. de contrah. empt.

III. Qua † ratione &
15 idem traditum in le
gato eſt, cùm quis
certū numerum le-
gaſſet ex vino,quod
in fundo Sempro-
niano natum eſſet [l].
Sed cur nō idem eſt
in conditione *Quod
naſcetur* [m]? & Raph.
cenſuit idē eſſe,ma-
nifeſta legis viola-
latione: Iaſ. & ipſe
hîc controuertit,nō
percepta (vt ego ar-
bitror) Dd. mente.
Sciendū igitur con-
ditionem *Quod naſcetur*, ex ſolo duntaxat futurò
tempore conſtare: & ideo ſi priore anno res non
poſſit prę̨ſtari,ſequenti ſupplebitur: at conditio,
*Quod natum eſſet, vel erit*, mixta ex præterito quoq;
tempore eſt [n], & ideò vlterius non porrigitur,ſed
prima vice conſumitur [o]. quod infrà exemplo
Græcorum oſtendemus. eſt enim futurum, vt e-
tiam noſtrates Grammatici dicunt, exactum, id
eſt, abſque tractu.

l l.v.ff. de trit. vinoq; leg.
m d.l.ex eo.
n l.verbū,erit. de verb.ſign.
o l.ſi quis ſtipulatus.in princ.ff. eod. Bart. l. qui Romæ.§.Augerius. ff.eod.

ET CASVM ADVERSAMQVE [a]. ¶ Ad- a
notandum hîc eſt, triſtem † euentum perſonæ li- I.
16 beræ non conſiderari, vt ideo ſtipulatio ab aliis
contracta ſuſtineatur: hicque vnus eſt caſus, quo
ad futura non attendimus. Sed nunquid reſpe-
ctu ſui, vt ſibi ſaltem in talem caſum conſulatur,
huiuſmodi caſus ratio habebitur? & conſtat ha-
beri. vnde valet libertas fideicommiſſo talem in
17 caſum ei collata [p]. lex † enim ad cauendum finem
etiam quoſcunq; triſtes euentus perpendit. Vn-
de ſubiectis quandoque conſulit timentibus, ne
morte, vel abſentia teſtium ius ſuum in futurum
pereat [q]. Sic & ne quis fame moriatur, non ſinit
valere tranſactionem alimentorum inconſultò
prætore:

p l.generaliter. §.ſi homini. de fideic.lib.
q l.iij.verſ.fin.ge.de Carb.edi. c. quoniam. vt lit.non conteſt.

prætore [a]: & illud legatum fauore proſequitur,
quoniam etiam in caſum deportationis non a-
mittitur [b]. Sic redhiberi mulas calcitroſas iubet,
quoniam crus effringere domino poſſent [c]. ſic
quemlibet prouidere vult, ne tranſeuntem affli-
gat [d]. ſic caſuum for
tuitorum renuntia-
tionem generaliter
factam non admit-
ti [e]. ſic hominem pi
gnoratum poſſe mo
ri conſiderat [f]. bre-
uiter prudentis eſt
in re proſpera ad-
uerſorum meminiſ-
ſe, quod apud Te-
rentium in Phor-
mione eleganter tra
ditur, vt tamē ex eis
nō ſimus, qui aiunt,
quid ſi cœlum ruat?
II. Alius † eſt caſus, cu-
18 ius conſideratio nō
habetur, nempe cū

**Et nauis ſi hac mente [4] reſoluta eſt, vt in alium vſum tabulæ deſtinarent: licet mutato cōſilio perficiat, tamen & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda eſt. Sed ſi reficiēdę nauis cauſa omnes tabulæ refixæ ſint, nondum intercidiſſe nauis videtur: & cōpoſitis rurſus eadē eſſe incipit. ſicuti de ædibus depoſita tigna ea mēte, vt reponantur, ædiū ſunt. Sed ſi vſq; ad areā depoſita ſit, licet eadē materia reſtituatur, alia erit. Hic tractatus etiā ad prætoris ſtipulatiões pertinet, quibus de re reſtituēda cauet, & an eadem res ſit, queritur.**

nō niſi extraordinario remedio concederetur [g],
vt in integrum reſtitutione proditum eſt [h]. ante-
quam enim impetrata ſit, eius nullus eſt verſus
alios reſpectus. at ipſius, qui læſus eſt, contem-
platione ſecus eſt [i], non quidem quod ad præſen
tem effectum attinet, ſed ad eum, qui poſt impe-
19 tratam reſtitutionem futurus eſt [k]. Vnde † & in
deportato ſpes ſubeſt, vt reſtitui poſſit. nec enim
talis pro mortuo eſt [l], & vt Theocritus ait:

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Adde, quòd & plerunq; contingit, tales reſtitui.
habetur autem etiam extraordinarij caſus conſi-
III. deratio, qui ſoleat ſæpe euenire [m]. Tertius eſt ca-
20 ſus, quoties † præſens rei qualitas non arguit ve-
riſimiliter futurum euentum, tunc eius interim
21 non habetur reſpectus [n]. vnde † patruus à tutela
non excuſabitur hoc colore, quòd ſibi pupillus
propter diuiſiones paternas de euictione teneri
quandoque poſſit. cùm enim in præſentia nulla
ſit lis, eaque obligatio conditionalis ſit, non eſt
veriſimilis huiuſmodi excuſatio. Sic eius repro-
bata fuit ſentētia, qui ob paucorum ouorum de-
bitum in maxima ſumma condemnauerat, tan-
quam inde potuiſſent plurimi pulli prouenire,
& per ſucceſſiones immmodicè augeri [o]. rarum
enim eſt, vt huiuſmodi euentus ex præſentis ſta-
tus qualitate non veriſimilis habeatur ratio, niſi
q, quandoq; in odium eius, qui in culpa eſt, aliud
decernitur [p]: & multò magis, ſi in dolo ſit [q]. Quòd
ſi euentus ſit veriſimilis, tunc eſt ſecus. Vnde im-
minente peſte probabilis eſt fuga: & ſenectus
admonet appropinquare mortem [r]: & ex vitio
vicinæ domus timet quis iuſtè ſibi:

*Nam tua* (inquit Horatius) *res agitur, paries cùm pro-*
*ximi ardet* [s]:

& imminente lite quis rectè cautionem petit, vt
ſibi ſit conſultum, ſi ſuccumbat [t]. probabiliter
22 † enim qui litigat, dubitare de victoria poteſt [u]:
& in contractibus ſi debitor conditionalis malè
rem ſuam gerat, poteſt timeri, ne efficiatur non
ſoluendo, & ideo ad præſtandos fideiuſſores in-
terim compelli [x]. In ſumma, totus hic ſtatus con
iecturalis eſt, & ex veriſimilitudine pendet. quod
enim præuideri facilè poteſt, indiſtinctè perpen-
ditur, ſiue id [y] ſecundùm naturā, ſiue ſecundùm
communes iuris regulas [z], ſeu ſecundùm præſen

a l. cum hi. de tranſact.
b l. legatum. de cap. dimin.
c l. boues. de ædil. edict.
d d. l. ſi putator. l. q foueas. ad leg. Aquil.
e l. ſed & ſi qs. §. quæſitum. ſi quis caut.
f l. eum qui. §. Papinianus. de furt.
g l. ſed et ſi per. §. ſi feriæ. ex quibus cauſ. mai.
h l. 4. §. j. de fid. lib. gl. l. qui bis. §. eod.
i l. nemo. de in integr. reſt.
k l. nō quæcunque. §. j. de leg. j.
l l. intercidit. de cond. & dem.
m l. apud Iulianum. in fin. vbi Iaſ. de leg. j.
n l. hæc autem. in princ. ſi cui, plus quàm.
o l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. de actio. empt.
p l. diuortio. de neg. geſt.
q l. locum. §. cōdēnatio. de tab. exhib.
r c. quoniam. vt lite non conteſtata.
s l. qui bona. §. ij. de dam. inf.
t d. l. hæc autē.
u l. ſi idem. in fi. de iuriſd. om. iud.
x l. in omnib. de iud. l. ſi fideiuſſor. in fi. qui ſatiſd. cog.
y l. ſi quis domum. in fi. loc. l. hæres meus. in fin. de cond. & demonſt.
x d. §. ſi feriæ. l. iij. §. j. de alien. iud. mut.

tem ſtatum, ſeu ſecundùm teſtatoris diſpoſitio-
nem ſit [a]. Idque † verum eſt, excepto eo caſu, IIII.
qui quartus in hac materia eſt, cùm de re agitur, 23
quę ex præſenti duntaxat tempore cenſeatur. vn
de in cautione [b] *Iudicio ſiſti*, ea tantùm ſecundùm
tempus præſens in-
ducitur [c], nec ad fu-
turam acquiſitionē
inſpicimus. Et quā-
uis ſperandum ſit,
quemlibet in futu-
rum ditari [d], tamen
an quis ſit idoneus
facultatibus, ſecun-
dum præſens tem-
pus perpenditur [e]:
& quod ad domi-
nationem rei atti-
net, ex pręſenti tem
pore ſumitur ſigni-
ficatio. Vnde † ele- 24
ctus in epiſcopum,
epiſcopus non eſt [f]:
& ſponſa vxor non
eſt: & meloproximus, proximus non eſt [g]: & ge-
neraliter, ex vi verbi res deſtinata, non tamē per-
fecta cenſetur [h], quod quibuſdam deciſionibus
& Iaſon hîc oſtendit.
ET NAVIS SI HAC MENTE [a]. ¶ Sed a
C † quid ad nauim hæc mens facit? ea enim non ex 25
animo cuiuſquā, ſed ex forma ſui & materia cen-
ſeri debuit [i], ſolusque ex Iuriſconſultis videtur
mihi Paulus hunc animum perpendiſſe [k]. alij e-
nim Veteres aliter, nempe vt ſi ſemel diſſoluta ſit,
licet refecta fuerit, nō cenſeatur res eadem, vſuſ-
fructusque in ea legatus intereat [l]. niſi tamen ſal-
ua manſerit carina [m]. nam & alibi ſimpliciter di-
citur naue legata diſſoluta, neque materiam, ne-
que nauem deberi [n]: audaxque & inſolens eſſet
D ſubauditio, ſi intelligeremus, niſi animo reficien
di diſſoluta eſſet. atqui cùm refecta eſt, ex poſtfa-
cto ſemper præſumeremus hunc animum à prin
cipio adfuiſſe [o]: ſicque inutilis redderetur ſuprà
ſcripta aliorum deciſio, niſi de contrario animo
probaretur: quod & ſatis ipſe Paulus videtur ſen
ſiſſe. nam nec in domo quidem ita ab aliis diſtin-
guitur, ſed deſtructa vſque ad aream ſuperficie,
etiam ſi reficiatur, alia domus cenſetur, quocun-
que animo id paterfamiliâs fecerit [p]. Ego regula-
E riter conſtituendum arbitror, vt diſſoluta tota na
ui, quæ refecta fuerit, eadem non cenſeatur. A
† qua ſententia excipiendi ſunt aliquot caſus. Pri 26
mus, quem ſuprà attigi, cùm carina remanſit ſal-
ua. ea enim pars principalis nauis eſt [q]. Alter eſt,
cùm paulatim, nec eodem tempore refecta eſt, e-
tiam ſi veteribus tignis marceſcentibus nouæ ta
bulæ ſuffectę ſunt, vt nulla res vetus remanſerit [r].
quod in Theſei naue à Philoſophis diſputatum
Plutarchus in eius vita eſt auctor. Tertius vtili-
F tatis cauſa recipi poteſt, cuius hîc Paulus memi-
nit, cùm quis nauem promiſit, & eam diſſoluit
animo in eadem ſpecie & qualitate reficiendi [s].
non enim tabulæ illæ ſublatæ in aliam ſpeciem
propter animum domini tranſire videtur, vt de-
ſtinatio hoc caſu vice rei cenſeatur [t]: idque in
contractibus procedat, vt hîc loquitur Paulus: in
legatis verò, licet alij idem ſentiant, contrarium
defendi poſſet [u], quia legata ſecundùm mentem
teſtatoris debentur, ad cuius animi deſtinationē
non poteſt attendi, cùm ſit mortuus, & cōfeſtim
naui

a l. ſi. §. ſi autem auaritia. C. com. de leg.
b l. ſi à colono. ȷ. eod.
c l. ſciendum. in fin. qui ſatiſdare cog.
d Bart. l. ex diuerſo. §. fin. ſol. matr.
e l. ſi verò. §. q pro rei. qui ſat. cog.
f Bald. l. ſi fundum. C. de furt.
g l. vnicuique. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. xij.
h l. fundi. de action. empt. in fin.
i gl. l. cum poſt. §. gener ȝ. de iure dot.
k l. hic. & l. qui res. §. aream. de ſolut.
l l. quid tamen. §. nauis. quib. modis vſusfr. amit.
m l. quod in rerum. in fine. de leg. j.
n l. lana. in fin. de leg. j.
o l. ſed Iulus. §. proinde. ad Macedon.
p l. qui vſumfructum. de vſufruct. l. repeti. quib. mod. vſusfruct. amit.
q d. l. quod in rerum. in fin.
r l. proponebatur. de iudic. l. ſi ita. §. fin. de leg. j. d. l. quid tum. verſic. planè.
s arg. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatū. de ſer. vrb. præd.
t l. granaria. in fin. de act. emp.
u d. l. quod in rerum. d. l. quid tamen.



naui diſſoluta ſemel euanuerit legatum. Sed quæ
ratio eſt, vt ſuprà ſcripto caſu propter animum
domini nauis omnino diſſoluta, ſi fuerit refecta,
eadem cenſeatur, & tamen domus, ſi ad aream
vſque deſtructa ſit, quamuis refecta, nihilo minùs
pro eadem non ſit [a]?
an, quod Bartolus
ait, quia domus in-
ter immobilia ſit,
nauis inter mobi-
lia? at animus do-
mini in mobilibus
plus poteſt, magiſ-
que attenditur. quę
ſententia quia fra-
gilis eſt, recipi non
ſolet, cùm & ſcyphi
ex maſſa refecti, ii-
dem non cenſean-
tur, & tamen mobi-

**¶ Si rem [a], quam ex cauſa lucratiua ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucratiua: euaneſcit ſtipulatio. Sed ſi hæres extitero dominio, extinguit ſtipulatio. Si verò à me hærede defunct9 eam legauit, poteſt agi ex ſtipulatu. Idémq; eſſe, & ſi ſub cōditione legata ſit: quia & ſi ipſe debitor rem ſub cōditione legatam dediſſet, non liberaretur. ſed ſi cōditione deficiente remanſerit, petitio infirmabitur.**

les ſint [b]. An, quod Accurſius & cæteri frequen-
tiore calculo aiunt, quia nauis faciliùs quàm do-
mus reficitur, cùm plura rudera in domo pereāt:
at, paucis tabulis mutatis, nauis ipſa refici ſo-
leat? quæ ratio omnes leges violat, quæ hoc mo-
do non diſtinguunt [c]: alioquin ſi multis tabulis
confractis, nauis reſtitueretur, in lege noſtra ea-
dem non cenſeretur: & ſi iiſdem cæmentis citra
magnam mutationem domus reſtitui poſſet, ea-
dem eſſet, vt in domibus ligneis, vel tophaceis fa
cilè poteſt contingere. quod ſanè quàm à Pauli
mente alienum eſt. Quid ergo arbitrabimur? &
ſciendum, quod ad iura perſonalia attinet, quo-
ties mutatione in aliam ſpeciem fit tranſitus,
quamuis ad priorem formam res deinde reduca-
tur, non tamen eandem cenſeri [d]. media enim
ſpecies effecit, vt prima nomen amitteret, in per-
petuumque cenſeretur extincta. vnde deſtructa
domo, cū ſola area ſuperſit, ea, ceu noua ſpecies,
impedit, ne reſtitutis ædibus eadem domus vi-
deri poſſit [e]. at in naui tabulæ diſſolutæ in ali-
quam ſpeciem non tranſeunt, ſed ſolùm materię
nomen ſeruant, quæ ad primam formam facilè
2 applicatur. Qua † tamen in re diſtingui poteſt, vt
ſi materia, in quam res conflata eſt, ſub nomine il
lius rei comprænendi poſſit, eadem res adhuc
videatur [f]: ſi verò non poſſit, ſecus eſt. Vnde ſcy-
phis in maſſam redactis, qui deinde ex ea refi-
ciuntur, non iidem ſcyphi exiſtimantur [g]. nec e-
nim maſſa appellatione ſcyphi compręhendi po
teſt, cùm tamen appellatione auri comprænen-
datur [h]. Sic nauis diſſolutæ tabulæ omnes nauis
dici propter deſtinationem patrisfamiliâs poſ-
ſunt. Nec dubitandum eſt, quin area principalis
ex ſe ſpecies ſit, adeò vt nec per domus impoſi-
tionem videatur mutari [i]. quinimò ipſa ad ſe æ-
dificium trahit [k]. Si tamen ædificium ab extra-
neo impoſitū ſit, ſecus eſt [l]: & quia ædificiū pro-
pter legem duodecim Tabularum deſtrui nō po-
teſt, æſtimatio areæ duntaxat præſtabitur [m], non
ipſa area, quod alibi Doctores attingunt. Legato
quoq; areæ vſufructu, ſi domus deinde ſit impo-
ſita, extinguitur vſusfructus [n], quoniam mutari
quod ad vſumfructum attinet, ſpecies videtur. Et
hæc quidem in iuribus perſonalibus vera ſunt.
Quid ergo, ſi de iure in rem agatur? & cùm res
ſit adfecta, nunquam tale ius huiuſmodi muta-
tione extinguitur, ſiue de iure pignoris loqua-
mur [o], ſiue de ſeruitute prædiali [p]: quod & in le-
gato maſſæ receptum eſt: qua de re alibi [q].

a d. l. qui vſumfructum. de vſufruct. l. repeti. l. quid tū. §. quib. mod. vſusfr. amittitur.
b d. l. qui vſumfructum.
c d. l. qui l. tū. d. l. ſi ita. §. n. d. l. repeti.
d l. Seia. de auro & arg.
e arg. d. l. repeti. verſ. ſi areæ.
f l. item. §. vxori. de leg. iij.
g d. l. qui vſumfructum.
h d. §. vxori.
i d. §. aream.
k l. ſi areæ. de leg. j. l. ſeruum. ſi areæ. de leg. j.
l l. ſi chorus. §. pen. de leg. iij.
m d. §. aream.
n dict. l. repeti. verſ. ſi areæ.
o l. Paulus. §. domus. de pig. act.
p l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. de ſerui. vrban. præd.
q d. l. ſeruum ſi l. ij. §. ſi Proculo.



2 *Lucratiuarum interdum permiſſus concurſus.*
6 *Hæreditatis paternæ titulus lucratiuus.*

L. 83. Inter ſtipulantē. §. Si rem.

§. SI REM [a]. ¶ Duæ † cauſæ lucratiuæ non
poſſunt circa eandem rem concurrere [r]. Excipi-
tur, ſi † altera reuoca a
bilis ſit, vt quia ſti- 1
pulator alteri eam I.
reſtituere vel purè, 2
vel ſub conditione
teneatur. non enim
acquiſitū videtur,
qđ auferri poteſt [s].
Sed nunquid ante
euentum conditio-
nis, ſub qua res le-
gatario in caſu legis
noſtræ reſtituenda
eſt, agi ab hærede ſti
pulatore aduerſus
promiſſorem poterit? & receptum eſt non poſſe.
quia lex ait, exiſtente conditione duntaxat agi [t]:
& ita, reprobata Accurſij ſententia, cæteri tradi-
derunt, quos & ego tunc ſequor, cùm ex ſtipula-
tu agitur, quę ſtricti iuris actio eſt [u]. at † in contra- 3
ctibus bonę fidei non videtur ſoluiſſe, qui ita ſol-
uit, vt res auferri poſſit [x]. Quod & in actione ex
teſtamento, quæ naturam bonæ fidei imitatur, di
cendum eſt [y]: & ideo verius eſt cōfeſtim agi poſ-
C ſe. lex enim hoc caſu, Agam (inquit) ex teſtamen-
to, quia dominium diſceſſurum eſt à me [z]. quod
participium futuri temporis indicat ante quàm
diſcedat, id eſt conditio eueniat, agi: ſicq; hoc ca
ſu defendi poſſe Accurſium arbitror, tametſi non
ea fuerit eius mens, qui pro ſententia ſua exem-
plum adducit, cùm quis hominem in genere de-
bet [a]: at noſtra quæſtio in re procedit, quę in ſpe-
cie debetur. Generaliter tamen defendi quoque
Accurſius poteſt, ſi intelligamus confeſtim agi
D poſſe, non ad rem, ſed ad factum, vt ſcilicet ſibi ca
ueatur à ſtipulatore in caſum, quo conditio eue-
niat [b]: quod Raphael, Beſutius, Iaſon docuerunt.
Addit Iacob. Bart. & quidam alij, confeſtim in id
quoque agi poſſe, vt id ſuppleatur, quod mihus
res propter dubium euictionis valet [c]. Sanè exci II.
pitur & ille caſus, cùm is, cui ex ſtipulatione do-
nationis cauſa interpoſita debetur, & alia lucra-
tiua cauſa nudam poſſeſsionem nactus eſt. non
enim impedietur ex ſtipulatu agere, quoniā lex
E noſtra, *Si rem* (inquit) *nactus fuero*: quæ verba, vt Pau
lus Caſtr. & Iaſ. cenſent, videntur ad plenariam
acquiſitionem referri. Dixerit aliquis, duæ cauſę
lucratiuę non concurrunt, quia qui ſemel ex vna
dominus eſt, iterum fieri dominus non poteſt [d]:
at cui ex legato debetur, quamuis poſſeſsione
nondum tradita, tamen dominus eſt [e]. ergo ex a-
lia cauſa fieri amplius non poteſt. Sed reſponde,
id dominium, quod ſola legis auctoritate abſque
naturali apprænenſione transfertur, reuocabile
F cenſeri [f]: & ideo non impedire, quin ex alia cau-
ſa agi poſſit. Rurſus excipitur, cùm † quis ex cau III.
ſa quidem hæreditatis dominus eſt, ſed hæredi- 4
tas ſoluendo non eſt: non enim videtur lucrū fa-
cere, cùm quis damnoſam hæreditatem adiit [g];
quod Din. Alber. Alex. cæteri cenſuerunt. Quæ
ſententia iure veteri certiſsima eſt, quo iure hæ-
res in ſolidum creditoribus tenebatur, etiam cū
hæreditas ſoluendo non erat [h]: ſed † cùm hodie 5
poſſit quis beneficio inuentarij hęres eſſe [i], vide-
tur, quòd impediri non debet creditor, quin ex

r l. omnes. §. titulo j.
s l. nō videtur. de acq poſſ.
t l. nō quocunque. verſ. nam & ſi. de leg. j.
u l. ſi ita ſtipulatus. §. j. ȷ. eod.
x l. iij. §. ſi redita. commod.
y l. iij. C. in quibus cau. reſt.
z d. l. non quocunque. in princ.
a l. cum quis. §. hominem. de ſolut.
b l. Iulianus. in fin. ȷ. eod. arg. l. ſi domus. §. de euictione. C. de leg. j.
c l. j. §. ſi hæres. ad Treb. l. idem. in fi. fam. erciſc. l. ſi ſeruus. in princ. de cond. ind.
d l. ſi ſeruus legatus. §. Stichū. de leg. j.
e l. à Titio. de furt.
f l. ei, qui. de cond. inſt.
g d. §. Stichum. l. ſi hæreditas. §. j. mand.
h l. quæ dotis. ſol. mat.
i l. fin. C. de iure delib.

alia cauſa petat, ſi ex inſpectione inuentarij appareat tantum in ære alieno, quantum in hæreditario, eſſe. nó enim tali caſu quicquam lucri ex adi-
6 tione hæres faceret. Sed † quid, ſi hæc hæreditas paterna eſſet? & videretur propriè lucratiuã non eſſe [a]. hæreditas enim parẽtum quaſi debita liberis eſt [b]. Sed tamẽ Alex. hîc, & cæteri contrariũ ſentiũt, & quod ad hanc regulam duarum cauſarum attinet, pro lucratiuo titulo eſſe exiſtimãt. non eñi verba legis noſtræ anguſtanda ſunt: qua de re ego alibi [c]. Conſtat eñi etiã in cauſis quaſi lucratiuis eſſe huic regulæ locum [d].

a arg. l. j. C. de impon. luc. li. x.
b l. j. §. ſi impuberi. de col. bo. gl. l. iij. C. de iur. & fac. ign. melius in l. cùm ratio. de bo. dãm.
c l. in ſuis. de li. & poſth.
d gl. l. apud. §. auctoris. de except. dol.

1 *Stipulari ſeruũ meũ mortuũ poſſum.*
4 *Qui in mora eſt, cõparatur furi.*

¶ Stichum qui deceſsit [a], ſi ſtipuler: ſi quidẽ condici etiam mortuus potuit, vt furi: vtiliter me ſtipulatum Sabinus ait. Si verò ex aliis cauſis, inutiliter: quia & ſi deberet, morte promiſſor liberet. Idem ergo diceret, & ſi mora facta defunctum ſtipularer.

¶ Si quis ancillam [b] ſiſtere ſe in aliquo lo-
A co promiſerit, quæ prægnans erat: & ſi ſine partu eam ſiſtat, in eadem cauſa eam ſiſtere intelligitur.

a §. STICHVM QVI DECESSIT [a]. ¶ Suprà vidimus, quamuis dominus condicere rem ſuam à fure poſsit [e], non tamen eam ſibi dari ſti-
1 pulari poſſe [f]. Quid † ergo, ſi ea, puta Stichus ſeruus furtiuus, perierit? & hîc dicitur valere ſtipulationem. quod durũ videtur, vt promiſsio mortui valeat, cùm viui non valeret [g]. Accurſius hoc (vt opinor) perpendens, ſtipulationem non dandi, ſed tradendi hîc conceptã interpretatur. quæ
2 ſententia non eſt recepta. lex † enim de eo loquitur, qui Stichum eſt ſtipulatus, quo caſu dari ſtipulatus intelligitur, non tradi [h], cùm aliud ſit Stichus, aliud Stichi poſſeſsio. quod ſuprà declaraui [i]. Reſpondendum ergo eſt, viui Stichi ſtipulationem non valere, quia ſtipulatoris eſt: at nemo rem ſuam ſibi dari ſtipulari poteſt. Quę ratio ceſſat, cùm eſt mortuus. nec enim amplius in dominio cuiuſquam eſt. vnde & elegans illud ex Græco epitaphium:

*Mancipium ingenuæ mentis, ſed corpore ſeruum,*
*Mortis ope, hic iuris zoſima facta ſui eſt.*

3 Adnotandum ergo eſt, legem, quæ † in odium furis fingit ſeruum mortuũ extare, non tamen prorſus cum ſua qualitate id fingere. ſi viueret enim, in ſtipulationem deduci ſpecialiter non poſſet: & tñ mortuus poteſt. cuius rei rationem ſuprà loco ſuo attigi [k]. Rurſus adnotandum eſt, eum, qui
4 † in mora ſit, æquiparari furi. vterq; enim periculo interitus ſubiicitur. improbior tamen fruſtratore fur eſt [l], cùm furtum arguat dolum, mora culpam [m]: plusque delinquat, qui facinus patrando peccat, quàm qui detrectando, qua de re alibi.

e §. ſic itaq;. Inſtit. de act.
f l. ſcire. §. fi. ff. eod.
g l. ſi homo. ff. eod.
h l. ſi ita diſtractũ. §. j. de cont. empt.
i l. ſi rem tradi. ff. eod.
k d. l. ſcire. §. fi.
l l. meritò, de vi & vi arm.
m l. ſi mora. vbi gl. ſol. matr.

2 *Promittens ſiſtere ancillam, non compræhendit partum.*
3 *Ancilla propter ſpem prolis pretioſior.*

b §. SI QVIS ANCILLAM [b]. ¶ Qui
1 † promittit aliquem ſiſtere, in eadem cauſa ſiſte-
2 re debet [n]. Vnde † dubitatur, quid, ſi ancillam partu edito ſiſtat? & cùm partus, ceu fructus quidam ſit [o], ſicut qui fundum dari ſtipulatur, de fructibus intellexiſſe non videtur, vt ſuprà vidimus [p], ita & qui ancillam ſiſti ſtipulatus eſt, nihil creditur de partu ſenſiſſe, erat enim tũ pars viſcerum maternorum [q]. Vnde & ancilla vendita ſi partus euincatur, non agitur duplæ [r]: & † licet ancilla 5
prægnans propter ſpem prolis precioſior videatur, tamen ea ſpes contrario abortionis periculo eleuatur. quod alibi declaraui [s].

n l. j. ſi ex nox. cauſ. ag.
o l. iiij. de vſur.
p l. ſi filius. §. j. ff. eod.
q l. ſi aliena. in fin. de vſucap.
r l. ſi prægnãs. de euict.
s l. non eſt pupillus. de verb. ſign.

LEX LXXXIIII.

1 *Obligatus ad factũ, tenetur ad intereſſe.*
2 *Quare lite conteſtata purgationi moræ locus non ſit.*
4 *Moræ purgatio ſæpe admittitur.*
7 *Etiam ante litis conteſtationem interdum mora purgari nequit. 12, 15.*
19 *An iuramento purgatio moræ impediatur.*
27 *Pœnitentia in delictis licita.*
32 *Liberatio quandoq; lite conteſtata fit etiam non ratione moræ purgatæ.*

PAVLVS LIBRO 74. ad Edictum.

LEX LXXXIIII.

SI inſulam [c] fieri ſtipulat[us] ſim, & trãſ-
B ierit tempus quo potueris facere: quamdiu litem cõteſtatus non ſim, poſſe te facientẽ liberari placet.

c S I INSVLAM [c]. ¶ Qui † inſu-
1 lam ædificare, vel huiuſmodi quicquam facere promittit, cenſetur iuris interpretatione, ſi id factum nõ ſit, pecuniam, quanti intereſt, promittere: & ideo lex ait, hanc in ſtipulationem id, quod intereſt, venire [t]. Vbi ergo promiſſor in mora eſt, ſtatim æſtimatio debetur. Vnde ſtipulator agens non factum, ſed æſtimationem petit. lex enim iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionem inquit [u]. Tradit tamen hîc Paulus, vſq;
2 † ad litis conteſtationem poſſe eum purgare mo-
D ram, & facientem, quod promiſit, liberari. cùm enim lex in fauorem promiſſoris induxerit, vt præcisè non teneatur, ſed eius, quod intereſt, ſolutione liberetur, noluit hanc facultatem perpetuam eſſe, ne creditori eſſet oneroſa: ideoque ad litis vſq; conteſtationem eam arctauit: quia cùm petitio ſuper æſtimatione fiat, & de ea cõteſtatio inducatur, non debuit poſt iudicium acceptum fieri durior actoris cauſa [x]: an, quia nó debet promiſſori hoc indulgeri propter eius pertinaciam,
E qui litigare maluit [y]? Addit Bart. in duplicis moræ odium hoc induci: prioris, quæ tacita die contrahitur [z]: poſterioris, quam quis facit litem conteſtando. iteratio enim moræ hoc operatur, ſicut & pleraq; alia [a], quod Bald. Ang. Iaſ. cenſuerunt. Sed Raph. Paul. Alex. rectiùs hanc vim iterationi non tribuunt, nulla enim lege probatur hãc iteratæ moræ eſſe vltionem, ſed ſimpliciter litis conteſtationi hoc concedunt [b]. Nec dubium eſt poſſe litis conteſtationi locum eſſe, quamuis nulla
F præceſſerit mora, cùm denuntiatio ipſa, quæ per libellum fit, vim interpellationis ad inducẽdam moram non habeat [c]. Quam ſententiam & ego ſequor, quoniam conteſtatione litis obligatur reus inſtantiæ [d], à qua liberari non poteſt, niſi id ſoluat, quod petitum eſt [e]. dixi autem ſuprà, æſtimationem ipſam peti. Variare igitur amplius promiſſor nó poteſt [f]. Hincq; infertur, aliud † eſ- 3
rari poſsit, ſi debitum ſoluatur [g]. quæ conditio
diuidi non poteſt. Quod intelligendum, niſi de-
bitum illud pluribus ex cauſis ſit contractum.
Poteſt enim vna duntaxat liberari [h].

1 *Impediens conditionem ſtatim tenetur: interdum contrà.*
3 *In ſponſionibus quando impedire permittatur.*

a §. QVICVNQVE a. ¶ Impediens, ne † con-
1 ditio, ſub qua obligatus eſt, eueniat, ſtatim tene-
I. tur [i]. Quod † intelligendum, niſi aliud actum ſit,
2 vt quia conditio in meram poteſtatem promiſ-
ſoris collata eſſet [k]: veluti cùm quis promiſit x.
ſub conditione, *Cùm voluerit*: ſecus, ſi dictum eſſet,
II. *Cùm arbitratus fuero*: quod ſuprà viſum eſt [l]. Sed &
3 aliud actum videtur ex natura contractus, vt † in
i l. iure. de cond. et dem. et l. in iure ciuili. ꝟ. de reg. iur. l. ſi quis arbitratu. ꝟ. eo. ſponſionibus: in eis enim id agitur, vt liceat im-
pedire: quod quotidie ludendo fit [m], calculis, pi-
k l. cũ ab eod. in prin. de cõt em. l. centeſimis. §. fin ꝟ. eod. la, laterculis, trocho, globo, aliòue licito luſus ge
nere. Qua tamen in re tria ſunt adnotanda. Pri-
mum, vt liceat quidẽ mihi impedire, ne vincas,
aduerſus te ſecundum naturam actus ludendo.
l l. hæc venditio. de cõt. emp. Quòd ſi omnino ludere nolim, ne iudicari poſ-
ſit, vter ſit victor, conditio habetur pro impleta:
m l. ij. ꝟ. de aleę luſu. qua tamen in re videnda ſunt, quæ lib. vj. παρέργων
ſcripſimus [n]: lucrifietq; tibi, ceu victori, res depo
n l. ſi oleum. de dolo. gl. l. ſi rẽ tibi. §. fin de præſcr. verb. ſita. Quòd ſi nihi adhuc depoſitũ vtrinq; propo
natur, vadimonium irritum eſt. contractus enim
ſponſionis innominatus eſt, licitaq; in eo eſt pœ
4 nitentia [o]. Alterum, vt † ſi per aliquem tertium
o l. ſi pecuniã. de con cau. dat. colluſorem quis impediatur, poſsit id alij, qui
p l. fi. de eo, per quẽ fac. in prin. fraudis particeps non eſt, prodeſſe [p]: quod Verg.
lib. Aeneid. v. in Euryalo oſtendit, qui niſi collu-
ſoris dolo Salium ſuperauit, & nihilo minùs (vt
inquit Poeta)
q l. iiij. §. fin. de cond. cau. dat. vbi Doct.
—*palmam mouet ordine nemo.*
ſolùm ergo actio decepto aduerſ⁹ ſupplantato-
rem daretur [q]. Tertium eſt, quod notat Bald. vt
r l. j. vbi Bald. q. x. C. de inſtit. & ſubſti. quoties hæc conditio *Si vicerit*, à teſtatore adiecta
legato eſt, nõ poſsit legatarius rem cõſequi, niſi
re ipſa vicerit, nec ſufficiat, quòd per eum non
ſtet [r]. Quæ ſententia in contractibus certior eſt.
cùm enim hæc cõditio mixta ſit, & à caſu quoq;
pendeat: non eſt ſatis, quòd is, cui lucrum quæ- L. 86.
rendum eſt, ſit paratus, niſi & tertius ipſe certare Quod dicitur.
velit [s]. quod enim per factum tertij ſtet, non facit
videri impletam hanc conditionem. quod Cin.
cenſuit, & receptior eſt ſententia [t]. In † vltimis III.
verò voluntatibus 5
tum demum procederet, cùm conſtaret teſtatorẽ ad ſo- s l. quibus dies. de cond. & dem. gl. d. l. in iure.
lum conditionis e- t Cin. d. l. j. q. iij. vbi Iaſ.
uentum reſpexiſſe † ſtipulatione, *e pro i*, *aliàs*.
[u]: ſed hæc amplior
eſt quæſtio, quàm
vt hîc attingẽda ſit. 6
Vnde † apparet le- u l. legatum. C. de cond. inſer.
gem noſtrã loqui,
quoties cõditio im x l. Labeo. vltima. de cõt. emp.

QVod dicitur [b], tot ſtipulationes eſſe, quot res: ibi A locum habet, vbi res exprimuntur † ſtipulationi. cæterùm ſi non fuerint expreſſę, vna eſt ſtipulatio.

peditur per ipſum promiſſorem [x]: ſecus ergo, ſi y l. ſi Titius ſtatuas. de cond. et dem. l. j. §. fin aut tem ſub conditione. C. de cad. tol. d. l. j.
per tertium impediatur, cum quo adimplenda
B eſſet. tali enim caſu voluntaria conditio à caſua-
li, vel mixta diſtinguitur [y]. qua de re alibi. Sed
† quid, ſi conditio per eum, cuius intereſt, imple
ri prohibeatur, non quidem directo, ſed obliquo IIII.
ductu? & ſi prohibitio hæc iure fiat, putârim non 7
haberi conditionem pro impleta. Vnde hæres, z l. iij. §. ſi quis ſeruum. de ſtatulib.
qui acceptis x. iuſſus eſt ſeruum manumittere,
poteſt impedire eum, ne aliunde ea x. lucretur,
quia ſibi operari ſeruus debet [z].
Sed † quid, ſi conditio impleri prohibeatur nõ V.
C ab eo, cuius principaliter intereſt, ſed ab alio, ad 8
quem ex quadam ſequela id pertineat? & veriſi- a Dec. l. in iure. de reg. iur. Ale. l. de vnoquoq. circa fin. de re iud.
mile eſt non haberi pro impleta reſpectu princi-
palis, ſed reſpectu eius, qui impedijt, tantùm. q
Decius cenſuit [a]. Sanè illud quoque recipiendũ
videtur, vt † in materia, in qua fictioni nullus ſit VI.
locus, ſuprà ſcripta concluſio non procedat, ſi 9
quidem ſecundum veritatem certum eſt non eſ- b d. l. Labeo. vbi Fulg. & Bar. l. ſi quis cum debitore. de iureiura.
ſe impletam conditionem: & ideo ex tali imple
mento non cenſuit Bartol. iuſtam actionem prę-
D ſcriptis verbis dari, ſed quãdam aliam in factum c Bart. l. vter. in fi. de con. inſtit. Bald. l. ſi pater. iij q. de inſti. & ſubſtit. C.
generalem [b]. Vnde & ſi teſtator verè conditionẽ
impleri iuſsiſſet, ádiecit Bald. limitari legis no-
ſtræ regulam [c]. quid enim, ſi in caſum talem teſta d Cuma conſil. xxxviij. maritus.
tor aliter diſpoſuerit [d].

LEX LXXXVI.

1 *In ſtipulationibus attenduntur verba.*
3 *Multa vulnera vna pœna luuntur.*
5 *Res generaliter prolata, non dicitur expreſſa.*
E 7 *Expreſſum variè dicitur.*

QVOD DICITVR b. ¶ Generalis b
ſtipulatio vna eſt: at cùm ſpecies
expreſſæ ſunt, tot cenſentur ſtipula e l. ſcire. ꝟ. eod.
tiones, quot res. quam materiam ſu
prà diffusè explicauimus [e]. in † ſti- 1
pulationibus enim maximè attendimus ad ver- 2
ba. Vnde † ſi vno verbo plures res in eam dedu-
ctæ ſunt, vnica eſt ſtipulatio. Quid ergo, ſi cùm f l. ter enixa. de verb. ſig. vbi dixi.
in præſentia eſſent tres vniones, ſtipulatus ſum,
F *Promittis illos vniones?* & putârim eſſe vnam ſtipula-
tionem. quod & Accurſ. ſenſit. præſentia enim g l. ſi gemina ar bor. vbi Bartol. arb. fur. caſ.
plurium rerum non multiplicát ſtipulationem,
quæ vno verbo concepta ſit. quod & ſuprà in ſti-
pulante aceruum pecuniarum vidimus, licet Pe-
trus & Albericus aliud hîc ſentiant.
Hinc inferunt Dinus, Rainerius, Bartolus, & I.
cæteri, vt † ſi vno ictu quis plura vulnera intule- 3
rit, putà ſuſcina, vel furcillis, non niſi vna pœna
ſit puniendus [f]. quæ ſententia tenuiter hîc pro-
batur, & ideo alibi potiùs diſputanda [g]. Addit II.
Iac.

4 Iac.& Alber. ſi † plures cauſæ alicui verbo generali ſint demandatæ, vnam videri delegationem, & perpetuari iuriſdictionem omnium reſpectu, dum modò vel in vna ſit cœptum [a]: ſecus, ſi nominatim expreſſum ſit, *Cognoſcas in illa cauſa matrimoniali, in illa, & in illa* [b].

a l. & qa. de iur. omn. iud. l. c. gratū. de off. deleg.
b arg. l. j. §. ſi plura. ad Turp. Spe. tit. de iu. dele. §. reſt. ver. quid ſi.

## LEX LXXXVII.

**PAVLVS** *libro 75. ad Edictum.*

**NEmo rem ſuam** [a] **futuram in eum caſum, quo ſua ſit** [†], **vtiliter ſtipulatur.**

III. Producitur ſuprà ſcripta concluſio & ad priuilegium, qđ monachis conceſſum ſuper aliquibus poſſeſſionibus ſit. ſi enim vnico verbo generali conceſſum eſt, vtendo in vna, conſeruatur & in alia: ſecus, ſi ſpecialiter & coniunctim enumeratæ ſint ſpecies [c].

IIII. Quod in iuriſdictione dici poteſt [d]. Sed veriſſimum eſt, quod vulgò dicitur, ex diuerſis nō inferri [e], & ideo nō poſſunt huiuſmodi deciſiones ex lege noſtra commodè deduci, & cùm varijs rationibus inuicem diſcrepent, minùs vna (quod dicitur) trutina penſari. Illud commodiùs ex lege noſtra accipitur,

V. expreſſam † rem nō dici, quæ

5 generalibus duntaxat verbis ſit enunciata [f]. ſicut nec expreſſum dicitur, quod ἀναφορικῶς, id eſt per relationem ad aliud, dicitur [g]. Veraq; hæc ſunt in materia noſtra, in qua de expreſsione verborum agitur, quibus verbis ſtipulatio inducitur: aliàs verò conſtituenda in contrarium ex Doctorum ſententia eſt regula, vt expreſſum dicatur, quod generalitate verborum exprimitur [h]. Vnde ſole-

6 mus dicere, idem † generalem enuntiationem operari, quod omnium ſpecierum expreſsionē [i], & verba generalia generaliter eſſe intelligenda [k], idq; non ſolùm in diſpoſitionibus fauorabilibus, aut immunitatibus [l], ſed etiam in odioſis [m]. Vnde ſacris interdicto populo, cuilibet ſpecialiter & expreſsim interdictum cenſetur [n]. Hinc traditum eſt, legem, quæ ad feudi ſucceſsionem fratrem nō admittit, niſi expreſsè cautum pacto feudi ſit [o], eum admittere, qui verbis generalibus ſit vocatus [p]. Et quamuis ad feuda quis legitimus effici non poſsit, niſi expreſsim de comitis Palatini poteſtate appareat, tamen ſufficeret, ſi generalitate verborum de ea appareat [q]. Fortiùs quoque traditum eſt, illud † etiam cēſeri expreſſum,

7 quod argumento à contrario ſenſu colligitᵉ, cùm ſcilicet per exceptionem præſupponitur [r]. Vnde ex quorundam regalium reſeruatione reſpondit Pontanus cætera videri conceſſa [s], tametſi regalia non niſi expreſsè cuiquam concedi queant [t]. Qua ratione quoties aliquid in neceſſariam conſequentiam expreſsi venit, poteſt expreſſum dici [u], licet Iaſ. aliter quandoque ſenſerit [x]. Addit Cæpolla expreſſum videri conſenſum, qui ex pñſentia taciturnitateque colligitur, eo vſq; ne falſi damnari tabellio poſsit [y]. Et hæc quidem vera

I. ſunt, niſi aliud actum appareat. Quid † enim, ſi

8 lex certam & expreſſam mentionē requirat? non ſufficeret certè tali caſu generalis enuntiatio [z].

II. Sicut nec, cùm lex iuberet, vt omnia & ſingula

III. exprimerentur [a]. Idemque, ſi iuberet ſpecialiter quid exprimi [b], vel verbis ſpecialiter expreſsis enuntiari [c]. Quo in caſu probabilis eſt dubitatio, an ſufficiat eo nomine quid appellari, quod plura numero tantùm differentia complectatur? (apud Iuriſconſultos enim ſpecies etiam de indiuiduis, vt Dialectici vocant, dicitur [d].) & Bart. cenſuit ſufficere [e]. Quæ ſententia benignior eſt,

c l. dāni. §. ſi is, de dam. infect.
d c. dilecto. de offic archid.
e l. Papinianus. de minor.
f Doctor. l. j. de vulg. & pup.
g c. pen. de iure iur.
h l ſi. C. q̄ cū eo.
i l. ſi duo. de adimi. tu. gl. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. vbi Areti. de acq. hæred.
k l. de preſio. de Publici.
l l. ſi ex toto. vbi Doct. de leg. j.
m l. cū lege. de teſta. vbi Aret.
n c in Lateranē ſi. in fin. vbi Abbas. de præben.
o c. j. in fi. de ſucceſ. feud.
p Cur. con. xlix.
q Soc. con. i.j. Signo. cōſ. ccxxij.
r auth. ex teſtamēto. C. de col la. vbi Doc. Bar. l. ſi quis locuples. de ma teſt.
s Rō. cōſ. cclxxj. Dec. cōſ. cxcvij.
t c. j. de cap. qui cur. in vſib. feu.
u Rot. deci. xiij. in nouiſ. Felin. c. in noſtra. xj. co rol. de reſcr.
x arg. l. ſicut certi. vbi Aretin. C. de teſt. mil.
y Cæp. cōſ. xxj.
z c. ne captādæ. de conceſ. præb. vbi Gem. in vj.
a c. vt circa. de elect. in vj.
b c. ij. de præb. in vj. gl. cle. j verb. ſpecialiter. de iudi. l. ſi quādo. §. et generaliter. C de inoff. teſt. vbi Doct.
c l. fi. §. defenſionē. C. de admin. tut. Iaſ. l. prætor ait. de oper. no. nunt.
d Bart. l. quæſitū. §. fin. de fun. inſtit. dixi l. qui vſumfructum. ſ. eod.
e l. fin. C. quod cum eod, Bartol. l. j. in fin. §. ſi quis in ius.

niſi cùm lex ita iuſsit, vt fraudibus occurreret, taliq; enuntiatione poſſet circūveniri [f]. tunc enim deberet in indiuiduo fieri expreſſa mentio, ſicuti cùm lex iubet ſingulariter quid exprimi [g].

IIII. Sa-

9 nè † etiam aliud actum quandoq; videtur ex rei qualitate, licet verba non vrgeant, vt cùm expreſsio ad eum finem requiritur, vt quis in pœnā incidat. fit enim mitior interpretatio, vt hic non incidat, cui generalibus duntaxat verbis ſit prædictum [h].

V. Qua † ratione & in lege cor-

10 rectoria receptius eſt nō videri expreſſum, quod generaliter dicitur [i]. Quod Aretin. & Soci. etiam extendendum eſſe ad quamlibet legem nouam putant, quæ formam veteri addat [k]. quæ ſententia non ſat lege per eos adducta probatur [l].

VI. Cer-

11 tius † ergo eſt q̄ Iaſ. ait, quoties fauore certę perſonę expreſſa mentio requiritur, generalem non ſufficere [m], ſi ei damnum inde irrogaretur. Nam & generalis ſermo eos non complectitur, qui priuilegio ſunt tuti [n]: & ſolet dici, legem generalem ad caſus ſpeciales non porrigi [o], ſicut nec ad beneficia extraordinaria [p]. quę omnia copioſiùs ab alijs dicta, non refero. Reſtringenda tamen eſt ſuprà ſcripta Iaſonis ſententia, quoties generalis ille ſermo de ea materia eſſet, in qua ſpeciale adeſſet priuilegium. nam extra eam materiam nulla eſt priuilegij ratio [q].

f cle. fin. de off. ord. Abb. c. ad aures. de reſcri.
g c. procurator. de elect. in vj. l. ſi in rerum. §. u. in gl. de leg. j. l. oēs C de pręſcr. xxx. an.
† qua ſua ſit, *aliàs.*
h gl. cle. j. de vita & hon. Abb. d. c. in Lateranē ſi. in fi.
i auth. ſed cum teſtator. ad leg. fal.
k arg. d. §. defenſionem.
l [illegible]
n gl. l. iij [illegible] len. li. xij. [illegible] conſ. xxx. Felin. c. j de re[illegible]
o gl. l [illegible] qui [illegible]

## LEX LXXXVII.

1 *Stipulari quod meum erit, nequeo.*

4 *Stipulatio legatorum nomine cur teneat.*

NEMO REM SVAM a. ¶ Suprà † vidimus neminem poſſe ſtipulari rem ſuam ſibi dari [r]. Quid † ergo, ſi rem alienam ſibi dari ſtipulatur, adiecta expreſsim cōditione, ſi ſua ent[illegible] traditur, nec hoc quidem caſu valere, quia nihil refert, an quid tempore prohibitionis fiat, an tempore licito, dum in vetitum tempus conferatur [s]. nec enim valet ſtipulatio, quæ in eū caſum confertur, à quo incipere nō poteſt [t].

II. Nec

3 refert, expreſſa † ſit ea conditio, *Si mea erit*, vel alia, putà *Si nauis ex Aſia venerit*, dum tamen certum eſſet in eum caſum rem futuram meam. idem enim eſt, ſiue expreſsè, ſiue tacitè cōditio in caſum impoſsibilem ſit concepta [u]. Sed huic intellectui, quem omnes vno ore probant, illud aduerſatur, quòd videmus valere ſtipulationem, quā quis ab hærede ſtipulatur rem ſub conditione legatam, ſibi poſt eius euentum dari [x], & tamen eo in caſu ſua futura iure legati erat [y].

I. Quid ergo reſpondebimus? an, quod Mart. quandoq; ſenſit, dabimus manus argumento, & valere ſtipulationem dicemus, tanquam lex noſtra non neget valere, ſed nullius eſſe vtilitatis dicat? quæ ſententia falſa eſt. verum enim eſt non valere [z]. Item verum eſt ſuprà ſcriptam ſtipulationem legatorum nomine vtilem eſſe, cùm & ei cautio accedat [a].

II. An, q̄ Din. maluit? vt lex noſtra procedat, cùm res in euentum conditionis futura erat ſtipulatoris ex aliquo contractu? ſecus, ſi abſq; facto ſuo, vt ex legato. tunc enim cùm habeat dominium iure ſpeciali tantùm, poteſt rem ſuam ſtipulari, vt dominium quoq; iure cōmuni acquirat [b]. quod & Iaſ. tradidit. Sed ego non video, quæ inde vtilitas maior proueniat: imò noſtra potiùs intereſt ex legato, ceu ex titulo fauorabiliore, habere, oſtendique

p gl. l. poſtquā liti. C. de pac.
q l. in fraudem. in fi. de teſt. mil. Dec. conſ. v.
r l. nemo. l. ſi rē meam. ſ. eod.
s l quod ſpōſæ. C. de donat. ante nup.
t l. pen. in fin. ſ. eod.
u l. cum quid. ſi cer. pet.
x l. j. §. ſi quis ſub conditione. vt leg. no. ca.
y l. à Titio. de fur.
z l. qui bis. ſ. eo.
a l. ſi à tē. vt leg. no.
b l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de capt. & poſtlim.



III. dique ſuprà hanc rationem non eſſe veram [a]. An ergo, quod Iacobus ſcripſit, cogendus erit creditor eligere, quo ex titulo rem velit [b]? ſed hæc reſponſio nō diluit argumentum, cùm præſupponat à principio valere ſtipulationem.

IIII. An, quod Pet. Ang. Paul. & Alex. aiunt, valet hęc ſtipulatio, quia cōtinet vtilitatem ſaltem propter fideiuſſores, qui illi accedūt [c]? Sed & hæc reſponſio reuoluitur eódem. nōn enim indicat, cur valere debeat, illique fideiuſſores accedere.

V. Ego † arbitror ideo valere, quia ſtipulatio hęc

4 legatorum nomine concepta, prætoria eſt, quæ ad dandum, ſicut prior legati obligatio, nō committitur, ſed in id, quod intereſt [d]. quæ omnium prætoriarum ſtipulationum natura eſt, quod etiam ſuprà cenſui [e]. habet enim in ſe clauſulam doli mali, ex qua committitur, quę ad factum refertur [f].

III. Enimverò † nec rurſus refert, quemad-

5 modum res illa efficiatur mea, an titulo oneroſo, an lucratiuo. cùm enim ſemel quoquo modo ſit mea, amplius effici mea non poteſt. Sed quid, ſi ſtipulatus ſim à te fundum Titianum, *Si nauis ex Aſia venerit*, & eundem ſub eadem conditione à Sempronio, deinde poſt euentum conditionis tu ſolueris? & conſtat Sempronium liberari. & hoc caſu etiam lex noſtra intelligi poteſt. cùm enim ex cauſa lucratiua ſemel eum fundum ſim conſecutus, ſecunda ſtipulatio inutilis eſt [g]: ſecus, ſi ex cauſa oneroſa Sempronius deberet. ad æſtimationem enim teneretur, ſicq; talis ſtipulatio vtilitatem mihi adferre poſſet: fuereque, qui hoc intellectu noſtram legem declararent, qui ſatis defendi poteſt, niſi quòd hoc modo ſubintelligeretur, ſi ex cauſa lucratiua ſit ſtipulatus quod ſanè violatiuum eſt.

IIII. Sed pone: ſtipulatus † ſum

6 partum ancillæ prægnantis, quæ ſtipulatio conditionalis eſt [h], & ideo à principio valet, cùm cōtingere poſsit eam extra manum meam tempo-

7 re, quo pariet, futuram [i]. Cenſent † aliqui decidi, ſi mea ancilla remanebit, ſtipulationem inutilē futuram, vt ex poſt facto iudicemus, quatenus à principio res valuit. retrò enim hæc infirmitas trahitur: atque ita Accurſ. ſenſit, quem Doctores malè declarant, vt carpant. Non tamen negandū eſt, quin prior interpretatio magis quadret verbis legis.

a d. l. ſi rem meā
b l. cum filius. §. varijs. de leg. ij.
c d. l. ſi à te.
d l. ij. §. j. l. fi. de præt. ſtip.
e l. ij. in princ. ſ. eo.
f l. j. in princ. vt leg. nom.
g l. ſi is, qui Stichum. ſ. tit. j.
h l. j. de cond. & dem.
i l. exiſtimo. ſ. co.
k l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. ſ. eod.
l l. ex pupillari. de vulg.

## LEX LXXXVIII.

**PAVLVS** *libro 6. ad Plautium.*

**MOra** [a] **rei fideiuſſori quoque nocet. ſed ſi fideiuſſor** [b] **ſeruum obtulit, & reus moram fecit: mortuo Sticho fideiuſſori ſuccurrēdum eſt. Sed ſi fideiuſſor hominem occiderit, reus liberatur: fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt.**

## LEX LXXXVIII.

1 *Ratio, cur fideiuſſori noceat mora rei.*

3 *Rei mora aliquot caſibus non nocet fideiuſſori.*

8 *Fideiuſſoris mora non obeſt promiſſori.*

a MORA a. ¶ Mora † rei principalis

1 nocet fideiuſſori. videtᵉ enim fideiuſſor in totam cauſam ſpopondiſſe [k]. quia cùm acceſsionis ſe loco obligauerit, ſecundum principalis factum regi debet [l]. quod maximè pcedit, ſi poſt moram rei iam contractam interceſſerit. videtur enim habitus reſpectus ad tempus illud [m]. Hinc

2 conſequens eſt, vt † interrupta aduerſus reū pręſcriptione, etiam contra fideiuſſorem interrupta res videatur. quod alibi Doctores attingūt [n]. Rurſus ſequitur, vt perpetuata aduerſus reum actione, contra fideiuſſorem quoq; perpetuationem factam cenſeamus [o]. quod & in reliquis locum habet, qui acceſsione quadam obligantur, vt in patre, qui de peculio poſt filium tenetur, vt ſuprà vidimus [p].

3 Excipiū tur † tamen aliqui caſus, quibus mora principalis non nocet fideiuſſori.

I. In primis notabilis eſt, qui hîc ponitur, quoties fideiuſſor iam ipſe principalē in mora rem debitā ei offerendo conſtituiſſet. tali enim oblatione creditorem in expreſſa mora conſtituit [q], quæ non tollitur poſteriore rei mora, quę reſpectu fideiuſſoris non niſi tacitè ex quadam ſequela operaretur. licet enim regulariter poſterior mora tollat priorem, eaq; duntaxat attendatᵉ [r], tamen hoc reſpectu eiuſdem perſonæ verū eſt, non autem diuerſæ, vt fideiuſſoris: quod Iacob⁹, Bar. & ceteri aduerſus Rainerium, Petrum & Hugolinum hîc tradiderunt. æquum enim fuit, vt diligentia ipſi⁹ fideiuſſori plus ei prodeſſet, quàm rei negligentia nocere poſſet, cùm ſecus eſſet, ſi id beneficium fideiuſſor non ſuo facto, ſed in ſequelam rei acquiſiuiſſet. tūc enim eo à reo amiſſo & ipſe eadem ſequela pderet [s], vt ſcilicet qua ratione quoq; acquiritur, eadem & perdatur.

II. Pla-

4 nè † & tunc videtur ſuprà ſcripta regula limitari, cùm fideiuſſor ſe, tanquàm principalem, obligauiſſet. videtur enim tunc ceſſare regulæ ratio. nō enim actum eſt, vt acceſſoriè ſit obligatus. nec itē in totam cauſam rei videtur ſe obligaſſe, ſed ſolùm in cauſam principalem reſpectu creditoris: vnde non magis debet teneri ex alterius mora, quàm debendi reus ex alterius rei mora teneatᵉ. lex autem ſimpliciter dicit non teneri [t], niſi (vt Doctores communiter aiunt) ſint ſocij: idq; defendi poteſt, quoties fideiuſſor hic nō in fraudē, neq; (quod dicitur) quæſito colore, ſe principalē conſtituiſſet. tunc enim perinde iudicaremus, ac ſi ſimpliciter fideiuſsiſſet [u], quod Angel. & Imol. exiſtimauerunt.

III. Rurſus † non procedit regu-

5 la, quantum ſit obligationis augendæ reſpectu, vt fideiuſſor vel in vſuris teneatur, quæ iudicis officio mercenario in arbitrarijs actionibus debeantur [x], vel in id, quod creditoris intereſſet propter locum [y]. non enim fideiuſſor ſimpliciter acceptus illud promiſiſſe cenſetur. quę ardua eſt quæſtio, & alibi tractanda. conſtat enim contumacia rei non augeri fideiuſſorum obligationem circa id, quod fideiuſſoribus imputari non poteſt [z].

IIII. Vnde inferri poteſt ſi † tempore, quo

6 reus interpellatus eſt, fideiuſſor iuſta aliqua excuſatione, quæ euitandæ moræ ſufficiat, tutus fuiſſet [a], non debere eum, ceu moratorem, plecti, ne pl⁹ ſcilicet ex facto alieno grauetur, quàm ex proprio potuiſſet grauari [b]. Quæ ſententia dubia eſt, cùm videamus moram hanc principalis etiam ignoranti fideiuſſori nocere, cùm † ta-

7 men in facto [illegible] ignorans regulariter moram non contrahit. Sed quid in fideiuſſore dicemus, qui non obligationi dandi, vt hîc dicitur, ſed faciendi acceſſerit? ſuprà reſponſum eſt [c].

b SED SI FIDEIVSSOR b. ¶ Mora † ergo,

8 vel

m l. cum quis. ſ. tit. j.
n gl. l. ſi fideiuſſor. ſ. fin. mand. Bar. l. cū quis. §. ſi quis pro reo. ſ. de ſolut.
L. 88. Mora rei.
o d. §. nunc videamus.
p l. cum filius. in prin. ſ. eo.
q l. qui x. ſ. de ſolut.
r l. illud. de peric. & com.
s l. iij. §. ſi is, pro quo. quod q̄ſq; iur.
t l. mora. §. fi. de vſur.
u l. ſed Iulianus. ad Maced. Ang. Imo. l. pē. ſ. tit. j.
x l. centum Capuę. de eo, quod cert. loc.
y l. fin. eo. tit.
z l. fin. ſ. de fideiuſ. l. j. de in lit. iur.
a l. quod te. ſi cert. pet.
b arg. l. ſancimus. C. de fideiuſſor.
c l. cum filius. §. j. ſ. eo.

vel delictum fideiuſſoris non nocet promiſſori [a]. Sed quid, ſi fideiuſſor eſſet ſocius ipſius principalis? & videretur tunc nocere. nam & mora rei nō nocet alteri reo [b], & tamen ſecus eſt, ſi ſint ſocij [c]. Sed hæc ratio non eſt efficax, cùm rei debendi eadem actione teneantur: at fideiuſſor à principali diuerſa obligat' eſt [d]. Sed cùm morte ſerui ſit liberatus ipſe principalis [e], quomodo fideiuſſor teneri ampliùs poteſt [f]? & conſtat rigore quidem iuris liberari, ſed ꝓpter æquitatē ſuſtineri obligationē, ne ex ſuo delicto lucrum faciat. Et Ideo di-
9 ſtinguunt Doctores, vt † ſi fideiuſſor poſt ſuam moram ſeruum occiderit, ex æquitate teneatur, & vtili actione ex ſtipulatu poſsit conueniri [g]: ſi verò ante moram occiderit, ſola de dolo actione teneatur [h]. quam ſententiam Accurſius vbiq; ſecutus eſt, ſed alij diſſentiunt, quoniam qui ſeruū occidit, iuris interpretatione ſemper in mora eſt [i], & ideo ſolùm actionem de dolo concedunt, cū ſeruus occiſus, vel in diem, vel ſub conditione debebatur. tunc enim nulla mora etiam occidendo committitur, quod pleriq; Veteres ſcripſerūt [k]. Ego Accurſium ſequor, quia horum interpretatio Papiniani legem violat [l], in qua nullū eſt diei, vel conditionis verbum, nec arbitror fideiuſſorem, qui ſeruum occiderit, cenſeri hoc ipſo morā facere. lex enim ſimpliciter ait, aduerſus occiſorem perpetuari obligationem [m]. quæ ratio in fideiuſſore non procedit. quomodo enim perpetuabitur, ſi iam in principali extincta eſt? meritò ad actionem de dolo recurrendum eſt: cùm ſecus ſit, ſi iam ex vera mora fuiſſet perpetuata. tunc enim perpetuatio durante principali fit. Vnde & ſubeſt maior æquitas vtiliter ex ſtipulatu agēdi.

a d.l.mora in fi.
b d.l.mora.§.pen.
c l.pen.ꝟ.tit.j.
d Bart.d.l.cum quis.§ pen.
e l ſi ex legati.ꝟ.eod.
f l in omnibus.de ſolut.
g d l.mora.in fi.& hic, & l.cū quis §.pen.
h l. ſi fideiuſſor.de dolo.
i l.ſi ſeruum Stichum.ꝟ.eod.
k Iac.Din. Old. Bar.Alex.
l d.l.ſi fideiuſſor. Raph.Paul. Imo.Iaſ.hic.
m ꝟ.d.l.ſeruum.§.ſequitur.
n l.Stichum.§.j.ꝟ.eo.
o ꝟ.l cēteſimis.in prin.

LEX LXXXIX.

PAVLVS *libro 9. ad Plautium.*

SI à colono [a] cui fundum in quinquennium locaueram, poſt tres annos ita ſtipulat' fuero: QVIDQVID TE DARE FACERE OPORTET? non
B amplius in ſtipulationem deducitur,
A quàm quod iam dari oportet. in ſtipulatione enim deducitur quod iam dari oportet. ſi autem adijciatur OPORTEBIT'VE, etiam futura obligatio deducitur.

LEX LXXXIX.

2 *Promiſſio ad futuram obligationem non trahitur.*
3 *Verba indefinita ad tempus præſens referuntur.*
4 *Diſpoſitio interdum ad futura porrigitur.10.*

2
1 SI A COLONO a. ¶ Conductor, † qui medio luſtro promittit, quicquid dare facere oportet, videbatur de futurorum quoq; annorum penſione egiſſe. vnicus enim locationis eſt contractus [n], iterumq; videtur in diem debitor [o], ſed tamen aliud iuriſconſulto noſtro eſt viſum. in futurum enim nil conductor debet, niſi quatenus locator & ipſe ex parte ſua patientiam
2 præſtet [p]. meritò † ad futuram obligationem talis promiſſio non trahitur. Verba ergo ſecūdum tempus ſuum intelligi debent. quod latiùs ſuprà
3 à me declaratum eſt [q]. Sed † quid, ſi verba temp' certum non habeant, ſed indefinita ſint? & videtē conſtituenda regula, vt ad tempus præſens duntaxat referantur [r]. Vnde immunitas eccleſiæ, eiuſue ædiculis conceſſa, ad futuras ædiculas nō extenditur [s]: & excōmunicato Titio, eiuſq; fautoribus, præſentes tantùm abominati intelligantur, q Archidiaconus diſputauit [t]. Sic compromiſſum de omnibus litibus non trahitur ad futuras, etiam ſi dictum ſit ex quacunq; cauſa, ſeu adiectum, quæ ſunt, vel eſſe poſſunt: q Bal. tradidit [u]. nam & reſcripta ad lites nihil futuris ꝓficiunt [x], & diplomata beneficiaria ad ea beneficia non porriguntur, quæ poſtea ſunt conſtituta [y]. ſic & in emptione venditioneúe videtur id duntaxat deductum, q preſens eſt, non q deinde aduenit [z]. Proceduntq; maximè ſuprà ſcripta, cū diſpoſitioni adiecta eſt aliqua dictio, quæ arguat de re præſenti ſolùm actum eſſe, quales ſunt dictiones poſſeſsiuæ *Meus, Tuus*, &c [a]. harum enim dictionem ea eſt ſignificatio, vt voces, quæ aliàs vniuerſales eſſent, faciant ſolùm generales videri, nec ad futurum extendi ſināt. Vnde ſi dicam, *Vendo omnia bona mea*, de preſentibus tantùm intelligitur [b]. Si princeps publicare ſe omnia bona tua dixerit, futura non compræhendentur [c]. Si teſtator fidei hæredis ſui
C commiſerit ſic, *Veto bona exire de agnatis meis*, de his tantùm intelligètur, qui viuo teſtatore agnati erant, vt Bal. reſpondit [d]. Non procedit tamen ſuprà ſcripta concluſio varijs caſibus:

Et in primis ille certiſsimus eſt, cùm † mens I.
contrahentium ſeu diſponentis etiam ad futura 4
reſpexit, quæ mens ex coniecturis plerunq; depræhenditur. Vnde teſtator, qui tutores filijs dat, etiam poſthumis dediſſe cenſetur [e]: qui codicillis ab inteſtato hęredem grauat, quemcunque
D grauaſſe intelligitur, etiam ſi tempore codicillorum is natus nondum eſſet [f]: qui poſthumum ſibi hæredem inſtituit, non ſolùm ex præſenti vxore, ſed ſi aliam in futurum ducat, ex ea natum inſtituiſſe cenſebitur [g]: qui cognatis legat, etiam de his exiſtimatur intellexiſſe, qui tempore mortis duntaxat futuri ſunt cognati, tametſi tempore teſtamenti non eſſent [h]. ratio enim coniūctionis, affectioniſque paritas hoc ſuadet. Cæterùm II.
† & cùm veriſsimū eſt contrahentes futura præ- 5
E vidiſſe, de eis quoq; actū eſſe indefinito ſermone credendum eſt. quod Bar. tradit, ſicq; Pomponij reſponſum interpretatur [i]. quod ego alibi alia ratione explicui [k]. In † vniuerſalibus quoque III.
conſtat ad futura trahi diſpoſitionem. Vnde le- 6
gato peculio, etiam futurum compræhenditur [l]: ſic & legato grege, acceſsiones nouorum capitū debentur [m]: & qui familiam meam hoſpitari ꝓmiſerit, ſi iuſtè aucta ſit, tenebitur [n]: & qui omnia bona ſua legat, vel eorū vſumfructū, quia hoc ca-
F ſu de vniuerſitate intellexiſſe videtur, de futuris quoque cenſebitur intellexiſſe [o]. Huc † pertinet IIII.
& cùm quis fundum legat. videtur enim etiā fu- 7
turas acceſsiones legaſſe [p], ſiue cauſa alluuionis procedant, ſiue quia teſtator ipſe adiecerit, vnoque nomine nuncupauerit [q]. Qua ratione & ſi V.
res legata ſit vſu perempta, eiuſq; loco alia ſubrogata, proptèr mentem illa debebitur [r]: vt cùm vir legat vxori omnes veſtes ſuas, intelligetur, etiam ſi poſtea loco attritarum aliæ ſint ſubmiſſæ, quod Bart. reſpondit. Propter naturam quoque VI.

p l.cum in plures.locat.
q l.ſi ſtipulatus fuerim.§.j.ꝟ.eo. vbi Iaſ.
r l.fin.§.j de leg.ij.
s cle.j.ad fin. de cenſ.Bar.l.dāni.§.ſi is, qui ędem.ꝟ.pen.de dam. inf.
t Archi.xj.q.iij. excellentiſsimꝰ
u l.de his.ꝟ.de arbit.
x c ſi.de reſcrip.
y cle.ſi.de reſcr.
z l Rutilia.l.in lege.de cont.emp.
a l ſi ita.de aur.& arg.l.v.in fi.de leg j.
b l.fin.C.de pac. vbi dixi.
c l ſi tibi.§.is, cui ius mand iai d.§.j
d Alex in addit. ad Bart.l. ſi cognatis de reb.dub.ꝟ.
e l. ſi quis filiabus.de teſt.tut.
f l.ab inteſtato.de iure codic.
g l placet de lib.& poſth.
h d.l.ſi cognatis.
i l.ſi ſeruitus.de ſer.vrb.præd.
k l verbū.erit.de verb. ſig.vbi dixi.
l l.ei quoque de pecul.leg
m l. grege.de leg.j.
n c.quanto.de cenſib.
o l.quoties.in fi.de vſufr.l.nam q.§.ſi. ad Treb.
p l. quod in rerū.§.j.de leg.j.
q l.Seię.§.tyrannæ.de fun.inſt.
r l.ſi.§.ſi de lib.leg.l.filia.§.j.de cond.& dem.l.Lucius.in prin.de leg.ij.



rei huiuſmodi verba ad futurum producuntur.
8 Vnde † cùm priuilegia, ſeu principum beneficia perpetua eſſe debeāt [a], in eis fit interpretatio, vt etiam ad futurum trahantur: vt ſi impetrarim aliquid pro me & familiaribus meis, etiam futuri habeant [b]: & ſi quid conceſſum ſit Epiſcopo, & quatuor clericis ſecum reſidentibus, intelligatur etiā quatuor alijs conceſſum, qui eorū loco ſint ſubſtituti [c]. Idemque, ſi antiſtiti permiſſum ſit, vt familiares ſuos admittere ad res diuinas poſsit [d]. videntur tamen mihi alia ratione inniti hæc exempla poſ-
VII. ſe. Sed & cùm de modico præiudicio agitur,
9 faciliùs admitti hanc interpretationē, vt † indefinita verba ad futurum trahantur, Bartolus cen-
VIII. ſuit [e]. Quòd ſi de ſolo concedentis damno agatur, tum quoq; ſumi hanc amplam interpretationem receptum eſt [f], dum tamen ab eo, quod
IX veriſimile eſt, non recedamus. Qua † ratione
10 ſi mutua aliqua promiſsio fiat, quæ contrahentibus poſsit vtrinq; eſſe vtilis, videtur accipienda hæc interpretatio, vt futura quoque compręhendantur: quod Angel. in ea ſpecie reſpondit [g], cùm fœdus percuſſum eſſet pro ſe & ſocijs ſuis. vt intelligantur etiam futuri: quæ ardua eſt quęſtio, & armis inter Romanos & Carthaginenſes
X. definita, vt alibi ego tractaui [h]. Hincque infer-
11 tur, an † ſi partes in iudicio ferijs ſimpliciter renuntiant, etiam futuris cenſeantur renuntiaſſe? & Bartolus negat [i], Fulgoſius ait. Ego cenſeo de futuris quoq; intelligi, ſiue quia de modico pręiudicio agatur, poſsitque renuntiatio vtriſq; eſſe vtilis: ſiue, quia potuerunt futuræ quoque feriæ, cùm ſint lege præfinitæ, ab ipſis præuideri. Vnde ſequitur, vt in repentinis ferijs verior ſit Bart. ſentētia: quod & Alex. Iaſonq; probant [k]. Illud non eſt dubium, quibuſcunque caſibus ſuprà dixi verba præſentis, vel præteriti temporis ad futurum trahi, multò fortiùs indefinita trahenda eſſe.

a c.decret. de reg.iur.in vj.
b c licet.§.j. de priuileg. in vj. vbi Doct.
c c. fin.de verb. ſig.in vj.vbi Gem.
d Io.And.reg. qui ſentit.de reg.iur.in vj.
e l. fin. C.quæ res pig
f c. quia circa. de priuileg.
g Ang.conſ. cxcij.
h d.l. verbum. erit.
i l j.in prin. de ferijs.
k ꝟ.d.§.j.

POMPONIVS *libro 3. ex Plautio.*

LEX XC.

CVm ſtipulati [a] ſumus pro vſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit:
A etiamſi ſortis obligatio in iudiciū ſit deducta, adhuc tamen pœna creſcit: quia verum eſt ſolutam pecuniam non eſſe.

LEX XC.

1 *Litis conteſtatio ſuper ſorte non impedit vſurarum curſum.*
2 *Nouatio verè conteſtatione litis non fit.*
4 *Pœnæ & vſuræ conuenientia & diſcrepantia.*
5 *Venditio reditus annui ſuper fundo vſura non dicitur.*
12 *Pœnæ adiectio operatur vſuram.*

a
1 CVM STIPVLATI [a] ¶ Litis † ergo ſuper ſorte conteſtatio non impedit, quin interim vſurę currant. Videbatur aūt aliud dicēdū, quia litis cōteſtatione fit nouatio [l]. at nouatione extingui ſolet præcedens vſurarum lapſus [m]. Sed certè non
2 ſat probabile eſt hoc argumentum. non † enim tam nouatio, quàm iuris quædam quaſi accumulatio litis conteſtatione fit [n], quæ deteriorem actoris cauſam efficere non ſolet [o]. Probabilior ergo dubitandi ratio eſt, quia vſuræ poſt litis conteſtationem officio iudicis debentur [p]. vnde nō eſt veriſimile id actum inter partes, vt ex ſtipulatione interim ꝓſtentur. ſuperfluū enim id eſſet [q];

l l ſi.C.de vſur. rei iud.
m l. aliam.ꝟ. de nouat.
n l.j. C. de iud.
o l. non ſolet. de reg.iur.
p l. cū fundus. ſi cert.pet.l.lite.ꝟ.de vſur.
q l hæc ſtipulatio.in fin. vt leg.nom.



L.90. Cùm ſtipulati ſumus.

Sed tamen aliud Pomponio viſum eſt. verba enim conditionis indicant in hunc caſum quoq; pœnam promiſſam eſſe. vnde † expreſſa partium diſpoſitio legis diſpoſitionem ceſſare facit [r]. Adnotarunt hîc Doctores, ſi † quis pœnam in ſin- 3
gulos menſes ſtipulatus ſit, vel in ſin- 4
gulos annos, tamen vſuram cenſeri: quoniam appellatione pœnæ etiam vſura lata ſignificatione continetur [s]: ſpecialiter verò adnumerantur non paucæ inter hæc differentiæ, quas Bart. & cæteri tradiderunt. Sed quid, ſi quis non vſuram, aut pœnam, ſed annuum reditum vocet? & non putauerim quicquam refer-
B re, quo nomine res vocetur, ſed attendēdum ad effectum, an pecunia pecuniam pariat [t]. Finge ergo: vendidiſti † annuam penſionem ſuper fundis tuis, an contractus fœneratitius erit, conſequenterq; hodie prohibitus? & ex ſui forma nō videtur fœneratitius, [u]: quod nouella Iuſtiniani conſtitutione ſatis probatum eſt, nouiſsimeque Martinus V. & Caliſtus III. Pōtifices ſanxerūt [x]. quæ ſententia quibuſdam caſibus certa eſt. Pri-
mus, cùm † ius in re conſtitutum eſt, vt quia cen 6
C ſualis contractus celebratus: putà, cùm quis alienata re propria, retinet in ea certum cenſum [y]. Idemq;, ſi venditus fundus, & in emphyteuſim, tametſi incontinenti, per venditorē acceptus [z]. ſubeſt enim eadem ratio [a]. Valebit ergo & in foro conſcientiæ talis contractus, niſi aliquibus ſignis oſtendatur id actum, vt non tam emptio, quàm mutuum celebretur, frauſque legi de contractu ad contractum facta ſit [b]. Qua in re plurimas coniecturas aliqui tradidere [c], ſed illa potiſ-
D ſima eſt, cùm tam caro pretio res eſt vendita, vt veriſimile ſit emptorem ſibi malle canonem annuum ſolui, quàm rem habere: ſicque cauti emptores horum iudicio & in hoc, & in alio ſeculo bene habent, incauti & imprudentes malè [d]. Se- II.
cundus, cùm † penſio conſtituta eſt ſuper re mo- 7
dico plus valente, adeo quòd ſubeſſe poteſt aliquod periculum, ſi debitor efficeretur non ſoluendo. Propter enim dubium euentum ſuſtinendus eſt contractus [e]: ſicut & ſuſtinentur in eo,
E qui annuum reditum quantulocunq; pretio emit, donec vixerit. propter incertitudinē enim mortalitatis valet conuentio [f]. Videnturque caſu procedere ſuprà ſcriptæ cōſtitutiones, in quibus dicitur fuiſſe conuentum, vt prædiis perem-
ptis, non tamen pecunia reſtitueretur. Ter- III.
tius, quando penſio, habito ad pretium numeratum reſpectu, non excedit legitimum modum eius, quod intereſt. Sicut autem olim poterat fructus reputari vſq; ad legitimas vſuras [g], ita & ho-
F die vſq; ad id, quod intereſt [h], idq; aliqui ad conſuetudinem regionum & qualitatem temporū
referendum putant [i]. Ego † in foro conſcientiæ 8
id ſolum exigi poſſe arbitror, quod verè creditoris intereſt: & ideo non præſumptionem, quæ ex conſuetudine oritur, ſed veritatem reſpiciendam eſſe [k]. aliàs autem legitimus reditus is cenſetur, qui xx. annis æquat ſortem [l], licet aliàs leuior & modeſtior requiratur, nēpe xxv. annis [m]:
quandoque grauior, vt xv [n]. Quartus, quando † IIII.
etiā nō pecunia, ſed fructus ſunt præſtādi. ſubeſt 9

r l. cū ex filio.§.pen.de vulg.& pup.
s l. lecta ſi cer.pet.l. qui ſine.de negot geſt.
t xiiij.q.iij.plerique.
u c.in ciuitate.de vſur. vbi Innoc.
x in auth.cōſt.clx.& in extrauag.de emp.& vend.c.j.& ij.
y c.cōſtitutus.de relig. dom. Bar.l j.§.j.de publica.
z arg.l.ſi.de reb.cor.
a Bal l.j.q.iij.C.de his quæ pœnæ nom.l.ſi.C.de fama crimi.
b arg.l.ſi ſponſus.§.circa.de don.inter vir.& vxor.& l.cū vir.de iure dot. vbi Bart.
c Cæpol.tract.ſimulat.contra. Vitalis tract.clauſ.de fraudib.
d xxxvj.diſt.c.j.
e Old.cōſ.ccvj. Io.And.in Spec. rub.de vſu Dd.d.c in ciuitate.
f Doct. l.de fideicommiſſo.C.de tranſact.
g Pract. Pap.li.act.Hip.verſ. relaxandum.
h l. cū debitor.ff quib. in cauſ. pig.tac. vbi Salicet.& Fulgoſ.
i Abb.d.c.in ciuitate. Rodulph.c.conſuluit. xiij.q.ſum. Ang. in verbo.vſurę.
k gl.auth. perpetua.in fi.C de ſac.ſanc. eccleſ.
l l.iij.§.fin.ad l.Falc.
m l.ſi quis argentum. C. de donat.
n Bald. auth. ad hæc.C.de vſur.

enim periculum, ne non naſcantur [a]. Vnde tali caſu, ne contractus ſit illicitus, præſumendum eſſet id actum, ne ex ſequenti vbertate debeant reliqua ſuppleri [b]. Quid ergo, ſi non ex certo fundo, ſed in genere fructus promiſsi ſint? & cùm tali caſu ſecurus ſit emptor [c], ſecus eſſet [d]. Vnde apparet, eum contractum, quo quis centum libris vegetem vini annuam emit, licet in ſpeciem vſurarius non ſit, periculoſum tamẽ cõſcientiæ eſſe, cùm communi annorũ curſu xv. vel xx. vini vegetes centum librarum valorem longè excedant.

V. Quintus, quando

10 † non ſpontè quis ita cõtraxit, ſed coactus fortè à principe, vel republica. tali enim caſu mens delinquendi non adeſt, cùm mallet ipſe ſortem ſuam habere, quàm id nomẽ, quod non ſat ſecurum eſt [e].

VI. Sextus, quando quis ipſe penſionem ſibi nouam conſtitui non facit, ſed iam cum alio conſtitutã emit [f]. ceſſat enim tali caſu ſuſpicio fraudis, licitumque vnicuique eſt vili pretio rem emere [g], quod ex facto Caſtr. reſpondit [h].

VII. Septimus, cùm hic contractus à republica, vel eccleſia, vel alia vniuerſitate eſt celebratus, in qua veriſimile eſt multos ſpectatæ probitatis & puræ conſcientiæ homines eſſe. nec enim in eis mens fœnerandi præſumitur, nec ſubeſt cauſa, cùm tale ius ſingulorum non ſit, ſed vniuerſitatis. quo in caſu & Iuſtiniani & ſuprà ſcriptæ Pontificum conſtitutiones loquuntur. Sanè his caſibus exceptis putârim fœneratitiæ labis ſuſpectum hunc eſſe contractum, ideoque ab eo abſtinendum [i], quod aliàs ex facto conſultus reſpondi:

11 quoniam † verba illa, *Vendo penſionem ſuper tali fundo*, nudum pignus conſtituunt [k]. Vnde videtur talibus verbis non res aliqua vendi, ſed creditori ius perſonale duntaxat conſtitui, cui acceſſerit fundi hypotheca, in quo contractu omnis prohibitæ vſuræ ratio locum haberet [l]. Nec ego multum referre hoc caſu arbitror, an quandocunque liberare ſe debitor ſortis reſtitutione poſsit, an non, niſi poſt tale tempus [m], an verò nunquam [n]. ſemper enim ſubeſt fœnebris auaritiæ ſuſpicio. Sed hæc nos Theologis copioſiùs diſputanda relinquamus. Subiicit Bartol. ſi

12 † hæredi non ſoluenti adiecerit teſtator pœnam ſingulis annis, eſſe vſuram [o]. quod & plerique alij cenſuerunt [p], & ego verum eſſe ſecundum ſuprà ſcripta arbitror, vt poſsit annuum reditum interim conſtituere [q]: vt ſi legatis mille in tot bonis ſuis, interim iubeat dari tot aureos annuos. videtur enim loco fructuum id eſſe [r]. vel ſi dixerit pro vſuris præſtari, tanquam id egerit, vt tot bona ſua ſtatim data cenſeantur, & in emphyteuſim ab hærede recepta, ſicque breui manu omnia legitimè facta [s]. Addit Bald. idem eſſe, ſi alternatim teſtator mille legauerit, vel quinquagena annua [t]. Adiicit Socin. ſi teſtator iubeat ſortem ante certum tempus ab hærede non exigi, fœnus non eſſe, cùm nulla ſit legatarij culpa [u], qua de re alibi.

a l. j. in fi. de cõdict. & demõſt.
b l. v. de trit. vi noq;.
c Bal. d. l. ſi quis argentum. in fi. prin.
d Anch. d. c. in ciuitate.
e Anch. cõſ. iij. dubitari. Mod. d. l. j. de ſum. trin.
f arg. l. patronus. in p in. de leg. iij.
g l. in cauſæ ij. §. idem Pomp. de minorib.
h Paul. Caſtrẽſ. conſ. cclxxxix. preſens dubiũ. in j.
i And. Sicul. conſ. lxvj. in ij.
k l. pen. §. inſtituto. de leg. ij l. fundus. quem. de an. leg.
l d. c plerique. xiiij. q iij.
m c. ad noſtrã. de empt. & vend.
n Paul. Caſt l. item quia. de pactis.
o l. iij. §. fin. de an. leg. Aretin. conſ. cliij.
p Alex. l. diuortio. ſol. mat.
q d. c regimini.
r l. curabit. C. de act. emp d. l. ſi debitor.
s l. ſciendum. ſ. eo. l iij. §. ſi de don. inter vir.
t Bald. d. l. j. q. iij. C. de iis quæ pœn. nom.
u l. hac edictali. §. iis illud. vbi Bal. C. de ſec. nup. Socin. l. ij. §. de iis, quæ pœn. nom conſil. xlij. in iiij.

PAVLVS *libro 17. ad Plautium.*

LEX XCI.

SI ſeruum [a] ſtipulatus fuero, & nulla mora intercedente ſeruus deceſſerit: ſi quidẽ occidat eum promiſſor, expeditũ eſt. Sin autem negligat infirmum, an teneri debeat promiſſor? cõſiderantibus, vtrùm quemadmodum in vindicatione hominis, ſi neglectus à poſſeſſore fuerit, culpæ huius nomine tenetur poſſeſſor: ita & cùm dari promiſit [1]: an culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo accipienda ſit, non in non faciendo. quod magis probandum eſt: quia qui dari promiſit, ad dandum, non faciendum tenetur.

LEX XCI.

1 *Debitor cuius culpa atque negligentia res perijt, nihilo minus tenetur.*

3 *Cuſtodiam qui præſtent.*

4 *Impenſa medicinæ à ſtipulatore repetitur.*

7 *Debitor interdum, etiamſi ſine ſuo facto res deſinat poſſe præſtari, non liberatur.*

5 *Eum debitorem, qui actione perſonali ad dandum conuenitur, non teneri de fructibus qui percipi potuerunt.*

SI SERVVM [a]. ¶ Re † perempta culpa debitoris, debitor perinde tenetur, ac ſi extaret. Sed quid, ſi eius negligentia? vt quia ægrotanti medicum non adhibuit? & Doctores ſecuti vno ore Ioannis interpretationem, adhuc teneri cenſuerunt: quoniam idem traditum in hærede eſt, qui diligentiam præſtare tenetur [x]. Idem & in emptore, qui redhibitoria agere velit [y]. Idem & in poſſeſſore hîc tradit, qui ſciens rei vindicatione conuentus eſt [z]. Quibus rationibus moti Doct. plus argumentis ſuis, quã verbis legis tribuentes, à ſenſu vero aberrarunt, & argumentum vindicationis, quod argumentandi duntaxat cauſa adductum erat, pro decidendi ratione habuerunt. Rurſus rationem deciſionis ibi ſcriptam, *Quia qui dare, &c.* pro dubitationis argumento ſunt interpretati. Ego † arbitror hîc decidi, poſſeſſorem ex tali negligentia non teneri [a], quia is ſolùm dare promiſit, non autem facere, id eſt infirmum curare. Nec eſt, quod ſtipulator ei imputare poſsit, cùm ante promiſſoris moram nec dominus ſit, nec loco domini, poſsitque promiſſor ei replicare, *Quid ad te, ſi eo tempore illum non curaui? quo tu nullum in eo ius adhuc habebas* [b]? licuit enim mihi rem meam arbitrio meo citra fraudem tractare [c]. quòd ſi ſperabas fore tuum, quin tu hanc ſpem argento emebas, eumque curabas? Ego certè impedire non debui, quin facto meo poſſet quandoq; ſolui [d]. at cùm naturæ facto impedimentum adfertur, nullus eſt color, cur ego tenear [d]. Adhibendam verò medelam ſeruis citra vtilitatẽ grauiſsimus ille cenſor, idem & Iuriſcõſultus, Marcus Portius Cato non aiebat, vt in eius vita Plutarchus auctor eſt. Nec obſtant ſuprà ſcripta

3 argumenta, quia † in eis procedunt, qui vel malæ fidei poſſeſſores [f], vel ſcientes rem alienam detinent, ideoque cuſtodiam præſtant [g], vel qui ipſi agere volunt, vt emptor, qui redhibitoria vult experiri [h]. vt enim alium ſibi obliget, debet ipſe ex parte ſua eam diligentiam præſtare, quã paterfamiliâs [i]. Idem, cùm quis curam adhibere diſpoſitione legis tenetur: & ſi nõ fecerit, à lucro ſummo-

x l. cũ res. §. pẽ. de legat. j.
y l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. de Aedil. edic.
z l. qui petitorio. §. j. l. ſi homo. de rei vendic.
a arg. l. venditor. ij. verſ. quẽadmodum. de hæred. vel act. vend.
b l. videamus. ij. reſponſ. de vſuris.
c l. in re mandata. C. mand.
d j. verſ. idẽq;. & de illo.
e arg. l. maximum. C. de lib. præt.
f d. l. ſi homo.
g l. ei, qui in ff. l. ſi quid. §. pen. de petit. hæred.
h d. §. ſi mancipium.
i l. ædiles. j. cũ ſeq. de Aedil. edic.



ſummouetur. tunc enim non eſt dubium teneri eum, ſi medicum ægrotanti non accerſiuerit [a]. Quod generaliter procedere in contractibus vltrò citroq; obligatoriis Alber. ſenſit [b], quia in eis ſæpiſsimè leuiſsima culpa præſtatur [c]. Sed † finge in caſu legis noſtræ promiſſorẽ curam adhibuiſſe, an impenſas factas repetet à ſtipulatore? & Iac. cẽſuit repeti poſſe [d], quẽ & Bart. aduerſus Petrũ ſeqtur, quia impenſa hæc, quæ ægrotanti adhibeť, perpetuã cauſam habet [e]. Quam ſententiam & ego ꝓbo. cum enim non teneretur promiſſor, vt ſuprà cẽſui, eam facere, ſi vtiliter fecerit, debet ei reſarciri [f], dum tamen non tam modica ſit, vt veriſimile ſit eandẽ facturũ ſpe vtilitatis operarum, quas eſſet percepturus. quod Alb. ſcripſit [g]. Sed

5 † quid iuris circa fructus, an debitor interim colere teneatur? & ſicut hîc non tenetur ſeruũ curare, ita nec fundũ quidem colere interim cogitur [h]. videtur enim par eſſe vtroq; in caſu ratio, vt quis nec ad curam perpetuam, nec ad temporalẽ fructuum percipiendorum cauſa interim compellatur. Et ideo concludit Bart. eum debitorẽ, qui actione perſonali ad dandum cõuenitur, non teneri de fructibus, qui percipi potuerunt, aliáue negligentia [i]. Quod duobus modis hîc reſtringit Iaſ. alter eſt in venditore, cui ſi ſit integrũ pretiũ ſolutum, tenetur de fructibus quoq;, qui percipi potuerint, idque Cini, Alexandriq; ſententia [k]. Quæ opinio defendi poteſt, ſi aliqua culpa impingi ei poteſt, cur fundum non tradiderit. aliàs non video, cur teneatur, cùm in mora non ſit, niſi quatenus fieret locutior [l], quod rectè Aret. tradidit, & ſentit hîc Alex. alioquin nimium verba legis violarentur [m]. alter eſt, cùm fructus iam maturos pateretur debitor corrũpi. præſtaret enim hanc negligentiam, quæ ad rei cõſeruationẽ attinet, quod Ang. Imo. Recentioresq; huius reſponſi argumẽto cenſuerũt. Sed ego ſuprà contrariũ hinc probari oſtendi, nec ad curã ſerui promiſſorẽ teneri. Nec quicquã facit eorum ratio, quòd fructus cenſeantur pars rei [n]: falſum hoc eſt in actione perſonali, in qua nos loquimur, cùm ſcilicet vendítor nondũ rem tradidit. Sed hæc locis ſuis reſeruanda ſunt [o]. Nunquid autem is, qui ſeruum occidit, dicatur morã feciſſe, infrà attingamus [p].

a SED ET SI SIT [a]. ¶ Si † igitur res promiſ-

6 ſa deſierit eſſe in commercio facto debitoris, vel habentis cauſam ab eo, nõ liberatur debitor, niſi ex cauſa contractũ præcedente deſierit, vel facto alterius citra debitoris culpam. Sed quænam eſt huius diſtinctionis ratio? & puto eſſe, quia qui rem debet, etiã curare tenetur, ne facto ſuo res deſinat poſſe ſolui: ſicut qui prohibitus eſt alienare, curare tenetur, ne res in caſum incidat, quo alinatur [q]. Sed nunquid perpetua eſt ſuprà ſcripta concluſio? & negat Accurſ. quãuis † enĩ abſq; facto promiſſoris res deſinat poſſe præſtari, ſi tamen mora eius arguatur, nõ erit liberatus: quod hîc traditur. Idẽ, ſi culpa eius ſubſit [r]. Sed & ſi promiſsio ex cauſa onerosa ſit facta, videtur eũ, qui non admonuit creditorẽ, in culpa eſſe, & ideo non liberari [s]. Finge: teſtator iuſsit ſeruũ Stichum ſub cõditione eſſe liberum, & me hæredem inſtituit: ego eũ Stichũ ſimpliciter tibi ꝓmiſi: ſi ex cauſa onerosa, teneor: ſi ex lucratiua, & animo donãdi, ſecus eſt [t], qa cũ ſua qualitate videor donaſſe [u]: ꝙ in caſu Bart. locum eſſe verſiculo, *item ſi homo*. exiſtimat.

Vnde idem Bartol. cenſuit, ſi promiſsio Stichi inſtitutionem præceſsiſſet, tunc me nõ liberari, quia facto meo, id eſt hæreditatis aditione, me obligaui ad libertatẽ Sticho dandã [x], & quia factum teſtatoris debet cenſeri factũ meum [y]. probantq; hanc ſententiã aduerſus Accurſ. omnes, & mihi placet, quia licet nõ videatur hæredi imputandũ factum, quod directò ad hoc non tendebat [z], tamen ſecus eſt hoc caſu, quo etiã curã adhibere tenetur, ne res eò perueniat, vt ſolui non poſsit. Cæterùm nec eo quidẽ caſu hæres liberatur, ꝙ occiſo domino ſeruus promiſſus, qui ſub eodem tecto nõ erat, affectus ex ſenatuſcõſulto fuit ſupplicio. tenebiť enim ad æſtimationem [a], vt ſcilicet iniuria debitori facta creditori nõ noceat. qđ ſanè mirũ eſt, cùm caſui fortuito æquiparetur, an qa ipſi hæredi præmiũ fiſcus ſoluit? Vnde putârim debitorẽ cedẽdo cõtra fiſcũ actiones liberari [b]. Videtur ergo hoc caſu pretiũ loco rei ſuccedere, nec induſtria debitoris acquiſitũ, ideòq; illi non lucrifieri, cùm tñ aliàs ſit ſecus [c].

Sed ſi ſit [a] quidem res in rebus humanis, ſed dari nõ poſsit, vt fundus religioſus, putà vel ſacer factus, vel ſeruus manumiſſus, vel etiam ab hoſtibus ſi capiatur, culpa in hunc modum dijudicatur: vt ſi quidem ipſius promiſſoris res vel tempore ſtipulationis vel poſtea fuerit, & quid eorum acciderit, nihilo minùs teneať. Idemq; fiat, & ſi per alium poſteaꝗ ab hoc alienatus ſit, id contigerit. Sin aũt alienus fuit, & ab alio tale quid accidit, non tenetur: quia nihil fecit: niſi ſi poſteaquam moratus eſt ſolutionem, aliquid huiuſmodi acciderit. quam diſtinctionẽ & Iulianus ſequiť. Item ſi homo qui fuit promiſſoris, ex præcedenti cauſa ablatus ei fuerit, ꝙ ſtatuliber fuit: perinde habendus ſit, ac ſi alienum promiſiſſet. quia † ſine facto ipſius deſiit eius eſſe.

¶ De illo quærit [b], an & is qui neſciens ſe debere occiderit, teneatur? quod Iulianus putat in eo qui cùm neſciret à ſe petitum codicillis vt reſtitueret, manumiſit.

L. 91. Si ſeruum ſtipulatus. §. De illo quæritur.

1 *Ignorantia debitorem à culpa non excuſat.*

4 *Manumiſsio ſerui interdum impediri non poteſt.*

18 ¶ Adnotat hîc Bar. ſtipulationem † incertam intelligi de illa quātitate, in qua mutuum præceſſit, ſicq; à præcedenti vel quantitate, vel cauſa ſequens ſtipulatio declarationem recipit [q]. Sed 19 † nunquid iterata promiſsione cēſebitur idem, an diuerſum debitum? & Bar. cenſuit idē præſumi. Vnde ſi centum tibi ex aliqua cauſa debeam, deinde ex eadem cauſa ducenta promittam, intelligetur ſtipulatio cōputata priore ſumma [r]. Quod enim vnum eſſe poteſt, diuerſum exiſti- I. mandum non eſt [s]. quæ ſententia vera eſt. Cùm id actum à partibus conſtat, vt de vnica ſum- II. ma intelligatur [t]. Idem, ſi natura rei hoc ſuadeat, vt quia cauſa illa ſui naturâ non ſit multi- III. plicabilis [u], qualis eſt cauſa dotis [x]. Idem, cùm prior cauſa talis eſſet, quæ à ſtipulato robur ſoleret accipere, & pro eius implemento eſſet [y], vt cùm numeraui tibi decem, deinde incontinenti x. mihi dari ex cauſa mutui ſtipulatus ſum. Idem, quoties eodem teſtamento, vel iiſdem co- IIII. dicillis eadem quantitas bis legata eſſet. ſemel enim duntaxat de- V. bebitur [z]. Idem, cùm ſequens aſſertio nō in forma contractus, ſed in vim ſimplicis confeſsionis emanaſſet [a]. con- 20 feſsio † enim nihil noui inducit, ſed declarat, & ad præcedentem cauſam refertur [b], & quoties ambigua eſt, ſecundum cōfitentis interpretationem exponitur [c]: & ideo poteſt ille declarare ſe de eadē ſumma intellexiſſe [d]. Qua ratione ſi pars petierit centum, & teſtes produxerit, fiet in dubio interpretatio, vt de ſumma petita teſtes locuti videantur. quod Pontanus reſpondit [e], quoniam ſcilicet dicta teſtium ad articulum referuntur: vnde apparet idem eſſe, etiam ſi cōfeſsiones iudiciales ſint [f]. Excipiun- I. 21 tur † duo caſus, quibus de diuerſa ſumma actum videri aiunt. Primus eſt, cùm poſterior obligatio diuerſæ quantitatis, titulusq; ſui naturâ multiplicabilis eſt. etenim quantitatū diuerſitas obligationis quoq; diuerſitatem arguit, quod aduerſus Bart. ſententiam receptius eſt [h]. nam † & 22 diuerſitas inſtrumētorum temporumq; facit, vt de diuerſis rebus actum videatur [i]. Quod & de diuerſitate perſonarum traditum eſt [k]. Pone ergo teſtatorē bis eandē quantitatē, putà x. diuerſis perſonis legaſſe: intelligetur non de iiſdem x. ſed de aliis [l]: quod auerſus Barto. eo in exemplo obtinuit, cùm teſtator, *Titio*, inquit, *X. Seio X. lego.* diuerſitas enim perſonarum & numeri iteratio hoc ſuadet. Quod & in contractibus admiſſum eſt, cùm præterea & duplex promittendi actus interuenit [m]. Sanè ego ſuprà ſcripto caſu defendi Bar. poſſe arbitror, quoties ſtipulator ipſe prædictæ præſumptioni aduerſaret, & de eadē ſumma actū eſſe fateretur [n]. Alter † eſt caſus, cùm eadē II. 23 quidem eſt quātitas, ſed vtraq; obligatio eiuſdē ſpeciei eſt. ne. n. ſequēs ſit ſuperflua & inutilis [o], præſumemus de diuerſis rebus actū [p]. Quod intelligit Alex. etiāſi cōfeſsioni iteratæ ſtipulationis qq; iteratio acceſſerit [q]. ſubeſt enim ſemper illa ratio, ne ſequēs ſtipulatio ſit inutilis. Sed tamē hęc cōiectura nō adeò grauius eſt, vt cōtrariis ſignis nō ſuccūbat: & ideo ꝓpter imperitiā ſimplicitatemq; ꝓmiſſoris alia quādoq; fiet interpretatio [r], & contra ſtipulatorē præſumemus, quod diſputatū à Mart. Fanēſe & ab Alb. Fulgoſio que relatū extat [s]. vnde apparet, aliis quoque ex ſignis recedi à prædicta præſumptione poſſe [t].

a l. quod fauore C. de legib.
b §. ſi ſcriptū. Inſt. t. de inut. ſtipul.
c l. j. C. de dot. promiſ.
d l. j. §. accedit. verſic. ne quod pro mulierib. C. de rei vx. act.
e Soc. l. j. §. ſol. mat.
f l. cū alimenta. de ali. leg.
g l. cū ij. §. ſi in annos. de tranſact.
h l. ſi cui. in fin. de an. leg.
i arg. l. codicillis. de an. leg. vbi Bar.
k l. quidam. de triti. vin. ol. &c.
l l. cū rem alienam. l. vxor patrui. C. de leg.
m l. Stichus. de leg. iij.
n l. j. de iuſt. & iur.
o c. fin. de for. compet. lib. vj.
p Bart. in extrauag. ad reprimēdum. verb. per denuntiationē.
q gl. l. ſi quis ad exhibendum. §. de excep. rei iud.
r l. ij. de dot. præleg.
s c. in præſentia. de probat. vbi. Deci notab. ix.
t l. cū centum. de adi. leg.
u l. ſi diuortio. §. eod.
x l. Lucius. §. im pub. de leg. ij.
y l. cū enim. in fi. de nouat.
z l. planè. §. j. de leg. j.
a arg. l. Sempr. de lega. ij.
b l. Publia in fi. depoſ.
c l. ſi quis intentione. §. de iud.
d l. ſi vnus. §. ſi cū mihi. de pactis.
e Lud. Ro. cōſ. ccxc. in fi.
f Bar l. Labeo. de ſupel. leg.
g d. l. ſi quis intentione.
h Dd. l. ſcire debemus. §. eo. & d. l. cū centum.
i l. ne caſu. C. de diſcuſ. lib. x. l. cū plures. de euic.
k l. ſi Stichū. §. fin. de nouat. l. Paulo. in princ. de leg. iij.
l l. ſi quis teſtamento. de leg. ij. vbi Doct.
m Inſt. de duob. re. in prin. l. ſtip. iſta. §. eum, qui. §. eo.
n Dd. l. ſcire debemus. §. eo. l. ſi adulterium cū inceſtu. §. idem Pollioni. de adulter.
o l. qui bis §. e.
p l. Manius. in prin. de leg. ij. not. d. l. 50.
q Alex. conſ. iiij. in j.
r arg. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. §. e.
s d. l. 50.
t l. cū de indebito. de probat.

LEX XCV.

Qvi inſulam [b] fieri ſtipulatur, ita demum acquirit obligationem, ſi apparet, quo in loco fieri inſulam voluerit: ſi & ibi inſulam fieri interſit eius.

LEX XCV.

1 *Deſignatio loci in faciendo neceſſaria.*
3 *Generalis loci expreſsio ſufficit.*
5 *Alternatio non vitiat ſtipulationem.*
6 *Incertæ domus legatum valet.*

Q VI INSVLAM [b]. ¶ Qui † inſulam fieri ſtipulatur, deſignare locum debet, quo ædificari debeat, aliàs ſtipulatio eſt nulla, cùm fieri eo in loco poſſet, vbi minimè ſtipulatoris intereſſet [a]. Sed cur, vt ſtipulatio valeat, nō intelligitur potiùs in loco vtrique cōmodo, idque iudicis arbitrio ex perſonarum & rei qualitate? Sed cùm debitor ſimpliciter promiſerit, nō fuit æquum illi auferre electionem. Quinetiam in remoto loco facere poſſet [b], in quo nil ſtipulatoris intereſſet, ſicque potiùs contractus eſſet nullus: nec vlla eſt ratio, cur arbitriū boni viri ſubaudiatur, cùm de eo nihil actum ſit, idque maxi- I. mè hoc in contractu, qui ſtricti iuris eſt. Sed 2 † nónne ſemper creditoris intereſt, cùm vbicunque ædificata ea ſit, vendere eam poſsit? & Alberic. putat intelligendam legem noſtram, cùm eo in loco ſe facturum promiſſor reciperet, vbi nec II. emptorem quidem reperire quis poſſet. Quid 3 † ergo, ſi locus quidem adiectus eſt, ſed generaliter, putà *Inſulam Capuæ ædificare ſpondes?* & videtur ſufficere, vt ſtipulatio valeat [c], tametſi ſpecialiter non ſit expreſſum, qua in Capuæ regione, quáue in via ædificari debeat [d], eritque hoc caſu electio promiſſoris, quo in loco ſpeciali ædificet, licet in vltimis voluntatibus ad domicilium defuncti III. attendamus [e]. Quid, ſi † locus quidem ſpeciali- 4 ter ſit deſignatus, ſed nō qualitas, & magnitudo, ſeu modus? & aiunt pleriq; adhuc ſtipulationē eſſe nullā propter incertitudinem [f]. Quæ ſententia mihi non placet, ne rigorē hunc nimis extendamus. in lege enim ſolius loci demonſtratio requiritur, maiorque ea incertitudo, quàm modi, aut qualitatis eſt. Vnde cenſuit Pontanus, tali caſu mediocrem deberi [g], vel ex qualitate artificis, & negotij geſti diiudicari [h]. quæ opinio huma- IIII. nitate nō caret, vt actus ſuſtineatur. Sed † quid, 5 ſi locus cōpræhenſus eſt ſub multis alternationibus: velut, *Promittis mihi facere inſulam, aut in tali area, aut in illa, aut in illa?* & tunc quoque valere ſtipulationem receptum eſt [i], exiſtimatq; Iaſ. electionem ſtipulatori competere, nec adeò futuram oneroſam promiſſori, cùm præuidēre id potuerit, ſicut cùm nulla omnino alicuius loci facta eſt mentio. Sed ego non arbitror recedendum à regula, vt electio ſit debitoris, quæ habet locum etiam in diſiunctiua locorum, quantum ſit ſolu- V. tionis reſpectu, licet non petitionis, vt Scæuola diſtinxit [k]. Illud quoq; non omittendum, quod omnes ferè tradiderunt, vt ſi opus fieri, quod loco cohæreat, promittatur, lex noſtra procedat: quòd ſi operæ perſonales ſimpliciter promittantur, non eſſe neceſſariam adiectionem, quo loco VI. præſtari debeant [l]. Cæterùm & illud fermè 6 conſtat, in † vltimis voluntatibus faciliùs ſuſtinēri incertam domus promiſsionem, quàm in contractibus: & ideo ſi teſtator ſimpliciter domū legauerit, valet legatū, & de ea intelligetur, quæ in eius patrimonio ſit [m]: q; ſi quis ſimpliciter domū promittat, videtur nō valere ſtipulationē, neç ideo videri egiſſe de ea, quā in patrimonio habeat: quod Bar. cenſuit; & frequētiore calculo approbatū eſt [n]. Nec me mouet Alexan. quorundamq; aliorū aduerſantium ratio, dum aiunt etiam in contractibus videri actum de re, quæ in patrimonio ſit, vt ſuſtineatur [o], quia hoc defendi poteſt in promiſsione certę ſpeciei, putà Stichi: at noſtra quæſtio in promiſsione generis procedit, putà *Promitto domum.* nulla enim eſt ratio, cur magis de patrimoniali, quàm de alia nouiter emenda, fabricādáve intelligatur [p], cùm ſecus in legato ſit, quod † eſt delibatio quædam patrimonij [q], & in quo non ſit interpreta- 7 tio, vt in dubio grauatus ſit hæres quicquam emere [r]. Sanè qd inſula ſignificet, alibi declaraui [s], oſtendiq; magis ſpecialem eius eſſe ſignificationem, quàm domus, quæ non tā natura, aut arte, quàm noſtra deſtinatione conſtituitur [t].

a l. iij. §. ſi quis inſulam. §. de eo, quod cer. loc. l. ita ſtipulatus. §. eo.
b l. plerunque. in fi. de iur. dot.
c l. cum. qui inſulam. de iudic.
d arg. l. optimā. C. eo. vbi Dd. & in c. j. de fide inſtr.
e l. quæ conditio. in fi. de condit. & demonſt. §. ſi quis in nomine. in auth. de eccleſ. tit.
f d. l. ita ſtipul.
g arg. l. legata. generaliter. de leg. j. l. ſi quis argentum. C. de donat.
h arg. gl. c. j. de vſur. in vj. verbo, ad fœnus. & Bar. l. cū plures. in fi. princi. loc.
i d. l. iij. in prin. Iaſo. d §. ſi quis inſulam.
k d. l. iij. in princip.
l l. interdum. §. j §. eod.
m l. ſi domus. de leg. j.
n Barto. Angel. Imol. Cō. Paul. & Moder. d. l. ita ſtipulatus.
o l. quoties. cū gl. fi. §. e. l. cū tabernas. de contrah. empt.
p Inſt. qui. mo. tol. obli. in prin.
q l. legatum. de leg. j. l. Titio. §. ij de aur. & arg. l. vnum. §. ſi re. de leg. ij.
r l. quod in rerum. §. j. quod tit.
s l. vrbana. de ver. ſig.
t d. l. quod in rerum. §. pen.

MARCELLVS libro 12. *Digeſtorum.*

LEX XCVI.

L. 96. Qui ſeruum.

Qvi ſeruum [a] mihi ex ſtipulatu debebat, ſi in facinore eum depręhēderit, impunè eum occidit: nec vtilis actio erit in eum conſtituenda.

LEX XCVI.

1 *Iuſtè à ſe occiſo ſeruo debitor liberatur.*
3 *Quando occiſio ſerui non permiſſa domino.*
4 *Promiſſor offendendo bannitum non tenetur.*
7 *Delinquenti nemo tenetur ſuppetias ferre.*

Q VI SERVVM [a]. ¶ Licet, qui † ſeruum debet, eum occidendo non liberetur, ſed potiùs obligationem perpetuet, tamen hoc intelligendum eſt, cùm iniuſtè eum occidit: aliàs ſi merentem occidat, vt quia in facinore depræhenſum [u], ſecus eſt. liberatur enim, vt hîc dici- I. tur. Quæ † ſententia certiſsima eſt, cùm eum 2 in facinore depræhendit, in quo etiam alienum ſeruum occidere poſſet, vt ſi in adulterio vxoris ſuæ [x], vel in furto ſe gladio defendērē [y]. ſi. n. hoc pōt in eius damnū, qui dn̄s ſit, multò magis propriū poterit in creditoris damnū. Sed & certa eſt II. hæc ſentētia, ſi his in caſibus ſeruū occiderit, q̊s vltioni ipſius dn̄i lex relinquit, vt cùm à ſeruis ſuis quis appetitus eſt [z], vel cùm ex aliquo delicto eum dn̄s caſtigauit [a], isq; præter opinionem & citra domini culpam mortuus eſt [b]. Maior er- III. go eſt difficultas, quid, ſi à domino ſit occiſus ex facinore, cuius vindicta non ipſi domino, ſed iudici permittebatur [c]? & videretur domino imputandum, cùm id ei non liceret [d]: ſed tamen aliud videtur ſentire Iuriſconſultus, qui ſimpliciter perpendit an merentem occiderit [e], aut in facinore depręhenſum, exceptionem verò iuriſdictionis non attēdit. quid enim ad creditorem de iure fiſci, vel pręſidis opponere [f], cùm omnino ſi ipſe non occidiſſet, à iudice fuiſſet occiſus? quod maximè cenſendum, ſi ipſemet dominus eſſet & iudex [g]. Sed † quid, ſi ſeruus delictū com- 3 miſiſſet, cui alia pœna non conſtitueretur, quàm vt eſſet extra reipublicæ protectionem [h]? & tali caſu videretur non licere domino eum occidere, quia licet huius facti rationē reipublicæ reddere non teneatur, non tamen creditori damnū facere aduerſus ſuam promiſsionem debet [i]. Nec me mouet Bartoli ratio, dum ait dominum non debere ſeruum occidere, niſi lege permittente [k]: reſpondeo, etiā ſi lex permittat, non tamen debet occidere, quando alia ſubeſt prohibitio, videlicet fides promiſsionis ſuæ [l]: ſecus, ſi verba legis non tantùm permiſsiua eſſent, ſed etiā occidi imperarēt [m]. tunc enim ius publicū præualeret [n]. Hincq; infertur ad quæſtionē: 4 Promiſi † facta pace alicui cū nō offēdere ſub pœna: is demū ciuitatē eiectus, & (vt vulgò dicūt) bānitus eſt: an ſi eum offendero, pœna cōmittatur? & recepta eſt ſententia non committi [o], idque legis noſtræ argumēto. Quod extendit Bar. etiam

a
1
u l. quid ergo. §. ſi hæres. de leg. j.
x l. iiij. C. ad leg. Iul de adult.
y l. iiij. ad leg. Aquil.
z l. & ſi certus. in fin. ad Sylla.
a l. j. C. de commend. ſer.
b l. ſerui. de furt.
c l. circūcidere. in fin. de ſicar. Bart. l. j. de his, qui ſunt ſui.
d l non eſt ſingulis. de reg. iur.
e d. §. ſi hæres.
f l. his conſequēter. fam. erciſ. in princ.
g l. ſi quis forte. §. ſi quos. de pœnis.
h l. j. C. de nat. lib. l. fi. §. de decret. ab ord. fac.
i arg. l. ſi filius. de fideicom. li. l. ſi quis legatum in fin. de fal.
k l. quæro. §. j. loc. l. quidam. ver quid ergo. §. eod.
l arg. §. affinitatis. Inſt. de nuptiis.
m l. ait prætor. §. j. ac minor.
gl. l. accuſatione. n. C. quod met. cauſ.
n l. ius publicū de pact.
o l. eleganter. §. fi. de pig act. vbi Bart.

etiam ſi talis promiſsio ei facta eſſet, qui iam eſſet proſcriptus. quod enim ad forum ciuile attinet, ſeruanda non eſſet tanquam aduerſus publicam vtilitatem [a]. Quam ſententiam & ego pro-5 bo, cùm † is proſcriptus lege municipij pro hoſte publico eſt [b]. taliũ enim occiſores lex præmio afficit [c]. Quòd ſi nõ, ceu hoſtes publicos, habeat, ſed ſimpliciter extra protectionem ſuã relinquat, putârim pœnã cõmitti, licet in territorio exigi nõ poſſit [d]: hocque caſu veram eſſe Bononiẽſium ſententiã, quam hîc Barto. ad tryphas reiicit, quęque & Iacoborum, Beluiſij Butrigariique, fuit, itemque Dini & Angeli, quorundamq; aliorũ [e].

a l. j. §. nõ fuit. de dol. vbi Bar.
b l. j. C. de bon. lib. Bart. q. j. in tractat.
c l. minimè. de relig.
† ſtiteris, *aliàs.*
d gl. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dũ. ex qui. cau. ma.
† atque te, *aliàs.*
e Alb. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Gand. in tract.

CELSVS *libro* 26, *Digeſtorum.*

LEX XCVII.

SI ita ſtipulatus fuero [a], TE SISTI? NISI STETERIS † HIPPOCEMTAVRVM DARI? proinde erit, atque ſi te † ſiſti, ſolummodo ſtipulatus eſſem.

¶ Poſsũ [b] vtiliter à te ita ſtipulari: TITII NOMINE TE SOLVTVRVM? neque enim hoc ſimile eſt illi, TITIVM DATVRVM? ſed ex ea ſtipulatione, dum intereſt mea, agere poſsũ: & ideo ſi locuples ſit Titius, nihil ex hac ſtipulatione conſequi poſſum. Quid enim mea intereſt, id à te fieri, quod ſi non feceris, æquè ſaluam pecuniam habiturus ſum?

IIII. Sed † nunquid in caſu legis noſtræ dominus 6 ſeruum occidens liberetur ſola exceptione? & non eſt dubitandum ipſo iure liberari. Fortiùs cenſuit Bart. iuris interpretatione videri à principio nunquam fuiſſe obligatum, tanquam promiſsio eſſet conditionalis, niſi eum iuſtè occidero [f]. & hoc eſt, quod hîc dicitur, nec vtilẽ actionem eſſe contra dominum conſtituendã. de directa enim dubium non eſt, quæ nunquam cenſetur orta. Addunt Beſutius & Iaſon, cùm iniuſtè ſeruus occiditur, directam quoque extingui: ſed quia fictione legis pro viuo eſt, perpetuaturque obligatio, vtilẽ dari. Sed quid, ſi dominus iniuſtè aliquem aggreſſus eſt, & quia à ſeruo non defendebatur, ipſum ſeruũ occidit, an adhuc erit liberatus? & videretur, tãquã ſeruus etiã tali caſu iuſtè ſit occiſus [g]. debet enim ſeruus ſemper dominũ defendere, nec vlteriùs inquirere, an dominus rectè, vel malè agat. Nam & receptũ eſt idem in beneficiario cliente eſſe, qui defenſionis cauſa ſemper pro domino certare debet [h], licet cùm dominus aliis ipſe iniuſtè bellum infert, eũ 7 non teneatur ſequi [i]: conſtat † enim neminem teneri ad opem delinquentibus præſtandam [x]. E

f Bar. extrauag. qui ſint rebel. verbo, rebellando.
g arg. d. l. & ſi certus. in fin.
h c. j. in princ. hic fin. lex Cor.
i c ego N. de iureiur. verb. mala.
k l. iij. §. j. ad Sylla. vbi Doct.

LEX XCVII.

1 *Stipulatio pœnalis impoßibilis non valet, principali permanente.*
4 *Pœnalia non nouantur.*
6 *Hippocentauri qui: eorumq; etymon.*

a 1 SI ITA STIPVLATVS FVERO [a]. ¶ Stipulatio † pœnalis impoſsibilis pro non adiecta habetur, & nihilo minùs I. principalis nõ infirmatur. Quid ergo, ſi pœnalis valeret, vt quia de tabula, qua pictus eſſet hippocẽtaurus, actũ eſſet? ſolebãt enim etiã egregij pictores huiuſmodi figuras venales in pergula habere, vt Lucianus auctor eſt. & tunc cenſuit Accurſius per pœnalem primã quodãmodo no-2 uari [l], idque veteri iure: licet † aliud deinde à Iuſtiniano ſancitum ſit, qui nunquam nouari priorem cenſuit, niſi expreſsè actum ſit [m]. Sed † cæte-3 ri Accurſio reclamant. nec enim Iuſtinianum quicquam de nouatione conſtituiſſe, quæ per pœnalem ſtipulationem fieret, ſed ſolùm de ea, quæ poſteriore ſtipulatione æquè principali induceretur [n]. Ego † ſtipulationem regulariter nũ-4 quam nouari per ſequentem pœnalem cenſeo, cùm pœnalis fauore creditoris ſemper adiiciatur, vt quod in principali deductũ eſt, metu pœnæ ſoluatur. vnde in eius damnũ non debet nouatiõe priorẽ extinguere [o]. A qua cõcluſione excipiuntur duo caſus. Primus in vltimis volũtatib. cũ quis penũ legat, & ſi hæres nõ dederit, centum [p]. videtur enim hoc caſu voluiſſe teſtator hæredi quoque cõſulere, nõ ſoli legatario. Secundus eſt in ſtipulationib. facti. cũ enim lex fauore debitoris nõ ſinat eũ præciſè cogi, ſed id, quod intereſt, præſtantẽ liberet [q], pœnalis ſubiecta id ipſum ad liquidum reducere videtur [r], nõ autem ſolo creditoris fauore interponi, & ideo quaſi nouatio fit. qua tamen de C re infrà diffuſiùs [s]. Sed † quid rurſus in caſu con- II. 5 trario reſpondebimus, cùm quis prima ſtipulatione hippocentaurum promiſit, & ſi non daret, tot aureos? & conſtat, cum principalis obligatio impoſſibilis ſit, nec pœnalem quidem valere [t]. Sanè † ſciendum eſt Hippocentauros Theſſalos 6 equites fuiſſe perniciſsimos bellatores: vnde illis nomen, quòd equos per ſumma montium iuga ſtimularent: ſicq; poëtis & pictoribus data eſt D materia confingendi eos corpore equino, ſed ſuperiore parte homines fuiſſe, & nube genitos eſſe. Qua in re aduerſus Pindarũ egregiè C. Gal. lib. iij. De vſu par. declamat. Proinde Iuriſconſultus hîc id ceu corporis imaginarij nomen adducit [u], quod re ipſa nuſquam extet, quo ſenſu Porphyrius chimæram tragelaphumq; vſurpat.

l l. obligationũ fore. §. fi. ß. tit. j.
m l. fi. C. de nouat.
n Bar. l. ita ſtipulatus. vlt. par. ß. eod.
o l. duo l. ſi quis à ſocero. pro ſoc. l. prædia. de act. emp. cum ſimil.
p l. ſi penum. quãdo dies leg. l. j. de pen. leg. l. j. §. item ſi ita. ad leg. Falcid.
q l. ſtipulationes non verſ. Celſus.
r l. fin. de præt. ſtipul.
s l. ita ſtipulatus. in fi. ß. eod.
t l. ſi homo. ß. eod.
u Inſt. de in vtil. ſtip. in prin.

1 *Solutio alieno nomine promiſſa, incerta eſt.*
2 *Verbi Soluere, in textu poſiti, explicatio.*
8 *Promittens ſoluere pro alio, non poteſt ad certum conueniri.*

§. POSSVM [b]. ¶ Qui † promittit ſe nomine Titij debitoris mei ſoluturum mihi centum, dicitur incertum promittere: & ideo non, niſi in id, quod mea intereſt, conuenitur, vt quia Titius non ſit ſoluendo ei ſummæ, vel quia ſit difficilis & rixoſus, & (vt Veteres dicebant) tritico. F Sed quæ eſt ratio? videretur enim præciſè cogi poſſe, tanquam fideiuſſor [x]: quia ſicut Titius ad dandum tenetur, ita & ipſe dare debeat, vt verbum *Soluere*, cùm ad obligationem dandi refertur, per dationem intelligatur: quia † *Soluere*, eſt 2 id facere, quod quis promiſit [y]. Sed Accurſius reſpondet, ideo verbum *Soluere*, hîc ad dationem non referri, quia iuris interpretatione videtur hîc promiſſor ſpopondiſſe non ſe daturum, ſed facturum & curaturum, vt Titius det: quo caſu ſtipulatio hæc incerta eſt [z]. quem intellectum I. omnes, ceu diuinatoriũ, reſpuunt. Aliter † ergo a Bart.

b 1
x l. ij. in princ. l. ſi fideiuſſor. qui ſat. cog. l. ſicut reus. ß. de fideiuſ.
y l. ſolutionis. in fi. de verb. ſignif.
z l. illa. §. j. ß. eod.



Bart. nempe hanc ſtipulationem incertam eſſe, propter illa verba *Nomine Titij*, quæ videntur ſignificare eam promiſsionem fieri, tanquam à negotiorum geſtore Titij [a]. Vnde cùm promiſſor ſuo nomine non promittat, ſed alterius ſtipulatio non valet, niſi quatenus ſtipulatoris interſit [b]: nec etiam videri poteſt is promiſſor fideiubere; cùm fideiuſſor & pro ſua obligatione & pro principali ſuo ſoluere poſsit [c]. at hîc ſolùm pro principali ſoluere ex verbis ſtipulationis poteſt. ſequũturq; hãc interpretationẽ Imo. Pau. & Alex. Sed cęteri diſſentiunt. nõ enim quadrat verbis legis, quę manifeſtè differentiã cõſtituunt, an dictũ ſit te ſoluturum, an te daturum, nec videntur multum perpendere, an dictum ſit nomine Titij, an B pro Titio. Non etiam ſatis conuenit rationi. cur enim ſtipulator cenſeatur ita ſtipulatus debitoris ſui cauſa, tanquam à negotiorum geſtore potiùs, quàm ſua propria? vt ſibi magis conſultum eſſet [d]. quod negotium Titij iſte gerit, cùm Titius iam eſſet obligatus? cur dicemus non poſſe hunc promiſſorem pro ſua obligatione ſoluere, cùm ipſe ſe obligauerit? quid enim nominis Ti-III. tij adiectio obſtat? Aliter † ergo receptiore cal-4 culo Veteres, Din. Oldr. Pet. Iac. Alb. Bal. Angel. & Iaſ. ideo teneri hunc ad id, quod intereſt, quia 5 non dare, ſed facere promiſit. ſoluere † enim facti 6 eſt: & † ſolutionis verbo omnis liberatio, ſatisfactióve comprænhenditur: quæ voces ad factũ referuntur, incertumq; continent [f]. Aut ergo promiſit quis ſe daturum nomine Titij: & tenebitur præciſè, tanquam fideiuſſor [g], poteritq; hoc iure 7 etiam ante Titiũ conueniri [h]. Aut † promiſit nomine eius ſoluturum: & incertum promiſiſſe cẽ-D ſebitur, cõuenitq; hic intellectus optimè verbis Iuriſconſulti, qui manifeſtè ad factum hunc duntaxat obligatum ait. Sed obſtat illa ratio, quòd ſoluere eſt dare, cùm de obligatione dandi agitur, vt ſuprà eſt dictum. Nec reſpõſio Iaſonis, aut Imolæ vllius momenti eſt, dum fatentur id verum eſſe reſpectu principalis debitoris, non autem reſpectu iſtius noui promiſſoris, qui ſe ſoluturum promiſit. caſus enim ſeparant, rationem IIII. ſeparationis non inueniunt. Ego Bart. intellectum quadantenus verum arbitror. ſciendum E 8 † igitur eũ, qui dare promittit, quod Titius debet, cenſeri incertum promittere, & in id, quod intereſt, duntaxat condemnari [i], vt ſuprà vidimus. Idemque hîc dicitur de eo, qui promittit ſoluere (addo ego, vel dare, ex ſententia Barto.) nomine Titij. Cuius rei illa eſt ratio, quia talis ad certum conueniri non poteſt, cùm interim etiã pendente lite ſoluente Titio eatenus liberetur. quatenus ille ſoluerit [k], habetque ea promiſsio tacitam conditionem *Si, & quatenus Titius debebit*: F & ſicut ſtipulatio quòd tertio detur, eſt incerta [l], ita hæc, quòd tertij debitũ tibi detur. cùm enim omnino iam illud ſit debitum, non poteſt hæc promiſsio ſuſtineri, niſi quatenus ſtipulatoris interſit [m]. meritò ergo ad incertum duntaxat com-I. mittitur. A † qua concluſione excipiendi vi-9 dentur duo caſus. Primus, cùm talis promiſsio animo nouandi facta eſſet [n]: alter, cùm quis animo fideiubendi ſpopondiſſet. cùm enim fideiuſſor omne debitum fide ſua eſſe iubet [o], perinde ad certum tenetur, ac principalis [p], & principali aliquid ſoluente, in ea ſumma non liberatur, tanquam conditio promiſsionis ſuæ defecerit, vt in ſuprà ſcripto eſt caſu, ſed tanquam ipſe ſoluerit: quia ſolutio, quam principalis debitor facit, perinde iudicatur, ac ſi fideiuſſor ſoluiſſet [q]. Addunt alium caſum Doctor. cùm quis promiſit dare pro Titio, hunc enim præciſè teneri Bar. ſenſit, ſicq; ſecundã ſpeciẽ ſtipulationis hîc expreſſam interpretatur, à quo nec, qui Dini intellectũ ſequũtur hoc caſu diſcrepãt, vt diſsimilitudo inter has ſtipulationes, cuius Iuriſcõſultus meminit, ea dũtaxat ſit, quod prima ſpecies incerta eſt, ſecũda certa. Sed hic ſenſus, quamuis receptiſsimus, nõ B videtur mihi quadrare, quia Iuriſcõſultus primã ſpeciem vtiliter concipi dicẽdo, manifeſtè ſentit aliam eſſe inutilem. Aliter † ergo interpre- II. tatus eſt Accurſ. vt Iuriſconſultus de ſtipulatio- 10 ne loquatur, qua quis promittit illi ſe daturum. cùm enim ſtipulatio hæc alteri fiat, eſt nulla [r], ſicque ſolius puncti tranſpoſitione rem concinnat. Sed hunc ſenſum omnes reprobant, quia ſtipulatio alteri facta, ſi ſtipulantis interſit, ſuſti-C netur [s]: ideoque nulla eſſet in hac ſpecie à ſuperiore diſsimilitudo, quam tamen Iuriſconſultus diſsimilem eſſe ait. Raphael Accurſij inter- III. pretationem ſuſtinendo aliter verba legis exponit, exiſtimatque primam ſpeciem eſſe certam, hanc autem illi *Te daturum*, eſſe incertam, & committi, quatenus intereſt: verſiculumque *Sed ex ea*, ad huius ſecundæ interpretationem pertinere, ſicque *Ex ea*, pro *Ex hac*, intelligit [t], quæ expoſitio Latini ſermonis ductui repugnat. Ego † ab IV. D antiquorum codicum fide non recedo, in qui- 11 bus, ſicut & in Thuſcorum Pandectis ſcriptum eſt Non *te daturum*. vt vulgò habetur, ſed *Titium daturum*: quæ promiſsio facti alieni eſt, & ideo nulla, etiam ſi interſit, niſi quanti ea res eſſet, manifeſtè promiſſum proponeretur [u]. Non ergo hæc ſtipulatio *Titij nomine ſoluturum*, ſimilis illi eſt *Titio te daturum*: ſed illi potiùs, *Te facturum, vt Titius det* [x]. vtraq; enim facti proprij eſt, & ad id, quod intereſt, committitur. vnde in vtraque ſi Titio des, iſque mihi ſoluat, liberaberis. idemque E citra operam tuam Titius det, vt quia ſit locuples. nihil enim mea tunc intereſt, vt hîc dicitur [y]. Et ex his conſequens eſt, vt qui ſuprà ſcripto modo promittit, eiuſdẽ conditionis ſit, cuius is: qui indemnitatem promiſit, quem & ſubſidiariũ repromiſſorẽ vocari arbitror: & ideo ex natura cõtractus cõueniri non poſsit, niſi principali priùs excuſſo [z], etiã ſi renuntiaſſe omnibus fideiuſſorum beneficiis proponatur. quod Bar. cẽſuit, & cæteri probant [a]. Sed nos hæc alibi diffuſiùs.

a arg. l. fideicõmiſſa. §. interdũ de leg. iij.
b l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler. ß. eo.
c l. indebitũ. de cond. indeb.
d l. à Titio. ß. eo. l. 3. in fi. de lib. leg.
e l. furioſo. in fi. de cur. fur.
f d. l. ſolutionis. l. j. ß. qui ſatiſd. cog.
g l. ubi autem. §. ij. ß. eod.
h l. non rectè. C. de fideiuſ.
i d. l. ubi autẽ. uerſ. qui uerò à Titio.
k arg. l. ſi quis ſtipulatus. §. fi. ß. eod.
l l. liber homo. in fi. ß. eod.
m l. qui bis. ß. eod.
n arg. l. fi. §. fi. de nouat.
o l. & per iuſiurandum §. qui ita. ß. de acceptil.

L. 97. Si ita ſtipulatus. §. Si tibi nupſero,

¶ SI TIBI NVPSERO [a], DECEM DARE SPONDES? cauſa cognita denegandã actionẽ A puto: nec raro probabilis cauſa huius ſtipulatus eſt. Itẽ ſi vir à muliere eodẽ modo nõ in dotẽ ſtipulatus eſt.

p d. uerſ. qui uerò. in fi.
q Inſt. de mod. tol. oblig. in pri.
r l. ſtipulatio. §. alteri. ß. eo.
s d. l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler.
t Raph. Cu. hîc. in fi.
u d. l. ſtipulatio iſta. in princ. & §. alteri. uerſ. ergo ſi quis. Inſt.
y l. j. C. de conuen. fiſ. debit. lib. x.
a l. fin. in princ. ſi cer. pet. ubi dixi.

1 *Ratio, cur ſtipulatio, ſi mihi nupſeris, non valeat: eiuſdemque fallentiæ. 2.*
6 *Leges fauent matrimonio.*

§. SI TIBI NVPSERO [a]. ¶ Promiſsio a † ſub conditione *Si mihi nupſeris*, regulariter non 1 valet. Sed quænam eſt ratio? an, quia videtur cauſa libidinis facta [b]? quod non placet. nec enim inter coniuges id perpenditur. An, quia matrimonia debent eſſe libera [c]? ſed certè tali ſtipulatione libertas matrimonij non impeditur:

b l. fi. §. fi. ß. tit. j.
c l. Titia. ß. eod.

imò potiùs præmio incitatur mulier, quod prohibitum non videtur [a]. An ergo, quia hoc modo efficerẽtur matrimonia quodammodo venalia? quod bonis moribus conuenit [b]. ſicut enim non valeret talis promiſsio conſtante matrimonio, quia donationem induceret, ita & ſi in id tempus cõferatur [c]. Non debet tamen iudex actionem ſtatim denegare, ſed cognoſcere priùs, quæ ſtipulationis fuerit cau-
2 ſa. ſæpe † enim contingit, vt cauſa probabilis ſubſit, valeatque ſtipulatio: & ideo ſuprà ſcripta regula ſit limitan-
I. da. Quid † enim,
3 ſi maritus idcirco promiſerit, quia voluerit propter nuptias donationem vxori facere? nec enim dubium eſt licito iure id fieri [d]. ſicut & dotis augendæ cauſa poteſt talis promiſsio valere, niſi quod creditoribus non nocet, ſecũdum tamen nouellæ conſtitutionis diſtinctionem [e].
II. Quid item, ſi iam receptis arrhis fiat promiſſio, quas mulier ſibi reſtitui ſecutis nuptiis ſtipuletur? certum eſt (vt inquit Accurſius) & hoc
III. caſu valere contractum [f]. Fortiùs † ego cenſeo,
4 omnibus caſibus, quibus iure ſpeciali donationes inter virum & vxorem confirmantur, hanc quoq; promiſsionem confirmari debere. quod eo exemplo aliqui hîc oſtendũt, cùm ſenex puel-
IIII. læ, ignobilis vir nobili vxori promittit. qua de re ſuprà [g]. Vnde conſequẽs eſt, vt talis ſtipulatio, ſi iurata ſit, valeat [h]. cùm receptior ſit ſententia, inter virum & vxorem donationes iureiuran-
V. do confirmari [i]. Qua ratione & tum valebit, cùm ex cauſa non omnino lucratiua fieret, velut ſi inducendæ pacis gratia nuptiæ tractaren-
VI. tur [k]. Nam & receptum eſt, ſi tranſactionis cauſa, vt matrimonium concilietur, alter coniugum alteri pecuniam dederit, valere contractum [l], cùm tranſactionis titulus lucratiuus
VII. non ſit. Vnde generaliter Iac. Oldr. Alber. cæterique hîc tradiderunt, huic legi locum non eſſe, cùm ex neceſsitate præcedentis conuentionis
VIII. fieret talis promiſsio [m]. Nam † & infrà dicitur,
5 valere obligationem, qua maritus vxori pœnam promittit, ſi concubinæ conſuetudinem repeteret [n]. cenſetur enim in iniuriæ cõpẽſationem facta promiſsio, quam maritus facit, cùm fundum alienum (vt inquit Plautus) arat, ſuum in-
IX. cultum deſerit. Sed quid, ſi non pecuniam, ſed veſtem aliquã pretioſam, monilia, armillas, idq; genus mundi muliebris promiſſum proponeretur? & negaret Cato Cenſorius defendẽdam obligationem, vt eſt apud Titum Liuium libro XXXIIII. ſubeſt enim adhuc ratio matrimonij venalis. Sed tamen contrarium videtur verius, cùm hoc ad honorem quoq; ſuum pertineat [o]. Valebit igitur promiſsio, quatenus talis rei do-
X. natio inter coniuges prohibita non ſit [p]. Illud conſtat, legi noſtræ locum eſſe, cùm promiſsio ab altero coniugum facta ſit. Quod ſi ab extraneo facta proponatur, certo certiùs eſt valere [q]. Quod arbitror procedere, etiam ſi ille extraneus pro ea promitteret, cum qua fortè conſueuiſſet. nihil enim obſtat, quin donare eam poſſit [r]. Addit Raph. & Alex. tametſi talis promiſ-
XI. ſio in caſum noui matrimonij non valeat, tunc tamen valere, ſi diuertenti mulieri facta ſit, vt reuertatur [s]. fauet
6 † enim legiſlator inſtaurationi matrimoniorũ, optatq; amiſſã gratiã ſarciri.

a l. Titio §. j. de cond. & demõ.
b l. j. & ij. ff. de do. inter uir.
c l. quod ſponſæ. C. de do. ante nup.
d l. ſi conſtante. C. de don. ante nup.
e ... aliud in au... n. de æqual. dot.
f l. fi. C. de ſponſ.
g l. ſi diuortio. ff. eod. ... ue illis. de ... appoſ.
h ... l. pacta, ... contra. C. de pactis.
i l. c. ij. de deſp. impub. gl. l. creditor. §. j. mand.
l l. fi. ubi Bart. C. de tranſact.
m l. j. C. de donat. ante nupt. ubi Iac. & Alb.
n l. ex ea §. j. ff. eod. c. & ſi neceſſe. extra, de donat. inter uir.
o l. ſi uſusfructus. ad leg. Falcid. ubi not.
p l. ſi uir uxoris. de donat. inter. uir. Bar. l. fi. §. j. ſol. matri.
q l. j. C. de inſtit. & ſubſtit. l. uter. C. de cõd. inſtit.
r d. l. creditor §. j.
s l. uir mulieri. de do. inter uir.

MARCELLVS *libro 20. Digeſtorum.*

LEX XCVIII.

A EXiſtimo *a* poſſe id quod meum eſt, ſub cõditione ſtipulari; item viam ſtipulari ad fundum poſſe, quanquã interim fundus non ſit meus: aut ſi hoc verum non eſt, & alienum fundũ ſub conditione ſtipulatus fuero, iſque ex lucratiua cauſa meus eſſe cœperit: confeſtim perimetur ſtipulatio. & ſi fundi dominus ſub conditione viam ſtipulatus fuerit, ſtatim fundo alienato euaneſcit ſtipulatio: & maximè ſecũdum illorũ opinionẽ, qui
B etiã ea quę rectè conſtituerint, reſolui putãt, cùm in eũ caſum reciderunt, à quo nõ potuiſſent cõſiſtere.

LEX XCVIII.

1 *Stipulatoris intereſſe conſideratur tẽpore euenientis cõditionis: eiúſque declaratio.* 2, 3.
4 *Vſusfructus ſine perſona non conſiſtit.*
6 *Subauditiones non temerè inducẽdæ.*

C EXISTIMO *a.* ¶ Sufficit, vt † ſtipulatio conditionalis valeat, ſi euenientis conditionis tempore ſtipulatoris interſit, licet tempore contractus non intereſſet [t]: idque Marcellus hîc quatuor exemplis oſtendit, duobus expreſsis, poſterioribus tacitis per abſurdi inductionem. Cui † concluſioni obſtant duæ regulæ. Prima, quòd in ſtipulationibus conditionalibus ad tempus contractus attendimus [u], quia conditio trahitur retrò. Sed reſponde, non retrotrahi, quando vitiaretur, vt in caſu noſtro. non enim fictio retrotractionis præualere veri-
D tati debet, quoties veritas pro valore actus, fictio ad infirmandum eſſet [x]. Secunda, ſi † ſtipulatio 3
à principio tenet, & ad caſum deueniat, à quo non poſsit incipere. infirmatur [y] ergo eadẽ ratione: ex poſt facto ſuſtineri non debet, ſi à principio fuit nulla [z], cùm ſoleat vulgò dici, eadem eſſe contrariorum diſciplinam [a], & quæ perimunt contracta, multò magis contrahenda [b]. Sed reſponde, cùm ſtipulatio ſub conditione contrahitur, principium eius non à tempore
E contractus, ſed ab euentu conditionis cenſeri, vt actus valeat, nullumque (vt ſuprà dixi) retrò fieri tractum, & ideo non attendi, quòd tempore contractus non intereſſet. Sed aduerſus hanc reſolutionem illud adducitur, quòd ſtipulatio, quæ ex tempore contractus vires non capit, nec ſuſtineri quidem debet conditionis auxilio. vnde ſeruus hæreditarius vſumfructum nec ſub conditione quidem vtiliter ſtipula-
F tur [c]. Sed reſpondendum eſt in caſu noſtro ſtipulationem eſſe nullam, quia non intereſt ſtipulatoris, vt rem ſuam ſtipuletur. quæ ratio ceſſat in contractu conditionali. At quoties, quæ cauſæ contractui puro reſiſtit, eadem & conditionali reſiſteret, tunc neutrum valeret, vt in propoſita ſpecie, cùm ſeruus hæreditarius vſumfructum ſtipulatur. cùm † enim vſusfructus ſit 4
perſonalis ſeruitus, non poteſt abſque perſona conſiſtere, nec aliquo modo in ſtipulationem deduci, ſeu purè, ſeu conditionaliter deducatur [d]. Apparet † ergo maius eſſe vitium, 5
quod

t l. ſtipulatio. §. alteri. ff. eo. ubi dixi.
u l. filiusfamilias. ff. eo.
x arg. l. ſi pater. de adop.
y l. pe. §. fi. ff. eo.
z l. quæ ab initio. ff. de reg. iur.
a l. inter. §. ſacram. ff. eo.
b l. patre furioſo de his, qui ſunt ſui.
c l. uſusfructus. de ſtip. ſer.
d dixi ff. l. ſi re.



quod ex perſona, ceu ex cauſa efficiente, inducitur, quàm quod ex eo inducitur, quia non interſit. id enim extrinſecus duntaxat ad ſtipulatio-
6 nis valorem pertinet. Sed † quid, ſi ſtipulatio ſimpliciter contracta eſt, an conditionem ſubaudiemus, vt actus ſecundum eius euentum ſaltem valeat? & conſtat regulariter non ſubaudire [a]. non enim temerè huiuſmodi ſubauditiones inducendæ ſunt. Quod intelligit Imola procedere, cùm qui dominus eſt, rem ſuam ſtipulatur. nõ enim hoc caſu ex eo tantùm capite ſtipulatio eſt nulla, quia non interſit, ſed etiam quia impoſsibilis quodammodo eſt: quia quod meum eſt, amplius fieri meum non poteſt [b]. At vbi ex eo duntaxat eſt nulla, quia non interſit, probabiliter dici poteſt ſubaudiri quandoque conditionem, vt in ſecundo legis noſtræ exemplo, cùm quis viã ad fundum ſtipulatur, qui non ſit ſuus, vt actus valeat, debet fieri interpretatio, ſtipulatum videri, cùm erit ſuus: probaturque hæc ſententia etiam legis noſtræ verbis. nec enim hoc in exemplo vlla eſt cõ-
7 ditionis mẽtio. Nec me mouet, quòd † dictio *Item*, repetitiua ſit, & ideo conditionem, de qua in ſuperiore exemplo, repetere videatur [c]: quod Iac.
8 Oldra. Alber. & Alexan exiſtimarunt, quia † cùm clauſula imperfecta ſit, & ad verbum *Exiſtimo*, referatur, illud duntaxat cum verbi ipſius qualitatibus repetit [d]: at conditio hîc non pro qualitate verbi *Exiſtimo*, ponitur, ſed verbi *Stipulari*. Suadet & hoc ratio. nam ſtipulatio, quæ ex eo duntaxat eſt nulla, quia non intereſt, naturalem ſaltem obligationem parit [e]. Vnde cum à principio nõ ſit omnino nulla [f], debet confirmari, ſi incipiat ex poſtfacto intereſſe.

a l. ſi rem meã.
b l. iij. §. ex pluribus. de acqui. poſſeſ.
c l. in repetẽdis. de leg. iij.
d l. j. ubi Bar. & Paul. ff. de publica.
e d. §. alteri. ubi dixi.
f gl. l. j. in cõmu. præd.

A ¶ Ex hac ſtipulatione, *a* INSVLAM FVLCIRI SPONDES? quãdo naſcatur actio, quæritur. Et vtique non eſt expectãdum vt ruat. Nec enim nihil ſtipulatoris intereſt, fultã potiùs eſſe, quàm non
B eſſe: nec tamen rectè agetur, ſi nondũ præterierit temporis tãtum, quo fulcire potuerit redemptor.

1 *Promiſſa fultione agi ante ruinam poteſt.*
2 *Quomodo ſtipulatoris interſit ante ruinã fulciri inſulã.*

a §. EX HAC STIPVLATIONE *a.* ¶ Qui
1 † promiſerat fulcire, id eſt inſulæ ruinam minanti ſubſidium adferre [g], ceſſauit per longum tempus, deinde conuentus vt fulciret, excipiebat, quòd ſtipulator adhuc agere nõ poſſet, quia ſua adhuc non intererat, cùm in eodem ſtatu eſſet inſula, nec interim corruiſſet: reſpondit Iuriſconſultus, hanc exceptionem non eſſe admittendam, quia imò interfuit ſtipulatoris eſſe fultam: & ideo finito tempore quo fulciri potuit,
2 ſi id factum non ſit, confeſtim agetur. Qua † in re in primis videndum eſt, quomodo interſit
I. hoc caſu ſtipulatoris. Et quidam dicebant intereſſe, quia interim nemo inhabitare volebat. qui ſenſus legem reſtringit. quid enim, ſi de fulcienda aliqua parte ageretur, quæ habitatoribus
II. impedimento non eſſet [h]? Alij intereſſe dicebant, quia ſi expectatum eſſet, donec inſula corrueret, liberatus foret promiſſor, qui non totam reficere, ſed fulcire duntaxat ſpopondiſſet. vnde res ad impoſsibile deduceretur [i]. Sed hoc friuolum eſt. cùm enim negligentia promiſſoris fulturam tardantis id contingeret, ipſe id damnũ præſtare teneretur [k]. Verius
III. † eſt ergo, ſemper
3 intereſſe ſtipulatoris, vt fiat, quod cõuentum eſt, ſiue impenſa talis neceſſaria, aut vtilis, ſiue etiam voluptaria eſſet [l]: & cùm ita conuentum ſit, non eſt vlteriùs quærenda cauſa, quia in re ſua ſufficit pro ratione voluntas [m]. Quod tamen intelligendum, cùm ea res in æſtimationem deduci poteſt. aliàs enim nũquam committitur ſtipulatio, niſi pecuniariter interſit. Sed quæ eſt ratio, vt eatenus ex-
C pectetur, donec fulciri inſula potuerit, & non prius? & reſpondent Doct. etiam priùs conueniri poſſe, ſed non ad omne, quod intereſt, verum eo fine, vt particularis illa & temporaria commoditas in iudicium veniat. quæ interpretatio legem noſtram violat, & ideo eam ſuprà nõ ſum ſecutus [n]. Generaliter † ergo cenſendum eſt, nõ 4.
priùs oriri actionem, quàm perfici res potuerit: quia talis dies ex natura rei ſtipulationi ineſt, quæ impedit actionem citiùs oriri. Sed hæc ſu-
D prà latiùs [o].

g l. j. §. ſi quis ædificiũ. de oper. no. nunt.
h l. habitatores. locat.
i l. ſi ſub una. in fi. j. eo.
k l. ſi ita. ij. ff. eo.
l l. impenſæ. de uerb. ſig.
m l. quia poterat. ad Treb.
n l. ſtipulationes non. §. fi. ff. eod
o d. l. ſi ita. ij. de §. fin.

CELSVS *libro 38. Digeſtorum.*

LEX XCIX.

L. 99. Quicqd aſtringendæ.

A QVicquid *b* aſtringendæ obligationis eſt, id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intelligendũ eſt: ac ferè ſecũdũ promiſſorẽ in-
B terpretamur: quia ſtipulatori liberũ fuit verba latè cõcipere: nec rurſum promiſſor ferẽdus eſt, ſi eius intererit, de certis potiùs vaſis fortè, aut hominibus actum.

LEX XCIX.

1 *Interpretatio interdum pro promiſſore fit.*
2 *Enumerati & reiecti varij Doctorum ſuper hac l. caſus.*

QVICQVID *b.* ¶ Promiſeras † mihi te daturum quatuor pocula ar- b 1
gentea certi põderis: ea petebam mihi dari, aiebamq; actum fuiſſe, vt pretioſiſsima cęlatura eſſent, qua-
E lia Mentoris, aut alterius ſummi artificis, adeò vt ars materiã vinceret: id tu negabas: traditur † hîc, 2
cùm expreſsim non appareat, qua arte facta eſſe deberent, pro omiſſo habendum, & ſecundum promiſſorem interpretandũ, vt liberetur ea dãdo, quæ modicæ artis ſint. Sed quid, ſi promiſſor certa vaſa dare velit, quæ ipſe habeat nullius prorſus artificij, argentiq; non puri? & non poſſe reſponſum eſt. Sicq; † ego congruentiùs fingi fa- 3
cti ſpeciem hac in lege arbitror, quàm Accurſius
F & cæteri fecerint: apud quos vel ſex modis caſus in priore parte conſtituitur: Aiunt enim in I.
ea probari, obſcuritatem nimiam facere, vt ſtipulatio ſit nulla, & quæ dicta ſunt, pro omiſsis habeantur: vt cùm quis à Dialectico ſtipulatur brocarda ſua, obſcurum eſt, an argumenta, rationeſque omnes argumentandi ab eo deſcriptas ſtipuletur, qualia ſunt Azonis, aut Pilei brocardica: an de modo illo Syllogiſmi intelligat, qui ſub nomine ἱκανὸς ab Ariſtotele in Prioribus analiticis deſcribitur, quem iſti logici, quòd ipſi

II. ſint ἐγκάρδιοι bocardum vocant. Alia eſt ſpecies,
cùm quis fundum generaliter ſtipulatur, nec fi-
nibus adiectis, nec menſura, aut nomine. nec e-
nim tunc valet ſtipulatio, idque propter incer-
titudinem: quia palàm non eſt expreſſum, quem
fundum dari con-
III. ueniat [a]. Alia eſt
eiuſdẽ farinæ, cùm
quis triticum gene-
raliter ſtipulatur.
qua de re ſuprà [b].
IIII. Adiicit Bar. quan-
do ſtipulatio eſt
nulla, quia verbis
vſus ſit ſtipulator
nõ intelligibilibus.
nec enim dubium eſt, ſi obſcuritas hæc ad ſub-
ſtantiam pertineat, infirmari actum [c]. Sed his po-
ſitionibus verba legis non conueniunt, quæ de
eo loquantur, quod obligationi adiiciendum
expreſsim fuit eius reſtringendæ cauſa, at in his
caſibus ipſamet principalis obligatio obſcura
V. fuit. Multoq; minùs alia ſpecies, quam Ia-
ſon adducit, quadrat, cùm quis ſtipulatur fun-
dum dari intra certos limites [d]. illi enim limites
obligationem adſtringunt aduerſus ſtipulato-
rem. at Iuriſconſultus loquitur, quando adſtri-
ctio pro ſtipulatore erat, & promiſſorem magis
arctabat. Qua ratione & eius ſecundum exem-
plum confutatur, cùm ſtipulatori ſimpliciter de
omnibus ſeruis roganti reſponſum eſt, omnes
promitti, vno excepto, hoc (inquit ille) verbum
*Vno excepto*, emanauit aſtringendæ obligationis
cauſa: atqui non aſtringendæ, ſed potiùs laxio-
rem faciendi obligationem cauſa: minus enim
arctatur promiſſor, qui vnum ſibi reſeruauit. A-
VI. lia quoque ſpecies ex Accurſij ipſius ſententia
adducitur, cùm inter partes actum tacitè fuit, vt
ſequenti in cõuentione ſtipulationem appone-
rent, deinde eam non appoſuerunt, non tamen
habetur pro appoſita: quæ hypotheſis defendi
poteſt. Nec obſtat, quòd in lege ſcribitur, *Quic-
quid dictum eſt*: at hîc fuit omiſſum. reſpondeo, ac-
cipiendum eſt *Dictum*, non ſimpliciter pro *Dicen-
dum*, ſed figuratè κατὰ προλάθειαν ab effectu [e]. quod
alibi declaraui, quamuis in caſtigatis codicibus
hæc vox *Dictum*, non inueniatur, &, vt puto, re-
ctiùs. Reſpondent tamen aliter Angelus, Imola,
Aretinus, vltimamque hanc poſitionẽ ampliãt,
vt ei locus ſit, etiam ſi in contractu partes dixe-
rint, vt ſtipulatio pro appoſita habeatur. hoc e-
nim *Dictum*, pro non adiecto eſt, niſi expreſsim
verbis aptis concepta ſit ſtipulatio. non enim
poſſunt contrahentes pacto ſuo formæ contra-
3 ctus renuntiare [f]. Hincque † inferunt, vt quoties
lex, vel ſtatutum aliquid expreſsim vel dici, vel
ſcribi velit, nõ ſufficiat, ſi notarius ſub inuolucro
dictionis *& cætera*, deſcripſerit [g]. Finge ergo: iu-
bet lex, vt ceſsiones non fiant niſi accedente iu-
ramento & clauſula doli mali: notarius interro-
gauit partes, *Facitiſne hanc ceſsionem in omnibus, & per
omnia ſecundum formam ſtatutorum? facimus.* non ſuffi-
cit, niſi expreſsim iurauerint, & doli clauſulam
adiecerint. Putârim tamen, ſi in notarij inſtru-
mento ſit ſcriptum, ceſsiſſe eos ſecundum for-
mam ſtatutorum, ſatis vi horum verborum pro-
bari, & iuramentum & clauſulam doli acceſsiſſe
expreſsim [h]: & ideo ei, qui hoc negat, onus pro-
bandi incumbere, vt oſtendat inſtrumenti fidẽ
vacillare [i]. Sanè quod hîc Bart. attigit, an ca-
ſus omiſſus pro expreſſo habendus ſit, diffuſiùs
eſt, quàm vt hoc loco commodè explicari poſ-
ſit. Ego hac de re integros libros, qui De verbo-
rum ſignificatione, inſcribũtur, compoſui, quo-
rum tertio maximè hanc materiam ſum execu-
tus. Quando verò
pro promiſſore fie-
ri debeat aduerſus
ſtipulatorem inter-
pretatio, ſuprà latè
explicui [k]. At quo-
modo declaratio
amplius, quàm ſe-
mel fieri nõ poſsit,
in electione verò va
rari quandoq; poſ-
ſit, etiam ſuprà attigi, & infrà quoque commo-
diore loco referam [l].

a l. cũ poſt. §. gener. ff. de iur. dot.
b l. triticum. ff. eo.
c l. ij. ff. de his, quę p nõ ſcrip. l. ſed cũ patrono. §. fi. de bon. poſſeſ.
d l. forma. de cenſib.
e l. fugitiuus. de uerb. ſig.
f l. nemo poteſt. de leg. j. dixi l. pe. C. de pact.
g l. contractus. C. de fide inſt. Doct. l. Gallus. §. idem credendum. de lib. & poſthu.
h l. ſciendum. ff. eo.
i l. j. §. fi. quemad. teſt. ap. ibi Bart.
k l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ff. eo.
l l. qui ex pluribus. ſ. eod.

¶ Si ſtipulatus [a] hoc modo fuero, SI INTRA BIENNIVM CAPITOLIVM NON ASCENDERIS, DARI? non niſi præterito biennio A recté petam. Nam etſi ambigua verba ſunt, ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuit te Capitolium non aſcendiſſe.

1 *Stipulatio non niſi lapſo die committitur.*
B
2 *An in legis diſpoſitione attendenda dies.*
4 *Monitio quando neceſſaria.*

§. SI STIPVLATVS *a*. ¶ In † conditione a
negatiua dies adiecta expectatur, nec niſi eo la- 1
pſo committitur ſtipulatio, quia tum demum
certum eſt immutabiliter eam eueniſſe. qua de
re ſuprà diffusè diſputaui [m]. Sed nunquid idem
ſit in diſpoſitione legali? & videretur nõ eſſe idẽ.
vnde conſtitutio, quæ matrem à filij pupilli ſuc-
C ceſsione reiicit, ſi intra annum tutorem ei non
petierit [n], habet locum, etiam ſi confeſtim non
petierit, cùm primùm potuit [o]. Sed † tamen 2
credendum eſt idem quoque in diſpoſitione le-
gis eſſe [p], vt in ea quoque ad diem immutabilẽ
attendamus, qualis eſt in ſuprà ſcripto caſu an-
nus [q]. Quod ſi dies ſit talis, vt adhuc purgatio
moræ concedatur, & de caſu agatur, quo ea pur-
gari poſsit, ad illum diem non attendamus, ſed
immutabilem expectemus [r]. Sed † quid, ſi dies 3
D nullus ſit adiectus? & conſtat aliter in contracti-
bus, aliter in diſpoſitionibus legum tunc reſpon
deri. in contractibus enim tempus, quo res am-
plius fieri non poſsit, id eſt mors, expectatur [s],
qui antè non cedit dies: & quod in conditione
poſitum eſt, ad diſpoſitionem non pertinet [t], &
poteſt quis arbitratu ſuo differre, ne conditio-
nem impleat [u]: at in diſpoſitione legali aliud
eſt. quamuis enim lex conditionaliter loquatur,
cùm tamen pœnam ſubiiciat, tacitè iubet, vt ca-
E ueatur, ne illud fiat, quæ tacita legis iuſsio per-
inde, ac expreſſa, ſtatim obligat [x]. Vnde lex, quæ
hæredes ſi inultã defuncti mortem reliquerint,
ceu indignos reiicit, cenſetur iubere, vt confe-
ſtim cùm primùm poſſent, accuſent, aliàs pœna
committitur [y]. Sed nunquid ſaltem prædicto
caſu neceſſaria erit monitio? & celebre eſt Inno-
centij dictum [z], quoties † pœna à iure propter 4
negligentiam, ſeu ceſſationem imponitur, ſem-
per monitionem requiri [a]. Nec refert tali caſu,
an à diſpoſitione legis incipiat [b], an à cõditione,
F cùm ſemper ex adiectione pœna arguatur tacita
diſpoſitio, ſeu præceptum, vt fiat, ne ceſſator in
pœnam incidat. Fortiùs dicendum videtur, ſi
hoc agatur, vt quis incontinenti in pœnam citra
moræ purgationem incidat, neceſſariam eſſe i-
teratam admonitionem [c]. Excipiuntur † tamen 5
à ſuprà ſcripta cõcluſione aliquot caſus. Primus,
quãdo lex iubet fieri aliquid propter vtilitatem
publicam principaliter, lucrumq; cum illa qua-
litate deferr, vt illud fiat [d], non enim poteſt tunc
quis

m l. ueluti. §. ſi. ff. eod.
n l. ſciant. C. de leg. her. §. fi. Inſt. ad Tertyl.
o l. iij. ff. de pet. tut.
p c. licet canon. §. j. de elect. in 6. Bald. l. ij. C. de ſponſ. Ancha. conſ. lxiij. in fi.
q l. matres. C. ad Tert. ubi Baldus.
r l. ij. §. cõfeſtim. ad Tertul.
s l. ita ſtipulatus. ſ. eo. §. ſi qs ita. Inſt. eo.
t l. ex facto. de hæret. inſt.
u l. cũ ab eo. de cont. emp.
x l. non dubiũ. C. de legib. c. ſi. de reg. iur. in 6.
y l. j. C. de his, quib. ut indig. ubi gl. ij.
z Innoc. c. extirpandæ. §. quia uerò. de præb. Alex. d. l. ita ſtipulatus. j. not.
a c. ex parte. cũ ſeq. de cler. non reſid. l. ſi ex legati. ff. eod.
b §. ſi quis aũt non implens. in auth. de hær. & Fal. & in auth. de eccleſ. tit. §. ſin autem quis hoc facere.
c gl. d. §. ſi quis autem.
d gl. Bart d. l. j. C. de his, quib. ut indig.



quis lucrum obtinere, niſi & qualitatem obſer-
uauerit [a]. Vnde hæres, qui ſuprà ſcripto in caſu
non vlciſcitur mortem defuncti, confeſtim pri-
uatur: & mater, quæ non petierit tutores: vtrun-
que enim principaliter fauore publico inductũ
eſt [b], qui irregularẽ
moram citra inter-
pellationem produ
cit [c]. Qua ratione ef
ficitur, vt ſecus ſit, ſi
de priuato commo
do principaliter tra
ctaretur [d], vel ſi ea
qualitas lucro ipſi
non cohæreret [e], vel
ſi de pœna aliqua
non ageretur. Vnde
6 aiunt Pontificij, cenſeri † epiſcopum negligentẽ,
ſi cùm primùm poteſt, iura eccleſiæ ſuæ non de-
fendat, nec aliam requiri monitionem, cùm non
hoc agitur, vt ipſe in pœnam incidat [f]. Alius eſt
caſus, cùm quid iure communi præceptum eſt,
& deinde noua ſynodica conſtitutione idẽ præ-
7 cipitur, idq; diſpoſitiuè. videtur † enim noua hæc
conſtitutio loco monitionis eſſe, & ideò non eſ-
ſent indeuoti vlteriùs admonẽdi, quod ex facto
Federicus reſpondit [g], & Alexander, Felinuſque
probant. Tertius, ab iiſdem refertur caſus, vt
in foro conſcientiæ non ſit neceſſaria hæc admo
nitio. omnia enim videt oculus iuſtitiæ, vt in
8 prouerbiali eſt carmine. Addit alium Dec. vt † in
manifeſtis & liquidis talis monitio nõ ſit neceſ-
ſaria. quæ res nullã habet dubitationẽ [h]. Illud cõ-
miſſor quandocunq; vſq; ad ſolutionem variare [u]: quod tamen in legatis non eſt, quia ſemel facta electione executionem ſecum trahunt [x], vt
C infrà videbimus. Sed ſuprà ſcriptæ concluſioni obſtat, quod non videtur licita variatio. facultas enim declarãdi eſt inuariabilis [y]. aliud enim in electione eſt, aliud in declaratione, electio in mera voluntate cõſiſtit, & ideo mutare quis voluntatem poteſt: declaratio id interpretatur, quod à principio actũ eſt, quòd profectò vnum fuit: vnde varians ſe ſuſpectum redderet [z]. cùm ergo promiſſor declaret, de quo fundo Seiano ſenſerit, non videtur admittẽda pœnitentia. cui argu-
D mẽto dant manus Raph. & Caſt. & Are. & Iaſ. ſequũturq; duntaxat primũ, quẽ retuli intellectũ: Imo. verò hæret, Alexanderq; diſtinguit. Ego ſuprà cenſui, vt ſtipulatio valeat, nõ fieri interpretationem, tanquam contrahẽtes de certa ſpecie ſenſerint: & ideo electionẽ, non declarationem hãc eſſe. Vnde & in vltimis voluntatibus electio hæc vocatur, licet prætextu declarationis fiat, & ideo id ius ad hæredem pertinet [a], cùm ſi eſſet
E mera electio, non hæredi ſed legatario hoc incumberet [c]. Rurſus obiicitur non videri huiuſmodi variationẽ concedendã, quouſq; ſoluatur: quia quotieſcunque lex variationem permittit, non tamẽ amplius, quã ſemel, fieri eam ſinit [c]. vnde † & poſitio nõ niſi ſemel reuocari poteſt [d]: 5
& grauatus ad rurſus emendum, non intelligitur, niſi ſemel grauatus [e], & † emendatio libelli 6
non niſi ſemel conceditur [f]. quod & in diffinitiuæ ſententiæ interpretatione receptum eſt [g],
F ſimilibuſque aliis caſibus, quos hîc accumulare non expedit. Sed reſpondendum eſt, hæc exempla parum ad rem facere: quia in declaratione procedunt & in aliis caſibus loquuntur, quàm in electione, quæ reo conceſſa ſit.

q l.quod in rerũ.§.pe.de leg.j. cum gl.
r d.l.legato generaliter.
s Bart. Ang. Imo.Raph. Pau. d. l.ita ſtipulatus.
t gl.l.quoties in ſtipulationib. in gl.fi.ſ.eod.
u l.eum, qui.§. fi.ſ.eo. ubi dicã.
x l.apud Aufidium.de opt. leg.
y gl.l.quicqd. ſ.eod.
z c.præterea.de teſt.cog.
a d.l.ſi quis à filio.§.pe.
b l.qui duos.eo. tit.dixi l.ſi ſic ſtipulatus fuero, per te.ſ.eo.
c l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.cred.
d Bar.l.poſt legatũ.ſ.de his, quib.ut indig.
e l.fideicõmiſſa.§.ſi quis decem.de leg.iij.
f l.fi.C.de codicil.
g Doct.l.inter ſtipulantem.§. j.ſ.eo.

LEX CVII.

2 *Explicata ratio dubitandi in textu.*
3 *Feudum ſub certa penſione non conceditur.*
4 *Conditionalia non diſponunt.*
5 *Forma emancipandi vetus.*

VTRVM

IABOLENVS *libro* 8. *Epiſtolarum*.

LEX CVII.

VTrùm *a* turpem talem ſtipulationem putes, an non, quæro: Pater naturalis filium quem Titius habebat, in adoptionem, hæredem inſtituit, ſi patria poteſtate eſſet liberatus. Pater eum adoptiuū non aliàs emācipare voluit, quàm ſi ei dediſſet à quo ſtipularetur, certam ſummā, ſi eum manu miſiſſet *b*. poſt emancipationem adit hæreditatem filius. A petit nunc pecuniam pater ex ſtipulatione ſuprà relata. Reſpondit: non putò turpē eſſe cauſam ſtipulationis, vtpote cùm aliter filium emancipaturus non B fuerit. nec poteſt videri iniuſta cauſa ſtipulationis, ſi aliquid adoptiuus pater habere voluerit, propter quod à filio poſt emancipationem magis cu- C raretur.

a 1 VTRVM *a*. ¶ Promiſsio † ergo pro aliquo emancipando facta valet, iuſtaq; hæc ſtipulationis cauſa eſſe
I. cenſetur. Sed † quænam potuit
2 eſſe dubitandi ratio? an qa ſicut (vt ego ſentio) adoptio fieri pretio nō debet, ſed ex ſanctiſsima affectione duntaxat [a], iuſtaq; cauſa, ita nec eius diſſolutio, quæ emancipatione fit. Vnde videmus patrem, qui pecuniā emācipationis cauſa recepit, à bonorum poſſeſsione cō tra tabulas repelli [b]. Quo exemplo ſunt, qui tradant, ſi
3 † fundum clienti nō gratuitò ſecundum naturam ſuam [c], ſed ſub certa penſione, vel certo pretio cōceſſum ſit, non teneri eum ad iuramentum fidelitatis [d]. quod Alexander poſt Veteres tradidit.
II. An, (quod Iaſon arbitratur) quia ſicut grauari quis non poteſt, vt filium emancipet, quia patria poteſtas inæſtimabilis eſt [e], ita nec ei promitti debuit poſſe pecunia, tanquam hæc functionem ſimul nullam recipiant? quod mihi non ſatis placet. nec enim in caſu noſtro adoptiui patris vllum eſt grauamen, cùm ſolùm pecunia poſita ſit in conditione, conſtetq; non grauari patrem, vt cō-
4 ditionem adimpleat [f]. quia † quæ in conditione ſunt, non ideo vim diſpoſitionis habent [g], licet ſi pecuniam recepiſſet, officio iudicis expromiſſori conſuleretur, vt emanciparet: quod hîc plerique tradiderunt [h]. Sed ego in vltimarum voluntatum executione id admitti fateor: in cōtractibus non memini me legiſſe patrem cogi, vt emancipet: & ideo in id, quod intereſt, ſolùm agi ab eo arbitror, cui hoc promiſſum ſit. [i] Quòd ſi non promiſſum, ſed in conditione duntaxat id poſitum fuerit, conditio pecuniam tanquam
III. cauſa non ſecuta [k]. An ergo vulgaris ratio dubitandi probabilior eſt? nempe patrem per emancipationem liberari à multis oneribus, quæ & in cura liberorum incumbunt, educationis, inſtructionis, communionis, & ſi qua ſimilia? & ideo debere potiùs eum filio à ſe diſcedenti aliquid dare, vnde viuat, & ſe toleret, quàm accipere: quod lege Longobardica cautum eſt, hodieque in Italia ex tabellionum formula vbique fieri conſtat. Sed & hæc ratio non ſatis placet, quia iure communi aliud eſt. pater enim ipſe præmium emancipationis recipit, non autem dat [l]. Sed pone, pater in ipſa emancipatione donat filio, & addit ex vulgari formula, ſe donare in præmium emancipationis, an hæc donatio erit ſimplex, an ob cauſam? & Bartolus cenſuit eſſe ſimplicem [m], quia donare non tenebatur, ſod potiùs ipſe propter patriæ poteſtatis amiſsionem vice mutua aliquid recipere debuit. Quam ſententiam, ceu receptiorem, & ego ſequor, quoties tali emancipatione pater nihil lucri facit: quòd ſi filij educatione exoneratur, vel alio incommodo, apparet eum pluris feciſſe illud incommodum, quàm poteſtatis vtilitatē, & ideo [illegible] arbitraretur tali caſu à verbis recedendū, & propriè donationem ob cauſam cēſeri, quod Nicol. [n] cēſuit, diſputauit [o] Oldra. & ex facto Alexan. reſpondit. quid enim, ſi filius aliter emācipationi cōſenſurus non erat? Et hæc quidem dubitandi rationes eſſe potuerunt: decidendi verò illa maxima eſt, quòd lex non arbitratur iniquum eſſe, ſi pater aliquid habere voluit, propter quod à filio poſt emancipationem magis curaretur. nam & ſperans filius fore, vt ea ſumma ſibi poſt mortem patris relinquatur, eum magis colet, obſeruabitque, quod & in Milite Plautinus ſenex teſtatur.

MANVMISISSET *b*. ¶ Fiebat † olim emancipatio per manumiſsionem: quia pater naturalis fiduciario filium vendebat certo pretio, putà duobus nummis, illique eum mancipabat, id eſt, in eius manum & poteſtatem dabat: quod certa ſolennitate ſemel atque iterum fiebat, ſicque exibat de naturalis patris poteſtate filius [p]. Qua ſimilitudine etiā adoptio fiebat, quæ ex tribus manibus vocabatur [q], deinde fiduciarius pater eum tanquam ſeruum ipſe manumittebat, ſicque filius ille liberabatur, eique ipſe fiduciarius ſuccedebat, quippe manumiſſor [r]. Solebat tamen quandoque pater naturalis contractu fiducia manumittere, id eſt, ipſe à fiduciario redimere, & deinde manumittere [s]: quæ ſolennitates à Caio Inſtitutionum libro primo relatæ, hodie à Iuſtiniano ſublatæ ſunt [t], licet adhuc duret nomen [u], & plerunque manumiſsionem pro emancipatione vſurpemus. verum enim erat emancipationem citra manumiſsionem non fieri. tametſi ea manumiſsio actus imaginarius eſſet, cùm hoc actum non eſſet, vt filius verè ſeruus fieret, ſed vt emanciparetur [x]. quam ſententiam alibi diffuſiùs explicaui. b 5 D E F

a l. nec ei. §. j. de adop.
b l. j. §. ſi parens. ſi à parent. quis ma. dixi l. fi. C. de pac.
c c. j. de nat. feud.
d arg. c. j. de for. fidel.
e l. filiusfamilias. §. ſecundū. de leg.
f l. cū ab eo. de cōtrahen. emp.
g l. ſi quis ſub. ſ. ſi quis omiſ. cau.
h l. ſi cui. de cōd. & dem.
i l. ſtipulatus. uerſ. Celſus. ſ. eod.
k l. fi. pecuniā. de cond. cauſa data.
l l. cū oportet. §. pe. C. de bon. quę lib. ubi Bar.
m Bar. l. ut liberis. C. de col. in fin.
n Nic. Fulg. Dec. d. l. ut liberis. c. [illegible] lr. conſ. c. xxxv. Corn. xxviij. Alex. conſil. clxij. in ij.
p l. fi. C. de adop. l. liberos. §. j. de ca. dimin.
q l. pe. §. quæ autem. C. de adop.
r Sub. ſ. ſi à pa. quis ma.
s §. fi. Inſt. de leg. ag. ſucceſ.
t §. Inſt. j. quib. mo. ius pat. po.
u l. ij. de of. pc. l. Pantonius. in rub. ſ. ſi à pat. quis manu.
x l. j. §. alienatio. ſ. quando. de pec. act.

LEX CVIII.

1 *Error cauſæ nocet.* 2.
3 *Conditio interdum loco cauſæ non ſufficit.*
4 *Nulla ſubſiſtente cauſa, promißio nuda donationem facit.*
6 *Donatio incertæ perſonæ ſi ſit facta, vtrùm valeat, an non.*

A Titio



L. 108. A Titio ita ſtipulatus.

IABOLENVS *libro* 10. *Epiſtolarum*.

LEX CVIII.

A Titio *a* ita ſtipulatus ſum, SI QVA MIHI NVPSERIT, DECEM DOTIS EIVS NOMINE DARE SPONDES? quærebat, an conſiſtat talis ſtipulatio? Reſpōdit, ſi ſtipulanti mihi dos ita promiſſa eſt, QVAMCVNQVE VXOREM DVXERO DOTIS EIVS NOMINE DECEM DARE SPONDES? nihil in cauſa eſt, quare ea pecunia cōditione expleta nō debeatur. Nā cū cōditio etiā ex incerte perſonæ facto parere obligationē poſſit, velvti SI QVIS IN CAPITOLIVM ASCENDERIT, DECEM DARE SPONDES? SI QVIS A ME DECEM PETIERIT, TOT DARE SPONDES? cur nō idē & in dote promiſſa reſpondeatur, ratio reddi non poteſt, A B C

a 1 A TITIO *a*. ¶ Valet † ergo ſtipulatio, qua quis dotē pro incerta muliere promittit, ſi mihi nupſerit. videbatur tamē prima ſpecie cōtrariū: quia † talis ſtipulatio nullā
2 probabilē habet cauſam. vnde obſtare agēti exceptio debuit [a]. Quæ ſententia certiſsima eſt, quoties cōſtat promiſſorē errore ſpopondiſſe, vt quia exiſtimat ſubeſſe cauſam, cùm nulla ſuberat. Sed & in dubio, cùm nō cōſtat, an à ſciēte, an ab errante ſit facta promiſsio, receptius adhuc eſt nō præſumi donationē [b], ſed adhuc agēti obſtare exceptionē [c], quod diffuſè hîc Alex. oſtendit: ſed tamen in caſu noſtro aliter Iuriſconſulto viſum eſt, quia conditio pro cauſa ſufficit [d]. Nec refert, an vtilitatem euentus conditionis promiſſori adferat, an non. ſemper enim qualiſcunque conditio loco cauſæ eſt, velvti illa, *Si Rex Parthorum in Italiam venerit* [e]: *Si quis in Capitolium aſcenderit*, & ſimiles. Vnde & receptū eſt, valere ſponſiones, quæ quotidie fiunt, *Si talis pontifex erit: Si nauis ſalua in portum appulerit* [f]: *ſi ſors lutea mihi ceßerit*, & ſi quæ ſimiles [g].
I. Quod † tamen
3 intelligendum, vt talis conditio non plus operetur, quàm ſimplex cauſa. Vnde ſicvt pactum nudum, quamvis cum ſimplici cauſa actionem non parit [h], ita nec conditionale pariet, vt adverſus Ang. rectè hîc Iaſon docet.
II. Qua ratione & quando lex certam cauſam, non autē qualēcunque requirit, non ſufficiet conditio, niſi eam cauſam habeat annexam, quā lex requirit [i], vt idem Iaſ. tradit.
III. Addo ego, nec tunc conditionē ſufficere, quando in fraudem legis ad turpem cauſam velandā adiecta præſumeretur: verbi gratia, in caſu legis noſtræ miles hāc promiſsionē dormitatori, aut cuculo fecit, qui deinde illius concubinam in vxorem accepit [k]: videretur præſumendum id in fraudem legis factum, qua prohibetur miles focariæ donare [l].
IIII. Nam & generaliter non ſuſtinetur contractus, quoties conditio hæc aut turpis, aut legibus contraria eſt, vt in luſoribus conſtat, qui (vt Horat. ait) vetita legibus alea certāt. nec enim pœnas legum evadūt, quamvis cōditionalis ſit conventio, *Si plura puncta iecero, ſi Venerem, ſi ſenionem, &c.* [m]. Aiunt tamen Theologi [n], quia is ludus propter blaſphemias prohibitus eſt, ſi qui rerum ſuarum adminiſtrationem habeant, ſi de ſuo ludant, ſi citra fraudē & nullā blaſphemiam, in foro cōſcientiæ ex tali ludo acquiſita retineri poſſe: ipſos tamen peccare, qui bonas horas malè collocēt. & hæc quidem de conditione ſatis.
4 Addit Alex. & † his caſibus ſtipulationem nudam à cauſa valere, quibus lex donationē pręſumit. non enim cenſetur tūc nuda, cùm donationis cauſa ſubſit [o], vt cùm is, quis promiſit, ſciebat nullā ſubeſſe cauſam. videtur enim tunc donare [p], valebitque donatio, ſi ſtipulator & ipſe ſciebat nullā ſubeſſe cauſam. Quòd ſi credebat ſubeſſe, nō valebit, quia deeſt conſenſus [q], niſi eius rei certior factus ratam donationē habuerit [r]. Sed & facilè donatio præſumetur, quoties vel aliqua ſtipulatoris merita præceſsiſſet [s]. ſumma enim eſt coniectura, quæ remunerationem inducit, & ingratitudinis vitium obliterat, vel coniunctio perſonarum, reique tenuitas hoc ſuaderet [t]. Idem, ſi quis vſus proponatur verbo ad donationem pertinēte, quale eſt *Concedo* [u], quod hîc Alexan. tradit. ego hunc locum, qui omnis in ſtatu cōiecturali verſatur, alibi diffuſiùs explicaui [x].
5 Illud non omittendum, nec † tunc ſine cauſa cenſeri ſtipulationem, cùm aliqua cauſa præceſsiſſet, ad quam referri ſequens ſtipulatio poſſet [y]. Qua ratione & ſtipulationibus iudicialibus dicendum eſt non obſtare exceptionē, quia ſemper ex cauſa, quæ in iudicium vel deducta, vel ducenda eſt, interpoſitæ cenſentur [z]. Quod D & ad præcepta extendendū eſt, quæ iudicis chartularij auctoritate ſecundum Etruſcorum conſuetudines confirmata ſunt [a], quod hîc Alexander docet.
6 Sed † dubitatur in caſu legis noſtræ, ſi vxor deinde diuortat, an ipſa repetere eā dotem poſsit? & Paulus, Alexander, Aretinus, Iaſ. poſſe exiſtimauerunt, tanquā cenſeatur Titius illi donaſſe [b]. valet enim donatio, quamvis incertæ perſonæ fiat [c]. Sed ego hanc ſententiam magis defendi æquitate quadam, fauoreque E dotium, quàm iure crediderim. quamvis enim donatio incertæ perſonæ fieri poſsit, id verum eſt, ſi hoc actum ſit: at in caſu noſtro non eſt veriſimile id egiſſe Titium, cùm nulla prorſus affectione erga ignotam hanc fœmellam teneretur [d]: quinimò eam conditionem adieciſſe credibile eſt, quia ſuperet ſtipulatorem in cœlibatu non eſſe, hacque ratione eum ad nuptias invitare: & ideo putarim nec ipſi quidem promiſſori repetitionem concedendam, ſed apud F ſtipulatorem perpetuò eſſe debere [e]: durumque eſt legem Iuſtiniani antiquæ abrogatoriam ad hunc caſum trahere. Sanè quod hîc adnotant Doctores, vbi eadem ſit ratio, ibi eandem quoque iuris diſpoſitionem eſſe debere, quomodo intelligendum ſit, diuſſè libro De verborum ſignific. tractaui.

a l. ij. §. circa. de dol. excep.
b l. fi. de condi. ſine ca. l. cū de indeb. in fin. de probat.
c l. iiij. §. fin. ſi qs caut. vbi Bart. l. ſi ſtip. ſis à me. ſ. tit. iij.
d l. ſi quis cū debitor. ad fi. ſ. de iureiur.
e l. cū ad præſ. ff cert. pet.
f illa ſtipulatio. ſ. eod.
g l. in executione. §. fin. ſ. eod.
h l. iurisgētium. § j. de pact.
i Bal. l. ſi pater. q. vj. C. de iuſt. & ſubſt.
k arg. l. ſi ij. §. C. de adul. l. ſicut. §. ſuperuacuum quib. mod. pig.
l l. ij. C. de don. inter vir. l. generaliter. vbi dixi, ſ. eod.
m auth. alearū luſus. C. de alea.
n Doct. c. pen. de vita & honeſt. cleric.
o arg. l. Campanus. de oper. li. l. hoc iure. in princ. de donat.
p l. j. §. is, qui perpetua. de cond. indeb. l. cuius per errorem. de reg. iur.
q l. ſi diuortio. vbi Paul. ſ. eod. Bart. d. §. circa.
r l. ſi ego. ſ. ſi cer. pet.
s l. ſi vero nō. §. idem Papinianus. mand.
t l. ſi ſeruus cōmunis. l. vtrū. de donat. inter. vir.
u l. vxori. §. fin. de leg. iij. vbi Bart.
x l. cum quid. ſi cer. pet.
y l. triticū. ſ. eo.
z gl. l. j. in fi. de interrog. act. Alex. hic.
a Bal. l. ſicut. C. de repub. har. l. ij. de excep. rei iud.
b l. j. §. accedit. C. de rei vx. act.
c l. quod ſeruus. ſ. tit. ij. §. pen. Inſt. de rer. diuiſ.
d l. nec adiecit. pro ſoc.
e l. j. ſ. de iur. dot.

1 *Traditio non firmat invalida.*
3 *Puri & purificati eadem ratio.*
4 *Tenet ſtipulatio in voluntatem ſtipulantis concepta*

a l.ſtipul. non valet.ſ.eod.

a §. NVLLA PROMISSIO [a]. ¶ Stipulatio ergo in voluntatem debitoris conferri non poteſt. quod ſuprà latiùs traditum eſt [a]. Quod ex-
1 tendunt Doctores, etiam ſi † ſecuta ſit traditio in
2 talis promiſsionis executionem. videtur † enim huiuſmodi traditio abſque cauſa eſſe [b], vt Alex. & Iaſon hîc cēſuerunt. Sed Baldus aliter, tāquam traditio arguat promiſſoris cōſenſum, conditionemq́; illam *Si volueris*, faciat euenire, & perinde ſit, ac ſi actus ſimpliciter fuiſſet abſolu-
3 tus, cū † puri & purificati idem ſit iudicium [c]. Ego Bal. ſententiam in cæteris cōtractibus probo, qui nudo conſenſu celebrantur [d]: in ſtipulatione verò Alexandrū & Iaſonem ſequor [e], niſi quòd adhuc putarem ſtipulatori, cui res tradita eſt, competere retentionem propter naturalis obligationis vim, quæ ex conſenſu oritur,
4 qui conſenſus ex inutili ſtipulatione iuncta traditione ſatis indicatur [f]. Sed † quid, ſi in ſtipulatoris voluntatem collata ſit ſtipulationis ſubſtantia? & adverſus Accurſium omnes hîc exiſtimarunt valere: ſicut & valet legatum, *Si legatarius volet* [g], licet ſi in voluntatem hęredis collatum eſſet, non valeret [h]. Ego Accurſium hîc non arbitror prædictæ ſententiæ repugnaſſe, ſed ſimpliciter ſenſiſſe, non ſolum non valere ſtipulationem in voluntatem promiſſoris collatam, ſed etiam ſi in voluntatem quoque ſtipulatoris ſimul ſit collata [i]. attenditur enim in caſu mixto qualitas, quæ nocet [k], tanquam potentior. Bal. tamen aliter Accurſium defendit, vt ſcilicet non valeat contractus, quoties in voluntatem ſtipulatoris reponitur, an velit contraxiſſe, licet ſecus ſit in executione [l]. quam ſententiā Raph. Beſ. & Iaſ. hîc ſequuntur. cùm enim obligatio ex vtriuſque rei conſenſu oriatur, idem eſt, ſiue cōſenſus ex debitoris, ſiue ex creditoris parte deficiat [m]. non enim oritur iuris vinculum, vbi vterque nō conſentit. Quam ſententiam ſi quis tueri velit, eum oportet omnino à communi ſententia diuerſum ire, & rationem differentiæ à legatis inuenire. Erit ergo, qui Bald. in ſtipulatione ſequatur, quæ conſenſum eo tempore, quo & verborum forma concipitur, requirit, & pendere non poteſt [n]: in cæteris verò contractibus communi
5 ſententiæ adhæreat. Ego tamē indiſtinctè cōmunem ſequor: quia † nulla lege cautū reperitur, vt ſtipulatio in voluntatem ſtipulatoris collata ſit, nulla, veriſimileq́; eſt, leges omnes nō temere de volūtate promiſſoris tantùm verba feciſſe [o].

b l.nunquā nuda.de acq.rer. dom.
c l.fin.§.fin. de vulg.
d l.ſub hac.ſ.titul.j.
e l.centeſimis.§.fin.ſ.eo.
f l.ſi.de reb.cor.
g l.ſi ita legatū.§.illi, ſi volet.de leg.j.
h l.ſenatus.§.legatum.eo.tit.
i l.in vendentis, vel ementis. C. de cont emp.
K l.iij.§.fin.ad Syllan.l. ſi vir. de vſucap
l l.Lucius.depoſit.
m gl.l.conſenſum.ſ.tit.j.
n l.vſusfructus.ſ.tit.ij.
o d.l.ſtipulatio. & l.noſtra.

¶ Nulla promiſsio [a] poteſt cōſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit.

POMPONIVS *libro* 3. *ad Quintum Mucium.*

LEX CIX.

SI ita ſtipulatus [b] fuero, DECEM, AVT QVINDECIM DABIS? decē debentur. Item ſi ita, POST ANNVN AVT BIENNIVM DABIS? poſt biennium debentur: quia in ſtipulationibus id ſeruatur, vt quod minus eſſet, quódque longius eſſe videretur in obligationem deductum.

LEX CIX.

1 *In obſcuris & alternatiuis ſtipulationibus, minus debetur: eiusq́; ratio.* 2.
3 *Interdum debetur maius.*

b SI ITA STIPVLATVS [b]. ¶ Quod in longius tempus debetur, reminus eſt [p]: in † obſcuris autem ſti-
1 pulationibus ſemper minus debetur. vnde in alternatiuis quoque idem iuris eſt, quod nos ſuprà ſatis diffusè declarauimus [q]. Sed † quæ eſt ratio? & con-
2 ſtat, eum, qui X. aut XV. promittit, ex regula communi electionem habere [r]. quod cùm ita ſit, apparet ſolutionem illorum quinque ſuperadditorum à mera volūtate ſua pēdēre. At ſuperiore lege vidimus, quatenus ſumma aliqua ex mera debitoris voluntate debetur, eatenus ſtipulationem eſſe nullam. perinde ergo erit ac ſi ſola X. ſimpliciter promiſiſſet. I.
3 Hincque † apparet ſecus eſſe, ſi electio ſtipulatoris eſſet [s]. valet enim in arbitrium creditoris collata promiſsio, quod ſuprà tradidi: ſicque legis noſtræ regulam limitari omnes ferè aiunt, & ſuprà retuli. Sed quid, ſi alternatiua hæc iudicis arbitrio ſit commiſſa: velvti, ſi quis tale crimen patrauerit, eum iudex in X. vel XV. condemnet? & tunc quoque non erit locus regulæ ſuprà ſcriptæ, quia iudex ſecundum rei & perſonæ qualitatem etiam XV. exiget, nec ad minorem ſummam ſe arctabit [t]. Sed quid, ſi talis promiſsio facta ſit ob piam cauſam? & ſunt, qui diſtinguant, vt ſi ſacrificulis ipſis facta ſit, adhuc minor ſumma debeatur [u]: ſi verò eccleſiæ, maior quoque ſit in obligatione [x]. qua de re nos ſuprà. Illud quoque conſtat, ſi alternatiuæ huiuſmodi diuerſas perſonas reſpiciant, nec tunc legi noſtræ eſſe locum [y]. Vnde ſi lex dicat, in cauſis vſque ad ſummam X. aureorum cognoſcant Duumuiri, ad XV. cognoſcat Prætor, non poterit Prætor de his cognoſcere, quæ infrà X. ſunt: quia in XV. non inſunt illa X. Duumuiris demandata: quod Baldus ſenſit [z]. Nam & ſi arbitrorum vnus condemnauit ad dādum intra annum, alius intra biennium, non cenſebuntur concordes [a]. Sed quid, ſi creditor, ne ad electionem tertij compellatur, malit expectare lapſum biennij? & putarem poſſe, etiam inuito debitore [b].

p §.plus.Inſt.de act.
q l.ſi ita.j.ſ.co.
r l.plerunq. in fin.de iur.dot.
s l.ſi ita relictū.§.fin.de leg.ij.
II.
t arg.c.j.de decim.vbi Ab. & l.is, cui.de alim. & cib.leg.
III.
u c.ex parte.extra.de cenſib.
x arg.l.Titia.§.Seia.de aur. & arg.
IIII.
y l.ſi is, cui.de nouat.
z l. ex facto §. item quæro de vulg.
a Spec.de arbit. §.ſequitur.Aret. l.j.§.ſi ſtipulanti.ſ.eod.
b arg.c.cum ceſſante. de appella.Mod.l.Labeo de iureiur.

LEX CX.

2 *Ius non decreſcendi valet in contractibus: & eo iure indiuidua ad ſtipulatorem inſolidum pertinent.*
3 *Feudum ducatus eſt indiuiſibile.*
4 *Indiuidua non accreſcunt.*
7 *Accreſcendi ius an in contractibus locum habeat.*
12 *De iure accreſcendi in vltimis voluntatibus: & mortis cauſa capione.* 15.
13 *In vltimis voluntatibus latior fauorabiliorq́; accipitur interpretatio.*
19 *Ius accreſcendi in feudo antiquo procedit: ſecus in nouo, niſi interdum.* 20.
*Et quid in emphyteuſi eccleſiaſtica.* 21.
23 *In emphyteuſi paterna, quo ad ius accreſcendi, verbis contractus inhæremus.*
28 *Beneficio devoluto, renouationeq́; voluntariè facta, beneficium dicitur nouum.*
32 *In renouanda hæredibus emphyteuſi an pretium augendum.*
36 *Fundus clientelaris delicto finitus non renouatur.*

SI



a
1 SI MIHI ET TITIO [a]. ¶ Qui † ſibi & Titio decem ſtipulatur, propter vim copulæ quinque ſibi, totidē Titio ſtipulatus intelligitur [a]: verùm quia Titio ſtipulari nō potuit, (alteri enim nemo ſtipulatur [b].) ſola quinq; ex ſua ſtipulatione cōſequitur, alia quinq; pro non adiectis ſunt, neque ipſius ſtipulatoris partem augent. Vnde colligūt Doct. in contractibus iuri accreſcendi locum non eſſe [c]. A qua concluſione excipi- I.
tur ille caſus, cùm Titius ipſe in poteſtate ſtipulatoris erat, putà ſeruus, vel filiusfamiliâs, vel cōtrà. tunc enim perinde eſſet, ac ſi ſolidum à principio ſibi eſſet ſtipulatus [d], videturque hoc caſu non tā de iure accreſcendi, quàm non decreſcendi tractari [e]. Conſtat autem, iuri † nō decreſcen- II.
2 di in contractibus locum eſt [f]. Vnde ſi non coniunctim, ſed per diſiunctam concepta fuiſſet in lege noſtra ſtipulatio, putà *Promittis mihi, aut Titio decem*, indubitanter decem mihi debentur [g]. Idē, ſi dictum eſſet, *Decem mihi, Titio eadem decem* [h]. Idem quoq;, ſi mihi & Titio dena ſim ſtipulatus, perinde eſt, ac ſi dictum eſſet, decem ſingulis [i]. Qua III.
ratione ea, quæ indiuidua ſunt, conſtat iure non decreſcendi ad ſtipulatorē in ſolidum pertinere [k]. Quod in ſeruitutibus prędialibus receptiſſimum eſt [l], & in feudo indiuiduo latiſsimè hîc poſt Veteres diſputat Alber [m]. Addit Bal. [n] idem eſſe in iure piſcandi, vel portorium, ἐμβατευτικά ve exigendi. Sed cùm hęc in fructu ſint, & pecuniariam vtilitatem principaliter adferant, ego diuiſionē accipere arbitrarer [o]: exiſtimarunt idem Veteres [p]. Licet in feudo indiuiduo ſit locus ſuprà ſcripto iuri, eum tamen, qui admittitur, æſtimationem commoditatis, quā ex tali iure percipit, domino ſoluere debere [q]. Vnde † in feudo
3 Ducatus, quod indiuiſibile eſt [r], mortuo fratre debebit ſuperſtes domino æſtimationem illius commoditatis, quòd ſolus in vacua aula re-
4 gnet, præſtare [s]. Quam † ſententiam certum eſt in feudo paterno, ſeu antiquo, veram non eſſe: in nouo verò, de quo ipſi loquuntur, vtcunque eſt diſputabilis: mihi tamen adverſus mentem Doctor. hîc videtur. Illud conſtat, etiam in indiuiduis iuri huic locum non eſſe, cùm portio ipſo iure nō deficit, licet ſocius exceptione ſummoueatur [t]. Idem quoque dicendum in iure indiuiduo, quod ſeparatim in perſona cuiuſli-
IIII. bet ſit, inter quos nulla ſit coniunctio [u]. Sed
5 † quid in caſu legis noſtræ, ſi quis non pecuniam ſed ſibi & Titio fundum eſſet ſtipulatus? & defendi poſſet, quia fundus rei integræ nomē eſt [x], perinde eſſe, ac ſi dixiſſet, *Mihi fundum, Titio fundū*, ſicque ſolidum fundum mihi acquiri [y]. coniunctio enim hæc facit, videri rem à principio vnicuique in ſolidum datam, & ideo re coniuncti ij videntur [z], niſi tamen de ijs rebus agamus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt. cùm enim in eis nulla ſit partis adfectio, cùm & diuiſio ipſo iure abſque alio creditorum facto fiat, non poteſt videri ſolidum vnicuique à principio datum [a]. Quod & in vltimis voluntatibus procedere ego arbitror, talique caſu Petr.

a l.reos.§.cū in tabul.ſ.tit.j.au. then.ſi quando. ij.reſponſ. C.de conſtit.pec.
b l.ſtip illa.§.alteri ſ.eod.
c §.quod ſi quis Inſt.de inut. ſtipul.
d l.dominus.l.ſeq.ſ.eod.
e §.fin.Inſtit.de ſtip.ſer.
f l. pinde.in fi. cū ſeq.ſ.tit.ij. & l. ſi ſeru.cōmunis Mæuij. in princ.eo.tit.
g d.auth.ſi quādo.in fin.
h d.l.ſtipulatio. §.eum, qui.
i l.ſi quis teſtamēto.de leg.j.
K arg.l.cōmuni de bo.lib. l.proprium.ſ. commu.præd. l.ſi cōmunis ſeruus Mæuij.ſ.tit.ij.
m gl.c.j.de frat. de nouo benef. vbi Bald. Ioan. And in Spec. rub.de feud.
n d.c.j.
o l.vſus pars.de vſu. & habit.l. itē quamuis.§.ſi vſus. communi diuid.
p d.c.j.vbi Beluiſ. Iſern. Bald. Afflict.
q arg.l.cū filius in pri. de leg.ij.
r §.præterea. de prohib alien. feud.per Fel.
s d.l.item quāuis.§.ſi vſus.
t l.ſi duo.in pri. vbi Bart. ff. de iureiur.l.eum, q §.pen.cod.tit.
u l aquam.in fi. quemad. ſer. amit. [illegible] Flor.
x l.v.§.fi.de leg. j.l. Titia Seio.§.ij.de leg.ij.
y arg.l. falſa.§. fin.de cond.& demonſt.
z l.cōiunctim. de leg.iij.l.tripliei.de ver.ſig.vbi dixi.
a arg.l.huiuſmodi.§.quibus. de leg.j. vbi Bar.



POMPONIVS *libro* 4. *ad Quintum Mucium.*

LEX CX.

SI mihi & Titio [a] in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem: nō tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. pars enim aliena deducitur: vt quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem.

ſententiam à Bartolo improbatam ſequi ſoleo [b]. hæcque poſſet eſſe ratio, vt ſi fundum mihi & Titio emero, videbatur mihi ſoli in ſolidū venditus [c], tametſi alijs aliter. Ex † quibus Accur. quem Raph. Cum. ſequitur [d], inductum hoc mavult in cōtractu vēditionis, quia bonæ fidei iudicium id eſt. quæ ſentētia communiter approbata non eſt [c]. V.
6 Vnde ſequeretur, vt ſi qs Titio & Sempronio fundum in emphyteuſim cōcedat, Titio repudiāte non ideo minùs totum Sempronio accreſcat, quia emphyteuſis inter bonæ fidei contractus non connumeretur [f]. Alij † ergo contractus v- VI.
7 trinq; obligatorios diſtinguūt ab ijs, quibus altera tantùm ex parte obligatio oritur, vt Iacob. Cin. Alex. & Iaſ. [g] in illis locū eſſe iuri accreſcendi aiunt, in his non eſſe. Quæ ſentētia non ſat recepta mihi videtur. legē n. noſtrā reſtringit, tanquā ei locus non ſit, niſi cùm ex cauſa lucratiua ſtipulatio interpoſita proponatur. Receptior VII.
8 † eſt igitur alia Accurſij ſentētia, quā Bar. & Vet. vbiq; ſequuntur, vt ſi interſit cōcedentis, ſemper iure accreſcēdi ſit locus, aliàs nō ſit. in ſuprà ſcripto enim exēplo plurimum vēditoris intereſt qui partē non eſſet venditurus [h], nec libenter in cōmunione cū emptore manſurus [i]. quod quēadmodū intelligēdū ſit, ſuprà declaraui [k]. Hincque ſequitur verā eſſe ſententiā meā. cum enim de re agitur, quæ pōdere, numero, menſura non cōſiſtat, ſemper partis intereſt, vt iuri accreſcēdi ſit locus, ne inuitus cum alio rem habeat cōmunē [l]. Quòd ſi quis rē pro parte emerit, ſecus [m], perindeq; erit, ac ſi rē pondere, numero, menſura conſiſtentē communiter cum alio vel emiſſet, vel ſtipulatus eſſet [n]. Secundū quæ etiam diſtingui ſuprà ſcripta ſententia eorū poteſt, qui in cōtractibus vltrò citroq; obligatorijs idem cenſuerunt. Nec me mouet, q † ſeruus per traditionem VIII.
9 fundum accipiendo nomine dómini & Titij ſolùm pro parte domino acquirit [o]. Reſpōdeo, traditionē actū eſſe naturalē, per quē etiā alteri poſſeſsio acquiri poteſt [p], & ideo impedire, ne ſolidū domino quæratur [q], licet titulus quæri Titio nequiuerit [r]. qua tamē in re amplius deliberandum eſt. Hincq; conſequēs eſt, vt † ſi in caſu legis 10
noſtræ præceſſerit numeratio, licet ex ſtipulatu ſola quinq; petā, tamē ex numeratione alia quoque pars peti poſsit [c], nec inutilis reſpectu Titij ſtipulatio impediet, quo minùs vtilit ex actu na- IX.
turali, id eſt numeratione, agatur [t]. Illud † con- 11
ſtat, in alienatione neceſſaria huic iuri locū eſſe, qd' ꝓpria ratione inductū eſt [u], quę à pſenti materia ſatis aliena eſt. In † vltimis quoq; volūtati- X.
bus dubiū nō eſt iuri accreſcēdi inter cōiunctos 12
locū eſſe [x]. q, Imol. Aret. cęteriq́; inductū ideo aiūt, quia † latio fauorabiliorq́; in vltimis volūta- 13
tibus accipitur interpretatio: ego verò, quia tali caſu ceſſat ꝓhibitoria regula, quæ alteri ſtipulari nos vetat [y]: in qua tamen re ſuprà dixi cùm legatū in his cōſiſtit, quę pondere, numero, mēſurâve cenſeantur, à principio fieri diuiſionē, nec vltimas voluntates à contractibus differre [z].
Quod de vltimis voluntatibus dictum eſt, la- XI.
tiùs accipitur, vt † in donatione quoque cauſa 14

L.110. Si mihi & Titio.
b l.fin.§.Seio.de leg.ij.l. vij cod. titul.
c l fundus ille. de contrah.ēpt.
d Rapha. hic, Iſern.c.j. de alie. feud.pat.
e arg.l liberis.§. ſi duo.de libera. cauſa.
f Doct.l.legatarius.in princ.de leg.j. vbi Alex.
g Dec.cōſ.cviij. in fin.
h l.ſi quis aliam de ſolut.
i l.ſi non ſortē. §.ſi centum de cond.indeb.
k l ſtip.nō diuiduntur.ſ.cod.
l l.ſi.quibus. ad lib.proclam.
m d.§.ſi duo.
n §. q ſi quis. Inſtit. de inutil. ſtip. l.nō ſolū.§.j.de lib.cauſ.
o l.per ſeruum. §. quod ſeruus. de acq.rer. dom.
p l.ea, quæ ciuiliter.acq.de rer. dom.
q arg.d.l.ſi duo. in princ. de iur.
r l.fin.C.de inutil.ſtipul.
s l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.eod.tit.
t l. certi §.quoniam.&.§. ſi nūmos.ſi cer.pet.
u l.communi.§. ſi debitor. com. diuid.
x l.re coniuncti de leg.iij.l.tripl. de ver.ſignif.
y §.quod ſi quis Inſt.de inut. ſtipulat.
z d.l.vij.d.l.fin. §.Seio.

mortis procedat. conſtat enim in ea iuri accreſcendi locum eſſe [a], tametſi contractus ſit [b]. XII. 15 Idemque † cenſuit Bart. in mortis cauſa capione, vt cùm quid accipitur cauſa conditionis adimplendæ [c], quæ ſententia vera eſt, quoties qui adimplet, commodum totius legati conſequi ab vno, qui ſolus hæres remanſerit, poteſt [d]: ſecus ſi partem duntaxat conſequeretur, vt quia non hæredi, qui commodum præſtare grauatus ſit, ſed extraneo alicui dandum eſſet [e]. Sed † & in aſsignatione libertorum, quamvis id ius nec ad XIII. 16 legatum, nec ad fideicommiſſum pertineat [f], locum eſſe iuri accreſcendi Bartolus rectè cenſuit: quod eovſque verum eſt, vt etiam poſt ius acquiſitum nihilo minùs accreſcat [g]. Cuius rei exemplo idem quoque in promiſsione ope- XIIII. rarum eſt, ex qua decedente patroni filio ius alteri acquiritur: quod Bartolus hîc tradit, idque accreſcendi iure non autem ſucceſsionis, cùm id ius filijs, tanquam filijs, non tanquam hæredibus competat [h], quod ſpecialiter inductum XV. eſſe omnes fatentur. Sed † & vſufructu idem 17 receptiſsimum eſt [i], in quo faciliùs, quàm in proprietate ius accreſcendi inducitur, cùm vſusfructus quotidie naſcatur: quod omnes hîc tra- XVI. dunt. Addit Bart. idem † quoque in imperiali 18 liberalitate eſſe: quod Conſtantij conſtitutione ſancitum eſt [k]. ſunt enim beneficia principum latiſsimè interpretanda [l]. Sed hac in re duplex poteſt eſſe quæſtio: altera, quid iuris ſit antè ius acquiſitum? altera, quid, poſtquam ius acquiſitum ſit? de prima quæſtione verba conſtitutionis intelligi non poſſunt, quæ de parte iam decedenti acquiſita loqui videntur. Decidetur ergo ſecundum communes iuris regulas, vt iuri accreſcendi locus non ſit, ſi res donata ſit, quæ pondere, numero, menſura conſiſtat, idque legis noſtræ argumento [m], nec enim id videtur communiter donatum, cùm ſtatim fiat diuiſio in viriles portiones [n]. quòd ſi corpus aliquod donatum ſit, ex ſuprà ſcriptis reſpondendum eſt [o]. Satius tamen erit fauorabiliùs dictam conſtitutionem accipere, ſicvt poſt ius quæſitũ ſociũ præfert, multò magis ante acquiſitum præferet. ſubeſt enim ſemper illa ratio, vt ad conſortẽ potiùs, quàm ad aliam perſonã pars deveniat. Sequens quæſtio non minus dubitationis habet, ſed videntur receptiore calculo Doct. Cõſtantij legem intelligere, vt ita demum admittatur ſocius, ſi nullus hęres defuncto extiterit, nõ ſolùm liberi, vel cognati, ſed nec vxor [p], cum qua maior eſt cõiunctio, quàm inter collegas, qui & ipſi excluſo fiſco ſuccedunt [q]: videnturq́; aliqui ſentire, ſocium iure ſucceſsionis admitti, quo caſu ad æs alienum defuncti teneretur. Sed tamen verius eſt iure potius repetitæ cõceſsionis admitti: quod hîc impropriè ius accreſcendi Doct. vocant: convenitq́; hæc interpretatio plurimùm verbis cõſtitutionis, quam & ego ſequor, quamvis exiſtimẽ ſocium nihilo minùs ad æs alienum defuncti teneri. nam & fiſcus teneretur [r], cui voluit lex ſocium præferri, ſicvt & cuilibet alij, qui à fiſco impetratum habeat. ſolebant enim Principes huiuſmodi iura donare [s].

XVII. Sed † quid in beneficiarijs rebus dicendum? & 19 ſi feudum ſit paternum, ſeu antiquum, conſtat iuri accreſcendi in eo locum eſſe [t], id eſt (vt ſuprà dixi) iuri repetitæ conceſsionis. Sed quid, ſi tale feudum ſit hæreditarium, an oporteat hunc eſſe vltimi iſtius decedentis hæredem? & Cur.

a l. vnica. § fi. C. de caduc. tol.
b gl. l. ij. de dote prælég.
c l. Thais. § Stichus. de fid. lib.
d l. qui duob. de cond. & demõ.
e l. pe. ij. reſpon. de cond. & demon.
f l. aſsignare. de aſsig. lib.
g l. vtrum. cum gl. eo. tit.
h l. vt iuriſiurãdi. § ſi liberi. de op. lib.
i l. j. in fi. de vſuf. accreſc.
k l. j. C. ſi liber. impo. ſoc. lib. x.
l l. fin. de cõſt. princ.
m d. § quod ſi quis.
n d. l. reos. § cũ in tabulis. ff. tit. j.
o d. l. fundus ille. d. l. fi. quib. ad lib. proclam.
p gl. d. l. j. Alex. poſt alios in l. j. C. vnde vir.
q l. j. cum ſeq. C. de hæred. decur.
r l. j. § an bona. de iur. fiſc. vbi Bart.
s l. pen. C. de bõ. vac. vbi gl. lib. x. l. j. C. de pet. bo. eod. lib.
t c. j. verſ. hoc quoq; de ſucceſ. feud. c. j. § cũ vero. qui feu. dar. poſ.

Iunior reſpondit: oportere eſſe hæredem, alioquin feudum ad dominum reverti [u]. Sed Alex. alibi alternatiuè locutus eſt, nempe requiri vel vltimi, vel ſaltem primi hæredẽ eſſe. quia dictio illa *Tibi & hæredibus*, non vlteriùs requirit, quàm vt primi ſit hæres [x]. quæ ſententia eſt verior. Defendi tamen Curt. poteſt, quando quis primi hæres eſſe non poſsit, niſi ex vltimi perſona, vt quia illi ſoli delata fuiſſet hæreditas. Sed quid, ſi feu- A dũ acceptũ ſit pro ſe & hæredibus? & alibi Caſt. cenſuit dictionem *Hæredibus*, pro hæredibus ſanguinis accipi: ideoq́; nihil referre, ſi filius non ſit hæres [y]. Quam ſententiã conſtat cõmuniter nõ eſſe approbatam [z]: idemq́; Caſt. hîc eam non ſequitur, nec ego ſequor, maximè in feudis [a]. Sanè † in feudo nouo conſtat iuri accreſcendi locũ 20 nõ eſſe: quia cùm aliàs feuda ad hæredes nõ trãſirent, ſpeciali fauore inductũ eſt, vt in deſcendentes tranſmitterentur, qui fauor ad tranſverſales B nõ eſt extendendus [b]. Receptũ tamẽ eſt hoc nõ procedere, ſi à ſupremo Principe, vel qui ſuperiorem nõ recognoſcat, cõmuniter cum alio indultum ſit. Fuere, qui exiſtimarent ſociũ ante dominũ eſſe, vt idẽ in feudo ſit, quod in donatione [c], diximus [d], reſpõderuntq́; hoc ex facto Alex. Aret. Curt. Sed diuerſa ſententia alijs placuit [e], quoniã vſus feudalis ſimpliciter excluſo ſocio dominũ admittit [f], nec reſtringi debet, cùm ab inferioribus magiſtratibus beneficiũ cõceditur. C evidenter. n. verba violarentur. Nec obſtat ſuprà ſcripta cõſtitutio [g], quia in mera liberalitate loquitur, ad quã feuda non pertinent propter mutuum officium, quod domino cliens debet [h], vt Salic. Beſ. Iaſ. cenſuerunt: vel (vt Veteres, Signo. Albericusq́;) quia feuda ſui naturâ ad dominum facilè revertãtur, qui dominium directũ ſibi retinuit [i]: quod in mera liberalitate nõ eſt. Ego communem ſentẽtiam ſequor, quia vſus feudalis de cõceſsione inferiorum magiſtratuum, non autẽ D Imperatoris loquitur [k]. Illud quoq; conſtat, etiam in feudo nouo ius accreſcendi quibuſdã caſibus eſſe [l], maximè cùm ita nominatim actum ꝑponitur, vt quia dictum ſit, *De vno in alterum revertendo* [m]: vel: *Quandiu tu, & hæredes tui maſculi vixerint* [n], vel ſimiles clauſulæ appoſitæ, de quibus infrà tractabimus. Idẽ, ſi tale feudum conceſſum ſit tanquã antiquum, ſeu cum clauſula *iure antiqui feudi* [o]. Sed quid, ſi feudum iſtud non à domino pervenerit, ſed ex ſimplici recognitione clien- E tiũ, qui fortè rem liberã pro beneficiaria à Principe accepiſſe ſint confeſsi [p]. fit enim hoc quandoq; ad maiorem cautelam [q], & videretur tunc feudũ ad dominũ non reverti, nec tali cõfeſsione mutari veritatem [r]. Sed † quid in emphyteuſi XVIII. eccleſiaſtica? & Bar. cõcludit non eſſe iuri accre- 12 ſcendi locũ. Vnde ſi duobus fratribus prædiũ in emphyteuſim locatũ ſit, altero moriẽte ius ad dominum, non ad fratrem revertitur [ſ]. Quod ſuprà quoq; in feudo dictum eſt, ante acquiſitũ emolu- F mentũ, per regulam legis noſtræ: poſt acquiſitũ verò, quia tunc nunquam habet locum tale ius, exceptio vſufructu [t]. Diſcutiamus vtrunque caſum: & in primis, ſi qui mihi & Titio fundum in emphyteuſim locet, videretur id, quod Titio nõ quæritur, mihi accreſcere, vt idẽ in locatione emphyteutica cenſeamus, qđ in vẽditione [u]: ſuadeturque hoc illa ratione, q. talis contractus debet cenſeri indiuiduus [x]: ſenſereque hoc Iacobus & Ci-

u Cur. Iun. cõſ. j. & cxxxviij.
x Alex. conſil. xxx. in j. xxvj. xxviij. in ſo.
y l. ex fact. § fi. vbi Caſt. ad Trebel.
z Lancel. l. Gallus. § j. verſ. ſecũdo limitat.
a c. j. an agn. vel filius.
b d c. j. § cum vero.
c d. l. j. ſi Imp. lib. ſoc.
d Bal. Iac. Card. c. j. de frat. de nouo benef. Iaſ. hic.
e Iſern. Aluar. Laud. c. j. de duob. fra. Ci. & Salic. l. j. C. quãdo non pet.
f c. j. § cum vero. verſic. quin etiam. qui feud. dar. poſ. d. verſ. quod ita. d. c. j. de frat. de no. benef.
g d. l. j.
h c. j. de no. for. fidel.
i arg. § fin. Inſt. de vſufr.
k d. § cum vero iuncto princ. c.
l c. j. de benef. frat.
m c. j. ad fin. de benef. frat.
n c. j. de duob. fratri à cap. inueſt.
o Alex. d. conſ. xxx. in prin. dixi l. ſi is, qui pro emptore. in deſinitione fictionis.
p Bart. l. ſi rem aliquam. de acquir. poſſeſ.
q arg. l. Aurelius. in fin de lib. leg. c. poſt elect. vbi Abbas, de conceſ. præbẽd. Felin. c. in noſtra. de reſcrip.
r Bar. l. cum falſa. C. de iur. & fac. ig. dixi in tract. præſump. in iij. reg. verſ. xxj. in fin.
s c. j. de benef. frat. c. j. de frat. de no. ben. inueſt. c. j. de grad. ſucc. & d. c. j. de duob. frat. d. l. j. in fin. de vſuf. accreſ.
u d. l. fund. ille. § adeo. Inſt. loc.
x l. ſi qs aliã. de ſolut.



& Cinus, qui in contractibus vltrò citroq́; obligatorijs locum eſſe iuri accreſcendi tradiderũt: defendiq́; hæc ſententia poſſet, ſi interpretationem noſtram ſequamur, vt ſcilicet legi noſtræ duntaxat ſit locus in ijs, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt. Sed tamen Bartol. diſſentit, quem deinde alij ſunt ſecuti, & duobus tantùm caſibus huic iuri locum eſſe cẽſuit. Primus, cùm emphyteuſis à principio recepta aliqua pecunia, conceſſa eſt, vel, vt Alexander interpretatur, cùm canon non ſimpliciter in dominij recognitionem, ſed in fructuum compenſationem penditur. tunc enim eadem ſubeſt, quæ in venditione, ratio [a]: quod hodie regulare eſt, cùm nequeat eccleſia niſi ex evidenti vtilitate talis contractus facere [b]. Poſtremus eſt, cùm de iure non decreſcendi tractaretur, quia conceſſa ſit emphyteuſis mihi meo & nomine ipſius Titij recipienti. talibus enim verbis videor id ius tanquam procurator Titij ꝑ eius portione ſtipulatus [c]. vnde cùm iura directa in perſona mea reſpectu ſolidi originem trahant, quod Titius nõ habet, mihi remanet [d], ijs tamẽ legibus, quibus apud Titium fuiſſet [e]. ſicq́; ſe habet communis opinio. Ego, cùm per ius non decreſcendi iſte admittatur, & ſic ex iure ſibi pro ſolido competenti, nullam rationẽ qualitatum Titij habendam arbitror [f], quicquid hîc Bar. ſentiat, ſi tamen ita ſentit. Aliter eſſet caſus, quid iuris ſit poſt emolumentũ acquiſitum, vt ſi Titius deinde mortuus ſine liberis proponatur? & Bart. multò magis non eſſe locum huic iuri reſpondit [g], cùm poſt emolumẽtum acquiſitum nõ ſoleat de iure accreſcẽdi tractari [h]. Quod intelligendum, niſi emphyteuſis paterna ſit, tali 22 † enim caſu frater fratri ſuccedet excluſa eccleſia, ſicvt & in feudo ſuprà vidimus [i]: idq́; nõ tam accreſcendi, quàm repetitæ conceſsionis iure. Sunt tamen, qui de feudo ad emphyteuſim non valere argumentum exiſtiment, quoniam Hortenſius & Cagapiſtus auctoritatem condendæ legis non habuere, ſed ſimpliciter quid in vſu & conſuetudine feudali eſſet, in libello ſuo deſcripſerunt. at conſuetudo ſtrictè interpretari ſolet, nec ad alium caſum trahi [k]: & ſi trahatur [l], non tamen ad caſum, in quo diuerſa ratio ſubeſt, extenderetur. etenim feuda, ceu perſonalia, ad filios non niſi ex ſpeciali gratia tranſmittuntur [m], cùm aliud ſit in emphyteuſi, quæ regulariter tranſmittitur [n]. Probat ergo Bartol. id alia ratione, tanquam emphyteutæ filij videantur mortis cauſa capere [o]: at in ea ſuprà vidimus iuri accreſcendi locum eſſe. Sed & hoc nõ ſat firmum eſt, quoniã in eo, quod mortis cauſa ab ijs capitur, qui non ſint hæredes, ſuprà concluſimus huic iuri locum non eſſe [p]. conſtat autem hanc emphyteuſim iure hæreditario non deferri, ſed ſecundum legem contractus, & ideo ipſo iure deferri, nec aliam hæreditatis agnitionẽ requiri [q], quod Bald. Alexanderq́; hîc tradiderunt [r]. Verior ergo & certior ratio eſt, vt † in emphyteuſi paterna 23 L ad verba contractus ſemper attendamus. Et in primis, ſi dictum ſit, *Stipulor mihi, & filijs vſq; ad tertiam generationem*, ſatis oſtenditur hac dictione id actũ, vt ſemper renouatus cenſeatur contractus, donec ea generatio finita eſt [s]. Nec me mouet Bal. argumentum, qui renouari quidem in eiuſmodi perſona fatetur, ſed in alterius minime [t]. Reſpondeo enim, reſpectu patris, qui emphyteuſim acquiſiuit, videri eandem perſonam, cùm omnes ſint deſcendentes ſui, perindeque eſſe, ac

a d. l. fund. ille.
b clem. j. de reb. eccle. nõ alien. j. extra vag. Pauli eo. tit.
c l. huiuſmodi. vbi gl. in princ. de leg. j.
d l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet.
e l. fundũ. mihi cũ vendaces. de act. empt.
f d. § interdum. d. l. fundus ille.
g Bart. hic, & conſil. lviij. Dec. cclxij.
h l. aquam. in fi. quẽad. ſer. amit. l. ſi minor. de acquir. hæred.
i d. c. j. de ſucceſ. frat.
K l j. § ſi quis hoc interdict. de itin. actuq; pri. vbi Bar.
l Innoc. Butr. c. dilect. de præb. Felin. c. auditis. verſ. quinta declaratio. de præſcript.
m d. § cum vero. l. quia tale. ſol. matri.
n §. emphyteuſim. in auth. de non alien.
o l. qui pretio. l. mortis. pen. § ſed & dos. de do. cau. mort. d l. pen. de cõd. & demon.
q c. j. verſ. per inveſtituram. de feu. March. vbi Bald.
r Dec. d. conſil. cclxij.
s l. ſicut in annos. quib. mod. vſusfruct. amit.
t arg. l. q duos. de procur.



ſi dixiſſet, *Quandiu aliquis ex dicta generatione viuat* [u].

L. 110. Si mihi & Titio.

II. 24 Qua † ratione idem eſt dicendum, ſi ſimpliciter liberis, vel generationi pater ſit ſtipulatus. nomina enim hæc collectiua ſunt & vniuerſalia quemvis ex liberis comprehendentia [x], vt donec aliquis ſuperſit, dominus non admittatur [y], quod Aret. Iaſonque cenſuerunt. nec enim negari poteſt hanc fuiſſe contrahentium mentem, quæ potiſsimùm hoc in contractu attendi de- A bet [z], cùm verba non repugnent. Quid ergo, ſi conceſsio facta eſt Titio & Seio, pro ſe & filijs ſuis, & ipſorum filiorũ deſcendentibus? & hæc verba indicant ſuos cuique deſcendentes ſuccedere: & ideo mortuo Titio abſq; filijs, eius portionem ad dominum reverti, quod Bart. hîc videtur ſentire [a]. III. 25 Cæterùm † & ſi dictum ſit, *Quòd vno fratrum deſcendente portio ad alium, vel alios ſuperſtites perveniat*, ſatis eſſe crediderim, ſi filius fratris ſit ſuperſtes, excludique dominum, idque propter B mentem contrahentium [b]: quamvis ex facto Alexander aliud reſponderit [c]. IIII. 26 Sed † & ſi dictum ſit, vt poſt mortem omnium emphyteuſis ad dominum revertatur, apud Speculatorem Veteres concluſerunt, non niſi omnibus mortuis admitti dominum [d]. V. Idem ſi dictum eſt, *Poſt mortem eorùm*, & ſi qua ſimilia [e], quod (vt dixi) ex mente contrahentium inducitur, tametſi aliud in fideicommiſſo poſt mortem eorum reſtituendo ſit. nam cenſetur quilibet reſtituere partem ſuã C ſtatim poſt mortem rogatus [f]. 27 fideicommiſſa † enim à ſola teſtatoris mente pendent: at hic contractus non à concedente tantùm, ſed etiam ab accipiente adverſus concedẽtem interpretationem recipit [g]. VI. Cæterùm & ſi dictum ſit, *Concedo duobus & cuilibet eorum*: vel, *Vtriq; eorum*: vel, *duobus in ſolidum*: vel, *vt de vno in alterum perveniat*, locum eſſe iuri non decreſcendi Doct. cenſuerunt [h], idque non ſolùm à principio, quod indubitatum eſt, ſed etiam poſt acquiſitum emolumentum. D quod hîc pluribus auctoritatibus Iaſ. oſtendit [i]. Quod fortè procedit, etiam ſi diſtributiua non inter primos, ſed inter poſteriores ſit adſcripta, putà Titio & Seio & quibuslibet eorum filijs. qua enim ratione ad ſolidum vocauit filios, eadem ipſo principales [k]: & ideo ad mentem hoc in contractu maximè attendimus [l], tametſi Anchor. hac in re aliter reſponderit [m]. Sed quid, ſi emphyteuſis paterna finita eſſet, verùm eccleſia eam renouaſſet? & Bart. hîc tradidit, ſecundũ E paternæ qualitates renouatam cenſeri, & ideo iuris accreſcendi locum eſſe. quæ ſententia receptiſsima eſt [n], reſponſumq́; extat, in ambiguis faciendam ſemper interpretationem, vt ex iure antiquo cenſeatur facta renouatio, non ex iure devoluto, quod Alexan. & Corn. tradiderunt [o], idque maximè dicendum, cùm ex verbis conceſſionis appareret confirmandi iuris veteris cauſa eam eſſe factam. quod Dec. reſpondit [p]. Idemq́; ſi ipſo iure beneficium non eſſet devolutum, ſed F ſententia declaratoria opus fuiſſet. etenim tunc renouatio non mutat, quin antiquum permaneat [q]. Idemque ſimpliciter his caſibus, quibus eccleſia ad renouandum tenebatur. hæc enim renouatio ex neceſsitate iuris facta nihil mutat [r]. quod Bart. hîc cenſet, & probabile eſt, etiam ſi conceſsiõni ſit adiectum, *Damus, & de nouo concedimus* [ſ]. Sed quid, ſi voluntariè facta ſit hæc renouatio? & † videtur beneficium nouum 28 tunc cenſeri [t], & dicitur voluntariè facta, quando aliàs nõ tenebatur eccleſia ad renouandum,

u c. j. in fin. de duob. frat. à ca. inueſt. d. l. ſicut.
x Mod. l. Gallus. § j. de lib. & poſthu.
y l. ſicut. in fin. quod cuiuſq; vniuerſ.
z l. in conuentionibus. de ver. ſig.
a Bald. conſil. ccxliiij. in ij. ver. inveſtituræ.
b d. l. in conuentionibus.
c Alex. conſ. cciiij. in ij.
d Spec. tit. de locat. § nunc aliqua. verſ. lxix. Alex. hic num. xij.
e Iaſ. hic, Abb. cõſil. ciij. in ij.
f l. Lucius. § Caio. ad Trebel. ſi § filium. de leg. ij.
g d. l. in cõuentionibus. l. veteribus. de pact.
h c. j. de benef. frat. c. j. de nouo ben. d. c. j. de duo. frat. à cap.
i Bal. c. quæ in eccle. de conſtit. Dec. conſil. cccxxxvij.
k l. pupillus. in fin.
l d. l. in conuentionibus.
m Anch. ccxlv. fin.
n c. j. de vaſal. decrep. ætat. c. j. § j. de ſucceſ. feud.
o Alex. xxx. in prin. iij. in v. Cor xvj. in prĩ.
p Dec. conſ. liij. verſic. iij. Bal. d. conſ. ccxlix.
q gl. l. ꝗ dicitur. de imp. in reb. dot. fact. l. pec. § ſi ære alie. de pecul. Brun. conſ. lxviij.
r l. ſi fideiuſſor. § j. q ſatiſd. cog.
s And. de Iſer. d. c. j. de vaſal. decrep. ætat.
t d. c. j. de vaſ. decr. eta. vbi And. Iſern.

etiam ſi deinde poſt eam finitam ſe pacto obli-
gaſſet. attenditur enim prior cauſa[a], quamvis a-
liter Decius cenſuit[b]. Sed & nouũ dicitur, quã-
do noua qualitas eſſet adiecta, vt hîc Alexander
tradit[c]. Quod intelligẽdum reſpectu earum pa-
ctionum, quę ad rei
ſubſtantiam perti-
nent[d], vt quia no-
ua perſona ſit adie-
cta[e], maximè ſi ille
adiectus in ſolidũ
cum ſocijs ſit voca-
tus: quod aliqui tra
diderunt[f]. Sed
quid, ſi mutatus eſt
titulus, vt quia
cùm priùs eſſet em
phyteuſis, per trãſ-
actionem facta eſt

¶ Si ſtipulatus fue-
ro[a] de te, VESTEM
TVAM QVÆ- A
CVNQVE MV-
LIEBRIS EST,
DARE SPON-
DES? magis ad men-
tem ſtipulãtis, quàm
ad mentem promit-
tentis id referri de-
beat: vt quid in rei
ſit, æſtimari debeat,
non quid ſenſerit ꝓ-
miſſor: Itaq; ſi ſolitus
fuerat promiſſor mu-
liebri quadam veſte
vti, nihilominùs de-
betur.

renouatio in feudum? & Decius reſpondit, ad- B
huc antiquum beneficium dici[g], & ius accreſcẽ-
di in eo eſſe[h]. Iaſ. contrà[i], quem ego ſequor. mu-
29 tatio † enim tituli ad ſubſtantiam pertinet[x], &
tranſactio vetera iura perimit[l], maximè ſi hoc
expreſsè eſt actum. Sed quid, ſi allegetur nouas
qualitates adiectas per errorem? & licet ſtan-
dum ſit primæ conventioni[m], ſi tamen commu-
ni conſenſu ab ea receſſum ſit, non eſt dubitan-
dum, ei imputandum eſſe, qui conſenſit[n], niſi
quatenus præiudicium inde oriatur alteri[o], vel C
error, ſeu metus probaretur[p]. præſumitur ta-
men id quandoque, vt alibi Bal. cenſuit[q]. Nun-
quid autem ad huiuſmodi renouationem finita
generatione teneatur eccleſia, ambigua eſt quæ-
ſtio[r]: ſed Bart. teneri cenſuit. aliàs enim fieret
ſucceſſori iniuria, ſicvt & ei fieri lex ait, cui à prin
cipe ius aquæductus continuandi denegatur[ſ].
Sed aliud eſt, aquam, quæ publica eſt, & quæ
nullo vſui principi futura ſit, denegare: aliud,
rem, quæ priuati ſit patrimonij, in qua prima D
charitas à ſe incipit[t]. Exiſtimo itaque hanc Bar-
tol. ſententiam iure noſtro non probari. quod &
Imol. hîc cenſuit, præſertim vt eccleſia renouare
teneatur, cùm lex manifeſtè contrarium di-
cat[u]. quod & Alexander hîc tradit. Sed tamen
quadam ex æquitate conſtat, inualuiſſe eam o-
pinionem, vt renouationi ſit locus; quoniam
probabilis eſt adfectio in re, quæ fuit maior-
rum[x], & quia cùm difficulter rectores eccleſia-
rum meliorationes ſoluere hæredibus velint, E
breuior via eſt, ſi renouarent contractum[y], &
quia idem videmus obſeruari, quando eccleſia
concedit precariam ad quinquennium. debet e-
I. nim ſecundum conſuetudinem renouari[z]. Vn-
de infertur, non procedere ſuprà ſcriptam con-
30 cluſionem quando † eccleſia non alij concede-
re, ſed ſibi retinere vellet[a]. eſt enim ei permit-
31 tendum, dum † tamen hæredibus melioratio-
nes (vt dixi) ſoluat[b]. Nec me mouet Decij re-
ſponſum[c], qui hoc modo eluſoriam fore hanc F
quæſtionem dixit, cùm ſemper eccleſia poterit
prætendere ſibi velle retinere. ſed reſponde, hoc
ex poſtfacto dijudicari[d], vt ſi alij dederit, com-
II. petat cognatis reſciſſoria actio. Quod intelli-
gendum arbitror, dum modò intra annum &
diem à tempore finitæ lineæ interpellata fuerit
eccleſia[e], ne melior horum cognatorum ſit con-
ditio, quàm eorum, qui in inveſtitura compren-
debantur[f]. alioquin enim renuntiaſſe iuri ſuo
crederetur[g], niſi quatenus conſtaret eos non

a l. quid id, quod in princ. de donat.
b d. conſ. liij. verſ. ij.
c Deciſ. Neapol. cxij. Iaſ. cõſ. xxiiij. in ij. vol.
d l. j. §. cũ adijcitur. ff. eo. l. ius ciuile de iuſt. & iur.
e d. c. j. §. j. de ſuc. feud.
f Curt. Sent. cõſ. 50. nu. xiij.
g arg. l. ſi ex parte. C. ſi cert. pet.
h Dec. d. conſ. liij.
i d. conſ. xxiiij.
k l. Iuriſgentiũ. §. adeo. de pact.
l c. j. extra, de tranſact. l. iij. in prin. ad l. Falc.
m Dec. conſil. clxxxv.
n c. j. in fi. de eo, qui fin. fec.
o d. §. j. de ſuc. feud. Bal. l. j. C. quãdo non pet. par.
o l. non fatetur. de cõſ. vbi Dec.
q Bald de pace Conſt. verb. pactiones.
r Dec. cõſ. cclxij. Gozad. cõſ. lxxxv. nu. xxiij.
ſ l. j. §. permit. de aq. quot. & æſt. vbi Bart. Dec. conſil. cclxiij.
t l. præſes. C. de ſeruit. l. in remã data. C. mand.
u §. ꝙ aũt. ver. neque illud. in auth. de nõ alie.
x l. ſi in empt. de minor.
y c. ſi vaſall. hîc fin. l. Cor.
z c. j. extra, de precar.
a Abb. d. c. bon.
b l. ſenatus. §. Marcellus. vbi Bal. de leg. j.
c De. cõſ. cxxxj. cccxxviij. & ſeq.
d in auth. vt de cæt. vbi Bel circa med. Guid. Pap. q. ccccxj.
e c. vnico. §. Titius. ſi de feu. def. cont.
f c. j. §. præterea. de prohib. feu. ali. per Fed.
g c. j. §. fi. ſi de inueſt. inter. dom. & vaſ.

petijſſe, quia perſuaſum habuiſſent eccleſiam ſi-
bi retinere voluiſſe. quo caſu defendi Alexand.
ſententia adverſus Pont. poteſt[h]. Addit idem III.
Pont. nec tunc ius renouandi cognatis eſſe, cùm
res amplius integra non eſt, vt quia ſtatim alijs
eccleſia dederit[i].
quod rectè hîc Ale
xand. improbat[k].
Ego tali caſu præ-
ferendum eum, cui
eccleſia dederit, ſi
vtile dominium
tranſtulerit, arbi-
tror[l], ſaluo iure
cognatis id, quod
ſua intereſt, peten-
di, cùm qui reno-
uare conductionẽ
tenetur, ad id, qđ
facti eſt, teneatur[m]. Sed † quanto pretio reno- IIII.
uabitur conductio? & ſimpliciter Doctores di- 32
cunt, præferendos deſcendentes, & ſic in pari
cauſa, ſeu æqualitate pretij[n], res effecta ſit me-
lior cultura emphyteutæ, vt quia priùs eſſet ſte-
rilis, videntur ſentire pro eodem pretio & ijſ-
dem pactis[o], vt † meliorationes auctorum ſuo- 33
rum deſcendentibus proſint potiùs, quàm ec-
cleſiæ[p], & vt tempus inſpiciatur, quo primùm
res in emphyteuſim eſt data[q]. Vnde † infertur V.
in tali renouatione non eſſe neceſſariam aliam 34
ſolennitatem, nec eſſe conſtitutioni Paulianę lo
cum[r], nec videri eccleſiam eſſe læſam: quod
Decius reſpondit[ſ]. cum enim prior conceſſio
propter antiquitatem temporis præſumatur va-
luiſſe, hæc renouatio alia ſolennitate non indi-
get[t]. Sentiuntque Doctores, deſcendentes VI.
hoſce ad renouationẽ non admitti, niſi ſint hæ-
redes[u]. quod Alexand. hîc tradit, tanquam id
ius renouationem petendi ſit hæreditariũ. quod
tamen Decius[x] non procedere arbitratur, quã-
do ipſa emphyteuſis hæreditaria non eſſet. Sed
hanc ſententiam non arbitror ſecundum men-
tem Doctorum eſſe, qui in emphyteuſi eccleſiæ
loquuntur[y], quam conſtat in dubio non cen-
ſeri hæreditariam[z]. etenim id ius renouatio-
nem petendi ab ipſa emphyteuſi differt[a], &
melioramenta hæredi ſunt ſoluenda[b]. Vnde VII.
exiſtimarem, in † caſibus quibus talis emphy- 35
teuſis ad extraneos tranſit[c], qualicunq; hære-
di hanc renouationem concedendam potiùs,
quàm cognatis. quod Tudiſcus & Imol. ſenſe-
runt[d]. Addit Iaſ. hanc renouationem non paſ- VIII.
ſim omnibus cognatis indulgendam, ſed ijs tan
tùm, qui ex linea finita deſcendunt[e], non ijs, qui
ex tranſuerſali ſint. Quod verum arbitror, quia
Doct. loquũtur in deſcendẽte, finita tertia gene-
ratione: & ſic qui in quarta, vel vlteriore ſit. Il- IX.
lud conſtat, ſi † ex vaſalli delicto, vel culpa finita 36
ſit emphyteuſis, nullũ renouationi locum eſſe[f].
quod omnes tradiderunt[g].

1 *Verba ſtipulationum ſecundum eorum proprietatẽ, non attenta promiſſoris mente, explicanda.*
3 *Veſtis variè ſumitur.*
8 *Promiſſoris conſuetudo non niſi ex cauſa conſideranda.*

§. SI STIPVLATVS FVERO[a]. ¶ Signi- a
ficatio † ergo verborum ex eorum proprietate 1
in ſtipulationibus ſumitur, non ſecundum pro-

reb. eccl. nõ alie. Mod. l. j. ff. de priuil cred. Soc. d. cõſil. lxxxvj. d. cõſil. xxiiij. in fi. f c. j. ſi vaſ. feud. priuetur. g Bar. l. eũ q. de

h Rom. cõſ. lxx.
i arg c. j. de nat. feu. Roma. cõſ. lxx.
k d. §. Titius filios.
l l. quoties. C. de rei vend.
m l. ſi pœnam, ff. eod.
n Mod. d. l. j. §. ſi tamen res.
o Caſt. conſil. lxiij. videtur dicẽdũ. Rip. tract. peſtis, nu. ccxxvij.
p arg. l. ij. C. de alluuion.
q l. ij. & iij. C. de præd. nauic. lib. xj.
r extra vag. de reb. eccleſ.
ſ Dec. conſil. cccxxix.
t c. ij. de feud.
u gl. d. §. permittitur.
x conſil. xviij.
y Bart. d. l. j. de priuil. cred. Anch. conſil. cxxxiiij. ad fin.
z Alex. conſil. cxxiiij. Bolog. conſil. xlviij.
a Anch. d. conſil. cxxxiiij. in fi. Goza. conſ. lxxviij.
b d. §. ſi vaſallus.
c Dec. c. in præſentia. de prob. l. etiam. ſol. mat.
d c. ad aures. de aum. xxiij. e Iaſ. interd. & releg.

miſſoris



miſſoris mentem. Cùm igitur muliebris veſtis
dicatur illa, quę ſecundum vſum mulierum for
mam habet, non ideo minùs hoc nomine appel-
labitur, quòd promiſſor & ipſe ea vti conſueuiſ-
ſet, maximè cùm non poſsint viri ſine vitupera-
tione talibus veſti-
bus in publico vti
[a]: quod & Plato in
Dionyſij conviuio
dixi, ὃκ αὖ δυναίμην
θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν ἀ-
ῤῥην ἔφυν ὤν, id eſt,
vir ipſe veſtem mu-
liebrem non ſum-
pſerim. Hincq; in-
fertur, videri idem
eſſe, etiã ſi dictio il-
la vniuerſalis *Quæ-
cunque*, adiecta ſtipu
lationi non eſſet:
quod videntur ſen-
ſiſſe Accurſius, Di-
I. nus & Veteres. A-

POMPONIVS *libro 5. ad Quintum Mucium.*

LEX CXI.

SI ſtipulatus fuero A
per[a] te non fieri,
quo minùs mihi illa
domo vti liceat: an e-
tiam ſi me non prohi
beas, vxorem autem
meam prohibeas, vel
cõtrà vxore mea ſti- B
pulata, me ꝓhibeas.

lij tamen contrà, vt Iacobus, Raphael, Alexan-
2 der, qui virtutem hanc vniuerſali dictioni *Quæ-
cunque*, tribuunt[b], quæ in quolibet particulari
debet intelligi[c]. Quam ſententiam & ego pro-
bo, ne videatur Iuriſconſultus eum duntaxat ca-
ſum decidiſſe, qui minus dubitationis haberet.
3 Nec obſtat, quòd † veſtis propriè muliebris di-
catur, quæ ſecundum vſum mulierum formam
4 habet: quia † ſi in vſu quoq; hominis ſit, non ſim
pliciter muliebris, ſed communis eſt[d], fieretque
tunc interpretatio contra ſtipulatorem, tanquã
res non eſſet clara[e], & tanquam illi ſit imputan-
dum, qui non perſcrutatus ſit, an ea veſte promiſ
II. ſor vteretur[f]. Quæ † ſententia omnium ferè
5 cõſenſu in vltimis voluntatibus procedit, vt ſci-
licet appellatione veſtis muliebris huiuſmodi
non comprehendatur, quam teſtator ſolebat in-
duere[g]. in his enim maximè ad mentem teſta-
toris attendimus[h], & ex viuentis conſuetudine
conijcitur, qualis morientis fuerit voluntas[i].
Quod in contractibus non eſt, qui ex vtriuſque
voluntate declarantur. Vnde pro eo ſemper re-
ſpondemus, qui verborum charitate innititur.
quod hîc Alber. docet. Sane illud ſciendum, li-
6 cet † iure noſtro veſtis appellatio generalis ſit,
adeò vt omnia comprehendat, quæ veſtiendi,
pręcingẽdi, tegendi corporis cauſa facta ſunt[k],
ex communi tamen loquendi vſu aliud eſſe: &
ideo in materia pœnali appellatione veſtis cali-
gæ non continentur. quod Car. Felinuſque tra-
diderunt[l]. Adnotant hoc ex reſponſo in pri-
mis Doctor. in claris haudquam opus eſſe con-
iecturali ſtatu, vel alia interpretatione[m]. Rur-
7 ſus adnotant, dictionem † *Quæcunque*, vniuerſa-
lem eſſe, & plurimum operari[n]. quæ concluſio-
nes à copioſis iſtis alibi explicatæ, à nobis con-
ſultò prætereuntur. Poſtremùm adnotatu di-
8 gnius eſt, ad † promiſſoris ipſius conſuetudinem
non eſſe attendendum. Quod intelligi debet,
quoties verba clara ſunt ambiguitatemque non
habent: aliàs non eſt dubitandum, etiam in con-
tractibus conſuetudinem patrisfamiliâs pluri-
mum poſſe, & in primis ſpectandam eſſe[o], in
his tamen, quæ ab eo pendent. Sed hoſce locos
generales non alibi tractauimus.

LEX CXI.

1 *Stipulatus ſibi licere domo vti, de coniugis vſu ſtipu-*

a l. veſtis. §. muliebria. de aur. & arg. leg.
b l. Balliſta ad Treb.
c l. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd.
d d. l. veſtis. §. communia.
e l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. eod.
f l. qui cum alio. de reg. iur.
g l. inter veſtem de aur. & arg.
h l. in cond. de cond. & dem.
i l. nomẽ. §. filio. de leg. iij. l. dãnas de vſufr. leg.
k d. l. veſtis.
l clem. ij. de vita & hon. cler. vbi Card. quæſt. v. Fel. procem. Greg.
m l. ille. §. cũ in verb. de leg. iij.
n l. j. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſ. l. quęcunque. ff. eod.
o l. vel vniuerſorum. de pig. act. vbi Alex. in apoſtil. Bal l. bene. C. de quad. præſcrip.



*latus cenſetur.*
2 *Interpretatio extenſiua interdum in ſtipulatione admittitur.*
3 *Dilatio reo data ad eius quoque fideiuſſorem porrigitur.*

L. iii. Si ſtipulatus fuero.

an committatur ſti-
pulatio? Et ſatius eſt
haec verba ſic accipi.
nam & ſi ſtipulatus
fuero, per te non fie-
ri, quo minùs mihi
via, itinere, actu, vti
liceat? etſi nõ me, ſed
alium nomine meo
ingredientem prohi-
beas: ſciendum erit,
cõmitti ſtipulationẽ,

5 *Verba ſtipulationis de vſu concepta ſunt, legis interpretatione.*
6 *Perſona extrinſecus in ſtipulatione ſubintelligenda non eſt.*
7 *Securitas quæ eſt viro data, an extendatur ad eius vxorem.*
8 *Verba, quæ ſunt merè perſonalia, vxorem non compræhendunt.*

SI STIPVLATVS FVERO a
PER[a]. ¶ Qui † ſtipulatur ſibi li- 1
cere domo, vel itinere vti, intelli-
gitur & de coniugis, vel procura-
toris ſui vſu ſtipulatus[p]. Sed quę-
nam eſt ratio? & Doctores conſentiunt id eſſe,
quia aliàs ſtipulatio ſuum effectum commodè C
non conſequeretur. Hincq; † adnotant, ſtipula- 2
tionem, quamvis ſtricti iuris contractus ſit, in-
terpretationem extenſiuam recipere, quando a-
liàs effectum commodè non haberet[q]. Quod &
in ſententia iudicis locum habet. Vnde † dilatio 3
data reo, ad eius fideiuſſorem porrigitur, ne a-
liàs abſq; effectu ſit[r]. Eademque ratione in ſta-
tutis municipalibus in quibus ſit extenſio, ne a-
liàs ſine effectu ſint[ſ]. nec enim in eis ſana inter-
pretatio reiecta cenſetur, non ſolùm cùm de da- D
mno vitando agitur, (vt Bar. cenſuit) ſed etiam
ſi de lucro captando[t]. quod argumento legis
noſtrę ego arbitror, ſi ſtipulationem hanc ex cau
ſa lucratiua, vt veriſimile eſt, interpoſitam cre-
damus. Procedit † & in contractu pacis cum ini- 4
mico cõventæ. includuntur enim & ſocij, ſi abſ-
que illis effectum habere non poſſet, quod Ang.
tradidit[u]. Ego interpretationem hanc extenſi-
uam non eſſe arbitror, ſed potiùs ex vi verborũ
deſcendere, latiùs tamen (vt hîc dicitur) acce- E
ptorum verba † enim ſtipulationis de vſu con- 5
cepta ſunt, at legis interpretatione. qui vſum ſi-
bi habet, coniugi quoq; habet[x]: habet ei, quem
nomine ſuo mittit[y], ſicvt & qui precariò ſibi
quicquam impetrat, vxorem quoq; & familiam
admittere poteſt[z]. Vnde † apparet, ſi de ſim- I.
plici extenſione ageretur, ſecus eſſe. Qua ratio- 6
ne maritus, qui ſibi ſtipulatur, non intelligitur
vxori ſtipulatus[a]: imò nec quidem, ſi velit, po-
teſt ei ſtipulari. quod ſuprà adnotauimus[b], re-
gulaq; eſt generalis, perſonam extrinſecus in ſti F
pulatione ſubintelligendam non eſſe[c]: & licet
quandoque extenſio de caſu ad caſum fiat, de
perſona tamen ad perſonam non fieri[d]. Quid II.
† ergo, ſi fide publica ſecuritas Titio conceſſa ſit, 7
vt ipſe cum decem equis, ſeu perſonis, itemque
rebus ſuis venire in ciuitatem poſſit, an vxori
quoque conceſſa cenſebitur, vt ipſa abſq; Titio
venire poſſet? & Bal.[e] ex facto reſpondit, poſſe,
idque argumento legis noſtræ, & quia vxor pri-

p l. oſſa de relig.
q l. j. §. ſi quis ita. ff. eo. l. ſi quis vni. j. rẽ rat. hab.
r l. fin. C. de vſur. rei iud.
ſ Bart. l. omnes populi. verſ. quarto quæro. ibi, ſine quibus diſpoſitio. ff. de iuſt. & iur.
t Bar d. l. omnes populi. q. vj.
u l. quæ religioſis. de rei vend. vbi Ang.
x l. cæterarum. de vſu & hab. l. pen. de ſer. leg.
y l. ij. & ſeq. eo. tit.
z l. pen. de prec.
a l. multum. C. ſi qs al. vel ſibi.
b l. ſtip. §. alteri. ff. eo.
c l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. eo.
d l. Titius. in pri. de lib. & poſth.
e conſ. cccxiiij. in v.

uilegio viri gaudere debet [a]. ſuaderq́ue hoc coniunctio, quæ inter ipſos eſt, quæ non eſt ſeparanda [b], & quia promiſcuum vſum rerum habent [c]. Quam ſententiam & ego ſequor, ſi vxor ea ſecuritate indiguit, quia propter virum & ipſa eſſet eiecta [d]: quòd ſi crimine proprio extorris eſſet, verior videtur contraria opinio, ne princeps executionem ſententiæ in maritum ad tempus ſuſpendens, alius quoque criminis, aliuſq́ue perſonæ executionem diſtuliſſe videatur [e].

III. Sed quid, ſi maritus ſtipulatus eſſet ſibi ire agere licere? & tali caſu nec vxorem, nec quenquam ſtipulatoris nomine vtentem contineri, Ray. Pet. Alber. exiſtimârunt, quoniam hæc ſtipulatio meri facti perſonalis eſt [f]. Vnde conſequens eſt, vt idem reſpondendum ſit, 8 quotieſcunque † vſus eſſet ſtipulator verbis, quæ merè perſonalem diſpoſitionem facerent [g]. qua de re ſuprà. In vltimis tamen voluntatibus latior ſumeretur interpretatio, ne videatur teſtator duram ſeparationem iniunxiſſe [h]. Sed & in contractibus ſi quis ire agere licere ſibi & vxori Titiæ ſit ſtipulatus, probabile eſt Semproniam quoque admitti, quam defuncta Titia ſtipulator vxorem duxerit [i]. qua tamen in re amplius deliberandum eſt.

IIII. Sanè dubitandum non eſt, 9 eum, qui † vſum domus habeat, non vxorem tantùm, ſed & amicum introducere, hoſpitemq́ue recipere poſſe, idq́; etiam inuito domino, vel ſocio [l]. Quod Accurſ. ex facto conſultus intellexit, etiam in lege municipali pœna infligeretur ei, qui abſque habitatoris voluntate domum ingreſſus eſſet. Poterit enim altero ſociorum vocante ingredi, licet alter vetet: & quamvis aliàs potior ſit prohibentis conditio [l], tamen hoc caſu ſecus eſt, quo ſocius ad vſum vocat ipſi domui conuenientem [m]: alioquin nec ſocius quidem videretur vti, ſi ſolus Timoniano more habitare cogeretur [n]. quod eouſque verùm ego arbitror, vt etiam ſi is, qui vetat, vxorem pluchram habeat, Zelotypusq́ue ſit, ducere ſocium nihilo minùs poſſet. nec enim ideo vti minùs iure ſuo debet [o]. Imputet ergo ſibi Zelotypus, qui ad diuiſionem non prouocet, vel in tutiorem locum non tranſeat. quod & Bald. cenſuit [p]. Non poſſet tamen (inquit Ang.) ſocij inimicum introducere, ſicvt nec perſonam inhoneſtam [q]. qua tamen in re plurimum ad qualitates perſonarum attendendum eſt [r].

a l.ij.in fin. de epiſ.& cler.
b l.cum ſcimus. de agric. & cẽſ. l.cũ qs. de dol.
c l.j.rerũ amot.
d l.nõ plures. vbi Bal.C. de ſacroſan.eccleſ.
e l.ſi vnus.§.ante omnia. de pact.c.ſuper eo. de off.deleg.
f §.ſed cũ factũ. Inſt.de ſtip. ſer.
g l.ſtipul. iſta. verſ. ſed ſi ſe.§. eo.
h d.l.pen de ſer. leg.
i arg.l.tale.§.fi. de pact.l.filię.§. fi.de cond.& dem. Alex. cõſ. clxxj.in ij.
k l.non aliter. de vſu & hab.
l l.Sabinus.cõ. diuid.
m l.ſi ædes.eo. tit.l. arboribus. §.nauis.de vſufruct.
n c.grandi.de ſup.neg.prælat. lib. vj.ver.cum omnibus ſuis. vbi Corſ.
o l.q vtitur.de reg.iur.
p Bal.l.j. C.qui teſt.fac.
q gl.d.l.non aliter.
r Alber.d. l.non aliter. Bal.l.ædem,C.loc.

POMPONIVS *libro 3. ad Quintum Mucium.*

LEX CXII.

A SI quis ſtipulatus ſit Stichum aut 4 Pamphilum, vtrum ipſe vellet: quem elegerit, petet: & is erit ſolus in obligatione. B An autem mutare voluntatem poſſit, & ad alterius petitionẽ tranſire, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis, vtrúmne talis ſit, QVEM VOLVERO: an, QVEM VOLAM. nam ſi talis fuerit, QVEM VOLVERO, cùm ſemel elegerit, mutare voluntatem non poterit. ſi verò tractum habeat ſermo illius, & ſit talis, QVEM VOLAM: donec iudicium dictet *a*, mutandi poteſtatem habebit *b*.

LEX CXII.

1 *Ratio diuerſitatis inter futurum ſimplex & exactum ratione reſeruatæ electionis.*
3 *Differentia conditionum ſi voluero, & cum voluero.*
7 *Variatio lite conteſtata cur prohibita.*
8 *Contractus & vltimæ voluntatis quo ad variationem differentia.*

SI QVIS STIPVLATVS SIT, STICHVM, AVT PAMPHILVM [a]. ¶ Stipulator † ergo, qui electionem ſibi per futurum ſimplex reſeruauerit, vſq; ad litis conteſtationem variare poterit: ſecus, ſi futuro exacto vſus ſit. Sed quænam eſt ratio? & cùm hîc dicatur ex vi verborum hoc induci, accipiẽdus eſt hic ſermo à Grãmaticis [s], 2 ex † quibus Pomponius futurum (inquit) duplex eſt: vnum, quod rem in futurum gerẽdam ſimpliciter ſignificat: alterum, quod exactum vocatur, quia ex præterito quoq; mixtũ eſt [t], vt videro, abiero, fecero, & ſi qua ſimilia ad ſubiunctiuum modum pertinentia: quod genus Græci non habent, ſed pro eo vtuntur participio præteriti cum futuro verbi ſum, vt γεγραφὼς ἔσομαι ſcripſero, ἐγνωκὼς ἔσομαι C cognouero, δεδειχὼς ἔσομαι monſtrauero: quod & Martinum arbitror ſenſiſſe, cuius verba Accurſ. vtpotè in re ad alienum ſtudium pertinẽte, non ſat à ſe intellecta malè recitat. Addunt noſtrates, formari exactum id futurum à præterito indicatiui, & ideo rem præteritam perfectamq́ue ſignificare [u]. Cùm ergo ſemel facta electione res perfecta ſit, amplius variatio non admittitur: quod ſecus eſt, cùm ſimplici futuro quis vſus eſt [x]. habet enim tractum, vt quandocunque D variare poſsit, niſi quatenus lex hãc poteſtatem certa aliqua ratione reſtrinxerit [y]. Hincq́; conſequens eſt, vt non ſolùm cum verbo *Voluero*, vſus ſit teſtator, ſed etiam ſi alio verbo præteriti perfectiq́ue temporis comprӕhenſiuo, vt *Voluiſſem*, ſeu *Vultum habebo*, id ſit reſpondendum, variationemq́ue non permittendam: ſecus, ſi perfectionem temporis non reſpiciat, ſicvt *Volam*, *Velim*, *Vellem* [z]. quod hîc Iaſ. oſtendit.

I. 3 Nec † hac tantùm in quæſtione vtilis hæc eſt Iuriſconſulti E noſtri diſtinctio, ſed & in alijs plurimis caſibus, velvti in eo, quem ſuprà attigimus, cùm diximus, in obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur, promiſsionem hac cõditione *Si voluero*, factam, ſi promiſſor deinde declaret ſe velle confeſtim vtilem eſſe [a]: ſub hac verò *Si volam*, vtilem ſtatim non eſſe, quia arbitrio ſuo dum viuit, variare poteſt. poſt mortem ergo tantùm hæres incipiet efficaciter teneri [b].

II. Nam & alibi Iuriſconſultus ei, cui ſucceſsio ſub hac conditione F *Si filius non volet eam ad ſe pertinere*, delata erat, ius facit, vt in parte per in integrum reſtitutionem à filio repudiata ſuccedere propter extenſiuorum verborum vim poſsit [c], cùm tamen regulariter pars per integrum reſtitutionem repudiata non proximiori, ſed fiſco applicetur [d].

III. Huc pertinet & quod alibi dicitur, vt ſi verba alienationis prohibitiua per futurum ſimplex concepta ſint, valeat prohibitio: ſi per futurum exactũ, putà *Si alienauerit*, non valeat [e], tanquam in eum caſum diſponat teſtator, quo res non ſit ſua, quia alienatio

s Doct.l.j.ſi cer. pet.
t l.verb. erit. de ver.ſig.l.Plotiana.de iur. codicil.
u arg.l.ſcribit.§. itẽ ſcribit.de aur. & arg.leg. vbi Bar.
x gl.l.hæc venditio. in princ. de cont.emp.
y l.filij.§.j. ad Tertul.
z l.ſi is, qui.de procur.
a no.l ſtip.non valet.§.eo.
b l.ſub hac.§.tit.j.
c l.j.§.ſi quis ad ita ad Tertul.d. l.filij.§.j. eo.tit.
d l.fi.§.de ſucceſ. edic. Doct. rub.C de ſucceſ. edic.
e l.Stichus.vlt. de man.teſt.



IIII. alienatio iam perfecta ſit [a]. Nec ijs abſimile eſt, quòd legatis eius vini amphoris. *Quod ex fundo Semproniano natũ erit, ſeu natum eſſet*, ſi nõ eo anno natum fuerit, non debebitur [b]. quòd ſi verba ita conciperentur, *Quod ex fundo Semproniano naſcetur*, ex vbertate aliorũ annorum ſupplebitur [c]: quod & in eo reſponſum eſt, qui x. pondo olei, cùm natum eſſet, vẽdidit [d].

V. 4 Qua † ratione & Scæuolæ reſponſo traditum eſt conſtituendam eſſe differentiã, an quis promiſerit, quod fratrẽ ſuũ debere conſtabit, an verò, quod conſtituerit, ſeu conſtitiſſet. hoc enim caſu, niſi viuente patre cõſtet, nõ committitur ſtipulatio [e]. Addit Paul. Caſtrenſis ea forma quod conſtiterit, cenſeri promiſſum, quod ex cauſa præteritũ tempus reſpiciente duntaxat ſit debitũ: illa verò, quod conſtabit, etiam omnem futuri temporis cauſam comprӕhendi vſq; ad ipſam probationẽ. qua tamen in re alij aliter.

VI. 5 Ijs quoque accedit, quòd † legatum filio, *Cùm pater morietur*, cõferendum eſt, tanquam viuente patre quæſitum: ſecus, ſi concepta ſint verba, *Cùm mortuus eſſet*. acquiſitio enim tunc tranſacta duntaxat patris vita ſit [f], tametſi etiam poſt mortem huiuſmodi verba interpretatione legis extenſionẽ quandoq;, ſeu tractum aliquem habeant, puta in diem petitionis [g], vel deſtituti teſtamenti [h].

VII. Ad ſuprà dicta etiam pertinet, quod alibi Doct. tradiderunt, vt ſcilicet plurimũ referat, quomodo clauſula codicillaris cõcipiatur, *Si non valuerit iure teſtamenti*, &c. an verò, *Si non valebit*. poſteriore enim formula ei caſui ſolùm ꝓuiſum cenſetur, qui ex poſtfacto tabulas infirmat: priore verò etiam illi, qui ex cauſa præterita [i].

VIII. Sanè & qui ijs verbis contrahit, *Emam fundũ*, non dicitur emere [k]: ſed qui aliter concipiat verba, *Erit mihi emptus fundus*, purè emiſſe videtur [l]. Non parum enim ij loquendi modi inter ſe differunt, *Neq; defenderetur, neq; defenſus eſſet* [m]: *ſi faciam, ſi factum habebo* [n]: *ædem faciendam, vel ædem factam habendam* [o], & ſi qua ſimilia, quæ frequentiùs etiam in ſermone vulgari occurrũt, & ideo diligenter adnotanda.

IX. 6 Vnde & fuere, qui cenſuerint, licet † poſt dilationẽ ad probandum conceſſam locus adhuc iuramẽto ſit in ꝓbationis ſupplementũ [p]: itemq́; poſsint adhuc examinari teſtes, qui in termino iurauerint, tamẽ ſecus eſſe, ſi dilatio ſimul ad probandũ probatumq́; habendũ data ſit [q], talia enim verba perfectionẽ ꝓbationis requirũt, quod & Ang. tradit [r]. qua de re alibi diffuſiùs.

a DONEC IVDICIVM DICTET [a]: ¶ Id eſt,

I. actionem [s]. Quod intelligunt Doct. per litis conteſtationem. 7 Sed † cur poſt iudicium acceptum, ſeu litem conteſtatam variare amplius non poteſt? atqui contrarium videbatur dicendum, ne litis conteſtatio ipſi actori obeſſet [t]. & Raph. Beſ. Iaſ. aiunt, quia per cõteſtationem litis quaſi contrahitur [u], vultq́; lex in ea deduci rem certã, vt & certa ſententia ſequi poſsit [x], meritò variationi locum non relinquit: ſicvt nec purgationi moræ [y], quæ & ipſa quædam variatio eſt. Addunt Bar. Alex. cæteriq́ue futuri id damnoſum reo, qui iam defenſiones præparaſſet, ſi mutata electione nouas & ipſe exceptiones præparare cogeretur. Quæ ratio nõ ſat probabilis eſt, cùm eadem ratione nec ante conteſtationem quidẽ permitti debuiſſet variatio [z], & ſatis conſultum ſit reo per impenſarum condemnationẽ, quam omnino ille præſtat, qui variat [a]. Nec verum eſt, conditionem actoris litis conteſtatione fieri deteriorem, quia variare amplius nequeat. natura enim obligationis hoc facit, ſecundum quam ille cõtraxit: vnde deterius dici non poteſt, quod à principio ita actũ eſt.

II. Sed nónne videtur hodie lege Iuſtiniani hæc noſtra corrigi, qui nõ A ſinit amplius ab actione ſemel propoſita deſiſti [b], ſed ad finem vſq; litem exerceri iubet? Verùm reſpondent omnes aliud eſſe in deſiſtente, quod fruſtratori eſt, aliud in variante ex facultate ſibi iure conceſſa, qui nihilominùs litẽ exercere dicitur.

III. Sed rurſus obſtat, qui vnum eligit, ſi ab ea electione recedat, nónne videtur tacitè cum reo paciſci, ne illum petat [c]? at nos habemus pactum rem alternatim debitam non petẽdi, ad aliam quoq; trahi, ſicq́; omnino reum libe B rari [d]. Sed reſponde, ex natura obligationis in caſu noſtro id agi, vt quamvis ab vno deſiſtatur, nõ tamen in alio liberatio cõtingat [e]: aliàs hæc non variatio, ſed renuntiatio totius obligationis eſſet. quod Bar. Raph. & Iaſ. tradiderũt, licet Imol. Alex. & Aret. nodum in ſcirpo quærant diſtinguẽtes, an electio promiſſoris, an rei ſit? quæ diſtinctio non ſat hoc caſu procedit [f].

IIII. 8 Cæterùm † & illud obſtat, quòd ſi teſtator Stichum, C aut Pamphilum, vtrum Titius volet, legauerit, ſtatim per electionẽ ius variandi permittitur [g]. Sed reſpondent Veteres, aliud in cõtractibus, aliud in vltimis voluntatibus eſſe. Sed quæ eſt ratio differẽtię? & Accurſ. ait, quia facta electione ſtatim dominiũ in legatariũ tranſit. conſtat autem, electionẽ, quæ executionẽ ſecum trahit, inuariabilem eſſe [h], ſicq́; apparet ideo variationem prohiberi, quia dominiũ tranſijt, non autem (vt hîc Bar. præpoſterè cenſuit) ideo dominiũ tranſD ire, quia variatio ſit prohibita, niſi hæc adeò & indiuiſim coniuncta eſſe dicamus, vt nõ referat, quid priùs, aut poſteriùs inductum ſit [i]. Sed qd, ſi hæc electio executionẽ ſecũ nõ trahat? vt quia quantitas, vel res alienæ alternatim [k] legatę ſint ſub cõditione, *Si legatarius volet*? & idẽ eſſet, nec futurũ indicãs à ſubiũctiuo diſtingui, ſed ſtatim cõſummari electionẽ pleriq; exiſtimarũt [l]: idq́; fauore vltimarũ voluntatũ, quas intereſt in ſuſpenſo diu nõ eſſe, ſed quãprimùm executioni manE dari [m]. Quæ ſentẽtia ambigua eſt. cùm enim verbum *Volet*, ex proprietate ſermonis tractum habeat, videtur teſtator id iuris legatario cõceſsiſſe, vt variare poſsit. Vnde ex mente teſtatoris nõ eſt dubium vltimas voluntates ſuſpendi [n], & in dubio à vi verborũ recedendum non eſt [o], ſicvt nec à regula, qua traditũ eſt, de cõtractibus ad vltimas voluntates valere argumẽtum [p], maximè cum eandẽ diſtinctionẽ in diſpoſitionibus quoque legalibus fieri videamus [q], quibus vltimæ F voluntates ſolent æquiparari [r]. hancq́; ſententiam & Ang. & Paul. Caſt. [s]. & Iaſ. probauerunt, ne aliàs apud Aufidiũ relata ratio imperfecta videatur. qđ & ego probo. Nec me mouet, quòd ſi pater filium inſtituerit, *Si volet*, non poterit filius variare, poſtquam ſemel hęreditatẽ adiuerit, nec locũ ſubſtituto facere [t]: 9 quia † prima aditio executionẽ ſecum trahit, cùm qui ſemel hæres eſt, nõ poſsit iure cõmuni deſinere eſſe hęres. tali.n. caſu ratio apud Aufidium ſcripta locum habet.

b POTESTATEM HABEBIT [b]. ¶ Sed nunquid

a Bar.l.filiusfamilias.§.diui. de leg.j.opp. pen.
b l.v. de vino, trit.oleoq́ leg.
c l.ex eo vino. eo.tit.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.§.eod.
d l.ſi debitor.§. veriſimile.de contra.emp. Fel.c.ad hæc.de reſcrip.
e l.qui Romę.§. Augerius.§.eo. vbi Bar.
f gl.l.j §.ſi emãcipato.de col. bon.
g l.j.§.vnde leg.
h l.ſi quis poſth. pen.reſp. de lib. & poſth.
i Bar.l.j.q vij. de iur. codicil. Bal.l.fi.C.de Codicil. Dec. conſ. ccxlij.
k gl.l in bonæ fidei.de eo, ꝙ cert loc.
l l.cum ab eo.de cont empt.
m l.ij.in fin.ex quib.cauſ.in poſſeſ.
n l.j.§.hoc interdicto. ne quid in loc.pub.
o l.qui inſulam. §.pe.locat.
p Iaſ.repet l.admonendi.§.de iureiur.
q Doct.c.j.§.ij. de except.in vj. & c licet cauſ. vbi Dec.de ꝓb.
r Ang. Antiſtius de acq.hæred.
s l. ſi ſeruus.§. de noxa.l. non diſting.§. illud. de arbit.
t l.non ſolet. de reg iur.
u l.iij.§.idẽ ſcribit.de pet.
x §.curare. Inſt. de act.
y l.ſi inſul.§.eo.
z l.j.§ de eden., in princ.

L.112. Si quis ſtipulatꝰ ſit.
a l.edita.C. de eden.
b auth.qui ſemel.C.quom.et quando.iud.
c l.poſtquam liti.C.de pact.
d l.ſi vnus.§.ſed ſi ſtipulatus. de pact.
e d.§.ſed ſi ſtipulatus.
f Doct.d.§. ſed ſi ſtipul.ver. ſed ſi generaliter.
g l.huiuſmodi. §.Stichum.de leg.j.l. ſtatuliberum.§. Stichũ. de leg.ij.
h l.apud Aufidium.de op. leg.
i gl.l. Pompon. §.rati. de procu.
k l.ſi tibi homo. §.ſi fund.de leg. j l. Papinianus. de ſeruit.
l Pet.Din.Rain. Bar. Alber. cæt.
m l.vel negare. quemad.teſt. aper.
n l.vſusfruct.§. tit.ij.
o l.non aliter. de leg.iij.
p l.ita ſtipulatus.§.eo.
q d.l.filij.ad Tertyl.
r gl.l.j.C.de his, quib.vt indig.
s Ang.& Paul. l. ſerui elect. de leg. j.Iaſ.d.§.Stichum.
u gl.l.iam dub. ver. velvt. in fi. de hær.inſt. vbi Din. Ang. Imo.

quid idem ſit in electione tacita? verbi gratia,
qui ſtipulatus erat decem, aut Stichum, vtrum
voluerit, receperat quinq;, quo caſu ſummã, nõ
autem Stichum tacitè videtur elegiſſe, nunquid
mutare poterit? & receptum eſt nõ poſſe [a], legiq;
noſtræ locũ adhuc
eſſe. qua de re alibi
diffuſiùs [b]. Sed qd,
ſi vna ex rebus al-
ternatim debitis
perierit, an adhuc
licita erit variatio?
& reſponſum eſt eſ
ſe reſpectu æſtima-
tionis. quod alibi
quoq; videndum [c].

a l. cũ debitore. in fi. cum gl. j. rẽ rat. hab.
b Alex. l. ij. §. j. ff. eod.
c l. Stichum in princ. ff. de ſolut.

1 *In promiſſione ſatiſdandi venit intereſſe variè cõſiderandum.*
3 *Satiſdandi promiſſionis varia acceptio.*

¶ Si quis ita ſtipulatus fuerit [a], PRO CENTVM AVREIS SATIS DABIS? & reum dederit in iſtam ſummam: Proculus ait, ſemper in ſatiſdationis ſtipulationem venire, qd' intereſſet ſtipulantis, vt aliàs tota ſors ineſſet, velvti ſi idoneus promiſſor non ſit: aliàs minus, ſi in A aliquid idoneus eſſet debitor: aliàs nihil, ſi tam locuples eſſet, vt noſtra non interſit, ſatis ab eo accipere: niſi quod plerunque [b] idonei non tam patrimonio, B quàm fide quoq; æſtimarentur.

4 *Obligatio ex promiſſione futuri inducitur.*
6 *Ratione ſuſpectæ fidei ſolùm interdũ fideiuſſor petitur.*
8 *Nudæ cautio quandoq; ſufficit.*

a §. SI QVIS ITA STIPVLATVS FVE-
1 RIT [a]. ¶ Promiſſio † ergo ſatiſdandi facti eſt [d]
2 & in id, quod intereſt, committitur. Id † autem
ex qualitate principalis promiſſoris perpendi- C
tur, ſecundum quam quandoq; in totum, quan-
doq; particulariter, aliquando & in nihilum fit
3 condemnatio. Hincq; adnotari poteſt, ſi † promi
ſerim me pro centum aureis ſatiſdaturum, hoc ſi
gnificari, quod fideiuſſorem eius ſummæ tibi da
bo. quę ſentẽtia certiſſima eſt, cùm iam ego eam
ſummam tibi deberem, idq; ageretur, vt tu ſecu-
rior fieres. ſed ſi alius tibi debebat, egoq; pro ea
ſumma dixiſſem me ſatiſdaturũ, videretur, hæc
verba, quamvis futuri temporis, interpretanda, D
tanquam ſi in præſentia dixiſſem me ſatiſdare.
quo caſu tanquam fideiuſſor videor intercede-
4 re, & ſic ad certum obligari [e]. nam † quoties ali-
quis contracturum ſe promittit, & tempore pro-
miſsionis nihil repugnat, quin perfici cõtractus
ille promiſſus poſsit, vt quia ſolo conſenſu ab-
ſoluatur, talis promiſsio contractum illum in-
ducit, vt adnotat Aret. Vnde qui promittit ſe pi-
gnori daturum, eo ipſo conſtituere videtur pi-
gnoris obligationẽ [f]: & ſi quis promittit ſe obli- E
gaturum ad decem, confeſtim ad illa tenetur, &
conveniri circuitus evitandi cauſa poteſt: quod
Io. And. cenſuit [g]: & qui reſpondet ſe hæredemq;
ratum habiturum, eo ipſo ratum habere intelli-
gitur [h], licet quantum ſit contraventionis, quæ
de facto fieret, reſpectu, committi in futurum pœ
na poſsit [i]: ſic & qui paciſcitur ſe Titio centũ do
naturum, iam tum donare videtur [k], conveniri-
que condictione ex lege Iuſtiniani poteſt, quod
aliqui tradiderunt [l]: & qui promittit ſe liberatu- F
rum, tunc liberare intelligitur [m], quod propter li
berationis naturam eſt. Sed tamen in contrariũ
facit, quod Accur. hìc notat, quẽ omnes ſequun-
tur, dum legem noſtram procedere intelligit, e-
tiamſi quis illis verbis pro eo promittat, quod a-
lius debet. videtur enim de alio fideiuſſore pro-
mittere, quàm de ſe: & generalis regula eſt, in cõ
tractibus verba futuri temporis ad præſentẽ ob-
ligationem non produci [n]. Nec enim qui de fu-
turo loquitur, de præſenti egiſſe videri poteſt.

d l. ſi pœnam. not. ff. eod.
e l. vbi autem. §. & adhuc occurrit. ff. eod.
f l. j. de pig. act. vbi Aret. arg. l. ſi creditoris. C. de fideicom.
g l. dominus teſtamento. de cond. indeb. vbi Iaſon.
h l. iiij. §. Cato. vbi Mod. ff. eo.
i gl. l. id, quod pauperibus. de epiſc. & cler. C.
K gl. §. aliæ. ver. manifeſtauerit. Inſt. de donat.
l Bart. l. iuriſgẽtium. in prin. de pact. l. ſi quis argentũ. in princ. vbi Ang. de don. C.
m l. ſi intra. de pact. d. l. ſi creditoris.
n l. verbũ, oportebit. de verb. ſig. vbi dixi.

Non debet ergo pręter contrahentium mentem
induci obligatio [o], neque obligatio quæ futuri
facti eſt, ad præſentem dationem referri, cùm
ſemper rei promittendi interſit ad factum po-
tiùs teneri, cùm ea obligatio laxior ſit [p]: & ideo
ſolent dicere Doct.
aliud eſſe venditio-
nem, aliud venden-
di promiſsionẽ [q].
nec quicquã ratio
circuitus evitandi
facit, cui non eſt lo-
cus, quoties cõtra-
hentium intereſt
circuitum ſeruari [r].
Vnde deciſio illa
Aretini, itemque a-
lia Io. And. non ſat
iure noſtro proba-
biles ſunt [s], niſi
cùm reſpectu ſo-
lius effectus verba
futurum reſpiciãt,
idque actum inter partes ſit: receptiorque vide-
tur eorum ſententia, qui promiſsionem in futu-
rum donandi cenſuerunt à donatione diſtare [t].
An verò ob eam condictionem ex lege agi poſ-
ſit, alibi à me diſputatum eſt. Crediderim ergo
ſuprà ſcripto caſu in dubio interpretandum, vt C
is tanquam fideiuſſor non teneatur, duntaxat-
que limitandam legem noſtram eo caſu, quo cõ
ſtaret id actum eſſe, vt iſte fideiubeat, putà quia
verbis præſentibus dixiſſet, *Pro centum aureis ſatiſ-
do*. tunc enim non ad id, quod intereſt, ſed ad cer
tum teneretur [u]. Addit Accurſius, nec † tunc ad 5
id, quod intereſt, teneri, imò in nihilo obligari
eum, qui fideiuſſorem dederit non idoneum, ſi
creditor ſcienter eum acceperit [x]. videtur enim
ceu idoneum approbaſſe [y]. Qua ratione & qui D
promiſit, quod faceret, vt Titius fideiuberet, ſi
fecit, liberabitur, tametſi Titius ſoluendo non
ſit [z].
NISI QVOD PLERVNQVE [b]. ¶ Quam- b
vis † ergo aliquis ſit locuples & ſoluendo, mea 6
tamen intereſt habere fideiuſſorem obligatum,
ſi fidem ipſius principalis ſuſpectam habeam, vt
quia difficilis & moroſus ſit ad ſoluẽdum, qua-
les antiqui Tricones vocabant, id eſt, qui tricas
& litigia ingerunt, ne ſoluant [a]: vel, quia execu- E
tio in illum eſſet difficilis, velvti ſi præſidium a-
liquod, vel arcem inſideret, vnde non niſi ma-
gna coacta manu & muralibus machinis deijci
poſſet [b]. Sed quomodo ijs caſibus æſtimabitur
hæc vtilitas, quòd fiediuſſorem habeam? & Bar-
tol. eleganter cenſuit, quãti talis actio vendi poſ
ſet [c]. Sed videretur generaliter noſtra ſemper
intereſſe, vt fideiuſſorem habeamus: tum, quia
non parum refert plures habere obligatos [d]: F
tum, quia poſſet principalis mori & hæredem
reliquere (vt Plautus in Pœnulo inquit) comi-
tialem, id eſt, qui ſemper in foro, ſeu comitio ſit
litigandi cauſa [e]: tum, quia poteſt quis, quamvis
opulentus effici inops, idq; mille fortuitis caſi-
bus [f]. Verùm reſpondendum eſt, hanc vtilitatẽ
à principio non perpendi æſtimarive, ſed tum
demum, cùm caſus ille evenit: quod hìc Bar. cen
ſuit, & alij probant [g]. Sanè adnotant hìc Docto-
res, aliquem cenſeri idoneum non ſolùm facul-
tatibus, ſed etiam fide. Vnde cenſuit hìc Caſtren
ſis, fideiuſſorem dici idoneum, qui magnæ fidei
ſit,

o l. non omnis. ſi cert. pet.
p l. ſi pœnam. ff. eod. l. ſi quis ab alio. de re iud.
q gl. l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod cer. loc.
r l. ſi vſusfruct. mihi ff. vſusfru. quemad. cau.
s Dec. l. ſeruum tuum imprudens. ſi cer. pet.
t Alex. d. l. iuriſgẽtium. in prin. de pact.
u d. l. vbi aũt. §. ij.
x l. iij. de fideiuſ. in fin.
y l. inter cauſas. §. abeſſe. mand.
z arg. l. qui aũt. §. ſed ſi quis de conſt. pet.
a l. eum. qui. in fi. de in di. addict.
b l. ij. in princ. qui ſat. cog. vbi not.
c l. j. §. ſi hæres. ad Trebel. Bar. ĩ l. proxima. § fin.
d l. iiij. in fi. de lib. leg.
e l. generaliter. in princ. C. de reb. cred.
f gl. ij. verb. non cogitur. ſol. mat.
g Rapha. Com. conſil. l. iij. Titius.



ſit, licet tenuium facultatum: & talem adverſus
eum, à quo reprobetur, agere iniuriarum poſ-
ſe [a]. quam ſententiam Alex. Aret. Iaſ. rectè im-
probant. Ego, quoties † lex ſatisdationem requi-
7 rit, arbitror de fideiuſsione idonea facultatibus
intelligi [b], nec ſuffi
cere magnam fi-
dem, cùm mori ille
poſsit, & hæredem
improbũ relinque-
re, cùm & aliqui fi-
dem in modicis ſi-
bi præſtruãt, vt ma-
iore præmio deci-
piant. qua tamẽ in
re ad verba legis re
ſpiciendũ eſt. Quid
enim, ſi pręcisè ſa-
tiſdationem nõ re-
quirat, ſed cauſa co
gnita ſatiſdandum
dicat [c]? Quid, ſi al-
ternatim aut ſatiſ-
det, aut caueat, ſcri
8 ptũ ſit [d]? tali † enim
caſu ſi perſona ſu-
ſpecta non ſit, ſuffi-
cit nuda cautio [e].
Quid, ſi lex non ſimpliciter fideiuberi mandet,
ſed adiecta conditione, *Si minor facultatibus ſit* [f]? cer
tè tali caſu locuples non ſatiſdabit. Quid item,
cùm lex fideiuſſorem requirat, ſi præſtari poteſt?
ſi enim non poſsit, traditum eſt ſufficere iurato-
riam cautionem [g]. qua de re alibi. Illud tamen
ſciendum, quamvis iudex ſatiſdationem ex for-
ma legis accipere debuerit, nihilo minùs excu-
ſari, ſi à locuplete non acceperit [h]. cuius rei illa
eſt ratio, quia non intereſt creditoris, cùm exige
re à principali poſsit: ſecus ergo, ſi non poſſet.

a l. ſi vero. §. qui pro rei. qui ſat. cog. l. ſi creditor in fin. de priuil. cred.
b l. ij. vbi Doc. qui ſat. cog. l. pen. C. de muri. leg. li. x. Felin. c. ad noſtrã. j. de iureiur.
c l. legitimos. de leg. tut.
d l. j. cum gl. de rip. mun.
e gl. l. pen. in gl. pen. de petit. hær.
f l. quicunq;. ij. C. de fun. pat. lib. xj. vbi Bar. l. de creationibus C. de epiſ. aud.
g auth. cui reſtrictum. C. de indict. vid. tol.
h l. j. §. ſi magiſtratus. vbi Bal. de ma. conuen. gl. l. mulier. C. de iur. dot.

PROCVLVS *libro 2. Epiſtolarum.*

LEX CXIII.

CVm ſtipulatus ſim mihi, Procule [a], ſi opus arbitratu meo [b] ante calendas Iunias effectum non ſit, pœnam, & protuli diem, putáſne verè me poſſe dicere, arbitratu meo opus effectum non eſſe ante calendas Iunias: cùm ipſe arbitrio meo aliam operi laxiorem dederim? Proculus reſpondit, non A ſine cauſa diſtinguendum eſt, intereſſe, vtrùm per promiſſorem mora non fuiſſet, quo minùs opus ante calendas Iunias ita vti ſtipulatione cõpræhenſum B erat, perficeretur: an, cùm iam opus effici nõ poſſet ante calendas Iunias, ſtipulator diem in calendis Auguſtis protuliſſet.

LEX CXIIII.

1 *An prorogatione temporis evitetur pœna.* 10.
2 *Verborum Arbitratu meo explicatio.* 3.
4 *Effectus adiectæ pœnæ in ſtipulatione.*
8 *Periurium non committitur niſi lapſo die.*
9 *Dictionis Propemodum, explanatio.*

a CVM STIPVLATVS SIM MI-
1 HI, PROCVLE [a]. ¶ Conſuluit
† quis Proculum Iuriſconſultum,
an qui promiſit opus ante calen-
das Iunias facere ſub pœna, proro-
gato tempore, evitet pœnam? cui ille Epiſtola-
rum libro ſecundo reſpondit, plurimum inter-
eſſe, an prorogatio ex neceſsitate facta ſit, vt quia
quo tempore facta eſt, cõſtabat ante calendas
Iunias opus perfici non poſſe: & tunc pœna non
evitatur, quia videtur ſtipulator tempus proro-
gaſſe, non vt ius pœnæ ſibi acquiſitum remitte-
ret [i], ſed quia opus vellet perfici: an verò proro-
gatio eo tempore ſit facta, quo potuit adhuc in
tempore opus perfici: & tunc pœna non com-
mittitur, quia merè voluntaria eſt [k], vt ego in-
terpretor, vel (vt Bartol.) quia adhuc mora facta
non eſt. & vbi mora non eſt, ibi nec pœna quidẽ
committi debet. difficilis autem ſcabroſusq; hic
eſt cõtextus: opinor, quia compilatores aliquid
de Proculi epiſtola mutilauerint, dum ſcilicet
breuitatem adfectabant.
b SI OPVS ARBITRATV MEO [b]. ¶ Hæc

i arg. l. rem legatam. de ali. leg.
K arg. l. ſi fideiuſſor. §. j. qui ſatiſ. cog.

† verba *Arbitratu meo opus fieri*, propriè ad formam L. 113.
operis pertinent, quia debuit ſtipulator ipſi ædi Cùm ſti-
ficanti prædicere, qua forma velit opus fieri [l]. pulatus
& cùm circa hoc non dubitetur, præſupponit ſim.
Iuriſconſultus, formam ipſam prædictã promiſ-
ſori fuiſſe [m]. Diffe- I.
runtq; ſuprà ſcripta 2
verba ab illa conce
ptione, *Arbitratu meo
opus probari*. quoniã
tũc nõ ante opus fa
ctum quicquã præ-
dici, ſed duntaxat
poſtquam effectum
eſt, approbari ſigni
ficant [n]. Cùm ergo
præſupponamus
certam formã iam
prædictam fuiſſe,
nihil refert, quod
infrà dicitur pœnã
committi etiã mor
tuo eo, qui arbitra-
ri debuit. ſatis e-
nim eſt ſemel eum
arbitratum fuiſſe [o].
Secus ergo videre-
tur, ſi nihil vnquam
declaraſſet, ſeu arbitratus foret [p], nec eſſet
C conſtituenda differentia, an in arbitrium do-
mini, an in arbitriũ tertij res collata eſſet [q]. Sed
tamen Bart. differentiam conſtituit, tanquã hæc
verba ad perſonam domini relata quandam ad-
monitionem duntaxat inducant [r], in perſonam
verò tertij ſint conditionalia [s]. Sunt † tamen, II.
qui aliter ſuprà ſcripta verba *Arbitratu meo*, intelli 3
gant, vt ſcilicet arbitrium ſibi reſeruauerit nõ ſo
lùm circa formam operis, id eſt qualitatẽ & per-
fectionem, ſed etiam circa temporis prorogatio
D nem: quod Accur. et Veteres tradidere. Sed quor
ſum prorogationem ſibi reſeruaſſe dicemus? cui
enim dubium, quin potuerit quandocunq; fauo
ri ſuo renuntiare [t]? Adde quòd ſeptimus iſte ca-
ſus magis verbum *Effici opus*, reſpicit, quàm præ-
poſitionem *Intra calendas*: & ſic ad ſubſtantiam fa-
cti magis, quàm ad tempus refertur. Probabilis
tamen hæc eſt ſententia, vt ſcilicet vtrunq; reſpi
ciat. At Iac. alijq; aliter, nempe arbitrium ver- III.
ſari intelligẽtes in mutando formã operi à prin-
E cipio datam: quæ ſi mutata non ſit, firma rema-
net, nec ideo ſtipulatio ſuſpenditur, qui intelle-
ctus ei non repugnat, quem priore loco retuli-
mus. Dubitabilior eſt & notabilior Bar. inter- IIII.
pretatio, vt propter illa verba *Arbitratu meo*, poſ-
ſit ſtipulator, qui diem calendarum adiecit, etiã
ante illud tempus interpellare, diemque vel ar-
ctare, vel proferre, qui ſenſus cum Accurſiano
convenit. Hincq; infertur, vt ſi promiſiſti mihi
ſoluere centum in Martinalibus, & deinceps ar-
F bitratu meo, ſeu ad omnem meam requiſitio-
nem, dies Martinalium in mora conſtituat [u],
quia illa verba *Arbitratu meo*, ſignificant, vt proro-
gare diem poſsim, & ſi non prorogauerim, ni-
hilo minùs dies Martinalium interpellet, & in
mora conſtituat [x], vt hìc ex Accurſij interpreta-
tione probatur. Idem illa *Ad meam requiſitionem*,
quandam admonitionem ſignificant, non au-
tem conditionem, quæ actum ſuſpendat [y]: ſic-
que omnes vno ore tradiderunt, & non paucas
ſimiles quæſtiones deciderunt, quas hìc refert
Iaſon.

l l. cum in plures. §. l. dict. loc.
m l. qui teſtamẽto. de teſta.
n l. ſi in lege locationis. locat.
o arg. l. ſi quis hæred. C. de inſtit. & ſubſt.
p l. mulcta. de cond. & dem.
q arg. d. l. ſi in lege. in princ.
r arg. l. ſi decem ff. eod.
s l. ſi arbitratu. ff. eo.
t l. pen. C. de pact.
u l. fi. in fi. verb. vel poſtea C. de iur. dot. vbi Bal.
x l. magnam. C. eo.
y l. ſi ita quis. in prin. ff. eo.

Iaſon. Ego tamen dubito, ne non vera hæc ſint. cùm enim mora delictum improbitatemque arguat a; non videtur in eam incidere is, qui probabilem excuſationem habet b. Probabiliter autem iſte excuſatur, qui requiſitionem expectauit, de qua expreſſè in conventione cautum erat. Vnde quamvis ex iuramento quis, etiã ſi non ſit interpellatus, obligetur c, tamen ſecus eſt, ſi interpellationis mẽtio in eo facta ſit d. Nec lege noſtra quicquam probatur, quod ſuprà ſcriptis obſtet, cùm veriſimilius ſit verba illa *Arbitratu meo*, ad formã operis, quàm ad diem calendarum pertinere e, vt ſuprà docui, cùm item lex noſtra de arbitratu ante calẽdas loquatur, at ſuprà ſcripta quęſtio poſt calendas: & vt verum ſit, verba illa *Ad omnem petitionem*, loco cuiuſdam admonitionis eſſe, non tamen ſequitur, quin excuſent à mora. vnde tali caſu vſuræ non ex mora, ſed ex ſtipulatione debẽtur f: quod fatentur omnes.

**Nã ſi tunc diem ſtipulator protulit, cùm iam opus ante calen- A das Iunias effici non poterat, puto pœnam eſſe cõmiſſam a,**

a PVTO POENAM ESSE COMMISSAM. a ¶ Sed quæ eſt ratio? & Bart. ait, quia confeſtim cùm conſtat opus intra diem conſtitutam perfici non poſſe, pœna committitur ipſo iure: quam non videtur ſtipulator voluiſſe remittere, licet ſecus ſit in committenda. faciliùs enim ius quærendum remittimus, quàm quæſitum g. quam rationem ego ſuprà non ſum ſecutus. Adnotantq;
4 hinc Doctores, vbi † ſtipulationi adiecta eſt pœna, ſtatim eam mero iure committi, cùm certum eſt rem præſtari non poſſe, licet ſecus ſit, ſi pœna nõ ſit addita. tunc enim ſemper expectat dies h, ſicvt & reſpectu effectus indiſtinctè expectatur i. Idemq;, cùm pœna quidem adiecta proponitur, ſed promiſſio facti momentanei eſt k. Idemque generaliter in pœnis legalibus, quibus nunquã locus eſt, niſi lapſo die l. mitiùs enim cum lege agitur, difficiliuſq; ab ea inducũtur pœnę, quàm à contrahentibus, qui ſibi imputare debẽt, ſi de pœna convenerunt. Sed hanc ego differentiam inter conventionales, legaleſq; pœnas non approbo, exiſtimoque nec conventionali quidem pœnæ locum eſſe, niſi poſt diem, quoniã lex ait, diem promiſſionis tum demum cedere m, violantq; eam legem Doctores, qui cedere cum effectu intelligunt, tanquam ipſo iure priùs cedat. Cur nõ potiùs ſimpliciter intelligimus, vt cedat omni reſpectu? nam & alibi traditur, ſi hominẽ ſiſtere calendis ſub pœna promiſerim, nõ priùs pœnam committi, quàm calendę venerint, tametſi priùs cõſtet fore, vt eo tẽpore ſiſti nequeat n. Violantque eam legem eodem modo Doctores qui cõmitti ratione effectus tantùm intelligunt, quia ante tempus obſtat exceptio. Reſtringitur etiam ſecundum hanc ſentẽtiam lex noſtra, cui non eſſet locus, niſi cum ſtipulatio à conditione cœpit. ſi enim à cõventione cœpiſſet, vt quia promiſſum eſſet inter calendas opus effici, & ſi effectum non eſſet, centum dari, nunquam ante diẽ pœna committeretur o: quod hîc Din. Alberic. cæterique cenſuerunt. quia cùm reſpectu conventionis debitor non ſit ante diem in mora p, nec quidem reſpectu pœnæ eſſe debet: atqui ſaltem tacitè ſemper pœnalem præcedit conventio. Violatur quoque, dum Iuriſconſultus ſimpliciter dicit pœnam eſſe commiſſam, intelliguntque Doctores mero iure, non autem

a l. non poteſt dolo. de reg. iur.
b l. igitur. §. poteſt. de lib. cauſ.
c c. breui. de iureiur.
d c. j. ver. requiſitus. de no. for. fid. in vſib. feu.
e arg. d. l. ſi in lege.
f d. l. ſi ita quis. in princ. vbi Doct.
g l. cum hi. in prin. de transact. in gl.
h l. inſulã. ſ. eod.
i l. in illa. ſ. eo.
k l. quicquid. in fi. ſ. eod.
l d. l. inſulam. c. commiſſa. de elect. lib. vj.
m l. ſtipulationes non diuidũtur. §. j. ſ. eo.
n l. ſi eum. §. homo. ſi quis caut.
o l. ſi deceſſerit. qui ſatiſ. cog. vbi Alex.
p d. l. in illa.

in effectu, cùm verba potiùs ad effectum referri debeant, aitque lex, nihil differre, an in effectu, quid non fiat, an nec mero iure q. Nec † ſanè 5 bona eſt ratio differentiæ, quam Doctor. adducunt, dum mitiùs aiunt agi cum lege, quàm cum homine. generales enim vulgareſque huiuſmodi loci leuiter ad rem faciũt, faciliuſque (vt inquit Imol.) & citiùs committi pœna legalis debuit, vt quæ id quod intereſt, ſolùm reſpiciat, quàm pœna conventionalis, quæ plerunque odioſior eſt r. Et ſi hanc ſententiam teneamus, conſequens erit, vt intellectus, quẽ ſuprà ego adduxi, huic legi magis conveniat, vt ſcilicet differentia Proculi non in eo conſiſtat, quia pœna iam eſſet commiſſa, ſed quia non videtur ſtipulator pœnam committendam remiſiſſe, quando opus fieri non B potuit s: quia in id ſolùm prorogaſſe videtur, vt opus factum haberet. nec enim Proculus, cùm pœnam eſſe commiſſam ait, tum fuiſſe commiſſam intelligit, cùm opus fieri non potuit, ſed nũc eſſe, cùm calendæ venerunt. quod ex contextu ipſo & ratione, quam diluit, ſatis oſtenditur. Sit ergo concluſio generalis, quòd quoties dies & conditio obligationi adeſt, nunquam committitur ante diem pœna, licet conditio evenerit t, C idque ſiue addicta ab homine ſit pœna, ſiue à lege, quod in pœna legali pluribus exemplis oſtenditur u. Pone (ait lex municipalis) proſcripti lapſa die citationis ob contumaciam impunè occidi poſſint: aliquis adeò ſe arctauerat, vt nullo modo ad diem adeſſe poſſit, nunquid impunè occidetur? & Bartolus non poſſe cenſuit. cùm enim de dilatione legali agatur, expectandus eſt finis: ſuadẽt hoc & verba legis, quæ hanc facultatem concedunt, lapſa die, ergo non ante D diem x. Nec obſtat, quòd iamiam ſcribendus habetur pro proſcripto y, quia in materia hac odioſa huic regulæ locus non eſt, cùm in bannis, ſeu (vt Latinè loquar) proſcriptionibus non recedamus à vi verborum, nec caſus verus ad fictũ extendatur z, vt Aret. hîc docet. I. Nec † refert, 6 (inquiunt Doctores) an pœna illa à lege duntaxat impoſita ſit, an etiam à iudice, cùm videatur iudex ſententia ſua id expreſſiſſe, quod tacitè inerat a. II. Addit Bart. idem quoque eſſe, ſi ſolius E iudicis ſententia id inductum ſit, quæ ſententia executionem ſecum non trahat, cùm ſuprà concluſum ſit, ſemper effectu expectandam eſſe diem b. III. Sed Ang. Raphaelque amplius cenſent, idem ſcilicet eſſe, etiã ſi ſententia ſecum executionem trahat. Vnde ſi iudex aliquem in exilium mittat, adiecto vt niſi intra triduum tale quid fecerit, poſſit impunè offendi c: ſi lapſo biduo cõſtet non poſſe illud fieri, non tamen poterit interim offendi, quamvis hęc ſentẽtia executionem F ſecũ trahat d. Mouentur illi, quia à vi verborum hac in materia perquam odioſa recedendũ non eſt, quos & ego adverſus Bar. & cæteros ſequor, quia ſuprà oſtẽdi lege noſtra nõ probari hãc differentiam inter legalẽ & cõventionalẽ pœnam. Nec obſtat ratio, quòd fruſtra expectetur terminus, qui nihil operari poſſit e: quia hæc ratio æqualiter vrget tam adverſus legis, quàm hominis diſpoſitionem. Vnde eadem reſponſione tollenda eſt, nempe vt ei locus non ſit cõtra vim verborum, à qua nunquam in odioſis recedimus f.

Sed

q l. nihil intereſt. de regul. iur.
r l. ſeruus ea lege. de ſer. export.
s arg. d. l. rem legatam. de ali. leg.
t d. l. in illa. vbi dixi, & d. l. hoc iure.
u gl. de. vt hi, qui. ver. conſtitutus. de æt. & qual. gl. c. vbi. ver. decem dieb. de elect. in vj. Doct. c. perſonas. ad fin. de appel.
x l. ſiue. §. tãdiu. vbi Ang. de cond. fur.
y l. fin. vbi gl. & Bal. de teſt. mil. Doct. l. iij. §. ſi ſeruus. de acq. poſ.
z Bar. l. vnica. §. fi. ſi quis ius dic. non obtẽp.
a l. iij. de leg. j.
b d. l. in illa.
c Innoc. c. olim cauſ. ad fin. de reſt. ſpol.
d l. quod ad ſtatutum. in fi. l. qui vltimo. de pœnis.
e l. aliquãdo ad Velleia.
f Io. And. c. j. de vit. & honeſt. cler. lib. vj.



IV. Sed† quid in arbitrio dicendum? & conſtat i-
7 dem eſſe, vt pœnæ non ſit locus niſi poſt diem a. Quid ergo, ſi ante diem comparitioni conſtitutum arbiter decedat, certumque ſit, etiam ſi non deceſſiſſet, partem comparére non potuiſſe, an incidet in pœnam? & Accur. argumento legis noſtrę nihilo minùs incidere cenſuit b. A quo egò diſſentio, quia interpretationẽ cõmunẽ huius legis non ſequor: et quia caſus ſuperueniẽs moram hanc excuſare debet, quæ adhuc contracta perfectè nõ erat c. quæ ſententia videtutr receptior. Sed pone: arbiter diem ſtatuit ad aliquid faciendum: an ſi eam prorogauerit eo tempore, quo certum fuit illud fieri non poſſe, euitetur pœna? & Bar. ait, ſi pœna erat legalis, non eſſe cõmiſſam, & meritò fruſtrà de ea vitanda tractari: ſi verò erat pœna conventionalis, ſecus eſſe: quia cùm cõmiſſa ſit, evitari non poteſt d, niſi appareat idcirco diem ab C arbitro prolatam, quia vellet pœnã euitari. cùm enim poteſtatẽ prorogandi habeat, poteſt etiam pœnam circunducere e. In dubio tamen non videbitur eo fine prorogaſſe, vt pœnam tollat, & ideo ſua die agi ad illam poterit, idque legis no-
V. ſtræ argumento. Sed quid in pœna periurij reſpondebimus? finge, promiſeras ſub iuriſiurãdi religione te ipſum mihi x. Romæ calendis numeraturum, deinde pridie calendas conſtat nõ poſſe te id facere, an eris confeſtim periurus? & D ait Bar. non eſſe, quia pœna periurij à lege imponitur: ideo expectandus eſt diei finis. Quid ergo, ſi pridie calendarum prorogauerim diem? &
8 Bart. ait, non † committi periurium, niſi totum tempus ſit lapſum, quaſi velit poſt ipſas calendas periurum te eſſe. Sed huic ſententiæ reclamant pleriq;, qui terminum prorogatum iungi priori, eundemq; cum illo eſſe aiunt f, cenſeriq; prorogationem cum omnibus qualitatibus factam g: & ideo ſatis eſſe, ſi in termino prorogato E ſoluatur, euitariq; tunc periuriũ: aliàs verò tum demum effici te periurum, ſi in eo termino non ſoluerit. Sed hæc vera eſſe poſſunt, cùm prorogatio eo tempore facta eſt, quo adhuc res in priori termino potuit expediri: ſecus ergo, quando nõ potuit, idque ſecundum Proculi diſtinctionem, quam hoc caſu Dinus Iacobuſque nominatim probant h.

a NEC AD REM PERTINERE a. ¶ Reſpondet Iuriſconſultus tacitæ obiectioni, vt pœ F na committatur, oportet aut opus factum intra diem non eſſe, aut aduerſus arbitratum ſtipulatoris eſſe factum. Sed aduerſus arbitratum non poteſt videri, cùm diem prorogauerit. Ergo pœna committi non debet i. actum enim eſt, vt tum pœna committeretur, cùm aduerſus arbitratum fieret. Ergo ſummota ea qualitate videtur perimi obligatio k. Sed reſpondet Iuriſconſultus, tunc arbitrium neceſſarium fuiſſe, cùm opus vel factum eſſet, vel fieri potuiſſet: ſed cùm fieri iam

**nec ad rem pertinere a, quòd aliquod tẽpus ante calendas Iu A nias fuit, quo ſtipulator non deſiderauit id ante calendas Iunias effici: id eſt, ꝙ non eſt arbitratus vt fieret, quod fieri non poterat. aut ſi hoc B falſum eſt: etiam ſi ſtipulator† pridie calendas Iunias mortuus eſſet, pœna commiſſa non eſſet. quoniã mortuus arbitrari nõ potuiſſet, & aliq̃d tẽpus poſt mortẽ eius operi perficiendo ſuperfuiſſet. Et ꝓpe modum b, etiamſi ante calendas Iunias futurum eſſe cœpit, opus ante eam diẽ effici non poſſe: pœna commiſſa eſt c.**

a l. deberi. vbi Bal. de fid. lib.
b gl. l. arbiter calendis. de arbit.
c l. ſi vehẽda. §. j. ad l. Rhod. de iact. Bart. d. l. ſi deceſſerit.
† ſtipulatus, *aliàs*.
d l. quid tamẽ. de arbit.
e l. qui Romæ. §. Callimachus. ſ. eo.
f Dd. c. de cauſis. vbi Dec. de off. deleg.
g l. Labeo. §. j. de arb. Bart. & Alexan. l. j. §. & poſt operis. de op. no. nunt.
h Alb. auth. hoc inter. C. de teſtã.
i arg. l. ſi vnus. §. ſed ſi ſtipulatus. de pact.
k l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ſ. e.

*Alciati tomus ij.*

præ anguſtia temporis non poſſet, arbitrium intra illud tempus videtur ſubmotum, non vt pœna remitteretur, ſed vt ſaltem poſt tempus opus fieret, cùm intra diem fieri non poſſet: quod deinde per locũ ab abſurdo etiam cõfirmat, quòd in iure eſt efficax l. Non me latet aliter hunc locum ab Alexandro, Caſtrẽſeq; intelligi, aliter ab Aretino & Iaſone: ſed hi mihi vidẽtur magis verborũ cõtroverſiã, quàm rei ipſius facere: ſanè quomodo facultas arbitrãdi ad hęredes non tranſeat, ſuprà declaraui m.

ET PROPEMODVM b. ¶ Doctores† hîc poni reſolutionẽ quæſtionis exiſtimant, interpretanturq; modum, id eſt rationem, quaſi dixerit, prope rationẽ eſt, ſeu conueniẽs iuri rationiq; eſt, vt pœna ſit cõmiſſa n. Iaſon rectiùs, qui adverbium eſſe ait non planè conſentientis, ſecundum Donatum, ſeu rei nõ peractæ, cùm quis C non audet omnino affirmare, qui modus loquẽdi Iureconſultis veteribus quadam ex modeſtia frequens eſt. Hincq; adnotant omnes, prorogatione diei pœnæ commiſſionẽ impediri. ratio eſt, quia pœna propter moram debetur: at mora propter prorogationẽ tollitur: igitur et pœna o. Non tamẽ dubium eſt, quin prorogato termino etiam pœna prorogata cenſeatur p. quod & de vſuris conſtat, quæ & ipſæ lata appellatione pœnæ nomine continentur q. I. Quæ tamen con- D cluſio perpetua non eſt: & in primis procedit in pœna iam commiſſa, vt aiunt cõmuniter Doct. idque ex lege noſtra: II. Vel, (vt ego interpretor) quando prorogatio quadam ex neceſſitate fit, quia opus perfici in tempore non poterat. veriſimile eſt enim prorogationẽ factam, vt opus perficeretur, nõ vt fruſtratoris pœna remitteretur.

III. Rurſus non procedit in tacita prorogatione, quia nunquam trahitur ad pœnam, quæ de natura rei nõ ſit r. quod Dinus, Bal. Imo. cenſuerũt, E quæ ſententia probabilis eſt s. IV. Sed & nõ procedit in pœna periurij, quoties tempore præſtiti iuramẽti verißimiliter de termino prorogato cogitatum non eſt: quod ex facto Bald. reſpondit, & ſequitur Decius t, quia peculiaris eſt iuramenti natura, vt non niſi expreſſim inducatur u. qua de re ſuprà. V. Idem videretur generaliter dicendum, quoties diuerſa ratio in die prorogata eſt, vt tali caſu de pœna actum non videatur x: quod Dec. ſenſit. quæ ſententia maxi- F mè vera eſt, cùm non ſimpliciter de prorogatione termini, ſed de additione aliqua ad veterem diſpoſitionem agimus. tunc enim repetita non cenſetur pœna y. quòd ſi eadem ratio ſit, & de æquiparatis lege veteri agatur, ſecus eſſet z.

POENA COMMISSA EST c. ¶ De † rigore, inquit Accurſius. obſtat enim ex æquitate c 10 exceptio, idq; duplici ratione. Prima, quia differendo diẽ videtur ſtipulator renũtiare pœnæ a: ſecũda, quia aliàs ſequeretur, pœnam ſtipulatori

L.113. Cùm ſtipulatus ſim.
l l. nam abſurdũ. de oper. lib.
m l. ſi quis arbitratu. ſ. eod.
b 9
n l. Stichum. §. pen. de ſol. l. tutor. §. quod ergo. ad Velleian.
o l. lecta. in fi. ſi cert. pet.
p l. inſulam. §. j. d. l. cũ in plures. §. lege. loc.
q d. l. lecta. vbi Alex. v. not.
r Din. Bal. Imo. l. cũ pater. §. pater certũ. de le. 2.
s l. ſi creditor. ſ. de nouat. l. in teſtamento. j. de cõd. & demon.
t Bal. conſ. 368. Dec. d. c. de cauſis.
u c. pen. de iureiur.
x Dec. c. ſecũdo requiſ. de app.
y gl. cl. ij. in fin. verb. ſanct. de vita & hon. cle.
z gl. c. de multa verb. eccleſia. de preb. Fel. c. cauſam, q. de reſcr.
a l. poſt diẽ. de leg. cõmiſ. l. ij. in prin. ſi quis cau. d. l. cũ in plures. §. ij. loc.

adeſſe, itemq́; rem ipſam, quod iniquum lex cenſet[a]. Sed hæc interpretatio legem violat, oſtenditq́; de lana caprina ſolicitum fuiſſe Proculum: & ideo Doctores intelligunt eſſe commiſſam effectu, nec eius petitioni obſtare exceptionem.

a l. cū propoſnas. C. de tranſ. l. reſcriptū §. ſi pacto. de pact.

Ad rationes verò ſuprà ſcriptas ex mente Accurſij reſpondent actū expreſsim fuiſſe, vt rato manente pacto pœna deberetur, ideòq; eleſta pœna nó videri pacto renuntiatum, nec e contrariò[b]: quæ interpretatio (vt rectè Petrus cenſuit) nimium diuinat, vel legem potiùs violat, quæ, vt themate quæſtionis apparet, loquitur, cùm opus fieri in conditione duntaxat erat, non in obligatione, ſeu pacto[c], quicquid hîc Bar. duabus rationibus à propoſito (vt Iaſ. ait) alienis comminiſcatur. Aliter ergo reſpondendū eſt, & fatendum, eum, qui rem principalem recipit, videri pœnam remittere[d]: ſed in caſu noſtro principale adhuc receptum nó erat, ſed ſolùm prolata dies, quę non arguit remiſſam idcirco pœnā: facto ergo deinde opere, ſi ſtipulator illud accipiat, poterit quatenus plus in pœna eſt, petere[e], ſicque Din. Old. Ray. Signorol. Alb. Vetereſq́; cenſuerunt. Quod ſi conſtaret, pœnam ſolius contemptus ratione adiectam fuiſſe, tunc integrum habere cum opere poſſet[f]. Quo caſu defenditur Petri ſententia. quid enim, ſi pœna non operis ipſius æſtimationem reſpiceret, ſed arbitrij neglectum duntaxat vlciſceretur?

b l. qui fidē de tranſact.
c l. ita ſtipulatus. ff. eo.
d d. l. poſt diem d l. ij. d. §. lege.
e l. quis à ſocio. pro ſoc. l. ꝑdia. de act. empt.
f l. centum Capuæ. ver. neq; enim. de eo, q̄d cer. loc. l. ſi qs rē. l. cum pœna. de arbit.

¶ Cùm venderet aliquis[a], promiſit emptori fideiuſſores præſtare, & rem venditam liberare: quæ vt liberet, nunc deſiderat emptor. in mora eſt is qui ea ſtipulatione id futurū promiſit. A quæro, quid iuris[b] ſit? Proculus reſpōdit, tanti litē æſtimari[c] oportet, quāti actoris intereſt.

1 *Promiſsio fideiuſſoris ad intereſſe committitur.*
3 *Conſultus ſuper facto, debet ad omnes acceſſorias quæſtiones reſpondere.*
5 *Intereſſe ſi petatur, in obligatione eſt.*

a §. Cvm venderet aliqvis[a]. ¶ Pro-1 miſsio † fideiuſſoris pro euictione dandi & rem venditam ab hypotheca liberandi præciſa non eſt, ſed ad id, quod intereſt, committitur: quod Bar. tanti æſtimari ait, quanto minoris emptorem res illa ſic inueniret[g]. Quæ legis noſtræ deciſio procedit, 2 ſiue † hæc promiſsio his caſibus facta ſit, quibus aliàs non tenetur venditor fideiubere, aut liberare, qui caſus regulares ſunt[h]: ſiue in his caſibus, quibus ſpeciali iure quis tenetur ad fideiubendum, qualis eſt non ſolùm, cùm id actum inter partes fuiſſet[i], ſed & cùm conſuetudo regionis hoc ferret[k], vel cùm euictio in limine iudicij immineret[l], vel cùm creditori pecuniæ debitor bona in ſolutum ex nouella Iuſtiniani conſtitutione daret[m], vel cùm poſt contractum noua cauſa ſuſpicionis ſuperueniſſet[n]. Vnde adnotandum eſt, eum, qui factum promiſit, ad quod legis diſpoſitione tenebatur, non tamē pręcisè obligari, quando ſcilicet neque lex eum præcisè obligabat. Sed quid, ſi res libera non erat propter conditionalem obligationē, quomodo liberari poterit? & ſi creditor requiſitus nulla cōditione velit remiſsioni hypothecę conſentire, ſatis erit, ſi venditor fideiuſſorem indemnitatis ipſi ſtipulatori præſtet[o]. nec enim ſua tunc quicquam intereſt.

g l. j. §. ſi hæres. ad Treb.
h l. illud. in prī. ff. de euict.
i d. l. illud.
k l. ſi fundus. ff. de euict.
l l. ſi poſt. C. de euict.
m §. ſi, in auth. de fideiuſ. in gl. in ī verb. dare poſsit.
n l. ſi creditores de priuil. cred.
o l. ſi mandato meo. §. j. mand. Alexan. l. facere. ſol. mat.

b Qvaero qvid ivris[b]. ¶ Adnotant 3 hinc Ang. & Imo. quoties committitur † conſultori, vt ſuper facto propoſito reſpondeat, quid iuris ſit, debere eum ſuper omni articulo, de quo ex eo facto poteſt quæri, reſpondere[p], id eſt, nō ſolùm circa finem cauſæ, ſed etiam circa ordinē iuris, & omnes acceſſorias quæſtiones. Eſt enim generalis huiuſmodi cōmiſsio, & ad accidentia emergētiáue omnia porrigitur[q]: ſicut illa, quænā ſint partes iudicis[r]? Sed qd, ſi conſultor nó reſpōdit ſuper omnibus? & aiunt non videri eum conſilium dediſſe[s]: I. Quod intellige, vt integrę ſportulę ei debeantur. valebit tamen cōſilium, quod alibi explicaui. II. Rurſus † intellige, vt ſufficiat, B 4 ſi id, quod principalius eſt, reſpōſo ſuo dirimat, licet non omnia conſecutiua explicet. Vnde in lege noſtra reſpōdit Proculus, id, quod intereſt, deberi, nec tamē explicauit, quemadmodum eius iniretur æſtimatio[t]. III. Sed ex natura cauſæ quandoque ad articulum, non autem ad definitionem hæc commiſsio pertinet, vt ſi in nuntiatione noui operis mandatum ſit, vt reſpondeat, quid iuris, intelligitur reſpectu articuli, an nuntiatio teneat, non autem reſpectu definitionis, C an effectu prohiberi vicinus poſsit[u], niſi aliud actum appareat. Qua ratione cùm poſt rem iudicatam princeps adhuc cauſam cōmiſiſſet his IV. verbis, audiat Titius, & quod iuris ſit, faciat, reſpondi non videri ſimpliciter permiſſum rem actam iterum agi[x], ſed priùs articulum demandatum, vt videat, an de caſu agatur, quod adhuc de re iudicata quæri poſsit[y]. V. Illud cōſtat, diligenter ſemper ad verba mandati reſpiciendum eſſe. quid enim, ſi non ſimpliciter mandatum ſit, D ſed quid iuris definiendo? tunc enim non videretur quicquam aliud mandatum: quod captioſo exemplo aliqui tradiderunt[z]. ego tamen etiam hoc caſu demandatum circa acceſſoria, ſeu incidentia crediderim, quatenus rectiùs & abſque captione definiri poſsit[a].

p l. pen. ubi dixi ſi cer. pet. l. quærebatur. de teſt. mil. ubi Ang.
q c. j. de cōt. inueſt. ubi Bal. l. ſi fundū. §. Stichū ubi Dd. de leg. j.
r l. Titia. ſol. matr.
s l. quid tamē. de arbit.
t d. §. ſi hæres.
u l. j. in prin. ubi gl. & Bal de no. oper. nunt.
x l. cauſas. C. de tranſact.
y l. imperatores. de re iud. Alex. conſ. 94. u6. in ij.
z Cur. l. ij. §. q̄d obſeruari. C. de iur. cal. vj. breuiloquio.
a l. iam tamen. ad ſi. iu. ſol. ver. ſin autē. Iaſ. l. ſi ꝓcurator. C. de procur.

Tanti litem aestimari[c]. ¶ Si † ſtipulator poſt moram non deſideret amplius liberari, ſed ad id, quod intereſt, agat, non eſt dubiū c 5 id in obligatione eſſe, & ſimpliciter in eo fieri E condemnationem[b]: quòd ſi adhuc cupiat liberari, & id quod intereſt, non petat, fiet nihilominùs condemnatio, lite ſecundum id, quod intereſt, æſtimata, vt hîc dicitur: ſentitque Accurſ. hoc caſu non videri id, quod intereſt, in obligatione à principio fuiſſe: quæ ſententia mihi videtur probabilis[c], licet alij omnes contradicant. qua de re ſuprà. Subiicit idem propter ſtipulationem hanc, quæ nihil aliud quàm pactum veſtitum eſt, non ſolùm ex ſtipulatu agi poſſe, ſed & actione ex empto informata à pa- F cto[d], vel præſcriptis verbis. videturq́; hæc eſſe receptior ſententia, quam tamen ego ſequi non ſoleo[e].

b l. ſtipulatiōes non diuidunt. ver. Celſo. ff. eo.
c l. ubi aūt. §. ſi. vbi dixi, ff. eod.
d l. prędia. in ſi. intellect. de act. emp. Mod. l. potens. C. de pact.
e dixi l. in bonę fidei. C. de pact. ubi Dec. & Riminal.

## LEX CXIIII.

1 *Promiſsio præſtationis nudam traditionem reſpicit: eiuſque ratio.*
3 *An intereſſe comprehendat fructus.*
4 *Obligationis dandi & tradendi, quo ad fructus, diſcrimen.*





VLPIANVS *lib.* XVII. *ad Sabinum.*

## LEX CXIIII.

SI fundum[a] certo die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quo minùs ea die præſtetur: A conſecuturum me, quanti mea interſit moram factam† non eſſe.

a 1 SI fvndvm[a]. ¶ Qui † promittit fundum præſtare, non intelligitur quicquam de dominij tranſlatione egiſſe, ſed de nuda traditione: & ideo tali ſtipulatio, cùm meri facti ſit, in id, quod intereſt, ſolùm committetur[a]. Sed quæ ratio eſt, 2 vt † id verbum *Præſtare*, potiùs ad traditionē, quàm dationem, referatur[b]? an (quod Bart. ſenſit) ne donatio pręſumatur, quæ ſolet dominij tranſlatione fieri[c]? an, (vt alij exſtimant) quia verbum id ambiguū habet intellectum? vnde in dubio contra ſtipulatorem fit interpretatio[d], vt ſcilicet quod minimum eſt, promiſſum videatur, nempe ſolius poſſeſsionis traditio? an verò & proprietas vocis hoc infert? ſiquidem *Præſtare*, eſt antè ſtare, quòd cautionis defenſioniſque cauſa fieri ſolet[e], non trāslationis dominij, ſicut in ea ſtipulatione *Habere* 3 *licere*, ſuprà vidimus. Sed † nunquid in eo, quod intereſt, æſtimādo, rationem fructuum interim præceptorum habebimus? & videretur habendam: quia hîc dicitur, ſtipulatorem cōſequi, quod eius interſit. ſi enim ſibi traditus fuiſſet fundus, eos vtiq; habuiſſet. Ex aduerſo illud deducitur, quod Pomponius manifeſtè ait, eum, qui fundum tradi ſtipulatur, nihil de fructibus egiſſe cenſeri[f]. Sed reſpōdet Bartolus, quem pleriq; ſequuntur, deberi hac ſtipulatione fructus, non tanquam fructus, ſed ſub eius, quod intereſt, nomine. Poteſt autem minus intereſſe, ſi ſtipulator non æquè magnos fructus percepiſſet, ſicut promiſſor, qui diligentiſsimus eſſet agricola & bonus paterfamiliâs. Sed hæc ſententia non videtur mihi reſponſis Veterum conuenire, & in primis ipſius Pomponij, qui ex tali ſtipulatione fructus non debere ait, & ideo eos actione ex empto repetendos. ſi enim ſub colore eius, quod intereſt, ſoluti eſſent, nō poſſunt ex empto actione amplius peti. Non conuenit etiam Papiniani reſponſo[g], qui fructus ex eo deberi, quia interſit, eo tantùm caſu ait, quo quis fundum dari, vacuamq́; poſſeſsionē tradi ſit ſtipulatus, quibus verbis ſat indicatur ex altera clauſula duntaxat non deberi. Non conuenit rurſus rationi. nā amplior eſt et verboſior ſtipulatio *Rem dari*. quòd ſi in ea ex mora fructus nō debentur, adeò vt huius vtilitatis nulla habeatur ratio[h], multò minus in hac *Rem tradi*, haberi debet, idque Mart. Silim. Guid. Suz. Oldrad. Iac. Butr. Caſtr. Fulgoſiuſque tradiderunt. quos & ego ſequor. Sed cùm hæc lex cōſecuturum me, quanti mea interſit, dicat, qd ergo cōſequor, ſi fructus nō debentur? & Accurſius ait, quicquid mea interſit, exceptis fructibus[i]: quod Fulg. interpretatur ob detrimentum rei, vel diminutam æſtimationē. Ego de æſtimatione intelligo non rei, ſeu proprietatis, ſed poſſeſsionis tantùm[k], vt ſcilicet conſequar, quanti mea intereſt reſpectu traditionis poſſeſsionis tantùm, quam ſolùm ſum ſtipulatus[l]: & ideo fructus non petam, qui nō iure poſſeſsionis, ſed dominij potiùs veri, vel bona fide habiti acquiruntur[m]. Dixerit aliquis, iniquum eſſe, vt morator ipſe interim lucri faciat fructus, ſtipulatorq́; eos non conſequatur. Reſpondeo, qui certa die fundum tradere promittit, non tamen præcisè tenetur, ſed id, quod ea die intereſt, ſoluendo liberaretur, & ideo æſtimatio amplius non augetur[n]. habetur enim perinde, ac ſi ſimpliciter pecuniā deberet, cuius nullum eſt æſtimationis augmentum[o]. Qua ratione nec ad fruct⁹ tenetur, qui poſt eam diem ſint percepti. Dum ergo in lege noſtra dicitur me conſecuturū quanti mea interſit, repete qualitatē pręcedentem, ea die, non autem in futurum[p]. Sed quid iuris erit, ſi quis fundum dare certa die ſit ſtipulatus, an fructus debebuntur? & viderentur deberi, ne deterior ſit eius, qui rem dari ſtipulatus ſit, conditio, B quàm eius, qui tradi, ſeu pręſtari, quod ſuprà dixi. Sed Doctores aliter ſentiunt. quia † qui rem 4 tradere promiſit, ad id quod intereſt, iure obligationis tenetur: intereſt autem ſtipulatoris etiā ratione fructuū. at qui rem dare promiſit, præcisè tenetur[q], & ſolo officio iudicis ſtipulator fructus conſequitur, cui officio ante litem conteſtatam locus non eſt[r]: & ideo lex ſimpliciter ait, huiuſmodi fructus cùm de damno agitur, poſt iudicium acceptū duntaxat præſtari[t]. C Sicut ergo hoc caſu ſtipulator ex vera interpellatione fructus non conſequeretur, ita nec ex ea, quæ per lapſum diei appoſitæ, vt hîc probatur, in mora debitorem conſtituit[t]. & hæc quidem Doctores tradunt. Ego eum, qui fundum dari ſtipulatur, ſuprà cenſui de fructibus nihil videri egiſſe[u]: vnde nullo modo iure obligationis debentur, ſed duntaxat officio iudicis poſt litem conteſtatam[x]. Vnde apparet multo minùs de eis actum videri poſſe ab eo, qui rem tra- D di ſit ſtipulatus[o]: & ideo arbitror hoc caſu nec poſt litis qdē conteſtationē officio iudicis deberi, cùm (vt ſuprà dixi) nec æſtimatio quidem creſcat, licet Doct. aliter intelligunt, non ſine multarum legum cauillatione. quod alibi oſtendi,

a l. ſi rem tradi. ff. eo.
b l. ex empto. in prin. de act. em.
c gl. l. cū quid, ſi cert. pet.
d l. ſtipulatio. §. in ſtipulationib ff. eod. Fulg. l. 4. ſ. de vſur.
e d. l. ex empto. l. naturalis. §. j. de præſcr. verb.
f l. iij. §. j. de act. empt.
g l. iiij. de vſur. ver. etenim.
h l. cū fundus. in pric. ſi cer. pe. l. videamus. §. ſi actionē. de vſur. ubi Fulg. & Veteres.
i gl. d. §. ſi actionē. ver. non conſequor.
k arg. l. ſi in area. de cond. in deb.
l l ſi duo. in fin. uti poſsid.
m l. qui ſcit. §. j. de uſur. l. ſi fur. de vſufr. l. 3. §. e contrario. de acquir. poſſ.

L. 114. Si fundū.
n l. ſi calendis. de re iud. & l. q̄ties. in diē. ff. eo.
o l. 3. ff. de in lit. iur.
† facti, *aliàs*.
p dixi l. vinum. ſi cert. pet.
q d. l. vbi autē. §. ſi ff. eo.
r l. ædiles. §. itē ſciendū. de æd. edict.
r d. l. cū fundus. d. l. uideamus.
t l. ad diē. ff. eo.
u l. ſi filius fam. §. ſi. ff. eod.
x Alex. l. ſi marito. §. ſi. ſol. mat.
y d. l. iij. §. j. de act. emp.
z d. l. ſi calēdis. dixi d. l. vinum.

## LEX CXV.

1 *Senſus & caſus Legis.*
5 *Quando ſtipulatio pœnalis committatur.* 7, 9.
E 6 *Conditionalia non diſponunt.*
10 *Interdum dies non expectandus.*
13 *Cōditione diſpoſitioni pœnali initium præbente, ſtatim mora committitur: ſed non indiſtinctè.* 20.
14 *Ex omiſsione formæ interdum actus vitiatur, interdum autem non.*
16 *Proteſtatio quando trahatur ad actum contrarium ex interuallo.*
19 *Principali contractu perempto, pœnalis interdum remanet.*
F 21 *Euentus conditionis conſtituit in mora ſine interpellatione.*
24 *Vaſallus interpellari debet.*
26 *Conditionem impleri non poſſe qualiter conſtare debeat.*
28 *Explanata argumentatio de penu legata ad contractus.*
31 *Actus interpretatione iuuandus, ne fiat eluſorius.*
39 *Stipulatione pœnali non nouatur præcedens, niſi certis caſibus.*

## LEX CXV.

PAPINIANVS *libro 2. Quæſtionum.*

A ITa ſtipulatus[a] ſum, TE SISTI IN CERTO LOCO: SI NON STETERIS, QVINQVAGINTA AVREOS DARI SPONDES?

a 1 ITA STIPVLATVS[a]. ¶ Proponitur † hîc duplex articulus, quem libro Quæſtionum II. Papinianus diſputauit. Primus eſt, quo dubitatur de ſtipulationis ob diem omiſſam incertæ valore: alter eſt, quando ſtipulatio pœnalis committatur? quod quatuor caſibus Iuriſconſultus proſequitur. In prima quæſtione decidit Papinianus, ex omiſsione diei per errorē in ſtipulatione de ſiſtendo facta, reddi ſtipulationem imperfectam: ſicut & ex incertitudine ratione quantitatis, aut loci, aut rei vitiatur ſtipulatio[a]: cuius re duplicem Doctor. adducunt rationem: B Prima, quia propter errorem deficit conſenſus[b]: ſecunda, conuentio certæ diei apponendæ vim proteſtationis habet, vt ſi contingat abſque eo die ſtipulationem celebrari, nō valeat[c]. 2 Sed † ego has rationes ſimpliciter non probo cùm enim Iuriſconſultus de incertitudine rei ad incertitudinem quātitatis, loci, rei argumentetur, apparet omnes hos caſus eadem ratione decidendos eſſe. aliàs enim non eſſent ſimiles[d], videreturque Iuriſconſultus circa diſsimilia argumentari. quod ſanè credendū non eſt[e]. C Quæ rationes cùm dictis caſibus non conueniant, ergo nec huic ſtipulationi ſiſtendi cauſa factæ, in qua dies ſit omiſſus. Nam & ſi dicamus, ſuprà ſcriptam proteſtationem ex interuallo pręceſsiſſe, non erit ad ſtipulationem ſubſequentem producenda: imò ſequenti actu, quo dies non eſt appoſitus, præſumuntur contrahentes ab illa proteſtatione receſsiſſe[f]. Quòd ſi incontinenti pręceſsiſſe maluerimus, (vt omittam nimis arctari legem) adhuc conſiſtere illę rationes D non poſſunt, cùm quæ incōtinenti fiunt, cenſeātur ineſſe[g]. Vnde ſtipulatio non illis rationibus, ſed ex repugnantia potiùs quadam vitiaretur, cùm tractatus voluntatem diei apponendæ arguat, contractus neget[h]. Quid ergo cenſendum? & putauerim diligēter ad verba legis aduertendum, quæ dicunt talem ſtipulationem eſſe imperfectam. quibus verbis ſatis indicatur, in ſpeciem quidem aliquatenus valere, ſed quia probari non poſsit propter incertitudinem, effectu E eſſe nullam[i]. hac enim ratione ſtipulationes incertæ ſunt nullæ, quia probari earum perfectio non poteſt[k]: ideo lex ait, has quæſtiones magis facti, quam iuris eſſe, quæ verba ad proba- 3 tiones referuntur[l]. Exiſtimo †, itaque Iuriſconſultum hîc loqui, quando conſtabat de die in tractatu eſſe actum: ſed quia in ſtipulatione erat omiſſus, ideoque probari, quæ præciſa eſſet illa dies, non poterat, actum vitiari, ſeu pro imperfecto haberi[m]. poterit enim ſtipulatori promiſſor F dicere ſe in pręſentia nō teneri: quia regula, qua cauetur, quando dies eſt omiſſa, obligari reum, quamprimum poteſt[n], tunc procedit, cùm omnino omiſſa eſt: at hîc conſtabat de die actum, licet de certa non poſsit probari propter omiſſionem, quæ errore partium facta erat: in futurū quoq; non videbatur teneri, quia cùm non conſtet, qua die actum ſit, lex in fauorem debitoris ſemper interpretatur ante diem agi[o]. potuit enim de tempore agi, quo impoſsibile eſſet ſiſti, vt quia promiſſor ſit mortuus[p]. Et ex hoc ſequitur, vt ſi de certa die tractatum non ſit, ſed ſolùm q̊quo die, dū modò aliquo ſiſteret, valeat ſtipulatio[q], quia erit in facultate debitoris, quandocunque voluerit, ſiſtere: & ideo non committetur ſtipulatio. niſi quando amplius ſiſti non poſſet: et hoc eſt, quod voluit Iuriſconſultus illis verbis, *Quòd ſi agebatur, vt quocunque die ſiſterem.* intelligetur † enim 4 *Quocunq;*, dum modò aliquo: quia hęc eſt huius dictionis natura[r], vt *Quicunq;*, & *Quivis*, idem ſignificent. & hoc etiam eſt, quod Accurſ. & communiter Doct. aiunt intelligi, quacunq; die placuerit promiſſori. electio enim eſt debitoris[s]. B Cùm ergo dies in arbitrium debitoris tacitè collata ſit, quo ſcilicet tempore ſiſtat, valet ſtipulatio, nec per eius mortem extinguitur[t]: cùm ſecus eſſet, ſi ſubſtantia ipſa obligationis, an ſiſteret, in eius voluntatem conferretur[u]. tunc enim nec principalis obligatio, nec pœnalis valeret[x], & licet aliter atque aliter ſuprà ſcriptum verſiculum Doct. intelligant, mihi quidem nodum, quęſiſſe in ſcirpo videntur. Circa ſecundam quęſtionē, 5 qua dubitatur, quando † ſtipulatio pœnalis cōmittatur? proſequitur Iuriſconſultus quatuor caſus. I. C Primus eſt, quando dies eſt arbitrarius promiſſori. & tunc indiſtinctè ſiue ſtipulatio à conditione, ſiue à pacto incipiat, non committitur, niſi poſtquam amplius ſiſti non poſsit: & eſt ratio, qa cùm in eius voluntatē ſit remiſſa dies, poteſt, quantum velit, differre[y]: & ſi noluerit hęredem ſuum ad pœnam conueniri, debebit ſaltē ante mortem ſiſtere, quod Accur. docet[z], & receptiſsimum eſt. II. Alter caſus eſt in ſtipulatione facti, quæ à conditione incipit, in qua decidi- D tur pœnam non committi, niſi poſtquam certū fuerit factum amplius præſtari non poſſe[a]. cuius rei illa eſt ratio, quia † quæ in conditione 6 ſunt, non ſunt diſpoſitiua[b], & nemo ad conditionem adimplendā regulariter cogendus eſt[c]. Cùm ergo pœnam verba non concedant, niſi ſi factum non ſit, expectari id debet, cùm qui hodie non facit, poſsit in futurum facere[d]. Sed probabilis eſt dubitatio, quid hoc caſu dicendū ſit, cùm ſtipulatio facti à pactione incipit: putà Pro- E *mittis ire Alexandriam, & ſi non iueris, promittis decem?* & videretur ex infra ſcripta diſtinctione hoc caſu confeſtim committi ſtipulationem, niſi dixeris de obligatione dandi diſtinxiſſe Papinianum, non autem faciendi, & ideo etiam hoc caſu locum eſſe Pegaſi ſententiæ. quod tamen ego non probo. nec enim inter facta & dationes probabilis eſt vlla differentia, ſubeſtq; ſemper illa ratio, vt celeriùs mora in eum committatur, qui diſpoſitiuè ad factam tenetur, quàm qui conditiona- F liter tantùm[e]. III. Tertius † caſus eſt in ſtipulatione dandi, quæ à conditione incipiat, in qua i- 7 dem eſſe Pegaſus aiebat. Sed hoc in articulo magna fuit controuerſia, quia Sabinus id negabat, & malebat ſtatim committi ſtipulationem, idq; ex præſumpta contrahentium voluntate. cùm enim voluntas hæc etiam verbis conditionalibus probetur, quia veriſimile eſt partes voluiſſe conditionem quamprimùm impleri[f], non debuit hæc differentia conſtitui, ſed ſtatim cùm dari potuit, ſi datum non eſt, committi ſtipulationem[a].

a l. triticū. vbi dixi. ſ. eo.
b l. ſi per errorem. de iuriſdi. omn. iud.
c l ſi qs in prin. de leg. iij.
d l. non ſolū. §. qui primipilū. de exc. tut. Bal. l. illud. de ſacroſ. eccleſ. C.
e l. Papinianus exuli. de minor.
f l. diui. §. licet. de iur. cod. Bar. in l. non ſolū. §. morte. de oper. no. nunt.
g l. lecta. ſi cert. pet.
h l. vbi repugnātia. de reg. iur. Bar. l. j. C. de lit. conteſt.
i l. ſi alius ſ. de don. cauſ. mor.
k l. qui inſulā. ſ. eo in verbo, ſi non appareat. l. cū poſt. §. gener de iur. dot.
l l. duo ſunt. de teſtam. tut. l. eū, qui calendis. l. triticum. ſ. eod.
m arg. l. ſi is, q teſtamentū. de teſtam.
n d. l. eum, qui calendis. §. fi.
o l. ſtipulatio. §. in ſtipulationib. ſ. eod.
p l. ſi deceſſerit. §. q ſatiſd cog l. ſi homo. ſ. eo.
q verſ. quod ſi ab initio.
r l. vbi. §. pe. ſ. eo. Bar. l. hoc articulo. ſ. eo.
s l. qui ex pluribus. ſ. eo.
t l. ſi. verſ. poſteriore. qui ſin. manum.
u l. centeſimis. ſ. eod.
x d. l. ſi homo. ſ. eod.
y d. l. ſi. ver. poſteriore.
z l. gl. verb. nō poſſe.
a §. ſi quis ita Inſtit. eo.
a l. ſi penū. quādo dies leg. l. ſi quis ſub. ſ. ſi qs omiſ. cauſ.
c l. cū ab eo. ſ. de contrahend. empt.
d l. quicquid. in fi. ſ. eo. Bar. l. naturalis. §. q ſi faciam. de pręſcr. verb.
e l. cedere. de verb. ſig.
f l. ſi quis locuples. in fin. de man. teſt.



nem[a]. nam & natura adictionis pœnæ hoc fert, vt non videatur id actum, ſtipulatorem diutiſsimè pendére, mortemq; alterius expectare, & ſic tēpus, quo amplius impleri cōditio[b] nequeat: ſi quidem dicebat Sabinus, idem videmus & in penu legata. Quod intelligo, ſiue penus in diſpoſitione, ſiue in conditione ſit[c]. ſtatim enim pecunia debetur, ſi penus ſoluta nō ſit: & qui dicūt id ſpeciale in legato penoris eſſe, legem noſtrā violant, in qua verſiculus *Idq;*, cōtinuatiuè ex verbis Sabini ponitur, nō aduerſatiuè ex Papiniani reſponſione: aliàs per locum à ſpeciali aduerſus ſemetipſum argumentatus eſſet Sabinus, quod temerè credendum non eſt[d]. Nec me mouent illa verba *Propter rei naturam, itemq; vtilitatis cauſa*, &c. quia alium ſenſum habent, vt infrà dicam. Nec 8 etiam obſtat infrà ſcripta diſtinctio: quia † Papinianus gradatim procedit ſententiam Sabini in caſibus certioribus producendo. Demum cùm videret adhuc ſuprà ſcriptum præſumptę voluntatis rationem vrgere, dat tandem argumento manus, & à Pegaſo omnino recedit, *Sed & ſi ita cautum ſit*, (in quit) *vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur*, etc. illi enim ablatiui abſoluti, *Non ſoluto homine*, in conditionem reſoluuntur, ſi homo ſolutus non fuerit[e]. vnde manifeſta eſt communis cæterorum intellectus diuinatio, qui præceſsiſſe conuentionem eo caſu aiunt, & Iuriſconſultū eandem repetere cantilenam, Battologiæque vitium incurrere. Probabilis certè hæc eſt opinio, quam aliàs Paradoxorum lib. ij. cap. xi. fuſiùs diſputaui, didiciq; deinde ex Rainerij Imolæque commentarijs fuiſſe vetuſtiſsimi interpretis Irnerij[f]: adeò nihil dictū, quod nō dictum priùs.

IV. Quartus † eſt caſus in ſtipulatione dandi, quę 9 à pacto, ſeu à conuentione incipiat: in qua Papinianus concludit committi pœnam, niſi confeſtim cùm potuit, datum ſit: Quam cōcluſionem intelligunt Doct. procedere, etiam ſi conuentio non expreſſa ſit, ſed per relationem quandam intelligatur[g]. Idemq; quadamtenus, cùm hæc conventio in finibus pacti nudi ſtetit[h], qua de re infrà. Ratio ſuprà ſcripti caſus eſt, quia qui conuenit dare Pamphilum, præſenti die promiſiſſe intelligitur[i]. Si ergo datus non ſit, locus eſt pœnę, 10 nec † vlterius tempus expectandum eſt. Quam concluſionem ad duas ſpecies extendit Iureconſultus. I. Prima, cùm actum eſt, vt ſi homo datus nō ſit, & homo & pecunia debeatur. cuius rei exemplum adduxit Oldrad. cùm adiecta eſt clauſula, *Rato manente pacto*[k]. cùm enim actum ſit, vt homo & pecunia ſoluatur. apparet nō expectandum eſſe tempus, quo ſolui non poſsit[l]. meritò ergo confeſtim cōmittetur ſtipulatio. Aliud exemplum adducit Imo. Alex Aret. ſi non ſit adiecta dicta clauſula, ſed aliud æquilpollens, putà quia dictum ſit, *Vt ſi homo datus non fuerit, vtrunque debeatur*. intelligitur enim, *Debeatur*, effectu, vt cogi promiſſor poſsit[m], licet Angel. iis verbis videri quidem vtrunque in obligatione eſſe cenſeat, ſtipulatorem tamen alterius ſolutione contentum eſſe debere[n]. quæ ſententia, ceu verborum proprietati non conueniens, communiter reprobatur[o]. II. Altera ſpecies eſt, cùm cautum eſt, vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur. nam & tunc confeſtim non dato homine committitur pœna. Sed certè hæc theſis ſuperiori diſtinctioni aduerſatur, cùm illa verba *Non ſoluto*, in conditionem reſoluantur[p], videaturq; hoc caſu à conditione ſtipulatio incipere.

Irnerius (vt ſuprà dixi) ingenuè faſſus eſt Pegaſi ſententiam omnino corrigi, & à ſuprà ſcriptā diſtinctione recedere Papinianum, quod aliquando in hiſce quæſtionibus fit, in quibus dubitando procedimus[q]. Cæteri verè vno ore exiſtimant intelligendam hanc ſpeciem ſecundum ſuprà dicta, cùm ſcilicet à conuentione cœpit ſtipulatio. quę interpretatio ſatis aliena eſt à ductu ſermonis, & naturæ dictionis *Sed & ſi*, quæ A † ſuppoſitis iiſdem terminis aduerſatur[r]. Vnde 11 ſicut in præcedenti verſiculo loquitur Iuriſconſultus, cùm ſtipulatio à cōditione cœpit, ita hoc caſu eſt intelligendus. Suadet hoc & ablatiui natura, vt ſuprà dixi[s]: ſuadet ratio voluntatis, quā Sabinus adduxit, cui locus eſt, etiam ſi à conditione cœperit ſtipulatio[t]. cur enim in cōditione rem poſsit ſtipulator, niſi quia voluit eam ſtatim dari[u]? ſuadet & illud verbum *Vt homo ſoluatur*, quod indicat hominem in ſolutione dunta- B xat eſſe, non in obligatione, ſeu conuentione: vrget nos & illa ratio, quia videretur Papinianus ſuperfluè loqui, & ſemel deciſa repetere. Quid igitur ſtatuemus? & aliàs ego Irnerij ſententiam ſum ſecutus, quamuis Rainerius hîc eam irrideat[x], neſcireq;, quid Recentiores dicant; quo ſpiritu ego ita ſenſerim. Nec dubito tamē, quin probabilis ſit, præterquam in obligationibus facti, quoties ſtipulatori, non autem promiſſori onus incumberet[y]. amplius tamen deliberandū C eſt. III. An † ergo aliter interpretabimur, vt ſcilicet exiſtimauerit Papinianus referre, an expreſ- 12 ſa conditione aliquid dictum ſit, an per ablatiuū abſolutum? quoniam ablatiui caſus aliquantò plus diſpoſitionis continent, quàm ſimplex conditio[z]. An probabilius eſt, vt differētia in hoc IIII. vertatur, qa illa verba *Non ſoluto homine*, exponuntur, ſi non fuerit ſolutus, & ſic futurum ſimplex ſtipulatio non continet, ſed exactum, in eſt conſtans ex præterito[a]? Vnde facilius coniectura D ſumitur confeſtim committi pœnam volentiū.

V. An, cùm Iuriſconſultus docuiſſet, quoties vtrunq; exigi poteſt, locum eſſe Sabini ſententię, amplius illud extendit, etiam ſi non vtrunq; exigi poſsit, ſed alterum duntaxat, dum tamen vtrunq; ſit in obligatione? puta, *Pamphilum, aut decem promittis?* conſtat enim in alternatiuis vtrunq; in obligatione eſſe[b]. VI. Qua ratione idem eſſet conſtituendū verbis hoc modo conceptis, *Si Pamphilum non dederis, dabis decem? & ſi decem non dederis,* E *dabis Pamphilum*[c]? eſt enim hæc conceptio inſtar alternatiuæ, & ideo videretur vtrunq; in obligatione eſſe propter duplicis & conuerſoriæ conditionis vim. Quod ſecus in conditione ſimplici, quæ ante euentum nihil obligationi ſupponit[d]. VII. Dixerit alius, differentiam ex vi dictionis *Soluto*, accipi, quæ relationem tacitè facit ad id, quod iam debetur[e]. Vnde quamuis verba conditionem ſignificent, tamen diſpoſitionem præſupponunt[f], vt meritò perinde habeatur, F ac ſi à conventione cœpiſſet ſtipulatio[g]. VIII. Ego illud quoq; dici poſſe arbitror, vt quamuis in dubio pœnalis ſtipulatio præcedentem nō nouet, vt ī. videbimus, ſi tamen aliud expreſsè à partibus actum ſit, ſecus eſt. Et hoc caſu intelligi vltimus hic verſiculus poteſt. ſola enim pecunia tantùm debetur, vt hîc dicitur, cùm actum eſt fieri nouationē, & cùm obligatio dandi hominis ſit nouata, non eſt expectandum, quod amplius dari queat, ſed ſtatim pœnalis ſtipulatio cōmittitur. IX. Addunt Doct. alios caſus quibus † quan- 13

a arg. l. hęc cōditio, ſi in Capitolium. de cōd. & dem.
b arg. l. ſi qs ita. ſ. eod.
c l. j. §. item ſi ita. ad l. Falc. cū ſimilib.
d l. j. in fin. ad municip. l. q teſtamento. §. mulier. de teſtam.
e l. acceptis. de cond. & dem.
f ſ. gl. uerb. Sabini.
g l. fideiuſſor obligari. in fi. de fideiuſ.
h l. nuda. C. eo.
i l. eum. qui calendis. ſ. eod.
k l. qui fidē. de tranſact.
l l. ſi homo. ſ. e.
m l. debitor. de verb ſign.
n arg. l. ſi quis ſtipulatus ſit x. in melle. de ſol.
o d. l. debitor.
p l. à teſtatore. de con. & dem.

L. 115. Ita ſtipulatus.
I.
II.
q l. duobus. de lib. cauſ. l. fi. de cond. ſin. cau.
r gl l. ſed et ſi lege. de pet. hær.
s l. à teſtatore.
t d l. ſi locuples.
u d. l. ſi quis ſtipulatus x.
x Rai. ſ. gl. ver. Sabinus.
y §. ſi quis ita. Inſt. eod.
z l. in ratione. ij. §. tametſi. ad l. Falcid
a l. ſi quis ſtipulatus. ſ. eod.
b l. ſi duo. ſ. eo. d. l. ſi quis ſtipulatus.
c l. ſi Titius. ſ. eo.
d l. cedere. de verb. ſig.
e l. ſolutionis. de verb. ſig.
f l. decem. ſ. eo.
g arg. d. l. fideiuſſor obligari. §. fi. Aret. hic.

quam à cõditione ſit cœptum, ſtatim mora committitur: nempe vnum in vltimis volũtatibus [a], quod infrà diſputabimus. Alterum, quoties
X. quid in diſpoſitione poſitum eſt, ad conditionis ipſius executionem tendere: veluti, *Si Stichum nõ dederis, promittiſne mihi, vt cum propria auctoritate accipiã?* quod eo exemplo inducitur, quo traditum extat iis verbis, *Stichus ſi hæres eum non manumiſerit, liber eſto*, confeſtim cùm primùm cõmodè manumittere poteſt, hæredem in mora eſſe [b]. quod Petrus fauore libertatis inductum eſſe, Bart. fauore vltimarum voluntatum exiſtimat: ego verò iure communi, quia diſpoſitio ad executionẽ conditionis pertinet [c].

XI. Rurſus alterum, quoties ſi expectaretur, quod amplius fieri non poſſet, actus eluſorius redderetur. quod infrà attingam [d]. Vltimum, quo-
XII. ties conditio non grauatum reſpiceret, ſed honorato adiecta eſſet: & de ijs caſibus tractaretur, quibus cautioni Mutianæ locus eſſet. ea .n. interpoſita eſt, ne diutius expectetur [e]. Et hæc quidem legis noſtræ interpretationi ſufficerent, aiſi quòd humana curioſitas modum nõ habet, oneraruntq; hanc legem commentariis ſuis Rai. Bartol. Signorol. Alber. et deinde Recentiores arbitrati ſpoliatis aliis legibus hanc ſe ornare: nos verò ſuam dotem cuique dabimus ſuo loco.

Illud non omittendum, vltimam legis partem aliter ab Accurſ. fuiſſe intellectã, & violato contextu articulum nouationis hîc inductum, vt meritò omnes eum non probent, noſque infrà attingemus.

a CVM ID AGERETVR, VT CERTO [a]. ¶ Si id agebatur, vt certo die ſiſteres, cur nõ præſumitur in ſtipulatione [f] actum, cùm par ſit taciti et expreſsi virtus [g]? Verùm reſpondetur huic rationi duobus modis. altero, ei locũ eſſe, cùm vtraque pars hoc agit. ſed in caſu noſtro ſtipulator ſolus hoc egerat, quia in tractatu dixerat velle ſe ſiſti certa die, vel ea, quam in ſtipulatione dicturus eſſet, cui proteſtationi promiſſor nec aſſenſum nec diſſenſum præſtiterat, tunc ſi omittatur dies, propter incertitudinẽ vitiabitur contractus, idq; in ipſius, qui egerat, præiudicium [h]: & licet vnius proteſtatio, cui alterius conſenſus non acceſſerit, per factum contrariũ tollatur [i], tamen ſecus eſt in caſu noſtro, in quo nõ tam de facto contrario agitur, quàm de quadam omiſſione, ſeu non facto obliuionis, vel erroris colore excuſato. ſicque declarando poteſt hæc prior diſſolutio, quam cæteri improbant, defendi. altero tamen modo alij reſpondent, nempè etiam ſi ab vtroq; de die apponenda actum in tractatu fuit, deinde eius certitudo per errorem in ſtipulatione omiſſa. non enim poteſt videri tacitè de certa die actum, cùm hæc incertitudo nec in tractatu quidem adfuiſſet. Vnde colligitur ea concluſio, vt actus ſub certa forma faciendi proteſtatio, illum vitiet, ſi ea forma deinde nõ ſeruetur. ex præfationibus enim demonſtratur conſenſum abeſſe, ſi alio modo celebretur [k]. Quæ † con-
14 cluſio tribus caſibus non procedit. Primus,
I. quãdo illa forma poteſt cenſeri repetita, vt quia dies certa in præfationibus expreſſa fuit: puta, dies Martinalium, vel Natalitius, vel Hilaria, vel
II. Pentecoſtes [l], niſi tamen reſultaret repugnan-
15 tia, vt ſuprà in poſitione caſus dixi. Alter † eſt

a arg. l. noſtra, verſ. idq; de fe. ne debat.
† obligatione, *aliàs*.
b l. ſi peculium. in fi. de ſtatulib.
c arg. ver. q; ſine dubio.
d l. libertas. §. j. de man. teſt. d. l. peculium. in fi.
e l. Mutianæ. de cond. & dem.
f l. triticũ. ff. eo.
g l. cũ quid. ſi cert. pet.
h Bart. l. ſi ego. ſi cert. pet.
i gl. l. pacta nouiſsima. C. de pact. Bar. l. non ſolum. §. morte. verſ. ſed quæro etiam. de oper. no. nunt.
k l. qui in aliena. §. fin. de acq. hær. d. l. ſi quis. in prin.
l l. Titia. §. j. ff. e. l. itẽ quia. in fin. de pact.

**ſi dies † in ſtipulatiõe per errorem omiſſus fuerit, cùm id agere-**

cùm forma omiſſa non ſubſtantiam obligationis, ſed qualitatem reſpicit. omiſsio enim qualitatis actum vitiare non debet [m]: in caſu autem noſtro dies ad ſubſtantiam ex mente contrahentium pertinere videtur, qui agebant, vt certa die

A **tur, vt certo a die ſiſteres, imperfecta erit ſtipulatio, non**

ſiſteretur, & non alia: ſicut & tunc ad ſubſtantiam pertinet, cùm nõ ad differendum additur, ſed ob neceſsitatẽ actus ad eſſentiam, vel formam ſuam inducendi [n]. qua de re ſuprà diffuſiùs [o]. ſaluis enim ſuprà ſcriptis, diei expreſsio regulariter de ſubſtantia contractus non eſt [p]. Vnde tempus & prorogari & minui poteſt, durante ſemper eadem obligatione [q]. Quod ſecus eſſet, ſi ad ſubſtantiam pertineret. remota enim ſubſtantia, remoueretur obligatio [r]: imò & in factis pleraque ſunt,
B quæ tempore non variantur, quod alibi Bartol. docet [s], licet augeatur, vel minuatur æſtimatio [t]. Tertius eſt, ſi actus non incontinenti, III.
ſed ex interuallo poſt proteſtationem celebratus ſit. videtur enim tunc à priore tractatu diſceſſum [u], quod Paul. Alex. & Iaſ. hîc cenſuerunt: & ideo lex noſtra præſentis temporis verbo vtitur, cùm id ageretur, non autem cùm id actum fuiſſet, nempe indicans aliud eſſe, ſi ex interuallo contractus fuiſſet celebratus. Sed tamen cùm
C hîc lex perpendat errorẽ, videtur hæc ratio indiſtinctè procedere: imò faciliùs error, ſiue obliuio ex interuallo præſumitur, quàm incontinẽti [x]. Quare (vt contextus verba generaliter accipiantur) ſublimita hunc caſum, vt † licet prote- 16
ſtatio non trahatur ad actum contrarium ex interuallo, tamen ſecus ſit, cùm talis proteſtatio futurum reſpicit, & actus ad eius executionẽ tendit [y], qua de re ego alibi diffuſius [z]. Sed rurſus legi noſtræ obſtat, quòd omiſsio diei per errorem facta ſtipulationem damni infecti cauſa in-
D terpoſitam non infirmat, ſed ex conſuetudine dies ſuppletur [a]. Sed reſpondent aliqui, ſpeciale id eſſe in ea ſtipulatione, quæ prætoria eſt, & ex neceſsitate interponitur, interpretationemq; à prætore reſpicit [b], qui errorem ex conſuetudine ſupplet [c]: nos autem de ſtipulatione certo loco ſiſti loquimur, quæ ab ea differt, quæ iudicio ſiſti dicitur, & conuentionalis eſt. hoc enim ſub titulo Iuriſconſultus conuentionales ſtipulationis proſequitur, aliàs hanc legem in tracta-
E tu prætoriarum repoſuiſſet: probabiliſq; hęc eſt ſententia, quia prætoria ſtipulatio non requirit pœnam, de qua hîc principaliter agitur, ſed in quod intereſt, tantùm committitur [d]. vnde reſpectu pœnæ non poteſt negari eſſe conuentionalem, quicquid Accurſ. Din. cæteri dixerint. Alij tamen aliter intelligunt, vt legi noſtræ ſit generaliter locus, ſiue prætoria, ſiue conuentionalis hæc ſit ſtipulatio, ſed diſtinguẽdum in eo ſit, an error interuenerit, quia crederet ſe reus per-
F petuò teneri, cùm ſolùm ad tẽpus obligaretur: & tunc ex conſuetudine dies arctatur. an verò ſit error, quia non niſi adiecta certa die vellet reus obligari: & tunc omiſsio diei actum omnino vitiat. ibi ergo erat error in die, vſq; ad quam duraret cautio, quæ ſubſtantiam contractus nõ reſpicit: hîc in die, qua erat ſiſtendum. item ibi in iure, hîc in facto errabatur: quod Caſt. ait, videnturque diuerſis verbis in eundem ſenſum Doct. IV.
conuenire. Sed † fortius obſtat, quòd ſi dies 17
hac

m l. cũ pater. §. vicos. de leg. 2. l. pen. C. de inſt. et ſubſtit.
n l. ſi non fortẽ. § liberto. de cõ. indeb. authẽ. q̃ ſupplicatio. C. de precib. imp. offer.
o l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. e.
p l. ex duobus. ff. tit. j. l. eũ, qui calendis. ff. eo.
q l. cum ſtipulatus. ff. eo.
r Bar. l. denunciaſſe. §. quid tamen. de adul.
s l. ſi ita ſtipulatus eſſem. ff. e.
t l. j. §. diem. de eden. §. plus. Inſtit. de act.
u d. l. diui. §. licet. de iur. codic.
x l. peregre. de acquir. poſ.
y l. ſi vero. de Aedil. edict. l. ſi tibi liberum. de act. emp. Bar. d. l. Titia.
z l. deteſtatio. de verb ſign.
a l. ſi finita. in princ. de dam. infect.
b l. in cõuentionalib. ff. eod.
c l. emptori. § ſi ſimplam. de euict.
d gl. l. fi. de pr. ſtipul.



hac in ſtipulatione *Iudicio ſiſti*, non ſit appoſitus, lex ait non vitiari ſtipulationem ſed arbitrio ſtipulatoris diem intelligi, ſecundum tamen iudicis moderationem [a]. Reſpondent aliqui, illud in prætoria ſtipulatione ſeruari, nos in conuentionali loquimur: quę ſententia, vt ſuprà dixi, probabilis eſt, cùm de pœna loquamur, quę ex mera cõuentione procedit. Sed tamen Bart. & poſt eum cęteri aliter diſſoluũt, quòd hîc de certa die apponenda tractatũ fuerat, deinde ea per errorem omiſſa eſt: at in lege contraria nihil de die prorſus actũ erat: vnde iudex ſecundum diſpoſitionem iuris ſupplet in prętoriis ſtipulationibus arbitrio ſuo [b]: in alijs, quando quis interpellatur cõgruè fuerit [c], niſi actum ſit, vt certo loco remoto ſiſteretur. intelligeretur enim tempus, vt eò perueniri poſſet [d], quod Rapha. Alexand. Iaſonq; tradiderunt.

a l. de die. ff. q ſatiſd. cog. ubi gl. & Iac.
b d. l. in conuentionalibus.
c l. ſi ex legati ff. eod.
d l. continuus. §. cũ ita. ff. eod.

**ſecus, ac ſi quod pondere a, numero, menſura continetur, ſine** A **adiectione ponderis, numeri, menſurę ſtipulatus eſſem: vel inſulam ædificari, non demonſtrato loco: vel fundum dari, non adiecto nomine. Quòd ſi ab initio b id agebatur, vt** B **quocunq; die ſiſteres, & ſi non ſtitiſſes, pecuniã dares: quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta, vires habebit: nec antè** C **committetur c, quàm fuerit declaratum, reum**

a NON SECVS, AC SI QVOD PONDERE a. ¶ Quomodo iis caſibus ſtipulatio ob incertitudinem vitietur, ſuprà locis ſuis tetigi: ibi videndum [e].

b QVOD SI AB INITIO b. ¶ Sed † cùm
18 dies non ſit expreſſus, videtur pro omiſſo haben-
I. dus eſſe, & ideo ſtipulationem vitiari [f]. Reſpondet Paul. Caſtr. hîc actum fuiſſe, vt promiſſor ſiſteret, quacunque die ſcilicet placeret actori [g]: quia, ſecundum eum, cùm dies omittitur, debet actoris eſſe electio. Quæ ſententia non eſt probabilis, quia hoc modo ſtatim, cùm actor reum interpellaſſet, induceretur mora, nec expectaretur, quod amplius ſiſti non poſſet, vt rectè hîc Alex. tradit. Nec me mouet Aret. reſponſio, qui à ſententia Caſt. non abhorrens, ſtipulationẽ hîc cœpiſſe à conditione exiſtimat, & ideo expectari, quod amplius ſiſti nõ poſsit. quæ interpretatio verba legis violat, quibus ſatis oſtenditur non à condi-
II. tione, ſed à conuentione cœptum. Aliter ergo Raph. Put. Iaſ. qui fatentur ſuprà ſcripta ratione ſtipulationem principalem, ſi ſimpliciter concepta fuiſſet, futuram nullam: ſed quia adiecta fuit pœna, ne fruſtrà id factum videatur, accipitur illa interpretatio, vt tempus quando ſiſtat, in voluntatem promiſſoris collatum cenſeatur, non aũt, an ſiſtat [h]. Sed & hic ſenſus non ſatis Alex. placet, nec mihi, cùm conſentaneum iuri non ſit propter ſtipulationem pœnalẽ confirmari prin-
III. cipalem, quæ aliàs eſſet nulla [i]. Rectiùs ergo Veteres intellexerunt, quos hîc refert Accur. ex quibus Otho haberi diem pro omiſſo ait: & ideo ex principali ſtipulatione actionem non dari, non quod ea ſit nulla, (vt interpretatur Bar.) ſed

e l. triticũ. l. qui pluribus. ff. eo.
f l. quicquid. ff. eod.
g c. cũ iuramento. de homicid.
h l. fi. ff. qui ſine man. Alex. cõſ. cxviij in iij.
i gl. & Dd. l. petens. C. de pact. l. ſtipulatio §. alteri. ff. eod.



quia dies poſitus in voluntate promiſſoris cenſetur, & veriſimile eſt fore, vt promiſſor ſemper differat, ideoq; ſtipulator nunquam poſsit agere, quia ante diem ageret, meritò expectandum erit tempus, quo amplius ſiſti non poſsit & ſic

L. 115. Ita ſtipulatus.

**promittendi ſiſti nõ poſſe. Sed & ſi ita ſtipulatus fuero, SI IN CAPITOLIVM NON ASCENDERIS, VEL ALEXANDRIAM NON IERIS, CENTVM DARI SPONDES? non ſtatim committetur ſtipulatio, quamuis Capitolium aſcendere, vel Alexandriam peruenire potueris: ſed cùm certum eſſe cœperit, te Capitolium aſcendere, vel Alexandriam ire non poſſe.**

ex pœnali agendũ. veraq; eſt hæc reſolutio, ſi ita declaretur, corriuatque in eundem ſenſum cũ alia Accurſius, quæ communiter recepta eſt. Ait ille, intelligi hîc, *Quocunq; die* qui placuerit promiſſori. quæ ſententia receptior eſt, licet Caſtr. Raph. & Iaſ. dicant eſſe ſubauditiuã. quod falſum eſt, quia illa dictio *Quocunq;*, intelligitur, dum tamen aliquo, electioq; eſt debitoris, vt ſuprà declaraui [k]. Cæterùm ex Doct. ſentẽtia cõſtituenda eſt regula, vt vitiata principali ſtipulatione pœnalis quoque infirmetur: quod in principio legis noſtræ probatur [l]. vnde & ſi quis arbitrio nullo contrà faciat, in pœnam compromiſsi V.
non incidet [m]. A qua regulas tres caſus exci- 19
piuntur. Primus, quando † ratio, quæ princi- I.
D palem contractum infirmat, ad pœnalem nõ extenditur [n]. quod variis exemplis declarari poteſt [o]. Alter cùm pœnalis ſtipulatio eſſet iura- II.
ta tali enim caſu ſi valere, vt acceſſoria, non poteſt, ſaltem in vim principalis ſuſtinetur, quatenus tamen verba non repugnãt [p]. Tertius, quã- III.
do principalis quidẽ verè eſt nulla, ſed debitor promiſit ſe id non allegaturũ [q]. vnde qui promittit ſe non allegaturũ inſtrumentũ contractũ eſſe nullum ſub certa pœna. ſi alleget, incidet in pœnam [r]. Addit Raph. & Iaſ. quartũ caſum, quẽ ſu- IV.
E prà in ſecũda ſolutione retuli, ſed & reprobaui.

NEC ANTE COMMITTETVR c. ¶ Secunda pars legis hic incipit, ex qua adnotandũ c
eſt, quando † diſpoſitio pœnalis à conditione ſumit exordium, vt committatur, neceſſarium eſſe, vti deſinat poſſe fieri, id eſt, eſſe expectãdum, 20
donec conditio impleri amplius non poſsit [s]. quod quandoq; morte fit, quandoq; etiam pręſcriptione [t]. Sed tamen hæc concluſio, vt ſuprà diffuſiùs dixi, perpetua non eſt, & hîc proba- I.
tur, ei non eſſe locum, quando adiecta eſt clauſula *Rato manente pacto*, ſeu quãdo vtrunq; eſt in obligatione ſaltem tacitè [u]. Vnde eadem ratio- II.
ne idem dicendum, cùm alterum à principio eſt in obligatione, vt æſtimatio alterum in facultate ſoluendi, vt ſeruus, qui noxã nocuit [x]. Item III.
non procedit, quando ei conditioni adiecta eſſet dies. ſufficit enim tali caſu eam diem expectare [y]. Nec rurſus procedit in diſpoſitione IIII.
legali: quia habet in ſe tacitam iuſsionem, ideoque ſtatim incurritur pœna [z]. quod ſuprà latiùs

k d. l. q ex pluribus.
l l. ſi homo. ff. e.
m l. 3. §. ſi ſeruus. de pec. vbi Bar.
n d. §. alteri. Di. l. quidam. ff. eo.
o gl. l. pacta, q̃ cõtra. C. de pac. Abb. c. debitores. de iureiur.
p Bart. l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. Alex. cõ. 4 in j.
q Bar. l. vbi pactũ. C. de tranſ.
r Alexan. conſ. ccciij. in ij.
s d. §. ſi qs ita. et l. hoc iure. ff. eo.
t l. Iulian. §. poſt inde. ad exhib.
u ff. ver. q̃d ſine dubio.
x l. miles. §. decẽdere iudic. l. itẽ. § idem recte. de pet hæred.
y l quicquid. in fi. l. veluti. in fi. ff. eo.
z gl. l. j. C. de his quib. vt indig.

V. attigi, hîc non repeto [a]. In vltimis quoque voluntatibus receptum eſt non expectari tempus mortis, ſiue affirmatiua ſit conditio [b], ſiue negatiua: quod ex Sabini reſponſo hîc probatur, ſi ſecundum communem ſententiam exponatur [c]. nam & alia ſpecialia in vltimis volũtatibus videmus, & maximè quòd in eis cautioni Mutianæ eſt locus [d], quæ in contractibus locum ſibi nõ vendicat [e], vt ſuprà declaraui [f], & Iaſ. hîc diſputat. I. quæſt. Sed nunquid neceſſaria ſit monitio? & quid iuris in diſpoſitione legali ſit, ſuprà docuimus [g]. videndũ quid in contractibus. & Accur. hîc conſtituit regulam, 21 vt † quoties ſtipulatio à conditione incipit, euentus conditionis in mora debitorem conſtituat, nec alia interpellatione ſit opus [h]. fruſtrà enim interpellatio fieret, cùm id quod in conditione eſt, non ſit debitũ [i]: receptiſsimaq́; omnium hæc eſt ſententia, idq́; non in cõtractibus tantùm, ſed etiam in vltimis voluntatibus. Vnde cùm teſtator in teſtamento ſic dixiſſet, *Si hæres legata non ſolueret, vt hæreditas ad alium transferretur*: reſponſum à Bart. extat, morte hæredis eueniſſe conditionem, pœnamq́; committi, quamuis vlla interpellatio non præceſsiſſet [k]. I. Quod † tamen idem Bart. non procedere 22 alibi ſentit, ſi non à cõditione, ſed à præcepto cœpiſſet teſtator. quod & Aret. probat [l]. Qua ratione ſi actum eſſet, vt vtranq; deberetur cùm tali caſu non res ſimpliciter in conditione, ſed in obligatione quoq; ſit, neceſſaria eſſet interpellatio [m], abſq; qua regulariter mora non committitur [n]. Mihi non ſat æquum videtur, vt durior ſit debitoris cauſa, quando promiſsio à conditione cœpit, quàm quando à conuentione: & ideo arbitror, vtroq; caſu, cùm amplius fieri nõ poteſt, abſq; interpellatione moram committi: quòd ſi creditor velit citiùs debitorem in obligatione, quæ à pacto cœpit, in mora conſtituere, tunc eſſe neceſſariam interpellationem ſicq́; ex Veterũ II. mente hanc materiam interpretor. Cæterùm quod dictum eſt, ſolo conditionis euentu morã committi, verum eſt in conditione poteſtatiua: quæ cùm à voluntate debitoris pendeat, potuit ab eo præuideri. quòd ſi de alia conditione loquamur, cuius euentus veriſimiliter præuideri non potuerit, ſecus eſt, tunc enim mora non inducitur [o], & hoc eſt, quòd vulgò dicimus, non 23 † debere eadem die quem obligari, & in mora conſtitui, ſed ſpatium aliquod concedi [p]. Cùm ergo qua die euenit conditio, incipiat debitor obligari [q], eadem incipere nõ poteſt mora. qua III. de re ſuprà. Sed quid in modo dicemus? & ſciendum eſt, contractus innominatos non ad conditionem, ſed ad modum pertinere [r]. In iis ergo quamuis alicui adimpletus ſit modus, receptum eſt confeſtim moram non induci [s], ſed ſpatium

a d.l.quicquid. §.fi.
b l.hęc cõditio. ij. de condit.& demonſt.
c verſ idq́; vtilitas.
d l.Mutianæ.ſ. de cond. & demonſt.
e d.§.ſi q ita.
f l.veluti ſ.eo.
g d.l.quicquid. §.fi.
h arg. l.nuda. C.eo.l. ſi pupillus.ſ.eo.
i l.ſi penũ.quãdo dies leg.ced. vbi Bar.
k Bar.conſ.29. proponitur.
l Bar.conſ.vij. Aret.l.paterfamilias.de vulg.
m d.l.ſi penũ.
n l.ſi ex legati. ſ.eo Bart.hic.6. q.Decius cõſ.ij.
o l.quoties in diẽ.ſ.eo.Bar l j de cõd.& dem.
p l.q dicimus. de ſolu.gl.l.Aemilius. de min.
q l.cedere. de verb.ſign.
r gl.l.ſi qs cũ debitore. de iureiur.Bar.l.cũ mota.C.de trãſact.
s l.naturalis.§.ſed ſi ſcyphũ.de præſcrip. verb.

Item ſi quis ita ſtipuletur: SI PAMPHILVM NON DEDERIS, CENTVM DARI SPONDES? reſpondit Pegaſus, nõ antè committi ſtipulationem, quàm deſiſſet poſſe Pamphilus dari. Sabinus autem exiſtimabat, ex ſententia contrahentium, poſtquam homo potuit dari, confeſtim agendum: & tamdiu ex ſtipulatione non poſſe A agi, quamdiu per promiſſorem non ſtetit, quò minus hominẽ daret. Idq́; defendebat [a] exemplo penus legatæ. Mucius etenim heredem, ſi dare potuiſſet penum, nec B dediſſet, cõfeſtim in pecuniã legatã teneri ſcripſit. idq́; vtilitatis cauſa receptũ eſt ob defuncti vtilitatem, & ipſius rei natura.

aliquod ei concedi, quo & ipſe adimplere poſſit. Sed an neceſſaria ſit interpellatio? & videretur eſſe, quod aliquid cenſuerunt: quia (vt ſuprà eſt viſum) ex ſolo implemento mora ſtatim non inducitur. Sed ego diſſentio [t], quia lex quadamtenus ęquiparat, an dies ſit adiecta, an ei adimpletus ſit modus [u]. vnde ſicut quãdo dies adiicitur non eſt neceſſaria interpellatio [x], ita nec hoc caſu. ſufficiat ergo modicum interuallum. 24 Qui † tamen beneficiario nomine obligatus eſt, quamuis etiam ſacramento in verba domini adactus ſit, interpellari debet [y]. quod propter naturam contractus inductum videtur. ſatis enim fidelis eſt, qui interpellatus adiuuat [z]. IV. 25 Sed † quid, ſi legatum ſub modo factum C ſit, hæreſq́; ſoluerit committetúrne aduerſus legatarium mora, ſi modum, cùm primùm poteſt, non adimpleat? & Bal. cenſuit requiri interpellationem [a], q̃d & Aret. hîc probat [b]: ego ad verba cautionis aduertendum cenſeo, vt quod promiſſum eſt, ſeruetur [c]: aliàs quod ad regularem morę effectum attinet, nõ putarim neceſſariam eſſe interpellationem, ſed modicũ duntaxat ſpatium ſecundum ſuprà ſcripta concedi: quod verò ad miſsionẽ legati pertinet, veram eſſe Bald. D ſententiã, vt omnino interpellatio requiratur [d].

II. quæſt. 26 Supereſt, vt † videamus, quomodo conſtet, quod in conditione poſitum eſt, amplius effici non poſſe? & lex noſtra videtur requirere, vt id ſit declaratum. quæ verba ſignificant per ſententiam iudicis rem ad liquidũ deductum eſſe. per probationes enim ante ſententiam non dicitur qui conſtare, aut declaratum eſſe [e]. Contrarium tamen hîc cenſent Ang. Im. Alex. & Iaſ. quia quoties agitur inchoandi iudicij cauſa ad eundẽ E effectum, et aduerſus eandem perſonã, ſufficit rem ita ſe habere dictioq́; illa *Declaratũ*, intelligitur p facti veritatẽ, licet non adhuc per iudicẽ. quod Bart. alibi cenſuit [f], licet ſecus eſſet, ſi aduerſus tertium ageretur [g]. veraque ſunt huiuſmodi, ſed non quadrant legi noſtræ, & vocem declarationis violant. Ego dupliciter agi poſſe ex ſtipulatione ſiſtendi ſcio: in primis iudicio ordinario, & tunc ſufficeret rem ita ſe habere, vt conditio amplius impleri nequeat: & probationibus in F iudicio factis ſufficiet definitiua, quæ pœnam irroget, 27 ad † quam iudex procedendo tacitè videbitur declaraſſe amplius ſiſti non poſſe [h]. Poteſt & via executiua agi, ſtipulatio iſta facta ſit ad iudicij præparationem, prout plerunq; conſueuit [i]. tunc enim ad liquidum deducta conditione, confeſtim concedetur executio [k]. Igitur poterit actor curare, vt iudex interloquatur, & declaret deſiiſſe conditionẽ impleri poſſe: quo caſu ſtipulatio paratam habebit executionem.

a 28 IDQVE DEFENDEBAT [a]. ¶ Cùm † Iuriſconſultus

t arg.l.3.§.ſed ſi Stichus.de cõd. cauſ.dat.
u d.l.naturalis. verſ.q̃d ſi tale.
x l.magnam. C.eod.
y c.j.§.licet.ſi de feu.def.con. ſit.
z c.j.de no.for. fidel.
a Bald. l.& ſi poſt tres.ſ. ſi qs cau.
b arg. d.§.licet.
c auth.cui relictum.C.de ind. uid.tol.Bar.l.quibus.§.Termilio de cõd.& dem.
d gl.§.ſi qs aũt nõ implẽs.auth de hær. & Falc.
e gl. l.ſed & ſi poſſeſſori.§.pe. de iureiur.
f l.hoc iure.ſ.e. l.ſi finita.§.Iulianus.ver.pcedo vlterius. de dam.infect.
g l. ſtipulatio. §.habet.vbi Bar de op.no.nunt.
h l.à procedente.C.de dilat.vbi Bar.
i d.l. & ſi poſt tres.
k l.fi.verb.ſtatim. C.de vſur. rei iud.l.j.ſ.iud.ſol.vbi Bar.



conſultus hîc argumentetur de penu legatâ ad contractus videretur non eſſe conſtituendam inter hæc vllam differentiam. Quod Pet. cenſuit, exemplumq́; hoc intellexit, cũ à diſpoſitione cœpit legatum [a]. lex enim vtitur exemplo penus legatæ: ſi legata eſt, ergo in diſpoſitione poſita, non autẽ in conditione tantum [b]. Vnde ſequitur, vt ſi in cõditione tantùm penus fuiſſet, non committatur pœna, niſi cùm ampliùs præſtari non poſſet. Et licet lex nihil referre ad legis Falcidiæ imputationem exiſtimet, quomodo penus relicta ſit diſpoſitiuè an conditionaliter, tamen non idem videtur in commiſſione pœnæ, ſi quidem in Falcidia idem eſt, ſiue penus in conditione duntaxat ſit, ſiue in diſpoſitione quidem fuerit, ſed propter hæredis morã transfuſum iam ſit legatum. nullo enim horum caſuum in Falcidiã penus imputari poteſt, cùm vel nunquam debita propter conditionem fuerit, vel amplius debita propter transfuſionẽ non ſit. quæ ratio à lege noſtra ſeparatur, defendique diſputando facillimè hæc ſententia poſſet, licet nec ego eam probem, cæteriq́; Doct. ſtent contrà. Accur. enim & Bar. aliiq́; frequentiore numero contractus ab vltimis voluntatibus [d] diſtinguunt, 29 vt † in vltimis voluntatibus non ſeruetur ea diſtinctio, an à conditione, an verò à diſpoſitione incipiat legatum, ſed indiſtinctè cõfeſtim, cùm fieri poteſt, cõditio debeat adimpleri: aliàs committatur pœna. aiunt enim intereſſe rei publicæ, vt vltimæ voluntates celerrimum exitum habeant [e], nec debent in ſuſpẽſo eſſe [f]: & ideo quamuis à conditione incipiat legatum, nihilominùs ſtatim pręſtabitur. Addit Iaſ. in contractibus verba interpretationẽ aduerſus ſtipulationẽ accipere [g]: quod in vltimis voluntatibus non procedit, in quibus fauorabilior ſit interpretatio [h]. Sed hæ rationes ſanè quàm fragiles ſunt. valet enim argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus [i], vt hîc manifeſtè probatur. Nec obſtat, quòd vltimæ voluntates ſint celeriùs extricandæ: quia hoc verum eſt, dum ſecundum voluntatem teſtatoris extricentur, quæ non ſat cõſtat, cùm legatum à conditione incipit. Minùs obſtat, quòd in ſuſpẽſo ſtare non poſsint, quia id verum, poſtquam legati dies ceſſerit [k]: ſecus antè: qui noſter eſt caſus. nam & ſicut in contractibus interpretatio aduerſus ſtipulatorem fit, ita in teſtamentis aduerſus legatarium in hæredis, ſeu debitoris fauorem [l]: ſicq́; apparet rationem hanc differentiæ haudquaquam ſatis firmã eſſe. Addunt tamen illi probari hanc differentiã ex legis noſtræ verbis, dum in penu legata receptum eſſe lex ait, *Vtilitatis cauſa*. quæ verba ſignificant ſpeciale id eſſe, ſubiiciturq́; *Ob defuncti voluntatem, & rei naturam*. Interpretatur autem Bar. *rei naturam*, id eſt, conditionem quæ adiecta eſt hæredi, & quæ cenſetur appoſita, vt quã primùm det: quo ſenſu hæc ratio in quocunq; legato locum haberet. Sed reſpõderet Pet. etiam in ſtipulatione pendére conditionem ex parte promiſſoris, & tamen locum eſſe diſtinctioni, vt tũc hæc voluntas arguatur, cùm in diſpoſitione eſt penus.

a l.j.ſ. de penu leg
b d.l.ſi penum. ſ. quando dies leg.ced.
c l.j.§.itẽ ſi ita. ad l.Falc.
d gloſ. d.l.& ſi poſt tres.
e l.vel negare. quẽad.teſt.ap.
f l.fi.ſ.com.pd.
g d.l.fi.ſ.com. præd.
h l.ſemper in teſtamentis. de reg.iur.
i l.quæ delegato.de leg.j.
k gl.Bar.d.l.fi. com.præd.
l l.nummis. de leg.j.l.ſi fuerit, de reb.dub.Ro. l.plures.de dãn. infect.

L.115. Ita ſtipulatus.

Itaque poteſt Sabini ſentẽtia [a] recipi, ſi ſtipulatio non à conditione cœpit: veluti, SI PAMPHILVM NON DEDERIS, TANTVM DARE SPONDES? A ſed ita concepta ſit ſtipulatio, PAMPHILVM DARI SPONDES? SI NON DEDERIS, TANTVM DARI SPONDES?

Ego ſuprà ſcriptam rationem de natura rei, & defuncti voluntate ad hoc referendam arbitror, quia teſtator penum vxori relinquens hoc agit, vt vxor ea fruatur, & veſcatur, nõ vt expectet, donec præſtari non poſsit: ſpecialitaſq́; in eo conſiſtit, quòd aduerſus vim verborum, 30 quæ † non arctant promiſſorem, vt ſtatim conditionem impleat [m], id ſit receptum, vt niſi cõpleuerit, confeſtim ſit in mora. Bal. tamen ſubſcripta verba aliter interpretatur, vt id ſpeciale ſit propter naturam rei, id eſt penoris quod in alimentis conſiſtit. at venter dilationem non recipit [n]. B vnde & alimentis plurimũ fauoris tribuitur [o]. Quæ expoſitio niſi ſecundũ ſuprà ſcripta intelligatur, mihi nõ ſatis placet. cur enim exẽplum potiùs in alimentis poſitum non eſt? conſtat enim, legatum alimentorum à legato penoris differre. Quòd ſi hoc propter fauorem penoris inductum eſt, eadem ratione in ſtipulatione penoris, vel frumenti, vel ſimilis rei, quæ mandi poſsit, recipiendum idem eſſet. Minùs etiam placet, C quod Raph. Put. & Iaſ. exiſtimarunt: nempe naturã penoris eſſe, vt ſtatim præſtetur, quia facilè corrumpitur [p]. nam id ipſum potiùs ſuadere debuit, vt expectaretur, cùm non futura ſit longa expectatio [q].

a ITAQVE POTEST SABINI [a]. ¶ Adnotant tamen Accur. Barr. & cæteri quatuor caſus, quibus, quamuis à conditione cœptum ſit, tamẽ nõ expectatur, vt amplius fieri poſſe deſinat. I. Primus, cùm teſtator ſic ſcripſit, *Stichus ſi Capitoliũ non aſcenderit, liber eſto*. D ſtatim enim eſt liber, cùm oblata eundi facultate non iuit [r]. quod aliqui fauore libertatis inductum exiſtimant, quæ propter expectationem redderetur eluſoria. Addunt alij 31 frequentiore calculo, quotieſcunq; † actus aliàs redderetur eluſorius, eius ſuſtinendi cauſa fie hanc interpretationẽ. quod Iac. Pet. Guli. Lamber. Ray. Alberic. Recentioreſq́; non pauci tradiderunt, quod intelligendũ, quoties cautio Mutiana vel non cõpeteret, vt in contractibus [s], vel non ſufficeret, vt in hoc libertatis exemplo. E nec enim libertas reuocari poteſt [t], vt Raph. ait, mauultq́; lex eam ad tempus differri, quàm reuocationis periculo, quod Are. tradidit, ſubiici [u]. aliàs enim per cautionẽ Mutianam ſuccurrendũ quoq; debitori eſſet, vt hîc Bar. docuit [x]. Qua ratione idem quoq; dicendũ eſt in cõditionibus, quæ non honorato, ſed grauato adiectæ ſunt. de quibus propriè lex noſtra loquitur. in eis enim locus non eſt Mutiani cautioni, & ideo confeſtim haberent effectum, ne aliàs ſint eluſoriæ [y]. F quam ſententiam Put. & Aret. hîc probant. licet enim reſpectu cautionis plurimum referat, adiecta ſit honorato an grauato cõditio, tamẽ (quod ad eius implementum attinet) nulla conſtituenda eſt differentia, quòd ſemper ſubſit ratio, ne actus ſit eluſorius [z]. Et ex ſuprà ſcriptis inferunt aliqui, legata ad pias cauſas ſub conditione negatiua nihilo minùs ſecundum cautionem Mutianã præſtanda eſſe [a], quia ratio prohibitæ in libertatib. reuocationis hoc caſu ceſſat, licet aliàs valeat argumentũ de libertate ad pias cauſas [b].

Sequẽs

m d.l.cũ ab eo. de cõtrah.emp.
n l.ſi res.de appel.reci.l.j.C.de primipi.lib.xij.
o l.cum hi.ſ. de tranſact.
p gl.l.j.C.ſi aduer.vſucap.
q argum.l.j.de gland.leg.
r libertas.§.j.de manu.teſtam.
s gl l.ſiue apud C de tranſ. dixi in l. veluti §.j. ſ eod.
t l.j.& ij. C.ſi aduer.liber.
u l.fi.C.de pet. hæred.
x l.heres.§.quãuis.de cond.& dem.
y l ſi peculiũ.§.fi.de ſtatulib.
z l.quoties in ſtipulationib.ſ.e.c.ſi ciuit.de ſen.excom in 6.
a d l.Mutianæ. vbi Soc.de cõd.& dem.
b Bart.l proxime.de his, quæ in teſta.Iaſ.l.ſi unus.C.de teſt.

II. Sequēs † caſus eſt,cùm conditio ita concepta
32 eſt,*Si illi fundum non dederis,mihi dare ſpondes? & ſi mihi non dederis, illi dare ſpondes*[a]? cuius rei quinq; rationes adfert Bart. ipſe ſextam ſequitur, nēpe quia talis conditio ex mente promiſſoris dicitur perplexa, qui veriſimiliter nō curabit hāc perplexitatem diſſoluere, vt ſolutionem differat, ideóque lex ei diem adúſq; litis conteſtationem præſtituit, idq́; propter ſimilitudinem, quæ huic obligationi cum illa duorum reorum credendi eſt[b]. Sed hæc ego omnino non probo,cùm nō poſsit hæc dici perplexitas, quia quicunq; conſtituerit promiſſor ſoluere,ſtatim diſſoluetur[c]: alioquin hæc ꝑmiſſio,*Mihi, aut Titio,vtri voles dabis?* perplexa eſſet, qđ non eſt credendum. Septimam ergo ipſe rationē comminiſcar, & cenſebo huiuſmodi ſtipulationem alternatiuæ æquiparari[d]. conſtat autem in alternatiuis nullam eſſe perplexitatem, ſed ſoluendi facultatem vſq; ad conteſtationē litis cōpetere[e]. Tertius † eſt caſus in fideiuſſore, qui

III. ita appromiſit,*Si reus non ſoluerit,dabo centum*[f]: quia
33 (inquit lex)veriſimile eſt id eſſe actū, vt cùm interpellatus reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur. quæ ratio eadem eſt, quæ& Sabini hîc fuit, voluntas ſcilicet contrahentium. Sed vnde hæc voluntas colligitur? & aiūt ex verbis ſtipulationis colligi: quia verba illa conditionis, *Si reus non ſoluerit*,ſignificant,ſi in mora ſoluendi fuerit[g]. vnde per talem morā cenſetur euēniſſe cōditio,ſub qua fideiuſſor ꝑmiſit: meritò mora principalis, q ipſe diſpoſitiuè tenebatur, nocet fideiuſſori[h]: qui licet ſub conditione promiſerit, tamen poſt eius euētum perinde eſt, ac ſi purè promiſiſſet[i]. Sed videretur hodie fideiuſſoriam obligationē ſic conceptam ,*Si principalis non ſoluerit*,cōditionalem non eſſe. cùm enim ex nouella Iuſtiniani fideiuſſor non conueniatur,niſi excuſſo principali[k], videtur talem conditionem tacitè ineſſe, & ideo pro ſuperuacua haberi[l]. Verùm reſponde, aliter exprimi,quàm tacitè inſit. expreſsio enim operatur,ſiue principalis non ſoluat, quia nolit, ſiue quia non poſsit: at tacitè ſolus impotentiæ caſus continebatur. Quartus † eſt caſus, quo

IV.
34 ties conuentionem pacto nudo conceptam ſubſecuta eſt pœnalis ſtipulatio, ſi quod in conuentione nuda deductum eſt, ſolutum non eſſet. tūc enim poſt litem conteſtatam extitit conditio,vt verba conſtitutionis aiunt, ideoq́; tum demum cōmittitur pœna[m]. Quod aliqui ſimpliciter intelligunt[n], vt iudicio ſuper ſtipulatione pœnali accepto,tūm primùm committitur mora, idq́ue ex conditionis euentu. priùs enim euenire non poteſt, cùm ex conuentione nuda agi nō poſsit. at ubi actio nō eſt,ibi nec mora quidem vlla eſt[o]. At Iac.Pet. Bar. Ang.Raph. Paul.Aret.& alij ferè crebriùs,conditionem, ex qua mora committitur,per interpellationem extraiudicialē euenire exiſtimarunt, vt ſicut per euentū diei ab arbitro conſtituendæ euenit[p],ita & p interpellationē eueniat, quæ regulariter illi æquiparatur[q]. cùm enim hîc dicatur, ex præſumpta voluntate partium committi quamprimum ſtipulationē, cur non & hoc caſu? cùm præſumpta voluntas non

a l.ſi Titius.ſ.e.
b l.ex duob.ŋ.ſ. tit.j.
c l.qui quadringēta.in prin.ad l.Falc.gl.13.diſt. in ſumma.Bar. l.j.de cond.inſt. in iŋ.princ.
d l cum ita.de opt.leg.l.3.ſ. q, & à quib.
e l.ſi ſtipulatus ſit x. in melle. de ſolut.
g l. fideiuſſor obligari.§.fin.ſ. de fideiuſ.
g l.ſi duo. in fi. vbi Bar.de cōſt. pec.
h l.mora. ſ. eo.
i l.fi.§.j.de vul. ſ.eo.l.fi.§.fin.
k auth. præſente.C.de fideiuſſ.
l l.non recte.C. de fideiuſſ.
m l.nuda C.eo.
n Azo, Guil. Raí.Iac.Imo.Alex.Iaſon.
o l lecta.verſic. ſed cum ſortis.ſi cert pet l. ſi pupillus.ſ.eod.
p l. ſi cū dies.§. fi.de arbit.
q l ſi ex legati. ſ.eo Fel.c.paſtoralis.§.fi.col.pe. de offi.deleg.

minùs pacto nudo, quàm alio contractu depræhendatur[r]. Nec obſtant verba conſtitutionis, dum iis dicitur poſt motam litem extitiſſe conditionem[s], quia verbum *Extitiſſe*,intelligitur impurgabiliter[t], cùm ad illud vſq; tempus conſtat purgari morā poſſe[u]. Verbum enim *Siſto*, vnde formatur *Exiſto*, ad id refertur, quod firmiter ſeu immutabiliter ſtat,[x]. quod libro elegantiarū V. Valla tradidit, & ideo in iudicio ſtetiſſe nō dicitur, niſi qui permanſit.

r l.ſi de reb.cor.
s d.l.nuda.
t l.obligationū fere.§.fi.ſ.tit.j.
u l.ſi inſulam.ſ. eo.vbi dixi.
x l.ſcire oportet §.ſufficit.de excuſ.tut. vbi Bal.

quod ſine dubio[a] verum erit, cum id actū probatur,vt ſi homo datus non fuerit, & A homo & pecunia debeatur. ſed & ſi ita cautum ſit, vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur, idem defendendum erit: quoniam fuiſſe voluntas probatur, vt homo ſoluatur, aut pecunia petatur.

QVOD SINE DVBIO[a]. ¶ Quemadmodū verſiculus hic intelligi debeat, ſuprà explicuimus. Accurſ. tamen conuerſo literarum ordine, B nouam hîc & impertinentem quęſtionē ꝓponi arbitratus eſt,vt velit Iuriſconſultus, cùm ſtipulatio à conditione cœpit,& pœnā & rem pręſtandam eſſe, ſi id actum ſit: quod ſi non ſit actū, ſola pœna præſtabitur, quia obligatio rei per eā nouata eſt[y]. Hincq́; diſputant Doct. quemadmodum per ſtipulatiouem pœnalem mouetur præcedens. in qua altercatione quot capita,tot ſententiæ.Bart.ſeptem Veterum opiniones hîc C ſanè benè improbat : ſex aliæ poſt eum à Recentioribus ſunt inuectæ nihilò meliores[z]:nos eam duntaxat,quæ Bar.eſt,idcirco referemus,reprobabimusq́;, quia inter hos ſequiores videtur receptior. Is † Pauli reſponſum, quo traditur, *Si nauem fieri ſtipulatus ſim,etſi non feceris,centum*, exiſtente pœnæ conditione,quaſi nouari priorem[a], interpretatus eſt procedere, quoties ſtipulatio ex cauſa lucratiua interpoſita eſt, quòd ſi ex cauſa D onerofa contractū celebratū proponamus, tunc ſecus eſſe,nullamq́; nouationē fieri , ſed ex vtraque agi poſſe[b]. eius diſtinctionis ea eſt ratio, quia faciliùs extingui obligatio ex cauſa lucratiua debet, quàm ſi titulo oneroſo inducta ſit[c]. Quod tamē Plumbinus nō probat,cùm etiā tali caſu ſemper pœna adiiciatur, vt magis conſultū creditori ſit[d],& in pœnis non minùs id,quod intereſt,reſpectu lucri non facti attendatur, quàm damni perpeſsi[e]. Illud etiā mouet, quòd ei, qui liberalitate vtitur, eſt magis ſuccurrendum[f]: qđ E fieret: ſi duntaxat grauior obligatio nouaretur, & tamē conſtat indiſtinctè primā nouari. An ergo verius eſt,quod Alex. mauult? quia † duæ lucratiuæ cauſæ ſimul concurrere nē debent[g]. Sed nec hoc ego probo. licet enim ad exactionē non concurrant, quod tñ ad acquiſitionē pertinet,vt in caſu noſtro nihil prohibet poſſe eas conuenire[g]: ſicut & circa diuerſas res cōuenire poſſunt[i]. Adde,quòd & pœnæ fiſco ex cauſa lucratiua debentur[k],& tamē in iis locus huic nouationi non F eſt. Vnde ſi lex furi pro primo furto pœnā quinquaginta irroget,quam ſi intra menſem non ſoluerit, flagris cædi eum iubeat, poterit fiſcus adhuc lapſo menſe,ſi ita magis placuerit, quinquaginta illa extorquere[l]. nam † & paterna hæreditas filiis titulo lucratiuo debetur[m],& tamē pœnalis ſtipulatio eius hæreditatis diuiſioni ſubiecta, nihil nouat[n]. Cæterùm & diſtinctione hac violatur mirū in modum Pauli[o] reſponſum. quis enim reuelauit iſtis Paulum loqui,cùm ex cauſa lucratiua promiſſum erat? diſtinxerat ille priùs qua-

y l.obligationū fere.ſ tit.j.
z Mod.hic,Bene.de Plum.l.ſi quis à ſocio.pro ſocio.
35
35
a d.l.obligationū fere §.fin.l.j. §.item ſi ita. ad l.Falcid.
b l.duo ſocietatē.l. ſi quis à ſocio.ſ. ꝓ ſocio.l. pdia.de act. emphyt.l.reſcript. §.ſi pacto.de pactis.
c l.fi.C.de iur. codicil.
d l.pacto conuento.ſ.de traſact. l. ubi. C. de tranſact.
e l.j. C. de ſent. quæ pro eo, qđ intereſt.
f l.exhæredatū. in fi.de re iudic.
g l.omnes.j.ſ. tit.j.
36
h l Mæuio.§.duorū.de leg.j.
i § ſi res aliena. Inſt.de leg.in fi.
k l.j.C.pœ.fiſc. li.x.Bal.l.cos.C. de vſur.rei iud.
l Bar.l.cū duobus.§. idē reſpōdit.ꝓ ſoc Mod. c. inter cæteras de reſc.Cor.cōſ. v.in iŋ.
37
m l.fi.§.ſi à ſocero.quę in fraud. cred.
n l.qui Romæ. §.fi.ſ.eod.
o d.l. obligationum.in fi.



quatuor generales caſus obligationū, quib. deinde illū ſubdit : cur ergo generaliter illū quoq; nō intelligemus? Quis credat eum,q nauē facere promiſit, donare valuiſſe, & non potiùs artificē, mechanicumq́; fuiſſe,q pretij cauſa eam ędificaturū ſe recepiſſet[a]? Quis item nō arbitretur haudquaq̈ veriſimile eſſe,eum, q donat, ſe ad pœnā obligaſſe[b]? Nec mouet ratio Bar. ꝙ † in
38 dubio prę́ſumatur cauſa lucratiua. negant hoc cōmunit̃ Doctores, aliàs ſtipulatio ſine cauſa valeret[c],tanq̈ donatio prę́ſumat̃, quod ſuprà falſum eſſe oſtendi[d] : & vt dem9 præſumi quandoq; in cōtractibus,quia ꝑmittēs imputare facilitati ſuæ debet,ſi promiſit[e], tamē in verbis legis aliud eſt, quæ cùm generalia ſint, debēt & generaliter intelligi. Quid ergo hac in
39 re cenſendū? & puto cōſtituendā regulā,vt † ſtipulatio pœnalis nō nouet præcedentē, ſed ex vtra voluerit, agere ſtipulator ſemper poſsit, vt qđ plus eſt in altera,conſequatur[f]: idq́; ſiue pœnalis plus cōtineat,ſiue minus[g], ſiue principalis cōſenſu contrahatur, bonæq́; fidei ſit[h], vel à iure gentiū introducta,ſiue non[i], ſiue actor eligat agere ad primā,ſiue id minus[k],ſiue ex cauſa oneroſa contrahat̃, ſiue ex lucratiua[l], ſiue pœna ad eundem reſpiciat,ſiue ad alium[m], ſiue principalis ſtipulatio ad obligandum , ſiue ad liberandū ptineat[n]. Cuius concluſionis ratio eſt,quia qui pœnā ſubiicit,hoc facere videtur cōfirmandæ ſtipulationis principalis cauſa[o]. Vnde quod in fauorem ſtipulationis inductū eſt,non debet in cōtrarium flecti[p]. Quæ ſentētia maximè procedit, ſi contemptus duntaxat cauſa adiectam propo- D neretur[q]. Quid ergo,ſi alia coniectura, quàm fauor ſtipulatoris ſubſit? & tunc aliud dicendū eſſet,nempè vt poſt moram fiat quaſi nouatio,quæ tamen purgari vſq; ad litis conteſtationē poſsit: cuius † rei exemplū duob.caſibus accipitur. Pri-
40 mus eſt in legato,cùm teſtator penum legat:& ſi non dederit,legat decem[r]. Vnicū.n.id cenſetur legatū propter teſtatoris voluntate[s], pecuniaq́; cōtemplatione debitoris, id eſt hæredis,eſt adiecta, qui ſoluendi, vtrū velit,habet electionē[t]: hacq́; in re receptiore calculo conſenſum eſt,qđ tñ Bal. limitat,niſi dictū ſit pœnæ nomine, quia hiſce verbis propter dictionē *Pœnæ*,indicat teſtator ſe magis ad fauorē legatarij attendere,& ideo tunc nō fieret nouatio[u],quod & Caſtellio,i-
41 temq́; Rapha.hîc ſenſiſſe videtur. Alter † eſt, qui ex Pauli reſponſo colligitur[x] , cùm ſtipulationi faciēdi eodē contextu ſubiecta eſt pecuniæ promiſsio.cùm enim qui facere ꝑmiſit ad pecuniā teneatur[y],videtur id expreſſum quod tacitè intrat[z],& pecunia immutabiliter poſt litis conteſtationē peti poteſt[a], tanq̈ vnicus is fuerit contractus. Quę interpretatio ſumi non poteſt, cùm alio quoq; cōtractu,quàm ſtipulatione eodē cōtextu facta quicquam fieri ꝑmiſſum eſſet: quod Bald.hîc ſenſiſſe videtur, itemq́; Imola,quod &
42 mihi ſatis ꝓbabile videtur. Sed † an hodie ij caſus mutati ſint, cùm Iuſtinianus ſanxerit,nunq̈

a arg.l.interdū. qui pot. in pig.
b l. ad res. de Aedil edict.
c l. ŋ.§. circa.de doli except.
d l.à Titio. ſ.e. vbi Alex.
e l Campanus. de oper.liber.
f d.li. & d.l.qui Romę.§.Flauiꝰ & l.apud.§.Labeo.de dol. exc.
g d.l.ſi q̃s à ſocio.& d l pdia.
h d.l.j.§.itē ſi ita.l.3.C.in quib. cauſ. in integr. Bar.hic.
i gl.l.iŋ.C.de iu. emphyt.
k d.l.ſi quis à ſocio.
l l.quāuis Baſſa.C.de uſur.ubi Paul.
m d.l.q Romę. §.fi.ſ.eo.l.j.in fi. de ſtip.ſer.
n d.l.reſcriptū. §.ſi pacto.
o l.ſtipulatio.§. alteri. ſ.e.l. 4.§. ſed ſi pignora. de re iudic.
p l. quāuis.vbi Bar.de pig. act.
q l.ſi quis rem. de arb.Bart. xj. oppoſ.
r l.j.de pe.leg. & d.§. itē ſi ita.
s l. cum ſine. quādo dies leg.
t l.ſi quando.§. hæres.de leg j.
u Bald.l.j.C.de his, q̃ pœn. no. Fel.c. inter cęteras de reſcrip.
x d.l.obligationum.§.fin.
y l.ſtipulationes.uerſ.Celſus. ſ.eo.
z l.j.l.fi.de pt. ſtipul.
a l.ſi inſulam ſ. eod.

LEX CXVI.

PAPINIANVS *libro 4. Quæſtionum.*

DEcem[a] ſtipulatus à Titio,poſtea quāto minus ab eo conſequi poſſes,ſi â Mæuio ſtipularis: ſiue dubio Mæuius vniuerſi periculū poteſt ſubire. Sed & ſi decē petieris à Titio, Mæuius non erit ſolutus, niſi iudicatum A Titius fecerit. Paulus notat: non enim ſunt duo rei Męuius & Titius eiuſdem obligationis,ſed Męuius ſub conditione debet, ſi à Titio exigi non poterit.

censeri factam nouationem, niſi cùm expreſsè actum eſt[b]? & receptū eſt, legē Iuſtiniani de hac nouatione haudquaquam intelligendā eſſe,quę impropriè tātùm p pœnalē ſtipulationē fit. cùm enim eius legis mentio in Inſtitutionibus[c] fit, cùm & à Iuſtiniano ante ſecundam Codicis editionem fuerit compoſita[d], non poteſt videri quicquā corrigere, quod Digeſtorū libris claudatur[e]. Adde, ꝙ emanauit lex illa, vt veterū Iuriſconſultorū ambiguitates tollerentur, nō noſtratium Doctorū, quicquid hîc Iaſon comminiſcatur. Intelligit̃ er- B go illa cōſtitutio nō de pœnali,ſed de æquali ſtipulatione. diſtant.n. hæc etiā aliis modis[f], ſicut & ipſa pœnalis ab vſuraria differt[g]. qua de re alibi. Supereſſet, vt Bart. quęſtiones explicemus, verùm cùm ſuprà locis ſuis[h] p me ſint non indiligenter excuſſæ,non eſt, quod vlteriùs hîc inſiſtam,& rem actam(quod dicitur)agam.

*Alciatus Ticini.*

L. 116. Decē ſtipulatus à Titio.
b l.fi.C.de nou.
c §.præterea. Inſt.quib mod. tol.oblig.
d l. j.§. poſtea. & §.fin.C. de emēd. Cod. Iuſt.
e l.j.§. ſed & hoc ſtudioſum. C.de uet. iur. enucl.
f l. fundū Cornel.de nouat.
g l.qui ſine.de neg. geſt. Bart. oppoſ.x.
h l eū.qui calēdis.l.cētēſimis.l. interdum.ſ.eo.

LEX CXVI.

C 1 *Repromiſſor ante conditionis euentum non liberatur.*
2 *Priuatio præſupponit habitum.* 10.
3 *Repromiſſor conreus debendi non eſt.*
4 *Fideiuſſoris & repromiſſoris diſcrimen.*
11 *Liberatus quandoq; dicitur, qui obligatus non fuit.*
15 *Ex apellatione non præſumitur approbatio.*
16 *Exceptio rei non prodeſt actori:nec per eius obiectionem inducitur litis conteſtatio.* 17.
18 *In duplicib.iudiciis ex priuatione nō affirmatur actus.*
23 *Manifeſta inopia loco excuſsionis eſt.*
28 *Declaratio inopis debitoris requirit Citationem fideiuſſorum.* D
30 *Citandi omnes,quorum intereſt,non tantùm qui principaliter læditur.*

DECEM[a] ¶ Subſidiarius repromiſſor cenſetur ſub conditione ꝑmiſiſſe,ſi ab illo exigere nō poſſes, ea conditio per ſolutionem prinpalis deficit, per excuſsionē verò eueniſſe oſtenditur[i]. Vnde cōſequens eſt,vt † an- 2
1 te euentum conditionis nō poſsit hic appromiſſor dici liberatus, cùm nec tali tempore potue- E rit eſſe obligatus. in obligationibus enim conditionalibus ante euentū cōditionis nec actio,neck obligatio oritur[k]. At vbi obligatio non eſt, ibi nec liberatio eſſe poteſt, cùm † priuatio rem ha- 2 bitam ſupponat. qua in re Papinianum lib. Quęſtionum xxiij. Paulus notauit. Sed † an hîc Mæ- 3 uius repromiſſor cenſeatur conreus debendi?& Paulus negat.qa cùm Titius purè, Mæuius ſub conditione teneatur,non poſſunt propter obligationum diſparitatē dici duo rei[l] . nam & petione Titio facta nō ſolùm non liberatur Mæuius,ſed incipit eius obligationis conditio ad euentus declarationē præparari,& tamen iure veteri petitione alterius ex reis debendi alter liberabatur[m]. quod hîc manifeſtè Iuriſconſultus ſentit,& Raph.probat,licet hodie lege Iuſtiniani aliud ſit[n] : emendataq́; ideo à Tribuniano fuere Veterū reſpōſa,vt nouiſsimæ legi concordarēt[o], licet

i l. ſi decem. de ſolut.
k l.cedere. de verb.ſig.
l l.eandē.ſ.tit.ſ.
m l.ŋ.ſ.tit.j.
n l.fi.ver.idēq́. C. de fideiuſ. Bart.l.ex duob. ſ.tit.j.
o l.j.§. igit̃ ſtudioſum. C. de vet.iur.enucl.

licet adeò emandari non potuerit, quin aliqua
verba ſcrupulum facerent: qui tamen poteſt ali-
quo modo tolli, vt ſi in lege noſtra mentionem
duorum reorum factam dicamus. quia in eis ele-
ctio eſt creditoris, vtrum velit exigere. at in no-
ſtro caſu neceſſariò
aduerſus Titium
priùs agendum eſt,
quod Alex. & Iaſon
tradiderũt. Sed an
ſit ſaltẽ fideiuſſor?
Ang. & Iaſ. aiũt nõ
eſſe, quia Titius cer
tùm promiſit, Mæ
uius incertũ[a]. quæ

**igitur nec Titio cõuento Mæuius liberatur, qui an debiturus ſit, incertũ eſt: & ſoluente Titio [a] non liberatur Mæuius, q nec tenebatur, cùm conditio ſtipulationis deficit, nec Mæuius pendente ſtipulationis cõditione rectè poteſt conueniri.**

ratio non ſat firma eſt, cùm etiam incertam ſum-
mam promittere fideiuſſor poſsit, quæ deinde
certificetur [b]. Decius ergo contrà [c]: aliàs hodie
nemo eſſet propriè fideiuſſor, cùm propter be-
neficium excuſsionis lege nouella nõ teneatur,
niſi quãto minus à principali exigi non poſsit [d].
Quæ ratio nec ipſa tuta eſt, cùm lex nouella nõ
impediat, qn à principio purè fideiuſſor ſit obli-
gatus: at noſtra quæſtio eſt, cùm ſub conditione
tenetur, adeò vt ante excuſſum principalem nõ
ſit orta illa obligatio. Ego tamen eſſe propriè fi-
deiuſſorem cenſeo, niſi conſtaret non cõtempla-
tione ipſius Titij eum ſpopondiſſe [e]: nam & qui
pro tutore promittunt rem pupilli ſaluam fore,
fideiuſſores vbiq; in iure appellantur [f], & tamen
id tantùm cẽſentur promiſiſſe, quod ex tutoris
4 bonis ſeruari non poterit [g]. Differt † tamen hæc
promiſsionis forma ab ea, qua quis ſimpliciter
& purè fideiubet. purus enim fideiuſſor ſtatim i-
pſo iure tenetur, licet beneficium excuſsionis à
lege habeat, ſi voluerit: & ideo ante litem conte
ſtatam huiuſmodi exceptionem obiicere debet,
quæ dilatoria eſt [h]: at ſubſidiarius hic repromiſ-
ſor neceſſe non habet tunc eam obiicere, cùm ex
natura conuentionis non priùs ſit obligatus,
quàm excuſſo principali, quod Rapha. Paul. Iaſ.
hîc tradunt: quæ excuſsio cùm conditionem pu
rificet, peremptoriam exceptionem inducit, ad
II. ipſumq; creditorem pertinet [i]. Hincq; ſequi-
5 tur, vt † ſi ſubſidiarius hic repromiſſor renuntiet
beneficio fideiuſſorum, non tamen poſsit conue
niri ante reum excuſſum, cùm id ius cõſequatur
ex verbis contractus ſui, non autem vlla legis in-
dulgentia. Quod & in fideiuſſore indemnitatis
receptiſsimum eſt [k]: egoq; arbitror procedere,
etiam ſi in ſpecie renuntiaſſet beneficio excuſ-
ſionis, tanquam hæc proteſtatio actui, qui age-
III. batur, ſit contraria, & ideo reiicienda [l]. Rur-
6 ſus † ſequitur, vt quamuis fideiuſſor propter iu-
ramentum poſsit ante principalem cõueniri [m],
tamen, ſecus in hoc promiſſore ſit, qui ſub condi
tione tenetur. non enim poteſt iuramentum fa-
cere, vt qui ſub conditione eſt obligatus, ante e-
ius euentum teneatur [n], cùm iuramentũ ſecun-
dum contractus iurati conditiones limitetur, re-
ſtringaturq; [o], vt communis ſe habet ſententia.
IV. Sed † & illud conſequens eſt, vt ſi Titius ſol-
7 uendo eſſet, & creditor negligentia ſua diſtuliſ-
I. ſet agere, id Mæuio damnoſum nõ ſit [p]. Quod
tamen ſecus eſſe in ſimplici fideiuſſore Raphael
atq; Imola exiſtimarunt [q], qui quamuis benefi-
cium excuſsionis habeat [r], purè tamen tenetur,
nec id beneficium habere vſqueadeo in credito-
ris damnum eſt iudicandus, vt ei imputare poſ-
ſit, cur non egerit, cùm id planè arbitrarium illi

a l. vbi aũt. §. q verò. ſ. eod.
b §. item ſi ille. Inſt. de fideiuſ.
c Dec. l. fi. ſi cer. pet.
d §. fi. Inſt. de replicat. auth. præſente. C. de fid.
e gl. in auth. de fideiuſ. in prin.
f l. ſi fideiuſſores in id. ff. tit. 5. l. pen. de fid. tut.
g l. fi. C. de fid. tut.
h l. ita demũ. C. de pcu. Alex. cõſil. 68. in v. Iaſ. hic.
i l. penult. C. de cond. inſer.
k l. j. C. de con. fiſ. deb. lib. x. vbi Bart.
l l. cũ precario. de precar. l. j. §. j ſi vſusfruc. Pet. vbi Bal.
m c. ex reſcript. de iureiur. Ale. cõſ. 32. in iiij.
n Bal. c. cũ contigat. de iureiu. Fel. d. c. ex reſcripto. Alexan. & Mod. d. l. fi.
o c. quemadmodũ. de iureiur.
p d. l. ſi fideiuſſores. Doct. cõmuniter. d. l. fi.
q l. ſi fideiuſſor creditori. ff. tit. 3. vbi Io. de Imol.
r d. aut. pſente.

eſſet. quam ſententiã & ego aliàs aduerſus Alex.
ſum ſecutus. Quæ opinio certior eſt, cùm ver- I.
ba promiſsionis creditorem adiuuant, vt quia
Mæuius promiſiſſet, *Si Titius non ſoluerit.* Intelligũ
tur enim ſiue nõ poſsit, vt in noſtro caſu, ſiue no-
lit: & ideo arbitra-
rium eſt ſtipulato-
ri eum quandocũ-
que interpellare,
qua interpellatio-
ne committitur cõ-
tra Mæuiũ ſtipula-
tio [s]. Qua ratio- III.
ne idẽ quoq; eſſet,
ſi ſtipulatio ſic con-
cepta proponeretur, *Si à Titio non exegero* [t]. non e-
nim imputari ſtipulatori poteſt, quòd conditio-
nem non adimpleuerit, cùm arbitrio ſuo poſsit
differre [u]. Sed & verũ videtur idem eſſe, cum IV.
ſimpliciter Mæuius indemnitatem promiſiſſet.
nec enim his verbis indici debet ſtipulatori ne-
ceſsitas, vt non expectet, quo tempore experiri
velit: ſatiſq; diceretur pati damnum, qui inuitus
cogitur agere [x]. Fortiùs defendi poſſet, vt cùm V.
Mæuius promiſit, quod conſequi ſtipulator nõ
poterit, non debeat imputari ſtipulatori, ſi cùm
ſoluendo eſſet Titius, non exegerit, quia verba
pro ſtipulatore ſunt. Verum enim eſt, quòd cùm
egit, nõ potuit cõſequi, & cùm ad perſonã ſtipu-
latoris referantur, ſecundum iuris diſpoſitionẽ
intelliguntur [y], quæ ipſum ad agendum non ar-
ctat. Quod ſecus eſt, cùm verba nõ ad ſtipulato-
rem ſed ad rem ipſam reſpiciũt, vt quia ſit dictũ,
*Promitto, quod ſeruari de bonis curatoris nõ poterit* [z]. con
ceptio enim illa verborum negatiuè ad rem rela
ta indicat, vt ſi aliquo tempore ſeruari potuit,
conditio ſtipulationis non dicatur eueniſſe [a].
Imola tamẽ aliter reſpondet, nempe vt ſpeciale
ſit in promiſsione pcuratori facta: ſiue, quia ſui
natura ad tempus finiti muneris refertur [b]: ſi-
ue, quia eam curator ex neceſsitate (vt Raphael
ait) cenſetur præſtitiſſe [c]: ſiue, vt alius fortè di-
xerit, quia talis fideiuſsio ideo præſtatur, vt antè
conueniatur principalis [d], nec diutiùs expecte
tur. Quæ † tamẽ ego non ſatis probo, qui ſciam 8
cõmunem ſententiã ſtare contrà: & ſiue dictum
ſit, quod cõſequi ſtipulator nõ poterit: ſiue, quòd
de bonis debitoris ſeruari nõ poſsit nullam eſſe
differentiã, ſed vtroq; caſu imputandũ creditori,
ſi cùm ſoluendo debitor eſſet, non egit [e]. Cuius
interpretationis ea eſt ratio, quia hæc conditio
in poteſtate creditoris videtur: & ideo cùm pri-
mùm potuit, ab eo debuit adimpleri [f]: & ver-
bum *Poteſt* ad creditorem relatum, non de ſim-
plici potentia, ſed quæ actui iungatur, eſt in-
telligendum [g]. Quæ rationes in beneficio le-
gis ceſſant, quod promiſsionẽ fideiuſſoriã cõdi-
tionalem nõ reddit, vt receptiſsima eſt opinio.
Hincq; apparet ratio, cur quamuis verbum *Po*
*terit*, tractũ habeat, in futurumq; ſit extenſiuũ [h],
non tamẽ expectetur tempus, quo debitor mo-
riatur, ſed confeſtim agi debeat. hoc † enim pro- 9
pter conditionis poteſtatiuæ naturam eſt, licet
aliter Raphaeli, aliter Iaſoni hac in re viſum ſit.
Illud tamen probabile eſt, quod Raph. ait, ſi pro
miſsio Titij nulla pura præceſsiſſet, ſed à condi-
ti one cœpiſſet obligatio, tunc expectandũ fuiſ-
ſe, donec Titius amplius dare non poſſet, id eſt,
mortuus eſſet [i]: quod & Claudius probat.
ET SOLVENTE TITIO [a]. Vbi † ergo nõ a 10
eſt

s l. fideiuſſor obligari. ff. tit. iij.
t Soc. l. iure ciui li. de condit. & demonſt.
u l. cum ab eo. de cont. empt.
x arg. l. ij. §. damnũ. ne quid in loc. pub. Alexã. cõſ. 114. in 5. l. fi. de vſur.
y l. quidã cum. ff. eod.
y d. l. ſi fideiuſſores.
a gl. l. hoc genꝰ. de cõd. & dem.
b Imo d. l. ſi fideiuſſores in id
c arg. l. 3. C. de probat.
d d. l. pen. ſ. de fid. tut.
e d. l. ſi fideiuſſores.
f l. hęc cõditio. ij. de condit. & demonſt.
g l. 3. §. ſed ſi qs ſic acceperit. de ſtat. lib. Bart. l. j. de iniuſt. rup.
h l. ſi ita qs. de leg. ij. gl. l. ꝙ ſeruus. in fi. de condic. cau. dat.
i ſ. l. proxima.



eſt obligatio, ibi nec liberatio eſſe poteſt [a], niſi ta
men impropriè liberationem accipiamus: ſi-
ue, quia reſpectu periculi, licet non reſpectu de-
cem, dicitur interim Mæuius fuiſſe obligatus [b]:
ſiue, quia conſiderato eo quod potuit cõtinge-
re, eueniente conditione fuiſſet Mæuius verè ab
eo tempore obligatus, fictione verò legis etiam
à principio, quia conditiones retrotrahuntur [c].
Adnotant tamẽ hinc omnes illud vulgare, Ex
priuatione præſumi habitũ [d]: quia aliàs vbi res A
non adfuit, inepta eſt priuatio [e]: & quia poſito
conſequenti videtur id omne poni quod neceſ-
ſariò antecedit [f]: quod variis exemplis Iaſ. hîc
oſtendit, fatenturq; omnes verum eſſe ex ſermo-
nis proprietate: & ideo in his diſpoſitionibus,
quæ propriè ſolent accipi, certior eſt hæc cõclu-
I. ſio [g]. impropriè enim ſecus eſt. Vnde † quan-
11 doq; liberatus dicitur, qui obligatus non fuit [h],
12 vt ſuprà dixi: ſic † deſinere, quandoq; aliquid di-
cimus, quod non incepit [i]: item perimit, id eſt,
perſiſtere non permittit [k]: & conditio illa, filiis B
decedentibus, ſeu deficientibus, præter ſermo-
nis proprietatem [l] quandoq; ἐν πλάτει accipitur,
etiam de iis, qui nati nõ ſunt, vt ex facto Decius
II. reſpondit [m]. Sed & vt verum ſit ex priuatione
habitum ſupponi, non tamẽ ideo cenſebitur ha-
bitus ille iuſtus eſſe. Quamuis ergo lex remiſsio-
nem nuntiationis fieri dicat, non infertur nun-
tiationem ab eo, qui ius nuntiandi habuerit, fa-
13 ctam eſſe [n]. Sic † qui à ſententia appellat, non vi-
detur fateri ſententiam nõ eſſe nullam [o]: & qui C
petit reſciſsionem contractus, non fatetur con-
tractum eſſe iuſtè factum [p], & appellans à ſenten-
tia aduerſus falſum procuratorem lata, non con-
14 ſentit eſſe rectè latam, nec procuratorem cenſe-
tur approbare [q]: & † qui petit bonorum poſſeſ-
ſionem contra tabulas, nõ videtur eas approba-
re, tanquam tabulas veras [r]. Quarum deciſionũ
ratio eſt, quia plerunque ſignificatio ad id, quod
de facto eſt, nõ autem ad ius refertur [s]. Vnde ap-
paret etiam hæc ſecundum vocis proprietatem D
III. non induci [t]. Ego tamen aliam rationem ad-
15 duco. cùm † enim appellatio reſciſsioq; ad actus
impugnationem tendant, non debet ex eis con-
iectura approbationis adſumi, quia actus ad cer-
tum finem inductus, non debet ad cõtrarium ef-
IV. fectum produci [u]. Vnde infertur etiam aduer-
ſus eum, qui agendo aliquid impugnat, non ſu-
mi hoc argumentum, vt ex allegata priua-
tione videatur ipſe habitui acquieuiſſe, niſi ta-
men hoc neceſſariò ad intentionem ſuam fun- E
dandam requireretur. tunc enim in eius damnũ
poſſet videri habitui acquieuiſſe, donec ipſe op-
poſitũ probaret [x]. vnde videmus in exceptione
V. compenſationis ſuprà ſcriptæ regulæ locum eſ-
16 ſe, quod & Aret. hîc tradidit [y]: In † exceptio-
ne verò rei certiſsima regula eſt exceptio, quia
nunquã reus ſuprà ſcripta regula cenſetur acto-
ris intentionem fateri [z]. Quod duobus caſibus
diſputari poteſt. Primus, cùm actor eius exce-
ptioni non acquieſcit: & tunc non debet poſſe F
in ſuum fauorem eam partem acceptare, quæ ha
bitum ſupponit: quia ex eo, quod quis impu-
gnat ſe adiuuare non poteſt [a]. Quod procedit,
ſiue quis neget factum, ſeu (vt Bar. hîc ait) ſolen
nitatem facti [b], niſi tamen ad alium effectum a-
ctor ſolennitatẽ impugnaret, quàm illius reſpe-
ctu, ſuper quo ſe fundabat: vel niſi eius ſolẽnita-
tis defectus actum nullum nõ redderet [c]. Con-

a l. ſub cõditione. de ſolut.
b d. l. fi. ſi cer. pe.
c d. l. ſub conditiõe. Aret. l. j. §. ſi vir. de acquir. poſ.
d l. manũiſsiones de iuſt. & iur. & 32. q. ij. c. ꝙ vero non formatũ. cum glo.
e l. quidam cũ. ff. eod.
f l. ad legatũ l. ad rẽ. de procu.
g l. Iulianus. de diuor. vbi gl.
h d. l. fi.
i l. 3. §. deſinere. quib. mod. vſuf. amit.
k gl. fi. l. conditio. ſ. eo.
l l. Titio vſusfr. de cõd. & dem.
m Dec. cõſ. 227.
n l. j. in prin. de oper. no. nunt.
o l. ſi expreſsim de appel.
p l. ex empto. §. is, qui vinũ. de act. empt.
q l. 3. §. falſus. rẽ rat. hab. Aretin. cõſ. c. Fel. in c. j. de re iudic.
r l. poſthũo. C. de bon. poſſ. ſec. tab. vbi Bar.
s l. quidã cũ. ff. eo. l. Mæuius. de cond. & dem.
t l. 3. ſ. de teſtat. tut. vbi Bald.
u l. legata inutiliter. de leg. j.
x l. cũ de indebito. de prob. Bal. l. j. C. de confeſ.
y Bal. l. pen. C. de ſent.
z c. exceptionẽ. de reg. iur. lib. 6. c. cũ venerabilis extrà de excep.
a l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoſ. teſt. c. ex eo. de reg. iur.
b l. poſt legatũ. in prin. vbi Bar. de iis. quib. vt indig. d. c. cũ venerabilis. vbi. Abb.
c d. c. ex parte decani. de reſcript. vbi Doct.



firmatur ſuprà ſcripta ſententia quia actor con-
feſsionem rei diuidere non debet, ſed cum ſuis
qualitatibus acceptare [d], niſi cùm præſumptio
aduerſus reum eſſet [e], vel fauor cauſæ aliud ſua-
deret [f], vel ipſe reus non implicitè per hanc re-
gulam ſed verbis expreſsis cõfeſſus eſſet [g]. Al-
ter eſt caſus, cùm actor exceptioni acquieuit: &
Bar. hîc cenſuit locum eſſe regulæ: vnde ſi actor
petat centum, quæ numerauit tanquam debita,
A & reus fateatur accepiſſe, pręſumetur præceſsiſ-
ſe obligatio [h]. Sed hoc exemplum impertinens
eſt. nõ enim creditur præceſsiſſe obligatio, quia
priuatio actum ſupponat, ſed quia nõ præſumi-
tur voluiſſe actorem iactare ſuum [i]: & ideo ali-
bi Bart. indiſtinctè cenſuit, etiam ſi actor confeſ-
ſioni rei acquieſcat, nunquam tamen videri reũ
ex priuationis allegatione habitum cõfiteri, qa
lex generaliter ait, exceptione confeſsionẽ non
induci [k]: hęcq; receptiſsima eſt ſentẽtia: ſiue, quia
ad alium finem exceptio adducitur [l]: ſiue, quia
B lex actorem onere probationis afficiat, reoq; fa-
cultatem concedat etiam cõtraria remedia pro-
ponendi [m]: ſiue, quia rei exceptio eam conditio-
nem tacitè habeat, quatenus actor aſſerta pbet,
& ideo limitare intelligat [n]. Vnde ſolet dici, per
† obiectionem exceptionis non induci litis con- 17
teſtationem [o]. non enim qui excipit, quicquam
ſimpliciter affirmat, ſed conditionaliter loquit,
Si non conuenit [p], Si non eius ſit res [q], Si non ſit
actum [r], Si non legem prodidiſſe [s], etc. Proce- I.
C ditq; hæc concluſio, etiam ſi exceptionem ſuam
reus non probauerit. quid enim hoc ad rem? vt
quia non probauit, idcirco videatur aduerſus ſe
loqui? vt meritò Doctores aliter ſentientem Ac-
curſium damnauerint [t]. Procedit etiam, ſi ex- II.
ceptio de neceſsitate actoris intentionem pro-
bet, vt cùm agenti reus obiicit ſe liberatum pa-
ctione non petendi. quod aduerſus Baldũ, Ang.
Imo. Alex. hîc cenſuerunt. non enim ſequitur, ſi
pactio non fuiſſet, in præſentia eſſem obligatus,
D quia ex præterito in verbis exceptionũ non prę-
ſumitur in pręſens, vt hîc Claudius tradit. Exci-
piuntur tamen illi caſus, cùm exceptio hæc ad-
uerſus legem inducta eſſet [u]. propter enim frau-
dis præſumptionem videtur reus eſſe confeſſus,
non quidem erga actorem, ſed aduerſus fiſcum.
Et quod in rei exceptione dicitur, producen- VI.
dum eſt etiam ad duplicia iudicia, in † quibus q- 18
libet actor & reus eſt, vt in his non videatur quis VII.
ex priuatione actum adſeuerare [x]. Idemq; † di 19
E cendũ in replicatione actoris: quia reſpectu ex-
ceptionis ipſe quodammodo reus eſt [y]: & ideo
ſi erga actorem excipias eum excommunicatũ
eſſe, ipſeq; de abſolutione replicet, nõ tamen vi-
debitur fateri ſe excommunicatum [z], vt omniũ
ferè calculo traditum eſt [a]. quod tamen inter-
pretatiõe legis eſt. Quod ſi replicatum ſit, abſo-
lutum ob maiorem cautelam ſe eſſe, tunc putâ-
rim etiam vi verborum non inferri excommu-
nicationem [b]. Idemq;, ſi conditionaliter petita
F ſit abſolutio, eatenus, quatenus quis ſacer abo-
minatuſq; factus ſit. Idemque, vbi iudici ſederit
id ad cautelam factum eſſe. plerique enim zelo
conſcientiæ mouentur, & etiam eius, quod non
deliquerunt abſolutionem petunt [c]: ſicque li-
mitata hæc priuatio habitum non præſuppo-
nit, quia actus limitatus limitatum parit effe-
ctum [d]. Cæterùm † & in iis, quæ à poteſtate VIII.
confitentis non pendent, cenſuit Bar. ſuprà ſcri- 20
ptæ regulę locum non eſſe [e]. Quod intelligendũ

L. 116.
**Decẽ ſtipulatus à Titio**

d l. Aurelius. §. idẽ quæſiit. de lib. leg. l. etiã. de minor.
e l. cùm de indebito. de probat. Alex. hic.
f l. cùm precũ. vbi Bald. C. de lib. cauſ.
g c. præterea. ij. de tranſact. & ff. eo. §. Chryſogonus.
h l. cùm de indebito. de probat.
i Bar d. l. non nunquam.
k l. qui agnitis. ſ. de except.
l d. l. legata inutiliter.
m l. nemo de except.
n l. age. C. de tranſact.
o c. ij. de lit. conteſt. Bal. l. exceptionem. C. de probat.
p l. apud. §. itẽ queritur. de do. except.
q d. l. ſi quis. rẽ. de exce. rei iud.
r l. ſi debitor. de pig.
s l. ij. de adult.
t gl. §. ſuſcepto. in authẽ. de exhib. reis.
u l. quoniã. de his, q not. infa. Bal. l. furti. §. pactus. eo. tit.
x l. qui familię. ff. famil. erciſc.
y l. ij. de excep. Clau. hic 5. limi.
z l. ij. C. de ing. & ma. vbi Bal.
a hic, & l. j. de op. no. & p Fel. c. teſtimonium. de teſtib.
b c. exhibita. ver. veniã. de homicid. vbi Abb.
c c. ij. de obſeru. ieiun. c. ſolet. de ſen. excõ. lib. vj.
d l. in agris. de acq. rer. do. d. l. age.
e arg. l. interrogatum. C. de lib. cauſ.

à Mæuio enim ante Titiũ excuſſum [a] nõ rectè petetur.

LEX CXVII.

PAPINIANVS *libro* 12. *Quæſtionum.*

SI centum [b] homines quos ego hæreſue meus elegiſſet, ſtipulatus, antequã elegerim, duos hæredes reliquero: numero diuiditur ſtipulatio. Diuerſum erit, ſi iam electis hominibus ſucceſſerint.

reſpectu pleni præiudicij. ſicut enim confeſsio expreſſa nõ ſufficeret[a], ita nec hæc tacita. Præiudicaret tamen in iis, quæ ſummariẹ cognitionis ſunt[b], vel quæ incidenter tractarentur[c]. Præiudicaret item reſpectu quaſi poſſeſsionis[d]. quod intelligunt aliqui, niſi aliæ coniecturæ aduerſus confeſsionem eſſent[e]. Vnde
21 infertur, ſi † quis accuſationi de homicidio reſponderit, ſe habere gratiam, non videri confeſſum eſſe[f]: cùm etiã ſe expreſsè confiteretur, puniri tamẽ ſola confeſsione non poſſet[g], ſed præterea inquirere adhuc iudex rei veritatem debeat[h]. Sed quid, ſi ſubmittat ſe miſericordiæ iudicis? & nec iis verbis confeſsionem induci Alexander ex facto reſpondit? B

a ANTE TITIVM EXCVSSVM [a]. Excuſ-
22 ſio † ergo obligationis conditionem ad euentũ deducit ea enim facta cõſtat, quantò minus à Titio
23 exigere Mæuius poſsit. Quid † ergo, ſi euidens notumque erat Titium ſoluendo non eſſe?
24 & Accurſius cæteriq; ferè vno ore neceſſariã nõ eſſe aliam excuſsionem exiſtimant[i], quia † maniſeſtiſsima debitoris inopia vim excuſsionis C habere debet[k], ne ſuperfluis & nihil profuturis curis negotia protelemus[l]. Quam ſententiam
25 & ego ſequor, dum tamẽ ſaltem explorata ſit Titij voluntas, an velit ſoluere. Cùm † enim conditio in ſpecie, & ad vnguem impleri debeat[m], nõ poteſt eſſe certũ, quòd minus à Titio exigi poſſit, niſi eo interpellato. quid enim, ſi Titius bonẹ fidei ſit[n], & clanculum aurum (ceu Plautinus ille Euclio) habeat? Quod tamen non obſeruandum arbitrarer in aliis fideiuſſoribus, qui beneficiũ excuſsionis à lege habent non proprij con- D
26 tractus conditione. Sed † an alia ratione fieri notum iudici poterit debitorẽ hunc ſoluendo non eſſe? & tradũt Doctores plurimos caſus, quibus id fieri poteſt. Et in primis ex ipſius fideiuſſoris cõfeſsione[p]. Idem, ſi ex actis id conſtet, vt quia creditor cũ Mæuio egerit, & aduerſus exceptionem excuſsionis probauerit Titium nihil habere[p]. recepta enim eſt aduerſus Baldum ſententia, valere iudiciũ[q], quia tali probatione indicat E retrò veniſſe conditionẽ. Idem, ſi conſtet Titiũ confiſcatũ eſſe[r], quod alibi declaraui: vel bonis ceſsiſſe[s]. Idem dicendũ, vt neceſſaria non ſit alia excuſsio propter qualitatẽ debitoris, vt quia ſit Tyrannus, quod Bar. ſe ex facto reſpõdiſſe ait[t]: vel aliàs, quis conueniri non poſsit, vel abſens à territorio[u]. quod in cæteris fideiuſſoribus obſeruandũ eſſet. at in caſu legis noſtræ ſecus videretur, quia poteſt quis exigere quãuis ab abſente: & ideo priùs perquirẽdus eſſet abſens, & exi F gendus[x]. Idem quoq; dicendũ Bar. cenſuit, quãdo ex cenſuali libro conſtaret non eſſe debitorẽ ſouendo[y], quamuis enim talis liber inter alios ſit factus, quãuis etiam plenã probationẽ non faciat[z], quod Iaſ. hîc diffuſiſsimè oſtendit, tamen præſumptioni ſufficere debet, quẹ onus probandi in aliũ transferat[a]. Sunt tamen qui alienata in fraudẽ priùs reuocari cenſeãt, quàm aduerſus hunc fideiuſſorem agatur, vt Iac. Albericuſq;[b].
27 Sed † an neceſſaria ſit iudicis ſententia, qua declaretur notoriam eſſe Titij inopiã? & receptius eſt eſſe neceſſariam[c], niſi tamen res prorſus clara indubitataque ſit, vt Dec. tradidit[d]. quod & Bart. ſenſiſſe videtur: item, niſi tranſeundò ad vlteriora reſeruauerit hanc exceptionem iudex in fine litis diſcutiendam, & deinde Mẹuium condemnauerit, ſatis indicat tali actu id ſibi conſtare[e]. Sed † an
28 quando fertur ſententia Titium non eſſe ſoluendo, debeant citari fideiuſſores? & Bart. cæterique cenſent eſſe citandos[f]. quod verum eſt, vt talis ſententia eis noceat: aliàs enim agente creditore poſſent excipere Titium ſoluendo eſſe, conditionemq; obligationis non eueniſſe, & admittendi ad huius
29 rei probationem eſſent. Videmus † enim ſententiam aduerſus principalem latam fideiuſſori cõtractus non nocere[g], niſi citatus fuerit, ſeu in eum caſum ſe obligauerit, vt quia fideiuſſor ſit iudicij[h], licet aliud in mora[i], vel effectibus moræ ſit[k]. Quòd ſi hoc in fideiuſſore eſt, multò minùs in appromiſſore hoc conditionali, cum quo oportet euentum conditionis probatum eſſe.
30 Videmus rurſus, licet † vt valeat ſententia, ſatis ſit eum citari, qui principaliter læditur[l], vt tamen noceat poſterioribus non eſſe ſatis, ſed illos quotieſcunque ſua intereſſe principaliter incipiat, audiendos[m]. Quæ ratio in hoc appromiſſore maximè locum habere debet, cùm principaliter incipiat lædi, ſi purificari conditionem ſub qua obligatus eſt, dicamus. Quid † ergo, ſi
31 quis nunquam principaliter lædi incipiat, ſed ſemper ſequela ſit? & aiunt ſatis eſſe, ſi principalis citetur, præiudicabitque ſententia etiam poſteriori[n]. Poterit tamen poſterior pro iure ſuo tuendo ſi velit, intereſſe proceſſui, ne fortè principalis colludat[o]. Poterit & appellare, cùm primùm ad noticiam eius res peruenerit[p]. Quid
32 † item, ſi poſterior nullũ ius habeat, niſi ex prioris voluntate? & ſatis eſſe priorem citari verius eſt[q]. Vnde ſubſtitutus vulgaris nunquam citandus eſt, cùm volente priore hæreditatem adire, ipſe excludatur, nullumque ius habeat, quòd ſi hæres abſtineat, ſententia contra eum lata executionem aduerſus talem ſubſtitutum habebit[r], ne ſpes ſubſtituti aditione hæredis extincta, extra ordinaria opẹ ſuſcitetur in victoris damnum.

a l.non nudis l. non epiſtolis. C. de probat.
b c.p. tuas. vbi Bal. de pba Cin.
Bal. Alb l. nõ ignorat. C. q. a. c.
c auth. ſi teſtis. C. de teſtib.
d d.l. non igno.
e Abb. d. c. exhibita gl. c. vẽerabilem. verſ. ſunt enĩ notoria. de elec. vbi Abbas.
f l. j. §. itẽ illud. ad Syllan.
g l. j. §. ſi quis vltro. de quæſt.
h Alex. cõſ lxxvlt. in j.
i d.l. fi. ſi cer. pe.
k gl l. emptorẽ. de act. empt.
l l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt leg. no.
m l. Mẹuius. l. q. hæred. de cond. & demonſt.
n d.l. ſi ſtipulatus.
o l. proinde. ij. §. notãdum. ad l. Aquil. c. fi. de cohib. cleric.
p d.l. fi. verſ. ſed ſi cum Seio.
q Alex l. exitus de acq. poſ.
r d.c. fi. dixi d. l fin.
s l. tres tutores. in fi. de adm. tu.
t l. ij. qui ſatiſd. cog.
u d. auth. præſente.
x l. pperandũ. §. fin autẽ reus. C. de iudic. Dd. l. ca, quẹ. l. pen. C. q̃mod. & quando.
y l. forma. de cẽſib. l. rura. C. de om. ag. deſ. Bar. l. j. C. de mag. cõuen.
z l. ſi pater. C. de act. emp. l. quiſquis. de acquir. rer. dom.
a gl. l. cũ de lege. de probat.
b arg. l. j. C. quẹ in fraud. cred.
c c. cum ſecundum. de hær. in 6. c. cũ ſit Rom. in fi. de appel.
d c. cum nõ ab homine. de iud. Dec. d. l. ſi.
e Doct. d. l. exitus.
f arg. l. ij. C. ſi pter pub. pẽſit. & l. magis §. ne paſsi. de reb. eo.
g l. grege. de pig. l. a ſentẽtia. de appel.
h l. fi. C. de vſur. rei iud. Bar. l. ij. ſ. iud. ſol.
i l. mora. §. eo.
k l. auctori. C. de euict.
l gl. l. de vnoquoque. de re iudic.
m arg. d. l. ij. in fi. & c. inter. de maio. & obed. not. Cin. l. j. C. de aduo. diuer. iud. c. j. de ele. in 6. vbi Gemin.
n c. humilis. de maio. & obe. vbi Fel. c. venerabilib. in prin. de ſen. excom. in 6. vbi Gemin. per Bal. l. ſi cimo. q. 13. C. de iudic.
o l. ſi ſeruus plurium. §. j. de leg. j. l. ſi plulor. de app. l. ſi ſuſpecta. §. de inof. teſt.
p l. in diem. de aq. plu. gl l. j. C. de falſ. Alex. cõ. lxxxiij.
q l. j. §. denunciari. de vent. inſpic.

LEX CXVII.

1 *Ratio diuerſitatis inter obligationem generis & ſpeciei, quo ad diuiſionem.*
2 *Forma eligendi inter hæredes.*

b SI CENTVM *b.* ¶ obligatione † ergo generis numero, at obligatio
1 ſpeciei pro portione hæreditaria inter hæredes diuiditur. quod ſuprà latiùs declaraui[s]. cuius rei illa eſt ratio, quia obligatione generis nulla induci poteſt inter hæredes inæqualitas, quod ſecus eſt in ſpeciebus, in quib. vna ſpecies alia pretioſior eſt[t]. Quid † ergo, ſi numerus ſit diſpar,
2 putà centũ & vnum ſeruũ qui eſt ſtipulatus? & Accur.

r l. ex cõtractu. de re iud.
s l. in ſtipulationibus. §. eo.
t l. cũ mihi Stichus. ff. de ſolut.



LEX CXVIII.

PAPINIANVS *libro* 27. *Quæſtionum.*

LIber homo [a] qui bona fide ſeruit mihi, quod ſtipulanti mihi promittit, propè eſt, vt omnimodo ſit vtile [b], quamuis ex re mea promittat. A Nam quid aliud dici poteſt, quo minùs liber homo teneatur? Nec tamen ideo [c] ſi ſtipulanti eidem ex eadem cauſa ſpondeam, tenebor. Quemadmodũ etenim habebit eius actionem aduerſus me, q̃d ab alio ſtipulatus quæreret mihi? Hoc itaq; latere fructuario ſeruo, vel alieno qui bona fide ſeruit, cõparabitur. B

Accur. rectè ait, vnum illum proportione hæreditaria diuidi. quod intelligendum, poſtquam
3 erit electus, concordauerintq; ipſi in electione. Sed † dubium eſt, quemadmodum fieri debeat hæc electio? & exiſtimauerim, eum hæredẽ, qui primùm nominatus eſt, eligere vnũ debere, deinde cohæredem vnum alium, ſicque deinceps alternatim ad vltimũ vſq;[a]. Quòd
4 ſi † de ordine non appareat, vt quia inteſtatus ſtipulator deceſſerit, ſortiendum erit, quis incipiat[b]: cenſuitq; Baldus ab huiuſmodi fortunẹ iudicio nullam eſſe prouocationem[c], aut correctionem, niſi tamen vel ex nimia læſione, vel alia ex iuſta cauſa aliud iudici ſede-
5 rit[d]. Sed † quid rurſus, ſi electis ſeruis ſtipulator deceſſerit, quo caſu obligatio generis ad certitudinem ſpecierum eſt deducta, ſed hẹredes variare poſsint, vt quia per futurũ non exacti temporis verbum concepta ſit ſtipulatio[e]? & Dinus, Alb. Raph. cæteriq; tunc non pro portione hæreditaria, ſed numero fieri diuiſionẽ aiunt, meritoque Iuriſconſultum hîc exemplũ propoſuiſſe, cùm futuro exacto vſi ſunt contrahentes, *Quos ego, hæréſue exegiſſet,* etc. quæ ſentẽtia eſt vera. Ad-
6 dit † Torquatus poſſe & legem noſtram intelligi, etiam ſi variabilis eſſet electio[f], dum tamen hẹredes variare nollent, aut non poſſent, vt quia non ſolùm teſtator elegiſſet, ſed & facta ſibi traditione dominium acquiſiuiſſet.

a l. q̃ties. §. de vſuf. l. ij. §. fi. C. com. de leg.
b l. ij. C. quãdo, & quib. quart. lib. x.
c Bald. d. l. fi. §. ſed & ſi quis.
d Bal. l. maioribus. C. com. vtri iud.
e l. vj. §. retro.
f l. ſtipulatus ſũ Damam. §. eo.

LEX CXVIII.

1 *Seruo alieno poſſeſſo nec ipſe, nec dominus obligatur promittendo: Seius in homine libro.* 2, 3.
7 *Promiſsio poſſeſſori interdum à libro nequit fieri.* 8.
9 *An promittere poſſeſſor libero poſsit.*
13 *Interdum alienus ſeruus poſſeſſori acquirit.*

a LIBER HOMO *a.* ¶ Seruus † alie-
1 nus bona fide à me poſſeſſus, ſi mihi promittat, verum dominũ nõ obligat, nec de peculio quidẽ, tantum abeſt, vt ipſe obligetur: quod
2 † aliter in homine libero à me bona fide poſſeſſo obſeruatur. ſi enim mihi promittat, valet obligatio: licet ſecus ſit, ſi ego illi pmittam. ſuntq; hoc in contextu tria dicta ſigillatim explicanda.
b SIT VTILE [b]. ¶ Valet † ergo obligatio, qua
3 homo liber bona fide poſſeſſus aliquid ipſi poſ-
4 ſeſſori ſpopondit. Quod † non ſolùm in ſtipulationibus procedit, ſed in cõtractibus quoq;, vt ſi F illi poſſeſſor aliquam rem cõmodauerit, vel locauerit, vel quicquã facere mandauerit[g]. Nec ob-
5 ſtat, quòd † obligatio contrahi non debet ſupra id, quod actum eſt[h]. nõ videtur autem actum, vt iſta obligetur, cùm nemo mandet ſeruo ſuo, vel promittat obligationis cõtrahendẹ animo, cùm inter ſeruum & dominum non conſiſtat obligatio[i]. Reſpondetur † enim, hoc caſu ſpecialiter
6 id inductum, vt extra id, quod agitur, naſcatur obligatio, idque tacita quadam, ſeu præſumpta diſpoſitione[k]. qui enim cùm ſeruo contrahit, ſatis hoc agere videtur, vt ſeruus ſibi naturaliter obligetur[l]. vnde veriſimile eſt, ſi crediditſſet eſſe liberum, voluiſſe, vt etiam ciuiliter teneret. Pro diſpoſito ergo habetur, quod veriſimile eſt diſpoſituros fuiſſe cõtrahentes, ſi de eo fuiſſent interrogati[m]: et ideo Bald. alibi rectè cenſuit, ſecundariam obligationem quandoq; oriri præter id, q̃d expreſsim et primitiuè actũ eſt[n]. Sed
7 † perpetuáne eſt ſuprà ſcripta legis noſtræ concluſio? & excipi aliquos caſus conſtat. Primus eſt, cùm liber homo poſſeſſori promittit rem ipſius poſſeſſoris[o]. cùm enim, quod poſſeſſoris eſt, ipſius effici amplius nequeat[p], non poteſt tali caſu valere ſtipulatio, licet ſecus ſit, ſi ex re ſtipulatoris promitteret: veluti, *Centũ, quos ex locatione domus tuæ percepi, tibi promitto*[q]: quod hîc Accurſ. tradidit. quantum enim ad hanc materiam attinet, penſio domus dicitur C ex re prouenire, licet ſignificantiùs ob rem potiùs proueniat[r], vt Alberic. hîc docet. Alter † eſt, 8
cùm de re agitur, quæ ex mera voluntate diſponentis conſiſtat, ſicut eſt hæreditatis aditio. cenſuit enim Bart. tali caſu hominem liberum bonæ fidei poſſeſſori non obligari, niſi is conditionis ſuæ certus ſit[s], quod & alij probant. Addit Iaſon, probabiliter diſputari poſſe, tali promiſſione obligationẽ duntaxat naturalẽ oriri. quæ ſentẽtia nullo colore fulcitꝛ, q̃a manifeſtè ait, D ex hac obligatione agi poſſe, vt appareat ciuilẽ obligationẽ naſci[t]: & hîc dicitꝛ omni modo eſſe vtilem, id eſt, tam ciuili, quàm naturali ratione.
NEC TAMEN IDEO [c]. ¶ Ponitur hîc ca- c
ſus cõtrarius, quid † iuris, cùm poſſeſſor ipſe ho- 9
mini bona fide à ſe poſſeſſo promittit? & reſpondet Papinianus, obligationẽ inutilem eſſe, tum per Iuliani regulam, quæ habet, quod quis ab alio ſtipulatus mihi acquireret, id à me ſtipulando nihil agit[u]. Quod intelligendum obligatio- E nis ciuilis duntaxat reſpectu[x]: tùm quia hoc látere, id eſt hac ex parte, æquiparatur homo liber bona fide poſſeſſus ſeruo alieno, qui fructuario, vel poſſeſſori promittat: quam promiſsionẽ conſtat inefficacẽ eſſe[y]. Dubia tamen eſt Papiniani ſententia, cur hac in parte æquiparentur, & non in priore caſu? videtur enim ſubeſſe eadẽ ratio,
cùm † ſicut ſeruus domino promittens naturali- 10
ter obligatur, ita vice mutua & dominus erga F ſeruum[z]. & ſicut poſtquam conſtat promiſſorẽ eſſe liberum: incipit poſſe exigi, ita & poſſeſſor debet poſſe, cùm conſtat ſtipulatorem ſeruum non eſſe. Sed reſpondet Papinianus, non eſſe parem rationem acquiſitionis & damni. ſeruus enim, ſiue verus, ſiue opinatitius, domini conditionem meliorem facere poteſt, deteriorem nõ poteſt[a]. igitur cùm ipſe domino promittit, obligatur: cùm verò dominus illi propter Iuliani regulam nulla eſt obligatio. ſi enim ab alio ſeruus ſtipularetur, acquireret domino, cùm

g l. ſi is, qui. §. ſi libero. cõmod. l. at qui §. ſi liber. de neg. geſt.
h l. non omnis. ſi cert. pet.
i l. q attinet. de reg. iur.

L. 118. Liber homo.
k d. §. ſi libero.
l l. ſi id, q̃d de cond. indeb.
m l. tale. §. fi. §. de pact.
n l. ſi abſentis. C. ſi cert. petat. vbi Bal. dixi d. l. nõ omnis.
o l. liber homo. ij. reſp. ʒ. tit. ij.
p l. nemo. §. eo.
q l. ſed & ſi ẹs. §. eſt tamẽ quæſtionis. de vſufr. l. pcurator q ex re. §. de procur.
r d. l. ſi nauis. de rei vind.
s l. homo liber. de acq. rer. do. l. de ſtatu. de teſt. §.
t d. §. ſi libero.
u l. ſi ſeruo. §. & regulariter. de vſufr.
x l. frater. de cond. indeb.
y d. l. ſi ſeruo.
z d. l. ſi id, q̃d.
a l. 3. C. de pact.

tamen, ſi alij promitteret, non obligaret dominum. Hincque finiri ea quæſtio poteſt: cauebatur legē municipij, vt acquiſita per fratres conui-
11 uentes communia eſſent: an † & æs alienum cōtractum commune erit? & videretur ſecundum ſuprà ſcripta non eſſe, niſi quatenus cōnexum lucrum, ſeu in communem vtilitatem contractum ſit[a]. quod & aliqui probant [b]. Quod ergo ſolet dici, contrariorũ eandem eſſe diſciplinam, non procedit, cùm diuerſa ſubeſt ratio: quod alibi declaraui[c].

a arg. l. contra. in fi. ff. de pact.
b Paul. conſ. 68. j Ale. con. 139. 5. cauſis, aliàs.
c rub. ff. de acq. poſ.

**Seruus autem[a] fructuario ſi promittit ex re ipſius, vel alienus qui bona fide ſeruit, emptori: nulla de peculio dabitur in dominum actio. nam in his caſibus † domini eſſe intelliguntur.**

A

**¶ DECEM HODIE[b] DARE SPONDES? dixi poſſe vel eo die pecuniam peti, nec videri præmaturiùs agi, nō finito ſtipulationis die: quod in aliis temporibus iuris eſt. Nam peti non debet, quod intrà tempus compræhenſum ſolui poteſt. In propoſito enim diem nō differendæ actionis inſertum videri, ſed quò præſens oſtendatur eſſe reſponſum.**

B

a SERVVS AVTEM[a]. ¶ Seruus
12 † ergo alienus ab aliquo bona fide poſſeſſus, ſi poſſeſſori promittat, dominũ de peculio nō obligat: ſicut nec proprietarium ſeruus, fructuario ex ipſius re promittens. & ratio eſt, quia tali caſu, quatenus penes ipſos in peculio eſt, habentur ipſi pro dominis. ſecus ergo vltra peculium. in eo enim non habētur pro dominis, & ideo verus dominus teneretur deducto peculio, quod penes poſſeſſorem eſt[d]. Idem, ſi ſeruus ex alia cauſa ꝓmitteret, quàm quæ poſſeſſori quæreretur. nec enim tunc poſſeſſor pro domino eſt: quod vtrunq; hîc Accurſius tradit.
13 Sciendum † enim quatuor eſſe caſus, quibus hîc ſeruus poſſeſſori acquirit: primus, cùm ex operis ſuis aliquid lucratur[e]: alter, cùm ex re poſſeſſoris[f]: tertius, cùm ex re domini emit, ſed traditio ipſi poſſeſſori fit[g]: quartus, cùm nec ex re poſſeſſoris, nec ex dominica acquirit, eumq; dominus nec ciuiliter poſsidet, vt quia paſſus ſit diu abeſſe[h], vel ſciat ab alio poſsideri, nec reclamet[i]. hoc enim caſu videretur poſſeſsionē quidem poſſeſſori acquiri, dominium verò neutri, vt ego ſentio[k], licet alij aliter. His caſibus exceptis pro regula conſtituendum eſt, non poſſeſſori, ſed vero domino per ſeruum acquiri[l]. qua de re alibi latiùs.

d l. ſi creditor. in fi. de pecul.
e l. qui ſcit. in fi. de vſuris.
f l. qui bona. de acq. rer. do.
g l. cũ fundus. §. j. ſi cer. pet.
h l. 3. §. ſi ſeruus. de acq. poſſ.
i l. arborib. §. de illo. de vſufr.
k l. ſi ſeruus meus. de acq. re. do.
l l. eo tempore. in fi de pec. l. fugitiuus. de ſol.

4 *Explicata ratio Iuriſconſulti.*
2 *Effectus expreſſionis diei.*
7 *Citatus hodie non tenetur ſtatim comparere.*

b §. DECEM HODIE[b]. ¶ Qui † decem ho-
1 die dare promiſit, ſtatim etiam nondum lapſo die conueniri poteſt. Sed cùm in cæteris temporibus finem expectemus[m], cur non & hoc caſu idem ſeruamus? & Iuriſconſultus reſpondet, id hoc caſu eſſe, quia hodierna dies nō videtur adiecta cauſa differendæ ſolutionis. Quæ reſponſio declaratione indiget. videretur enim ſicut quęlibet alia dies ad dilationem exactionis pertinet, ita & de hac dicendum, aliàs mentio hodiernæ diei ſuperflua eſſet. quod vix credibile eſt, cùm ſemper ita ſtipulationes interpretemur, ne quid ſuperfluum ſit[n]. Bar. reſponſum hoc interpretatur ea ratione ꝓcedere, quia dies actum promittentis reſpicit perinde, ac ſi dictũ eſſet, *Hodie promittis mihi, quod dabis?* cùm ergo dies promiſsionem, non autem dationem reſpiciat, meritò cenſebitur demonſtratiuè cauſa contractus, non autem cauſa exactionis adiectus. Vnde ſequitur, vt ſi verba aliter concepta eſſent, putà *Promitis decem dare hodie?* quia hoc exemplo dies dationi cohæret, non procederet lex noſtra, ſed dilatio exactionis fieret[o]. qđ & Paulus Caſtrenſis, Raphael, Alexander, Iaſonque ſequuntur. Sed Aretinus diſſentit:
2 quia † ſi dictum ſit, *Promitto decem præſentia*, verba ad ſolutionem referuntur, non ad actum & tamen adhuc legi noſtræ eſſet locus, qui lex dictionem illam[p] *Præſentia*, pro ſuperuacanea habet. nam & ridiculum eſt ita interpretari, vt per dictionem *Hodie*, videatur reus dixiſſe ſe hodie promiſiſſe, cùm id conſtet ex natura actus euidenter[q]. Addo ego, cùm dictio *Hodie*, ante verbum *Dari ſpondes*, appoſita ſit, nulla eſt ratio,
C cur potiùs non debeat ad verbum *Dari*, tanquam proximius, referri, quàm ad verbum *Spondes*[r]. Quin potiùs ad vtrunque referenda videtur[ſ]. nam & ſi quis promitteret hodie centum dare Carthagini, valere deberet obligatio, tanquam anguſtia nulla temporis ſubeſſet, cùm verbum *Hodie*, poſſet ad actum promittendi duntaxat referri, & tamen conſtat aliud eſſe, & vitiari ſtipulationem[t], quia illa dictio ad ſolutionem refertur. Nec me mouet ratio Ale-
D xandri, qua ipſe cenſuit tempus in dubio potius cauſa demonſtrationis adiectum cenſeri, quàm cauſa differendæ ſolutionis. Haud hoc ego facilè conceſſerim, alioquin qui die calendarum promittit centum ſe calendis daturum, præſentes demonſtraſſe cenſeretur, non autem in proximè futuras ſpopondiſſe[u]. nam & ſi demus, vt verba demonſtratiuè quibuſdam caſibus potius accipiantur, quàm diſpoſitiuè[x], hoc tamen locum habere nō deberet, quando res alioquin
E ſatis demonſtrata eſſet, vt in caſu noſtro erat ex ipſius rei natura. fruſtrà enim talis demonſtratio adiecta videretur[y]. Quid † ergo dicen- 3
dum? & Veteres aliqui eam regulam hîc probari exiſtimant, qua traditum eſt etiam in diſpoſitionibus ea, quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur, nihil, quod ad ipſius diſpoſitionis ſubſtantiam attinet, operari[z]. Cum ergo dictio *Hodie*, expreſſa ſit, vt oſtenderetur præſentem eſſe puramque obligationem, ea ſit interpretatio, vt
F quod tacitè inerat, videatur expreſſum, quod Aretinus, Iaſonque docuerunt; aliàs dictio *Hodie*, quæ creditoris fauore videtur adiecta, in eius odium verteretur[a]. Nec tamen omnino ſuperflua eſt hæc dictio, quia licet quantum ſit reſpectu ipſius obligationis nihil operetur. Re- I.
ſpectu tamen eorum, quæ extrinſecus accidere poſſunt, non modici effectus eſt[b]: qualis eſt mora. videtur † enim in mora reus lapſo die con- 4
ſtitui, tanquam hæc quoque dies interpellet[c]. quod apud Iaſonem aliqui cenſuerunt. ſentit idem

m l. eum, qui calendis. l. qui hoc anno ff. eod.
n l. fi. in prin. ſi cert. pet. d. l. eũ, qui. verſ. plane. Bald. rub. C. de cont. emp. q. ix.
o l. fin. §. pen. ff. eo. l. iiij. §. ſi quis ita. ff. de eo, quod cer. loc.
p l. talis ſcriptura. de leg. j.
q Bar. auth. qui ſemel. C. de ꝓb.
r gl. l. ſi idem. §. fi. de iuriſd. om. iud.
ſ arg. l. 3. §. filij. de lib. & poſth.
t l. 3. §. ſi quis ita.
u d. l. eum, qui. verſ plane.
x l. fin. §. pe. de lib. leg. Bar. l. centurio. 4. q. prin. de vulg. dixi l. 3. C. de tranſact.
y l. j. in fi. de dolo. ꝓleg. Bar. l. quæſitũ. §. fi. de fun. inſtr. leg.
z d. l. talis ſcriptura. vbi omnes, et l. 3. de leg. j. vbi B.
a l. quod fauore. C. de legib.
b gl. l. talis. verb præſenti. Oldr. Alber. hic.
c l. magnam. C. eod.



idem & Bald. niſi cùm anguſtia temporis impedimento eſſet[a]. Nec me mouet ratio Iaſonis, quòd idem tempus non poſsit obligationem moramque ſimul inducere[b]: reſpondeo, obligationem ſtatim induci, morā verò per lapſum
II. diei. Hincque † cō-
5 ſequens eſt, vt ſi adiecta pœna ſit, putà *Etſi x. hodie non dedero, dabo Stichum*, lapſa die amplius purgari mora nequeat. quod Ang. Imo. Beſut. Tort. & Iaſon hîc tradiderunt[c], verumque & ego arbitror, excepto cum conſtaret diem demonſtrationis duntaxat cauſa adiectum, ſeu ad actum promittendi, non autem ſolutionis reſpicere. quod &
III. Caſtrenſis hîc, & Alex. alibi cenſuerunt[d]. Sed
6 † & cùm dies expreſſa eſt, putârim non vlterius indulgendum eſſe debitori, vt ſolutionem differat, quàm ſit diei illius finis. quamuis enim in obligationibus puris ſoleat concedi humanitatis cauſa terminus, ne creditor cum ſacco venire videatur[e], ſitque is terminus arbitrio iudicis, in propoſito tamen caſu non vltrà iudex arbitrabitur, quàm vt hodiernum diem integrum debitor habeat ſicque intelligendos arbitror Doctores, qui ſimpliciter concedendum ex humanitate terminum debitori aiunt, quod hîc Iaſon la-
IV. tiùs attingit. Sed † nunquid legi noſtræ locus
7 ſit in præcepto iudicis? verbi gratia, iudex præcepit parti, vt hodie adeſſet audiendæ ſententiæ cauſa, an ſtatim adeſſe tenebitur? & receptiſſima eſt ſententia non teneri, ſed ad finem diei, id eſt ad veſperam vſque, expectandum eſſe[f]. in contractibus enim qui hodie promittit, videtur id expreſsiſſe, quod tacitè inerat, vt ſuprà dixi. at in citatione iudicis ſecus eſt. nec enim tacitè ineſt, vt ſtatim adſit, ſed vt quamprimùm com-
8 modè poteſt. Vnde inferunt Doctores, valere † citationem in qua nulla ſit certa dies: quia intelligitur vt citatus, cùm primùm poteſt, cùm aliquo temperamento adſit[g]: quod aduerſus Bartoli ſententiam receptius eſt, idque ſiue quis ad proceſſum cauſæ, ſiue ad actum particularem citatus ſit, quicquid Angelus, Iaſonque diſtinxerint, neque enim vlla eſt lex, quæ certæ diei expreſsionem in citatione neceſſariam eſſe probet, excepto cùm ideo quis admonetur, ne videri poſsit clàm feciſſe. tunc enim etiam horam adſcribere debet, nedum diem[h]. nec enim arctandus eſt quis, vt diutius extra iudicium expectet viſurus quid in ſuo aduerſarius facere velit.

a l. ſi mihi. §. j. vbi Bal. de leg. j.
b not. l. quoties in diem. ff. eod.
c arg. d. l. talis. verſ. quamuis.
d §. lex. l. ſi inſulam. ff. eo. verſ. quarto fallit.
e l. quod dicimus. de ſolu. gl. l. Aemulius. de min.
f c. cōſuluit. de off. deleg. gl. §. omnis. inſti. eo. Doct. l. qui ante ff. eod.
g c. eos. de ſenten. excom. in 6. c. cũ parati. ad fi. de appel.
h l. aut quod aliter. quod vi, aut clam.

**¶ DECEM MIHI[a], AVT TITIO, VTRVM EGO VELIM, DARE SPONDES? Ex eo quod mihi dandum eſt, certi ſtipulatio eſt: ex eo quod illi ſoluendum, incerti. finge mea intereſſe, Titio potiùs, quàm mihi ſolui, quoniã pœnã promiſerã[b], ſi Titio ſolutũ nō fuiſſet.**

A

1 *Certæ & incertæ ſtipulationis exempla.*
4 *Certi condictione non petitur intereſſe.*
7 *Ad pœnam incerti agimus.*

2 §. DECEM MIHI[a]. ¶ Qui † x. ſibi dari
1 ſtipulatur, rem certam ſtipulatur, præciſeque compellere promiſſorem ad ea X. danda poteſt[i]: atqui X. Titio dari ſtipulatur, nihil agit:
2 quia † ſtipulatio alteri facta non valet[k], niſi tamen ſua interſit Titio dari[l]. quo caſu non ad ea decem agitur, ſed ad id, quod ſtipulatoris intereſt, ea decem Titio data non eſſe. meritò ergo talis ſtipulatio incerta eſt, cùm non præciſè, ſed in id, quod intereſt, duntaxat committatur. Nec res iſta vllam habet in caſibus ſimplicibus difficultatem, maior ſubeſt in legis noſtrę exemplo, cùm mixtim concepta eſt ſtipulatio, *mihi, aut Titio decem dari?* videtur enim Titius ſolutioni ſolùm adiectus eſſe[m], & ideo fruſtrà de obligatione eius reſpectu dubitari. ſed reſpondent Caprillus & Albericus duas hîc fuiſſe ſtipulationes ſeparatim conceptas, alteram, *mihi dari*, alteram *eadem decem Titio dari*, quæ ſententia textui verborum non quadrat. Rectiùs
3 Raphael qui † Titium non videri adiectum cen-
B ſuit, quia electionem ſibi ſtipulator reſeruauit. vnde ſi eligat Titio dari, perinde eſt, ac ſi ei ſimpliciter ſtipulatus eſſet[n]. Putat tamen Caſtrenſis, ſi mea non interſit Titio dari, tunc adiectum cenſeri, vt ſtipulatio valeat, poteritque ſtipulator ab eo repetere actione mandati[o]. Aretinus vtroque caſu, ſiue interſit, ſiue non interſit mea Titio dari, adiectum eum ſolutioni eſſe arbitratur. quæ ſententia verbis legis noſtræ repugnat, in qua hoc ipſum, quod Titio detur, ad incerti
C obligationem pertinere dicitur, non autem ad ſimplicem ſolutionem. Sed rurſus obſtat, quia quamuis ſtipulatio dandi alteri incerta ſit, & ad id, quod intereſt, committatur tamen ex ea videtur certi condictione agi poſſe, cùm ea actio etiam ad id, quod intereſt, competat[p], ſicque videtur inanis eſſe differentia, quàm Iuriſconſultus hîc conſtituit. Sed reſpondendum eſt, certi † condictione ad id, quod intereſt regulariter non agi, ſed eo duntaxat caſu, quo quis in libel- 4
D lo certam ſummam eo nomine petit, ſolutioque variabilis non eſt, vt quia moram purgare amplius reus non poteſt: vel legis auctoritate, puta Aquilia, tenetur: quod alibi declaraui[q].

QVONIAM POENAM PROMISERAM[b]. b
¶ Reſtringunt hunc textum aliqui duobus modis, non ſat (vt ego ſentio) probabilibus. & in primis Bartolus pœnam hanc in eo, quod intereſt, perpendi cenſuit, quando decem illa in pecunia deberentur: ſecus, ſi in tritico, vel alia fru-
E ge. cùm enim pœna extrinſecus id, quod intereſt, reſpiciat, credidit ille eius rationem nullam in tritici, vel ſimilis frugis obligatione habet, in qua ſatis eſt, id quod intrinſecus intereſt, ſolui[r]. putà ſi interim rei pretium augeatur: quod facilè in eis contingit[ſ]: in pecunia verò, quoniam eius æſtimatio non augetur, ſed ipſa aliàs res æſtimat, ſecus eſt: quia cùm in ea non poſsit quicquam intrinſecus intereſſe[t], ei locus eſt, quod extrinſecus accidit, quale eſt, quod pœna-
F li ſtipulatione alteri ſolutum ſit. Quæ ſententia legem noſtram nimis coarctat, in qua ſimpliciter ſcriptum eſt, decem dari: quæ † verba etiam 5
ad modios, & cados, huiuſmodique frugum vel liquaminum menſuras non minus commodè, quàm ad pecunias referri poſſunt: quod & Iaſon hîc cenſuit, nec diſtinctionem illam Bart. ego in tractatu eius, quod intereſt, probaui, generaliterque cenſui etiam eius, quod extra rem intereſt, rationem habendam eſſe[u]: exceptò venditionis contractu, in † quo cùm emptor ad 6

i l. vbi autē. in fin. ff. eo.
k l. ſtipulatio. §. alteri. ff. eod.
l d. l. §. ſi ſtipulator.
m l. eũ, qui. §. quod ſibi. ff. eod.
n l. vero. in fi. l. qui res. §. qui ſtipulat. de ſolut.
o l. Iulianus §. j. ff. mand.
p l. certi condictio. in princ. ſi cer. pet. vbi dixi
q d. l. certi condictio, ſi cer. pet.
r l. ſi ſterilis. §. cũ per venditorē. de act. empt.
ſ l. oleo. C. de vſur.
t l. nummis. de in lit. iur.
u l. videamus. §. præterea. de vſur. l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod inter.

L. 118. Liber homo. §. Decem mihi aut Titio.

legitimas ſolùm vſuras teneatur, non debuit vē-
ditor vice verſa grauius teneri, quàm vt id, quod
intra rem intereſt, præſter[a]: qua ratione nec ad
id, quod lucri ceſſantis nomine emptori abeſt,
tenetur[b], cùm tamen in aliis contractibus aliud
ſeruari ſoleat[c], Sūt
tamen, qui impro-
bata Bartoli diſtin-
ctione aliter ipſi de
finiant, nempè vt
quando quis ſibi
contrahit, tunc ad
extimam vtilitatē
non attendamus[d]: quòd ſi alteri contrahat, vt
quia alteri dari ſtipuletur, tunc ſecus ſit[e], præ-
ſtabitur enim non ſolùm quod intra, ſed etiam
quod extra rem noſtra intereſt, quod Raphael,
Caſtrenſis, Alexander, Aretinus, Iaſon prodi-
dere. Altero modo reſtringit hanc legem Ac-
curſius, vt ſcilicet procedat, cùm poſt ſtipulatio-
nem Titio factam promiſſa fuit pœna. quo ca-
ſu ſuperueniens hęc damni vitatio ſufficit, vt ſti-
pulatio alteri facta ſuſtineri poſsit[f]: quòd ſi an-
te ſtipulationem iam pœna promiſſa eſſet, ſenſit
Accurſius, certi condictione, non autem ad id,
quod intereſt, agi, cùm iam certum eſſet, quid
debendum foret, ſequiturque hanc ſententiam
Imola. Ad Petrus, Iacob. Raynerius in diuer-
ſam prorſus eunt, vt ſi iam antè promiſſa eſſet
pœna, incerti agatur: ſi pòſt non poſsit agi, tan-
quam non videatur partes de eo, quod deinde
contigit, ſenſiſſe[g]. quod communiter repro-
batum eſt, cùm ſufficiat, ſi poſt ſtipulationem
alteri factam deinde incipiat ſtipulatoris inter-
eſſe[h]. Rectiùs ergo Raphael, Aretinus, Iaſon,
7 ſiue † antè, ſiue pòſt promiſſa ſit pœna, ſemper
incerti agi: quod ego ſic interpretor, vt pœna
licet inter ſtipulantem & Titium ſit certa, reſpe-
ctu tamen promiſſoris, qui mihi aut Titio dare
debuit incerta eſt, tanquam res inter alios acta.
nec enim eam promiſſor ſoluet tanquā pœnam,
ſed tanquam tantum interſit.

a d.§. cū per vēditorem.
b l.ſi. de peric. et commod.
c l.3.§.ſi. de eo, quod cer. loc.
d d.§. cum per venditorem.
e d.l. ſtipulatio. §. ſi quis inſulā. ſ. eod.
f Bar. d.§. alteri. vbi dixi lim. 15.
g arg. l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg. ij.
h l. exiſtimo. ſ. e. Bar. d.§. alteri.

LEX CXIX.

PAPINIANVS libro 36. *Quæſtionum.*

DOLI clauſula[a], quæ ſtipulationibus ſubiicitur, non pertinet ad eas partes ſtipulationis, de quibus nominatim cauetur.

LEX CXIX.

1 *Quomodo clauſula doli mali ad expreſſa nō pertineat.*
3 *Exemplis illuſtrata regula generalia non pertinere ad ſpecialia.*
10 *Interdum generalia referuntur ad ſpecialia.*
23 *Clauſulæ generalis in vltimis voluntatibus vis.*
17 *Ratio loquendi præſumptione ſuſtinenda.*

a DOLI CLAVSVLA a. ¶ Clauſula
1 † *Dolum malum abeſſe*, quæ ſtipula-
tionibus ſolet ſubiici, ad ea nō re-
fertur, de quibus nominatim cau-
tū eſt. Quod Caſtellio & Torqua-
tus intelligunt, quando nominatim cautum eſt,
ne ad ea promiſſor teneatur, vt quia conuentum
eſſet, ne de tali caſu, itemq; de tali, etc. promiſſor
teneatur. non enim per adiectionem clauſulæ
*Doli mali*, tenebitur. Finge ergo (inquit Iaſon) vē-
dito fundo renuntiatum eſſe iuri reſciſsionis,
quæ contingere ex eo poſſet, quòd non dimidiū
iuſti pretij daretur[i], deinde adiectam clauſulam
*Dolum malum abeſſe*, nunquid ex hac clauſula agi
poterit, vt reſcindatur contractus, tanquam re i-
pſa dolus interceſſerit? & certè non, cùm ſpecia-
liter huic iuri ſit renūtiatum. Sed hic intellectus
nullam habet dubitationem, cùm tali clauſula
non ſoleat ſuprà ſcripta corrigere, ſed potiùs cō-
firmare[k]. Vnde † verior eſt cæterorum interpre- 2
tatio, qui ſimpliciter talem clauſulam ad caſus
expreſſos non referri aiunt, nō ſolùm correctio-
nis cauſa, ſed nec ampliationis: cuius rei exem-
plum à nobis ſuprà poſitum eſt[l]: quoniam de
clauſula generali
cenſentur ea ſepa
rari, quę ſpecialiter
cōmemorata ſūt[m],
ſpecies enim in iu-
re noſtro derogat
generi[n]. Vnde I.
† & generalis con- 3
firmatio ad ea non pertinet, quæ ſpecialiter in-
firmata, circunducta, cancellatáue ſunt[o]. Et
† in diplomate comitis Palatini, qui natalibus II.
reſtituere ſpurios, itemque inceſtos poſsit, ea fit 4
interpretatio, vt inceſti nomine ſpuriorum non
compræhendantur, quamuis aliàs ſpurij vox ſit
generalis[p]: idque quoniam ſeparatim ſpecies
iſtæ nominatæ ſunt. Et † clauſula *Abſque præiu-* III.
*dicio contentorum in teſtamento*, non refertur ad re- 5
nuntiationem fideicommiſsi, quæ per faculta
tem alienandi ſpecialiter conceſſam inducitur:
quod Socinus reſpondit[q]. Et † in fideicom- IV.
miſſo, quod pater filiis & deſcendentibus reli- 6
quit, appellatio filiorum in ſpecie accipitur, ne
nepotes compræhendat, qui magis propriè ſub
generali deſcendentium voce continentur, vt V.
Decius[r] ex facto reſpondit. Et alienatione libe- VI.
rè & ſimpliciter facta ne clauſula generalis in fi-
ne poſita intelligitur ſaluis ſuprà ſcriptis[s]. Quod 7
† & in teſtimoniis procedere Bartolus cēſuit[t],
nam & cùm iudex in alienatione prædij à mi-
nore facta decretum interponit, adiecta clauſu-
la, *Quatenus de iure contractus valeat*, intelligitur,
quatenus valeat, nec aliud ei obſtet, quàm de-
creti defectus. ſpecialiter enim agitur eum ſup-
pleri[u]. Qua † ratione ſi relicta ſint magiſtro VII.
ordinis centum, & cuilibet ſodali tunica, non 8
habebit magiſter tunicam, quamuis & ipſe ſo-
dalis ordinis ſit. contentus enim eſſe debet ſpe-
ciali legato[x]. Fuere tamen, qui hoc non pro-
cedere exiſtimarent, cùm primò ſodalibus, de-
inde magiſtro legatum eſſet, vt clauſula genera-
lis præcedens, quę magiſtrū compræhendit, per
ſequentem ſpecialem non reſtringatur, ſed ad v-
trunque magiſter admittitur. Quæ † ſenten- I.
tia certiſsima eſt, cùm dictione ampliatiua vſus 9
eſſet teſtator, putà *Sodalibus tunicam, ſed & præfe-*
*cto centum*[y]. coniunctio enim *Et*, pro *Etiam*, po- II.
nitur. Quod ſi ea dictio adiecta non eſſet, i-
dem tamen receptiore calculo traditum eſt[z].
quæ ſententia humanitate quadam, quæ in e-
leemoſynis adhibenda eſt, potiùs defenditur,
quàm iure ſcripto. Poſſet & tunc defendi, cùm III.
diuerſa ex cauſa, ſeu diuerſo titulo relinquere-
tur, putà ſodalibus non præcisè, ſed vt eis di-
ſtribuerentur, Titio verò præcisè[a], ſeu perſo-
næ, non autem ſodalitatis contemplatione.
Sed & qui omnibus dominis Stichi ſerui ſti- IV.
pulantis, & Titio centum promittit, videtur Ti-
tio bis debere, ſemel dimidiam propter ſpecia-
lem nuncupationem, iterum pro rata dominij,
quam ille Sticho habet[b]. dominorum enim ap-
pellatione etiam Titius compræhenſus fuit,
quem in tam anguſto genere non eſt veriſimile
per ſpecialem appellationem ſubtractum eſſe[c],
ſicque communi calculo receptum eſt. Sed hac
de re infrà: ſupereſt, vt videamus, quibus † ca- 10
ſibus

i l.ij. C. de reſc. vend.
k l. ſi cū fundū. l. ea, quę in fi. de contr. empt. l. ſi ſine. §. ſi in ſtipulatione. j. rē rat. hab.
l l. ſtipulatiōes cōmodiſsimū. ſ. eod.
m l. ſed & ſi. §. deinde. ex quib. cauſ. maior.
n l. cohære. §. ą patrē. de vulg.
o gl l. ſi ąs prio re. in fi. ad Treb.
p Moder. l. ij. in prin. ſ. eod.
q conſ. 43. in 4.
r Dec. conſ. j in fin.
s c. cū dilecti, de donat.
t Bar. l. de æta te. ij. quæſt. in fi. de minor.
u l. cū propter. de leg. pręſt. vbi Bar.
x Dd. l. cū quęſtio. §. fin. C. de leg. Abb. c. cū olim. de re iud.
y l. Titia. §. qui Marco. de an. le.
z Doct. d.§. ſi. Din. Alb. hic.
a Bar. l. ſi cōſul. de adopt. l. cum vulgari. de dot. præleg.
b l. 4, de ſtip. ſer.
c arg. l. ſi unus. §. ſed ſi ſtipulatus. de pact. Salt. d.§. ſi.



I. ſibus regulæ ſuprà ſcriptæ locus non ſit. Et in
primis ſuprà dixi communi ſententia traditum
eſſe, vt lex noſtra in caſu ſuo locum habeat, cùm
ſcilicet ſubiecta eſt ſpecialibus clauſula genera-
lis: quòd ſi econtrariò clauſulæ generali ſubie-
ctæ ſint ſpeciales,
ſecus erit, genera-
liſque etiam ad ſpe
ciales referetur, ſi
tales clauſulę inter
perſonas ſint appo
ſitæ[a]: cuius rei illā
rationem adducit
Petrus, quòd quan-
do generalis præ-
cedit, nihil reperit,
qd' ſibi obſtet quin
generaliter accipia
tur: ſecus, ſi iam ſpe
ciales præcedant[b].
Ego hanc differen-
tiam ſuprà cenſui
non ſatis probari
in iure[c]. nam & lex, quæ ſeruo communi ſibi &
Titio domino ſtipulātibus admitti Titium ait[d],
non ea ratione nititur, quia priùs ſibi ſtipulatus
ſit ſeruus, ſed quia ſtipulatione ſerui non con-
iunctim ſed in partes cuique domino acquiri-
tur[e]. vnde iuris interpretatione Titius bis voca-
tus ad ſpeciem cenſetur, ſicque conſtituenda
inter res & perſonas non eſſet differētia[f]: quam
tamen Bartolus conſtituit, Imolaque adducta
II. ratione, tametſi non ſat firma, approbat. Rur-
ſus non procedit regula, quādo generalis clauſu
la, ſpecialeſq; ſimul ab eadem cauſa procedunt.
tunc enim generalis ipſa ſecundum finem ſpe-
cialium reſtringitur, vt cùm quis renuntiat ta-
li auxilio, & ſubiicit, generaliter omni iuri quod
habet, vel habere ſperat[g]. huiuſmodi enim re-
III. nuntiationes plerunque à cauſa ſua reſtringun-
tur, quod Baldus tradidit[h]. Sed † & quoties
11 clauſula generalis idcirco adiicitur, vt omnia
ſpecialiter enumerata compræhendat, non eſt
dubium non cenſeri ab ea ſpeciales clauſulas
exceptas[i]. quod hîc Bartolus, Iaſon, cæteri-
que tradiderunt. Ego præceptis Rhetorum id
traditum ſcio, vt ſemper creſcat oratio, ampli-
ficeturque vel verborum congerie, vel auxeſi,
vel ſynathroiſmo, & ſi qui ſimiles ſunt locutio-
nis ornatus ab eis repetendi. vnde tali caſu non
eſt credendum, generali clauſula ſuperiores nō
IV. contineri. Quod maximè in verbis legum lo-
cum habet, in quibus non facilè capitur ea in-
terpretatio, vt generali clauſula videatur legiſ-
lator ſpeciales correxiſſe: quin potius addere
ſuperioribus voluiſſe cenſendum eſt[k]: quod
V. loco ſuo Bartolus diffuſiùs explicat[l]. Sed &
is, cui optio legata eſt, licet generale id videa-
tur legatum, poteſt eum ſeruum optare, qui al-
teri ſpecialiter ſit relictus: quoniam facta ele-
ctione generalitas illa ſpeciei naturam aſſumit,
VI. quod idem Bar. docuit[m]. Sed † & quoties ſpe-
12 ciales clauſulæ inualidæ inefficaceſque eſſent,
dubitandum non eſt, quin clauſula generalis ad
eos caſus trahatur, vt ſecundum eam illi deci-
VII. dantur[n]. Sanè & in caſibus, quibus clauſula
generalis ſpecialibus derogat, dubium non
eſt legi noſtræ locum non eſſe. Vnde teſtator
poſteriore codicillorum generali ſcriptura vi-
detur ſpeciali teſtamenti diſpoſitioni derogaſſe,

a d.l. 4. vbi Bar. & Imo.
b gl l. quiſquis. de legat. iij. vbi Bart.
c arg. l. cū in teſtamēto. §. ſi. de hæred. inſt.
d d l. iiij.
e l. & Proculo. de leg. ij.
f l. ſeruo. de pecul. leg. d l. cum uulgari.
g l. ſub prætextu. iii. ij. ubi dixi C. de tranſact.
h Bal. l. pactū. q. 14. 15. C. de col lat.
i l. ſi ſeruū. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil.
k l. j. §. vnde. ſ. de public. l. j. §. j de op. noui nūt. vbi Doct.
l l. factio. de pœnis, l. ſenatus. de accuſ. l. q ſepulchro. C. de ſep. viol. vbi Doct.
m l. ſi domino. ff. de leg. j.
n l. ſi. §. ſi. de au. & arg. leg.

cùm ob eandem cauſam reliquit[o]: ſecus, ſi L. 120.
eadem ſcriptura id factum eſſet[p], nec enim tunc Si ita ſti-
veriſimile eſt voluiſſe teſtatorem ſe ipſum incon pulatus
tinenti corrigere. Illud † quoq; defendi poteſt fuero.
in vltimis voluntatibus, cum quis ſpecialiter ad
lucrum aliquod ad VIII.
mittitur, poſſe etiā 13
clauſula generali,
quæ incerta ad idē
proponatur, admit
ti[q], quod propter
earum fauorem re-
cipiendum eſt. For
tiùs cenſuit Roge-
rius, idem quoq; in
cōtractibus eſſe, &
dum lex noſtra ait,
*Non pertinet*, etc. ſub-
audit *Tantùm*. nec e-
nim exēplo caret,
vt in oratione nega
tiua taxationē ſub
intelligamus[r]. Sed
hanc ſententiam, tanquā legis verba violet, Do-
ctores non probant. ſolùm ergo in vltimis vo-
luntatibus defendetur. Sed † & non omitten- IX.
dum eſt, quandoque enumeratis ſpecialiter plu 14
rimis caſibus, generalem quę ſubiecta ſit, clauſu-
lam nullius effectus eſſe, & non ideo ad omiſſos
trahi[s], de quibus vel partes veriſimiliter non X.
cogitauerint, vel diſponere nō potuerint. Ad- 15
didit † alibi Raphael[t]. quoties teſtator genera-
li legato ſubiicit ſpecialem enumerationem, di-
ſtinguendum eſſe, vt ſi vna ſpecies tantùm gene
ri addatur, ampliatiuè accipiatur[u]: quod ſi plu-
res ſpecies, tunc genus ipſum ſecundum illas re-
ſtringatur[x]. Cuius rei illa eſt ratio, quia genus
vna in ſpecie cōtineri non poteſt: at in pluribus
poteſt, finiturque hoc modo pauciſsimis verbis
longa Bart. diſtinctio[y]. Nec dubito ego, quin
vera ſit Raph. ſententia, dùm tamen non per im-
peritiam plures illæ ſpecies ſint enumeratæ[z]:
dum itē ſpecies illæ loco exēpli adiectæ nō ſint.
conſtat enim exēplis non reſtringi regulā[a], ſed XI.
duntaxat declarari[b]. qua de re alibi. Poſtre-
mùm illud adnotandum quoq; eſt, quoties † re- 16
cta ſermonis ratio nos in id adigit, vt generalis
clauſula de ſpecialibus intelligatur, limitari le-
gis noſtræ regulam: quod rectè Aretinus hîc tra-
dit[c]. potiſsima † enim ſemper illa eſt præſum- 17
ptio, per quam ratio loquendi ſalua eſt[d].

o l. libertis, ą ſ. de ali. leg.
p l. alimenta. §. baſilicę. l. Sticho nutricis. vbi Bar. eod. tit.
q l. verba. de ali. leg.
r l. anniculus. ij. de uerb. ſign. vbi dixi.
s l. ſed & ſi quis §. quaſitum. ſi quis caut.
t l. ſi. §. cui dulcia de tritic. vino, ole.
u l. quęſitū. §. ſi. de fūd. inſtruct.
x l. Seiæ. l. cū de lanionis. §. pe. e. tit. l quęſitū. §. j. de leg. 3. d. §. cui dulcia.
y Bar d. l. quęſitum. §. ſi.
z l. legata. de ſup leg.
a l j. §. ą vulgo. de vi. & vi arm.
b gl. l. nunquā. de priuat. iud.
c d. l. cum in teſtamento. in ſi. cum gl.
d l. Quintus. de aur. & arg leg.

LEX CXX.

PAPINIANVS lib. 37. *Quæſtionum.*

SI ita ſtipulatus fuero, HANC SVMMAM[a] CENTVM AVREORVM DARI SPONDES? & ſi maximè ita exaudiatur ille ſermo, SI MODO CENTVM AVREORVM EST, nō facit conditionē hęc adiectio: quoniā ſi centū nō ſint, ſtipulatio nulla eſt. nec placuit inſtar habere conditionis ſermonē, qui non ad futurum, ſed ad præſens tempus refertur, etſi contrahentes rei veritatem ignorant.

LEX CXX.

1 *Numerus demōſtrās nō reddit ſtipulationē conditionalē.*
2 *Conditio præſens non ſuſpendit actum.*
7 *Maiori ſummæ minor ineſt: ciuſque vſus exemplo demonſtratus.*

SI ITA STIPVLATVS FVERO a
HANC SVMMAM[a]. ¶ Numerus
† cum demonſtratione conditio- 1
naliter in ſtipulatione adiectus, nō
reddit ſtipulationem conditiona-
lem. quia talis conditio pręſens eſt, quæ † actum 2
non ſuſpendit, ſed ſtatim vel confirmat, vel in-
firmat[e]. Pone igitur me ſtipulatum hoc modo:
*Hanc ſummam centum aureorum dare ſpondes?* hîc dici-
tur, ſi centum aurei non ſint, non valere penitus
ſtipulationem. Sed huic ſententię obſtat in pri-
mis, quod illis verbis nulla videtur ſubeſſe con-
ditio etiam præſens, cùm pronomen *Hanc*, non

e l. conditio in præterito. ſ. eo.

conditionem, ſed demõſtrationem faciat [a]: quæ demonſtratio quamuis falſa ſit, non reddit actum nullum [b]. Rurſus obſtat, quòd qui ſtipulatur centum, quæ in arca habet, cenſetur etiam minorem ſummam ſtipulatus, nec actus omnino eſt nullus [c].

a l. nẽo in prin. de hæred. inſtit.
b l. demonſtratio. de cond. & demonſt.

## LEX CXXI.

PAPINIANVS *libro* 11. *Reſponſorum.*

EX ea parte cautionis [4], DOLVMQVE MALVM HVIC REI PROMISSIONI ABESSE ABFVTVRV'MQVE ESSE, IS STIPVLATVS EST, SPOPONDIT ILLE: incerti agetur ſtipulationis vtiliter interponẽdæ gratia.

I. 3 Sed † hanc difficultatem ita diſſoluunt Accurſius Bar. aliique communiter, vt fateantur ſuprà ſcripta uerborũ conceptione nullam eſſe etiam in præſenti conditionem, & contractũ ſaltem in ea ſumma ſuſtineri, quæ verè reperietur: & ideo legis noſtræ deciſionem in caſu claro intelligendam eſſe, quando conſtabat id à partibus actum, vt conditionalis eſſet ſtipulatio, putà quia dictum, *Si modò centum aureorum eſt.* non enim expreſsio conditionis vnquam temerè facta cenſetur [d], & ideo tali caſu ſi non ſint centum, actus omnino eſt nullus. Cum 4 † ergo lex *Et ſi*, inquit, *maximè*, etc. dictio *Maximè*, vim implicatiuè reſpectu ſuperioris conceptionis non habet, comparationemque nullam facit, vt idem dicamus, etiam ſi illa verba non ſint adiecta, ſed potiùs concedentis eſt aduerbium, affirmatiueque ponitur [e]: ſicut apud Græcos μάλιστα, quod alibi Iuriſconſultus ſcripſit [f], vt ſcilicet idem ſignificet, quod *Præcipuè* [g]. poterant enim illa verba etiam alium ſenſum habere, nempe vt ad opinionem, non ad ueritatem II. referrentur [h], vt hîc docet Accurſius. Fuere † ta5 men, qui offenſi hac interpretatione dictionem *Maximè*, ſemper comparatiuè implicatiueque acciperent, quod hæc propria eius eſt natura [i], & ideo aliter cõtextus verba interpretarentur: ex quibus Dinus & Albericus vtroque caſu, ſiue adiectum ſit *Si modò centum aureorum eſt*, ſiue non ſit, idem eſſe aiunt, vt ſtipulatio in vera ſumma valeat, & clauſulam illam, quoniam ſi centum non ſint, ſtipulatio eſt nulla, ad caſum ſubauditum referunt, nempe ſi ſtipulatio eſſet verè conditionalis, futuram eſſe nullam: ſed cùm non ſit, valere: qui ſenſus à mente Iuriſconſulti III. ductuque verborum ſat alienus eſt. Aliter er6 go Raynutius, Angelus, Iaſonque, vt † ſcilicet ſtipulatio hæc conditionalis cenſeatur propter coràm oſtenſæ rei demonſtrationem, quæ hunc quoque effectum habeat: ideoque prorſus ſit nulla, ſi ea ſumma integra non reperiatur: cùm ſecus eſſet, ſi demonſtratio rei præſentis addita non fuiſſet [k]. Hincque infert Iaſon: ludebát aliqui teſſeris, vel chartulis, vt fieri ſolet, intendebaturque ob punctum depoſitio, cùm vnus, hanc (inquit) ſummam centum aureorum pono, videretur nihil victori dandum, ſi ea ſumma minus centum eſſet: ſed hanc ſententiam aleatores ridiculo haberent: nam nulla eſt ratio, cur ex ſola demonſtratione exiſtimemus id agi, vt ſi minor ſumma ſit, non debeatur: quod rectè hîc Imol. Aretinuſque aiunt: demonſtratio enim pro valore contractus eſſe debet, non vt faciliùs infirmetur [l]. adde, quòd in quæſtione Iaſonis non debet is, qui victus eſt, victori obiicere eam ſummam centum non eſſe, ne ei credulitatem imputet, qui ſuã aſſertionem ſecutus eſt [m]. Rurſus infertur, ſi quis promiſerit ſe ſportulas pro ſententia ducentarum librarum ſoluturum, reperiaturque eam ſententiam de maiore ſumma (putà mille) eſſe, nihilo minùs promiſſorem ſaltem pro ducentis teneri, cum (vt inquit Aretinus) in † maiore 7 ſumma minor inſit [n]. quod ego verum arbitrarer, etiam ſi dictum eſſet, pro hac ſententia. demõſtratio enim non videtur quicquam impedire. Quo fit, vt meritò reprobatã Raynerij opinionẽ arbitrer. qui promiſſorem teneri reſpectu ipſorum mille reſpondit. quoB modo enim (vt inquit Imola) qui minus promiſit. plus præſtabit [o]? Sed † nunquid lex no8 ſtra procedet, etiam ſi promiſsio hæc ex cauſa oneroſa facta ſit? & quia lex non diſtinguit, nec nos diſtinguemus, ſed propter conditionis defectum ſtipulationem eſſe nullam exiſtimabimus, licet debeat ſtipulator indemnis præſtari, idque actione ex oneroſa illa cauſa, non autem ex ſtipulatione [p], quod aliqui hîc tradidere.

c l. ſeruus. §. qui quinq. de leg. j.
d l. prætor. in prin. de col. bo. Bal. auth. matri C. quando mul.
e Inſt. de pœna temere litig. in prin.
f l. Pamphilo. §. propoſitum. de leg. iij.
g l. & ſi maxime. de ſer. leg. l. fi. C. de mã. teſt.
h l. inſtitutio. de cond. inſt.
i extrauag. ad reprimendum. verb. maxime. vbi Bar. Iaſ. hic.
k d. §. qui quinque.
l l. quæ extrinſecus. ff. eod.
m l. ij. quando act. de pecul. l. ſi quis affirmauerit. de dolo.
n l. diẽ. §. ſi plures. de arbit.
o l. quęro. locat.
p arg. l. ſi decẽ. locat.

## LEX CXXI.

C
1 *Caſus & cenſus legis.*
7 *In iuramento ſolennitas verborum neceſſaria.*
8 *Pœnam ſapiens delectus non addit, niſi ex cauſa.* 9.

EX EA PARTE CAVTIONIS [a]. 2 ¶ Suprà † vidimus, quemadmo1 dum doli clauſula non ad nominatim expreſſos, ſed ad incertos caſus pertinet [q]: Finge † igitur I. D 2 poſt eam interpoſitam veniſſe mihi in mentem aliquem caſum cui dicta clauſula prouiſum eſſet, an agere potero, vt is caſus mihi nominatim poſt ſtipulationem præſtetur? & hîc dicitur poſſe me agere, vt promiſſor hac quoque de re per ſtipulationem caueat: agetur q; incerti, quia in præſentia ſcire non poſsimus, quid hoc certò interſit, tametſi interſit. quid enim, ſi ex ſimplici ſtipulationis cauſa malo agere, quàm dolum allegare? quid, ſi hodie paratas habeam probaE tiones, quas dubitem amittere, ſi eventũ ſuprà ſcriptæ clauſulæ expectem [r]? quid, ſi alia aliqua ratione mea interſit? Quod ergo in textu *Vtiliter*, ſcriptũ eſt, interpretare, id eſt expreſsim & ſpecialiter [s]: hicq; eſt verus, niſi fallor, huius reſpõſi ſenſus, quem Veteres non videntur ſatis percepiſſe. Ex † quibus in primis Accur. interponẽ- II. dæ, id eſt interpoſitæ, exponit, tanquam tempus 3 pro tempore ſit poſitum. Qui intellectus verba legis violat, & eam reddit indubitabilem. quis F enim dubitat, quin ex clauſula doli agatur incerti, cùm non dationẽ, ſed quod dolo factũ eſt, contineat? vt meritò Bart. hanc lecturam nihil habere vtilitatis dixerit. Aliter † ergo idem inter- III. pretatur: Finge, promiſeras mihi talem fundum 4 te promiſſurum ſecundum ſapientis conſilium, & quòd ei rei dolus malus abeſſet: is ſapiens cõſuluit, vt pœna dupli adderetur: at tu eam ſpondere negas, hîc dicitur incerti agi poſſe. Quod ergo dicitur, vtiliter interponẽda, interpretatur, vtiliter ad ſenſum ſapiẽtis. ſolet enim huiuſmodi adhiberi contractuum vtiliter perficiendorum cauſa. Sed certè & hîc intellectus à verbis legis alienus eſt, vt hîc conſilium ſapientis comminiſcamur, in quo præcipuum nihil ad doli mali clauſulam eſt, de qua concipit Iuriſconſultus facti dubitationem.

q ff. l. ſtipulationes cõmodiſsimũ. l. doli. l. ita demum. de arb.
r l. fi. in prin. vt lit. non conteſt.
s l. omnes. §. j. vſufru. quẽad. ca.



L. 121. Ex ea parte cautionis. §. Mulier ab eo.

¶ Mulier ab eo [a] in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinę tempore matrimonij conſuetudinem repetiſſet. Nihil cauſæ eſſe reſpondi, cur ex ſtiA pulatione † quę ex bonis moribus cõcepta fuerat, mulier impleta cõditione pecuniã aſſequi non poſsit.

† ſtipulatu, *aliàs*.

IV. Quapropter † Bar5 tolus ipſe alio modo interpretatus eſt, vt hic velit Iuriſconſultus eum, qui promiſsionis inſtrumentum facere detrectet, in id, quod ſtipulatoris intereſt, conueniri poſſe [a]. Vnde qui vendidit, qui dotem dedit qui aliquid promiſit, ſemper ad venditionis, dotis promiſsionis contractum publico documento celebrandum cogi poteſt, cùm tale inſtrumentum probationis faciendæ cauſa duntaxat inducatur, & inde nullum promiſſori damnum contingat. Quid ergo, ſi eius conditio fieret deterior? vt quia ex lege municipali haberent documenta publica paratam executionem? & Angelus, Aretinus, Iaſon tali caſu non teneri cenſuerunt. Ego tamen dubito, quia Bartolus & cæteri Doctores generaliter loquuntur, nec probabilis eſſet excuſatio debitoris detrectantis inſtrumenti confectionem, ne aduerſus ſe prompta ſit executio. cur enim non ſoluit [b]? Sed tamen etiam hic intellectus verbis legis nõ quadrat, & dictionem illam *Stipulationis*, violat, cùm aliud ſit ſtipulatio, aliud inſtrumentum, quo 6 ſtipulationis contractus continetur [c]. Vnde † aptior eſt intellectus, quem ego ſuprà recenſui, licet Doctores receptiſsimo calculo illum probent, qui ad conſilium ſapientis reſponſum noſtrum trahi, idemq; adnotant poſſe ſapientem illum omnia contractui addere quæ iuris ſunt, ſolenniaq; & naturam actus reſpiciunt, dum tamen ad ea, quę facti ſunt, manum non extẽdat [d]. Non poterit itaque promiſſorem grauare, vt ſatiſdato promittat. extrinſecus enim fideiuſſor obligationibus accedit [e], faciliuſq; plerunq; ſolui, quàm ſatiſdari poſsit [f]. Non poterit item iu7 ramentum contractui adiicere, cùm † in eo ſolennitas verborum, quæ facti merè perſonalis eſt, ſit neceſſaria [g]. Qua ratione idem in ſtipulatione dicendum eſt, in qua formam verborũ omiſſam fuiſſe conſtat. non enim poterit is eam ſupplere, vt Ang. cenſuit [h]. Vnde & regulariter pro8 ditum eſt, non † poſſe hunc conſultum pœnam contractui adiicere: ſiue, quia pœnæ adiectio facti eſt, & quidem incerti, cùm quandoque plus, quandoque minus pœnę ſponderi poſsit [i]: ſiue, quia extrinſecus pœna contractibus accedit: & niſi expreſſa ſit, ei locus eſſe non debet [k]. Quę I. † tamen concluſio perpetua non eſt: & in primis 9 non procedit in caſibus, quibus de iure quis pœnam promittere teneretur, putà in venditore rerum pretioſiorum, vel ſerui [l]. poterit enim conſultus ille eam pœnam addere. Rurſus † nõ II. procedit, quando pœna ex conſuetudine ſolet 10 apponi [m]. quod Rayn. Bartolus cæterique tradidere, ſentitque hic Accurſius. nam & clauſula conſtituti & precarij poteſt ab eo adiici, per quẽ dominium iuſtaq; poſſeſsio transfertur [n]: quia, III. vt Oldr. reſpondit, ſolet hoc in contractibus fieri, quod & Iaſon probat. In obligationibus quoque facti in quibus cõdemnatio in id, quod intereſt, fieri ſolet, exiſtimauit Baldus, Angel. Fulgoſius poſſe pœnam eius loco adſcribi [o], & legiſlatoris conſilio ſapientem vti. Quam ſententiam aduerſus Iaſonem ego probo, dum tamen moderata ſit pœna, & quæ probabiliter id, quod intereſt, non excedat, ne ſcilicet promiſſorem multum IV. grauet. Addit † Bal11 dus quod ad excuſationem tabellionis attinet, ſemper prodeſſe, adiectam à ſapiente pœnam. excuſatur enim à pœna falſi tabularius, ſi aliquid præter fas adſcribat: de conB ſulti tamen auctoritate, qui prædictæ clauſulæ inhærens plus ſibi arrogauerit, quàm deberet [p]. Nec refert, an tempore confectionis inſtrumenti ſapiens ita declarauit, an poſt aliquot dies. quod enim à ſapiente dictum eſt fingitur à partibus, cùm contraxerunt, dictum: & ideo ſuſtinetur inſtrumentum [q], etiam ſi notarius ſimpliciter partibus id tribuerit, nulla facta mentione, quemadmodum ſapiẽs ita ſibi dictauerat, quod hîc Franc. Albergotus, & Iuo Peruſinus tradiderunt. qua tamen in re alibi aliter diſtinguit BarC tolus [r]. is ergo adeundus.

a l. ſicut datam. C. de lib. cau. l. plures. C. de fid. inſtr. gl. l. ij. ſol. mat. vbi dixi.
b l. ij. ff. ſi qs cau
c l. j. §. & parui. ꝙ ui, aut clam, Bar. l. ſi qs legatum. ff. de fal. Alex. cõſ. 122. vol. ij. Soc. 32. in 3.
d gl. l. ſi mãdato Titij. §. fi. mãdat Bar l. illa inſtitutio. de hæred inſtit.
e Bald. l. ſancimus. C. de verb. ſignific.
f l. ij. in fi. de euict. l. cũ non facile. ſi cui plus, quam per leg.
g c. pe. ubi Dd. de iurciur.
h l. quicquid. vbi Ang. ff. eo.
i Bal. l. cumqd. ſi cert. pet.
k l. cũ quidam. de lib. & poſth.
l l. emptori. de euict.
m l. ꝙ ſi nolit. §. qu a aſsidua. de ædil. edict
n l. qd meo de acq. poſſ.
o l. fi. de præt. ſtip. l. pacto conuento. vbi Dd. de tranſact.
p Bal. l. captatorias. C. de teſta. mil.
q not. l. prędia. de acq poſ.
r Bar. d. l. illa inſtitutio.

1 *Explicatæ rationes dubitandi in textu.*
3 *Pellex quæ.*
4 *Iudex bonos mores tueatur.*
6 *Sponſio pœnalis, ſi luſero, tenet.*

§. MVLIER AB EO [a]. ¶ Vxor ergo ſtipulari à marito pœnam poteſt, ſi concubinæ conſuetudinem repetierit: idq; ſiue, dum matrimonium contrahitur: ſiue eo contracto, dum D recõciliatur. quod Accurſius ſentit. Sed † quæ I. fuit dubitandi ratio? & Doctores aiunt in eo ver1 ſari dubium, quoniam non poteſt vxor maritum accuſare, quod concubinam habeat [s]: vnde nec pœnam ſtipulari poſſe debuit. Quæ ratio non placet, cùm non ſolùm ob concubinatum, ſed nec ob adulterium permittatur vxori hæc accuſatio, cùm maiorem pudicitiam in fœminis lex requirat, quàm in maſculis, idque (vt Pontificij ſentiunt) ob prolis certitudinem, cùm aliàs E naturâ pater ſit incertus [t]. An † ergo dubita- II. tum fuit, quia iure ciuili concubinatus non eſt 2 prohibitus, nec pœnam vllam habet [u]? vnde debuit mulier eſſe legali diſpoſitione contẽta, nec pœnam augere [x]. quod Accurſius ſentit. Ego non arbitror concubinam eſſe, quæ † cum eo, 3 qui vxorem habet, conſueſcit, ſed pellicem: Paulumque Caſt. ſequor, qui etiam in foro ciuili cogi maritum ad eiiciendam pellicem poſſe exiſtiF mauit: quoniam (vt hîc dicitur) aduerſus bonos mores hoc eſt, quos † iudices tueri & illibatos 4 conſeruare debent [y]. Quæ ſententia Pontificum iure nullam habet difficultatem [z], adeò vt non diſtinguatur, an habeat ille vxorem, an cælebs ſit [a], licet fortè aliud Iſidero viſum ſit [b].

Aretinus dubitari poſſe cẽſuit, quia vxoris pe- III. cuniariter non intereſt, vt concubina dimittatur. licet enim caſtæ mulieres inde plurimum exaſperentur [c], non tamen ſufficit hæc cauſa, vt ſtipulatio valeat, quæ pecuniariã vtilitatem requirit [d]. Quæ ratio defendi poſſet ſi pœna ſubiecta

s l. j. C. ad l. Iul. de adul vbi Dd.
t Abb. c. tuę. de procu. c. j. ut lit. non conteſt.
u l. in concubinatu. de concubin.
x l. ſi ita 3. ff. eo.
y l. iuſtitia. de iuſt. & iur.
z gl. c. Romana uerſ. offenſę. de ſenten. excõ. in vj.
a 32. q. 3. c. nemo. & c. dicat.
b c. Chriſtiano. diſt. xxxiiij.
c §. mitiores. in auth. de nupt.
d §. alteri. l. ſtipulatio. ff. eod.

ƈta non pponeretur. tunc enim non reſpicimus, IIII. quod interſit. Hadrianns Cardinalis libro. De ſermone Latino, non in matrimoniũ, ſed in manum cõveniebat, legit: & † de ea vxore intelligit, 5 quæ per coemptionem in manum, id eſt poteſtatem, mariti devenerat, materq; familiâs vocabatur, vt in Topica Ciceronis Boetius ex Vlpiani noſtri Inſtitutionibus diffuſiùs explicat.

¶ In inſulam[a] deportato reo ꝓmittẽdi, ſtipulatio ita cõcepta, A

Meritò ergo videbatur non valere ſtipulationem cùm ipſa in mariti poteſtate eſſet. Sed cùm hæ ſolẽnitates iure noſtro ſublatæ ſint, vxoreſq; in poteſtate mariti nõ ſint[a], probabilis non eſt ſuprà ſcripta ratio: arbitrorq;, etiam ſi Paul. lib. Reſponſ. xij. in manum ſcripſiſſet, mutatũ id à Tribuniano fuiſſe: & pro manu matrimoniũ repoſitum, cùm omnes veteres codices in matrimoniũ ſcriptũ habeant. B Fuerũt tñ, qui etiã hodie iure Canonico, itemq; lege Longobarda vxorẽ in poteſtatẽ viri tranſire crediderũt[b]: ideoq; talẽ promiſsionẽ vxori à viro fieri non poſſe[c], nec actionẽ hoc nomine dari V. contendant. quos ego non facilè ſequor. Probabilior fortè ea erit ratio dubitationis, quoniã lex promiſsionẽ, ne maleficium fiat, improbat[d], videbatur & hæc pœnę adiectio improbari, tanquam eo tẽderet, ne ſtuprum perpetraretur. Sed aliud in præmio eſt, cuius iuſta non eſt cauſa, q; quis delicto abſtineat[e], cùm ſponte & gratis id facere debeat: vnde & Virgilianum illud,

*Saturni gentem haud vinclo nec legibus æquam*: aliud in pœna, quã ex delicto quemlibet ſubire æquũ eſt. videtur enim hæc quædã iniuriæ, quæ vxori fit, eſſe compenſatio, quod & ſuprà declaraui[f]. 6 Hincq; infert Bar. valere † promiſsionẽ, qua quis centum amico ſpõdet, ſi vnquã alea luſerit. Quæ ſentẽtia certiùs quoq; ꝓcederet eo in contractu, cùm do tibi centũ aureos, at tu vice mutua ſpõdes mille, ſi luſeris. Sed quid, ſi quis ſimpliciter promiſit ſe non luſurum? & cõſtat ſtipulationẽ eſſe nullam, cùm non interſit pecuniariter ſtipulantis. oportet ergo ſubiici pœnam[g], quod Caſtrenſis & Iaſ. tradunt, nec Aretinus diſſentit[h].

a l. ſi vxor. C. de cond. inſt.
b c. ſi. 33. q. v. & in Lõbar. qual. mul. aliẽ. l. j. Alber. Roſ. l. fin. C. de ſponſ.
c l. lis nulla. ff. de iudic.
d l. iuriſgentiũ. §. ſi ob maleficiũ. de pact.
e l. veluti. vbi dixi, ff. eod.
f l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. §. fi. ff. eod.
g d. §. alteri.
h arg. l. ſeruus. ea lege. de ſeru. export.

1 *Interdum appellatione mortis naturalis ſola venit.*
3 *Deportatio propriè mors non eſt.*
7 *Seruitus morti æquiparatur.*
8 *Banniti interdum damnatis in metallum aſsimilantur.*

a §. IN INSVLAM[a]. ¶ Conditio † ergo *Cùm* 1 *morieris*, ſtipulationi adiecta, de morte naturali intelligiutr, non de deportatione. Quod & in teſtamentis procedit. Vnde fideicommiſſum relictum, *Cùm hæres morietur*, eo deportato adhuc non debetur[i]. Sic † & donatio inter coniuges, quæ ex oratione diui Marci donatore præmoriente confirmatur, non tamen cenſetur confirmata eo deportato[k]. Quod & in reſcriptis principum obſeruandum videtur, vt diſpoſitio de F morte loquens, ad deportationem non extendatur[l]. Cuius rei illa eſt ratio, quia à proprietate verborum recedendum non eſt[m]. Conſtat 3 † autem deportationem propriè mortem non eſſe. Licet enim lege Porcia loco mortis in ciuibus Romanis deportatio ſit inducta, non tamen propriè, ſed (vt ita dicam ἀντιμϐαλλομένως, ſeu legis fictione hoc procedit: & ideo in ambiguis à proprietate non eſt recedendum, naturaliſque ſenſus ciuili præferendus[n]. Suadet hoc & præ-

i l. cũ pater. §. ij. hæreditate. de leg. ij. l. Statius. §. fin. de iur. fiſc.
k l. ſed ſi mors. in prin. de don. inter. vir.
l c. ſuſceptũ. de reſc. lib. 6.
m l. non aliter. de leg. iij.
n l. ſi ita quis. §. is, cui. de leg. ij. l. fideicommiſſum. de cond. et demonſt. l. fi. C. de ijs, qui vent. ætat.

ſumpta partium voluntas. cùm enim mors naturalis deportatione ſerior ſit, veriſimile eſt dilationis illius interuſuriique habitam fuiſſe rationem[o]. Meritò ergo conſtituendum pro regula eſt, appellatione mortis non videri deportationem intelligẽdam.

CVM MORIERIS, DARI? nõ niſi moriẽte eo cõmittit.

I. Et † licet reſpectu 4 effectuum, qui amiſſione ciuitatis producũtur, idẽ de deportatis iudicemus, quod de mortuis, nõ ſequitur tamẽ appellatione mortis cõtineri deportationem. Vnde 5 † publicatione finitur ſocietas, ſicut & morte[p], non quia publicatio ſit mors, ſed quia amiſsione bonorum, ſeu egeſtate finitur ſocietas[q]: quæ amiſsio tam mortuo, quàm deportato contingit. Sic † lex, quæ ſucceſsionem proximiori in 6 gradu defert, nec deportato, nec mortuo eã deferet. vterq; enim ius ſuccedẽdi amiſit[r]. Sed nõ tamẽ ſequitur mortuũ eſſe deportatum, non magis (mehercle) quàm appellatione quadrupedũ contineri volucres, cùm neutra rationis capacia ſint. II. Sed quid dicemus de eo, qui in metallũ damnatus eſt, ſeu ſeruus pœnæ effectus? & cum ſola principis voluntate poſsit iſte reſtitui, non eſt ꝓbabilis eius expectatio[s], nullaq; ratio dilationis haberi poteſt: meritò ex mente legis, vel contrahẽtium ſatis videtur, quod de mortuo ſtatuC tum eſt, idem in hoc quoque produci debere[t], cùm ſi contingat hunc reſtitui, iam non ille idem, ſed alius potiùs, nouuſque homo videatur[u]. Fiunt enim hi ſerui pœnæ[x]. At † ſer- 7 uitutem nos morti comparamus, vt in regula iuris eſt. Appellatione igitur mortis comprælhendetur hæc ſeruitus, non ex vi ſermonis, ſed ex quadam comparatione, & (vt ſuprà dixi) ἀντιμϐαλλομένως, id eſt, vt Aromatarij dicunt, Quid pro quo. Proinde in caſibus, quibus hæc comD paratio locum non habet, ſecus erit, putà in legato alimentorum, cuius damnati in metallum capaces ſunt[y]. Idem in dote publicata quinque legibus, quam ſpecialiter ali caſu fiſcus capit[z], quamuis videatur matrimonium culpa mulieris ſolui. Idem, cum maritus donator ſeruus priuati effectus fuerit[a], id eſt, ſe & ſua in dominum tranſtulerit: qui caſus particularibus rationibus innituntur, quas locis ſuis Doc. explicãt.

III. Sed quid rurſus reſpondebimus de eo, qui in monaſterium ſeceſſerit? & vulgò traditur huiuſmodi mundo mortuum cenſeri[b]. Quod verum eſt eorum reſpectu, quorũ per religionis ingreſſum fit incapax[c]. Vnde ſi monaſterium & communiter & particulariter incapax ſit, perinde de tali iudicabimus, quod ad bona attinet, ac de mortuo: ideoq; fideicommiſſum ſibi iniunctum ſub conditione *Cùm deceſſerit*, ſtatim reſtituet[c]: ſecus, ſi monaſterium ſaltem communiter ſit capax. expectanda enim erit mors naturalis, cùm dilatio poſsit interim ei eſſe vtilis[c]. Nec me mouet, quòd dotem, quam maritus moriẽte vxore lucrari ex pacto debuit, lucrifieri quoque ſtatim Iuſtinianus ſanxit vxore etiam in religionem capacẽ ſecedente[f]: quia id Iuſtiniani humanitate inductũ eſt compenſare hocmodo iniuriam marito factam volentis, ab ea, quæ indiuidam vitæ conſuetudinem, quam præſtare ſpoponderat, abrupit. nec enim veriſimile eſt, ſi maritus id fore cogitaſſet, vllam ei dilationem daturum fuiſſe. IV. Quid † rurſus cenſebimus de noſtri tem-

o §. plus. Inſtit. de act.
p l. actiõe. §. publicatione. pro ſoc.
q l. ſiij. pro ſoc.
r l. j. in fi. de cõtratab. l. fi necſ. §. ſi deportatus. de bo. lib. l. Gallus. §. et qd ſi. de lib. & poſthu.
s l. intercidit. in fi. de cõd. & demonſt.
t l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Treb. l. res vxoris. C. de don. inter vir. l. ſed ſi alia. de bon. dam.
u l. ſi ſeruus. in fi. de adi. leg. l. j. §. filius. ad Tert. vbi Bart. & l. ſi cognatis. de reb dub.
x l. quidam. de pœnis.
y l. ſi in metallum. ff. de his, q pro non ſcr.
z l. 3. de bon. dã. l. Lucius. ſol. ma.
a d. l. cũ hic ſtatus. §. ſi donator. de don. inter vir.
b xvj. q. j. placuit.
c Bar. auth. idẽ. C. de bon. q lib.
d d. §. hæreditatẽ. vbi Bar. Soc. conſ. xcj.
e d. l. Statius. §. fi. Ale. conſ. xiij. in iij.
f l. Deo nobis. in prin. C. de ep. & cler. glo. ſi cũ dotem. in prin. ſol. mat.



temporis exulibus, quos bannitos vocant? & ſi ex forma legis municipalis poſſunt impunè offendi, tanquam ſint hoſtes publici, pro damnatis in metallum habentur: alioquin deportatis æquiparantur[a], morſq; naturalis erit expectanda: qua de re diffuſiſsima extat Bartoli diſputatio. V. Quid tandem de ſuſpenſo ad beneficia[b]: quid de eo, qui ſacerdotio renuntiauit[c]: quid de eo, qui ab hoſtibus, ſeu paganis, ſeu ſchiſmaticis ſit captus, an æquiparentur mortuis? Põtificij attingunt: nos illis hæc decidenda relinquamus[d].

¶ Ex facto rei ꝓmittendi, doli ſtipulatio hæredem eius tenet: ſicut ex cæteris A aliis cõtractibus: vel vti mãdati, depoſiti.

SCÆVOLA *libro* 28. *Digeſtorum*.

a Do. l. j. C. de hær. inſt. Bar. q. j. [illegible]canæ ciuitatis.
b c. j. §. j. ne ſede vac. lib. vj.
c d. c. ſuſceptũ.
d c. pe. de ſup. neglig. prælat. lib. 6.

1 *Dolus delictum eſt.*
2 *Ex dolo defuncti non ſemper tenetur hæres.*

a §. EX FACTO REI[a]. ¶ Cùm debitor do- 1 lum commiſit, dicitur deliquiſſe: quia † dolus delictum eſt[e]. At in delictis regula eſt, vt hæres ex facto defuncti non teneatur, niſi quatenus ad eũ peruenit[f], vel lis cum defuncto iam fuerit conteſtata[g]: & tamen hîc dicitur, ex clauſula doli facto teſtatoris hæredem etiam ſupra, quam ad eum peruenit, teneri. Quod ea ratione hîc inductum eſt, quia (vt alibi dicit Iuriſconſultus) hic dolus ex contractu reiq; perſecutione deſcẽdit[h]. 2 Vnde conſtituenda hîc eſt regula. quoties † dolus per actionem ex contractu purgatur, hæredẽ in ſolidum conueniri[i]. Quid ergo, ſi actio ex cõtractu propriè non ſit? & tunc non eſſet locus ſu- I. prà ſcriptæ regulæ. Et † ideo in precario non 3 tenetur hæres, niſi quatenus ad eum peruenit[k]. actio enim illa ex interdicta, poſſeſsionis cauſam reſpicit, reſtitutoriaq; eſt: nec ex contractu oritur, ſed à prætore datur[l]. vnde ſecus eſſet, ſi II. præſcriptis verbis ageretur[m]. Qua † ratione & 4 idem in tributoria eſt, vt ex dolo domini malè diſtribuentis in heredem non agatur, niſi quatenus ad eum peruenit[n]. ad tributum enim dominus ex contractu ſuo non vocatur, ſed legis duntaxat dipoſitione, quæ hoc induxit propter ipſius domini ſcientiam ſeruum in peculiari merce negotiari permittentis[o]. Quod & in here- III. de menſoris[p]. itemq; eius, qui dolo malo rationes exhibere noluerit, conſtitutum eſt[q]. tenentur enim hi non contractu, ſed ex edicto prætoris: & ideo lex ait, mẽſorem ciuiliter obligatum non eſſe[r]. Sanè & in ea ſtipulatione dicendum IIII. eſt regulæ ſuprà ſcriptæ locum non eſſe, quæ actionis ex delicto acceſſoria eſſet. eius enim naturã imitaretur[s], quod omnes fatentur. Illud V. conſtat, actionẽ de dolo, quam prætor introduxit, aduerſus heredem non competere, niſi quatenus ad eum peruenit[t]: & ideo quando non ex ſtipulatu, ſed ea actione ageretur, legi noſtræ locus non eſſet[u]. Sed † quid, hæres non ex VI. facto defuncti, ſed ex proprio dolo cõuenireturr? 5 & tunc cõſtat quemlibet propriũ delictum præſtare debere[x]. Quid ergo, ſi quid promiſit dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe, moriatur? & non putarem ſuprà ſcripta ſtipulatione heredis dolum præſtari, quoniam (vt ſuprà vidimus) de ipſius promiſſoris dolo intelligitur, nec ad heredem tranſit[y], niſi concepta ſit, *Neque per me, neque per hæredem*, etc. tenebitur ergo hæres ex proprio dolo, non ſuprà ſcripta ſtipulatione, ſed alia actione, putà ex edicto de dolo.

e l. j. §. nunc tractemus. ver. plane. §. ſi apud. depoſ.
f l. j. ff. de priua. delict.
g l. j. C. ex. delic. defunct.
h l. ſi hominẽ. §. j. depoſ.
i l. ex contractibus. l. ex depoſiti. ff. tit. j. l. ad ea. §. fin. de reg. iur.
k l. quæſitũ. in fi. de precar.
l l. cũ pcario. §. j. eo. tit. vbi not.
m l. ij. §. j. eo. tit.
n l. illud. in fi. de. tribut.
o l. j. in prin. eo. tit.
p l. 3. §. pe. ſi mẽſ. fal. mo.
q l. ſi. de eden.
r d. l. j. ſi men. fal. mod.
s l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ſi qs caut.
t l. in hæredẽ. l. ſequi. de dolo.
u §. aliquando. Inſt. de ꝑpet. & temp.
x l. ſi duo. depo.
y l. ſtipulatio iſta. §. ſi qui dolum. ff. eod.

LEX CXXII.

1 *Summa & caſus legis.*
3 *Locus ad ſortẽ & vſuras trahitur.*
6 *Etiam fœnerator ante diem ſoluere poteſt.*
8 *Verbalis oblatio vitandæ moræ non ſufficit: interdum ſic.*
10 *Certo loco debens, in alio quãdoque ſoluere poteſt.*
14 *Pignorata in tempus, ante tempus redimi nequeunt: interdum ſic.*
B 17 *Fructuum vſuræ loco debitorum diuiſio facienda.*
20 *Percepti fructus quandoque non computantur.*
21 *Fructus redimenti vſumfructum pro rata debentur.*
23 *Ratæ computatio qualiter incunda.*

L. 122. Qui Romæ.

LEX CXXII.

QVi Romæ[a] mutuam pecuniam A acceperat ſoluendã in lõginqua prouincia per † menſes tres, eámque ibi dari ſtipulanti ſpopõdiſſet:

† poſt, alias.

QVI ROMAE[b]. ¶ Diſputauit Cerbidius Scæuola Quæſtionum lib. b xij. quoſdã difficillimos iuris noſtri articulos, quos hic compendiariè Iuſtinianus noſter reponenC dos curauit. Et in primis adnotanda eſt hęc ſpecies, ſecundum quam ſic in epitomen reſpõſum hoc redigitur. Qui † certo tempore, certoque lo- 1 co promittit, alio loco temporeque offerens nõ excuſatur. Verùm hic intellectus quem omnes probant, caſum ponit indubitabilem[z], cùm etiam ſi impedimentum loci non adeſſet nihilò magis excuſetur debitor: nec verbis contextus ſatis quadrat, cùm hoc modo fruſtrà detractæ ſummæ, quæ vſurarum nomine data erat, menD tio fieret: non conuenit quoque verbis quæſtionis, quibus bis de integra ſumma actum apparet: repugnat & regulis communibus, quibus traditur, oblationem, quæ fit verbis, non ſufficere[a]. ac hic probaretur ſufficere, niſi locus eſſet impedimento, reſponſioneſque Doctorum ſatis alienæ à contextu ſunt, dum plerique re ipſa factam dicunt, alij expreſsim à creditore repudiatam, alij iudicialiter factam: quæ omnia planè diuinatoria ſunt. Quapropter ego E ſic fingendum caſum arbitror: aliquis † mutua- 2 uit mihi CC. aureos, quos intra tres menſes Lugduni reſtituere promiſi, & pro horum trium menſum vſuris x. aureos retinuit[b]: poſt paucos dies obtuli me illi ſuam pecuniam reſtiturum: quæritur, an nihilo minùs conueniri Lugduni ad integram ſummam poſsim? & diceret aliquis, non poſſe, quia centum nonaginta dunF taxat accepi: vnde non videtur ſubeſſe ratio, cur in illis decem ibi conueniar: ratione enim vſurarum non ibi, ſed hîc conueniendus eſſem: quia locus, cuius principalis ſtipulatio meminit, reſpectu vſurarum repetitus non cenſetur[c]: ergo idem in hac ſumma, quæ licet nomine ſortis debeatur, tamen iure vſurarum detracta eſt. Sed tamen Iuriſconſultus aliter reſpondit: decem enim illa, quæ pro vſuris creditori relicta ſunt, ſortem ipſam conficiunt, nec locum vſurarum priùs tenent, quàm deberi cœperint, id eſt, quam lapſi ſint tres menſes, videturq; tacitè inter nos, & breui (quod dicitur) manu

z l. ꝑ Labeo. de Carb. edict.
a l. qui dem. §. idem reſpõſum. de ſolut.
b l. eos. §. §. ſup. uſurarũ. verſ. in traiectitijs. C. de uſur.
c d l. ita quis in prin. ff. cod. vbi. Bar.

manu id actum[a]. Hincq; adnotandum eſt, lo-
3 cum † ſtipulationi adiectum non ad eam ſummam duntaxat trahi, quæ verè cauſa ſortis numerata eſt, ſed etiam ad eum, quæ quòd vice vſurarum retenta ſit, numerata fingitur: meritò tali caſu ſufficit qualiſcunque oblatio, cùm hîc de ſumma nomine vſurarum detracta principaliter dubitaretur, quæ penes ipſũ creditorem erat.

a l. pecuniã. de ſolut. l. 3 in fi. de don. inter vir.

**Poſt paucos dies Romæ teſtatò creditori dixit, paratũ ſe *a* eſſe Romę eã numerare, detracta ea ſũma quã creditori ſuo vſurarũ nomine dederat.**

4 Sed † quid, ſi temporis duntaxàt facta ſit mentio, non loci? finge: promiſiſti mihi centũ danda ad bienniũ, an antè poteris me inuitio ſoluere? & conſtat regulariter poſſe[b], nec legi noſtræ locum eſſe, quia dies fauore debitoris cẽſetur adiectus[c]. fauori autem ſuo renuntiare quilibet poteſt: qua de rè loco ſuo ſuprà à nobis diſputatũ eſt[d]. Quę ſententia etiam procedit, cùm vſuræ promiſſæ ſunt, dum tamen tempus curſui vſurarum, non autem petitioni ſortis adiectum ſit. nihil enim impedit, quin debitor ſortem ſoluendo, vel obſignando, futurarum vſurarum incrementa pro-
5 hibeat[e]. Quid † ergo, ſi ſortis ſoluendæ dies adiecta eſt? putà, mutuo tibi ad annum centum, pacto vt interim denarium menſtruum ſoluas? & Bar. cæterique videri hoc caſu diem ad fauorem quoque creditoris pertinere exiſtimarunt, cuius intereſt pecuniam ſuam otioſam non eſſe[f]: & ideo ante tempus ſolui non poſſe, ſicque legem noſtram extendi cenſuerunt. Quod dupliciter limitat Accur. & in primis, niſi totius tẽporis vſuræ præſtentur[g], exiſtimatque poſſe totius tẽporis vſuras præſtare, etiam ſi iam à principio alicuius temporis, putà duorũ menſium, creditor vſuras accepiſſet. non enim ideo videtur tacitè à contrario ſenſu actum, vt reliqui temporis præſtari à principio non liceat[h]: ſicque ego verba Accurſij interpretor, quæ alij non ſat videntur percepiſſe. Rurſus idem Accurſ. limitat, vt ſi poſsit creditor pari cautela vtilitateque alteri fœnerare, adhuc oblationem ei inuito ante tempus factum valere exiſtimet, nec tali caſu futuri temporis vſuras pręſtare ei debitorem teneri: ſicque legem quoque noſtram limitandam eſſe[i]. Cui ſententiæ Doctores communiter repugnant, quia inuitus nemo debitorem mutare compellitur[k]: quod profectò non ignorauit Accur. ſed Hirnerij antiquiſsimi interpretis ſentẽtiam videtur aliquatenus temperaſſe. Cen-
6 ſuit ille, paucique cum eo Veteres, etiam † in fœneratitio contractu indulgendum debitori eſſe. vt ante tempus ſoluat, niſi expreſsè aliud actum ſit. quæ ſententia verbis legis noſtræ probatur, quæ cùm reſpectu loci decidat dilationem non valere, conſequens eſt, vt reſpectu diei, cæterarumq; obiectionum cẽſeat valuiſſe[l]. aliàs enim, etiam ſi de loco cautum nõ eſſet, lex noſtra procederet, ſicque caſum minùs dubitabilem Scæuola decidiſſet. Confirmatur hæc ſentẽtia, quia nunquam ex ſtipulatione debentur vſuræ, niſi expreſsè ſit actum[m]: ſed ex mora[n], quam iſte non committit, qui ante diem ſoluit. Nam & iu-
7 ra generaliter dicunt, diem † pro debitore eſſe, nec diſtinguunt contractum fœnebrem à cæteris[o]. Meritò ergo poterit debitor ante diem ſol-

b l. qđ quis. ff. tit. j. l. qđ in diem. de ſolut.
c l. cũ tempus. de reg. iur.
d l. ſtipulatio iſta. §. inter certã ff. eod.
e l. acceptã. C. de vſur.
f l. ij. §. tua & mea. mand.
g arg. l. 3. §. Stichus. annua. de ſtatulib.
h arg. l. cũ prætor. de iudic.
i arg l. qui aũt. §. ſed & ſi quis. de conſt. pec. l. diem functo. de off. aſſeſſ.
k l. ſi mandato. §. j. mandat. l. ſi Stichum. in fin. de nouat.
l l. qui teſtamẽto. de teſt. c. j. de æta & qua. li. 6.
m l. huiuſmodi. ff. eod.
n l. lecta. in fi. ſi cer. pet.
o d. l. cum tempus. d. §. inter certam.

A B C D E F

uere, dum id, quod creditoris intereſt, reſarciat, vt Accur. ait. Nec me mouent Doctorum, qui ei aduerſantur, argumenta: quia quamuis verum ſit neminem cogi, vt debitorem mutet, cogitur tamen eum liberare, qui quod debet, ſoluit[p].

p Inſtit. quibus mod. tol. oblig. in prin.

**Queſitũ eſt, cũ in integrũ ſummã *b* † qua ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit: an eo loco in quo ſoluẽda ꝓmiſſa eſt, ſua die integra peti poſsit.**

DIXIT PARATVM SE[a]. ¶ Videtur his verbis ſignificari, ſimplicẽ oblationẽ verbotenus factam fuiſſe. Vnde adnotari à contrario ſenſu poſſet, ad euitandam moram oblationem ſufficere, dum loco con-
8 gruo & tempore apto facta ſit. Sed † hac in re Doctores vno ore reclamant. requiri enim oblatio-
I. nem, quæ re ipſa fiat[q]. Fortiùs aliqui cenſuerunt, etiam obſignationem neceſſariam fuiſſe, quoniam hic de impediendo vſurarum curſu agebatur[r], quod Soc. & Iaſ. tradiderunt: quæ ſententia reſpectu vſurarum nondũ ſolutarum vera eſſet: at in caſu legis noſtræ ſuprà vidimus iam ſolutas eas fuiſſe, debitoriq; in ſorte cõputatas oſtendimus: item hîc de ipſarum vſurarum curſu non ambigi, ſed quæſtionem reſpectu ſortis verti, an ea ſua die præſtituto loco peti poſſet?

a † in quã, *aliàs*,
q l. ſeruus ſi hæredi. in fi. de ſtatulib. l. qui decẽ. §. idem reſponſum. de ſol. Bar. l. prætor. §. ſi qs paratus. de op. no. nunt.
r l. acceptã C. de vſur.

II. Quid ergo dicẽdum? & Din. Iac. Old. Paul. Alb. cæteriq; crebriore calculo intelligendum hîc aiunt, quando oblatio legitimè facta eſſet, id eſt per rei ipſius exhibitionem. verbis enim non fit oblatio, ſed re ipſa[s]. Sed hæc ſententia verbis
III. legis noſtræ non ſat conuenit. Raphael ſufficere hoc caſu verbalem oblationem exiſtimat, quia creditor expreſsè reſpõderat nolle ſibi Romæ ſatisfieri vnde fruſtra ipſa res fuiſſet exhibita[t]. Hincq; inferunt Doctores, vbi oblatio rei ipſius neceſſaria eſt, ſufficere verbalem, quam creditor recuſauerit: quod & Bal. Paul. Alexan. tradiderunt, Iaſonque diffuſius diſputat. Ego ad reſponſionem creditoris aduertendum arbitror, vt ſi verbaliter offerenti reſponderit ſe nec rem quidem accipere velle, ſuprà ſcripta opinio ſit vera[u], quæ & communiter recepta eſt: quod ſi ſimpliciter abnuit, contradixitque, potius eſt, vt ſaluum ſibi ius ſuum ſit, videaturque contradixiſſe, quia ſciebat ius ſuum durare[x], ne aliàs tali contradictio aduerſarij oblationẽ, quæ infirma erat, confirmare præter mentem contradicentis cenſeatur[y]: ſicq; defendi Socini, quorundamque aliorum ſententia poſsit. debet enim in re dubia ea interpretatio accipi, quam verbis ſuis adferre creditor velit[z]. Hincq; apparet hanc quoque Raphaelis ſolutionem diui-
IV. natoriam eſſe. Iaſon oblationem hanc verbotenus, ſed in iudicio factam comminiſcitur: quo caſu vim eius, quæ reipſa facta ſit, habet[a]. Teſtatio ergo, cuius in lege noſtra fit mentio, non
V. extra iudicium[b], ſed iudicialiter intelligetur[c].
9 Ego † oblationem re ipſa fieri nõ oportere hîc cẽſeo: quia (vt ſuprà docui) hîc dubitatur de ſumma vſurarum nomine detracta, quam offerre nõ poterat promiſſor, cùm iam ſtipulator eam ſibi in ipſa numeratione retinuiſſet, ſeu iam eſſet per promiſſorem numerata.

b CVM INTEGRAM SVMMAM[b]. ¶ Nec tamen (inquit Accurſius) cæteras vtilitates præſtitit, quas conſecuturus fuiſſet ſtipulator, ſi ſua die & loco ſatisfactum ſibi eſſet[d]. Vnde ſequitur,

s l. promiſſor Stichi. §. j. de cõſtit. pecul. c. j. de eo, q mit. in poſ.
t gl. c. paſtoralis. in fi. de offic. ordin.
u Arg. gl. l. fi. in gloſ. mag. de in int. reſt.
x l. ſicut. §. non videtur. quib. mo. pig.
y l. legata inutiliter. de 'e. j. l. nõ oĩs. ſi cert. pet.
z l. ſi quis intentione. de iudic.
a l. ſi quis rẽ in fin. vbi Bart. de pig. act. Bar. l. ſi debitor. j de ſol.
b ff. ea l. §. cohæredes.
c l. ſin. ff. de leg. commiſ.
d l. 3. §. idem Iulianus. de eo, q cer. loc.



10 quitur, vt † qui certo loco debet, in alio quoque poſsit ſoluere, dum modò omnẽ loci vtilitatem creditori reſarciat. quod & Bar. probat, idq; argumẽto legis noſtræ, quæ à contrario ſenſu innuit, ſi ſumma vſurarũ non fuiſſet detracta, oblationem futuram legitimam ratione tẽporis. Ergo idem ratione loci, ſi & vtilitas loci repræſentata fuiſſet, niſi dicas à contrario ſenſu hoc non inferri, & plus arctari debitorem ratione loci, quàm tẽporis[a]. aliàs ſequeretur etiã propter tẽpus actionẽ arbitrariã fieri, ſicvt per locũ. quod tamen falſum eſt[b]. Meliùs fortè hæc ſentẽtia Ve-
11 nuleij reſpõſo probatur, qui † eum, qui Epheſi dare promiſit, poſſe vbiq; ſoluere ait[c]. Quod intelligunt Doctores, ſi omnem vtilitatem loci offerat. Ego tamen malim, volente creditore, intelligere: quod Accur. & alij faciũt. Vnde fortiùs ea ratione probatur, quę habet, ſtipulationes ad id,
12 quod intereſt, dũtaxat competere[d]. Si † ergo debitor omne id offerat, non poterit ſtipulator cõtendere, vt certo loco detur, cùm ſua amplius nõ interſit. Sed hanc quoq; rationẽ confutat Raph. Comenſis, quia ſemper ſtipulatoris intereſt: qui ſi certo loco accipiat, nihil vlteriùs habet, quod laboret: at ſi alibi accipere cogeretur, probare deberet, quantum ſua intereſſet certo loco non accepiſſe. Quod difficile lex exiſtimat[e], maximè cùm & lucri ceſſantis ratio hoc caſu ducenda eſſet[f], quæ proculdubio haud facilè initur, iniquũq; eſt ſubijci huic periculo adverſus expreſſa ſtipulationis verba creditorẽ. Cui rationi Caſtrẽſis, Beſutius, Iaſon, Troquatusq; dãt manus, fatenturq; ſuprà ſcriptã concluſionem non procedere, niſi cùm partes in huius vtilitatis æſtimatione ſunt concordes. At Socinus negat onere probandi creditorem hoc caſu adficiendum, ſed ipſum promiſſorem potiùs, tanquam huius vtilitatis probatio rei intẽtionem fundet[g], qui adverſus iuris regulam nititur[h]. Quam ſententiam eleganter Iaſ. irridet, cùm hoc modo reus id probare deberet, quod adverſus ſe faceret, nempe ſubeſſe actori vtilitatem loci, quam ſua intereſſet minimã eſſe. Rectiùs fortè Aretinus[i], qui ſentit probationem hanc creditori nihil noui oneris inferre, cùm omnino ei id incumberet, ſi in loco præſtituto debitor non ſolueret[i]. Ergo idẽ ſi ſpontè velit in loco, quo cõtraxit, ſoluere, nec quod (ait Iaſ.) iuramento creditoris ſtãdum eſſe verũ eſt, niſi cùm dolus argueretur[k]. At † mora
31 à dolo ſecernitur, et regulariter ad culpã dũxatat pertinet[l]: aliàs eadem ratione diceret Aret. etiã hoc caſu eius iuramento ſtandum reſpectu prædictæ vtilitatis eſſe. Ego temere non eſſe à regula recedẽdum arbitror, vt is, qui certo loco promiſit, alibi offerens non audiatur[m]. Quod intelligo, etiã quantãcunq; vtilitatem offerat. Quòd ſi obduret contra præceptum iudicis, ne ibi ſoluat, non tamen cogi perſonaliter poterit[n]. Vnde neceſſariò ad ęſtimationem eius, quod intereſt, deueniendum erit[o], quæ quandoque iuramento in litem fieri ſolet. qua de re alibi[p].

**Reſpondit, poſſe ſtipulatorem ſua die ibi, vbi ſoluendam ſtipulatus eſt, petere *a*.**

a Bart. hic pen. quæſt.
b l. qđ ff Epheſi. in prin. de eo. quod cer.
c l. continuus. §. cum ita. ff. eod.
d l. ſtipulatio. §. alteri. ff. eod.
e l. ģn. de præt. ſtipul. ff. l. iij. §. fin. de eo, quod cert. loc.
g Bart. l. in illa. ff. eod.
h l. act. quod. C. de probat.
i d. l. iij. §. fin.
K l. ſi quand. C. vnde vi, l. ſemper. §. hoc interdicto. quod vi, aut clam.
l l. fin. §. j. ad l. Rhod. Doct. l. quod te. ſi cert. pet.
m l. pen. de eo. quod cer. loc.
n l. nemo carcerem. C. exact. tribut. lib. x.
o l. qui reſtituere. de rei vend.
p l. ſtip. non diuiduntur. ff. eod.

a PETERE[a]. ¶ Sed † dubitãt hîc Doctor. quid,
14 ſi debitor ſtipulatori pignus dedit, vt loco vſurarum fructus acciperet, adiecta lege, ne vſq; ad tale tempus liceat ei luere? & concludũt, valere pactum, nec ante præſtitutã diem ius luendi debitori eſſe. Sed quid, ſi nõ certa dies ſit præfixa,



ſed actum, vt nunquam lui pignus poſsit? & hac in quæſtione arbitror diſtinguendos eſſe duos caſus. Primus eſt, cùm pignus amplioris valoris eſt, quàm in ſtipulatoris creditum: & videtur talis pactio in fraudem legis facta eſſe. Vnde qua ratione in pignoribus legis commiſſorię pactum reprobatum eſt[q], eadem & hoc caſu reprobandum videtur, vt Alber. Imol. Paul. Caſt. Aret. Iaſ. & hîc pleriq; alij tradiderunt. Quod Accur. ſenſit procedere, etiã ſi non in perpetuũ, ſed ante XXX. annos ius luẽdi impediretur. ſapit enim tanti tẽporis dilatio alienationis natura[r]. quod & Ang. tradidit, licet alibi idem Accur. aliter ſenſerit, ſed nõ recepta ſententia[s]. Idemq; cenſendũ, cùm fructus pignoris adeò vberes eſſent, vt legitimũ vſurarum modũ excederẽt[t]. ſubeſt enim eadẽ ratio, vt in fraudem legis facta hæc pactio videatur: Sequẽs † caſus eſt, cùm pignus non 15
amplius valet, quàm ſors debita[u], nec eius fructus legitimas vſuras excedũt. & ſunt, qui adhuc ſentire videantur, pactũ non valere, tãquam adverſus naturã pignoris ſit[x]. per pignus enim nõ fit alienatio[y]. at tale pactũ alienationẽ induceret[z], viderenturq; partes repugnãtia agere, vt pignus in re ſibi alienata creditor haberet[a], & q etiam ſoluta pecunia non licet debitori rẽ ſuam recuperare[b]. meritò ergo videbatur pactum nõ valere, vt Alex. & Iaſ. tradidit. Alij verò valere pactum exiſtimant, pignusq; in aliam contractus ſpeciẽ converti, quia pactum contra ſubſtãtiam contractus illum in aliam ſpeciem reformat[c]. quam ſentẽtiam Raph. Beſut. & Soc. amplectuntur. Accur. & Veteres ſimpliciter dicunt, ſi adiecta ſit ea pactio contractui pignoris, non valere: nec explicatur, an pignus ipſum non valeat, an pactio. Ego † non video, cur hoc caſu vtrunque 16
valere non debeat. nihil enim aliud infert hæc pactio, quàm vt videatur à debitore actioni pignoratitiæ renuntiatum, nec quicquam obſtat, quin ei actioni renuntiare quis poſsit[d]. Vnde non ideo excludetur creditor, quin, ſi velit, oblato pignore cogere debitorem ad ſoluendum poſsit, quod rectè hîc Raphael ait[e], perinde ac ſi cautum eſſet, ne debitori luere inuito creditore liceat: quæ pactio valet, vt & Caſtrenſis hîc tradit, nec adverſus ſubſtantiam pignoris videtur, cùm illud non perimat, ſed ſalua nihilo minùs actio creditori remaneat: alioquin nec valeret mutuum ciuile contractũ hoc modo, *Promittis mihi citra vllam exceptionem reſtituere centũ, quæ tibi mutuaui, cùm voluero*[f]: videtur enim & hoc caſu in creditoris voluntatem reiecta pignoris luẽdi facultas: tametſi etiã dici poſsit, quãvis adverſus ſubſtantiam contractus pactio ſit, nihilo minùs valere. qua in re alibi diſtinxi[g]. Socinus, ſi hodie huiuſmodi pactio ineatur, eius effectus eſſe cẽſuit, vt impediat quidem debitorẽ ne ſolutione inuito creditore à ſe facta pignus liberet, nõ tamẽ impediat, quin auctoritate legis liberetur, inducta cum fructibus compenſatione, qui ipſo iure ſortem attenuãt[h]. Sed ego cõputationem hanc ita ineundam arbitror, vt vice mutua imputare creditor poſsit, quantum lucri veriſimiliter ex pecunia ſua facturus fuiſſet, ſi ſibi mora per debitorem facta nõ eſſet[i], vt quod lex vetus de vſuris ait, hodie quoque in eo, quod intereſt, habeat locum. Ex ſuprà ſcriptis quoque infert

L. 122. Qui Romæ.
q l. fin. de pact. pig. vbi gl.
r §. locationis. in auth. de alien. & emphyt.
s gl. l. codicillis. §. inſt. de leg. ij.
t l. eos. C. de vſur.
u Arg. l. ſi fundus. §. fi. de pig.
x l. cum precario. ff. de precar.
y l. pig. de pig.
z l. qui habebat. de leg. iij.
a l. neq; pignus. de reg. iur.
b l. item liberatur. quib. mo. pig.
c l. cum manu. in fi. de cõtrahẽ empt. l. j. in fin. mand. l. j. §. ſi qs ſeruũ depoſ. l. naturalis. in fi. l. inſulam de præſ. crip. verb.
d l. pen. C. de pact.
e l. à Titio. in fi. ff. eod.
f d. l. à Titio. in fin. ff. eod.
g l. ij in princ. ſi cer. pet.
h l. j C. de diſt. pig. c. j. de vſur.
i l. cum debitor. ff. in quib. cau. pig. vbi Salic. & Fulg. Pract. Papien. in act. hypoth. verb. relaxandum.

A B C D E F

17 Bart. ſi creditor † ex pacto fructus fundi pignorati pro vſuris haberet, & debitor fundũ luere fructibus nondum collectis, ſed propemodum maturis vellet, debere diuiſionem fructuum pro rata temporis fieri [a], vt ſicvt vſuræ ſecundum tempora debentur, ita etiam de fructibus, qui eis ſubrogati ſunt, iudicemus. quam ſentẽtiam omnes hîc probant.

a l. diuortio. & l. de diuiſione. ſol. mat.

¶ Callimachus [a] mutuam pecuniam nauticã accepit à Sticho A ſeruo Seij in provincia Syria, ciuitate Beryto, vſq; Brẽteſium:

Addit Raph. eodem exemplo reſpondendum eſſe, cùm quis vendito fundo ius redimendi certo pretio ſibi reſeruauit: & deinde intra præfixa tempora eum fructibus plenum vult emere. debent enim pro rata computari fructus pendẽtes, ne aliàs in facultate iſtius ſit vbertatem, ſementemque maximam expectare, & damno dominum adficere [b]. Quam ſententiam & Socinus & Iaſon hîc probant, quia talis retrovenditio ex neceſsitate præcedentis pacti fit, ideoque domino ſuccurrendum eſt, ſicvt & in dote propter reſtitutionis neceſsitatem ſuccurritur [c]. Nec obſtat, quod lex ait, tali caſu habendam fructuũ rationem, qui poſt oblationem percepti ſunt [d]. Reſpondeo, non explicari ibi, quemadmodum habenda ſit, ſed intelligi, vt perinde poſt oblationẽ iudicetur, ac ſi fundus retrò traditus fuiſſet eo modo quo debuit, putà computatis pro

b Arg. l. ſed & ſi ideo. in fi. ſol. mat.

c Bar. d. l. diuortio.

d l. ij. C. de pact. int. empt.

18 rata fructibus. Extenditurque † hæc concluſio

I. quibuſdam caſibus. In primis, vt idem in cenſu credamus, quem quis ſupra domum ſuam ſingulis annis in Martinalibus ſoluendum conſtituit, adiecto pacto, vt liberare ſe intra decenniũ poſsit. quamvis enim vltimo anno aliquibus ante Martinalia menſibus obtulerit, eius tamen anni pro rata duntaxat temporis pẽſionem præſtare tenebitur, licet aliqui etiam integrum cenſum exoluendum putent [e]: quos Catullinus nõ

e Guid. Pap. q. cdxxj. Cagnol. rep. d. l. ij.

II. probat, nec ego. Rurſus † procedit ea concluſio, etiam ſi eo tempore, quo venditus primùm

19 fuit fundus, tãtum fructuum, vel etiam ampliùs pendẽtium fuiſſet. illos enim emptor iure contractus ſui acquiſiuit [f], nec eorum ratio habenda eſt, vt amplius in contributionẽ huius ratæ partis veniant. nam & idem in beneficiario cliente

f l. Iulianus. §. ſi fructus. de act. empt. l. fi. verſic. itaque. de iure fiſci.

III. reſponſum eſt [g]. Hincque conſequens eſt, vt † ſi

20 collectis fructibus poſt duos forte mẽſes fiat oblatio, in cõputationem non veniant fructus iam percepti, quos ſuos emptor ſtatim fecit, iureque dominij acquiſiuit [h], ſed duntaxat rata hæc portio reſpectu fructuum ineatur, qui adhuc pendẽtes ſunt, vel ijſce duobus menſibus ſati procuratiq; ſunt. Quod tamen in contractu dotis nõ eſt, in quo etiã fructuum perceptorũ habetur computatio, vt ſecundum tempus, quo onera matrimonij maritus ſuſtinuit, lucretur fructus [i]: quod hîc Iaſon & Soc. tradiderunt, argumentũ, quod Alexan. adverſus Raph. induxerat, ſic eleuantes.

g Bal. l. j. q. xiij. de rer. diuiſ. arg. l. fin. §. non ſolũ. quæ in fraud. cred.

h l. Herennius. j. ff. de vſur. gl. c. illo vos. de pig. ver. percepti.

i l. interdum. l. fruct. ſol. mat

IIII. Sed † quid in eo reſpondebimus, qui non iure

21 dominij, ſed vſusfructus hos fructus collegiſſet? verbi gratia, vendidi tibi vſumfructum talis fundi centum aureis [k], reſeruato iure quandocunque eodem pretio luendi? & Soc. videtur ſentire diuiſionem hanc ſecundum ratam hoc caſu fieri non debere, ſed omnia ad redimentem pertinere: quia fructuarius nihil ex fructibus percipit, ſi ante quàm colligantur, vſusfructus finiatur [l], quod ſecus eſt in eo, qui iure proprio habeat, qualis beneficiarius cliens [m], vel qualis fiduciarius, qui reſtituere alteri grauatus eſt [n]. pro rata enim penſiones retinebit, quod Soci. ex facto reſpondit: vel qualis partiarius, qui ius ſocietatis in fructibus habet [o], vt Fede. Senen. cenſuit: quod & reſponſum in eo eſt, qui fundum ad vitam emerat, vt aliqui hîc tradunt. ijs enim caſibus locus erit Raphaelis ſententiæ, vt ſcilicet fructus

K l. vſufruct. ff. ſol. mat.

l § is vero ad. Inſt. de rer. diuiſ.

m c. j. §. ijs conſequenter. hic fin. lex Cor.

n Soc. conſ. xiij. in fi. iij. vol arg. contra d. l. Herẽnius.

o Fed. conſ. cx. ſi iſte.

22 pro rata diuidantur. Sed † ego idem etiam in eo, qui vſumfructum emit, reſpondendum cenſeo, cùm vſusfructus hoc caſu facto redimentis finiatur, quod nocere emptori non debet [p]. nam & videmus, ſi fundus pecunia locatus ſit, quandocunque fructuarium ius penſionis pro rata petendæ tranſmittere [q], quod Alb. & Veteres cenſuerunt: tametſi ego & hanc deciſionem & B ſuprà ſcriptum Socini Federicique reſponſum nõ temerè approbauerim [r]. Sed † quomodo ini- V.

23 bitur huius ratæ computatio, an annum à die contractus ordiemur, an à iactis ſeminibus? & Soci. cenſuit à iactis ſeminibus, ſeu à tempore, quo curari cœpta ſunt [s]. Quæ ſententia propter variam ſeminum naturam ferè inextricabilis eſt, cùm alia alio menſe & ferantur & proveniant. Ego eum, qui paciſcitur de fundo redimendo, non videri de fructibus intelle-C xiſſe arbitror [t], & ideo non admitti ad redemptionem, niſi ſupra præſtitutum pretium etiam offerat, quanti meſsis in herba venum ire poſſit [u]. lex † enim ſolùm haberi fructuum ratio- 24 nem, qui poſt oblationem ex fundo provenerunt, ait [x], quaſi ſentiat, quicquid in fundo ante oblationem erat, ad dominum pertinere, illique æſtimandum eſſe.

p arg. not l. ij. C. de bon. mat. Bart. auth. idẽ. C. de bo. quę lib.

q l. ſi operas. de vſufr. Alb. l. defuncta. de vſufruct.

r arg. d. l. Herennius. & d. §. ſi fructibus.

s arg. d. §. ijs cõſequẽter. & d. l. diuortio. §. non ſolum.

t l. inter ſtipulantẽ. §. fi. & d. §. cum fundũ. l. ſi filiusfamilias. ff. eo.

u l. j. §. ſi heres præcepto. ad Trebel.

x d. l. ij. C. de pact. inter emp.

1 *Summatio & Caſus §.*

D 2 *Dies conſtituit in mora.*

3 *Adiectio diei & pœnæ moram impurgabilem facit.*

4 *Interdum merces ex pecunia mutuata comparatæ tacitè obligantur danti mutuum.*

7 *Prædicta repeti poſſunt.*

8 *Nuntius diem ſolutionis prorogare nequit, miſſus recipiendæ pecuniæ gratia.*

13 *Viator profeßione mercium excuſatur.*

17 *Mandati fines inſpiciendi.*

§. CALLIMACHVS [a]. ¶ Obligatio † nau- a 1
E ticæ pecunię poſt moram debitoris quamvis ſecuto naufragio perpetuatur, nec excuſatur mora nuntij conſenſu, qui arbitrium quocunque loco & tempore recipiendi non habebat. CASVS. Stichus ſeruus meus, quem calendario Beryti, quę ciuitas eſt Syriæ, præpoſueram, mutuauit mille aureos fœnoris traiectitij Callimacho, adiecta lege, vt intra ducentos dies ſibi hæc pecunia reſtitueretur, viſumque eſt id tempus ſufficere à Beryto Brunduſium vſque (Græci Bren- F teſium, quaſi caput cerui, vocãt: in ora eſt Adriatici maris, ſeruatque hodie nomen.) & inde ad Berytum, itineri. Cæterùm quia nauticæ pecuniæ ea eſt conditio, vt periculo creditoris ſit [y], noluit Stichus, vt in hyemem vſq; tardaret reditum ſuum Callimachus, (quoniã, vt inquit F. Vegetius [z], ex die III. Iduum Nouembris vſque ad diem ſextum iduum Martij maria clauduntur, idq; propter geminatam eo tempore maris ſæuitiam) ſed omnino mercibus naui intra idus Septẽbris impoſitis Brunduſio ſolueret, vt apto nauigationibus tempore reverti poſſet [a]. quod ſi fieri ab eo non potuiſſet, conventum eſt, vt pecunia Romæ ſolueretur, datusque illi comes & nuntius Eros, qui eam pecuniam deferendam Romam procuraret: non fecit hoc Callimachus, ſed cùm non ante (ſic enim legẽdum) Idus ſuprà ſcriptas enauigauerit, ſubmerſa naui ſe excuſabat, quòd Erotis ſententiam, qui ſecum poſt tẽpus cõvẽtum venerat, ſecutus eſſet: reſpondit Iuriſconſultus, tantùm non licuiſſe Eroti, niſi probetur mandato domini prorogare eum ſolutionis tempus potuiſſe. confeſtim enim poſt idus Septembris actio illi quęſita eſt, qua Romæ ſoluere Callimachus tenebatur: eam adimere Eros conſenſu ſuo non potuit. Sed quæ potuit eſſe dubitandi ratio? & ſciendũ, ſolitos Veteres, cùm traiectitiam pecuniam traderent, ſeruum aliquem cum

y l. j. l. fœnerator. ff. de nau. fœn.

z lib. iiij. c. ix.



a l. vtiq. de rei vend.

idq; creditum eſſe in omnes nauigij dies ducentos ſub pignoribus & hypothecis [a] A mercibus à Beryto cõparatis, & Brenteſium perferendis, & quas Brenteſio empturus eſſet, & per nauem Beryto invecturus. B convenitq; inter eos, vti cũ Callimachus Brenteſiũ perveniſſet, inde intra idus Septẽbres, quæ tunc proximæ futuræ eſſent, alijs mercibus emptis, & C in nauem miſsis, ipſe in Syriã per nauigiũ proficiſcatur [b]. aut ſi intra diem ſuprà ſcriptam non reparaſſet merces, nec enauigaſſet de ea ciuitate, redderet vniuerſam continuò pecuniã, quaſi perfecto nauigio, & prę́ſtaret ſumptus omnes proſequentibus eam pecuniam, vti in vrbem Romã eam deportarent: eaque ſic rectè dari fieri fide roganti Sticho ſeruo Lucij Titij promiſit Callimachus: & cùm ante † idus ſuprà ſcriptas ſecundũ conventionem mercibus in nauem impoſitis, cum Erote conſeruo Stichi, quaſi in provinciam

debitore mittere, qui ſolutionem procuraret [b]: quo nomine Eros miſſus in caſu noſtro fuit. Cùm ergo eam pecuniam Eros non acceperit, videbatur creditorem ipſum ſerui factum præſtare debere, tanquam non per Callimachum, ſed per Erotem ſteterit [c]: ſicvt videmus conductorem equi, cui veterinarius comitem iumenti reducendi cauſa dedit, excuſari, ſi ob non adhibitam cuſtodiam perijt animal, tanquam ipſi cuſtodi id imputetur [d]. Sed tamen aliud Scæuola reſpondit. dies enim Iduum Septembris inter-

b l. traiectitię. ff. tit. j. l. nihil. in fi. ff. de nau. fœn.

c l. Seruius. eod. tit.

d l. ſi, vt certo. §. ſi de me. ff. cõmod. vbi gl. & Bar.

2 pellauit Callimachum, in † moraque eum conſtituit [e], à qua non niſi per oblationem legitimè factam potuit liberari [f]: ideoq; ex culpa ſua Callimachus tenetur, non autem ob factum ſerui, qui noluerit accipere. Dixerit aliquis; cùm purgari mora potuerit, cur excuſari Callimachus ob caſum fortuitum, qui interim evenerit, non debet [g]? Reſpondeo, non potuiſſe in caſu noſtro purgari moram. ſicvt † enim vbi dies & pœ-

e l. magnam. C. eo. tit.

f l. interdum §. ſi. ff. eo.

g l. ſancimus. C. de fideiuſ.

3 na obligationi adijcitur, nulla eſt moræ purgatio [h], idque, vt ſuprà docui, propter vim conditionis, ſub qua pœna promitti conſueuit, ita in noſtro caſu, in quo dictum erat *Si intra idus non nauigauero, dabo ſtatim Romam expenſis meis perferendam pecuniam.* conditio enim evenit, quæ præcisè & ad vnguẽ ſeruari debet [i]. Qua ratione ſuprà quoque cenſui, quoties quis ſtipulationi ſubijciat, ſi id ea die factum non ſit, quanti intererit, præſtiturum, non eſſe purgationi moræ locum. quod Imol. & Aret. hîc cẽſuerunt, Beſutiusque & Puteus ſuprà tradidere [k].

h d. l. traiectitiæ. d. l. magnam.

i l. Thais. §. intra de fid. lib.

k l. ſtipul. nõ. §. fin. ff. eod. vbi dixi.

a SVB PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS [a]: ¶ Niſi expreſsim hoc conveniſſet, non habuiſſet ius pignoris creditor: quia merces ex pecunia mutuò accepta comparatæ, non cẽſentur tacita hypotheca creditori mutuum dãti obligatæ. vnde in illis nõ præferretur cęteris creditoribus [l],

4 niſi † tamen minor XXV. annis eſſet, qui mutuauit. huic enim lex magis ſuccurrit [m]. Excipit illum quoque caſum Accur. cùm quis nominatim emendarũ mercis cauſa pecunias credit. videtur enim tacitam hypothecã in mercibus acquirere [n]: quę ſententia in eo, qui militiæ emendę cauſa mutuum dedit, vera eſt [o]. Idemq; ſi ab argentario ſit data pecunia: qđ ius ſpecialiter Iuſtinianus eis conceſsit [p], vt appareat regulariter ſecus eſſe. Solũ ergo, qui in merces emendas mutuat, priuilegiũ perſonale, vt aliqui tradiderũt, habebit [q], hypothecæ regulariter non habebit. hincq; apparet cõſultò egiſſe creditorẽ, qui voluit à Callimacho ſibi ſpeciali hypotheca in mercibus emendis caueri. hoc enim caſu potior eius eſt cauſa etiam adverſus creditores, qui tempore prio-D res ſint [r]. Sed nunquid in generali mercium obligatione prę́ſentes duntaxat veniant, an etiã futuræ? & quia hîc mẽtio futurarum quoq; facta eſt, videretur aliàs de eis actum non cẽſeri, quod Soc. hîc cenſuit: ſed Iaſ. contrà. nec enim firmum argumentũ ex narratione facti hac in lege accipi poteſt [s], & temerè à regula recedendum nõ eſt, quæ hypothecam ad futura bona producit [t]: & cùm obligatione generali etiam merces, cæterę-E queres promercales contineatur [u], vt receptior eſt ſententia, debent tam præſentia, quàm futu-5 ra compræhendi. Ego † in caſu legis noſtræ Soci. opinionem poſſe defendi arbitror, vt obliga-6 tio hæc mercium ſtrictè accipiatur: quia † cùm natura mercium ſit, vt promiſcuè alienentur, non videtur eis iniectum vinculum, quo impediri natura earum poſsit [x], niſi expreſsim id actũ ſit, vel hypothecę verba ad vniuerſitatẽ referãtur [y]. tunc enim nõ impeditur earũ alienatio, cũ alię ſubrogentur, quæ faciunt eandẽ vniuerſitatem F videri [z]. Vnde conſequens eſt, vt alienatione reſpectu rerũ alienatarũ extinguatur hypotheca, & in ſubrogatis excitetur: nullis autẽ ſubrogatis ſecus eſſet: qua tamẽ in re propter varias Doctorum altercationes [a] ampliùs deliberandum eſt.

L. 122. Qui Romæ. § Callimachus.

l l. procuratoris. § plane. §. ſed & ſi dedi. verſ. & ſi quid. de trib. l. quidam. de in rem verſ.

m l. interdum l. idemq. qui pot. in pig.

n gl. auth. quo iure. C. qui pot. Alex. l. ſi cũ dotem. in fi. ſol. mat.

o l. fi. cum auth. ſeq. C. de pig.

p l. in nouella conſt. cxxxv.

† ſed cùm antè, *aliàs:* itẽ, cùm non antè, *aliàs:*

q l. cum quis. in gl. de priuil. credit. l. quamvis. vlt. C. de pig. in gl.

r l. licet. C. qui pot.

s gl. l. j. C. quan. non pet. part.

t l. fi. C. quæ res. pig. oblig.

u l. cum tabernã. §. vend. de pig. l. pediculis §. item cum quæreretur. §. Labeo. de aur. & arg.

x arg. l. debitor. de pig. l. generali. §. vxori. de vſufruct. leg.

y d. l. cum tabernam. in princip.

z l. proponebatur. de iudic.

a Alex. l. ſi conſtante. ſol. matrim.

INDE PROFICISCATVR [b]. ¶ Id eſt, (inquit Accur.) iter arripiat. cũ ergo hęc verba diſceſsionis tempus reſpiciant, nõ autem viæ conſummationem, ſatis fuit, ſi cœptum eſſet intra tale tempus iter [b]: quicquid hîc diuinando Caſtrẽſis tradiderit, quem Alex. Aret. Iaſ. improbant.

b l. gl. & Bald. l. arboribus §. Iulianus. de vſufruct.

a. ITEM QVAERO[a]. ¶ Repetit hîc Scæuola deciſionem ſuprà ſcriptam, vt eius rationem adducat, oſtendatq́;, quibus caſibus ei locus nō ſit. 7 videmus † enim plerunq́; iam dicta repeti, vt eis aliquid addatur, nec tum id vitio tribuitur, ſed elegantiæ potiùs. Sanè hoc cōcludit Iuriſcōſultus toto 8 in reſpōſo, vt † nuntius cauſa recipiendæ pecuniæ miſſus ſolutionis diē prorogare nequeat [a]. nec enim à mandati ſui forma recedere poteſt [b]. quod varijs exemplis Iaſ. o- 9 ſtendit. Quæ † tamē cōcluſio declarationibus quibuſdā reſtringi poteſt. I. Et in primis potuiſſet nuntius ſaltē in directè diē ꝓrogare, velvti ſi offerēte Callimacho detrectaſſet accipere. per oblationem enim purgata eſſet Callimachi mora [c]. vnde perpetuari nequiuiſſet obligatio. Sic videmus & in ſacerdotibus, æditui ſque, qui expreſſim deteriorem eccleſiæ ſuę rem facere non poſſunt, tacitè, ſeu negligendo poſſunt [d]. Idem in curatore minoris, qui renūtiare exceptioni peremptoriæ non poteſt [e], & tamen tacitè, eam ſcilicet non opponendo, adoleſcenti nocet [f]. II. Sed 10 † quid, ſi ipſemet Eros is fuiſſet, qui pecuniam ſuprà ſcripta lege Callimacho mutuaſſet, eumq́; ſecutus Brunduſium fuiſſet, an conſenſus eius excuſaret Callimachum? & putârim excuſari, ne moræ reus ille ſit, cōſequenterque, ne videatur perpetuata obligatio [g]. probabiliter enim credere Callimachus potuit facultatem prorogandi à domino ei conceſſam, qui & diem à principio ſtatuendi ius habuit. vnde excuſari debet [h]. III. Illud conſtat, licet Erotis conſenſus à mora non excuſauerit, potuiſſe tamen à cuſtodia excuſare: quod ſuprà in nuntijs tradidi, quibus cuſtodia equi à veterinario credita eſt [i]. Quod intelligendū, ſi etiam tanquam cuſtodes miſsi ſint: ſecus ſi ad aliū finem [k]. excuſarent tamē, vt ego arbitror, ne agi furti adverſus cōductorem poſsit, qui vltra conventū à principio locū animal duxiſſet [l]. à pœna enim criminali excuſat etiam IIII. iniuſta ratio, dum colore aliquo innitatur [m]. Sa- 11 nè & hoc traditum eſt, licere † publicano remittere ius vectigalis, ſolutionemq́; nō recipere, licet ipſe de ſuo indemnem fiſcum ſeruare teneatur [n]: & tamē publicanus exactioni publici imponitur, nō autem donationi, ſeu remiſsioni [o]. Quæ ergo eſt ratio? & Bar. id inductum ait, quia publicanus videtur procurator in rem ſuam [p], cùm ipſe à fiſco conducit. quod & Imo. & Beſut. probant. Idem hoc procedere in publicano ait, quia non vni duntaxat ſolutioni recipiendę impoſitus eſt, ſed vniuerſali negotio. vnde videtur (vt Soci. & Iaſ. aiunt) mandatum liberę poteſtatis habere [q]. Nec nouum eſt, plus iuris illi eſſe qui vniuerſaliter præfectus ſit, quàm qui actui particulari [r]. Ego † lege vectigalis onerari viato- 12 res exiſtimo, vt merces profiteantur, publicanos verò, vt exigant [s]: quo fit, vt † facta ꝓfeſsione ſit viator à 13 commiſsi pœna tutus. qd' ſi publicanus non exegerit, ei imputatur, qui negligendo ipſe in culpa eſt, quę alteri obeſſe nō debet [t]. qd' Bal. Sal. Alex. Iaſ. tradiderūt. Supra autē vidimus, poſſe nuntium negligēdo excuſationis anſam debitori præſtare. V. Enimverò & hîc tradit Iuriſcōſultus ſuprà ſcripta non procedere, cùm hic nuntius arbitrium habet quocunque loco & tempore recipiendi. tunc † enim 14 prorogare ſolutionem poteſt, & in alium locum transferre. Quod intelligunt Doctores ex eo procedere, quia tali caſu videtur iſte procurator eſſe, non autē ſimplex nūtius. Vnde † ad ver 15 ba mādati ſemper erit attēdendum. quid enim, ſi nihil de loco, aut tempore dictum ſit, ſed gene D raliter data ſibi libera facultas circa actū recipiē VI. di? Poterit enim (inquit Bal. quē cæteri ſequuntur) etiā ſolutionem prorogare [u], vt idem poſsit liberę facultatis cōceſsio reſpectu certæ ſpeciei, quod in toto reſpectu generis [x]. Quid, ſi † huic 16 nuntio poteſtas tranſigendi conceſſa eſſet? poterit certè & tēpus ſolutioni prorogare, quod Bal. alibi cenſuit [y]. Econtrariò quoq́; ſi verba mandati anguſtiora ſunt, ei nō licebit, niſi quatenus E eius fidei creditum ſit. Vnde ſi nō ſuper loco aut tempore, ſed ſuper qualitate dūtaxat arbitrium habeat, de ea tantummodò arbitrabitur [z], quod hîc varijs exemplis Doctores oſtendunt: & ſi nō ſuper cauſa, ſed ipſa duntaxat cauſæ inſtantia ſit ei aliquid demandatum, non extendet ad cauſam manus [a], quod hîc ſubtiliter Bart. tradidit, & non ſemel à Recētioribus reſpōſum eſt. ſemper † enim mandati fines diligenter ſunt inſpiciendi. qua de re alibi tractaui [b]. 17

Syriam perventurus enauigauit †: quæſitum eſt, naue ſubmerſa, cùm ſecūdum cautionem Callimachus A merces Beryto perferendas in nauē miſiſſet eo tempore, quo iam pecuniam Brenteſio reddere Romæ B perferendam deberet: an nihil proſit Erotis conſenſus, qui cum eo miſſus erat, cui que nihil amplius de pecunia ſuprà ſcripta poſt diem convē C tionis permiſſum, vel mandatū erat, quàm vt eam receptam Romam perferret: & nihilo minùs actione ex ſtipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneat. Reſpōdit, ſecundum ea quæ ꝓponerētur, teneri. Itē quæro [a], ſi Callimacho poſt diē ſuprà ſcriptā nauigāte Eros ſuprà ſcript9 ſeruus cōſenſerit, an actionē domino ſuo ſemel acquiſitam adimere potuerit. Reſpondit, non potuiſſe: ſed fore exceptioni locum, ſi ſeruo arbitrium datum eſſet, eam pecuniam quocunque tempore in quēvis locum reddi. F

† enauigauerit, *aliàs*.

a gl l. ij. ver. nundinandi. C. de exhib. reis.
b l. diligenter mand.
c l. interdū. §. fi. ß. eo. l qui decē. in princ. verſic. idem reſpondit. de ſolut.
d l. iubemus. C. de ſac. ſan. eccl. Fel. c. cum acceſſiſſent de conſt. in limit.
e l. ſi quis delegauerit. de nouat.
f Bal. l. pact. curatoris. C. de pact.
g l. ſi non fortē. §. qui filio. de cond. indeb. l. filiæ. §. de ſolut.
h l. q te. ſi cer. pet. l. iij. §. irritū. de iniuſt. rup. vbi Paul. Caſt.
i d. l. ſi vt certo. §. ſi de me. Bart. l. j. §. quē ad. de lib. ag.
k gl. l. pe. ß. vſuf. quemad. caue.
l §. furtum. ver. ſic. aut ſi quis. Inſt. de oblig. quæ ex delic.
m gl. l. j. de abig.
n l. fi. §. pe de publica.
o l. contra. §. fi. de pact.
p l. iuſiurandū, quod. §. procurator. de iureiur.
q arg. l mand. generali. de procur.
r l. pe. ſi cert. pet. vbi not.
s d. l. fin. §. diui quoque.
t c. mora de reg. iur. in vj.
u l. procurator, cui. de procur. vbi Bart.
x l. ſi duo. de adminiſt tut. c. qui ad agēdum. de procur. in vj.
y Bal. rub. extra de tranſact.
z l. ſi in lege. in prin. loca. vbi Bart.
a arg. l. hoc iure de ſolut. vbi Raph. Alex. cōſil. xxij. in j. vol. Socin. hic.
b l. tranſact. placitū. C. de tranſact. vbi dixi.

1 *Ad factum agitur præſcriptis verbis.*
3 *Donatio hodie contractus nominatus.*
4 *Actionis præſcriptis verbis, in caſu textus effectus.*
9 *Non adiecta die purgatio moræ permiſſa.*
14 *Præviſio hominis tollit præviſionem legis.*
18 *Diuerſus reſpectus pœnæ & facti facit purgationi locū.*
19 *Officium iudicis communicandum ſeruo.*
21 *Mutatio voluntatis quandoque conceſſa.*
31 *Donatio nondum acceptata non tranſmittitur.*
32 *Iure abſenti quæſito non admittitur revocatio.*
34 *Donationis revocatio quandoque denegatur hæredi.*

§. FLA-



a §. FLAVIVS HERMES [a]. ¶ Propoſita facti ſpecie, Iuriſcōſultus tres queſtiones explicat. quas ſigillatim & nos tractabimus.

RESPONDI NIHIL PROPONI, CVR b NON POSSIT [b]. ¶ Donator ergo ſerui, qui ex cauſa manumiſſionis dedit, agere poteſt, vt manumittatur. Sed qua actione? & in themate propoſito non eſt credendum ex ſtipulatu agi poſſe, quia ſtipulatio ſolàm pœnam reſpicit: ſequitur ergo 1 vt † ad ipſum factū agatur præſcriptis verbis. cùm enim cauſa donationis fuerit manumiſsio, perinde eſt, ac ſi pactum manumittendi expreſsim donationi acceſsiſſet [a]. Vnde cōfirmari rei traditione debuit, quo caſu actio Pręſcriptis verbis, competit [b]. nam & videtur illa ſpecies contractus hæc eſſe, cùm do, vt facias. vnde ſi, poſtquam dedi, non facias, pręſcriptis ver 2 bis agetur [c]. Sed † cur non etiam condictione ex lege agitur [d], quæ in donationis contractu à Iuſtiniano conceſſa eſt? videtur enim id pactum manumittendi donationi inſertum contractus D ipſius cohærentia veſtiri, ideoque agi actione ex contractu poſſe [e]. nec enim dubium eſt, hodie 3 † donationis contractum nominatum eſſe [f], ideoque veſtiendo pacto ſufficere. Sed ego pacta, quæ contractibus ſtricti iuris inſunt, non veſtiri aliàs cenſui. Doctores tamen aliter videntur ſentire, ideoque reſpondendum eſt, id pactum manumiſsionis efficere, vt contractus iſte donatio ob cauſam cenſeatur, quam conſtat cōtractum nominatum non eſſe [g]. vnde in ea pœ- E nitentiæ & cōſequenter condictioni locus eſt [h], 4 quod hic latiùs Iaſon proſequitur. Sed † ad quid hæc præſcriptis verbis actio in noſtro caſu competet? & Paul. Aret. Soci. Iaſonque ea actione præcisè compelli promiſſorem aiunt, vt manumittat, hincque adnotant caſum, quo quis præcisè compelli ad factum poteſt [i]. aliàs enim inanis eſſet hæc Iuriſconſulti dubitatio. Meritò ergo dicemus compelli hac actione promiſſorem, F 5 vt omnino manumittat. Sed † tamen nouum eſt & inauditum, vt præſcriptis verbis actio ad aliud, quàm ad id, quod intereſt, competat [k]: imò quibus caſibus obligationes præcisè ſunt, quales dationum, tamen per hanc actionem efficiuntur non præcisè [l]: meritoque Alexander cenſuit, nec fauore quidem libertatis præcisè promiſſorem hunc teneri, niſi cùm probabilis eſſet ſtipulatoris affectio, vt quia filius ſuus naturalis, vel frater eſſet is, qui manumitti de- 6 buit [m]. aliàs † enim, ſi promiſſor manumittere nolit, cogetur, quod accepit, reſtituere, vt Vlpiani reſponſo ſatis probatur [n], tametſi Socinus & Iaſon non ſat bona ratione tergiuerſentur. Quod † ergo lex noſtra ait, poſſe Claudium de libertate Stichi conveniri, ſic intelligetur, vt compellatur promiſſor liberare, vel ſeruum reſtituere, quem deinde Hermes manumittat. Sed quomodo poteſt Claudius de libertate conveniri, cùm ſtipulatio pœnalis cōtractui adiecta ſit, quæ præcedentem obligationem nouare debuit [o]? & Bartolus non nouari hîc ait, quia obligatio precedens ex onerosa cauſa erat. dedit enim rem ſuam, id eſt ſeruum, Hermes, quem manumitti voluit. vnde ſi non manumitteretur, damnum incurreret, meritò nō debet videri à prima obligatione receſsiſſe. Sed ego ſuprà oſtendi diſtinctionem Bartoli, inter lucratiuū onerosūmve titulum veram non eſſe [p]. Addit Beſut. in caſu noſtro non videri onerosam cauſam præceſsiſſe, cùm pœnitentiæ ſit locus [q]: cui Iaſon reclamat [r]: ſed (vt proverbio dicitur) hic mulget hircum, at ille ſupponit cribrum [s]. Aretinus non nouari primam obligationem ait, quia nondum Claudius moram fecerat: ſed certè cùm lex dubitet, an omiſſa pœnali poſsit ex prima cauſa agi, ſatis oſtenditur moram commiſſam, cùm aliàs fruſtrà de pœna tractaremus [t]: Iaſon ſpeciale id fauore libertatis eſſe, quod Ray. & aliqui Veteres cenſuerunt. Ego ſuprà loco ſuo oſtēdi, regulariter ſtipulatione pœnalis non nouari pręcedentem obligationem [u]: non repeto ampliùs.

RESPONDIT, POSSE [c]. ¶ Purgare † ergo c 8 moram poterit promiſſor, & evitare pœnam. cùm † enim dies non ſit adiecta, licita moræ pur- 9 gatio eſt [x]: cùm ſecus ſit, ſi dies quoque adeſſet [y]. debet enim conditio ſpecialiter & in forma ſua adimpleri [z], quod ſuo loco docui. Sed videretur in caſu quoque noſtro diem adiectam 10 cenſeri, ſaltem † vt ex diui Marci conſtitutione libertas intra duos menſes repræſentetur [a]. Reſpondent Doctores, id verum eſſe, quando de effectu duntaxat cogitatum eſt. tunc enim conſtitutioni eſt locus [b], quod & in dubio exiſtimandum eſt [c]: at in caſu noſtro non de ſolo effectu, ſed etiam forma, ſeu modo dandæ libertatis actum erat, nempe vt is vindicta liber fieret: quo caſu conſtitutioni ſuprà ſcriptæ locus non eſt: & ideo non poteſt videri diem obligationi huic adiectam eſſe, idcircoque moram impediri, ſicque communiter receptum eſt. Nec dubito

¶ Flauius Hermes [a] hominem Stichū manumiſsionis cauſa A donauit, & ita de eo ſtipulatus eſt, SI HOMO STICHVS, DE QVO AGITVR, QVEM HAC DIE TIBI DONATIONIS CAVSA MANV- B MISSIONISQVE DEDI, A TE HÆREDEQVE TVO MANVMISSVS, VINDICTAQVE LIBERATVS NON ERIT: QVOD DOLO C MALO MEO NON FIAT, POENÆ NOMINE QVINQVAGINTA DARI STIPVLATVS EST FLAVIVS HERMES, SPOPONDIT CLAVDIVS: quæro, an Flauius Hermes Claudium de libertate Stichi convenire poteſt. Reſpondit, nihil proponi, cur non poteſt [b]. Item quæro, an ſi Flauij Hermetis hæres à Claudij hærede pœnam ſuprà ſcriptam petere voluerit: Claudij hæres libertatem Sticho præſtare poſsit, vt pœna liberetur. Reſpondit, poſſe [c].

L. 122.
Qui Romæ.
§. Flauius Hermes.

a Bar. l. ſi ſtipul. §. ſi ex duob. de fideiuſ. l. quib. dieb. §. Termillius. ver. quid ſi fiat per nomina. de cond. & demonſt.
b l. legem. C. de pact.
c l. naturalis. §. j. de præſcript. verb.
d l ſi quis argentū. C. de donat.
e l. in bon. fidei. C. de pact.
f Doct. l. fi. ß. de cond. ob cauſ.
g Bart. l. ij. C. de cond. ob cauſ.
h l. iij. ß. de ſer. expor l. Ariſto. verſ. deniq;. de donat.
i contra regul l. ſtipul. nō. verſ. Celſus.
K l. cū mora. C. de tranſact.
l l. naturalis. §. j. de præſc.
m l. cum ſeruus mand.
n l. ſi pecuniā. verſ. planè. de cond. cauſ. dot.
o l. obligationū ferè. §. fi. ß. tit. j.
p d. l. ita ſtip. in fi. ß. eod.
q d. l iij. de ſer. export.
r arg. l. quæſitū. eod. tit.
s Alex. conſil. cxxxv. in v.
t l magnam. C. eod.
u d. l ita ſtipulatus. in fin.
x l. j. §. itē ſi ita. ad l. Falcid.
y l. magnam. C. eo. l. traiectitiæ. ß. tit. j.
z l. Thais. §. intra. de fid. lib.
a l. fin. ß. qui ſine manu.
b l. ſi mancipia. eod. tit.
c l. ſi vend. de ſer. export.

**Item quæro, an ſi Flauij Hermetis hæres cum Claudij hærede ex cauſa ſuprà ſcripta nolit agere, an nihilo minùs Sticho libertas ex conventione, quę fuit inter Hermetem & Claudium, vt ſtipulatione ſuprà ſcripta oſtenditur, ab hærede Claudij præſtari debeat. Reſpondit, debere a.**

ego, quin hæc tempore Scæuolę huius legis au-
ctoris vera eſſent, cùm tunc plurimum referret,
an vindictá quis manumiſſus eſſet, efficiebatur
a titul.j.
enim ciuis Romanus, vt Inſtitutionum lib. 1. [a]
Caius ſcripſit, & ex ingratitudine in ſeruitutem
revocari non pote-
rat, quod Corn. Ta-
citus lib XIII. ſcri-
pſit: at hodie cùm
lege Iuſtiniani ſub-
b l.j. C. de Lat. lib. tol. §. libertorum Inſt. de libertin.
latæ ſint hæ liber-
tatum differentię[b],
non videtur quic-
quá referre, an vin-
dicta manumiſſus
quis ſit: & ideo e-
tiam tali caſu locum eſſe conſtitutioni, ne aliàs
horum conditio ſit deterior, quæ melior eſſe
conſueuerat, idque Angel. & Alberic. diſertè
11 cenſuerunt. Quid † ergo, an correctum hodie
hoc reſponſum credemus? & fortè non abſurdè
c l.j. C. de nud. iur. Quir.
quis crediderit, tanquam conniuentur à Tribu-
niano & Collegis omiſſum. nec enim veriſimi-
le eſt, hodie ad hanc formam attendi, quæ nul-
12 lius eſt effectus [c]. Sed † tamen (vt legum corre-
d l. ſi cũ dies. §. fi. de arbit.
ctionem evitemus) reſpõderi aliter poteſt, nem-
pe diem bimeſtrem obligationi partis adiectam
e l. ij. C. de iur. emph.
non eſſe, ſed à lege ſola præter contrahentium
f gl. c. licet canõ. verb. priuatus. de elect. lib. vj.
mentem inductam. Vnde pœnalis ſtipulatio,
quæ conditionem habet, ad hanc diem non re-
g l. cũ ex filio. §. j. de vulgar. Bald. l. fin. C. ſi man. ita fu. alie. vbi Barb. in apoſt.
fertur: ideoque moræ purgationem non impe-
dit[d]. Secus, ſi dies à lege ſecundum veriſimilem
partiũ voluntatem inducta eſſet[e]: vel non ſolùm
dies, ſed etiam pœna à lege eſſet[f]. qua de re ali-
bi. Doctores † tamen, vt Iacobus, Dinus, Bar-
I. tolus, cæteri, receptiſsima ſententia exſtima-
13 runt, nec hodie quidem locum eſſe ſuprà ſcri-
ptæ conſtitutioni, cùm actum eſt vindicta quem
manumitti. non enim lex formam, de qua à con-
14 trahentibus actum ſit, ſupplet. Vnde † apparet
provisione hominis legis proviſionem ſummo-
ueri [g], etiam ſi humana proviſio invtilem for-
15 mam inducat: & † correcta lege veteri, non cen-
ſeri eum contractum corrigi, qui eius imitatio-
16 ne conceptus ſit[h]: itemque † extenſionem, quam
h arg. c. à multis de ætat. & qual.
paſsiuam vocant, quæ vigore æquiparationis à
lege facta inducitur, locum in diſpoſitione ho-
i l. ſi qs ſeruo. C. de fur. vbi Paul.
minis non habere, ſed ſolùm in legibus proce-
dere [i]. Hinc infertur, vt † quamvis alibi lex
II. dicat, non manumiſſo ſeruo pœnam non com-
17 mitti, quia lex factum manumittere debentis
k l. fin. C. man. ita fuer.
ſupplet [k], hoc tamen in reſponſo aliud ſit.
committitur enim (vt hîc dicitur) pœna, quia
III. lex non ſupplet propter formam, quam obſer-
uari à partibus actum eſt. Rurſus infertur, vt
18 hinc probari poſsit, purgationi † moræ locum
eſſe, quamvis pœna ad ſtipulatoris vtilitatem
pertineat: factum verò principale alij proſit,
nempe ipſi ſeruo. Sed quid, ſi factum princi-
l l. j. in fin. ff. tit. ij. Bar. l. ſi inſulã q. pen. ff. eo.
pale vtilitatem ſtipulatoris reſpiciat, pœna ve-
rò alium? verùm hæc quæſtio alibi pertractanda
eſt [l].

a RESPONDIT, DEBERE [a]. ¶ Ex pacto igi-
m l. iij. C. de don. quæ ſub. mod.
tur libertatis agere ſeruus poteſt ſtipulatore i-
n l. vix certis de iudic.
pſo differente. Sicvt enim fauore liberalitatis
quæritur tertio vtilis actio [m], ita hoc caſu, quia
19 ſeruus actionis incapax eſt [n], non † debet offi-
o l. fin. §. illo. C. de neceſ. ſer. hęr. l. ſeruos in fi de ali. & cib. leg.
cium iudicis vtiliter ei illud imploranti denega
ri [o]. quod Raph. Pauluſq; tradiderunt. Sed nun-
quid nihilo minùs poterit deinde ſtipulator ad
p l. apud. §. Labeo. de doli excep.
pœnam agere? & non videretur: quia non debet
& factum principale exigi, & pœna præſtari [p]:
ideoque fuerunt, qui crederent ſtipulatorẽ præ-
ferendum, vt Paul. & Alex. quæ ſententia verba
legis noſtræ aliquatenus reſtringit. Vnde verior
videtur Rapha. in-
terpretatio, qui ei-
dem & factũ & pœ-
nã pręſtari nõ debe
re fatetur, ſed diuer
ſis perſonis poſſe,
tanquam id factum
ſit, vt pœna cõtem-
q l. ſi quis rem. de arbit.
ptum vlciſcatur [q].
Vnde conſequens
eſt hîc probari, pur
20 gationi † moræ locum eſſe, quamvis pœna ſimul
r Bart. d. l ſi inſulam. q. ij. in fin.
cum principali peti poſſet. quod Bartolus [r] cen-
s l. iij. ff. de ſer. export.
ſuit, & Iaſon hîc diſertè tradidit, quos & ego ſe-
quor. Sed an, quod hîc dicitur, negligente hæ-
t l. iij. qui ſine manumiſſ. l. j. C. ſi manc. ita fuer. alie.
rede Flauij poſſe ſeruum admitti, habeat locum
etiam, ſi hæres revocet illam conceſsionem? &
conſtat Flauium quidem ipſum pœnitere [s], hæ-
redi verò id iuris non eſſe [t]. Qua † tamen in re I.
diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus, cùm 21
u d. l. iij. et l. fi. C. ſi mãc. ita fuer.
ante tempus manumiſsioni præſtitutum vendi-
tor mutat ſententiam, illudque onus emptori
remittit. & tunc certum eſt libertatem ſeruo nõ
competere [u]. cùm † enim ſeruus non ſit capax 22
x l. ſi filius. verſic. & ſine de bon. lib. Bal. l. vnica. C. vt act. ab hæred.
actionis, nec officium iudicis ante diem conce-
datur [x], meritò licita eſt pœnitentia, cùm nul-
lum ei ius interim ſit quæſitum. Doctores ta-
y Imol. Aret. Soc. Iaſ.
men aliam rationem comminiſcuntur [y], nem-
pe quia habita contractus ad pactum relatione
z l. ſi pecuniã. de cond. cauſ. dat.
reſultet contractus innominatus, Do, vt facias;
in quo regulariter licita eſt pœnitentia [z]: quod
a in l. j. §. bonæ fidei. C. de pact.
ego non probo, & aliàs latiùs diſputaui [a], cùm
tale pactum pars venditionis ſit, nec rectè poſ-
ſit contractus innominatus dici. aliàs ſequere-
tur, ſi ſtipulatione vallatum id eſſet, non poſſe
venditorem mutare ſententiam: quod nimis le-
gem reſtringit. Secundus eſt caſus, cùm em- II.
ptor non acquieſcit mutationi voluntatis, ſed
b l. quęſitum. de ſer. export.
manumittit ſeruum, & poteſt hoc facere [b]: erit-
que is liber non ex conſtitutione, ſed emptoris
facto. Tertius, cùm † venditor non mutat, ſed III.
emptor ipſe negligit: & non eſt dubium, ex con- 23
ſtitutione fieri liberum [c], niſi de certo modo
manumiſsionis, putà vindicta, actum ſit, vt in
ſecundo reſponſo. Quartus, quando † ven- IIII.
ditor non mutauit, ſed eius hæres: & adhuc fie- 24
c l. fi. ff. qui ſine manumiſ. l. iij. C. ſi mancip. ita fue. alien.
ri liberum lex ait [d]. Sed cur ſicvt venditoris,
ita & eius hæredis mutationem non attẽdimus?
nec enim debet differentia inter teſtatorem hæ-
d d. l. iij.
redemque temerè conſtitui [e]. Et arbitror ſpe-
e l. hæredem. de reg. iur. l. ſed interim. §. ſi vxor. ff. de donat inter vir. & vxor.
cialiter id inductum fauore libertatis, ne muta-
re voluntatem hęres poſsit, ſicvt & re dotis cau-
ſa alicui tradita ante ſecutas nuptias licet mihi
mutare voluntatẽ, vt Caſtr. Pont. alijque tradi-
f Paul & Rom. d. l. ſi pecu. Iaſ. l. iij. §. j. eo. tit.
derunt [f]: & tamen hæredi meo non licet, id-
que ſpeciali dotium fauore [g]. Quod † & in do-
25 natione, quæ poſt donatarij mortem eccleſiæ
g l. ſi ego. §. j. de iure dot. Bart. l. ij. §. ſi pecuniã. de donat.
facta ſit, Bartolus hîc cenſuit, & verum eſt fauo-
re (vt ego arbitror) eccleſiæ. color autem huius
fauoris ex eo quæritur, quòd is, qui ei dari pa-
h l. centeſimis. §. fin. ff. vbi dixi.
ctus eſt, videtur conditionem propter naturam
rei adieciſſe, *Si voluero*: quæ moriente eo evenit, V.
nec ad hæredem tranſmittitur [h]. Quintus, quan- 26
do † ſeruo huiuſmodi lege vẽdito vterq;, tam em
ptor, quàm venditor, abſq; hærede decedit: &
hoc



hoc caſu extat Pauli reſpõſum ſeruo libertatem
a l. j. qui ſine manumiſ. j. reſpon.
ex conditione competere [a]. Videbatur autem
contrarium dicendum, tanquam iſtud pactum
propter revocationis facultatẽ vltimæ volũtati
æquiparetur. conſtat autem non adita hęredita-
te vltimam quamq; voluntatem deficere, ſiue te
b l. ij. ff. de fideicom. lib.
ſtamento, ſiue codicillis ſcripta ſit [b]. Sed tamẽ a-
liud Iuriſconſulto viſum eſt, tanquã iſtud pactũ
magis contractui accedat. Vnde † & videmus idẽ
27 in donatione cauſa mortis eſſe, quæ ſuſtinetur,
c l. poſt legatũ. §. pen. de his, quib. vt indig. gl. l. filiæ. fam. erciſc.
etiam ſi nemo adierit hæreditatem [c]. Sed quę eſt
ratio, vt hæc mutatio non attendatur? & aiunt
hanc eſſe, quia cùm nemo ſit hæres, nõ ſupereſt,
VI. cuius interſit libertatem impedire. Quid † ergo,
28 ſi ſuperſit, vt quia ſolus emptor abſq; hærede de-
ceſſerit; venditor verò, qui voluntatẽ mutauit, ſu
perſit? & videretur ſecundum ſuprà ſcripta non
eſſe conſtitutioni locũ. Ego tamen cõtrà ſentio,
quia Iuriſconſultus ſimpliciter ait, nihilo minùs
libertatem cõpetere. Quod fauore quodam in-
troductũ eſt, tanquã præſumat lex, ſi emptor vi-
xiſſet, vel extaret hæres, fore vt illi non acqui-
eſcerent mutationi venditoris, & nihilo minùs
d d. l quæſitũ.
manumitterent [d]: & ideo factum præſumptum
e d. l. j. reſpon ij.
partiũ ſupplet conſtitutio [e]. aliàs enim nimis re-
29 ſtringeretur reſponſum Pauli. Sed † quid in do-
natione cauſa mortis reſpondebimus, an ſi pœ-
f d. reſponſi argumento.
nitentia donatoris revocata ſit, nihilo minùs va-
lebit eo abſq; hęrede defuncto? & Angelus [f] exi-
g d. l j.
ſtimauit valere [g]. ſed alij contrà. Aut enim dona-
tio illa traditione quoq; confirmata eſt, & tutus
h l. fin. C. de rei vindic.
erit donatarius nõ titulo ſuo, ſed quia vendicãs
nõ poterit ius aliquod probare [h]. cùm enim mor
i l. ſenatus. in fi. de don. cau. mort.
tuus ſit donator abſque hærede, iam actoris ni-
hil intereſt, cùm hæres non ſit. At ſtipulatione
k gl. l. cũ pater. §. Mæuio. de leg. ij.
duntaxat [i], vel etiã pacto nudo, quod hodie ſuf-
ficit [k], celebrata eſt, & exceptione revocationis,
l Bar. l. ij. de excep. rei iud.
ſubmouebitur, cùm poſsit quilibet ſe iure tertij
defendere, quod excluſiuũ ipſo iure actoris ſit [l].
VII. Septimus caſus, quid iuris in alia materia ſit?
30 Pone: donaui † fundum Titio, vt poſt eius mortẽ
eſſet eccleſiæ, an potero mutare ſententiã, & Ti-
tio pactum remittere? & Bar. concludit me poſ-
m d. l. ij. d. l. fin.
ſe, vt ſicvt ante eventum diei poſſum impedire,
ne ſeruo pacta libertas detur [m], cui alioquin of-
ficium iudicis cõpetijſſet, ita & hoc caſu actionẽ
vtilem impedire, quæ aliàs eccleſiæ poſt mor-
tem Titij competijſſet [n]. Quæ ſententia certiſ-
n l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo.
ſima eſt, cùm de contractu innominato agitur,
vt quia relatione pacti ad cõtractum reſultet ea
ſpecies, quę, Do, vt facias, appellatur. in ea enim
conſtat locum eſſe pœnitentiæ, etiam ſi de impe
dienda re fauorabili agatur, putà libertate [o]. E-
o l. Ariſto. de donat.
go tamen veram eſſe arbitror, etiam ſi cõtractus
innominatus non ſit celebratus, ſed pactum ſti-
pulatione vallatum. & ita cenſuiſſe Bart. credo.
31 ſemper enim ante ius facto meo tibi quæſitum
p l. abſenti de donat. vbi Bar. l. ſi pater filio. de manumiſ. vind. c. ſi tibi. de pręb. in vj.
licet mihi ſententiã mutare. Vnde † ſi tibi abſenti
donauero, ante quàm acceptes, poſſum revoca-
re [p]: & ſi ante acceptationem ſis mortuus, dona-
q Dec. l. cõtract. de regul iur.
tio eſt nulla, nec ad hęredes tranſmittitur, quod
Caſtr. & Deci. ex facto reſponderunt [q], quia cõ-
r l. ſi. de leg. l. nõ ſolũ. §. morte. de op. noui nunt. vbi dixi.
tractus ante quàm per cõſenſum vtriuſq; partis
abſoluti ſint, dicuntur facti eſſe, & ad hæredes
non tranſeunt, & ad libitum revocari poſſunt [r],
s l. ea, quæ ciuiliter. de acq. rer. dom. Bar. l. frater à fratre. de cond indeb.
& quoties lex concedit abſenti ſtipulationem
factam valere, vel abſenti acquiri poſſe, ſemper
intelligitur, ſi ille acceptauerit: & ideo ante rati
habitionem ius nullum ei quęritur [s]. Meritò er-
go revocari poteſt, niſi tamen ratihabitio ſequa

L. 122. Qui Romæ. §. Flauius Hermes.

tur, ijſce caſibus, quibus retrotrahi eam receptũ
ſit. quod infrà videbimus. Quid † ergo, ſi iam ius
abſenti quæſitum ſit? & tunc fatentur Doc. non
eſſe licitam revocationem. Vnde ſi iam cõditio
eveniſſet, vt quia Titius eſſet mortuus. quãdo e-
go mutaui ſententiã, fruſtrà mutaſſem, quia ſta-
tim auctoritate legis tranſlatũ in eccleſiam eſſet 32
t l. fin. C. de ſacroſ. eccl.
dominiũ [t]: quod alio quoq; ſimili caſu frequen- I.
tiſsimè traditum eſt [u]. Idem quoque proditum
eſt, ſi tempore donationis aliquis notarius pro
eccleſia ſtipulatus eſſet. facto enim notarij ius ec II.
u l. in inſulam. §. fi. ſol. mat. vbi Doct.
cleſiæ quęſitum eſt, quod ea inuita auferri illi ne
quit [x]. Et quod de notario dicitur, idẽ & de quo
cunq; alio, cùm † eccleſiæ poſsit quilibet ſtipula 33
ri [y]. Fortiùs ego ſentio, ſi primus donatarius III.
x l. cum mari tus. §. fi. de pac. dot. Bald. l cum à ſocero. C. de iur. dot.
promiſerit ipſe ſe daturum ſecundo donatario,
qualiſcunq; ſit: ſeu eccleſia, ſeu priuatus, videri
hac in re gerere negotium vtiliter, & ideo quan-
docunque ratum haberi id à ſecundo donatario
y l. j. §. j. de iuſtit. & iur. ubi Bal. j. q. lxx. quoties cordis. in gl.
poſſe [z], traheturque retrò huiuſmodi ratihabi-
tio, ac ſi ante revocationem donatoris facta eſ-
ſet [a]. Quapropter lex ait, etiam ſi ſecundus do-
z l. iij. §. j. iud. ſol. vbi Alber.
natarius priùs deceſsiſſet, quàm dies veniſſet,
ius illud in hæredem tranſmittere [b]. Vnde in-
a l. ſi ego. de neg. geſt. vbi Ang. Dec. conſ. lviij.
dicatur ab ipſo vſque principio quæſitum fuiſſe
illi ius, quod adimi non poſsit: quia videtur pri-
mus donatarius negotia geſsiſſe, cùm ſe illi re-
b d. l. quoties. in gl. fi. l. ſi fine. §. ſi procuratori. ff. rem rat. hab.
ſtiturum promiſit, ſtatimque orta eſt actio:
quia dies eius natiuitatem (vt ſuprà vidimus)
non impedit [c]. Vnde conſequens eſt, vt ſenten-
c l. centeſimis in princ. ff. eod.
tia Bart. neceſſariò reſtringatur, quando Titius
ipſe nihil nomine eccleſię feciſſet. Conſtat enim
donationem etiam eccleſiæ factam non tenere,
d gl. l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ.
niſi aliquis nomine eccleſiæ eã acceptauerit [d].
Nec multi ego Bald. Nouelli quorundamq; ad-
vocatorum conſultationes facio, qui non obſtã-
te notarij ſtipulatione locum eſſe revocationi
e c. j. de ſucceſi. feu. Bar. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. lib. verſic. ſecundũ dubium.
crediderunt: quorum ſententiam Soc. & Iaſ.
improbant, plus tamen, quàm expediat, Bar. de-
ciſionem reſtringentes, nempe vt eo ſolùm ca-
ſu procedat, quo pactum illud ſola contractus
innominati ſpecie ſuſtineretur: quam traditio-
nem ſuprà non ſum ſecutus. Enimverò & huc IIII.
f l. quodcũque. §. j ff. eo. Doct l. apud Iulianũ. §. ſi alicui. de leg. j.
pertinet, quod alibi traditum eſt. ſi quis fundum
emphyteuticũ, vel fiduciarium ſibi & poſt mor-
tem ſuam filijs ſuis ſtipuletur, non poſſe muta-
g in conſ. ciiij. et ſeq. in iiij.
tione voluntatis deteriorem filiorũ conditionẽ
facere [e], quibus cõfeſtim & ipſo iure ex ſtipula-
tione paterna ius eſt quæſitum [f]: quod ex facto
Alexander reſpondit [g]. Illud quoque defendi po V.
teſt, ſi donationi adiecta ſit iuriſiurãdi religio, nõ
h gl. d. c. quoties cordis. j. q. vij.
permittendam revocationem, tãquam promiſ-
i Card. cle. j. §. fi. q. iiij. de iure.
ſio ſit principaliter facta Deo [h], qui vbique eſt
K Aret. conſ. lxxiiij.
præſens: & ideo ius in conſequentiam ſtatim
ſecundo donatario quęſitum ſit [i]. qua tamen in
l d. l. iij.
re amplius deliberandum eſt [k]. Sed quid, ſi Ti-
tius conſentire mutationi nolit, & donatori ipſi VI.
m arg. d. l. quæſitum.
eccleſiã malit præferre? & Bar. videtur ſentire ſo
lius donatoris voluntatẽ mutationi ſufficere [l].
n l. Ariſto. verſ. ſed ſuperiore de donat. & quod not. in l. iij. de alim. leg.
quod certũ eſſe arbitror, vt eccleſia eius pacti iu-
re excludatur. Non tamẽ ideo videtur ius ad do
nantem reverti, ſed potiùs primi donatarij eſſe,
o d. l. Ariſto. d. verſ. gl. d. l. iij.
qui ſi velit, poterit ſuo ipſe contractu eccleſię da
re [m]. Sed tamen ſatius eſt ad verba contractus ad
vertere, an Titio perpetuum ius ſalua pactione
datum ſit, an temporarium [n]. Cui rei conſe- VII.
p l. perfectã. C. de don. Doct. l. fi. ff. de cond. caut dat.
quens eſt, quod Soc. ait, vt ſi pactio hæc in fauo-
rem primi donatarij reſpiceret, nõ poſſet eo in-
uito revocari [o]: quia includitur in prima dona-
tione, quam conſtat eſſe irrevocabilem [p]. Et VIII.

generaliter ſemper attendendum eſt, an ius iam
quæſitum donatario ſit, vt tali caſu non habeat
locum pœnitẽtia [a]: aliàs vera ſit Bar. poinio. Vn-
de ſi lege municipali ſit cautũ, vt alteri per alte-
rum poſsit ipſo iure acquiri [b], non eſt dubitandũ
ſuprà ſcriptæ opi-
nioni nullum eſſe
locum, cùm ius ab-
ſenti quæſitũ pro-
IX. ponatur. Quara-
tione & in caſibus,

**¶ Coheredes [a] cùm prædia hæreditaria diuiſerant, vnum**

quibus iure noſtro abſenti & ignoranti quæri-
tur, non eſſet pœnitentiæ locus [c]. ius enim quæ-
X. ſitum auferri donatario nequit. Sed † nunquid,
34 ſicvt donatori permittitur revocatio, ita & hęre-
di eius? & ſi donatio facta ſit eccleſiæ, vt in quę-
ſtione Bar. fuit, ſatis putârim hæredi hoc indul-
gendum non eſſe, vt quod fauore dotis lex indu
cit [d], quod item fauore libertatis [e], hoc nos ad
piam quoq; cauſam protrahamus [f]. Quòd ſi pri-
uato alicui facta proponatur, non putârim à re-
gula recedendum [g], vt quod teſtatori licuit, id
hæredi permittatur: quæ Bal. Pontaniq;, itemq;
Torq. ſententia fuit: licet alij Recẽtiores contrà.

1 *Pactum venditionis reſpicit alterius voluntatem: eiuſq; rei ratio.* 2.
6 *Confeſsio non acceptanti non prodeſt.*
8 *Quanta dilatio cohæredi, an emere velit, indulgenda.*
9 *Denuntians tutus eſt exceptione.*
11 *Pactum de prælatione cohæredis non indiget munitione ſtipulationis.*
15 *Pretio non expreſſo, præſtat cohæres id, quod alius offert.*
21 *Emphyteuta vna denuntiatione evitat pœnam.*
26 *Interpellans liber eſt à prohibitione.*

a §. COHAERÆDES [a]. ¶ Pactum per † quod
1 Titius cohæredi vendere tenetur, intelligitur,
dũ modò cohæres ipſe velit emere. vnde eo de-
trectante poteſt impunè etiam extero vẽdi. Sed
2 † quæ eſt ratio? & ſciendum, verbis pacti ſimpli-
citer non prohiberi, quin Titius alienare poſsit,
licet in caſum alienationis præferre cohęredem
teneatur, potuitq; ea fuiſſe pacti cauſa, quia fun-
dus ille commodum diuiſionem non caperet,
nollentq; cohęredes exterum quenquã ſe rebus
ſuis immiſcere. Cùm ergo ſimpliciter non ſit Ti
tius alienare prohibitus, evadit pœnam, ſi cohæ-
redibus denuntiat, oſtendatq; paratũ ſe eos prę-
ferre. videntur enim illi detractando renuntiare
pacto, quod eorum fauorẽ reſpiciebat [h], & quod
3 tacitam conditionem habebat, ſi ipſi emere vo-
luiſſent. Quod † enim fauore cuiuſq; priuato in-
4 ducitur, ita demũ locum habet, ſi ille velit [i]. Vn-
de † pactum legis commiſſoriæ intelligitur, ſi vẽ-
ditor voluerit [k]: & pactum caducitatis, ſi domi-
nus voluerit [l], & quodlibet pactum pœnale, ſi
5 ſtipulator malit pœnã eligere, quàm ad factum
agere [m]. Sic † & quoties præſumptio aliqua fa-
uorem alicuius reſpicit, ita demum locũ habet
ſi eam alleget [n]. Quod & ad reſcripta principum
producitur, vt ea illis tantũmodò proſint, qui il-
lorum beneficio vti velint [o], niſi tamen ad ius
publicum pertineant. Cùm ergo cohæredes no-
lint emere, debet ſalua eſſe Titio facultas de re
ſua arbitratu ſuo diſponendi, nec cohęredes qui
pactum ipſi ex parte ſua emptionem detrectan-
do non exequuntur, quicquam alteri imputare
poſſunt. ſicvt qui verba, ſeu confeſsionem ad-
verſarij non acceptat, ex illis iuuare ſe non po-
teſt [p]. Qua ratione & vulgò aiunt, cõfeſsionem
6 † ei non prodeſſe, qui tacitè, vel expreſsè eam nõ

a l. fi. de pact. l. poſt mortẽ. in fi. de cõtra tab. l. ſi conſtante. verſic. exceptis. vbi Bald. C. de don. ante nup.
b Aret. cõſ. cccc j. Ang. cõſ. lxxiij.
c l. certi. cond. §. ſi nũmos. ſi cert. pet.
d d. l. Seio. §. j.
e d. l. iij.
f l. ſi vnus. C. de teſtam. vbi Iaſ.
g d. l. hæred. de reg. iur.
h l. pe. C. de pact. Dec. conſ. xiij. Caſt. ccxcv. in ij.
i l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. vbi Raph. de donat. inter vir.
K l. ij. de leg. cõmiſ. Bal. l. fi. in fi. C. de reuoc. donat.
l l. j. ſi ad vend. vbi Bart. Iaſ. l. ij. C. de contratab.
m l. ſi qs à ſocio. p ſoc. & l. cum duob. §. idem reſpondit eod. tit.
n l. ſi adul. §. idẽ Polſioni. de adul. vbi Bart.
o l. vniuerſa. C. de precib. Imp. offer. c. quidam. de renunt.
p l. ſuus hæres. C. de repud. hæreb. vbi Mod.

acceptauerit [q]. Cohæredibus ergo nolentibus
emere admittentur extranei, qui non ſimplici-
ter ab hoc iure excluſi ſunt, ſed poſt cohæredes
ſunt. Nam & alibi videmus plurimum intereſſe,
an lege municipij excludantur à maſculis fœmi-
næ, & tunc, vt fœmi
na excludatur, ſa-
tis eſt maſculũ ex-
tare [r]: an verò ma-
ſculi fœminis dũta
xat præferantur, &

**prędium commune reliquerunt ſub**
**A hoc pacto [b], vt ſi quis**

tunc ſecus ſit [s]. Cùm † igitur cohæredes, qui a- 7
liàs præferẽtur, facto ſuo ſint excluſi, nihil impe
dit, quin extraneis alienari abſq; pœnæ metu po
tuerit. Sed † quanto tẽpore expectãdum erit, an
cohæredes velint emere? & Raph. arbitrio iudi- 8
cis cõſtituẽdã diem rectè cenſuit [t], qui ex ſimili-
tudine emphyteuſeos nõ debebit minus duorũ
menſium temporè conſtituere [u], vt ſcilicet ſe-
B cũdum iuris regulas de ſimilibus ad ſimilia pro-
cedat. Qua ratione ſicvt lapſa die poteſt domi-
nus nihilo minùs moram re integra purgare, &
in meliorationibus emendis prælatione vti [x], i-
ta & in noſtro caſu etiam poſt pręſtitutam diem
admittentur cohæredes, dum tamen adhuc Ti-
tius extraneo non vendiderit [y], ſicq; res adhuc
ſit integra. Sed † an ipſo quoque iure tutus à pœ-
na is ſit, qui denuntiauit? & non videretur, quia 9
lex duntaxat ait obſtituram doli exceptionem,
C idque Accurſ. ſentit: ſed cęteri contrà. cùm enim
per cohæredem ſtet, quo minùs emat, ſibi impu-
tare debet [z]. nam Titius in pœnam incidere nõ
debet, niſi ſi moram fecerit [a], quæ proculdubio
facta non eſt. Verba ergo legis noſtræ de inten-
tionis ſolius, nudique facti exceptione intelli-
gentur [b]. Sed hanc interpretationem Aret. alij-
que Recentiores à proprietate abeſſe fatentur,
in eoque ipſi laborant, quemadmodum propriè
verba legis accipiant: ſed tamen, quod dicitur,
D procul à ſcopo. Ego † Accurſ. ſequor, quia verba 10
ſtipulationis pœnalis manifeſtè contra Titium
concepta ſunt, & conditio *Si cohæredes emere volu-
erint*, ſolùm tacitè ineſt ex diſpoſitione legis, a-
ctumque conditionalem non facit [c]. Meritò er-
go ipſo iure pœna committitur, licet ex æquita-
te propter tacitam illam conditionem obſtet do
li exceptio. Nec quicquam facit, quòd mora im-
putari huic venditori nequeat [d]: quia non incur-
E ritur pœna hoc caſu ob moram, ſed, vt rectè Iaſ.
& Soc. aiunt, ob id, quia adverſus ſtipulationem
factum ſit, id eſt extraneo venditum: tametſi ſcru
puloſiora hæc ſint, quàm vtiliora [e].
SVB HOC PACTO [b]. ¶ Pactum † ergo, quo b
in caſum alienationis cohæres præferri in em- 11
ptione debet, valet (vt hîc dicitur.) Quod gene-
raliter verum eſſe Doctores exiſtimant in quo-
cunque pacto, quo quis alteri non alienare pro-
mittit. valet enim, & in id, quod paciſcentis in-
F tereſt, agetur [f], vel ad pœnam, ſi pœna ſit ſubie-
cta, provt in caſu propoſito fuit, tuncque non
quærimus, an interſit [g]. Nec refert (inquit Al-
beric.) pactum id ſtipulatione vallatum ſit, an
ſimpliciter in cõtractu diuiſionis ſit appoſitum.
cùm † enim diuiſio vicem emptionis obtineat [h],
itemque permutationis [i], vel cohærentia con- 12
tractus, vel rei traditione veſtietur, & actionem
pariet [k]: quod de eo, quod intereſt, accipien-
dum: pœnale enim pactum non veſtitur, quia le-
gem contractui non dat [l]. Quid, ſi † paſciscen- I.
tis non intereſt? & non eſt dubium iure aliena- 13
tionem

q Cur. conſ. lxxvij.
r l. filiusfam. §. cũ quis. de leg. j.
s l. ij. §. ſi ſint. ad Tertyl. Comenſis d. §. cũ quis in fin.
t l. j. in fi. de iure delib. c. de cauſ. de offic. deleg.
u l. fin. C. de iur. emphyt.
x Io. And. in Spec. §. nunc aliqua. ver. cj. l. ſicut. §. ſi voluntate. quib. mod. pig.
y arg. §. Seia cauit. l. mancipia. de opt. leg.
z l. Celſus. de arbit. §. fi.
a Bart. l. ita ſtip. q. vj. ff. eod.
b gl. l. ij. de excep. l. qui ſe. de cond. cauſ. dat.
c l. fin. C. de iur. emphy. iuncta d. l. j. ſi ag. vect.
d d. l. Celſus. §. fi. Bart. d. quæſt. vj.
e l. nihil. intereſt. de reg. iur.
f l. qu fund. de contrah. emp. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi de act. emp.
g l. ſtip iſta. Habere. §. alteri. ff. eod.
h l. j. C. commu. vt iud.
i l. ſi familiæ. C. famil. erciſcun. vbi gl.
K l. in bon. fidei. C. de pact.
l l. ſeruus ea leg. ff. de ſer. export.



II. tionem fieri, nullamque actionem eſſe [a]. Quid
ſi interſit quidem, ſed velit dominus alienare, an
omnimodo tali pacto impedietur, quo minùs
quis [b] rem ſuam ſuo arbitratu diſtrahat? & non
videtur id æquum: & ideo cenſuit Dinus argu-
mento huius legis
liberari dominum,
ne in id, qd' inter-
eſt, conveniatur, ſi
obtulerit ſe adver-
ſario venditurũ, vel
rem, quam adverſa
rius communẽ ha-
bet, empturum. Fin
ge: inter cohęredes
familiam erciſcen-

**eorum partem ſuam alienare voluiſſet, eã vel cohęredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet centum viginti quinq; [a]. qd' ſi quis aliter feciſſet, pœnam**

tes convẽtum eſt, ne extra familiam alienare li-
ceat: non ſuſtinetur id pactum, niſi quia eorum
interſit cõmunionem cum alio fortè rixoſo non
habere. Si igitur offeram me vel empturum co-
hæredis rem, vel illi meam venditurum, æquum
eſt non impediri me, quo minùs eo detrectante
rem meam alienem [c]. Quæ ſententia hoc in ca-
ſu probabilis eſt, licet Doctores Dini exemplum
in vltimis voluntatibus intelligentes, ab eo re-
III. cedant. qua de re infrà. Illud quoque proba-
14 bile eſt, non † valere id pactum non alienandi,
ſi in perpetuum factum ſit, ſicvt nec prohibitio
IIII. diuiſionis tali caſu valet [d]. Sed & ſi promiſerit
creditor ſe iure ſuo non vſurum, & pignus non
venditurum, cõcedit tamen lex, vt poſt tres de-
nuntiationes poſsit vendere [e], pactique tali caſu
executionem negligit. cuius rei ratio nõ ſat ex-
V. pedita eſt. Illud expeditiſsimum, rem ipſam ta-
li pacto non alligari, quin eo non obſtante do-
minium alienatione transferri poſsit [f]. transla-
tio enim dominij ſecundum regulas iuriſgen-
tium, alienatione & traditione ſecuta, fit: ex pa-
cto verò ſolùm in id, quod intereſt, in perſonam
agitur, vt ſuprà dixi. Sed quid, ſi eam rem quis
ſpecialiter in huius promiſsionis executionem
obligauerit? & tunc impediri dominij quoque
translationem ex Marcelli reſponſo receptum
eſt [g]. intereſt enim paciſcentis, ne res ſibi hypo-
thecę iure obnoxia, in alterius manum tranſeat,
tum ob excuſsionis beneficium, quod tertius
poſſeſſor habet [h], tũ quia difficilis aliàs eſt eius,
quod intereſt, probatio [i]: & ideo Legis lator cẽ-
ſuit dominium non transferri, ſicvt nec rei liti-
gioſæ transferatur [k]. Quæ ſententia rationibus
iuris magis quoque conſentanea eſſet, ſi iure pi-
gnoris ſe poſsidere creditor affirmaret [l], tanquã
eo pacto actum videretur, vt ita poſsideret ſolus
creditor [m], nec traditio poſſeſsionis vlla cuiquã
fieri à domino poſſet. Sunt etiam & alij caſus,
quibus dominij translatio tali pacto impeditur,
alibi à nobis relati [n].
a VENDERET CXXV [a]. ¶ Cùm hîc certum
15 pretium expreſſum eſſet, nullus relinquitur du-
bitationi locus. Quid † ergo, ſi expreſſum non eſ-
ſet? an cohæres id tenebitur præſtare, quod com
muni æſtimatione res valet? an verò, quantum
maximum pretium ab alio reperitur? & Docto-
res aiunt, id pręſtandum, quod ab alio reperitur,
qui fortè ob aliquã affectionem licitando inca-
leſcit. res enim tanti valet, quanti vẽdi poteſt [o],
quod Ioan. And. Bald. & non pauci alij tradide-
runt. Vnde cùm lege municipij in venditione
fundi communis præferendus eſſet conſors, re-
ſpondit Bal. ita demum præferri, ſi tantum offe-

a l. nemo. ff. de pac. not. l. j. §. ſi quis. de aqua quot.
b arg. d. l. nemo & l. in rẽ mãd. C. mand.
c Arg. l. iiij. de pig. act.
d d. §. ſi conueniat. Alex. l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum. de cond. indeb.
e d. l. iiij. de pig. act. dixi l. pen. C. de pact.
f l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. l. ſi ita quis. §. ea lege. j. eod.
g l. ſi cre. §. ſi de diſt. pig. Alex. l. ſi filio. §. fi. ſol. mat.
h auth. hoc ſi deb. C. de pig.
i l. fi. de præt. ſtip.
k l. fi. C. de litig.
l Bart. l. qui fundum. locat.
m l. j. §. per ſeruũ. de acq. poſ. l. cum res. C. de probat.
n l. filiusfamilias. §. diui. q. xij. de leg. j.
o l. ſi ſeruus. de cond. furt. l. iij. in fi. de in diẽ addict.

rat, quantum ab alio inveniatur [p]: non enim vo-
luit legislator id prelationis beneficium in ven-
ditoris damnum conſorti concedere [q], vt quid-
quam remittat, quod ab alio conſequi poſsit.
Quod & tunc reſponſum fuit, cùm agnatus cliẽ-
telaris fiduciæ pre-
tium emptori offer
ret, vt ipſe præferre
tur [r]. Vnde & lex
tantum quemque
pecuniæ relinque-
re ait, quantum ex
bonis eius refici po
teſt [s]: diciturque id
iuſtũ pretiũ, quod
quis licitando con

**centum invicem ſtipulati ſunt. quæro,**
**A cùm cohæres mulier cohæredis liberorũ tutores ſæpius teſtato convenerit [b], & deſiderauerit, vt ſe-**

ſequi poteſt [t], vt idem Bal. tradidit. nam † & lex
in diuiſionibus rẽ iuſto pretio æſtimari iubet, & 16
tamen in ijs locus eſt [u] quandoque licitationi.
B Quæ ſententia certiùs etiam procederet, cùm
verba legis clara eſſent: vt quia rem licitatione
dari, vel ſecundum augmentũ prꝯſtari diceret [x].
Sed † tamen hæc perpetua non ſunt, & ex ſubie- 17
cta materia quandoq; fit alia interpretatio: Vel I.
vti cùm agitur de contractu ob læſionem reſcin-
dendo. is enim lædi dicitur, & decipi, qui à com
muni æſtimatione recedit, nõ qui particularem
non ſequitur affectum [y]. Sed & cùm rem re- II.
ſpectu eius, à quo acquiſita eſt, æſtimamus, ex cõ
C muni pretio ſit iudicatura, vt tantũ cenſeatur ac-
quiſiuiſſe [z]. non enim cuiuſquam affectio eſt tũc
perpendenda, cùm rem ille venalem nõ habeat. III.
Idemq; dicendũ, cùm tutor fideiuſſorem rem pu
pilli ſaluã fore dat, vel magiſtratus accipit: ſatis
eſt ſecundũ commune pretiũ locupletẽ eſſe ap-
promiſſorẽ, cùm nõ id agatur, vt res pupilli væ-
nũ eant [a]. Milites quoque, quibus minori pre- III.
tio iure, quod Stellaturã vocãt, provinciales an-
nonam vẽdere tenẽtur, omiſſas ſpecies ſecundũ
D forum venaliũ rerum æſtimãt, non autẽ quanti
cariſsimè potuerũt. nec enim ideo militibus dãn-
tur, vt de eis negotiẽtur, ſed vt inde ſe tolerent [b].
Illud quoq; crediderim, quoties † lex cõpeten V.
ti pretio aliquid dari iubet, de cõmuni æſtima- 18
tione intelligendũ [c]. Cæterùm & quoties de VI.
pretio, quod licitatione augetur, lex loquitur,
nunquã tamẽ de eo intelligit, quod fraude ſit ad
iectũ, vt cùm quis per ſuppoſitã perſonã cõtrà li-
citatur [d]. ſimulata enim hæc pretij obligatio pro
E deſſe nemini debet [e]. quod Iaſ. hîc eleganter do-
cet. Sed qd, ſi in licitatione minimũ pretiũ of- VII.
feratur, qa cõtrà licere nemo auſit? vt cùm ciuis
aliquis tyrãnidem exercet, & publica vectigalia
minimo cõducta habet, quia ei cõtrà dicere nul-
lus audiat? qualis in Heduis Dũnorix, vt apud
Cæſarẽ traditũ eſt. & cõſtat nec id pretiũ atten-
di [f], ſed ad communẽ potiùs æſtimationẽ. Sed VIII.
quid, ſi lex municipij volenti lautè ædificare co-
gat vicinum ad vendendum pro iuſto pretio, e-
iuſq; præterea quarta parte? & cùm inciuilis
F duraque ſit hæc lex [g], videtur interpretationem
aduerſus ædificatorem faciẽdam, vt iuſtum pre-
tium ſit, quod ab alio offertur, etiam ſi commu-
nem æſtimatione excedat [h]. Alij tamen contrà,
ne † addatur afflictio [i] afflicto, cùm ſatisſit ſuprà 19
communem æſtimationem quadrantem extor-
queri. quæ ſententia ei diſtinctioni conuenit,
quam hîc Alex. & Iaſon ſequuntur.
TVTORES SAEPIVS TESTATO CON- b
VENERIT [b]. ¶ Sed cùm vnica interpellatio
ſufficiat,

L. 122. Qui Romæ. §. Cohæredes.
p arg l fin. C. de iur. emphyt.
q l. impuberi. de adm. tut.
r c. j. §. ied & rei per quos fiat inueſtit.
s l. propemod. de verb. ſignific.
t auth. hoc ius. C. de ſacroſan. eccl. l. fi. §. fi. de adm. tut.
u l. itẽ. in fi. cõ. diuid.
x d. l. ad officiũ. C. com. diuid. l. pe. & fi. C. de loc. præd. lib. xj.
y gl. l. ij. C. de reſcind. vendit.
z l. pretia rerũ. ad l. Falcid.
a l. fi. C. de mag. cõuẽ. l. fi. §. pen. C. de adm. tut.
b l. ſeptem. C. de erog. milit. annon. lib. xij.
c l. fin. in fi. C. de metal. lib. xj.
d l. fin. C. de iur. emph. ver. re vera.
e l. eum, qui. §. cũ igitur. de in diem addict.
f l. ſi pater. ff. de pact. dot. vbi Bart.
g l. nec emere. C. de iure delib.
h Io. And. in Spec. de empt. §. nũc dicendũ. verſ. ſed pone, ſtatutum.
i gl. l. diuus. de offi. præſid.

ſufficiat [a],(quod infrà videbimus) cur opus fuit ſæpius,id eſt ter & eo plus [b],denuntiare? & Bar. quem cæteri ſequuntur,iterationem hanc minimè neceſſariam fuiſſe arbitratus eſt, ſed ita contigiſſe ait.clarum autem eſt, ab huiuſmodi facti narrationibus neceſſarium non ſumi argumentum [c].
20 Sed † Socinus non temerè ſæpiùs teſtationem factam: hîc dici argutè diſputat, cùm Scæuola manifeſtè dicat, ſe ſecundum ea, quæ proponerentur,reſpondere.Vnde exemplo Bar. diſtinguit ipſe [d],an debitoris proteſtatio damnũ eius,cui fit,reſpiciat: velvti, vt creditor in mora conſtituatur,vt de interitu teneatur, & tunc vna interpellatio ſufficiat [e].an verò,vt denuntians ſe liberet, ſicvt in lege noſtra obligatione pœnali, & oportet ſępius interpellari ſtipulatorem [f].
21 Sed hanc diſtinctionem ego nõ probo,cùm † ſufficiat emphyteutæ vna denũtiatio,vt evitet pœnam [g]: & licet mandato legis hic teneatur, non tamen temerè conſtituenda eſt inter iuſſum legis conventionemq́; partium differentia [h], maximè cùm idem quoque in pacto legis commiſſoriæ videamus,vt evitandæ pœnæ vna ſufficiat proteſtatio [i].Adde,quòd faciliùs quis excuſare ſe à pœna debet, quàm aliũ in damnũ trahere [k]. vt ratione quoq; careat talis diſtinctio. Conſultius ergo eſt, vt communẽ interpretationem ſequamur.Nec tamen invtilis eſt hæc proteſtationis iteratio. maiorem enim deliberationem affectumq́; arguit [l].
22 Sed † qualiter factam teſtationem hîc dicamus? & videretur teſtationem propriè eſſe,quæ per ſcripturam fit, quoniam in eo rogandi ſunt teſtes [m],quod Bart.tradit:vnde maximè id nomẽ habet,quæ fit in iudicio [n], tametſi etiã extra iudicialiter fieri poſsit,quod hîc cenſuit Accurſius [o].nos alibi attigimus.
23 Sed † quid continuit hæc teſtatio? & hîc dicitur,vt ſecundũ conventionem cohæres aut emeret,aut vẽderet, quæ forma ſatis dubitabilis eſt. cùm enim in themate nihil appareat actum, vt cohæres ipſe venderet,non videtur debuiſſe teſtationem diſiunctim concipi,ſed purè, vt emeret, duntaxat, idque Paul.Raph.Iaſonq́; fatentur:idcirco aiunt vẽditionis mẽtionem ex abvndanti factã. Quæ ſentẽtia mihi videtur probabilis. cùm enim ideo fundus remanſiſſet indiuiſus,quia cõmodam diuiſionem non recipiebat,& prohibitio alienationis facta eſſet, ne cohæres cogeretur habere ſocium,quem nollet,voluit denuntiator humaniùs agere,& obtulit ſe empturum, ne inniti rationi pactionis adverſarius poſſet.Quod ergo dicitur,ſecũdum conventionem deſideratum, reſpectu venditionis tacita eſt conventio, quæ ex ratione pacti colligitur.Alij tamen aliter, & expreſsim quoque de venditione conventum interpretantur. vnde cùm conventio alternatiua eſſet,debuiſſe quoq; teſtationem alternatim fieri cenſuerunt:aliàs enim non valeret [p]. qui ſenſus receptior eſt,licet themati non ſat quadret.
24 Sed † cur teſtatio hęc tutoribus facta eſt,& nõ pupillo [q]? & conſtat regulariter tutori ipſi, non autem pupillo denuntiandum eſſe: quod ſuprà vidimus [r]. Quod maximè in caſu noſtro locum habet,non enim poſſet pupillus vendendi licẽtiam concedere [s],tutor verò ipſe poſſet. Addit
25 Bart. etiam † ſine decreto licere tutori hoc caſu vendere partem pupilli propter teſtatoris conventionem,qua promiſerat, vel ipſe alienam emere,vel ſuam vendere [t]. Vnde adnotant Recentiores, conventionem hanc teſtatoris generalẽ, vel alternatiuam ſufficere,vt pupilli abſque decreto vẽdere poſsint.quod & non abſimili in caſu ex facto Alex.reſpõdit [u], quicquid hîc Raph.Socinusq́ue cõminiſcantur. oratio enim diui Seueri ad alienationem non trahitur, quæ ex neceſsitate, etiam ſi cauſatiua tantùm, fiat [x]. debuit enim tutor defuncti voluntatem exequi,qui noluit eum fundum ſibi cum extraneo communem eſſe. vnde vel ipſum oportuit partem cohæredis emere, vel ſuam vendere.

... cundum conventionem aut ement, aut vendent: hiq́ue nihil A tale fecerint: an, ſi mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi poſsit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, obſtaturam doli mali exceptionem [a].

a I. EXCEPTIONEM [a]. ¶ Adnotauit huius legis argumento Dinus,ſi † quis extra familiam a-
26 lienare prohibeatur, poſſe tamen extraneo vendere,illis,qui in familia ſunt, interpellatis, & emere detrectantibus,nec in pœnam aliquã condemnari poterit. Quæ ſententia & vera & C communiter approbata eſt,quoties per contractum huiuſmodi prohibitio facta eſt.
II. 27 Sed † quid,ſi teſtamento,ſeu vltima voluntate? & Bart.idem eſſe cenſuit. Quæ ſententia certiſsima eſt,cùm adiecit teſtator clauſulam,vt ſi alienare is, qui grauatus eſt,vellet,in familia alienaret [y].apparet enim tunc nõ ſimpliciter alienare vetitum illum eſſe,ſed extraneis familiam præferri [z]. Quod arbitror adeò verum eſſe,vt etiam ſi verba aliàs fideicommiſſum ſimplex inducerent, nihilo minùs tali clauſula videatur teſtator illud limitaſſe,niſi requiſiti familiares detrectarent. emere: quod Bart.ſenſit,licet Decius aliter ex facto reſponderit [a]. Maior ergo eſt dubitatio,quando illa clauſula adiecta non eſt: & idem eſſe Bar.nihilo minùs cenſuit,fieriq́ue poſſe alienationem interpellatis detrectãtibusq́ue familiaribus exiſtimauit, quem Imola Aretinusq́ue ſunt ſecuti. Quæ ſententia poteſt tali ratione defendi. illa enim teſtatoris verba *Prohibeo extra familiam alienari*, nudum præceptum non continent, ſed fauore familiæ fideicommiſſum inducunt in caſum alienationis duntaxat [b].quod hîc Alexãder diſputat. Quo caſu poteſt eligere hæres cui det, & quemlibet ex familia,etiam remotiorem, proximiori præferre [c].vnde apparet ius nemini, quãvis proximiori,interim quæſitum eſſe. Rurſus poteſt alienare ex cauſa neceſſaria,nec incidit in pœnam priuationis,vt locum familiæ faciat [d]. quia non dicitur contemnere præceptum teſtatoris,qui neceſſariò alienauit:ſicvt nec, qui extraneum hæredem ab inteſtato reliquit [e]. Vnde conſequens eſt,vt facta denuntiatione ſuſtineri debeat alienatio,tanquam nec tunc contemnere iuſſum dicatur : hancq́ue ſententiam & ego ſequor, ſi ex cauſa neceſſaria fieri hanc alienationem conſtet:aliàs verò probabilior eſt Raphaelis,Ananiæ [f],Caſtren.Alex. Torquati,Iaſonis,cæterorumq́ue Recentiorum opinio, qui cùm verba hæc fideicommiſſum inducant,vt ſuprà concluſum eſt. non excludi à iure ſuo familiares

a ꝗ.ea.leg.§.Seia l. Titio Seio.§.viur.de leg.ij. b l.ſeruos.C.ad l.Iul.de vi.l.fin.cum rub. C. ſi ſæp.in integ. c gl.l.vnica,C.quand.non det. d arg Bar.§.morte. e gl l.mora. de vſur. f arg.ꝗ.de lib.dimiſ. g l.fi.C.de iur.emphy. h l.inſula.l.quidam cũ filiũ.ꝗ.co.l nõ impoſſibile.de pact. i l.fi.de leg.commiſ. K l.non eſt nouũ.C.de edend. l c.quidam.extra, de renunt. m Bar.d.§.morte. & teſt.in auth.rogati. C. de teſtib. n ꝗ.ea.l.in prin. & l.fi.de leg.commiſ. o l.fi.pro derelict. dixi l.deteſtatio. de verb.ſig. p arg.l.vbi autem.§.qui illud. ꝗ.eod. q l.ſi dictum.§.fin.de euic. r l.ſed ſi ex ſtipulatu. ꝗ. eod. s l.ſi cui.§.ſex menſium. vt in poſ.leg. t l.j l.iij.C.quãdo decr.opus.l.fi.de reb.cor. u Alex.conſ.lxij.in ij. x l.iij.§.itẽ.quæri.de reb.cor. y l.codicillis.§.inſtituto.vbi Bar.de leg.ij. z l.fi.C.de iure emphyt.Paul.l.quoties.ꝗ.C.de fideicommiſ.Socin.ij.conc.hic. a Dec.cõſ.xxviij. b l pater.§.duobus.de legat.ij.d.l. quoties. C. de fideicom.vbi Cin.Bar. Salic. c l.vnũ.§.quod ſi talia.de leg.ij. d l.peto.§.prędiũ.de legat. ij. e l.cũ pater.§.cũ inter.eod.tit. f Ana.conſ.xlv.ij. Paul.Caſtr.d.l.quoties.



liares tali denuntiatione exiſtimant. tenetur enim grauatus eligere ex familia, cui relinquet, isq́; nõ ab eo,ſed à primo teſtatore rem habuiſſe cenſebitur [a]: quòd ſi non eligat,proximiores ex familia gradatim vocabuntur [b].cùm ergo iure fideicommiſsi in caſum alienationis rẽ habere poſsint, denuntianti grauato reſpõdebũt. Cur *ego emam,quod abſque pretio iure fideicõmiſſi ob indevotionem tuã ſum habiturus*? veriorq́; & receptior hæc eſt ſentẽtia,tametſi Socinus contrariã diſputãdo adſerat.
IIII. 28 Sed † quid,ſi teſtator ſic concepit verba, *Prohibeo alienationem fundi,vt in familia relinquatur*? & puto idem,quod in ſuperiori caſu, eſſe. ijs enim verbis non fideicommiſſum ſimplex poſt mortem,ſed in caſum alienationis duntaxat inducitur [c], nihilq́ue hæc conceptio verborum à ſuperiore differt,cùm dixi, *Veto extra familiam alienari*.vnde videmus tali conceptione ius familiæ gradatim non competere, ſed in poteſtate grauati eſſe,cui det [d],quicquid hac in re Aretin. hîc adverſus expreſſa legum verba comminiſcatur.
V. Sed quid rurſus, ſi dictum ſit, *Veto nepoti meo & eius ſucceſſoribus,ne alienent ſubvrbanum: quia volo illud perpetuare in familia mea,& nunquam exire de nomine meo*? & conſtat idem,quod ſuprà ſuperiori caſu, eſſe: quia quicquid Socinus & alij Recentiores hactenus reſponderint [e],nouella Iuſtiniani expreſsè oſtenditur, non ſimplex fideicommiſſum,ſed in caſum alienationis, ſicvt & ſuperiora,duntaxat eſſe [f]: ideoq́ue hac verborũ conceptione non impediri extraneum hæredem, quin inteſtato nepoti ſuccedere poſsit [g]: nec prohibitionem hanc vltra quàrtum gradum extendi. Quæ omnia aliter obſeruarentur, ſi fideicommiſſum ſimplex poſt mortem eſſet.
VI. Quid ergo,ſi concepta ſint, *Veto fundum extra familiam alienari,vt in familia remaneat*? & Bart.hîc videtur ſenſiſſe fideicommiſſum eſſe ſimplex poſt mortem, & ideo indiſtinctè nihil prodeſſe interpellationem [h]:quod hîc Soc.ſequitur,vt illa verba *Extra familiam*,aliquid operentur [i], quæ aliàs ſuperflua eſſent,cùm etiam abſque illis præceptum teſtatoris nudum dici non poſſet. Sed hæc ratio argutior eſt,quàm vt ab ea induci ſimplex fideicõmiſſum ego ſentiam, cùm longè vberiora eſſent in nouella Iuſtiniani verba, quæ tamen id non potuerunt.ſed hæc ego alibi diffuſiùs [k]. Nec ſatis apparet,an Bart.id ſentiat, de cuius verbis ego ſolicitus non ſum, cùm quomodocunq; declaretur,in altero diſtinctionis ſuæ caſu neceſſariò malè loquatur.
VII. 29 Sed † an ſaltem hoc operetur denuntiatio,vt viuẽte grauato revocari interim res alienata nequeat? & Caſt.cenſuit hoc operari [l]. ego propter indevotionem alienantis ſtatim revocari,cum Alexandro,cęterisq́; ſentio [m], niſi ex cauſa neceſſaria facta proponatur, putà ob æs alienum [n],& ſi qua ſimilia [o].

1 *Explicatio verbi conſtitiſſet, in textu poſiti.*
4 *Conſtare dicitur,quod confectis rationibus apparet.*
6 *Conditionis implendæ facultas tranſmitti nequit.*
7 *Vocis conſtitiſſet,in ſententia denotatio.*

¶ Augerius [a] filiuſfamilias ſeruo Publij Mæuij ſtipulanti ſpopondit, ſe daturum quidquid patrem ſuum Publio Mæuio debere conſtitiſſet. quæſitum eſt, patre defuncto, ante quàm conſtitiſſet, quid, quantum̀que deberet;an, ſi adverſus hæredem eius actum fuiſſet,aliumve ſucceſſorẽ, & de debito conſtitiſſet,Augerius teneatur.Reſpõdit, ſi conditio non extitiſſet ſtipulationem nõ commiſſam.

L.122. Qui Romæ. §. Augerius. † Agerius. P.Flor.

§. AVGERIVS [a]. ¶ Qui promittit, quicquid Titium debere cõſtitiſſet,cenſetur id promiſiſſe,quod viuente ipſo Titio conſtabit. vnde eius morte deficit conditio. Sed quænam eſt ratio? videtur enim id Iuriſconſulti reſponſum ſatis à ratione naturali abhorrere, nec facilè ſani iudicij viris poſſe perſuaderi id actum inter partes eſſe. vnde magna altercatio in eius interpretatione inter Profeſſores fuit.
I. Aliqui Veteres ante Accur.non extitiſſe conditionem aiunt, quia eius verba præteritũ reſpiciũt: quod eſt falſum,cùm † verbum *Conſtitiſſet*,licet ſit præteritum plusquamperfectum ſubiunctiui [p], tamen tractum in futurum habet [q], idq́; maximè,cùm aliàs ex pręteriti temporis ſenſu actus infirmaretur.conditio † enim præteritum reſpiciens ſi eſt nulla,actum reddit nullum [r].vnde fruſtrà diſputaretur de eius eventu,nihilq́; referret, quòd patre mortuo cum cohærede conſtitiſſet.
II. Iaſon ideo non committi ſtipulationem ait, quia non cum Augerio, ſed cum hærede conſtiterat.vnde res inter alios acta alijs non præiudicat. Quæ ratio ſatis aliena à verbis legis noſtræ eſt. nam ea admiſſa fruſtrà dictũ de patris morte eſſet, cùm nec ſentẽtia in patrem lata debuiſſet filio nocere [s].Adde,quòd & ſat vera non eſt.cùm enim de cõditionis implemẽto tractetur,confeſtim cùm inter hæredem & creditorem cõſtat, dicitur impleta conditio,etiã ſi Augerius citatus tunc non ſit [t],ſatisq́ue eſt,ſi deinde citetur, cùm probabit creditor adimpleram fuiſſe conditionem [u]. non enim de effectu facti quæritur,ſed vtrùm factum ſit,id eſt conditio evenerit.
III. Alij ergo aliter,vt Stella Aurelianẽſis,qui dat manus ſuprà ſcriptæ rationi,& fatetur,re ad liquidũ cum hærede patris redacta,conveniri Augeriũ poſſe, & ideo locutum cõditionaliter Scæuolam, ſi conditio nõ extitiſſet:quia tempore,quo à cliente conſultus fuit,nondum factæ erant probationes. Sed certè ridiculus fuiſſet Scæuola tali reſpõſo [x], quod non abſimile illius Diodori eſſet, Ὑόφευ ἀγαστινυ ἀγι Διναια λίγοις,in quem facetè luſit Græcus Poeta vt alibi retuli [y].
IIII. Erunt & quibus placebit,vt non de ſorte,ſed eius acceſsionibus intelligatur id reſponſum.verbaq́ue illa *Si conditio non extitiſſet* exponantur,quatenus non extitiſſet. quod thema diſputabile quidem eſt, ſed alienum à Iuriſconſulti ſenſu. qua de re Diſpunctionum libro primo,cap.xiij.latiùs.
V. Satius ergo eſt receptiorem intellectũ amplecti, eamq́; interpretatione moderari, ne abſurdus videatur: & ſciendum,in primis ſemper id attendendũ,vt à verbis nõ diſcedamus,quatenus tamen mẽs eis ſubſeruiat [z].
3 Diſputemus † primùm de verbis,deinde de mẽte contrahentiũ. & verba per præteritũ plusquãperfectũ ſubiunctiui concepta ſunt, *Promiſit,quicquid conſtitiſſet patrem debere*. quod futurum exactũ Grammatici appellant,quia ex præterito & futuro conſtat [a].vnde ad vitã patris promiſsio reſtringitur, vt eo mortuo ſeruet naturam præteriti, eo verò viuentę naturam futuri. non enim pla-

a d.l.vnũ.§.quod ſi talia. b l.fin.C.de verb.ſig. l.cum ita.§.fi.de leg.ij. c l.peto.§.fratre de leg.ij. d l.pater filium ad l.Falcid. e Soci.conſ.lvij. & cõſ.xliij. Dec. conſ.xxiij. clxxxij. f in auth.de reſt.fid.§. nunc igitur. g d l.cũ pater.§.cum inter. h auth.res,quæ. C.cõmu. de leg. i l.ſi quando. de leg.j. k l.filiusfamilias.§.diui. de legat.j. l l.fin.§.fin.autem ſub cond. C.com. de leg. m d.l.peto.§.fratre. n d §.prędium. o d.§.quod ſi talia.vbi Bartol. p gl.ij.ꝗ.ſi lib.ingen. q l.ſi debitor.§.veriſimile.de cõtrah.emp. r l.cond ꝗ eod. l.cum tale.§.falſam. de condit.& demonſt. s l.patris.C.ne filius.pro patre. t l.Papinianus.§.ex cauſa. de min.Bart.l.ij.C.de eden. u Bald.l.j.C.de confiſ.deb.lib.x. x l.pe.l.fin.C.de ſent.quæ ſine cer. y l.partum.de verb.ſig. z l. non aliter. leg.j. a d.§.veriſimile l.v.de trit. vin.

planè futurum ſignificat[a], ſicvt nec ſimpliciter præteritum. cuius rei plurima ſuperiùs exempla retulimus[b]. Suadet hanc interpretationem & infinitum *Debere*, quod præſentis temporis eſt. patre enim mortuo non eſt verum debere, ſed potiùs debuiſſe[c]. Confirmatur & ex verbi

**¶ Seia hęres[a] vnius tutoris cũ hęrede pupillę**

4 *Conſtare*, proprietate. conſtat † enim inter patrem & eius creditorem, quod collatis rationibus, factiſque calculis convenit: ſeu concorditer apparet, licet metaphoricôs latiùs quandoq; id verbum accipiatur, nempe quod quomodocunque probatum quocunque legitimo modo ſit[d]. Vi- 5 deamus nunc de mente: & † aiunt mentem ex eo depræhendi, quòd veriſimile ſit id egiſſe Augerium, vt omnino viuente patre res conſtaret, qui negotij illius magis inſtructus erat, & rectiùs cõputare, calculumq; ducere poterat, quàm hæres, qui probabilem ex ignorantia excuſationem habet[e]. Qua ratione, inquit Iaſ. etiam ſtipulatio *Iudicatum à Sempronio ſolui*, non extenditur, vt id ſoluatur, quod iudex Sempronio ſubrogatus conſtituerit[f]. quod & in arbitro receptum eſt[g]. Ad- 6 dit Bart. & illam rationem, quòd † cùm hîc tractetur de conditionis implemento, facultas eam implendi ad hæredem non tranſit. Quæ ſententia in caſu noſtro vera eſt, cùm hæc conditio ex mente contrahentium perſonæ cohæreat. aliàs enim huiuſmodi facultas etiam cõtra hæredem locum haberet: quod alibi declaraui[h]. Addo illud & ego, quòd cùm Augerius facto alieno teneatur, mitiùs cum eo agi debuit[i], & in dubio abſolui, cùm ſalua ſint creditoris adverſus hæredem iura[n]. Hincque apparet legi noſtræ locum non futurum, ſi per ſimplex futurum promiſiſſet Augerius, quicquid patrem debere conſtabit. tunc enim videtur ſatis eſſe, ſi vel cum hęrede cõſtet, licet Paul. Caſt. hîc aliter ſentiat, cuius ſententia defendi poſſet, ſi dictum eſſet, *Quicquid cõſtiterit, ſeu apparuerit*. hoc enim retro ad pręteritum ſe flectit, tametſi in hoc Iaſ. diſſentiat. Sed hæc alibi quoq; declarauimus. Sed quid iuris in verbis ſententiæ? velvti ſi iudex condemnauerit Titium ad ſoluẽdum, quicquid actori debere eum conſtitiſſet? & videretur idem eſſe propter vim verborum. Doct. tamen diſtinguunt, vt ſi ex actis iam apparet, quid & quantum debeatur, valeat
7 ſententia, & ad illa acta fiat relatio[l], vt † verbum *Conſtitiſſet*, præteriti temporis naturam ſeruet[m]. Quòd ſi ex actis id non appareat, ſententia regulariter ſit nulla, tanquam talis ſententia non ſolùm adverſus litigatoris iura lata ſit, ſed etiã adverſus conſtitutiones, quæ vetant ſentẽtiam incertam ſub conditione in futurum adimplenda ferri[n], niſi tamen incontinenti poſt ſententiam ad liquidum deduci poſsit[o], putà condemno, quanti conſtiterit per iuramentum[q]: vel niſi de probatione alicuius acceſsionis agatur[q]: quod ſuprà attigi. Fuere tamen, qui generaliter valere talem ſententiam exiſtimarent, vt Angel. & Alexander[r] hîc, & non pauci alij: ſed frequentiùs in aliam partem itum eſt.

a l. ſcribit. §. idẽ. de auro & arg. leg.
b l. ſi quis ſtip. ſit Stichũ. ff. eo.
c arg. l. verbum erit. in fi. de ver. ſignif.
d c. j. de reſt. in integ.
e l. fin. pro ſuo.
f l. cum apud, iudic. ſol.
g l. diẽ perferre. §. j. de arbit.
h l. ſi x. cum petiero. ff. eo.
i l. ſancimus. C. de fideiuſ.
k Paul. de Caſt. l. j. ff. ſi qs caut.
l l. pen. C. de ſent. quę ſine cert.
m l. ſi Stichũ. l. inter cred. ij. de fideiuſ. Bar. l. j. gl. vij. de iur. codicil.
n l. fi. C. de ſentẽ. quæ ſine cert.
o l. cum iudex. C. de ſent.
p l. generaliter. ver. definitione. C. de reb. cred.
q l. j. C. de ſent. quæ ſin. l. vbi. §. penul. ff. eod.
r Alex. cõſ. lxxiij. videretur. in ij.

2 *Litigans dicitur eſſe in mora.*
4 *Succumbens in iudicio poteſt redire ad tranſactionem.*
6 *Interdum finita lite non ceſſat creditoris mora.*
8 *Vſurarum curſus quandoque ſuſpẽditur.*
11 *Extincta actio non reſuſcitatur.*
12 *Stipulatio actionem tutelæ non tollit.*
14 *Tranſactio ſtricti iuris.*
16 *Appellatio ſine expreſſo iudicis ad quem, nomine tenet.*

§. SEIA HAERES[a]. ¶ Vſurarum † curſus 2 interim ſuſpenditur, dum creditor ſtipulationi 1 non acquieſcit, ſed litigare mavult. Cuius rei illa eſt ratio, quòd qui litigat, ſatis dicitur proteſtari, ſe nolle rem habere. vnde † abſque, inter- 2 pellatione irregularis quædam mora ex ipſo litigio inducitur[r]: ideoque alia oblatio neceſſaria non eſt. nam & videmus idem eſſe in eo, qui iniuſtè ab interlocutoria appellat. ſtatim enim contumax cenſetur, nec vlteriùs citandus eſt[t]. Cenſuit tamen Bartolus moram hanc finito litigio extingui: quia ſicvt ex eo contrahitur, ita eo finito & ipſa finitur[u]. vnde † lex noſtra poſt finem litis ſatis ſentit incipere vſuras currere, niſi 3 per oblationem iterum creditor in mora conſtituatur[x]: idque illis verbis, *Si Seia non ceſſaſſet*. & antiqui tamen codices aliter ſcriptum habent, nempè *Et Seia antè ceſſaßet*. qua ſcriptura multæ Aretini ambages hîc diluuntur. Hinc infertur, poſſe † actorem, qui ſuccubuit, ad beneficium 4 tranſactionis reverti, tametſi illam quandoque impugnauerit. Sed vnde hoc? non enim ex eo, quod quis ſemel oppugnauit, commodum conſequi amplius debet[y], & quod quis ſemel libello ſuo negauit, adfirmare amplius non poteſt[z]: nec tenetur reus actori ſeruare tranſactionem, quam actor, quod in ſe fuiſſet, non ſeruauit[a]. Sed reſponde, hæc poſſe durante primo iudicio locum habere: ſed cùm nunc paratus ſit creditor ſtare tranſactioni, debet reus quoque acquieſcere. licitum enim eſt ei, qui ſuccubuit, ſententiæ obſequi, & ad tranſactionem, quam iudex ſeruari iuſsit, reverti[b], ne vtroque commodo careat, qui de altero tantùm litigauit[c]. Adſeueratio enim hæc, quam nec pars acceptauit, nec iudex approbauit, nullo ei præiudicio eſſe debet[c]. qua de re ſuprà[a]. Sed nunquid idem ſit, quomodocunq; lis finiatur? & ſi ſententia finita ſit, Bar. Imol. Alex. Felin. ceſſare † contumaciam 5 cenſuerũt, credendum enim eſt fore, vt ſentẽtiæ acquieſcat is, qui iuſſus eſt. vnde perinde eſt, ac ſi expreſsè appellationi renuntiaſſet[e], vel coram iudice provocato comparuiſſet, quidquid Aret. Soc. Iaſ. hîc tradiderunt[f]. Sed ſi per negligen- I. tiã dũtaxat, putà lapſus inſtãtię, videretur aliud: quia recepſiſsimo calculo Pontificij tradiderũt, licet † finita per renuntiationẽ expreſſam, vel ſen- 6 tentiam lite, quam quis ab interlocutoria appellãs mouerat, purgata dicatur (vt ſuprà dixi) eius contumacia[g], tamen ſecus eſſe, ſi lapſu præfixi termini, vel nõ petitis apoſtolis deſerta ſit cauſa. tunc enim citandus non erit amplius procurator[h], quia ex hac negligentia maior quædam arguitur contumacia, non autem purgatur. Vnde conſequens eſt, vt ſi in caſu legis noſtræ deſerta eſſet appellatio, ſeu aliàs lis lapſu inſtantiæ finita, non tamen creditoris mora finiretur, iuſteque debitor excuſaretur, qui credidit fore, vt ſi obtuliſſet, ille non acciperet. Sed † quid, ſi iuſtam cauſam litigandi pupilli hæ- II. res habuit, an adhuc ſuſpendentur vſuræ? & non 7 videretur. Finge (inquit Bart.) me citatum procuratorem in iudicium miſiſſe, diutiusque ſuper mandato diſputatum fuiſſe, tandemq; adverſus mandatum pronuntiatũ. an contumax cẽſebor? ait

s arg. l. nemo ſe. §. j. ff. eod.
t c. cũ, qui. de dolo & contum. Abb. & Felin. cum cauſ. de re iud.
u arg. l. Titia Seio. §. vſuras. de leg. ij.
x l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. eod.
y l. poſt legatũ. ubi Bar. de his, quib. ut indig.
z l. cum precũ. C. de lib. cauſ.
a l. cum propoſitas. ij. C. de pact.
b l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. de inoffic. teſt. & gl. auth. item poſſeſ. C. qui pot. in pig.
c d. c. mulieri. de iureiur. vbi Abb. in fin.
d l. qui familiæ. ff. fami. erciſc. Bal. l. ſi magnã. C. quia accuſ.
e l. decem. ff. eo.
f d. c. eum, qui.
g gl. verb. renuntiet. d. c. cũ, qui.
h d. c. cũ. qui. cũ gl.
i Petruſ. c. perſonas. in fin. de appel. Abb. d. c. cũ cauſ. Præpoſ. c. directæ. de appel.



ait ille, non cẽſeri, ſi iuſtè credidi mãdatum illud ſufficere[a]. Qua ratione videretur in caſu legis noſtræ excuſari quoque à mora creditorem debere. nam & cenſuit Aret. eum, qui ab interlocutoria appellat, ſi iuſtè credidit ſe appellare, nõ habendum pro contumace[b]. Sed tamẽ hæc cõmuniter reiecta ſunt. ſecuta enim ſententia, qua auctor victus eſt, declaratur retrò eum moræ cõtumaciæque reum fuiſſe, iuſtaque cauſa ſolùm perpenditur, vt ab expẽſis excuſet, nõ à morę, ſeu cõtumaciæ, præterquàm manifeſtiſsimę, pœ-
III. na[c]. Illud conſtat,
8 in † caſu legis noſtrę ſuſpendi vſurarum curſum, quę ex trãſactione debebantur, quia eam actor impugnabat. Quòd ſi in actione tutelæ obtinuiſſet, vſuræ vtique cucurriſſent, quę ſecundum eius actionis naturam debẽtur[d]: quia illud pro regula receptum eſt, vt pendente appellatione fruſtratoria nihilominùs pri-
IIII. mi contractus vſuris currant[e]. Sed † quid, ſi in
9 caſu legis noſtræ Seia nõ vſuras, ſed penſionem aliquam præſtaret, vt quia fundum inſolutũ dediſſet, quem ſub annuo canone reconduxiſſet? & videretur idem de penſione, quod de vſuris iudicandum eſſe[f]. Sed tamen ego diſſentio, quia canon non propter moram ſoluitur, ſed in fructuũ compenſatione[g], quos vtique Seia percepit, quamvis mota ſibi ſit per adverſarium lis.

**tranſactione pacto[a] ſolo facta, maiorem partẽ ſoluit, reſiduam cauit: ſed ilico negauit hæres ſe tranſactionẽ ſeruare: & apud iudicẽ tutelæ egit: & victus provocauit ad cõpetentem iudicẽ[b]: & ab eo quoque ad principẽ idẽ provocauit: & iniuſta quoq; hęc provocatio eius pronuntiata eſt. quæſitum eſt, cùm per hæredẽ pupillæ mora interceſſerit, quo minùs pecunia in ſtipulationẽ deducta, ab hærede tutoris ſolueret, nec vnq; petierit: an ei hodie debeant vſuræ ab hærede tutoris. Reſpõdit, ſi Seia nõ ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniã offerre, iure vſuras non deberi.**

a SOLO PACTO[a]. ¶ Si † enim per acceptila-
10 tionem, Aquilianamq; ſtipulationem celebrata tranſactio fuiſſet, non potuiſſet pupillæ hæres actionem tutelæ intẽdere, quę ſublata erat[h]. nec
11 † enim actio extincta reviuiſcit amplius[i]. Addit Caſtren. tali caſu non eſſe actori indulgendum, vt ſi in actione tutelæ ſuccubuit, ad beneficium tranſactionis revertatur, quod vltrò impugnauit: & licet ſuccubuerit, id non propter rei exceptionem fuit, qui pro tranſactione litigaret, ſed quia à principio actione defectus actor erat, vt quæ acceptilatione ſublata eſſet[k]. quæ ſententia communi Doctor. interpretatione recepta
12 eſt, quicquid hîc Iaſ. comminiſcatur. Sed † an idem ſit, ſi ſola ſtipulatione citra acceptilationẽ Aquilianamque formulam tranſactum eſſet? & conſtat ſtipulatione, quæ verborum obligatio eſt, actionem tutelæ, quæ non verbis, ſed quaſi contractu inducitur, ipſo iure perimi non poſſe[l]. Vnde adhuc actio tutelæ competijſſet perinde, ac ſi ſolo pacto tranſactum fuiſſet. Differen-
13 tia † tamen aliqua hac in re perpendi poteſt: quia ſi ſtipulatione celebrata ſit tranſactio, cùm ſtricti iuris ſit ſtipulatio, ex ea vſurę propter moram non veniunt[m]: quòd ſi pacto nudo inducta proponeretur, aliud videri poſſet[n], tanquam pactũ hoc tranſactionis naturam actionis tutelę ſuſcipiat, quæ bonæ fidei eſt[o]: quod in ſtipulatione ſecus eſt, quæ contractui bonę fidei adiecta, tamen ſecũdum ſtricti iuris regulas iudicatur[p]. E-
14 go tamẽ ſoleo exiſtimare, tranſactionis † iudiciũ

a Bar. l. ij. §. non ſolũ ad Tertyl.
b Aret. hîc per cle. j. eo. tit. de appel.
c l. fi. vbi Paul. ff. de re iud.
d l. tutor. de vſuris.
e d. l. fin. & l. negotiorũ. de appel.
f l. lecta. ff. ſi cer. pet.
g l. defuncta. de vſufruct.
h l. vt reſpõſum. C. de tranſact.
i l. qui res. in fin. de ſolut.
k l. vbi pact. C. de tranſac. vbi Paul. de Caſt.
l l. actione. C. de tranſact. vbi Doct.
m l. videamus. de vſur.
n gl. l. de tutela. C. de in integ. reſtit.
o §. actionum. Inſt. de act.
p l. in bonę fidei de eo, quod certo loco.



L. 122. Qui Romæ. §. Seia hæres.

indiſtinctè ſtricti iuris eſſe[q], & ideo vſurę ex mora indiſtinctè nõ debẽtur. quod hîc rectè Acc. ſenſit, vt meritò poſt trãſactionẽ neceſſe habuerint partes ſibi per ſpecialem ſtipulationem cauere, vt hîc dicitur. Sed † nunquid per hanc litem impediatur ipſo iure curſus harũ vſurarum, quas ſibi præſtari hæres pupillæ cauerat? & lex ſimpliciter ait iure nõ deberi. quæ verba Accur. interpretatur, iure exceptionis, probabiliſque eſt ſententia, cùm ſolo litigio creditorẽ ipſum tacita quadam in mora cõſtitui ex Bartoli ſentẽtia ſuprà cenſuerimus: quòd ſi de expreſſa mora agatur, vt quia ante quàm currere cœpiſſent, facta eſſet oblatio[r], vel poſtquam cœperunt currere, nec oblatio tantùm, ſed & obligatio ſecuta proponatur[s], tunc abſque dubio ipſo iure curſus impeditur[t]. quod hîc Alexander Iaſ. cæteri tradiderunt. 15

b PROVOCAVIT APVD COMPETENTEM IVDICEM[b]. ¶ Adnotant hîc Doctores,
16 valere † hanc formulam appellationis, *Prouoco ad competentem iudicem*, quamvis eius nomen ſpecialiter non exprimatur[u]. intelligitur enim gradatim appellatum, vt verba generaliter prolata ſecundum ordinem iuris declarentur[x]. cùm enim gradatim ſit appellandum[y], generali hoc ſermone de eo intelligitur, qui appellari potuit[z], perindeque habetur, ac ſi ſpecialiter nominatus eſſet[a]. Sed quid, ſi plures ſint, qui rectè atque ordine appellari potuerint? verbi gratia, ſcholaſticus ſuprà dicta forma provocauit, quẽ conſtat poſſe omiſſo præſide principem continenter adire[b], an valebit appellatio? & puto valere, etiam ſi ſimpliciter dixiſſet *Appello*[c], declarabiturque ex proſecutione appellationis, quis appellatus ſit. quod Specul.[d] ſenſit, & recep-
17 tius videtur. Sed † quo tẽpore fieri hæc declaratio debebit? & Io. And. Peruſ. Dec. ante x. dierũ lapſum[e], ſecundũ quã ſententiam ſępe ab Alex. reſponſum extat: Rota[f], Angelusq; & Millius etiã poſt illud tẽpus: ego in alternatiua appellatione Io. And. ſequor, quem & Paul. Aretinusq; hîc ſequũtur, quia tũc de electione agitur: in generali verò Rotã, cùm tũc de declaratione tractetur[g]. Putarẽ quoq;, ſi pars petat ſibi declarari, quẽ adire velit, teneri appellantẽ id facere
18 ante decem dierũ lapſum. ſicvt † & in libello dicimus, qui quamvis incertus, valet, ſi pars nõ reclamet[h]: aliàs declarãdus eſt, dũ tẽpora largiuntur[i]. Sed hæc nos Pontificijs relinquamus.

q dixi in rub. C. de tranſact.
r d. l. ſi pro te. C. de vſur.
s l. acceptã. eod. tit.
t l. tutor pro pupillo. in fi. de admit. tut. l. pen. cũ gl. de nau. fœn.
u gl. l. cum proponas. C. de bõ. auct. iud. Bart. l. j. §. ſi quis. de appel.
x l. Gallus. §. j. de lib. et poſth. l. Lucius. §. penul. ad municip.
y l. Imperatores §. j. de appel.
z l. fundus, qui. de fund. inſt.
a l. ij. de lib. & poſthu.
b auth. habita. C. ne fil. pro pat. vbi Bal.
c l. ij. ff. de appel.
d Can. c. ij. de appel.
e arg. l. j. in prin. de appel. recip. gl. c. ſi is, cui. de offic. deleg. lib. vj. conſil. cj. clxiiij. & clxvij. clxxxiij. ij.
f Rota deciſ. ccix. in not. dec. Cap. Tol. q. cccclxxiiij.
g l. qui ex pluribus. ff. eo. vbi dixi.
h c. abbate. ver. ſecus de re iud. in vj.
i l. fin. C. de an. except. gl. l. j. §. ſi quis argentum. depoſ. Doct. l. edita. de eden. C.

1 *Sententia declarandum, quòd contra ſtipulationẽ actũ.*
3 *Renuntiatio fideicommiſsis variè conſideratur.*
5 *Stipulatio pœnalis præcedentem non nouat.*
6 *Pœna ex ſententia iniuſta committitur: eiuſq; declaratio per exemplum.*
10 *Sententia iniuſta tranſit in rem iudicatam.* (dicio.
11 *Iudicatum in vno, an in dubium in alio vocari poßit iu-*

*13 Per ſimplicem diuiſionem non renuntiatur fideicommiſſo conditionali, etiam interueniente ſacramento. 16. Fallit, vt num. 17.*
*14 Diuiſionis natura.*
*21 Renuntiatio adverſus ignorantem non procedit.*
*25 Generalis liberatio interdum ad fideicommiſſum trahitur.*
*26 Aliquot caſibus fideicommiſſo conditionali renũtiatum cenſetur: & quid in iure ſubſtitutionis pupillaris. 27.*
*29 Verba renuntiatiua quandoque non impediunt, quo minus fideicommiſſum conſiſtat.*
*32 Grauatus fideicommiſſo duplici actione tenetur.*
*35 Inter cohæredes præſtatur evictio, interdum contrà.*
*36 Sciens non agit de evictione.*
*37 Emptione cenſetur fideicommiſſo renuntiatum.*
*40 Legato per emptionem quando non renuntiatur.*
*42 Emphyteutis permiſſa diuiſio, eiusq; ratio, & limitatio. 46.*
*52 Falſa cauſa vitiatur actus.*
*55 Delegati iniuſta ſententia non tranſit in rem iudicatã.*
*56 Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, invtilis.*

¶ Duo fratres[a] hæreditatem inter ſe diuiſerunt, & cauerunt ſibi, nihil ſe contra
A eam diuiſionem facturos: & ſi contrà quis feciſſet, pœnam alter alteri promiſit[b]:

a DVO FRATRES [a]. ¶ Pœnalis † ſtipulatio
1 committitur, ſi ſententia iudicis conſtet adverſus ea factum eſſe, quæ principali ſtipulatione
promiſſa ſunt. Nec refert, ſententia illa iuſta, an
2 iniuſta ſit. nec enim lex diſtinguit. Operæ † tamẽ
pretium eſt veſtigare, qualis eſſet hæc ſententia:
& fuere, qui iuſtam interpretarentur. id enim hu
manius eſt, ſicq; in dubio eſt credendum [a]. Quo-
3 modo † autem iuſta eſſet, alij aliter explicant. Ra
pha. Com. quia fideicommiſſum hoc purum e-
rat, conſtat autem ſimplici diuiſione, fideicom-
miſſo puro renuntiatum cenſeri [b], quia ius præ-
I. ſens faciliùs remiſſum exiſtimatur [c]. Quod in-
telligendum, ſi contrahentes non ignorabant il-
lud ſubeſſe. aliàs enim videri non poſſunt remi-
II. ſiſſe [d], quod hîc Alexander tradit. Item intel-
ligendum, ſi verba hoc paterentur. aliàs enim li-
mitata tranſactio ad fideicommiſſum non trahi-
tur [e], vt ſi dixiſſet de ſola parte, in qua inſtitutus
III. eſſet, tranſigere. non enim traheretur ad alia [f].
Rurſus intelligendum, niſi fideicommiſſum in
alia re eſſet, quàm quæ in diuiſionem deducere-
tur, vt ſi fideicommiſſum in pecunia eſſet, diui-
ſio de bonis facta proponeretur. tali enim caſu
etiam ſi promiſſum eſſet nil contra diuiſionem
fieri, non tamen impediretur alter, quin pecu-
niam ab altero peteret [g]: quod ex facto reſpon-
ſum à Decio ſcio [h]. diuiſio enim cenſetur facta, vt
à communione recedatur [i], ſuumque ab alieno
diſcernatur [k]. non autem donationis, aut remiſ-
ſionis cauſa, niſi fortè (quod ad hypothecam at-
tinet) ex fideicõmiſſo orientes: quia qui ex cau-
ſa diuiſionis dat, liberè dare cenſetur, id eſt, abſ-
IIII. que hypothecæ obligatione [l]. Item intellige,
quando fideicommiſſum eſſet particulare, cuius
dominium ipſo iure tranſlatum eſſet [m]. qui enim
iam eſt dominus, rem titulo diuiſionis accipien
do videtur priori iuri renuntiaſſe [n]. quòd ſi fidei-
commiſſum vniuerſale eſſet, quia ex eo non trãſ
fertur dominium [o]. nihil pugnat, quin & res ti-
tulo diuiſionis habeat, & fideicommiſſi pretiũ
petat. quod hîc Claudius tradit: quia actiones
perſonales, quę contra cohæredem competunt,

a l. Herẽniũs. in fi. de euict. l. ſer. inuito. §. cũ pręt. ad Trebel.
b l. Titius. quib. mod. pig. Imo. Paul. Alex. Iaſ. hîc.
c l. ſi ita ſcript. §. ſub cond. de leg. ij.
d l. tres fratres. cũ gl. 3. de pac. Bart. j. xij. q.
e l. qui cum tut. de tranſac. vbi Fulg. & Iaſ.
f Bar. hic, vij. ſol. Alberic.
g arg. l. Procula. de probat.
h Dec. cõſil. lxxix. & cclxvij.
i l. ſi nõ fortè. §. ſi centum. de cond. ind.
k l. cũ pater. §. hæred. ij. de leg. ij.
l l. ſi familiæ. C. fam. erciſ.
m l. à Titio de furt.
n Bar. j. q. xij.
o Doct. l. j. de l. j. vbi Bar.
p P. Claud. Aqẽſis. q. xlj.

diuiſione non tolluntur [q]. Nec dubium eſt ante
reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis in per-
ſonam agi [r], niſi dicas non eſſe merum ius perſo
nale iſtud, cùm in ſubſidium etiam vtiliter ven-
dicetur [s], in idque perſonaliter agatur, vt vindi-
catio reſtitutione facta deinde competat, vt meritò ego Claudij ſententiam probare non poſſim, quę non ſolùm Raph. adverſa-
tur, ſed contra Bart. cæterorumque mẽtem eſt [t].
Igitur vt arbitror ſententiam Raphaelis, iuris ra-
tionibus convenire, ita non ſat contextis hîc ver
bis quadrat, & vt omittam hoc modò indubita-
ta de re quæſtionem Scæuolæ propoſitam eſſe,
expreſsè hîc dicitur, *Poſt mortem petitum*, quæ † ver 4
ba ſatis indicant, nõ fuiſſe purum fideicommiſ-
B ſum, ſed poſt mortem collatum [u]: alioquin etiã
viuente fratre peti potuiſſet. Alij ergo frequen- I.
tiſsimo calculo fideicommiſſum conditionale
hîc interpreati ſunt, & ſententiam iniuſtè latam
fuiſſe, quia per ſimplicem diuiſionem fideicom-
miſſo conditionali non cenſetur renuntiatum [x]:
idque, etiam ſi clauſula *Nil contra diuiſionem factu-
ros*, adiecta proponatur. talis enim clauſula nihil
operatur [y]: quia (vt adverſus Guil. & Din. Bart.
rectè ait) quiſquis diuidit, vtique promittit
C adverſus factum ſuum non venire [z], ſique ſem-
per tacitè ineſt, vt meritò ſi exprimatur, non ma-
ioris ſit effectus, quàm cæteræ clauſulę, quas exe
cutiuas vocant, quę principalem diuiſionem nõ
ampliant [a], ſequorque & ipſe hunc intellectum,
vt ſcilicet in caſu magis dubitabili legem noſtrã
intelligamus [b]. Sunt tamen, qui etiam ſi fidei-
commiſſum conditionale eſſet, iuſtè iudicatum
exiſtimârint, vt Rogerius & quidem Veteres [c].
in ijs ſcilicet caſibus, qui de regula excipiuntur,
D putà quando verba tranſactionis etiam ad ius fu
turum referũtur [d], quos infrà adnotabimus. Fue II.
re & alij, qui partim bene, partim malè iudica-
tum cẽſuere, vt Azo: malè reſpectu partis, quam
in diuiſione frater, qui prædeceſsit, iure pro-
prio habebat: bene eius reſpectu, quam iure co-
hæredis conſecutus eſt. cùm enim frater ſuper-
ſtes de evictione eius dimidiæ teneretur [e], de-
buit ab actione reijci [f]: ab alia verò non de-
buit. Sed hanc opinionem omnes improbant:
E tum, quòd verbis legis noſtrę non convenit, qui-
bus pronuntiatum contra actorem apparet, non
quia de evictione artis teneretur, ſed quia de
toto tranſactum videbatur: tum etiam, quòd iu-
re noſtro falſa eſt huiuſmodi traditio, quòd fra-
ter ille pręmortuus partem hæreditatis iure ſuo,
partem iure cohæredis haberet: imò totum iu-
re ſuo habebat, quia pars illa in eius locum ſuc-
ceſsit, quam à ſe ſuperſtes habuit: quod in ſuc-
ceſsionibus iuris, ſeu quoties partibus regula-
F re eſt [g]. Vnde & pars pro diuiſo iuris interpre-
tatione eadem cenſetur, quæ prius pro indiui-
ſo erat [h], & actio perſonalis, quæ ex teſtamen-
to pro indiuiſo competebat, in ea parte, quæ di-
uiſa fratri præmortuo obvenit, conſolidatur [i].
quod hîc Bartolus latè, Albericus verò diffuſiſsi
mè tradit [k].

POENAM ALTER ALTERI PROMI- b
SIT [b]. ¶ Cùm † hîc ſubiecta ſit contractui diui- 34
ſionis ſtipulatio pœnalis, cur præcedentem non
nouat [l]? & Bart. ſi ex cauſa lucratiua contractus
præ-

q l. ij. §. fi. l. ij. & cõſequẽter in pri. fam. erciſc.
r l. reſtituta. in prin. ad Trebel.
s l. pen. §. fin. C. ad Trebel.
t Bar. iiij oppoſ.
u l. j. de cond. & demonſt.
x d. l. cum pater §. hæred. Bart. j. j. q.
y l. fi. §. item quę ſitum. de cond. indeb.
z l. vindicantẽ. de evict.
a clem. j. in fi. de præben.
b l. quod Labeo de Carb. edic.
c Din. Iac. Guil.
d l. j. C. de pact. vbi dixi.
e d. l. ſi familiæ.
f l. vindicantẽ. de evic.
g l. Imperator. in fi. de leg. j. l. j. §. pe. ſi pars hęr.
h l. deducta. §. nummis accept. ad Trebel. l. ſi prob. l. ſeq. C. com. diuid.
i l. Iulianus. §. idem Celſus. de ac. emp. in fi.
k Bar. j. q. Alb.
l l. obligationũ ferè. §. fi. 3. tit. j.



præceſsiſſet, nouationem fieri exiſtimauit: ſecus
ſi ex oneroſa [a]. qualis eſt caſus noſter. Verùm
huic diſtinctioni adverſatur, quòd in diuiſione
licet alter alteri cohæredi obligetur [b], tamen vi-
detur agi de titulo lucratiuo, attenta ſcilicet o-
rigine [c], quæ maximè hac in materia attendi de-
bet [d]. hæreditatem enim paternam dicuntur fi-
lij ex cauſa lucratiua conſequi [e]. ſicvt & videmus
in dote, quæ reſpectu filiæ titulo lucratiuo cen-
A ſetur à patre haberi [f], licet non idem ſit reſpectu
mariti [g]. Meritò ergo ſuprà Bartolum ego ſe-
cutus non ſum, aliterque hunc nodum diſſol-
ui [h]. Sed rurſus inſtatur: etiam ſi concedamus
II. nouationem non fieri, non poteſt tamen quis &
rem & pœnam conſequi, ſed altero oportet eſſe
contentum [i]: & tamen hîc videtur vtrunque ſti-
pulatori adeſſe, & rem, id eſt fideicommiſſum,
de quo litigatum eſt, & pœnam. Vnde igitur hoc
I. inductum dicemus? An negabimus vtrunque
B peti, ſed in pœna compenſari exiſtimabimus,
quod ex cauſa fideicommiſſi retinetur [k]? quod
adverſus mentem legis aliqui comminiſcuntur.
II. An (quod alij communiter) hîc actum expreſ-
sè dicemus, vt debeatur vtrunque [l]? ſed & hoc
III. diuinatorium eſt. An, quod Bald. cenſuit, id-
eo pœnam integram victor conſequetur, quia
rem ipſam de facto, non de iure obtineat [m]? fuit
enim malè iudicatum, vt ſuprà vidimus: quod
Alexandro non placet, nec mihi. nec enim po-
IIII. teſt quis allegare ſe iniuſtè obtinuiſſe [n]. An,
C quod iterum ille ait, pœna non rei, ſed facto ad-
iecta erat? nempe ſi contra diuiſionem factum
eſſet, quod pro infecto haberi non poteſt [o]? ſed
certè id factum cauſa rei ſeruandę inducitur: vn-
V. de res ipſa potiùs inſpicienda eſt [p]. Ego tacitè
actum arbitror, vt vtrunque haberi poſsit. cùm
enim de iure contravenire non poſſet, quia ſti-
pulatione nil contra diuiſionem facturos renun
tiatum erat fideicommiſſo ſublataque actio [q],
D ſequitur pœnam adiectam, vt contemptum, ſeu
facti vexationẽ vlciſceretur. Quo caſu dubium
non eſt vtrunq; conſequi victorem [r], cùm ſecus
ſit, vbi pacto nudo duntaxat quicquam promiſ-
ſum eſt, quod alibi quoq; declaraui [s]. nec enim
pacto nudo prior obligatio ſublata erat. Quòd ſi
acceptilatio quoq; acceſsiſſet, non ſolùm nõ ex-
pectaretur, ſicvt in caſu noſtro, ſententia, ſed cõ-
feſtim pœna cõmitteretur, quia ſtatim conſtaret
partem cõtravenire [t]. Hinc ergo adnotandum
6 eſt, ex † ſententia iniuſta pœnam committi, quo-
E ties eius ſentẽtiæ iniquitas allegari amplius nõ
poteſt. quod ad Dini quæſtionẽ pertinere Bart.
cẽſuit. Pone in cõpromiſſo cautũ, ne ab arbitra-
toris ſententia reclametur [u], & qui contrà fece-
rit, eamq; ſecundũ boni viri iudicium corrigi pe
tierit, ſoluat pœnæ nomine: victus perijt, & ſen
tentia à bono viro confirmata fuit, an commiſſa
ſit pœna? an verò hoc iudicio, quo illa petitur,
poterit iterum allegari iniquè arbitratorem iudi
caſſe? ſicq; conditionẽ, quæ tacitè compromiſſo
ineſt, non eveniſſe [x] (& Din. Bart. cęteri argumẽ
to legis noſtræ commiſſam eſſe pœnam reſpon-
derunt, & ſententiam à bono viro latam, etiam
in acceſſorio hoc & pœnali iudicio pręiudicium
facere [y]. Quidni? cùm à tali ſententia amplius
nulla ſit provocatio, vt Bartolus & plerique alij
crebriore (vt videtur) calculo cenſuere [z]: tamet-
ſi Alexander adhuc concedi appellationem ex
facto reſponderit [a], & ideo non priùs commit-
ti pœnã quàm in ſecunda quoq; inſtantia fuerit

a l. ſi qs à ſocio. l. ſi duo. pro ſoc.
b d. l. ſi familiæ. el. & ideo. de cõdic. furt. Aret. l. is poteſt in fi. de acq. hæred.
d gl. l. ſi donaturus. §. j. vbi Iaſ. de cõd. ob cauſ.
e l. j. C. de imp. lucrat. lib. x. gl. l. ſi duo. de acq. hæred.
f l. fin. §. j. quę in fraud. cred.
g Iaſ. l. Neſennius. de re iudic.
h l. ita ſtipulat. in fi. 3. eod.
i l. reſcriptum. §. ſi pact. de pact.
k d. l. ſi quis à ſocio.
l l. qui fidem. de tranſact.
m l. [illegible] ad Trebel. Bal. c. j. imp. Lothar.
n l. ſi ſeruus plurium. §. j. de leg. j.
o l. in bello. §. factæ. de capti.
p l. ſi qs n[illegible] cauſam. ſi cer. pet.
q l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. de pact.
r l. ſi quis rem. de arbit.
s l. cum propoſitas. C. d. trãſact.
t l. vbi pactum. C. eod.
u l. ſi libertus de op. lib. c. Quintauallis. de iureiur.
x d. l. ſi libertis.
y l. & ex diuerſo. §. j. de rei vendic.
z Bart. l. j. in fin. de leg. ij.
a Alex. conſ. cvj in iij.



boni viri ſententia confirmata. Sit ergo conclu- L. 122.
ſio, vt committi pœnam dicamus, quoties de ini Qui Romæ.
quitate ſententię quicquã amplius allegari non
poteſt. Quod † in primis intelligẽdum, cùm ſen § Duo fratres.
tentia reductionis confirmatum eſt arbitratoris
laudatiuum, quia iuſtum & æquum eſſet. tunc e-
nim non poteſt amplius iniquum dici, ne adver I.
ſus rem iudicatam veniamus. Quòd ſi nulla cau- 7
ſa expreſſa eſſet, vel eſſet confirmatum, quia de
A eius iniquitate probari non potuiſſet, ſecus eſt.
nihil enim obſtat, quin iudicio hoc acceſſorio,
quo de pœna quæritur, probari iniquitas poſ-
ſit. quod Bartol. Alexan. Iaſ. cęteri tradiderunt [b].
Vnde in lege noſtra haudquaquam otioſè adij-
citur, fuiſſe iudicatum, quaſi de fideicommiſſo
tranſactum eſſet. aliàs enim præſumeretur iudi-
catum, quia probari non potuiſſet, & ideo pœ-
na non committeretur. Nec me mouet illorum
ratio, qui idem eſſe aiunt, ſiue cauſa ſit expreſſa,
B quia laudatiuum iuſtum, ſiue non expreſſa, cùm
præſumatur iuſtum [c]. Reſpondeo, præſum-
ptionem hanc non ſufficere, cùm ex eo oriatur,
quia non eſt probatum, vt ſuprà dixi, idque ma-
ximè in pœnis [d]. Sed † & videretur ſuprà ſcri- II.
ptæ concluſioni locum non eſſe, cùm victus iu- 8
ſtam reclamandi cauſam habuiſſet. tunc enim
tueri ope exceptionis ſe à pœna poteſt [e], quia
iuſta cauſa à pœna compromiſſi excuſat. quod
non pauci tradiderunt [f]. Sicvt & ab expenſis
C excuſat [g], & ab interitu ſpeciei [h], itemque à do-
lo [i]. Sed tamen in diuerſam partem tranſijt Iaſ.
& ex facto reſpondit Alexand. [k], quia tunc iuſta
cauſa excuſaret, cùm rei iudicatæ veritas in du-
bium non verteretur [l]: ſecus, ſi verteretur, vt
ex lege noſtra apparet. quam ſententiam & e-
go ſequor [m]. Sed † an ſaltem ſuccurratur vi- III.
cto, quando compromiſſum illud pœnale ex ne- 9
ceſsitate ſtatuti factum eſſet? & Baldus cenſuit
ſuccurri, itemque Pontanus [n]. quamvis enim a-
D liàs iuſta cauſa non excuſet ab expenſis, quę par-
tium conventione promiſſæ eſſent [o], tamen ab
ijs excuſat, quæ ex neceſsitate legis, ſeu ſtatuti
deberentur [p]. Ego hoc caſu ſtatim cùm quis re-
clamat, pœnam committi exiſtimo, vt idem de
hoc iudicemus, quod de arbitrio [q]. is enim, qui
ex neceſsitate legis, municipalis eligitur, arbi-
ter iuris vocatur [r], nec in eorum compromiſ-
ſo ſubauditur illa conditio. *Si iuſtè iudicauerit* [s], vt
meritò non ſit de ea ſub bono viro diſputan-
E dum, ſed confeſtim committatur pœna. Pro-
babilior ergo eſt illa limitatio, quando ſentẽtia IIII.
reclamationis adverſus abſentem à bono viro la
ta eſſet. tunc enim præſumeretur propter contu
maciam lata, non quòd abſens malam cauſam
haberet [t], ſicque arbitrator iuſtè iudicaſſet. Quæ
concluſio defendi poteſt, cùm victus non in ſo-
lo puncto ferendæ ſententiæ, ſed in vniuerſa li-
tis proſecutione contumax fuiſſet [u]. Illud cer- V.
tius videtur, q, ſuprà ſcriptæ cõcluſioni inter eas
F duntaxat perſonas ſit locus, vt ſcilicet victori ad
pœnam agenti non poſsit victus excipere, ſi ſen-
tẽtia iniuſta non eſſet, at alius ipſe, cuius interſit,
poterit [x]: quod Raph. Paul. Alex. cęteri tradide-
runt, ne ſcilicet res inter alios acta alijs præiudi-
cet [y]. nam & videmus ſententiam adverſus filiũ
adoptiuum latam patri ex ſtipulatu ad pœnã a-
genti præiudicium nõ facere [z]. Et ſuprà ſcripta
quidem procedunt, cùm iniquitas ſentẽtiæ arbi
tratoris allegatur. Quid ergo, ſi dicatur nulla?
& conſtat poſſe quẽlibet ſimplici renuntiatione

b Bart. l. Iulianus verũ debit. de cond. indeb.
c c. cum inter. in fi. de re iud.
d l. in teſtamento. de cond. & demonſt.
e l. tres fratres, vbi gl. in fi. de pact.
f Bald. l. non ſolum. de rei vẽd. Caſt. d. l. Iulianus.
g gl. l. iij. §. fi. ff. de leg. iij.
h gl. l. in hac. de tritic. act.
i l. igitur. de lib. cauſ.
k cõſ. cxix. in ij.
l l. de rebus. 3. de arbit.
m Paul. Caſt. in l. fi. 3. de re iud.
n l. res. §. cautione. de appl. Romæ. hic.
o gl. §. oportet. in auth. de iud. & in d. l. iij. §. fi. rem.
p gl. l. ab executione. in fi. C. quorũ appel.
q l. diem. §. ſtatu. de arbit.
r l. fi. vbi Doct. C. de iudic.
s d. l. ſi libertus. ita.
t l. ſi ideo. de euic. Alex. l. ſæpe. de re iud.
u Dec. conſ. xxxiiij.
x c. ſuper eo. de offic. deleg. verſ. non tamẽ.
y d. l. ſæpe.
z l. quidam cũ. filius. j. eo. verſ. ſed ſi ei.

ius dicendi nullum renunciare, confirmabitur-
que tali conventione laudatiuum, adeò vt ſta-
tim pœna committatur, cùm fuerit allegatum
nullum.quod Bart. Ang. Alex. cæteri tradide-
runt a. nec enim conditio, quæ tacitè arbitrijs
ineſt,nullitatem(vt
ita loquar)reſpicit,
ſed iniquitatem b.
PRONVNTIA-
a TVM EST a: ¶ Et
malè,ſecundum cō
munem interpreta

**Poſt mortē alterius, qui ſupervixit, petit ab hæredibus eius hæreditatē, quaſi ex cauſa fideicommiſsi ſibi à patre relicti debitam: & adverſus eum pronūtiatū eſt a.**

10 tionem. Vnde adnotant Doct.ſententiam † in-
iuſtam in rem iudicatam tranſire,non ſolùm re-
ſpectu principalis,ſed etiam acceſsionum: con-
ſtituuntque regulam,vt iudicatum in vno iudi-
cio,amplius in alio non controvertatur, quod
acceſſoriū primi ſit c.Sed huic adverſatur, quod
alibi Paul.tradit, vt ſi rem venditam vendicanti
venditori emptor exceptione doli obiecerit &
ſuccubuerit, tamen talis ſententia non obſtet,
I. quin rurſus emptor ad pœnam duplæ agat d.Re-
ſpondet Bartolus ſecundo iudicio ad diuerſum
finem agi: primò enim de re tractabatur, quam
emptor nolebat ſibi evinci:ſequenti verò de pœ
na duplæ agebatur.Quæ differentia non placet.
nam & hîc primùm de principali,deinde de pœ-
na tractatum fuit:nec diuerſus videtur finis, qui
acceſſorius eſt: & etiam ſi diuerſus ſit, non ta-
men hoc impedit,quin obſtare debeat rei iudi-
II. catæ exceptio e, vt Alexander docuit,& ipſe-
met Bartolus alibi oſtendit f. Subijcit ergo
Bartolus in lege noſtrà pro excipiente adverſus
actorem pronuntiatum fuiſſe, in Pauli reſpon-
ſo pro actore contra excipientem. fauetur enim
magis excipienti, qui adverſus actorem obti-
neat, cùm in eius poteſtate eſſet, quando age-
rétur. Sed hanc ego ſolutionem non poſſum
probare, cùm regulariter de actore ad reum ar-
gumentemur g: nec poteſtas hæc,quo tempo-
re actor velit, agendi, quicquam infert,vt ideo
III. ſententia ad acceſsiones non trahatur. Aliter
ergo Alexander ipſe nodum hunc diſſoluit. ne-
gat enim in Pauli reſponſo primam ſententiam
per ſecundum iudicium impugnari: cùm ſi res
primùm non fuiſſet evicta,actio ad pœnam non
competijſſet h,quod & Beſutius cenſuit hîc, &
Iaſon.ſed (vt ego arbitror) non ſat rectè. cùm
enim oppoſita eſſet exceptio,quia actor vendi-
diſſet, per iudicis ſententiam reprobata ſit,ap-
paret manifeſta oppugnatio.Dicet enim is, qui
ad duplam convenietur, *aut vis dicere me vendidiſſe,
& non potes: quia ſi vendidiſſem, evincere eam rem non
potuiſſem* i: *& tamen ſententia iudicis hoc mihi ius com-
petere declarauit: aut non vendidi, & fruſtrà à me duplum*
IIII. *petis.* Ego igitur aliter reſpondendum cenſeo,
& id conſtituendum, quoties ſententia directò
exceptioni propoſitæ adverſatur, ſiue conde-
mnatoria, ſiue abſolutoria ſit, ſemper præiudi-
cium alij iudicio acceſſorio facere: & ideo ſi in
caſu Pauli ſuccubuiſſet in exceptione reus, iu-
dicatumque fuiſſet, adiecta cauſa, quia actor
non vendidiſſet, dubio procul excluderetur
emptor duplam petens k. Quòd ſi directò non
adverſetur,ſecus erit l. oppoſita enim exce-
ptione potuit reus ſuccumbere, quia nequiuiſ-
ſet approbare iudici ſe ab eo ipſo actore emiſſe.
Quod in dubio præſumitur: & ideo in caſu
legis noſtræ m ſi iudex ſimpliciter iudicaſſet,nec
adiecìſſet cauſam,quaſi de fideicommiſſo tranſ-

a d.l.vbi pactū. vbi Bar.Ang. conſ.cc.Alex. conſ.xxxj. in ij.
b d.l.ſi libertus ita.
c l.& ex diuerſ. §.j.de rei.vend. l.ſi deferente. quib.mod.pig.
d l.vend.cum l.ſeq.de evic.
e l.præſes.de plag.
f Bart.l.ij.§.j.vi bo. rapt. verſ. quæro,vtrū ꝓbationes. Alex. d.l.ſæpe.
g l.j.de excep.l.de die.ſi qs cau. not.
h l.habere.de evict.§.
i d.l.vendicātē.
K arg.l.noſtræ, & l.quod in diē de compenſat. vbi Caſtren.
l d.l.vend.& l.ſi aūt.§. fin. de neg.geſt.vbi D.
m Bart.d l.Iulianus.verū debitorem.

actum,adhuc potuiſſet in iudicio pœnali primæ
ſententiæ veritas diſcuti.Non ergo otioſè adie-
cta fuit in themate cauſa ſententiæ:& ideo Scæ-
uola,Reſpondi,(inquit)ſecundum ea,quæ pro-
ponuntur. Hincque generaliter attingunt Do-
ctores,quando † iu- 11
dicatum in vno iu-
dicio, rurſus poſsit
verti in dubium in
alio: conſtituunt-
que regulam, non
poſſe, ſi de eadem
re inter eaſdem perſonas agatur, idque non ſo-
lùm ſi de principali agatur n, ſed etiam ſi de ac-
ceſſorio,vt ſuprà vidimus o. Nec refert, quòd
quis primo iudicio ſit ſuper exceptione conde-
mnatus. non enim poterit iure actionis in alio
rurſus ad idem,quod ſemel reprobatum ſit, ex-
periri p: quia adhuc dicitur idem finis,licet per
B diuerſa media procedatur q, cenſeturque quis
ſuper exceptione condemnatus, etiam ſi tacitè
reiecta ſit,dum tamen illi ſentētia directò repu-
gnet r. Quòd † ſi non directò,ſed implicitè ſo- I.
lùm repugnet,ſuprà ex Pauli reſpōſo docui, nō 12
obſtare rei iudicatæ exceptionem s, licet aliter
illud reſponſum perceperit Bartolus, vt ſcilicet
procedat in ſentētia condemnatoria,quoties ad
diuerſum finem ageretur.Quę limitatio commu
niter approbata eſt,tametſi reſponſo Pauli non
C quadret,quod ſuprà oſtendi.Rurſus non obſtat II.
rei iudicatæ exceptio,quando de ſententia ab-
ſolutoria in plenario iudicio lata tractamus, in
qua quid incidenter ſit deductū.poterit enim il-
lud in alio iudicio principaliter deduci t, quod
Paulus Caſtrenſis confeſſoriæ exemplo tradit,
in qua dominium incidenter deducitur u.Quòd
ſi principaliter deductum eſſet dominium, non
poſſet iterum de eo quæri x:velvti, cùm rei ven-
dicatione actum eſt.in ea enim principaliter de
D dominio tractatur:ideo amplius de eo non quę-
ritur y. Addit Bartolus,nec tum rei iudicatæ III.
exceptionem impedimento nouæ liti eſſe, cùm
ſententia ſuper exceptione ſummariæ cognitio
nis lata eſſet z.poterit enim iterum plenario iu-
dicio veritas diſcerni:idque, etiam ſi expreſsim
in ſummario iudicio eſſet ſuper ea exceptione
pronuntiatum,vt appareat certius idem eſſe, ſi
tacitè reiecta proponeretur a. Quod intelligen-
dum de iudicio, quod reſpectu probationum
E ſummarium ſit.ſi enim ratione proceſſus dunta-
xat ſummarium proponeretur,aliud eſſet b. qua
tamē in re alij aliter quoque diſtinguunt c.Quo-
modo autem hęc diſcernantur,alibi declaratum
extat d.

CAETERVM. ¶ Hiſce explicitis, quæ
ad contextus explanationem faciunt,examinat
Bartolus quaſdam quęſtiones,quas quia quoti-
dianæ ſunt, & ipſe non indiligenter ſum tracta-
turus. In primis ergo quæritur, an † per ſimpli- 13
F cem inter cohæredes diuiſionem cenſeatur fi-
deicommiſſo conditionali renuntiatum? & re-
ſponſum ab omnibus extat non cenſeri e. quod
& lege noſtra probatur, quatenus malè iudi-
catum hîc fuiſſe defendamus. non enim debet
diuiſio,ſiue auctoritate iudicis,ſiue partium cō-
ſenſu fiat,ad futurum trahi f: cùm † ea ſit diui- 14
ſionis natura, vt eam quis faciat, quò ſuum ab
alieno ſeparet,non autem,vt donet,vel quicquā
de iure futuro diſponat.

Nec refert, an fideicōmiſſum alteri dūtaxat in-
iunctum,

n l.de eadem.de excep.rei iudic.
o d.l.& ex diuerſo.
p d.l.q̄d in diē.
q l.duob.de except.rei iudic.
r l.j.C.ſi ex falſ. inſtrum.c. ſuborta. de re iud. ibi gl.in ver. reprobaſſe.Abb.c.fi.de iur.calum.
s d.l.vend.d.l.ſi aūt.§.fi.gl.l.j.C. de ord.iud.
t l.ſed ſi ante. de except.
u l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ſi ſer.vend.
x l.fundum.de excep. Alex.l.naturaliter.§.j. de acq poſ.
y l.ſi quis cum totū.§.ſi ancillā § plane. de excep rei iud.
z l.à diuo.§.ſi ſuper. de re iud.
a l.pe.de his.q ſunt ſui.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.de lib. agnoſ.c. veniēs. de teſtib.
b Bar.d.l.pen. Dec. cōſ. xcvj.
c Bar.l.j.in fin. quand.prouoc.
d Bart in extrauag.ad reprimēdum. ver. ſummariè.
e l.eum pater §. hæred.de leg.ij.
f l.nō quemadmodū.de iud.



iunctum,an vtrinq; reciprocū ſit.licet enim mu-
tuum grauamē faciliùs remiſſum videri poſsit a,
quàm quod vni tantùm iniunctum ſit, quia non
eſt veriſimile quenquā velle alij remittere, cùm
ſibi nihil remittatur b,tamen nec reciprocū qui-
dem videri remiſſum aiunt c,nec ad ius futurum
trahi,vt copioſè hîc Iaſ.docet,et reſpōdit Dec d.
15 Quod † maximè dicendū,cùm perſonæ,quibus
fideicommiſſum incumberet, eſſent inæquales,
vt quia alter ſenex & orbus, alter florens iuuen-
ta,& proletarius.quod ex facto Raph. Com. re-
ſpondit e.nunquā enim cenſebitur fideicommiſ
ſum conditionale remiſſum,niſi verbis id ſignifi
II. cantibus actum appareat. Qua † ratione & ſi
16 diuiſioni iuriſiurandi religiò acceſſerit, non ta-
men ideo renuntiatum fideicommiſſo cenſebi-
tur.nō enim ſupra vim verborum quicquā iura-
mentum operatur,nec diſpoſitionē,cui accedit,
ampliat f.quod ex facto Bal.reſpōdit g. Si tamē
verba ad fideicōmiſſum cōditionale referrētur,
non eſſet probabilis allegatio eius, qui ignoraſ-
ſe ſe tabulas teſtamēti diceret h: quoniam iura-
menti vis facit,vt omnia videnda pervidiſſe hîc
credatur,iuriſq; poſitiui impedimentum omne
III. ſublatum cenſetur i. Sed quid,ſi verba genera
lia ſint,vt quia ꝓmiſerint ſe nihil adverſus diui-
ſionem facturos?& Bar. hîc pluribus rationibus
oſtendit,hanc clauſulam nō eſſe eius effectus, vt
fideicōmiſsi renuntiationē inducat:quia qui fi-
deicōmiſſum,cuius deinde cōditio evenerit,pe-
tit,nō ideo diuiſionē impugnet: & licet Angel.
contendat rationes Bar.ſubvertere,acquieſcam
ego Aret.& Iaſ.argumētis,qui eas tutantur.For-
tiùs ſentit Imol.hoc procedere, etiam ſi nulla a-
lia contraveniendi cauſa,quàm ex fideicōmiſſo,
eſſet.ſatis enim eſt,quod partes in genere potue
rint cogitare,quòd alia quoq; cauſa ſubeſſe poſ-
ſet k. quam ſententiam & ipſe ſequor,licet non
17 careat ſcrupulo l. Sed † quid,ſi notarius talem
clauſulam ſoleret addere ratione futuri,ſiue con
ditionalis fideicōmiſsi?& tunc videri renuntia-
tum fideicommiſſo Aret.cenſuit m.Quæ ſenten-
tia ꝓbabilis eſt,cùm dictio *Et cætera*, adiecta pro-
poneretur,quam extendere tabellio ad hunc ca
ſum ſoleret n: aliàs verò non eſt in dubio credē-
dum de ijs clauſulis rogatum eſſe notarium,quę
factum augent,vel mutant o, vel quæ vniformi-
IIII. ter non apponuntur p. Sed quid,ſi verba vbe-
riùs cōcepta ſint?putà quòd nullo vnquam tem-
pore diuiſioni contrà faciet? & idem eſſe Bald.
ait q,quia qui fideicommiſſum petit, nō reſcin-
di diuiſionem,ſed illam partē ex iure, quod ſu-
pervenit,ſibi dari poſtulat.Quod Paul.Caſtr.vſ-
que eo procedere reſpōdit, cùm dictum eſſet ſe
aliqua ratione,vel cauſa non contraventurū. in-
V. telligitur enim præſenti,nō autem futura r. Sed
18 † quid,ſi cohæres dixerit ſe contentū pro omni
hæreditate,& ijs,quæ teſtamento ſunt ſibi reli-
cta,an his verbis videatur fideicōmiſſo renūtia-
tum?& Bar.non videri cenſuit s,tanquam huiuſ
modi verborum generalitas ad ius præſens re-
ſtringi debeat t. Alij tamen ſpeciali fauore filiæ
induci exiſtimant, vt illis verbis fideicōmiſſum
non cenſeatur renuntiatum, quæ ex humanita-
te & paterno voto excluſo fiſco admittitur:ſicq;
communiter ſolet Pauli reſponſum intelligi u,
VI. vt appareat per argumentum à ſpeciali aliud re-
19 gulariter eſſe x. Sed † quid, ſi dictum ſit,quòd
partes renuntiant fideicommiſſo debito?& Bar.
non cenſeri de hoc cōditionali actum exiſtima-

a l.de fideicommiſſo.C.de trāſact.l.ſi pater puellæ.C.de inoff.teſtam.
b c.j.conſtitut. Lothar.vbi Bal.
c Bar.hic. Ang. l.qui cū tutorib. ff.de tranſact.
d Dec.cōſ.lxxxvj. & conſ. cclxxxvij.in fi.
e conſ.cxiiij.dubio j.
f gl.fi.c. de non num.pec.
g Bald.conſil. cccxlix. ſuper eo. in fi. in iij. dub.
h l. de his. de trāſact.vbi D.
i c.cū cōtingat. de iureiur.
k d.l.qui iure. de teſt.mil.
l l.fundus qui locatus. de fun. inſtruct.
m arg.l.fi.in fi. C.de fideiuſ.
n gl.l.ab executore. de appel. Doc.l.Gallus.§. ij.de l. & poſth.
o Bart.l.illa.de hær. inſtit. Bal. rub. C. de his, quę ī frau. cred.
p Bar.l.ſciendū. iiij.oppoſ. §.eo. Alex.cōſ.v.ī iiij.
q Bald.d.l.cum pater.§. hær. ij.
r Paul.Caſt.cōſ. clxxxviij. in ij. quia dubia.
s Bar.iij.opp.& q.vj.
t l.Paulo.§.j.de leg.iij.
u gl.Din.Pet.Iaco.Rayn.Alber. ibi, Ang. Imol. Alex.Iaſon.
x l.j.in fin.ad municip.

uit y. in huiuſmodi enim renuntiationibus an- L.122.
guſtior fit interpretatio debitum autem ſub con
ditione,vel in diem,lata duntaxat ſignificatione
dicitur debitum z. Quæ ſententia Bar. commu-
nis & vera eſt a, quoties in teſtamento paterno
& pura & cōditionalia fideicommiſſa eſſent. Sa
tis enim eſt dictum renuntiationē reſpectu præ-
ſentium intelligi:aliàs,vt aliquid operaretur,ad
conditionalia quoq; protraheretur b. quod hîc
A latiùs Iaſ.attingit.Hincq; ſubiungi poteſt, idem
eſſe,cùm indefinitè & ſimpliciter fideicommiſ-
ſo renuntiatū eſt,vt intelligatur de fideicōmiſſo
præſente tantùm,non de eo, quod à futuro evē-
tu pendet c:& poſſet non deberi,ſi fideicommiſ-
ſarius grauato præcederet d, ſicq; ſe habet com-
munis ſententia e. Quid rurſus; ſi adiecta ſit
diuiſioni clauſula, quod remittūt ſibi invicē o-
mne ius,quod habebunt,vel habere ſperāt?& ijs VII.
verbis nō cēſeri renuntiatum fideicōmiſſo Bart.
exiſtimauit,quē vidētur (vt inquit Alex.) Doct.
B ſequi f. illa enim verba *Ius quod habent, vel habere
ſperant*,intelligūtur de ſpe,quæ ex cauſa præſen-
ti conſiſtat g. Quæ ſentētia ſat ambigua eſt,quia
qui ius fideicōmiſsi conditionalis habet,dicitur
præſentem ſpem, & quidē probabilē habere h.
Poteſt tamen defendi Bart.opinio in diuiſione,
quæ ex neceſsitate ſententiæ arbitri facta eſſet.
ſicvt enim arbitri in ſpecie ſtatuere de iure fidei-
cōmiſsi non potuiſſent, quia eorum poteſtas ad
C ius futurum nō protrahitur i, neque ad ea,quæ
coram ſe deducta nō fuerint k, ita nec diuiſio in
laudatiui executionē facta ampliùs extendi de-
bet.quod Bal.Pont.Socin.reſponderūt l. Poteſt
& defendi caſu, quo conſtaret iſtos ignoraſſe fi-
deicommiſſum m,vel non inſpectis cognitiſve te
ſtamenti verbis diuiſionem feciſſe n. qua de re
infrà.Sed † quid,ſi adiectum diuiſioni propona- VIII.
tur,quòd alter alteri renūtiat omnia iura ſibi ſu- 20
per alterius parte competentia?& idem eſſe Bal.
D cenſuit o,vt non ideo ius competiturum, ſeu fu-
turum contineatur:& licet ante eventum cōdi-
tionis competat ius fideicōmiſſario,vt alibi Bar
tolus tradit p, tamen non competit ſuper parte,
cùm adhuc nec hypotheca vlla nata ſit, nec res
vllo modo adfecta q. Sed quid,ſi in diuiſione IX.
expreſsim data eſt invicem facultas alienādi &
diſponendi ad libitum ipſorum?& adhuc ſaluū
eſſe ius fideicommiſsi infrà videbimus, nempè
ſi ſecuta non ſit alienatio r: vel ſi ſecuta ſit,ad
E pretium ſaltem s. Idemque dicendum,etiam ſi X.
evictionis periculum invicem clauſula generali
ſit promiſſum,nō tamē impedietur evictio, quæ
iure fideicommiſsi fiat: nec eam præſtari in du-
bio cenſebitur actum t.nemo enim de evictione
ei tenetur,cuius facto, vel auctoris ſui res fuerit
evicta u.at hîc evincetur res propter fideicōmiſ-
ſum ab auctore ipſo, ſeu teſtatore diſpoſitum.
quod Bartolus tradit,& ſequuntur cæteri. Sed XI.
quid in alio cōtractu, quàm diuiſionis? Pone:e-
F go ſciens emi rem mihi fideicōmiſſo cōditiona-
li debitam, an videar renūtiaſſe fideicommiſſo?
& Bartolus x cōcludit non videri y,ſed evenien-
te cōditione agere me ad pretiū poſſe tanquā il-
lam rem mihi ipſi evicerim z. quæ ſentētia ſcru-
pulo non caret, vt infrà videbimus a. Illud XII.
conſtat, quibuſcunque verbis concepta ſit di-
uiſio, etiam ſi futurum tempus reſpiceret,nun-
quam tamen renuntiationi locum adverſus i-
gnorantem eſſe b. Nec † enim is, qui fidei-
commiſſum ſubeſſe ignorauit, poteſt videri illi 21

**Qui Romæ. §. Duo fratres.**

y Bart.q.iiij.
z l.ſi ita ſcripſiſſet. de leg.ij. l.ſi ſtipul. tuero.§. cū ſtipulamur. §.eod.
a l. debitor.dē verb.ſig.
b d.l.fund.qui locatus.
c arg.l.& vno. §.j. de acceptil.
d l.j.ij. reſp.dē cōd.& demōſt.
e Soc.conſ.cclj. in ij.
f Bar. q.vj.vbi Alex.& Iaſ.
g l.ij. de ſtatu lib.l.q̄d Seruius. de cond. cauſ. dat.
h d.l.ij Bar.l.ſi poteſt. de acq. hæred.
i d l.non quemadmod.de iud.
k l.licet.C.de iudic.
l Soc.d.cōſ.Bal. conſ.cxcj.in ij. Rom cccciij.
m gl.l.tres fratres. de pact.
n l.de his. §.de tranſact.
o Bal.c.j.imper. Loth.in vſib. feud.
p Bar.d.l.ſi poteſt.in fi.
q l. cedere. de ver.ſig.l. is,cui. §.tit.j.
r l.ſicut.§.ſi voluntate. quib. mod.pig.
s l.ſi fundum ꝑ fideicōmiſſum. de leg.ij.
t gl.l.ſi familiæ. C.fam.erciſcun.
u l.fundū meū. de evict. l. licet placeat.de dot. prælegat.
x q.xij.
y arg.l.fund.ad l Falcid.
z l.planè.§.q̄d ſi rem.de leg. j.
a l.cui res.de act.emp.
b d.l.tres frat.

renuntiaſſe[a]. quę res latiorem interpretationem
requirit, quam hîc Bartolus quæſtione tertia ele
ganter proſequitur, adducitq́; non paucas con-
iecturas ex quibus ſcientia præſumitur. quas e-
go alibi diffuſiùs explicatas hîc nõ repeto[b]. Sed
videretur etiam in caſibus, quibus ſcientia præ-
ſumitur, adhuc tamen renuntiationem non va-
lere, niſi conſtaret inſpectis cognitisq́; teſtamen
ti verbis factum id eſſe. videtur enim lex pro for-
ma id requirere[c], & id quidem coniũctim, vt ſci
licet nõ ſufficiat cognitio, niſi etiam accedat in-
ſpectio[d]: & cùm ea verba conditionalia ſint, for-
mam ſolennitatemq́; non leuem debent indu-
22 cere[e], maximè † cùm verbum *inſpectis*, ad oculũ
corporis referatur[f]. alioquin ſi diceremus ſcien-
tiam ſufficere, ſuperfluò additũ videretur[g]. Sed
tamen aliter Bartol. tradidit, quem cæteri ſequũ
tur, & ſufficere exiſtimãt, ſi oculo intellectꝰ quã
doq; inſpexerit, & cognouerit[h], ſiue per ſe, ſiue
per alium[i], ſiue nunc, ſiue olim. dictio enim illa
participalis eſt præteriti temporis. Hincq́; appa
ret inſpectionem illam pro forma non requiri,
ſed verba illa à Iuriſconſulto adiecta duntaxat
eſſe pro ratione edicti, quo prætor tabulas ape-
riri iubet[k]. Quapropter communi calculo rece-
ptum eſt, ſi per nuncupationem teſtamẽtum ſit
factum, inſpectionẽ illam minimè neceſſariam
eſſe, quia edictum prętoris loquitur de teſtamẽ-
to, quod in ſcriptis ſit celebratum. Qualecunq;
tamen ſit teſtamentum, vt renuntiatio teneat,
oportet cognitũ fuiſſe cùm iuris, quod quis ſibi
competere ignorat, nulla ſit renuntiatio[l]. Sed
23 † qualis ſcientia erit neceſſaria, ſufficiétne, quòd
quis in genere ſciat factum eſſe teſtamentum, an
verò vt fideicommiſſo renũtiatum intelligatur,
neceſſum erit ſpecialiter rem illi cognitam fuiſ-
ſe? & Bartolus ſentit ſcientiam in ſpecie neceſſa
riam eſſe, idq́; eſſe, quod lex ait, tranſigi non poſ-
ſe, niſi inſpectis cognitisque verbis[m]. quod & I-
mol. Alexander, Aretin. Iaſon probant. Ideoque
24 inferunt, quòd ſi † in diuiſione dictum ſit remit-
tere eos ſibi invicem omne ius præſens, ac futu-
rum, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, tam
ex cauſa fideicommiſsi, quàm alia quavis, non ta
men ijs verbis renuntiatum fideicommiſſo cen-
ſeri, qđ teſtamenti paterni tabulis cõtineatur[n]:
qa effuſa hac verborum generalitate nõ arguitur
ſciuiſſe eos ſpecialiter, quid tabulis paternis ſcri
ptum eſſet. Angelus tamen aliter videtur ſenſiſ-
ſe[o]. propter generalitatem enim verborum ſal-
tem in genere potuerunt cogitare, quale illud fi
deicommiſſum eſſet[p]. vnde generalis liberatio
ad illud quoq; trahi debet[q]. Sed hanc ſententiã
Doctores non probant, quoniam (vt dixi) id te
ſtamentis præcipuè indultum eſt, vt ius inde ꝓ-
veniens remitti nequeat, niſi ab eo, qui ſpecialẽ
25 notitiam habuerit[r]. Poteſt † tamen Angeli
I. ſententia quatuor caſibus defendi: Velvti, quo-
ties aliquæ coniecturæ adeſſent, quibus ſignifi-
caretur etiam particularem teſtamẽti cognitio-
II. nem eos habuiſſe[s]. Idemque, ſi renuntiatio eſ-
ſet iurata. habet enim iuramentum vim ſpecia-
lis conſenſus[t], & propter religionem ſolenni-
tas, quòd inſpectis verbis trãſigatur, cenſetur re-
iecta. quod receptior habet ſententia, excepto
adverſus eum, qui ipſe tabulas ſupprimeret[u].
III. Idem quoq; dici poteſt, quando in huius re-
nuntiationis præmium aliquid æquipollens
eſſet datum. cenſetur enim, qui pecuniã hoc no-
mine recipit, vice mutua renuntiationem effica-

a l. mater decedẽtis. de inoff. teſt.
b l. pen. ſi cert. pet.
c l. de his. §. de tranſact. l. j. quẽ ad. teſtam. aper.
d l. ſi hæredi plures. de cõd. inſt.
e l. prætor in prin. de collat. bonor.
f l. ij. § inſpectio quemad. teſt.
g l. ſi quando. de leg. j.
h l. ſcire. l. inciuile. de legib.
i d. l. j. quemad. teſta. l. j. de ꝓc.
K d. l. j. quẽad. teſt. aper.
l d. l. mater decedens.
m d. l. de his.
n Bar. & Doct. q. v.
o Ang. q. ij.
p l. qui iure. de teſt. mil. l. ſi tu ex parte. de acq. hæred.
q l. pluribus. de accept. l. ſi. C. de dot. ꝓmiſ. in fi.
r d. l. de his.
s l. nõ eſt ferẽd. de tranſact.
t l. cum pater. §. filius matrẽ. de leg. ij. c. quãvis. de pact. i vj.
u Doct. d. l. de his. & d. l. j.

cem facere, ne aliàs ille, cum quo contrahit, de-
cipiatur[x]. Vnde ex ſciẽtia in genere videtur ſpe-
cialem quoq; præſumendam. Sed huic ſentẽtiæ
adverſatur, quia Bartol. & Doctores videntur lo
qui in renuntiatione mutui fideicommiſsi invi-
cem facta: quo caſu renuntiatio alterius eſt præ-
mium alterius. verùm reſpondetur eandem in-
certitudinẽ in pręmio hoc eſſe, quæ & in renun-
tiatione eſt[y]. Secus ergo, ſi conſtaret, quid loco
A renuntiationis certi fuerit datum. Idem quoque IIII.
defendi poteſt, cùm fideicommiſſum id non te-
ſtamento in ſcriptis, ſed per nuncupationẽ con-
fecto iniunctum eſſet. quoniam in nuncupatiuis
teſtamentis ſuprà diximus ſuprà ſcriptæ ſolen-
nitati locũ non eſſe: quod Albericus, Fulgoſius,
Iaſon tradiderunt. eſt enim, quod imputetur ei,
qui à tabellione exemplum teſtamenti non ac-
cepit, qui veriſimiliter abſque mora dediſſet[z].
Quod in teſtamento in ſcriptis, non procedit.
B id enim non niſi adhibitis ſolennitatibus publi-
cari poteſt[a], & faciliùs poteſt ſupprimi. Vnde
in ſupprimentis odium lex noluit tranſigi poſ-
ſe, niſi eo inſpecto. Supereſt † ergo, vt videa- I.
mus, quando fideicommiſſo cõditionali renun 26
tiatum ſit? & concludunt omnes, ſi verba ad ius
futurum referantur, cenſeri renuntiatum, præ-
ſuppoſita tamẽ ſpeciali ſcientia: vt ſi dictum ſit,
*Renuntio fideicommiſſo mihi debendo*[b]. ijs enim ver-
bis comprehenditur ius futurum. Dixerit ali-
C quis, cùm ſuprà traditum ſit, eum, qui fideicom-
miſſum conditionale petit, non videri diuiſioni
contrà facere[c]: ergo qui promiſerit adverſus
diuiſionem non venire cauſa fideicommiſsi de-
bendi, non debet cenſeri illi renuntiaſſe. Sed re-
ſponde, ex fideicommiſsi debendi mentione ſa-
tis apparére de ea contraventione agi, quæ fie-
ret res in diuiſione aſsignatas evincendo[d], vt
meritò hæc interpretatio ſit accipienda, fideicõ
miſſoque renuntiatum videatur: aliàs ea verba
D nullius eſſent effectus[e]. Addit Ioan. And. & II.
tunc videri renuntiatum, ſi dictum ſit, quod pro-
miſit alter ab altero de dictis rebus diuiſis nihil
vnquam petere aliqua ratione, vel cauſa, quæ di
ci, aut excogitari poſſet. hæc enim verba tractũ
habent, futurumq́ue tempus reſpiciunt[f]. I- III.
dem quoque Bartolus eſſe cenſuit, quando re-
miſſum eſſet omne ius, tam ex teſtamẽto, quàm
ab inteſtato, tam ex cauſa fideicommiſsi, quàm
alia quavis[g], talibus enim verbis cenſetur re-
E nuntiatum fideicommiſſo conditionali, quan-
do ſcilicet is qui renuntiat, fideicommiſsi ipſius
notitiã vel haberet, vel habere præſumeretur[h].
Idem cenſuit Raphael, ſi dictum ſit, quòd re- IIII.
mittũt omne ius, quod alter habet, vel habere
ſperat ſuper portione alterius. talia enim verba
extenſiua ſunt, & futurum reſpiciunt[i]: & ſpem
probabilem habere dicitur, qui ius fideicommi-
ſi conditionalis habet[k]: vt meritò me non mo-
ueat Bartoli, qui huic ſententiæ adverſatur, ra-
F tio, dum intelligi ea verba ait de ſpe, quæ ex cau
ſa præſenti conſiſtat[l]. reſpondeo enim, fidei-
commiſſarium à præſenti cauſa, id eſt teſtamen-
to, quod aditione confirmatum ſit, probabilem
ſpem habere[m]. Minusq́ue me movet, quòd ge-
neralia illa verba non debent ad ea trahi, quæ ex
teſtamento pendent[n], quia poſſet hoc proce-
dere in eo, qui teſtamenti notitiam non habuiſ-
ſet: at nos loquimur de eo, qui habuit, & qui-
dem ſpecialem. quo caſu alia mentio inſpectio-
nis tabularum neceſſaria non eſt[o], vt ſuprà vi-
dimus.

x l. ſi quis dominũ. § pen. loc. Bar. l. gerit. de acq. hæred.
y arg. l. iij. § de illo. pro ſocio.
z l. prætor ait. in prin. de edend.
a d. l. j.
b Bar. q. iiij.
c Bart. § q. xj. Bal. d. § hæred. in ij.
d d. l. vendicantem.
e d. l. ſi quando.
f Io. And. in Spec. de teſt. § in primis verſic. quid ſi duo. Alex. & Mod. hîc.
g Bar. q. v.
h l. & vno § j. de accept. cũ gl.
i l. ſi ita quis. de leg. ij.
k Bar. d. l. is poteſt.
l l. ſi vxor. § diuus. de adul.
m l. ij. de ſtatu lib.
n gl. d. leg. tres fratres.
o d. l. de his.



dimus. Quę ſententia certiùs procederet, ſi nul-
lum aliud ius eſſet, vnde ꝓbabiliter ſperari poſ-
ſet, quàm ex fideicommiſſo. nam tali caſu nec
Bartolus quidem diſſentit, quin illi renũtiatum
V. cenſeatur[a]. Sed † nunquid ſuprà ſcriptis ver-
bis videatur renuntiatum iuri ſubſtitutionis pu
27 pillaris[b]? & vis verborum infert etiam de tali iu
re actum eſſe. Quod intelligendum in caſibus,
quibus renuntiari poteſt. cùm enim de hæredi-
tate viuentis tractetur, regulariter non valet re-
nuntiatio[c], niſi ſit iurata[d]. Accedente ergo iura-
mẽto valeret quod Alex. hîc tradit. Sed Ang. Ia-
ſonq́ue nec tum quoque valere exiſtimarunt:
quia ſicvt pupillus teſtari non poteſt, ita nec te-
ſtamentum ſibi à patre factum infirmare, eiusq́;
revocationem acceptare. Sed hoc parum vrget:
quia teſtamentum pupilli non ideo revocatur,
licet renuntians propter iuramentum ſuum ob-
28 ligatus ſit non adire[e]. Horum † tamen ſenten-
I. tia quibuſdam caſibus defendi poteſt. Primus,
cùm tali renuntiationi non cenſenſit pupillus.
vt enim eo conſentiente votum captandæ mor-
tis ceſſat, ita non conſentiente præmatura eſt
II. ſpes, & iure noſtro reprobatus tractatus[f]. Se-
cundus, cùm iuramentum inefficax eſſet, vt quia
præſtitum ab impubere eſſet. lex enim ſacramẽ-
ta duntaxat puberum confirmat[g]: vel quia ſciẽ-
tiam teſtamenti non haberet is, qui renuntiat.
nec enim iuramentum ad ea trahitur, quæ igno-
rantur[h]. Nec referret, quòd ſuprà ſcripto caſu tu
tor ipſe pro pupillo renuntiante iuraſſet. hoc e-
nim non ſufficit, nec ideo pactum non ſuccedẽ-
di confirmatur, ſicvt nec ſufficit iuramentum re
ctoris ſubſtitutioni pupillari renuntiantis, quæ
ad accleſiam ſuam pertineat, quod Ioan. Andr.
III. tradidit[i], & alij ſequuntur. Tertius cùm ver-
ba hoc non inferunt: vt quia dictum ſit, *Renuntio
omni iuri, quod habeo, vel habere poßim ex teſtamento pa-
tris.* ſubſtitutio enim pupillaris pupilli potiùs te
IIII. ſtamentum eſt, quàm patris[l]. Quartus, cùm
pupillus, qui renuntiationem acceptaſſet, muta
ret ſententiam, & vellet talem renuntiationem
irritam eſſe. iuramentum enim non operatur, ni
ſi pupillo in conſenſu perſiſtente[l]: quod Baldus
tradidit[m]. Sed quid, ſi ſimpliciter quidem fa-
cta diuiſio proponatur, verùm facultas alienan-
di invicem conceſſa ſit, an ſecuta alienatione
cenſebitur renuntiatum fideicommiſſo[n]? & Bar
tol. reſpondit, non quidem fideicommiſſo renũ-
tiatum eſſe, ſed tamen ſecuta alienatione ſecu-
rum eſſe emptorem, tanquam conſentiente fi-
deicommiſſario emerit[o]: ſicvt videmus & eum
ſecurum eſſe, qui fundum beneficiarium, vel em
phyteuticũ ab eo emit, qui pro ſe & quibus da-
ret, conceſſum habebat[p]. Quod & ex eo exem-
plo probatur, quo traditum eſt efficacem eſſe il-
lius rei alienationem, quæ fideicommiſſo ſubie-
cta ſit, dum tamen conſentiente fideicommiſſa-
rio fiat[q]. Et ratio ſuprà ſcriptorum caſuum eſt,
quia cùm in inſtrumento iſte licentiam alienan-
di dederit, non debet emptor decipi, qui eius li-
centiæ prætextu emit[r]. Solùm ergo actio fidei-
commiſſario adverſus hæredem competet, qua
pretium revocet, niſi tamẽ & huic expreſsè, vel
29 tacitè renuntiatum ſit[r]. Sunt † tamen aliqui ca-
ſus, quibus fideicommiſſum ſaluum remanet,
tametſi diuiſio cum ſuprà ſcripta clauſula facta
I. ſit. Primus eſt, ſi res fideicommiſſo ſubiecta non
fuerit alienata. cùm enim ea clauſula effectum
non habuerit, nil obſtat fideicõmiſſario[t]: quod

a d. l. fundus, q locatus. Alex. conſil. ccviij.
b Bar. q. 7.
c l. pactum. C. de collat.
d c. quamuis. de pact. lib. vj.
e l. j. de iniuſt. rupt. teſt.
f l. ij. § interdũ. de vulg.
g auth. ſacramẽta. C. ſi ad ver. vend.
h c. clericus. de iureiur.
i Io. And. c. grauis. de depoſ. Alex hîc, per gl. c. j. ver. cõtract. de reſtit. in integ. in vj.
k l. patris & filij. de vulg.
l d. l. ſi. C. de pact.
m Bal. c. ad noſtram. ij. de iureiur.
n Bar. q. viij. & conſ. lxxij.
o l. ſi fundum per fideicommiſſum. de l. j.
p c. j. de feud. nõ hab. pro feud. pat.
q d. l. nihil. § omnibus. de leg. j. l. quoties. j. C. de fideicom.
r l. ſi cum nihil. de dol. in fi. de leg. ij.
s l. codicillis. § j. de leg. ij. Corn. conſ. cccxxxix. in j.
t l ſicut. § ſi voluntate. quib. mod. pig.

& ſuprà dixi. ſi enim hoc in pignore eſt, quod fa-
ciliùs remittitur[u], in fideicommiſſo quoq; ad-
mittendum eſt. Nec refert, an alienatio facta nõ
ſit, an invtiliter ſit facta[x]: quod Pontanus reſpõ-
dit[y]. Addit Iaſon idem eſſe, ſi teſtator, qui fidei-
commiſſum fecit, ipſemet dedit grauato alienã-
di licẽtiam. intelligitur enim fideicommiſsi ob-
ligationem reſtrinxiſſe eo duntaxat caſu, quo
alienatio ſecuta non ſit[z]. qua tamen in re Cur-
A tius Senior contrarium reſpondit. Ego tali caſu
omni modo quartam fideicommiſſario deberi
arbitror[a], maximè ſi hanc facultatem verbis ar-
bitrium boni viri denotantibus teſtator dede-
rit: quod in Iaſoniano fuit caſu. Alius † caſus II.
eſt, ſi ſuprà ſcripta clauſula ſimpliciter addita nõ
ſit, ſed cum certa reſtrictione: putà, quòd poſsit 30
rem vendere cum iuribus ſuis[b]. videtur enim
ſentire Angelus[c], tali caſu ſaluum ius fideicom-
miſsi eſſe. Quæ ſententia certior eſſet, ſi dicere-
B tur, bonis tranſeuntibus cum onere ſuo[d].
Sed † & ſi in inſtrumento adſcripta eſſet pro- III.
teſtatio, quòd fratres non intendebant præiudi- 31
care aliquibus contentis in teſtamento, videtur
ſufficere, vt ius fideicommiſsi reſeruatum cen-
ſeatur[e]. Quã tamẽ in re aliud Socino viſum eſt,
quia talis reſeruatio non debet ad clauſulam li-
centiæ referri[f], ne ſcilicet eam corrigat[g]: &
quia generalis clauſula non refertur ad ea, quæ
ſpecialiter expreſſa ſunt[h]. Sed certè non de cor-
C rectione hîc agitur, ſed de reſtrictione ſecũdum
actus naturam, quæ etiam adverſus proprieta-
tem verborum fieri ſolet[i]: tantum abeſt, vt in
caſu noſtro facienda non ſit, in quo verba hoc
expreſsim dicunt. Adde, quòd tali caſu non po-
teſt emptor dicere ſe deceptum, ſed ſibi imputa
re debet, qui non viderit, quid iuris ex teſtamen
to potuerit reſeruari[k]. Sed & ſi alienatio non IIII.
titulo ſingulari, ſed iure ſucceſsionis in hæredẽ
extraneum facta ſit, videtur actionem fideicom-
D miſſario dandam. ſicvt enim, ſi res penes gra-
uatum extaret, non ſecuta alienatione repeti ab
eo poſſet, ita & ab eius hærede deberet poſſe re-
vocari[l], cùm teſtatoris perſonã repræſentet[m].
cùm enim omnes hîc fateantur, in ſubſidium fi-
deicommiſſario actionem ad pretium dari, quia
res eſt alienata, ſequitur, vt ſi apud hæredem ſit,
ab ipſo vendicari queat, nec ad ſubſidiarium re-
medium tranſeamus. Sed quid, ſi fideicommiſ- V.
ſum illud cùm ab hæredibus etiam cũ iuramẽ-
E to approbatum eſſet, an ſi deinde in diuiſione
adijciatur ſuprà ſcripta clauſula, cenſebitur ſe-
cuta alienatione fideicommiſſo renuntiatum?
& Iaſon ex facto conſultus reſpondit non cen-
ſeri[n], ne talis clauſula generalis ad diſpoſitiones
iuratas trahatur[o]. ego tali clauſula mutuò re-
miſſum iuramentum magis credo[p].
Sed quid, ſi is, qui licentiam conceſsit, igno- VI.
rantiæ prætextu ſe excuſet? & Bartolus nõ ideo
inquietari emptorem poſſe exiſtimauit. ſibi e-
F nim imputet, qui temerè licentiam dedit: quia
non debet hæc res emptori damno eſſe, qui a-
liàs deceptus remaneret[q]. cùm enim eius affir-
mationem ſecutus emerit, doli mali exceptio-
ne tutus[r] eſt. Sed tamẽ aliter ex facto reſpondit
Baldus[s], quia talis clauſula ſecundum naturam
actus intelligi debet[t], vt ſcilicet operetur, do-
nec dies fideicommiſsi cedat[u]. Quam ratio-
nem etiam probat hîc Aretinus, additque, non
debere nos temerè à regula recedere, ſecundum
quam eius, qui teſtamenti notitiam non habue-

L. 122. Qui Romæ. §. Duo fratres.

u Bar. hîc. iiij. oppoſ.
x l. quoties. qui ſatiſd. cog.
y Rom. conſ. xliij.
z Iaſ. conſ. clxxiij. in ij.
a auth. contra rog. ad Trebel.
b l. ſi. in fi. de cõtrah. emp.
c Ang. q. v.
d l. ij. de ſtatul. Bald. conſ. clxxxij. in ij.
e gl. l. ſi deb. j. quib. mod. pig.
f Soc. cõſ. xliij. in iiij.
g gl. l. ſi idem. in fi. de iuriſ. om. iud.
h l. doli. § eod.
i l. ſi vno. locat.
k l. qui cùm alio. de reg. iur.
l d. l. ſicut. § ſi deb. & l. peto. § prædium. in gl. fi. de leg. ij.
m § j. auth. de iureiur. à mor. præſtit. Curt. conſ. lxiij.
n conſ. clxxiij. in iiij.
o gl. c. cum non deceat. de elec. in vj. cle. dudũ. in fin. de ſepul.
p c. j. de iureiur. Io. And. in Spec. de iud. § ſequit. Bar. & Iaſ. l. j. § & poſt operis. de oper. nou. nunc.
q d. l. ſi cũ mihi.
r l. j. § cauſam. verſ. neq; enim. de Aedil. edic.
s Bal. conſ. ccccxl. in iij.
t l. per diuerſas. C. mand.
u l. ij. § fin. autẽ. C. com. de leg.

rit,nulla eſt renuntiatio [a].Meritò ergo videtur i-
gnoranti ſuccurrendum. Quæ rationes reſpectu
ipſius grauati probabiles ſunt non reſpectu ter-
tij emptoris, qui aliàs deciperetur. Addit idem
Aretinus clauſulam hanc licentiæ, tanquam ad
executionem actus pertinentem,nō debere hu-
iuſmodi renuntiationē inducere [b]. Sed mihi nō
videtur emptoris huius reſpectu clauſulam hāc
executiuam eſſe,ſed principalem potius [c].Poteſt
fortè Baldi, Aretinique ſententia illo caſu vide-
ri probabilis, quo fideicommiſſum reciprocum
non fuiſſet,ſed alteri duntaxat iniunctum, ne ſci
licet clauſula inæqualiter operetur, reſpectu v-
nius rei liberationem, reſpectu alterius nugatio
VII. nem [d]. Illud conſtat,& ſuprà vidimus,licet em-
ptor inquietari non poſsit, ſaluum tamen fidei-
commiſſario ius ad pretium adverſus cohære-
32 dem eſſe [e].cùm † enim grauatus fideicōmiſſo du
plici actione teneatur, ad rem,ſi extet,vel ad e-
ius æſtimationem, ſi facultatem dandi non ha-
bet [f],hæc clauſula licentiæ à petitione rei alie-
natæ liberans,non debet ad pretium extendi [g].
Quid ergo,ſi pretium nullum fuerit, vt quia il-
le donauerit? & licet is, qui donandi rem ſuam
conſentit, ad pretium regreſſum non habeat [h],
tamen id duntaxat verum arbitrarer,cùm is, qui
conſentit, ſcit rem donari.non enim poteſt re-
greſſum ad pretium videri reſeruaſſe, cùm nul-
lum intervenerit [i].Secus ergo in caſu noſtro, in
quo virtute illius clauſulæ generalis quædam li
centia eſt data, quæ ad pretium referri non po-
teſt,vt meritò ſit adhuc præſtanda æſtimatio [k],
ne aliàs arbitrarium grauato ſit,quomodo fidei-
commiſſarium etiam reſpectu pretij eludat [l].
33 Sed † quid,ſi rem fideicommiſſo ſubiectam per-
mutauit, an ea res vice permutationis accepta
loco fideicommiſſariæ ſuccedet? & Iaſon ex fa-
cto reſpondit ſuccedere [m]. Quæ ſententia in ca-
ſu ſuo vera eſt, in quo permutatio conſentiente
fideicommiſſario facta erat [n]. non enim videtur
tali cōſenſu omnis prorſus fideicommiſsi ſpem
remiſiſſe, quod & in caſu noſtro eſt, quo aliàs
pretium deberetur. Idemque,ſi teſtator ipſe a-
lienandi licentiam dederit,vt alia bona eman-
tur. videtur enim voluiſſe ea in fideicommiſſo
ſubrogari [o].quod & Bartolus ſentit [p].Idemque,
ſi aliàs fraus legi fieri poſſet [q]. Quibus caſibus
exceptis non putarim à regula recedendum, vt
in particularibus res loco rei nō ſuccedat, & id-
eo alienādi licentia rem prorſus liberet [r]. Quod
& de eo reſponſum eſt, qui clienti conceſſerat,
vt feudum venderet. nec pretium enim,nec res
ex eo empta beneficij iure amplius cenſebi-
tur [s]. Sed quid,ſi latiſsimis verbis concepta ea
clauſula proponatur? putà,quia dictum eſſet,
data illa bona ad habendum, tenendum & poſ-
ſidendum, & quicquid ipſi fratribus, & eorum
hæredibus deinceps placuerit faciendū.& Cro-
tus hîc ait ſe ex facto reſpondiſſe, fideicommiſ-
ſum videri ſimpliciter remiſſum. Quæ ſententia
adverſus mentem cæterorum eſt [t], cùm hæc li-
centia non operetur,niſi ſecuta alienatione [u],
& cùm verba nihil inferant reſpectu pretij,quod
VIII. ſaluum eſſe fideicommiſſario debet. Addit † A-
34 retinus huiuſmodi licentiæ clauſulam in ea tan-
tum parte operari,quam alienans à fratre ſuper-
ſtite habuit:ſecus reſpectu eius partis, quam iu-
re ſuo conſecutus eſt [x]. Sed hæc ſententia o-
mnino reijcienda eſt. aut enim fideicommiſſa-
rius actione perſonali adverſus emptorem ex-

a d.l.de his.
b d.l.j.in fi.de præben.
c l.j.de feud. non hab.
d arg.l.iam hoc iure.de vulg.
e d.l.ſi fundum. & d.l.fi.in fi.de leg.ij.
f l.non dubiū.§. fi.de leg.iij.
g l.ſi domus de ſer.vrb.præd.
h l.in ædibus.§. j.de donat.
i l.ad res.de Aedil.edic.
K d.l.nō dubiū.
l l.ſi quis rē.de arbit.l.ſtip.non valet.§.eo.
m Iaſ.conſ.ccxxj.in j.dub. Soc.conſ.xxxvj.in iij.
n arg.l.ſi donat.§.j.de donat. int.vir.
o l.filiæ.§.fi.de cōd.& demōſt. l.cū id.§.ſi cui. de tranſact.
p Bart.ij.quęſt. deciſ.Neap. cxciij.no.
q l.qd cond.de donat.cau.mor. Salic.l.j.C.de natur.lib.
r l.fi.C.de remiſ.pig.l.cum pater.§.quinde cim.de leg.ij.
s Doct.c.j.in fi. de feud.nō hab.
t Cornęus.conſ. cxxxix.in j.Iaſ. conſil.ccclxxiij. in iiij.
u d.l.ſicut.§.ſi voluntate.
x gl.hic.iiij.ſol.

peritur : & non poterit,cùm ea actio poſſeſſo-
rem non ſequatur [y]: idque,etiam ſi portio hæ-
reditatis ad eum titulo emptionis perveniſſet [z],
aut agit actione in rem,quæ poſt conditionis e-
ventum adverſus poſſeſſorem datur [a], & ad-
huc obtinere non poteſt [b]. ius enim in rem fa-
cta diuiſione remanet pro indiuiſo ſuper tota
re ſicuti erat ante diuiſionem,quando is, qui ta-
le ius habebat,diuiſioni non conſenſit [c]. Se-
A cus,ſi is, ad quem ius pertinebat, conſenſiſſet,
prout in caſu noſtro. tunc enim in parte diui-
ſa conſolidatur [d]. Si ergo id ius conſolidatum
eſt,dicendum videtur , clauſulam licentiæ ad
omne illud referri, nec conſtituendam partis à
parte differentiam. quod & Bartolus ſenſit,&
cæteri approbauerunt. Supereſt,vt videamus,
quomodo per promiſsionem evictionis cenſea-
tur in diuiſione renuntiatum fideicōmiſſo con-
ditionali. Quod,vt apertiùs intelligi poſsit,
B priùs tractandum eſt, quomodo † evictio inter 35
cohæredes præſtetur [e]. & conſtituenda eſt re-
gula,cohæredem re alteri evicta de evictione il-
li teneri [f]. habet enim diuiſio inter cohæredes
vim permutationis [g]. at in permutatione cla-
rum eſt præſtari evictionem, ſicut & in emptio-
nis contractu. Nec refert à partibus ſit facta di-
uiſio,an à iudice [h]. factum enim iudicis cenſe-
tur ipſius partis factum [i]. Quod maximè pro-
cedit,cùm ab eo appellari poteſt. qui enim non
C appellat,conſentire videtur [k]. Non † eſt ta- 36
men perpetua ſuprà ſcripta regula. Et in pri- I.
mis non procedit,quando portio alterius eſt in
eadem evictionis cauſa. licet enim adhuc evicta
non ſit, ſatis eſt ſubeſſe periculo, quod Guliel-
mus, Baldus, Caſtrenſis cenſuerunt, vt ſcilicet
domini interim non evincentis negligentia lu-
cro poſſeſſoris [l] cedat. Salicetus tamen aliter
ſentit,quoniam lex vult,vt communis ſit fortu-
na,& ideo ſatis eſſe debet,quòd cohæredi ſuc-
D curratur ſecuta demum evictione [m]. Ego diſtin-
guendum arbitror, vt ſi in limine iudicij evictio
immineat,vera ſit Baldi ſententia : aliàs Salice-
tum ſequar . Rurſus non procedit,cùm ij,qui II.
diuiſerūt,ſciebant rem periculo evictionis ſub-
iectam eſſe.inter ſcientes enim evictionis actio
non datur [n]. Quod intelligendum eſſet pretij
reſpectu,vt rectè Bartolus tradit [o], quia viden-
tur invicem mutuum periculum ſuſcepiſſe [p]. &
propter dubium eventum non dicitur quicquā
E alter alteri donaſſe,ſed potiùs trāſegiſſe [q], quod
in diuidentibus omnes probant. In emptionis
verò contractu aliud eſſet,quoniam lex tali caſu
ſalua eſſe emptoris iura ad pretium iubet [r].
nec enim tunc poteſt videri emptor ſuſcepiſſe
mutuum periculum. Vnde conſequens eſſe Su-
zario, Alexandroque viſum,vt in diuiſione quo-
que idem dicamus,quoties vni aſsignata eſſent
bona libera,alteri verò ea , quæ fideicommiſſo
ſubijcerentur , nec enim poteſt tali caſu videri
F quicquam actum de mutuo periculo. Quæ ſen-
tentia & mihi placet , dum tamen in hoc ad-
vertatur,an qui bona fideicommiſſa accepit, id
fecerit,quia in præſentia eſſent vtiliora, volue-
ritque eam vtilitatem cum futuri eventus peri-
culo compenſare [s]. Rurſus quoque non pro- III.
cedit,cùm clarè conſtaret in diuiſione id actum,
vt evictio non præſtaretur [t]. Sed an tali ca-
ſu poſſet ſaltem agi vt pretium reſtitueretur? e-
tiam ſi res ex cauſa legati evicta eſſet, non eſt du
bium actionem ad pretium dari [u]. Maior ſub-
eſt

y l.fi.in fi.de cōtrah.emp.
z l.ij.C.de hær. vel act.vend.
a l.fi.§.fin aut. C.commu.del.
b Bar.hic.q.ix. Alex.conſ.lx.in iij.Soc.lxxv.
c l.ſi conſenſerim.§.fi. quib.mod.pig. l.is, qui fundum.de vſufruc.leg.
d l.communi.§. ſi debitor.commu.diuid.
e Bar.q.xj.
f l.ſi fratres.C. com.vtriſqiud.
g d.l.cū pater.§. hæred.
h l.ſi familię.C. fam.erciſc.
i l.j.C.ſi in cauſ. iud.l.ob cauſ. C.de evict.
K l.ab eo.C. quom.& quādo iud.
l Doct.d.l.ſi familiæ.
m l.hær.§.pen. fam.erciſc.
n d.l.ſi fratres. & l.ſi fund.ſciēs C.de evic.
o Bar.q.xj.
p gl.d.l.ſi fam.
q l.de fideicommiſſo.C.de trāſact.l.ſi pater.C. de inoffic.teſta.
r l.fi.§.fi.com. de leg.
s arg.l.de fideicommiſſo.
t d.l.ſi familiæ.
u d.l.fi.§.fi.



eſt difficultas, cùm ex alia cauſa evictio ſecuta
proponeretur.videretur enim idem dicēdum [a]:
ſed Accurſius & cæteri aliter ſentiunt,tanquam
hoc caſu mutuum periculum ſuſceptum videa-
IIII. tur,quod ſuprà attigi [b]. Quod proximè in di-
uiſione dixi, in qua cohæredes egerint evictio-
nem non præſtari, ad eam quoque extenditur,
quam teſtator ipſe fecerit [c].tacitè enim videtur
actum,ne evictio præſtetur [d]. quia diuiſio te-
ſtatoris vim ſpecialis legati habet [e]. pro ſpecia-
li autem legato non tenetur hæres evictionis
nomine , quia videtur id ius duntaxat teſtator
legaſſe,quod habebat [f]. Quòd ſi ius integrum
legaſſe cenſeretur,ſecus eſſet.Vnde teſtator, qui
rem pignorauit, cùm eam legando videatur nō
ſolùm ius,quod habet,reliquiſſe [g], ſed liberā le-
gatario dari velle, hæredem evictionis nomine
obligat [h]: quia aliàs non luendo in culpa eſſet.
Si ergo iam evicta res ſit , conſuletur legatario
per actionem:quòd ſi non ſit, ope duntaxat ex-
ceptionis interim ſuccurreretur [i].ſicut & cohæ-
redibus coniunctis teſtatori,quibus ſingulis ali-
quid prælegatum eſt,re evicta conſulitur [k]. cùm
enim ſingulis aliquid prælegatum ſit,præterea-
que coniunctio ſanguinis ſubſit, ea capitur in-
terpretatio, tanquam rem liberam noluerit te-
ſtator relinquere, vt ſcilicet æqualitas inter hos
ſeruetur. Vnde & generaliter dici poteſt,idem
eſſe omnibus in caſibus,quibus pro legato ſpe-
ciali de evictione hæres tenetur, quos alibi ad-
V. notant Doctores [l]. Cæterùm illud quoque ſci-
endum eſt, quoties evictio ex facto diuidentis,
vel auctoris ſui procederet, nunquam cohære-
di præſtari [m].Vnde receptum eſt in caſu legis no
ſtræ,quia fideicommiſſum ex facto teſtatoris de
betur,re eo nomine evicta, cohæredem de evi-
ctione non teneri [n]. Cenſuit tamen Iacobus,
Aretinuſque hoc caſu fratris præmortui hære-
des regreſſum evictionis nomine ad pretiū ad-
verſus fratrem ſuperſtitem habere:idque , ſi is,
qui præmortuus eſt,cōſcius fideicommiſsi fuiſ-
ſet [o].Quam ſententiam omnes improbant. ſci-
entia enim fideicommiſsi tantum abeſt vt fa-
ciat diuiſorem evictionis nomine teneri, vt con
trarium potiùs operetur,quia huiuſmodi aucto-
ris ſui ſcientia prodeſſe illi debet,cùm ius aucto
ri ſuperveniens ſucceſſori prodeſſe ſoleat [p]. A-
liud ergo eſt in caſu noſtro , in quo quis ſcit au-
ctorem ſuum ius habere:aliud,quando quis ſci-
ret tertium aliquem ius habere. tunc enim ſal-
ua actio ad pretium remaneret [q]. veriſsimaque
ſunt hæc,quicquid Aretinus hîc inanibus argu-
mentis controvertat [r]. Quod tamen ſuprà di-
ctum eſt,non præſtari evictionem fideicommiſ-
ſi, qđ facto auctoris inducitur,limitandū eſt,ni-
ſi expreſsè actum ſit, vt etiam iure fideicommiſ-
ſi re obtenta præſtetur evictio.tunc enim ſaltem
iure exceptionis excluderetur actor , qui fidei-
commiſſum peteret [s]: quod Accurſius, Iaſon,
Bartolus,cæteri tradiderunt,& ex facto reſpon-
ſum ab Alexandro extat [t]: idque non ſolùm re-
ſpectu eius partis,quam iure cohęredis quis poſ
ſideret,ſed eius etiam,quam iure proprio. quod
reprobata Azonis ſententia Bartolus tradidit,
& nos ſuprà ſumus ſecuti . Quid ergo, ſi non
expreſsè actum ſit , ſed coniecturis quibuſdam
probabiliter tacitè id appareat [u]? verbi gratia,
quādo manifeſta læſio aliàs induceretur,vt quia
fratri,qui veriſimiliter non eſſet liberos habitu-
rus,data in partem illa duntaxat bona fuiſſent,

a l.emptorē.§. fi.de act.emp.
b gl.d.l.ſi familiæ.
c l.ſi cogitatione C.fam.erciſ.
d Bar.hic xiij.q.
e l.quid ergo.ij.§.fi.de leg.j.
f l.ſi à ſubſtituto in fi.de leg.j.
g l.ſi res obligata.de leg.j.
h l.ſi paterfamilias.§.fam erciſ.
i d.l.ſi paterfamilias.
K l.cum pater.§.evictis.de l.ij.
l Doct.in l.cum rem.alien.C.de leg & in l.ſi domus.§.j.de l.j.
m l.fund.meū.de evict.l.licet placeat.de dot. præleg.
n Bar.§.ij.q.
o d.l.ſi.§.com. de leg.
p l.cum vir.de vſucap.
q d.l.fi.§.fi.
r Aret.xj.q. Bart.
s l.vēd.de evict.
t Alex.cōſ.xxj. in v.
u Dec.conſ.lxxix.cclxvij.

quæ fideicommiſſo ſubijcerentur, & alius ha- L.122.
bens liberos bona partis æſtimationis reſtituiſ- Qui Ro-
ſet? videretur hoc caſu præſtādam evictionem: mæ.
quia ceſſat ea ratio, quòd mutuum periculum
ſuſcepiſſe videantur,vt ſuprà dixi [x]. Suadet hoc §. Duo fra
& æqualitas , quæ inter fratres ſeruari debet [x], tres.
& ne alter alterū decipiat [z]. Quòd ſi aliqua alia
coniectura accedat , putà confeſsio extraiudic-
cialis [a], vel poſt eventum conditionis decen-
A nalis poſſeſsio [b], non dubitauerim fideicom
miſſo renuntiatum videri. Poſtremò attingunt
Doctores, quomodo † rei fideicommiſſæ em- 37
ptione renuntiatum fideicommiſſo videatur?&
cōcludunt tunc renuntiatum cenſeri, cùm ſcien
ter ab ipſo hærede rem ſibi purè legatam lega-
tarius emat [c]. Nam & videmus idem eſſe in
ijs, qui ſcienter ſimul quid emant,quos conſtat
cenſeri mutuò cōſentire,& pignus remittere [d].
Huc pertinet,quòd lex ei,qui ignorans emerit,
B conſuli actione ex empto ait,quaſi ſentiat ſcien
ti non provideri,quia renuntiaſſe cenſeatur [e].
Nam & ſi legatarius hæredi rem alienanti con-
ſentiat,videtur plerunq; repudiare legatum [f].
Ergo fortiùs id credendum eſt,ſi ille ipſe emat.
Accedunt ijs regulæ generales, Qui vult conſe-
quens,idem & velle id cenſetur, quod neceſſa-
riò antecedit [g]:& , Qui alterum ex ijs, quæ ſimul
eſſe non poſſunt ,eligit,alterum repudiaſſe intel
ligitur [h]:ſentitq; ita Dinus,cuius ſententia me-
C ruit communiter approbari , tametſi Bartolus
dubitauerit, quoniam lex extraneo ſcienter e-
menti ſeruat actionem ad pretium [i]. Sed reſpon
de,non ideo ſequi, vt idem ſit, quando ipſemet
legatarius emit,cùm emendo videatur conſen-
ſum hæredi præſtare, & legatum remittere [k].
Addit , ſicut legatarius ab extraneo aliquo e
mens non videtur hæredem à iure fideicomiſ-
ſi liberare , vt infrà videbimus, idem cenſen-
dum,ſi ab ipſo hærede emat. Sed certè hoc pa-
D rum vrget, cùm ſi ab extraneo emat, nihil id
hæredi prodeſſe debeat.nec enim veriſimile eſt
id actum eſſe [l], nec vlla eſt neceſsitas, quæ in
id nos trahat. Sed cū ab hærede emit,aliud eſt,
cùm ab eodem non poſsit eadem res & lucrati-
uo & oneroſo titulo haberi. pugnant enim iſta,
vt Aretinus hîc tradit.Nec mouet, quòd renun-
tiatio legati non debet cenſeri facta, niſi inſpe-
ctis tabulis teſtamenti [m]: quia ſuprà concluſi-
mus ſufficere ſcientiam:at nos in ſciente loqui-
E mur. Poſſet tamen Bartoli ſententia eo in caſu
defendi,quo fideicommiſſum eſſet vniuerſale,
& is,cui illud debebatur,particularem aliquam
rem emiſſet.nō enim poteſt rei particularis em
ptione cenſeri repudiaſſe totum fideicommiſ-
ſum,vt Alexan. & Iaſon hîc rectè tradiderunt.
Sed nunquid ſaltem reſpectu rei emptæ exclu-
detur? & non puto : quia pretium,quod hæres
habuit loco rei, propter vniuerſitatem ſucceſ-
ſit [n].Illud ergo ſimul cum reliquo fideicommiſ-
F ſo debebitur:quod in eo,qui ante eventum con
ditionis emit, receptiſsimum ex Ioan. Andreæ
ſententia eſt [o]. Sed † maior eſt dubitatio,quid 38
iuris, cùm quis ſcienter ab ipſo hærede rem e-
mit ſub conditione ſibi legatam,idque penden-
te conditione?& tali caſu Bartol. cæterique e-
xiſtimant non videri fideicommiſſo renuntia-
tum:& ideo adveniente conditione poterit pre
tium petere [p]:& ſicut expreſſa legati conditio-
nalis repudiatio non valet [q], ita nec tacita de-
bet ſuſtineri: capiendaque in ambiguis hæc eſt
inter-

x Guid.de Suzar.Alex.hic.
y l.vt liberi.C. de collat.
z l.tres fratres. de pact.
a l.Procula.de probat.
b l.pen.vbi gl. C.com.diuid.
c arg.l.huiuſmodi.§. qui ſeruū. verb.ignorans. de leg.j.
d l.Titius.quib. mod.pig.
e l.cui res.de act.emp.
f l.codicillis.§. j.de leg.ij.
g l.ad rem.de procur.
h l.Clodius.l.illud.de acq.hær.
i l.fi.§.com.de leg.
k arg.l.ſi tamen ſciente.ad Maced.
l arg.l.ſtipulatio.§.alt.§.eo.
m l.de his.§.de tranſact.
n l.Imperator. §.fi.de legat.ij.
o d.§.qui ſeruū. qui Raph.Paul, Alex.Iaſ.
p arg.l.fundo. ad l.Falcid.
q l.ſi ita ſcriptū, §.f.de leg.ij.

interpretatio,ne quis renuntiare iuri ſuo, & te-
a l.cum de inde bito. de probat. merè quicquã donare credatur[a].Sed tamen hac
in re amplius deliberandum eſt.& hoc enim ca-
ſu eædem ferè rationes militant,quæ ſuperiore.
videtur enim pugnare,quòd quis titulo emptio
nis habeat, quod & ex fideicommiſſo perſequi
velit: & ſicvt legato puro renuntiari poteſt, ita
& conditionali, dum modò non per ſimplicem
b l.j.C.de pact. vbi Doct. repudiationem,ſed per pactum remiſsio fiat[b]:at
ſupra ſcripto caſu videtur tacitè cũ hærede pa- A
ciſci. Mouet me pro hac ſententia Vlpiani re-
c l.cui res.de act. emp. ſponſum[c]:cui res (inquit) ſub conditione lega-
ta erat,ſi eam imprudens ab hærede emit, actio-
ne ex empto conſequi poterit pretium. quibus
verbis indicatur,aliud fore,ſi ſciens emiſſet.Nec
probabilis eſt aliquorum reſponſio, qui intelli-
gi illud reſponſum aiunt,cùm poſt eventũ con-
ditionis emptio celebrata eſt. Quorſum enim
opus fuit conditionis meminiſſe, cùm quilibet
actus poſt eventum conditionis cenſeatur pu-
d l.fi.§.i.de vulg. rus[d]?Atqui lex,imprudens (inquit) enim rem B
ſub conditione legatam Ergo tempore emptio.
e l.in delictis.§. ſi extraneus. de noxal. nis ſub conditione erat legata, non autem eva-
nuerat conditio[e].Minuſq; me mouet, quod alij
dicunt,non poſſe quidem emptorem ex empto
propter ſcientiã agere, ſed ex teſtamento poſſe,
pretiumq; hoc modo conſequi, tãquam ſibi res
f l.plane.§.quod ſi rem,de leg.j. abſit,quia pretium abeſt[f]. Sed certè ſicvt ſcien-
tia actionem ex empto impedit, ita & ex teſta-
mento,quæ difficiliùs ad pretium datur,cùm al- C
g d.§.qui ſeruũ. vbi Bart. ternatim competat[g]. Vnde vna ſublata etiam a-
h l.ſi fund. ſciẽs. C. de euict. lia extinguitur,cùm vtroq; caſu obſtet ea ratio,
quòd ſciens de evictione non ait[h]. In eandem
ſententiam etiam trahor Pomponij auctoritate:
qui,ſi ab ſubſtituto (inquit) pupilli ancillas tibi
legaſſem,eaſq; tu emiſſes,& antè quàm ſcires ti-
i l.ſi ab ſubſtituto.de leg.j. bi legatas, alienaueris, &c.[i] quibus verbis ar-
guit aliud iuris eſſe,ſi iam ſciuiſſes?& Accur.qui
ſubaudit maximè quid aliud facit, quàm quòd
39 legis verbis violat?Concludo ergo,videri† ſuprà D
ſcripto caſu fideicõmiſſo renuntiatũ,niſi tamen
res duntaxat particularis empta proponatur.
tunc enim,quod ſuprà dixi,non videtur vniuer-
ſali fideicommiſſo renuntiatũ,nec eius quidem
K d.l.fundo.ad l.Falcid. rei[k] quod & Ioan.Andreas ſenſit[l], niſi tamen
l in addit.Spec. tit. de em.§.tertio loco.c.ſi. dubij eventus, ſeu ſpei pretium numeratum dũ
taxat proponeretur[m]. & ſuprà ſcripta quidem
m l.empt.in fin. de act.empt. procedunt, cùm ab ipſo debitore ſeu hærede
quis ſciens emit.Quid ergo, ſi à tertio aliquo e-
mit?& hîc poteſt triplex incurrere ſpecies. Pri- E
ma,cùm ipſius tertij res erat:altera,cùm teſtato
I. ris:tertia,cùm hæredis. Primus † ergo caſus
40 eſt,quando legatus eſt fundus alienus, & legata
rius poſt mortẽ teſtatoris emit ſcienter illum à
domino,& tali caſu conſtat non cenſeri renun-
n §.ſi cui fundus.Inſt.de leg. tiatum legato[n].Cuius rei illa eſt ratio, quòd qui
fundum alienum legat,eius pretium legaſſe cen
o l. non dubiũ in fi. de leg.iij. ſetur[o]. Vnde qui rem emit, non cenſetur actum
contrarium legato facere:& ideo poterit ab hæ
II. rede pretium conſequi. Alter eſt caſus,cùm quis F
p d.l.plane.§.quod ſi rem. ſciens poſt mortem teſtatoris ab aliquo tertio
q l.à Titio.de furt. rem ipſius teſtatoris ſibi legatam emit. & Din.
Bartoluſq; non videri renũtiatum legato exiſti-
r l.rei ſuæ.de cõtrah.emp. mant,quia lex generaliter ait, ſi rem ab alio e-
s l.traditionib. C.de pact. miſſem,vſq; ad pretium,quod mihi abeſt,ex te-
t arg.l.in bello.§.ſi quis ſeruũ.de capt. ſtamento agi[p]:& licet rei legatæ dominium ſta-
tim à morte teſtatoris in legatarium tranſeat[q],
tamen valet hoc caſu rei ſuæ emptio[r], cùm non
ſecundum regulas iuris gentium ſua ſit[s], ſed ſo-
la legis auctoritate[t]: vel,vt alij dicunt, quia im-

mutabiliter ſua non eſt[u], tradiditq; hoc alicu-
bi Alexand.Aretin.Iaſ.[x]: licet idem Alexand. a- u gl.l.ei,qui ita. de cond.inſtit.
liter hîc, & rectiùs, vt ego arbitror. quod enim
lex ait, ſi rem ab alio emiſſem, intelligit ipſe, x Alex.d.§.qui ſeruũ. Aret.hic.
rem,quæ ipſius teſtatoris nõ eſſet,& in qua con
ſiſteret emptio. aut enim vult hic emptor pre-
tium à venditore repetere: & non poteſt, quia
qui ſciens rem ſuam emit, pretium non repe-
tit[y].aut ab hærede vult repetere: & iniquè agit, y d.l.ſuæ rei.
A quia emptione ſua non debet conditionem hæ-
redis facere deteriorem, qui ſolùm rem recu- z d.l.ſi à ſubſtituto. in fi.l.idẽ Iulianus. in prin.eo.titul.
perare[z] tenebatur,& legatario tradere. recupe-
raſſet autem ſine pretio, vtpote hæreditariam.
Verius eſt ergo ſuprà ſcripto caſu non dari lega-
tario adverſus hæredem ad pretium actionem:
quod & Accurſius ſenſit[a], à cuius auctoritate a gl.j in d.§.quũ ſeruum.
Alexander hîc ait ſe non audere recedere: quod
& Baldus,Imolaque tradiderunt,probatq; & id
Raphael.imputet enim (inquit) ſibi legatarius,
qui emendo fecit, quo minùs hæres dare poſ-
B ſet[b]. Tertius eſt caſus, quando legata eſt res III.
hæredis,quam legatarius ſciẽs ab extraneo poſ- b l.iure ciuili.de cõd.& demõſt.
ſeſſore poſt mortem teſtatoris emit, & cùm do- c l.ſi hæredis ſeruus.de legat.j. vbi Bar.
minium ipſo iure quæſitum non ſit legatario[c],
valet abſq; dubio emptio,vt Baldus,Raphael, I-
mola,cæteri tradiderunt. Sed † tamen videtur 41
nihilo minùs legato renuntiaſſe. aut enim pre-
tium repetat à venditore, tanquam ſibi ipſi evi-
cerit:& reijcietur,quia ſciens emit[d]: aut repe- d l.ſi fund.ſciẽs. C.de evict.
C tet ab hærede,& non ſubeſt æquitas, cur hæres
illi eius pretium numeret,quam ſi iſte non emiſ-
ſet,gratis à poſſeſſore, vtpote ſuam, fuiſſet ven-
dicaturus.nam & ſi ignorans emiſſet, hæres ad
pretium non ideo teneretur,ſed ad ſolam domi- e l.ſi vend.de evict.
nij translationem[e]. ergo nec amplius teneri er-
ga ſcientem debet,aliàs melior eſſet ſciẽtis, quã
ignorantis conditio.quod lex hoc caſu abſurdũ
exiſtimat[f]. Probabilior ergo eſt Raph. opi- f d.l.cui res.d.l. ſuæ rei.
nio[g], qui adverſus Baldi, Imolæq; ſententiam g Raph.d.l.ſi à ſubſtituto.Aret. hic.
D exiſtimauit nullam pretij petitionem huic lega
tario dari.Ego tamen arbitror tã hoc,quàm pro-
ximo caſu agere quidem legatarium ad pretiũ
adverſus hæredem poſſe, ſed hæredem ceſsione
actionis,quam contra poſſeſſorem habebat, li-
berari[h]. cùm enim tali alienatione fecerit poſ- h arg.l.in creditore. de euict.
ſeſſor,quo minùs hæres conſequi rem ſuam poſ- i l.ſi eum ſeruũ. ſi cert.pet.
ſit,debet ſubſidiali actione pretium reſtituere[i]:
ſicq; diſcordantes ſententias conciliari.Sanè il-
lud conſtat,eum,qui viuente teſtatore rem ſibi
E purè legatã à quocunq; emit,idemq;, & certiùs, k §. ſi res aliena.Inſtit.de leg.& d.l.ſi vend.
ſi ſub conditione, non cenſeri quicquam repu-
diaſſe[k]:quia nõ poteſt videri quiſquam iuri ad-
huc ſibi non competenti renuntiaſſe. Idemq;, ſi
id factum ante aditam hæreditatẽ proponatur. l l.ſi nemo de teſtam. tut.
cùm enim teſtamentum adhuc confirmatum nõ m arg.l.cætera. §.j.de leg.j.
ſit[l],non videtur ei ius competere. Quod exten-
dunt alij etiam poſt aditionem hęreditatis,dum n d.l.de his.d.l. iure decedens.
tamen ante eventum conditionis ab extraneo
emerit[m]. Illud quoq; generaliter procedit,vt i- o c.j.§.præterea ducatus.de prohib.feu.alie.per Fed.
F gnorans etiam ſi ab hærede emat quocunq; ca-
ſu, nunquam renũtiaſſe fideicommiſſo, etiam ſi
præſenti,videatur[n]. Tandem Bart. non ſatis
ex re,aut ſubiecto argumento dubitauit,an † ec- 42
cleſiæ emphyteutæ poſsint rem emphyteuticã p Felin.c.quę in eccl.de conſti.
inter ſe diuidere?affirmatque id eius iure permit q l.fin.C.de iur. emphy.l.ſi domus fin.vbi Bal.de leg.j. Dec.conſ.clx.
ti[o], receptiſsimaque hæc eſt ſententia[p]. Sed
quænam huius rei eſt ratio?& Iaſ.ſicut (inquit)
emphyteutæ permutare etiam cum extraneis
abſque domini conſenſu poſſent[q], fortiùs in-
ter ſe diuidere poſſe debent. qui enim diuidit,
cenſetur



a l.communi.§.ſi debitor.com.diuid. cenſetur permutare[a]. Quam rationem ego non
b Iaſ.d l.fi. probo, nec cæteri Doctores probant, alioquin
c Guid. Pap. quæſt. xlviij. quæſt.xcij. frater diuidens laudatiuum ſoluere domino de-
beret,ſicvt in permutatione ſoluitur[b]. quod re-
ceptior habet ſententia. ſicvt & in donatione[c].
& tamen videntur
ſentire Doctores,
43 † ex diuiſione nullũ
ius domino lauda-
tiui eſſe. Nam & ſi
alter fratrum bona
emphyteutica reti-

quaſi de hoc quoque
tranſactum fuiſſet[a].
quæſitum eſt,an pœ-
na commiſſa eſſet.

A Reſpondit, pœnam
ſecundum ea quæ
proponuntur, com-
miſſam.

neret,& vice mutuã alteri pecuniam daret, iam
d l.naturalis.§.j.de præſc.verb. hæc non permutatio,ſed emptio eſſet[d]: & tamẽ
etiam talem diuiſionem fieri poſſe receptius eſt.
Verior ergo & menti Doctorum magis conſen-
tanea eſt ratio,quia prohibitio alienationis em-
ponematum eò inducta eſt, quòd dominus ad-
verſus extraneum emptorem nulla perſonali a-
44 ctione experiri poſſet[e].Vnde † voluit legiſlator
e l.ſi.§.ſi.de contrah.empt. ei ſuccurrere, alienationemque prohibuit, niſi
quatenus ipſe cõſentiret, vt arctaret emptorem
ad ſe recognoſcendum, fiduciamq; de manu ſua
f d.l.ſi. ſuſcipiendum poſſet[f]. Quæ ratio ceſſat,cùm de
diuiſione inter plures emphyteutas agitur, qui
omnino eum iam in dominum agnoſcunt, per-
g l.in conuentionibus. de verb.ſig. ſonaliq; actione ſunt alligati[g]:idq; certiſsimum
eſt,cùm plures emphyteutæ ſinguli in ſolidum
tenentur.Quid ergo erit,cùm in viriles ſunt ob-
ligati?quod quidem regulare eſt.cùm enim ob-
h l.ſi.§.& harũ.§.eo. ligatio hæc ad dandum ſit,recipit diuiſionem[h],
i gl.d.l communi diuidundo. idq; non ex perſona cõtrahentium tantùm, ſed
K Alex.d.l.ſi domus.§.ſi.Iaſ. hic,& d.l.ſi. etiam hæredum[i].& videntur Alex.[k] Iaſonque
ſentire, non admittendam hanc diuiſionem in-
cõſulto domino,niſi pro portione virili, & qua-
tenus emphyteutæ priùs tenebantur. Sed Bart.
hîc & cæteri aliter ſentiunt, qui ſimpliciter ius
faciunt emphyteutis,vt inter ſe quocunque titu
I. lo alienare poſsint[l]. Diſtinguendum igitur
45 eſt ex Aretin.& Felin.ſententia,an † eiuſmodi ſit
l arg.l.voluntas C.de fideicommiſ.Aret.hic, Feli.d.c.quæ in eccleſiarũ. verſ. ij.limitat. emphyteuſis,in qua iuri accreſcendi ſit locus?&
in ea verior ſit Bar.ſentẽtia,vt abſq; alio conſen-
ſu,vel præmio valeat diuiſio.ſi enim teſtator plu
res inſtituiſſet,& omnes vno excepto repudiaſ-
ſent,teneretur eũ dominus recognoſcere. Idem
m l.j.§.j.verb.nã. perſonę cõditio.C.de imp. luc.deſcrip.li.x. ergo dicendũ, ſi inter ſe ita diuiſerint,emphy-
teuſis vni remanſerit[m].Nam & lex emphyteuti-
ca ſolùm iubet quinquageſimam ab eo præſtari
qui nouus ſit emphyteuta.At hic nouus non eſt,
ſed in prima cõceſsione comprænhenſus.Meritò
abſq; domini conſenſu laudatiuoq; aliquo con-
n gl.d.l.ſi.verb. accipere. Ana. conſ.xc.quia. ſtitui poteſt[n].Nec Alexandrũ,Iaſoniq; ratio me
mouet: quia quãvis emphyteuta ipſo iure erga
dominiũ nõ niſi pro rata teneatur,tamẽ ad reco-
gnitionem etiam eius partis ratione tenebitur,
quàm à cohęrede accipit:quia in eum facta alie-
o c.j.de ali.feu. pat.vbi Bal. natio vicem cuiuſdam repudiationis obtinet[o].
p l.coniunctim. de leg.iij. Vnde perinde is obligatur, ac ſi totũ ius ſibi ac-
creuiſſet[p]. Cui rationi in quacunq; alienatione
q d l.voluntas. locus eſt[q]. Nam & videmus non paucis exẽplis
r Alex. conſ. xxix.j. multa inter eiuſdẽ qualitatis homines concedi,
s gl.c.ex inſinuatione.de iur. pat.c.nemini xvj.q.vij. quæ alienis denegantur[r].Vnde poteſt patronus
ius patronatus abſq; epiſcopi conſenſu collegæ
donare[s],cùm tamẽ extraneo nõ poſsit[t]. Sic a-
t c.illud.eo.tit. gnatus poteſt ius luendi ex forma legis munici-
u Doct.l.ad officium. C. com. diuid. vbi Cin. Paul. palis ſibi cõpetens alteri inferioris gradus cede-
re[u],extraneo verò nõ poteſt.Fortiùs cenſuit Sa-
licetus ſuprà ſcriptæ cõcluſioni locum eſſe[x], e-
x l.Ariſto.ff.quæ res pig. tiam ſi emphyteutæ cum patrono pacti eſſent,
ne eo inconſulto alienent,nõ intelligetur quic-

quam pactũ eſſe,cùm alienatio inter ipſos ſit[y]. L.122.
Enimverò † quoties emphyteuſis eiuſmodi eſt, Qui Romæ.
vt in ea non ſit iuri accreſcendi locus, tunc alia
opinio erit verior,vt neceſſarius ſit domini con-
ſenſus,veluti cùm de noua emphyteuſi agitur, §.Duo fratres.
quæ pluribus con-
ceſſa ſit[z]. Sicq; ſu- II.
prà ſcripta Alex. & 46
Iaſonis ſentẽtia de- y Salic.l.ea leg. C.de cond.ob cauſ.
fendi poteſt. Quod
& in clientelarij fi- z Doct.l.ſi mihi
ducia Bal. cẽſuit[a], a Bal.d.l.voluntas.& in c.imperialem in princ. de prohib.feu. ali. per Fed.
quæ nouiter acquiſita ſit. Sed quid reſpondebi-
mus, ſi in diuiſione fratres ius in fundo emphy-
teutico competens, vel competiturum remiſe-
runt, an ius id ex remiſsione,quæ fieri non po- b l.& hæredi.§.ſi de pact.
tuit,competens,eccleſiæ quæretur? & Bart. ne- c l.nec vtilẽ. ex quib.cauſ.ma.l.cũ quis.§.ſi deb. de ſolut.
gat acquiri:quia pactum eo vſque duntaxat por
rigitur,quovſque paciſcentis intereſt[b]. Vnde
B & ius remiſſum apud renuntiantem remanet,
ſi paciſcenti quæri non poteſt[c]. Quod & in re- d c.j.de eo,qui ſi.fec.c.j.§.ſi. ſi de feu.fue.cont. inter do.
nuntiatione fiduciarij fundi receptũ eſt.& enim
illis ea prodeſt,ob quorum fauorem facta fuit[d]. e l.uus.de pact. vbi Doc. l.ſi act. C.de pact.
Quapropter ſi filia hęreditati paternę fauori fra-
trum renuntiauerit,illis fato functis nullius effe
ctus talis renuntiatio erit[e]. Proceditq; hoc,etiã
ſi alioquin ius ad eccleſiã pertineret.nec † enim 47
eccleſię abſenti acquiri poteſt,niſi quatenus ali- f gl.l.illud.C.de ſacroſan.
quis pro ea acceptauerit[f]: at in caſu noſtro hi
C fatres diuidendo non id agebant,vt quicquam
eccleſiæ acquireretur. Secus ergo, ſi nomine I.
eccleſiæ tabellio,vel alius eſſet ſtipulatus[g].
Secus † quoq; eſt in vſufructu,qui ſi alteri ab- II.
renuntiatus ſit, ad dominum confeſtim redit[h]. 48
facillimè enim res ad naturam ſuam revertitur. g l.ſtipulat.§.ſi.§.eo.
nec enim alteri cedi vſusfructus poteſt,quod ius h §.finitur.Inſt. de vſufr.l.ſi vſufr.de iur. dot.
ſeruitutis pſonalis eſt.At emphyteuſis ad coem-
phyteutam tranſire prohibetur,nõ quòd perſo
næ cohæreat,ſed ſola legis phibitione,quæ hoc
D egit,vt domino non noceretur, nõ vt ei lucrum III.
afferret.Secus quoque videretur,ſi frater non ſo
lùm ius remiſiſſet,ſed etiam poſſeſsionem nouę
emyhyteuſeos trãſtuliſſet.& enim † executio fa 49
cti pœnã meretur[i],cùm dominus poſſeſſorẽ to- i l.quid ergo.§.cũ aũt.de ijs,qui not.infam.
tius rei pro parte tantùm obligatũ habeat:pro a-
lia verò parte eadem ſubſit ratio,quæ ſubeſſet, ſi K l.continuus. §.cum quis.ſ.eo. vbi dixi.
pſus extraneo eſſet alienatũ,qua de re infrà[k].
QVASI DE HOC QVOQVE TRANS- a
ACTVM[a]. ¶ Dictio † Quaſi, cùm per modum 50
E cauſæ exprimatur,veritatem ſignificat: quòd ſi
per modum ſimilitudinis, tunc ad fictionem re- l gl.l ſi ante.ſol. mat.& c.gratũ. off.deleg.vbi Felin.
fertur[l]:quod Bal.hîc notat, proceditque hoc e-
tiam in ſtatutis. Vnde ſi plures vulnus fecerint,
& non appareat,cuius ictu quis perierit, lex ait m l.item Mela. §.ſed ſi ſeruum. ad l.Aquil.
omnes teneri,quaſi omnes interfecerint[m]. Qđ
procedere etiam in materia ſtrictè interpretãda,
qualis † legum municipalium,Bar.ait[n]. Appa- 51
ret igitur ex hoc contextu, cauſam in ſententia n Bart.l.ſi quis in rixa. de ſicar.
exprimendam eſſe. Quod intelligendum non
F reſpectu valoris ſententiæ,ea enim etiam cauſa o c.ſicvt nobis. de re iud.vbi Fel.Card.c.in tãtum.xxj.diſt.
non expreſſa ſuſtinetur[o]: ſed reſpectu aliorum
effectuum, qui ex ſententia proveniunt, quos
Pontificij diſertè adducunt. nam in caſu noſtro
niſi ſuprà ſcripta cauſa fuiſſet expreſſa,non com
mitteretur pœna, cùm potuiſſet ita fuiſſe iudi-
catum: quia fideicommiſſum non fuiſſet pro-
batum, ſicque actori non ius,ſed factum defe- p Bart.d.l.Iulianus.
ciſſet:quod & in dubio præſumitur[p]. Vnde
potuiſſet in iudicio pœnali rurſus pbari, quod
ſuprà docui. Aliàs ergo non eſt exprimenda
cauſa,

cauſa, ne calumnijs viam iudex patefaciat [a]. qđ
hîc omnes tradunt. Cæterùm cùm hîc malè fuiſ-
ſe iudicatum Doctores ſentiant, hinc adnotarũt,
falſam cauſam in ſententia expreſſam, eam ipſo
iure non infirmare. Quæ res paulò altiùs repe-
tenda eſt, conſtitu-
endaq; regula [b], vt
52 † falſa cauſa expreſ-
ſim ſententię adie-
cta, eam ipſo iure
infirmet, ſi falſitas
I. in iure ſit [c]. Vnde
fortiùs idem concedendum, ſi in facto quoq; fal
II. ſa ſit [d]. Nam & idem videmus in diſpenſatione
53 epiſcopi, quæ † ex tali falſitate ꝓrſus vitiatur [e]:
ſicvt & licentia, quam prætor adoleſcenti cõce-
III. dit prædium ſuum alienandi [f]. Generaliter i-
dem eſt in quocunq; iudicis decreto, vt ex falſa
IIII. cauſa ſit ipſo iure nullum [g]. Sed quid, ſi expreſ-
ſim in ſententia non adſit ea cauſa, ſed per rela-
tionem? & ſi hæç relatio ad acta ſubſtantialia iu-
dicij fiat, idem eſt, vt ſentẽtia ſit ipſo iure nulla [h].
V. Idemq;, ſi cauſa iure communi vera ſit, ſed ſe-
cundum legem municipij falſa [i], vt ſi iudex ſic
præfaretur, *Nos inſiſtentes ſtatuto*, &c. & ſtatutũ ad-
VI. verſaretur [k]. Idemque, ſi cauſa non ſit omnino
contra ius, ſed in aliquo ſpeciali caſu poſsit eſſe
vera. adhuc enim non ſuſtinetur ſententia. quod
Matheſilanus [l] tradidit. quoties enim aliquid
adverſus regulam iuris ex certa ſpecialiq; cauſa
fit, niſi ea cauſa in ſpecie exprimatur, actus non
ſuſtinetur [m]. quod Oldr. Deciusq; reſponderũt:
VII. nos alibi attigimus [n]. Nec refert, quomodo ta-
lis cauſa falſa expreſſa ſit, dolóne adverſarij, an
citra dolum. talis enim differẽtia procedit, cùm
de ea cauſa loquimur, quæ ipſi iudici in facto
ſuggeſta ſit [o]: ſed quoties cauſa expreſſa in ſen-
tentia eſt, ſi ſit in iure falſa indiſtinctè, reddit a-
ctum nullũ quod Bal. rectè tradidit. Et hæc qui-
dem procedunt, cùm falſitas ad ius pertinet [p].
I. Quid † ergo, ſi cauſa in facto duntaxat falſa ſit?
54 & receptum eſt tunc ſententiam valere [q]. Vnde
in lege noſtra cùm non appareat in iure erratũ
eſſe, quia verba renuntiationis fideicommiſsi in
ſententia non fuerunt expreſſa, conſequens eſt
ſententiam valere. quod Raph. Alex. Iaſ. diſertè
II. tradiderunt. Addit Bal. quod de facto dicitur,
idem de iure controverſo reſpondendum eſſe, ſi
enim expreſſa ſit cauſa, quæ adverſus ius ꝓpter
ſtudioſorum opiniones ambiguum ſit, valet ni-
hilominùs ſententia [r]. Quo caſu & legẽ noſtram
Bar. intelligit, quaſi Doctorũ noſtrorum alterca-
tiones, quando fideicommiſſum diuiſione tolla
tur, non hoc tantùm tempore, ſed & viuẽte Scæ-
uola controverterentur. quod ſanè diuinatoriũ
eſt. Sed & ſi falſa cauſa ſimul cum legitima ex-
preſſa ſit, traditum eſt ſuſtineri ſententiã [s]. Quod
intelligit Iac. etiam ſi bona ratio ſimpliciter dun
taxat exprimatur, vt ſi falſa ratio ſit expreſſa, cũ
implicatiua *Maximè* [t]. Quæ tamẽ opinio ſat am
bigua eſt. non enim talis dictio includere debet
maiorem rationem [u]. Nam & Ant. Butrius cen-
ſuit, ſi poſt falſam cauſam additum ſit, & alijs ra-
tionibus animum noſtrum mouentibus, nõ ſuf-
ficere, nec ideo ſuſtineri ſententiam [x], niſi tamẽ,
quod aliqui hîc aiunt, ex actis alia ratio ſufficiẽs
colligeretur. Dicitur aũt legitima, ſeu ſufficiens
cauſa, licet adverſus ius litigatoris ſit, dum tamẽ
iure ſubſiſtat [y]. Sed hæc latiùs Pontificijs diſpu-

a not. l. properã dum. §. illo. C. de iudic.
b Bar. vj. oppoſ. c l. ij. C. quan. prouoc.
d l. qui teſtem. de excuſ. tut.
e c. quia cert. de cõſang. et affin.
flagitij, *aliàs*.
f l. magis. §. manet. l. quamvis. de reb. eor.
g l. Seia egreſſę. de tut. & cur. Doct. l. ſi is, ad quem. de acq. hæred.
h Bald. l. j. C. de erro. calcul. Cor. ſing. lxxj.
i Bart. l. cũ prolatis. §. de re iud.
k Bal. c. cũ cauſ. de re iud.
l no. 19. arg. gl. l. ij. in fin. de appel. recip. Dec. conſ. viij.
m Oldr. cõſ. cccxxvj. quod articulus. Dec. xxviij. circa fin.
n Abb. c. j de offic. ord. vbi dixi.
o l. prætor. §. Marc. de iud. l. diuus. de iud. l. iij. C. ſi ex fal.
p Bald. l. j. C. de iur. om. iud. l. error. C. de iur. & fact. ig.
q l. ſi is, ad quẽ. de acq. hæred. vbi Bart.
r gl. in proœ. C. ver. certa. Bar. l. cũ prolatis. de re iud.
s c. per tuas. qui filij ſint leg. vbi Abb. Alex. hic
t Iac. But. l. ij. §. ignominiæ. de his, qui not. infa.
u c. ſedes. de reſcript.
x But. c. ab excommunicato. de reſcript.
y c. cum inter. de re iud. Card. & Imo l. c in præſentia. de probat.

tanda relinquamus [z]. Rurſus adnotârunt Do-
ctores, ſententiã iniuſtam, vt quia adverſus ius
litigatoris lata ſit, nihilo minùs in rem iudicatã
trãſire, nec de eius iniquitate amplius obijci qc-
quam poſſe [a]. Sed † an idem ſit, etiam ſi ſenten-
tia à iudice delega-
to lata ꝓponatur?
55 & videret̃ nõ eſſe i-
dem. cùm. n. ei man
datũ ſit, vt iuſtitiã
faciat, ſi non facit,
adverſus formã mã
dati agit [b]: & ideo ipſo iure ſentẽtia non debuit
valere. nam & Bart. ſententiam arbitri tali caſu
nullã eſſe cenſuit [c]. Sed tamẽ aliud frequentiùs
receptũ eſt [d], ꝙ illa verba *Iuſtitiam facias*, quandam
potiùs admonitionẽ, quàm mãdati formã indu-
cant [e], quod & in clauſula *Fine debito terminetis*, re-
ſponſum eſt [f], & in clauſula *Si eſt idoneus*, in lite-
B ris beneficialibus, quę nõ conditionẽ, ſed admo
nitionẽ inducit [g]. Nam & generaliter Innoc. au-
ctoritate traditũ eſt, quoties hominis mandato
id exprimitur, quod iure cõmuni ineſt, nõ vide-
ri nouã formã dari [h]. De iure aũt cõmuni dicitur
ius reddere prætor, etiam cùm iniquè iudicat [i].
Accedit ijs vulgaris regula. Quæ † tacitè inſunt, 56
expreſſa nihil operantur. Conſtat aũt in manda-
to iudicis id tacitè ineſſe, vt ſecundũ ius pronũ
tiet [k]. Quod ſecus eſt in mandato arbitri, quod
C ſecundũ compromittentiũ pactionẽ ſolùm regi
tur [l]. Meritò ex dicta clauſula cenſuit Bart. arbi-
tri ſententiam nullã eſſe, (quod & crebriore cal-
culo receptum eſt [m], quicquid hîc Recentiores
atteſtentur) iudicis verò non eſſe. ſentẽtiæ enim
arbitri paretur, non quia lex præſumat iuſtam,
ſed metu pœnæ [n]: idq;, etiam ſi arbiter iniquè &
dolosè pronuntiauerit. Et hæc quidẽ hactenus.

PAPINIANVS *libro* 1.
*Definitionum.*

## LEX CXXIII.

SI plagij † *a* facien-
A di, vel facti cauſa
concepta ſit ſtipula-
tio, ab initio non
valet.

*Alciatus Ticini.*

## LEX CXXIII.

D 2 *Plagium quid.*
4 *Etiam leuis delicti ſtipulatio nulla.*
6 *Promiſsio potandi non obligat.*
7 *Ratio, cur ſtipulatio iam facti plagij non valeat: & quo modo.* 8.
9 *Quando titulus donationis impediat repetitionem.*
16 *Promiſsio præmij in Statuto pro delicto commiſſo, nõ tenet.*
19 *Occidens etiam permittente lege, quandoque in ciuitate cælitum non eſt tutus.*

E SI PLAGII [a]. ¶ Promiſsio † ergo a
pro delicto faciẽdo, aut facto, ipſo 1
iure eſt nulla: & licet lex de plagio
loquatur, tamẽ idẽ in cęteris de-
lictis eſt. Dicitur † autem plagium 2
exemplo Græci ſermonis, quaſi doloſum: cùm
quis dolo malo hominem liberum, aut ſeruum
alienum celat, & ſupprimit, aut vinctum habet,
& ſibi operari cogit [o]. Quod † lege Fabia, itemq;
ſenatuſconſulto prohibitum eſt: grauiſsimũ cri- 3
F men, in quod etiam hodie domini triremiũ ple-
runq; incidunt, dum ſub ſpecie inſpectionis al-
licefactos dolo malo circunveniunt, & ad remũ
dant. Quid † ergo, ſi ſtipulatio leuis criminis I.
cauſa concepta ſit? & videretur idem eſſe, maxi- 4
ximè ſi ſecundum Etruſcas Pandectas nõ plagij,
ſed flagitij legamus. Sunt † aũt flagitia leuia deli 5
cta, quę nõ atrocibus pœnis, ſed flagris dũtaxat
apud Veteres puniebãtur, vt mollities laſciuia,
alea, petulãtia, ebrietas, luxuria, negligẽtia [p]. Si
† ergo promiſero tibi vrnam illam argenteam, ſi 6
eam

z Felin. c. j. de re iud. & c. ſicut. eo. tit. Iaſ. d. l. cũ prolatis. d. l. ſi is apud quẽ. Dec. l. j. de error. calcul.
a c. cum inter. de re iud. l. res iudicata. de reg. iur.
b l. diligenter. mand. c. cum dilecta. de reſcrip.
c Bar. l. diem. §. ſtari. de arbit.
d Fel. c. cauſam, quæ. de re iud. c. in literis. de offi. deleg.
e c. de cauſis. §. præterea. de offi. deleg. vbi Felin.
f c. cum ad ſedẽ. de reſt. ſpol.
g c. ſi. de præſumption.
h Inno. c. prudẽtiam. de off. deleg. Bal. l. præſcriptione. C. ſi contra ius.
i l. pen. de iuſt. & iur.
k l. reſcripta. C. ſi contra ius.
l l. non diſtinguemus. §. de offic. de arbit.
m Felin. d. c. cũ delicta. Aret. conſ. lxviij. Bar. conſ. xliiij.
n d. §. ſtari.
o j. ad l. Fab. de plag.
p l. de uia. ff. de accuſ.



eam vna cœna exhauſeris, non videtur valere
promiſsio. flagitium enim eſt homines præ-
mio ad nimiam potationem allici. Huiuſmo-
di ergo actores audire prætor non debet [a]: ſic-
vt nec, qui inhumaniter hoſtem in ciuili bello
captum tractant, & ad iniquius redemptionis
præmium compellunt [b]. eſt enim id quoddam
quaſi plagium, quod alibi oſtendi. Nec excuſa-
tio eorum eſt prætextu expenſarum admitten-
da [c]. ſi enim imputent, qui quamprimùm li-
II. cita conuentione non dimiſerunt. Sed † cur
7 plagij facta cauſa concepta ſtipulatio non va-
let? nec enim hoc caſu cauſam delicto dediſſe
videri poteſt, quod iam perpetratum eſt. & a-
iunt non valere, quia videretur talis pecunia in
mercedem facti delicti præſtari. intereſt autem
publicè ſceleſtos pœnis adfici, non præmiis, a-
liàs audacia, & impunitas malorum augeretur:
quod aduerſus Petr. & Cinum receptiùs hîc eſt.
Exiſtimabant illi ſuprà ſcripto caſu valere ſtipu-
B lationem, quia proxima cauſa turpitudinis ceſ-
ſabat [d], & quia etiam videmus dolum præteri-
tum remitti poſſe, licet non futurum [e]: & licet
talis cauſa non ſit ſufficiens, vt detur efficax a-
ctio, tamen tanquam ſcienter ſit promiſſum, vi-
detur ex cauſa donationis ſuſtinenda promiſ-
8 ſio [f]. Et † quod hîc dicitur, ſtipulationem non
valere cauſa plagij facti, intelligunt ad repeten-
dum, quod iam plagio ablatum erat [g], vt ſi cri-
men iam patratum erat, & res non reſtituta, non
valeat ſtipulatio: ſecus, ſi res reſtituta. tunc enim
non poteſt videri promiſsionem factam, vt re-
ſtituatur illud, quod turpiter ſtipulator retine-
bat. vnde ſumitur donationis coniectura. quæ
interpretatio legi noſtræ non quadrat, ſed ver-
ba eius violat: meritò crebriore calculo reiecta
III. eſt. Fuerunt tamen, qui hanc ſententiam pro-
barent, quando conſtaret, etiam ſi talis cauſa
turpis non ſubeſſet, donaturum fuiſſe promiſ-
ſorem, quod Iacob. Albericus Alexand. tradide-
runt [h], vt ſtipulatio, quæ ex cauſa turpi ſuſtine-
ri non poteſt, ex cauſa donationis valeat, acci-
piturque interpretatio, quæ actum confirmet.
Sicut videmus, id, quod ex cauſa vſurarum reti-
neri non poteſt, ex cauſa donationis confirma-
ri [i]. nam & ſententia ex duabus cauſis lata, po-
teſt ex cauſa iuſta defendi, ſi alia iniuſta ſit [k].
Sed Imola aliter ſentit, vt expreſsio turpis cau-
ſæ arguat prætenſæ donationis fraudem, actuſ-
que ſit nullus [l]. Ego diſtinguendum arbitror, vt
expreſsio donationis ſupra ſcripto caſu non fa-
ciat, vt à principio ſtipulatio valeat, ſed fraus
præſumatur, veraque ſit Imolæ ſententia: ex
9 † poſtfacto verò, poſtquam ſolutum ſit, titulus
donationis impediat repetitionem, idq; exem-
plo vſurarum. Finge: mutuo à te accepi centum
aureos: promitto me eos centum reſtituturum,
præterea decem alios donaturum: non valet do-
natio, ſed fraus præſumitur [m]: quòd ſi iam ſolue-
rim, & proteſtatus ſim id ex donatione facere,
10 impedietur repetitio [n]. Quid † ergo, ſi turpis cau
ſa expreſſa non ſit? & poteſt ſubeſſe etiam alia
non turpis, probabilius eſt ex cauſa iuſta ſtipu-
lationem ſuſtineri [o]: & hoc caſu Iacob. Alberic.
Alexan. ſententiã defendi. Nec me mouet, quòd
Bartoli opinio recepta non eſt, diſtinguentis, an
cauſa turpis expreſſa ſit, vt ſtipulatio ſit ipſo iu-
re nulla: an non ſit expreſſa, & tunc ipſo iure va-
leat, licet exceptione elidatur [p]. dum enim aiunt
Doctores nihil differre tacitum ab expreſſo, ve-

a arg. l. j. de aleator.
b gl. l. j. C. de epiſ. aud. ubi Bal.
c l. ſi. poſt. prin. C. de cap. Lancel. Dec. l. ſenatu. §. j. de leg. j.
d l. pe. §. de cõd. ob turp. cauſ.
f l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. de pact.
f l. j. de cond. indeb. ubi not.
g l. ſi. de cond. ob turp. cau. Cin. rub. C. eo. tit.
h arg. l. ſi patronus. de donat.
i gl. c. peccatũ. uer. reſtituitur. de reg. iur. in 6.
K Doct. §. l. ꝓx. §. fin.
l l. expreſſa. de reg. iur.
m l. eos. §. fin. C. de uſur.
n gl. d. c. peccatũ. Alex. hic.
o l. meritò. pro ſocio. Doct. c. auditis. de pręſcri.
p l. pe. de cond. ob tur. cau. Bar. §. l. generaliter.

rum eſt, vbi tacitum neceſſariò ineſt, firmaque
præſumptione innititur [q]: ſed ſuprà ſcripto ca-
ſu ſi alia quoque cauſa iuſta ſcripſit, præſumptio
infirma eſt [r]: vnde in meliorem partem erit con-
iectandum [s]. Sed † quid, ſi non cauſa, ſed con-
ditio turpis, non contrahentes, ſed tertium ali-
quem reſpicit? purà, *Promittis, ſi Titius plagium fece-
rit?* & receptum eſt idem eſſe, vt ſtipulatio non
valeat, quoties ſtipulator amicus eſſet Titio [t],
A qui veriſimiliter ei perſuadere poſſet, vt crimen
perpetraret [u]. Quod maximè dicendum, ſi in
ſtipulatoris poteſtate Titius eſſet [x]. Si † verò
promiſſor ipſe Titio amiſſus eſſet, tunc valeret
ſtipulatio. dehortabitur enim illum, ne delin-
quat, illeque abſtinebit, ne amicus in pœnam
incidat [y]. ſuntque hæc receptiſsima. Sed † quid
in dubio, & ſtatus eſt coniecturalis, ex perſona-
rum qualitate diſcernendus. Quid, ſi neutri con
trahentium Titius agnitus erat, ſed ſponſionis
B cuiuſdam cauſa ſic conuenerunt? tunc dubium
non erit valere ſtipulationem, perinde ac ſi ſub
alia qualibet conditione concepta eſſet [z]: quod
Caſtr. & Salic. rectè cenſuerunt. Aliàs hac conie-
ctura ceſſante receptior eſt eorum ſententia, qui
ſtipulationem non valere exiſtiment, propter
legis noſtræ verba, quæ generalia ſunt, & quia a-
liàs fieri fraus legi poſſet, & per ſubiectam per-
ſonam ſicariis & inceſſoribus viarum faueri.
quod Cin. [a] Iacob. Salic. Imol. Alexand. tradide-
C runt. Nec me mouet, quòd Titius recta via ex
ſtipulatione non inuitatur ad delinquendum [b],
ideoque non videatur conſiderandum, quòd
poſsit delinquere, vt ſimili in caſu Alex. reſpon-
dit, & Iaſ. refert [c]. Reſpondeo, ſtipulatorẽ ipſum
inuitare, qui vt lucrum faciat, Titium hortabitur
vel ope & conſilio iuuabit, vt facinus aggredia-
tur. Qđ ergo Accur. hîc ait, in ſuprà ſcripta quæ-
ſtione, valere ſtipulationẽ, falſũ eſt, exceptis qui-
buſdam caſibus, vt ſi promiſſor Titii amicus eſ-
D ſet, vel aliàs promiſsio pœnam delinquentis re-
ſpiceret, vel non de delicto faciendo, ſed iam fa-
cto tractaretur, idque in cuiuſdã ſponſionis vim
vt ſuprà dixi, vel ſtipulatio delictum non indu-
ceret, vt quia promiſerim centum, ſi Titius hoſtẽ
publicũ occiderit: quod [d] Salic. Alex. cæterique
probant. Sed † quod hîc de ſtipulatione dici-
tur, an ad teſtamenta quoque producemus? &
non videretur. ſtipulatio enim ex turpi cauſa
cenſetur impoſsibilis [e], at in teſtamentis, quod
impoſsibile eſt, reiicitur: diſpoſitio tanquam pu
E ra remanet, effectumque habet [f]. Paul. † tamen
Caſtr. ſimpliciter cenſuit legi noſtræ in teſtamẽ-
tis quoq; locum eſſe, vt diſpoſitio ſit nulla. Quæ
ſententia vera eſt, ſi de diſpoſitione pura loqua-
mur. quod enim impoſsibile diſpoſitioni ineſt,
illam vitiat [g]. Quòd ſi ſola conditio ſit turpis, re-
gula eſt, vt ipſa vitietur, non autem actũ vitiet [h],
niſi cùm adiectione huiuſmodi cõditionis teſta-
mentum in forma ſubſtantiali deficeret, vel pu
F taſſet teſtator licitam & poſsibilem talem condi
tionem eſſe [k], vel conditioni lex nõ reſiſteret, ſed
dũtaxat ei nõ adſiſteret: veluti cùm cõditio diſ-
poſitionẽ capatoriam reddit [l]. ſed de hac re ali-
bi. Sed quid in lege municipali reſpõdebimus?
& traditũ eſt, nõ † valere ſtatutũ, quo præmiũ in-
diceretur alicui pro delicto iam cõmiſſo. nec e-
nim præmiis, ſed pœnis adficiendi ſunt delin-
quentes, adeò vt nec valeat lex, quæ graui de-
licto paruam pœnam imponit. nec enim tam
facinoroſorum animos abſterret, quàm prouo-

L. 123.
Si plagij. *aliàs*, Si flagitij.
IIII.
11
q d. l. cũ quid. ſi cer. pet.
r l. neque natales. C. de proba.
s l. meritò. pro ſoc. c. j. de reg. iur.
12
t l. hæres meus. §. fi. de cond. & demon.
13
u l. conuenire. de pact dot.
x l ij. §. de in ius uoc.
y l. ex ea. §. j. §. eo.
z l. à Titio. §. eo.
a Cin. Iacob. l. ex eo. C. de inut. ſtipul.
b l. fi. §. idem iuris. l. ij. §. uerò. §. ad l. Rhod. de iact.
d Iaſ. l. nemo. de leg. j. ij. elect.
d Salic. d. l. ex eo.
V.
14
e l. filius. de cõd. inſtit.
15
f l. j. de cond. inſtit
g §. ſi inſt. de lega. l. j. C. de iis, q pœn. nom.
h l. repræhendẽda. C. de inſt. & ſubſtit.
i d. l. filius.
k arg. l. ſeruo manumiſſo. de cond. ind.
l l. *illa inſtitutio. l. ſi qs Sempr.* de hær. inſt.
VI.
16

17 car[a]. Illud† tamen receptiſsimum eſt, non cen-
ſeri delictum illud, quod lege permittente fit[b].
poteſt. n. lex ex cauſa publica inducere, vt qs im
punè poſsit occidi, vt ſi hoſtis ſit publicus[c], vt ſi
exul, quales bannitos vocamus[d], vt ſi publicus
latro, ſicut Iſaurici
& Buccellarij[e], vt ſi
pirata, inſeſſor via-
rum, deſertor mili-
tiæ, nocturnus po-
pulator[f], & iis ſi-
18 miles. Vnde † rece-
ptum eſt valere ſta-
tutum, quo cautū
ſit, vt quiſquis exul
alium exulem occi-
derit, ciuitati reſti-
tuatur[g], & libera-
tionē pro præmio
conſequatur. Nec
diſtinguēdum eſt,
quomodo occide-
rit, proditoriè, per
inſidias, an alio mo
do. verba enim ge-
neralia ſunt[h], licet
19 aliàs ſoleat diſtingui[i]. Sed† an qui promiſsio-
ne legis exulem, vel latronem occidit, in foro cō
ſcientiæ tutus ſit? & Alex. ait receptius eſſe, vt eo
in foro quoq; ſit tutus[k]: ſed Iaſon contra[l], ad-
ductis aliquot auctoribus. Ego ad rationem le-
gis aduertēdum cenſeo, vt ſi ea iuri naturali, ſeu
diuino cōſentanea ſit, iſq; qui legem exequitur,
non in vindictam, ſed iuſtitię zelo id agat, verior
ſit Alex. ſententia: alioquin Iaſoni accedam. Vn-
de ſi quis exulem ob æs alienum interficiat, pro-
culdubio peccat. nec enim ea cauſa ſufficit, vt qs
20 occidatur[m]. Idem ſi †propter contumaciam fue-
rit eiectus. quamuis enim contumacia non leue
crimen ſit[n], non tamen adeò eſt graue, vt omni-
bus bonis multari debeat[o]: tantum abeſt, vt ſu-
premo ſupplicio coerceri poſsit. Idem arbitror,
ſi quis proditorem occidat. naturalis enim ęqui-
tas & fides, quam homo homini debet, hoc in fo
ro ſtant contrà[p]. Vnde peccaret filius, qui patrē,
VII. quamuis ſacerrimum, occideret[q]. Cæterùm
21 ambigunt hîc Doctores, an†promiſsio in caſu le
gis noſtræ ſit ipſo iure nulla? & aiunt eſſe, quia
hîc dicitur ſtipulationem ab ipſo principio non
valere: q, ſi turpitudo ex ſolius ſtipulatoris parte
ſubſit, exceptione infirmabit[r]. qua de re ſuprà.

a c. eſt iniuſta. xxiij q. iiij. Alb. in ſtat. lib. 3. ca. lx j.
b l. Gracchus. de adult. C.
c l. j. C. de bon. lib.
d Bar. q. ſua. j. Lucanæ.
e l. fi. C. ad l. Iul. de ui pub.
f l. j. & ij. C. quādo lic. unic. ſine iudic. Bal. l. ij. C. quib. ad lib. peruen.
g l. non omnes. in fi. ſ. de re mil.
h Dec. c. quæ in in eccleſiarum. de conſtit.
i Ang. l. fi. C. de dol. lib. x.
k Alber. in ſtat. q. xvij. [illegible]
l gl. xxxiij. q. ij. inter.
m gl. iiij. q. j. in ſumma. Can. d. c. quæ in eccleſiarum.
n c. j. de maior. & obed. l. omne. de re mil.
o gl. l. j. §. fin. ſi quis ius dic.
p l. bona fides. ubi dixi. depoſ. 13. diſt. c. nerui.
q l. ſi adulteriū cum inceſtu. §. liberto. de adul. ubi Doct.
r l. pe. ſ. de cōd. ob turp cauſ. l. generaliter. ſ. eo. ubi dixi.

PAPINIANVS *libro 2. Definitionum.*

LEX CXXIIII.

INSVLAM[a] INTRA BIENNIVM ILLO LOCO ÆDIFICARE SPONDES? ante finem biēnij ſtipulatio non committitur: quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum reſidui temporis ſit, quo ædificium extrui non poſsit. neque enim ſtipula-
A tionis ſtatus, cuius dies certus in exordio fuit, ex poſtfacto mutatur. Idque & in ſtipulatione iudicio ſiſtendi cauſa facta placuit: ſcilicet vt ante diem ſtipulatio
B non committatur, ſi certum eſſe cœperit, paréri † ſtipulationi reſiduo tempore nō poſſe.

†parére, *aliàs.*

LEX CXXIIII.

1 *Stipulatio ante diem non committitur, niſi interdū. 5, 6, 7.*
8 *Diſpoſitionis hominis et legis diſcrimē: & quæ fortior. 15.*
20 *Qualiter duriùs cum homine, quàm cum lege, agatur.*
21 *Arbiter miniſter legis hodie, iure aūt Digeſtorū minimè.*
23 *Inſulæ ſtipulatio vt valeat, quid requiratur.*

a
1 INSVLAM *a.* ¶ Dies † ſtipulatio-
nis facti adiecta efficit, vt ante eius
aduentum ſtipulatio, etiam ſi iudi
cialis ſit, ad id, quod intereſt, non
committatur, tametſi certum eſſe
cœperit, ante eam diem fieri non poſſe[s]. Cuius
rei illam rationem adfert Iuriſconſultus, quòd
2 † cùm dies à principio ſit certa, finis adiectus
ſemper expectari debet, nec quicquam attendi,
an ante eius aduentum conſtet rem fieri nō poſ-
ſe. ſtatutus † enim ab initio terminus ex poſtfa-
3 cto nequit immutari[t]; cùm ſicut in aliis contra-
ctibus[u], ita & in ſtipulationibus maximè ad id
reſpiciamus, quod eius initio actūm eſt[x], quali-
tas † enim, quæ principio cœpit ineſſe, vſq; & vſ- 4
que durat & perſeuerat[y], quod Iaſ. hîc tradit.
Quid † ergo, ſi aliter actum à contrahentibus I.
ſit, vt quia dies non
ſit adiecta? & ſi nul- 5
lum ſit expreſſum
tempus, certum eſt
non impediri ſtipu
latorem, quin par-
ticulatim petat[z].
quod ſuo loco de-
claraui. Quid † rur- II.
ſus, ſi ſtipulationi 6
non ſolùm dies, ſed
etiam conditio ad-
iecta ſit, quæ ab al-
terius facto pen-
deat? & hoc caſu
receptū eſt ſtatim
agi poſſe, cùm ex-
ploratum eſt non
poſſe cōditionem
impedimento acto
ri eſſe[a]: ſecus, ſi in
conditione aliquid deductum eſſet, quod ab i-
pſius promiſſoris facto penderet, vt ſuprà decla-
ratum eſt[b]. Addunt aliqui, & † in contractibus III.
C bonę fidei diē non expectari, ſed ſtatim agi. Quæ 7
ſententia vera non eſt, niſi cùm ante diem da-
mnū irrogatur, quod interſit actoris prohibere,
dies verò alia fine adiectus ſit[c]. quod ſuprà de-
claraui. Sed quid, ſi ſtipulationi nō ſolùm dies IIII.
ſed etiam pœna appoſita eſt? & videretur idem
eſſe. etenim in lege noſtra committitur in id,
quod intereſt, ſtipulatio, & ſic ad pœnam lega-
lem. ergo idem in conuentionali. Sed tamen a-
liud communiter receptum ex Proculi epiſtola
D eſt[d], quàm ego ſuprà diuerſa à cæteris ſenten-
tia ſum interpretatus, differentiæq; illam aiunt
eſſe rationem, quod mitius cum lege, quàm cum
homine agatur[e]. diſpoſitio † enim legis, quòd 8
certam rationem habeat, ab ea regitur: at diſpo-
ſitio hominis præfractæ plerunq; accipitur, quo
niam † in ea à verbis rarò recedimus, cùm mens 9
incerta ſit[f]: quod quibuſdam exemplis lib. De 10
verbor ſig. III. oſtendimus. Sic † qui auctoritate
legis ab officio ſuſpenſus eſt, poteſt nihilo mi-
E nùs legere[g], nec à beneficio ſuſpenſus eſſe cen-
ſebitur[h]: & ſi operetur ſacris, atq; celebret, non
ideo deponitur[i], aut irregularis cenſetur[k]. quæ
omnia ſunt contraria, ſi ab homine quis ſuſpen-
ſus ſit. latiùs enim eius verba accipimus. Sic † is,
quem lex abominatur, ſacrumq;, ſeu excommu- 11
nicatum facit, aliquando tolerari, adiuuariq; ni-
hilo minùs poteſt[l]: à legato pontificio abſolui
poteſt[m]. quod aliter obſeruatur in eo, quem ſen- 12
tentia hominis damnauit. nam † & lex ſi quic-
F quam vetet ſub excōmunicationis pœna, ſubau
dimus ferendæ: ſi homo, intelligimus latæ[n].
Sic † qui renuntiat appellationi, etiam iuſtæ re- 13
nuntiaſſe intelligitur[o]: at lex appellationem
ſimpliciter ſummouens, de iuſta non intelligi- 14
tur[p]. Et † cùm aliquis alimenta vxori legat, ſim-
pliciter præſtabuntur[q]: quòd ſi lex iubeat ea
præſtari, intelligitur, ſi tamen hæredibus mari-
ti operetur[r]. Sic præſcriptio legalis aduerſus
militem non currit, at conuentionalis currit[s].
Sic ſolemus dicere, lex tibi ſuū, non tuum aufert
auxi-

s l. in illa. l. ſtipulationes nō. §. ſi quis ita. l. exiſtimo. §. fi. ſ. eod l. ſed ſi deceſſerit. qui latiſd. cog.
t l. damni infecti. j. §. ſi is, qui uicinus. de dā. infec.
u l. ſi procuratorem in princ. mand. l. clā. in pri. de acq. poſ.
x l. continuus. §. cū quis. in fin. ſ. eo.
y l. cū pater. §. xv. de leg. iij.
z l. ſtipulationes non diuidūtur. §. fi. ſ. eod.
a l. hoc iure. ſ. eo.
b l. in illa. ſ. eo.
c l. ſi in lege. §. ſi domus. loc. dixi ſ. l. in illa.
d l. cū ſtipul. ſ. eod.
e Celſus. de arbit. l. ſi quis rē. §. uoto. de pollicit. in gl.
f in princ. iij. libri.
g gl. c. ſi apoſtolicæ. de except.
h Abb. de cupientes. de pœnis.
i c. ut clericorū. de uita & hon. cle.
k Rhota dec. 5. de ſen. excom in antiq.
l Innoc. c. fi. de proc. Barb. con. 50. in ij.
m c. quod tranſlationē. de off. leg.
n gl. lxiii. diſt. c. Salonitanæ. c. j. de ſagittar.
o l. ij. C. de appel. recip. ubi Bal.
p c. paſtoralis §. fi. de offic. deleg. ubi Doct.
q l. libertis §. §. j. de ali. & cib.
r l. j. §. exactio. ubi Salic. C. de rei uxor. act. gl. l. ſicut. de oper. lib.
s gl. l. ſi cum militibus. C. de teſt. mil.



auxilium[a]. Huc pertinet, quod traditum eſt, eum
cohæredem, qui diſpoſitione legis contrà facit,
ſolum plecti[b]: at qui diſpoſitioni hominis aduer
ſatur, etiam cohæredes in periculum trahere[c]:
I. quod alibi latiùs explicuimus. Non tamen du-
bium eſt, quantum
15 † ad infirmandi a-
ctus poteſtatē, for-
tiorem eſſe legis,
q̄ hominis vim[d].
Et, quod de lege di
citur, idem eſt in
principe, quem le-
gem viuam dicūt[e].
II. Sed † & quoties
16 lex ſecum executionem trahit, videtur diutiùs a-
gere, quia impeditur moræ purgatio[f]. tūc enim
clara eſt legis mens nullam alterius dilationem
concedentis[g]. quod ſuprà in tractatu purgatio-
III. nis moræ vidimus. Qua † ratione in iis, quæ B
17 lex ex certa & graui cauſa cōſtituit, duriùs cùm
ea agitur, & pleniſsimè puiſum interpretamur.
18 quod Matheſilanus adnotauit. vnde† citationes
legum fortiùs[h] & perfectiùs coercent, quàm iu-
IIII. dicis vocatio[i]. Quæ † ſententia & tunc maxi-
19 mè procedit, cùm lex terminum, ſeu diem pro
quadam forma inducit. ab eo enim recedere nō
poſſumus. Vnde diem merè legalem non poteſt
iudex mutare, licet eum, qui facto iudicis indi- C
get, arbitratu ſuo moderari poſsit[k]. quod rece-
ptior habet ſententia. Non facilè tamen credi-
mus hanc formam à lege tanta cum duritiæ pro-
ferri, niſi in iiſce dilationibus, huiuſmodiq; iu-
diciariis actis, quæ lex ad rigorem iuris conſer-
uandum induxit[l]. aliàs enim in factis hominum
facilius forma inducitur. Vnde traditum eſt, ſi
quis iuſſu legis cum alterius conſilio aliquid a-
gere debet, non tamen aliter rem geſtam infir-
mari. quod in iuſſu hominis eſt contrà[m]. Sed D
V. & generaliter definiendum eſt, quotieſcunq; a-
liqua ratio ſuadet, duriorem eſſe legis, quàm ho-
minis diſpoſitionē. quod Salicet. docuit[n]. Cę-
VI. terùm † dubium eſt, quod dixi, mitiùs agi cum
20 lege, quàm cum homine, quomodo intelligen-
dum ſit? & Doct. etiam de homine intelligūt mi-
21 niſtro legis, purà iudice, vel arbitro[o]. Hodie † e-
nim arbiter cenſetur miniſter legis, cùm ex eius
ſententia oriatur actio[p]. Et habet hæc ſententia
rationem. quamuis enim debeat iudex legem i-
mitari[q], tamen propter iuſsionis iterationem, E
nempe ſuam, quam legis auctoritate muniuit,
debet fortior eius eſſe diſpoſitio. qui enim non
paret, vtrunq; offendit, & legem & iudicem[r].
Nec negāt Bart. quin hæc ratio vera ſit, licet non
conuenire exemplo arbitri ſecundum tempora
Digeſtorum arbitretur[s], quod ſcilicet arbitri
tunc miniſtri legis non erant: ideoq; notionem,
22 non iuriſdictionem habebant[t]. Quoties † ergo
iudicis iuſſus, vel hominis, auctoritate legis non
munietur, non erit duriùs accipiendus, quàm le F
galis diſpoſitio: credendumq;, tunc de vno ad a-
lium argumentari nō poſſe. Vnde ego ſuprà cen-
ſui, ſicut in pœna legali expectandus eſt dies, vt
in lege noſtra dicitur, ita & in pœna conuentio-
nali: non autem ipſo iure priùs committi, & ex-
ceptionem obſtare. qua de re videnda ſunt, quæ
ſuprà ad Proculi epiſtolam ſcripſi[u]. Sanè ad-
notandum eſt, quod hîc dicitur, *Inſulam illo loco.* vt
23 † enim ſtipulatio inſulæ valeat, oportet locū de-
monſtratum fuiſſe, aliàs propter incertitudinē
eſt nulla[x]. Addunt Doctores, oportere etiam
formam domus declarari[y]. quod Ang. Imol. &
alij cenſuerunt. Sufficit tamē, ſi ex qualitate per-
ſonarum, vel conſuetudine regionis, huiuſmo-
diq; coniecturis tollatur incertitudo[z].

a gl. l. aſsiduis. C. q pot. in pig.
b l. in depoſiti. ubi Paul. Caſtr. ff. depoſ.
c l. iiij. §. Cato. ſ. eo. in v. oppoſ. Bart.
d l. ſi libertus. pro nunc. de op. liber. l. nō dubiū. C. de legib.
e Abb. c. dilectus. ij. de preb. Fel. c. cæterum. de reſcript.
f Innoc. c. cū in tua. qui matri. accuſ.
g gl. l. ob cōmiſſa. C. de adult. ſ. l. ſi inſulam. fal. ix.
h not. viij. Alex. l. tres. C. quom. & quan. poſt Bart.
i c j de elect. lib. vj. ubi Doctor.
k Doct. l. ij. de re iud.
l l. j. §. biduum. quādo appel. ſit.
m Hoſtien. c. cū olim. de arbit.
n Sali. l. iij. q. 3. C de ſtatuis.
o d. l. Celſus.
p Bart. l. iij. de leg. j.
q c. ſuper literis. in fi. de offic. deleg.
r Rota. deciſ. xx. de ſent. excōmun.
s Bar. l. ampliorem. rat. hab.
t l. ait prætor. de re iudic.
u d. l. cū ſtipulatus.
x l. ij. §. ſi quis inſulam. de eo, quod cer loc.
y arg. l. ſi domus. de leg. j.
z gl. cle. j. uerb. ad fœnus. de uſur. in vj. Bar. l. cū plures. ad fi. princ. loc. Bart. l. ſicut. C. de act. emp. uerb. ſed quod dixi.

PAVLVS *libro 2. Quæſtionum.*

LEX CXXV.

CVm ſtipulamur[a] quidquid te dare facere oportet, nihil aliud in ſtipulationem deducit,
A quàm quod præſenti die debetur. hoc enim ſolum hęc ſtipulatio demonſtrat.

L. 125. Cùm ſtipulamur.

LEX CXXV.

1 *Verba ſtipulationis ſecundum ſuum tempus intelliguntur.*
10 *Legatū viduæ ad tēpus mortis teſtatoris refertur.*
12 *Verbi Reſtaret, intellectus.*

CVM STIPVLAMVR *a.* ¶ In † ſti- a
pulationibus verba ſecundū tem- 1
pus ſuum intelligūtur. Vnde præ-
ſens ad futurum nō trahitur. quod
B adeò verum eſſe cenſet Bar. vt po-
tius ſtipulatio ſit nulla. Sit† ergo promitto, quic- 2
quid me dare oportet, ſi nihil omnino tunc de-
bebam, ſtipulatio eſt nulla, licet nouo contractu
cœperim deinde debere. quod & Caſtrē. hîc tra-
dit. Nimis enim magna digreſsio eſt, cùm verbū
præſens ad futurum ex nouo contractu trahi-
mus[a]. Quòd ſi iam antè debebatur, licet ſub con-
ditione, ſecus eſt[b]. tunc enim appellatione de-
C biti, ſi de præſenti accipi non poteſt, de cōditio-
nali, vel in diem intelligemus[c]: ſuntq; diuerſæ
hæ ſententiæ, non contrariæ, vt Iaſ. hîc credi-
dit. Quid†ergo, ſi non verbo præſenti, ſed prę- 3
terito imperfecto ſubiunctiui, vel potētialis mo
di concepta ſit ſtipulatio? purà, *Promittis, quicquid
te dare facere oporteret?* & Bar. ſic legi reſponſum no
ſtrum in aliquibus codib. affirmat: & ideo ad
præſens tantùm tempus tum quoq; referri ſti-
pulationem cenſet, vt interpretatio contra ſtipu
D latorem fiat[d], dum tamen aliquod præſens de-
bitum eſſet: quòd ſi nullum eſſet, tunc ad futurū
produceretur[e]. Ego vereor, ne hæc Bart. ſen- I.
tentia ita ſimpliciter accepta, vera non ſit, quia
omnes antiqui codices in textu noſtro nō *Opor-
teret*, ſed *Oportet*, habent. Durum quoque eſt, vt II.
† id verbum *Oporteret*, quod vim præſentis, atq; 4
futuri habet, ad præſens duntaxat reſtringatur,
cum vtrunque tempus vi ſermonis compræn- III.
dat[f]. Senſit id alibi Bar. qui † ſi clauſula codi- 5
cillaris ſit concepta, *Si non valeret iure teſtamenti*, &c.
E cenſuit vtrunq; tempus comprēndi, ſiue in prę-
ſentia non valeat, ſiue in futurū infirmabitur[g],
quem Aret. hîc ſequitur, licet Angel. Paūl. Alex.
Iaſ. ſecundùm ſuprà ſcripta diſtinguant: quos
ego ſequi non poſſum, cùm mens teſtatoris re-
clamet, & quia Barto. hîc in contractibus loqui-
tur: at in vltimis voluntatibus faciliùs verba ad
futurum tempus trahuntur[h], tametſi (vt dixi)
nec in contractibus quidem ſcrupulo careat.
Vnde † pactum in tempus liberorum conce- IIII.
F ptum, purà *Si liberos ſuperſtites habuerit*, tam iam na- 6
tos, quàm naſcituros complectitur[i]. Accedat V.
† iis & quod Iac. Butr[k]. diſputando concluſit: di 7
xerat teſtator, *Filiæ meæ, quæ maritata non fuerit, lego
centum*, an ſoli illi debebūtur centū, quæ innupta
ſemper fuerat, an etiam ea admittatur, quæ tem-
pore teſtamenti vidua erat, ſicq; permanſerat? &
vtranq; admitti reſpondit, quoniam verba illa
*Maritata non fuerit*, vtriq; conueniunt, vt ſatis ſit, q,
cedente die, & ſic in futurum non ſit nupta. Qua
tamen in re ego ad mentē teſtatoris attendendū

a l. ſi ſtipulatus fuero. §. j. ſ. eod.
b Bal. l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg ij.
c l. fundus, qui locato. de fund. inſt.
d d. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. & l. q Romę. §. Augerius. ſ. eo.
e l. ſi debitor. §. ueriſimile. de cōtrah. emp.
f l. ij. ſi lib ing. eſſe Rom. conſ. 333. q ad primū.
g Bart. l. j. q. vij. de iur. codic.
h l. ſolemus. ubi Bart. de cōd. & demon.
i l. ſi inter. de pact. dot. in ol. d. l. ſolemus.
k Iac. q. quidā pater Alex. hic. Paul. l. ſi C. de indic. uiduit.

arbitror,vt ex coniecturis diſcernamus,an verba
illa *Non fuerit*,intelligantur,pro nunquàm fuerit.
Quę ſententia veri ſimilis eſt,ſi legatū dotis cau-
8 ſa factū ſit:nec † enim de vidua intelligetur, quæ
VI. dotem ſuam ſaluam habeat. Sed † & in reſcri-
9 pto pontificis, quo
mandatur vacatu-
rum ſacerdotiū Ti-
tio dari,cópræhen-
di receptum eſt id
quoq;,quod túc va-
cabat[a]. huiuſmodi
enim & in futurum
quoq; vacat, quod
ex mente principis
veriſimile eſt[b], ſi ta-
men ignorabat vacare,vt Imol. & Paul. tradide-
runt[c]: alioquin non eſt credendum diſpoſitionē
VII. in futurum ad præſens trahi[d]. Huc † pertinet
10 & quod traditum eſt,ſi teſtator cuilibet filię,quę
vidua fuerit, centum legaſſet, ſolùm attendi, an
in futurum, id eſt tempore mortis, eſſet vidua[e]:
quod Bart.cenſuit,exiſtimatq́; Paul. Caſtr. verū
eſſe,non diſtincto, an poſt teſtamentum[f] vidua-
ta ſit,an etiam ante[g]: quæ ſententia eſt vera, niſi
cùm teſtator dixiſſet,*Lego centum ei,quæ viduabitur*[h].
non enim hæc verba de præterito intelligi poſ-
ſunt: meritò debet conditio in futurū adimple-
VIII. ri,quod Imol. cenſuit,& Alex.hìc probat. Sed
† pone: teſtator iuſsit creditores omnes ſuos di-
11 mitti ex pecuniis, quas apud Titium argentariū
habebat: & quod ſoluto ære alieno reſtaret, Ti-
tio legauit:an id legatū cenſebitur, quod tempo
re teſtamenti facto calculo reliquum erat, an qd'
tempore mortis? & Aretinus & Iaſon non ad tē-
pus præſens teſtamenti aduertendum eſſe tradi-
derunt,ſed ad tempus mortis,quo dimittendi e-
rant creditores[i],maximè ſi interim ex lucris,ſeu
acceſsionibus ſors aucta fuiſſet. de illis enim iu-
dicamus,quod de ſorte[k]. Paul.tamē Caſtr.ſe re-
12 ſpondiſſe contrariū ait, quia † verbū *Reſtaret*, cùm
poſsit de prę́ſenti intelligi, non debet ad futurū
produci[l],ſecundum ea, quæ hìc Bar. docet. Sed
hanc Bart.ſententiā ego in vltimis voluntatibus
non procedere arbitror, in quibus ſemper pro-
13 pter naturam rei de futuro agitur[m]:ſicut † nec ꝓ-
cedit, ſi præterito ſubiunctiui vſus eſſet teſtator,
túc enim & ipſe Paul. & cæteri[n] fatentur omni-
no tempus futurum ſolùm cópræhendi: veluti,
ſi dictum eſſet, *Et quod reſtiterit*,rationem differen-
tiæ eſſe: quia verbū *Reſtaret*,eſt præſentis quoque
temporis optatiui modi:meritò faciliùs ad præ-
ſens refertur. Ego optatiuū modū nihil perpēdi
in ſuprà ſcripta quæſtione ſcio, ſed ſubiunctiuū
tātùm, ſeu potētialem, (ita. n. acutiores Gram-
matici vocāt) in contractibus verò Bart. ſequor,
quem alij quoq; approbant,vt in eis interpreta-
tio contra ſtipulantem fiat, niſi aliud actum ali-
quibus vel coniecturis appareat[o].

a gl.de.j.de cō. ceſ.præb.
b l. ſi quis filio. §.irritum.de inuſt. irrit. ubi Caſt.
c l. hæc conditio.in fi de cōd. & demon. Alexand.hic.
d c. ſi poſtquā. in gl. 3 de pręb. in vj. Old conſi. cccx thema.Fel. c.cōſtitutus. de reſcrip.
e arg. d. l. ſolemus.
f Bar.l.hoc articulo. de hæred. inſtit.
g l.Plotiana. de iure codicil.
h l.ſi ita legatū. ff.de legat.ij ubi Imo.l.cū uir. de cond. & demō.
i arg. l.in delictis.§.ſi extraneus. de noxal.
k l.fi.§.fi.de lib. leg.l. nomen.in princ de leg. iij.
l Alex.hic. Feli. c. ad hęc. de reſcrip.
m d.l.ſolemus. in fin.
n Alex hic.
o d.l.ſi inter.

PAVLVS *libro 3. Quæſtionum.*

LEX CXXVI.

SI ita ſtipulatus fuero: SI TITIVS *a* CONSVL FACTVS FVERIT, TVNC EX HAC DIE IN ANNOS SINGVLOS DENA DARE SPONDES? poſt triennium cōditione exiſtēte triginta peti potuerūt.

A

LEX CXXVI.

1 *Stipulatio annuarum præſtationum trahitur retrò,ſi expreſſum ſit.*
3 *Partes non poſſunt actum retrotrahere.*
4 *Obligatio ex retrotractione actus quandoq; nō obtinet.*

a SI ITA STIPVLATVS, FVE-
1 RO, SI TITIVS *a*. ¶ Stipulatio
† ergo annua trahitur retrò præſta-
2 tionum reſpectu, ſi hoc actū eſt[p].
Sed † cur non trahitur retrò, etiam

p l.huiuſmodi. §.eod.

ſi nihil expreſſum ſit? videmus enim ſtipulatio-
nes conditionales,quibus vna præſtatio induci-
tur,retrò ad tempus contractus trahi, vt perinde
habeatur,ac ſi à principio contractus,purè cele-
bratus eſſet[q]: ergo idem in annua ſtipulatione
dicendum fuerat.
Sed reſpōde ratio-
nem differentiæ a-
pertam eſſe. quòd
enim ſtipulatio cō-
ditionalis retrotra-
hatur, non ideo du-
rior ſit promiſſoris
conditio, cui vna
tantùm præſtatio
incumbit: at ſi an-
nua ſtipulatio traheretur retrò, fieret durior,
quia præſtationes multiplicarētur: meritò non
ſit hæc interpretatio, niſi expreſsè ſit actū, vt hìc
B dicitur, & Iaſ. docet. Sed † quomodo poſſunt 3
partes facere,vt actus retrotrahatur? id enim nō
niſi per fictionem fieri poteſt[r]: at fictio non ho-
minis, ſed legis diſpoſitio eſt[s]. Reſpondeo,poſ-
ſunt partes facere, nō vt actus retrotrahatur,ſed
vt ipſe obligentur,perinde ac ſi retrò celebratus
eſſet:quo caſu non ex mora,ſed ex verbis ſtipula
tionis tenebuntur[t]: Niſi † tamen tali caſu ali- I.
quid aduerſus leges induceretur, vt quia legiti- 4
mus vſurarum modus excederetur[u]: quod ſu-
C pra docui: Vel aliàs fraus eis fieret[x]. Idem, II.
ſi aliquid impoſsibile ſecundum leges induce- III.
retur.quod Bar.eo exēplo prodidit:teſtator fun-
dum Titio ſub códitione legauit, adiecto, quòd
ea conditione eueniente ex prę́ſenti tempore le
gabat,an mortuo ante euentum conditionis Ti-
tio fundus eius hæredibus debeatur? & Bartol.[x]
reſpondit, non deberi, quia † ſpes legati condi- 5
tionalis ad hæredes non tranſmittitur[z], nec de-
bet teſtator fictionem inducere,cùm extremum,
à quo duceretur, ſit inhabile, cùm præmortuus
D ſit Titius:quam ſententiam & tandem Iaſ. ſequi
tur, vt pro hærede aduerſus legatariū fiat inter-
pretatio[a]. Sed tamen mihi verior videtur con-
traria ſententia,quem Crotus & Ruinus appro-
barunt.quoniā cùm teſtator ex præſenti die ve-
lit legatum cenſeri factum, non debet eius gene
ralis diſpoſitio ad ſolos fructus reſtringi, ſed ge-
neraliter, quod ad omnem effectum attinet, in-
terpretari[b].Nec dubium eſt poſſe teſtatorem fa-
cere,vt legatum aliàs non tranſmiſsibile,ad hæ-
E redem legatarij tranſeat[c]. Quòd ſi etiam tacitè
& per cōiecturas id inducitur, vt frequentiùs re-
ceptum eſt[d], quantò magis expreſsis verbis id
poterit fieri? vt in ſuprà ſcriptæ quæſtionis ca-
ſu. Sed † quid ſi non aliquid impoſsibile, ſed IIII.
duntaxat non veriſimile induceretur? & tradi- 6
tum eſt,talem clauſulam *Ex præſenti tempore*, non
operari[e], veluti ſi cōpromiſſo adiectum ſit,par-
tes ex nunc,quicquid iudicatum fuerit,homolo
F gia ſua approbare. Reſpondit Dinus, non ideo
impediri, quin boni viri arbitrio res ſubiiciatur,
quia homologiam oportet rei iam iudicatæ ac-
cedere,non autem præcedere[f]. Sed † quid,ſi V.
iudicis præcepto adiectū ſit, *Si intra decem dies non* 7
*parueris, ex nunc abominatus & ſacer eſto*? & reſpōſum
eſt,perinde eſſe,ac ſi dictum eſſet, *Tūc excommuni-*
*catus eſto*:in quam excommunicationē te incidiſ-
ſe ex præſenti die declaro[g]: qua de re ſuprà. Sa-
nè quod hìc Accur.interpretatur,*Dena*,id eſt de-
cem, ſuprà declaraui, quemadmodum vox hæc
ſit

q l. potiori ſ. qui balneum. ſ. q pot. in pig.
r Bar.l.ſi is, qui pro emptore.ff. de uſucap.
s l. ſi fortè. de Caſt.pecul.
t l.lecta. in fi. ſi cer.pet.
u l.cū quidam. de uſur.dixi d. l.huiuſmodi.
y d. l ſi fortè.
x Bart.d.l.ſi is, qui pro ēptore.
z l. j.§.ſin autē ſub conditione. C.de cad.tollen.
a l. unum.§.ſi rem.de leg.ij.
b l.de pretio.de Publicia.
c l.Lucius.ff.de hæred. inſt.ubi dixi.
d l.j.C.ut act.ab hær.Socin. l.hæredes.§.cū ita. ad Trebel.
e Bar.l. Societatem.§.arbitrorum.pro ſoc.
f Din. conſ.xiii. inci. Ptolomęo.
g cle.j. de conceſ.præb.c præterea.ff. de appel.ubi Doctor. d.l. huiuſmodi. §.eod.



8 ſit accipienda[a]: ſicut † & illa verba *Poſt triennium*,
intelligi perfectum,non autem incœptum, vt A-
lexan.hìc credidit[b]:non repeto.

a l ſtipulatio iſta.§.eum, qui. l. eum, qui ff.§.eod.
b dixi §. qui a nno.§.eo.

2 *Solutio tollit alteram duarum obligationum.*
3 *Si liber reſtitutus ex alia cauſa ad me iterum perueniat, non cado in pœnā compromiſsi.*
4 *Imperfectè ſolutum non eſt ſolutum.*
6 *Ratio, cur promittēs. fundum non liberetur vſusfructus ſolutione: & econtrà.11.*
12 *Verborum Pleno iure, explicatio.*
15 *Debitor vſusfructus, eius conſtitutione liberatur.*
16 *Seruitutum obligatio mixta.*

¶ Titius *a* à Mæuio fundū detracto vſufructu ſtipulatus eſt, & ab eodem eiuſdem fundi vſumfructum. Duę ſunt ſtipulationes: & minus eſt in eo vſufructu quē per ſe quis ꝓmiſit, quàm in eo qui proprietatem comitatur. Denique, A ſi ille vſumfructū dederit, eumque ſtipulator non vtēdo amiſerit: tradendo poſtea fundum detracto vſufructu liberabit. Non idē cōtingit *b* ei

a TITIVS *a*. ¶ Qui † duabus ſtipulationibus
1 nudam proprietatem,itemq́; vſumfructum pro-
mittit,altero ſoluto,eatenus liberatur: ſecus, ſi
vnà ſtipulatione id factum ſit.Sed quæ eſt primi
dicti ratio? & conſtat,eius ſolutione,quòd debe-
2 tur,liberari debitorem[c]: & † ſi quis duabus obli-
gationibus ad res diuerſas teneatur,poſſe alterā
perſolutionem perimere[d]:quæ obligatio ſemel
extincta non reuiuiſcit amplius[e]. Vnde ſi ſoluto
vſufructu ſtipulator eū non vtendo amittat, quo
caſu ad proprietarium reuertitur[f], non tenetur
promiſſor eum amplius ſoluere,ſed nudam pro-
prietatem ex altera ſtipulatione ſolùm debet.
Quid ergo, ſi hunc vſumfructum non amiſerim,
ſed aliquis me deiecit? & poterit debitor,cui re-
manſit proprietas,illum obtinere,quia(quod ad
ſpoliatorem attinet) liberam rem ille habet[g].
I. Quid,ſi non tertius, ſed ipſemet debitor turbat
ſtipulatorem? & cenſuit Bar. ex ſtipulatu agi cō-
tra eum poſſe : quia non dicitur dediſſe vſumfru
ctum,qui non prę́ſtat patiētiam , vt ille vtatur[h].
Ego ſolutione,ſeu conſtitutione eū ab hac actio-
ne liberatum magis arbitror: quia lex noſtra, *Ille*
(inquit)*liberatus eſt dando vſumfructum*, & ideo aliis
remediis fructuario conſulendum eſſe. quod in-
II. frà diſputabo. Idq́; generaliter in cæteris quo-
que ſeruitutibus verum arbitror. per cōſtitutio-
nem enim & primam patientiā dicitur data ſer-
uitus: & conſequenter ſolutione eius,quod de-
III. buit,liberatus eſt ꝓmiſſor,vt hìc dicitur[i]. Sed
3 quid in hac quæſtione dicemus? Arbiter † me cō
demnauit,vt talem librum tibi reſtituerem:reſti
tui: deinde is liber rurſus ad me peruenit, an in
pœnam compromiſsi cadam? & Alb.hìc legis no
ſtræ argumento ſentit, me non cadere: at Iac.&
Bal.aliique contrà[k].Dixerit aliquis Alberic.ſen-
tentia vera eſt, ex alia, & quidem noua cauſa li-
ber ad me peruenerit[l]: ſecus, ſi ex cauſa vetere,
quæ ſententia arbitri reprobata fuerit[m].Videtur
autē ex cauſa vetere factū, quando incontinenti
liber peruenit, ſiue aliis ex coniecturis apparet
fraudē ſententię arbitri factā[n]. Idem,ſi ſententia
plenā executionem etiā acceſsionū reſpectu nō-
dum habuiſſet[o].nec † enim dicitur ſolutū, quod
4 perfectè ſolutū non eſt.ſecus ergo,ſi ſentētia,vel
iuſſus perfectè fuiſſent obſeruata. cōtingit enim
liberatio[p].Vnde ſi teſtator iuſsit hæredem com-
promittere ſub pœna,facto compromiſſo libera-
tus eſt: quòd ſi iuſsiſſet non ſolùm compromit-
tere,ſed etiam parēre ſententię arbitri,non eſſet

c Inſt. qb.mod. tol.oblig.in prī.
d l.ij.ff.de ſolu.
e l. qui res.§. aream. de ſolut.
f l.corruptionē.C. de uſufru.
g gl. Bart.l.indebiti. in fin. de cond. indeb.
h l.iij.§.dare. de uſufruct.Bart.l. ij.§. eo. d.l.corruptionem.
i ʒ.uerb.liberatus.
k l.Titio centū. in prin.ubi Bal. de cōd. & dem.
l l.non eſt.in fi. §. de tranſact.
m l.inter Caſtellianum.de arbit.
n l. ſicut §.ſuperuacuū. ubi Bartol. quib. mod.pig.ſol.
o l.ſi hæres.ff. de actio.emp.
p Bal.l.j.q.7. C. de iis,quę pœn. nom.



liberatus[q]. Ad verba igitur præcepti,vel ſenten-
tię diligenter erit aduertendū.nam & receptum
eſt,in iis,quæ tractum temporis, ſeu cauſam ſuc-
ceſsiuam habent,non ſufficere, quid à principio
factum eſſet,niſi perſeuerātia acceſſerit[r]. Quod
† tamen non proce-
dit,quādo perſeue-
rantia & alio quidē
legitimo contractu 5
defenderetur. tunc
enim cenſebimus à
priore liberationē
cōtigiſſe. Quod eo
exemplo Bart. re-
ſpondit[s], cùm ar-
biter cōdemnaſſet
Titium ad locandū
Seio fundum,adie-
cta magna pœna, Ti
B tius locauit,deinde Seium poſt aliquod tempus
expulit:an commiſſa ſit pœna compromiſsi? vi-
deretur commiſſam. locatio enim ſucceſsiuam
cauſam tractumq́; temporis habet[t]. Contrariū
cenſuit Bartolus receptiore calculo. locando e-
nim fecit id,ad quod condemnatus eſt:& ideo à
pœna compromiſsi eſt liberatus[u],patientiaque
ex contractu debetur,non ex compromiſſo. Fue
re tamen, qui contradicerent, vt Nicolaus à Nea
politano & Ioannes ab Imola[x], quorum ſenten
C tia regulis iuris magis conſentanea eſt: qui arbi
ter,qui cōdemnat ad locandū,cenſetur et à con-
demnare ad patientiam prę́ſtandam, abſq; qua
nulla eſt locatio[y], niſi quòd odio pœnarū latius
eſt credere obligationē & arbitri laudatiuo per
contractum locationis eſſe ſublatam[z],ſicq́; com
munem ſententiam defendendam.
NON IDEM CONTINGIT *b*. ¶ Qui † er- b
go fundum pleno iure promiſit,ſoluendo vſum- 6
fructum in nulla parte liberatur.Nec refert,ſi di-
D cta verba, *Pleno iure*, non adiecerit.Idem enim ad-
huc eſt: quia qui ſimpliciter fundum promittit,
intelligitur proprietatem & vſumfructū ei cauſę
iunctum promiſiſſe[a], nudaque ſolutione vſuſ-
fructus non liberatur. Sed † quænam eſt huius rei
ratio? Videretur enim,qui vſumfructum ſoluit, 7
eatenus liberari, vt ad nudam proprietatem in I.
qua reliquator eſt,teneatur. Qua ratione alibi II.
traditum eſt,ad nudam proprietatem eum con-
ueniri poſſe,nō ad vſumfructum,qui penes acto-
E rem eſt[b]. Quòd ſi † is, qui totum debet,ſolu- III.
tione partis eius reſpectu liberatur[c], ergo & i- 8
dem in caſu noſtro,cùm vſusfructus pars ſit inte-
gralis fundi[d]. Et ſicut ſuperiore reſponſo ſo- IIII.
lutione vſusfructus formalis,quatenus eſt ſerui-
tus,cōtingit liberatio,ita & in hoc caſu cùm for
malis in cauſalem vertatur, & eadem ſimilitudi-
ne cenſeatur[e]. vnde & vnus plerunq; alteri ac-
creſcit propter rei cōiunctionem,licet rerum di
uerſarum nulla ſit re coniūctio[f]. Accedit † iis, V.
F quòd cùm ſtipulator volens hunc vſumfructum 9
acceperit,nulla eſt ratio,cur aliud pro alio volen
te creditore ſolui non poſsit, ſequiturq́; libera-
tio[g]. Sed tamen aliud Iuriſconſulto viſum eſt.
qui enim partem numeralem,vel quotatiuā ſol-
uit,pro ea liberatur[h]:non autem, qui partem in-
tegralem.etenim in ea propriè pars nō eſt.debet
enim promiſſor fundum[i]. at vſusfructus forma
lis pars fundi non eſt,ſed ſolùm vſusfructus cau-
ſalis[k]. aliud ergo ſoluit,quàm debeat. nam cùm
vſusfructus formalis ſit ſeruitus, pugnat cū cau-

L.126. Si ita ſtipulatus fuero. §. Titius à Mæuio.

q l ſi pro patre. §.uerium.§ de in rē uerſ. Cin.l. ſi quis hæredē. C. de inſt. & ſubſtit.
r l.inter Caſtellianū. de arbit. ubi Bart.
s Bar. & Doct. l.ſi fideiuſſor.§. j.de leg j.
t l.ex conducto. l.ſi quis domū. locat.
u d. l.in numerationibus. in fi.de ſol. l Pomponius.§ ſed & iis de procur.
x per d l.ii hæres.
y l.ſciendum.§. eod.
z arg.l.in teſtamento.§.de cōdit. & demoñ.
a l ſi alij. de uſufruct.leg. l.§ uſumfructum. §.eo.
b Bar. & Doct. l.eum,qui it. §. pen.§.eod.
c l.ſtipulatus eſt. qui decem.§. de ſolut.
d Bar.d.l.qui uſumfructum §. eo.
e l.mulieri.l.ſi tibi.de uſufruc. accreſ.
f d l.ſi alij. & l.Sempronia de uſuf.leg.
g l.ij.§.j.ubi Doct.ſi cert.pet.
h d.§. qui x.
i l.in executione.§. pro parte. §.eod.
k l. rectè ubi dixi.j.de uerb.ſig.

a l. uſ. frui. ſi uſusfr. pet.

ſali, quia ſua res nemini ſeruire poteſt[a]. Nec obſtat, quòd formalis in cauſalem quandoq; vertatur, quia hoc in caſu noſtro procederet, poſtquā ſoluta eſſet proprietas. ſed quæſtio noſtra eſt, quid, cùm nō ea adhuc ſoluta eſt, ſed vſusfructus tātùm. Minùs obſtat, quod Doctor. aiūt, ſoluto vſufructu promiſſorē ad nudam proprietatem conueniri tantùm. Reſpondet Iaſon, non ideo non peti plenā proprietatem, quia ab uſufructu liberatus ſit promiſſor, ſed quia cùm actor vſumfructum habeat, non debet petere, quod apud ſe eſt. ſolum enim illud peti debet, quod apud actorē non ſit, tametſi reus liberatus nō ſit[b], quod Bart. atq; cæteri cenſuerunt[c].

b l. ſi non ſortē. §. pen. de cond. indeb.
c d. l. eum, qui §. pen.

10 Nec † eſt verum aliud pro alio volenti creditori fuiſſe ſolutum. potuit enim creditor vſumfructū accipere ea ſpe, quòd quamprimùm ſibi proprietas quoque ſolueretur, ſicq; vſusfructus formalis in cauſalem verteretur. Vt ergo in aliquo liberetur, oportet reliquū ſolui. ſicut cùm qui hominem debet, partem Stichi ſoluit, quamuis creditor ſponſo te accipiat, nec in illa quidē parte debitorem liberat, niſi reliquo in eadem ſpecie perſoluto[d]: quod Aret. & Iaſ. hîc tradiderunt. Sed quid, ſi in caſu legis noſtrę ſoluiſſet promiſſor nudam proprietatem, an ſaltem tunc eius reſpectu liberabitur? & Doctores ſentiunt nō liberari, ſicut qui vſumfructum ſoluit.

d d. l. ij. §. j. ff. eo.
e gl. l. ſi is, qui pro. de uſucap.
f d. l. eum, qui ita. §. ſi.

11 Addit † Iaſon hoc verbis legis noſtrę probari, dum dicitur *Niſi pleno iure fundū ſtipulatoris effecerit*, nulla parte obligationis exoneratur. Tu reſponde, hæc verba ſecundū præcedentia intelligi, quādo priùs ſolutus fuerat vſusfructus, non quando proprietas. nec enim facilè mutatio caſus eſt inducenda[e]. Vnde Raph. Com. liberari reſpectu proprietatis credit, quem ſuprà ſum ſecutus[f].

g l. j. C. de reuoc. don. ubi Bal. l. mater. C. ad Tertyl.
h authent. hæc uſus. C. de ſacr. eccleſ.
i Bart. conſ. 16. Ang. 125.
k Alex. cōſ. ccvij. ij. uol.

a PLENO IVRE a. ¶ Adnotat † hîc Iaſon, variis
12 modis hæc verba accipi & ſecundum ſubiectam materiam declarari. in lege noſtra videntur hæc verba & nudam proprietatem & vſumfructum compræhendere. Cui igitur vſusfructus deeſt,
I. non dicitur plenum ius habere. quod Bald. & Aret. hîc tradunt[g].
II. Sic & qui iura vtilia tantùm habet, vt fideicommiſſarius, nō dicitur pleno iure ſuccedere[h]. quod Bart. & Ang. reſponderūt[i].
III. Et qui rem poſsidet ſuam, ſed alteri pignoris nomine ſuppoſitam, non dicitur pleno iure eam habere, vt Alexā.[k] reſpondit.
IIII. Sed & qui rem ſuam alienare nō poteſt, non dicitur pleno iure eum habere[l], vt Bald. adnotauit. licet enim propriè ſit dominus, quia facultas alienandi ad definitionem dominij non pertinet[m], nō tamen videtur pleno iure rē habere.
V. Sed & qui propria auctoritate non poteſt rem habere, ſed debet de hæredis manu accipere, non dicitur ad eum pleno iure[n] res pertinere. quod Bart. cenſuit, & alij ſequuntur.
VI. Hincq; infertur, eum, qui pleno iure ad rem agit, non ſolùm petitorium, ſed etiam poſſeſſorium intendiſſe videri[o]. quoniam † ple-
13 num ius illud dicitur, quod integrum & abſque aliqua diminutiōne eſt, quod Bald. reſpondit[p],
VII. & Iaſ. hîc refert. Vnde cùm teſtator poſt mortem omnium hæredum ſubſtituiſſet pleno iure Antonium, reſponſum fuit, videri reciprocā ſub-

l l. fœmina. §. illud. C. de ſecūd. nupt.
m Bald. l. uolūtas. in ſi. C. de fideicommiſ.
n Bar. l. centurio. de uulg.
o c. quærelā. de elect. ubi Inno.
p Bal. cōſ. 293. in 4. dub. ad fin.

**qui fundum pleno iure[a] promiſit, & vſumfructū dedit, deinde amiſſo eo proprietatem ſiue vſufructu tradidit. ille liberatus eſt[b] dando vſumfructum, hic nulla A parte obligationis exoneratur, niſi pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris.**

ſtitutionem inter ipſos perinde factam, ac ſi in tota hæreditate ſcriptū eſſet[q]: quia illa verba *Pleno iure*, intelliguntur, id eſt, in integra hæreditate[r].

q l. Titia. §. Seia. de leg. ij. l. ſi pater impuberes. de uulgar.

VIII. Addit hîc Iaſon, ſi † pontifex aliquam eccleſiam
14 donat pleno iure, videri tam temporalia, quàm ſpiritalia donaſſe[s], nec epiſcopi quidē iure reſeruato[t]. Sed ego ad clauſulę huius interpretationem plurimum ſubiectę materię tribui arbitror. nā lex ei, qui xl. annis rem poſſederit, pleniſſimum ius concedi[u]: & tamen poſſe illi eam auferri per reſtitutionem in integrū ex præſumpta ignorātia vulgò receptum eſt[x]. Sic & ſi teſtator verbis precariis ſubſtituit cum clauſula *Pleno iure*, B non ideo tamen voluiſſe eum quartam ſenatuſconſulto Trebelliano deductionē impedire plerique cenſuerunt[y]. Sed & qui hæres in omnibus bonis pleno iure inſtitutus eſt, cum vſufructuario omniū bonorum concurret, vt quilibet dimidiā habeat, nec tali clauſula ratio iuris accreſcēdi impedietur[z], quod ex facto Alexander reſpondit.

r l. diuortio. ubi gl. de negot. geſt. c. cū & plātare. §. j. de priuileg.
s gl. c. conqueſtus de foro cōpet.
t Abb. c. cū inter. de re iud.
u l. omnes. C. de præſcrip. 30. an. l. j. de fūd. par. lib. xj. C.
x Doct. ff. l. cū filius. §. in hac. ubi dixi.
y auth. ſed cū teſtator. C. ad l. Falci. ubi Caſtr. Rom. cōſ. lxxv. & lxxix. Feli. c. auditis. de pſcrl.
z d. l. ſi alij d. l. Sempronius. de uſufr. leg. Alex. conſ. lvj. prælectis. lib. iij.

b ETENIM ILLE LIBERATVS EST b, ¶ Probatur hîc, eum, qui † uſumfructum debet, eo
15 C conſtituto eſſe liberatū. Sicut enim qui rem corporalem debet, eius traditione liberatur[a], ita in ſeruitutibus per conſtitutionem eius iuris debet liberari, dum tamen caueat ſe nō impediturum, quo minùs eo iure vtatur[b], vel præſtet patientiam, vt ille ſaltem ſemel vtatur. habet enim hic vſus vim traditionis[c]. Ante quàm ergo ſeruitus ſit ſuprà ſcripto modo quaſi tradita, nullum ius in rem creditori competit, ſed actio dūtaxat perſonalis, per quam cogat promiſſorem ad conſti- D tuendam ſeruitutem, & eatenus præſtandam patientiam, quatenus traditio illius iuris poſsit videri facta[d]. Si igitur promiſſor hoc præſtiterit, inquit hîc Iureconſultus, eum eſſe liberatum. At alii diſſentiunt, affirmantes adhuc non liberari, ſed in futurum quoque perpetuò ex ſtipulatione teneri, ad præſtādam patientiam, ideoq; † ob-
16 ligationem ſeruiturum mixtam eſſe ex dandi, faciendiq; natura[e]. Dare dicitur, qui conſtituit[f]. facere, qui patientiam præſtat[g]. Hincq; eſt, quòd vſufructuario lex ait actionem incerti dari[h], E & alibi, in id, quod intereſt, fieri condemnationem[i]: ſuntque, qui hanc ſententiā receptiorem eſſe adfirmant. Sed tamen contraria verior videtur, quę legis noſtrę verbis adiuuatur, & pro qua pares ſunt auctorū calculi. Sicut enim traditio in rebus corporalibus non efficit, vt obligatio dandi quicquam facti contineat, ita & in corporalibus huiuſmodi patientia, quæ † in conſe-
17 quentiam & iudicis officio venit[k], quam ſatis eſt vel ſemel, vel etiam citra præparatoria præſti- F tiſſe[l], vt promiſſor à ſtipulatione liberatus cenſeatur: qui ſi deinde turbet, ſeu patientiam non præſtet, poterit vel ex interdictis, vel confeſſoria conueniri[m]. Nec verum eſt vſumfructum actione incerti in id, quod intereſt, peti, quia ſit facti, ſed quia ſui natura incertus eſt ratione pręſtationis & temporis[n], maximè ſi tēporis præteriti vſusfructus petatur, qui ex tempore variationem habet[o]. Vnde cùm amplius præſtari non poſsit, neceſſariò ad id, quod intereſt, deuenimus[p].

a l. traditionibus. C. de pactis.
b l. ratio. §. ſi iter. de act. emp.
c l. quoties. ult. ff. de ſeruit.
d l. ſi partem. in princ. quemadmod. ſer. amit.
e Doct. l. ij. uerſiam. ff. eod.
f l. iij. §. dare. de uſufruct.
g l. ſi. cum gl. ff. com. præd.
h l. qui uſumfructum. in ſi. de uſufruct.
i l. ubi autē. §. fundi. ff. eod.
k l. j. in fin. de ſer. ruſt. præd.
l d. l. ſi partem. Aret. l. quod meo. de acq. poſſeſ.
m l. egi. l. harū. ff. ſi ſer. uend.
n Bar. l. certi cōdictio. in princ. ſi cer. pet.
o l. uſusfructo mihi in biēniū. de uſufr. leg.
p gl. l. ſi ſeruum. §. fin.

Concludendum igitur, in ſeruitutibus obligationem dandi eſſe, quoniam lex vbique promiſſorem ſeruitutis ad dādum teneri ait[a], quoniam patientia illa prior, quę pro traditione in conſtitutione ſeruitutis eſt, in conſequentiā tātùm venit, licet facti ſit[b]: poſterior verò & perpetua ex vi ſtipulationis non venit: aliàs malè diceret hîc Iuriſconſultus, promiſſorem vſusfructus datione eſſe liberatum: quod alibi diffuſiùs diſputaui[c].

a l. ſi unus. §. ſi. de ſer. ruſt. pręd. d. l. ij. in princ. l. cū uſusfructus. quemad. ſeruit. amit.
b d. l. ſi.
c d. l. ij. ff. eod.

L. 126. Si ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus.

**¶ Chryſogonus[a] Flauij Candidi ſeruus actor ſcripſit A coram ſubſcribente[b] & aſsignante domino meo,**

1 *Stipulatio inutilis aliis actionibus non obſtat.*
2 *Alteri non ſtipulatur ne quidem libertus, vaſallus, ciuis, &c.*
3 *Subſcriptionis effectus.*
8 *Teſti ſubſcribenti non præiudicatur.*
9. *Sola ſubſcriptio, non ſufficit quandoque.*
13 *Signi adiectio non requiritur neceſſariò.*
14 *Contra dicentem fit interpretatio in ambiguis.*
16 *Per perſonam liberam nobis non quæritur.*
19 *Ex numeratione interdum abſenti, interdum præſenti acquiritur. 20.*
23 *Qualiter liberto ex numeratione quæratur actio.*
25 *Confeßioni ſimplici obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ.*
29 *Qualitas vitians non cenſetur repetita.*
38 *De perſona ad perſonam non fit regulariter extenſio.*
39 *Vaſallus morte afficiens domini fratrem, nō cadit feudo.*
40 *Perſona interdum extrinſecus ſubintelligitur: itemq; cæteræ qualitates. 43, 44.*

a §. CHRYSOGONVS a. ¶ Stipulatio † inuti-
1 lis, quia alteri & quidem abſenti facta, non impedit, quin actio ex numeratione oriatur, & quin alia ſtipulatio acceſſoria imperſonaliter facta valeat, cùm ſibi, nō alteri factam interpretemur. Videbatur autem in caſu legis noſtrę valere debuiſſe ſtipulationem patrono per libertum factam, ſiue, quia hîc libertus erat procurator, debuitque nobis licere per alterum, ſi procurator ſit, cōtrahere[d], maximè cùm licet hîc appareat verba executiua abſentem reſpicere, non tamē conſtet, etiam obligatiua de abſente dicta eſſe, ſed potiùs imperſonaliter concepta. Vnde vt ſtipulatio valeat, debuit fieri interpretatio, obligatiua verba ad ipſum libertū ſtipulatorē referri: quo caſu valuiſſet contractus[e]. Sed tamē aliud Iuriſconſulto
2 viſum eſt: quia regula eſt generalis, alteri † per alterū ex contractu ſtipulatoris acquiri non poſſe, adeò vt nec libertus patrono, nec cliēs, aut ciuis, aut ſubditus principi ſuo acquirere poſsint, vt ſuprà vidimus[f]: ſed id iuris ſolùm filiisfamiliâs aut ſeruis propter vim patriæ, ſeu dominicę poteſtatis competat. Meritò ergo in caſu noſtro Zoſas libertus Quintiliano patrono nō potuit ſtipulari. Nec obſtat, quod procurator patroni eſſet. quia nec procurator quidē ſtipulari domino poteſt[g], niſi verba obligatoria ad ſe referantur, putà ſi Zoſas hoc modo ſtipulatus eſſet, *Promittis mihi, quòd dabis patrono meo*, &c[h]. Nec obſtat, quòd verba obligatoria hîc eſſent imperſonaliter prolata, ideoque debuerint ad ſtipulatorem referri, vt ſtipulatio valeat. nam reſpondet Bart. potiùs referri ad patronum, ad quem etiam verba executiua directa ſunt. quod in hoc caſu verum eſt, cùm procuratoris pecuniariter non intereſſet[i]. quod Bald. Imol. Alex. Iaſ. hîc tradiderunt.

d l. huiuſmodi. in prin. de leg. j.
e l. ſi ſeruus. iij. §. l. antepe. ff. tit. ij. l. ſtipulatio iſta uerſ. ſi quis inſulam. ff. eo.
f d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri ff. eo.
g l. eum, qui. §. ſi. de cōſtit. pec. l. ſolutum. §. per liberam. de pig. act.
h d. l. huiuſmodi.
i gl. l. j. in prin. ff. tit. j.

b SVBSCRIBENTE b. ¶ Adnotant hîc Docto-
3 res, eum, qui † chirographo manu aliena ſcripto ſubſcripſerit, perinde obligari, ac ſi totū ſcripſiſſet[k]. vis enim ſubſcriptionis efficit, vt omnia ſuprà ſcripta cenſeātur approbata[l]. Quod vſqueadeò verum eſſe Baldus cēſuit, vt lex pœnalis de eo loquens, qui propriam ſcripturam negauerit, in eo quoque procedat, qui ſcripturā manu aliena ſcriptam negauerit, dū tamen ſit propria manu ſubſcripta[m]. ſubſcriptio enim efficit, vt non aliena, ſed propria ſcriptura dicatur, quicquid ibi Salicetus aliter tradiderit. Addunt Angelus, Imola, Paulus, Alex. cæteri idem eſſe in lege municipali concedente executionē ſcripturis manu propria debitoris factis. ſatis enim erit vel ſola ſubſcriptio[n]: quia ſcriptura propria dicitur, quam ego ſubſcriptione mea propriam effeci, cùm ſit non ſolùm B mandato meo ſcripta[o], ſed propriis digitis ſubſignata.
4 Nec † obſtat, quòd aliud ſit ſcribere, aliud ſubſcribere, & quòd ſubſcribēs fictè dicatur ſcripſiſſe[p]: quia cùm tota vis approbationis in ſubſcriptione ſit, ſatis eſt, illud, in quo ſcripturæ efficacia vertitur, manu debitoris eſſe factum. nec enim veriſimile eſt, legiſlatores voluiſſe debitorem ſcribę manu ſubire, eumque ſuperfluo labore onerare. Hæc quidē regulariter procedūt.
I. C Aduertendum tamē eſt, ad rationē legis. Quid
5 † enim, ſi neget debitor ſe ſubſcripſiſſe, & ad comparationem literarum deueniatur[q]? non putarim tali caſu locum eſſe ſtatuto, cùm faciliùs poſſit quis imitari ſubſcriptionem, quàm totum chirographum falſare[r].
II. Quid rurſus, ſi lex non generali nomine ſcripturæ vtatur, ſed ſpeciali? puta, ſi quis chirographum ſcripſerit, & ego non chirographo, ſed libello ſubſcripſero? nec enim tunc propriè dicar legem obſeruaſſe[s].
III. Sed & D lex Cornelia, quæ ſinit, vt teſtator propria manu leget, cui velit, prohibet autem ſcriptoribus, ne ſibi legatum adſcribāt, habebit locum aduerſus ſcriptores, quamuis teſtamentū ſubſcriptum ſit à teſtatore, nec ſubſcriptio teſtatoris liberabit illos[t]. Cuius rei illa eſt ratio, quia lex factū ipſum ſcribendi punit, non autem effectum conſenſus inde reſultantem reſpicit. Quod ergo ad factum attinet, aliud eſt ſcribere, quàm ſubſcribere, qd[y] & Decius cenſuit.
IIII. Nam † & aliqua permittit
6 quandoque lex per integram ſcripturā fieri, quæ E ſola ſubſcriptione tranſmitti non patitur[u], arguit enim ſola ſubſcriptio quandam negligentiā, veluti in iudice qui libellis ſubſcribit, quod cauſa cognita debuit facere[x]: quod poſt Bal. Iaſ. hîc docet.
V. Idemq; † in Doctoribus, qui ſola ſub-
7 ſcriptione contenti aliena reſponſa approbāt[y]: in quos illud eſt Laberij carmen,

*Caput abſque lingua pedaria eſt ſententia.*

VI. Qua † ratione & qui ſchedulæ, non tanquam
8 principalis ſubſcribit, ſed tanquam teſtis, nō cēF ſetur eam ſcripſiſſe, nec ſibi damnum aliquod tali ſubſcriptione facit[z]. nec enim id agitur[a], & officium ſuum, quod partibus pręſtat, ei damnoſum eſſe non debet[b]. Idemque in eo, qui tanquā tabellio ſubſcribit documento[c], vel in agnato, qui in cōtractu mulieris auctoretur, & ſi qui ſimiles.
VII. Sed & quoties lex nominatim & expreſsè cōſenſum requireret, adeò vt per relationem expediri non poſſet[d], exiſtimauit Decius, ſolam
9 † ſubſcriptionem non ſufficere. quæ ſententia in ſubſcriptione generali defendi poſſet[e].
VIII. Sed

k l. emptor. §. Lucius. de pactis.
l l. cū antiquitas. §. cū autem. C. de teſta. ubi Doctor.
m Bal. Anchar. authen. contra qui propriā. C. de non numer. pec.
n l. diuus. §. ſcribere. de falſis.
o Domi. c. ſi pte. de reſcrip. in vj.
p d. l. diuus. §. item ſenatus et l. ſi ego. §. dotis. de iure dot.
q l. cōparationes. C. de fid. inſtr.
r Bar. l. nuda. de donat.
s d. l. ſi ego. §. ſi dotis. Mod. authen. ſi quis in aliquo. C. de eden.
t d. §. item ſenatus.
u l. ij. C. de aſſeſ. l. ne quicquam. § ubi decretū. de offic. procōſ.
x l. iij. C. com. uel epiſtol.
y Bal. l. ſi. C. plo ual. quod agitur.
z l. Titia. cum teſtamēto. §. Lucio. de leg. ij.
a gl. l. cuius. de pig. act.
b l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mod. pig. ſol.
c l. ſi pater. C. de fideiuſ.
d cle. appellanti. de appel.
e d l. diuus. §. item ſenatus. ubi Bart.

an ſufficit ſubſcriptio generalis? & communiter receptum eſt, ſufficere[a], & aduerſus ſcribentem operari, qui ſibi imputare debet, ſi generaliter ſubſcripſit. Quæ ſentẽtia receptiſsima eſt, aduerſus Bar.[b] cuius tamen opinio ſuprà ſcripto caſu defendit, cùm lex nominatim & expreſsè conſenſum requirit, quia ſuſpectum habeat ſubſcribentis facilitatem, quẽ nolit facilè poſſe decipi[c]. Hincq́ue conſequẽter traditum eſt, ita demum ſubſcribentem cenſeri ſcripſiſſe, ſi legerit, intellexeritq́; ea, quę ſcriptura cõtinẽtur[d]: aliàs talis ſubſcriptio ei damnoſa eſſe non debet[e], ſeu non trahetur ad id, quod veriſimiliter ipſe ſubſcribens nõ fuiſſet approbaturus. quod & Caſtrenſis ex facto reſpondit. ſolent enim & principes plerunq; legatis ſuis albas chartulas dare manu ſua ſubſcriptas, vt legati abſentes eis deinde inſcribant, qđ commodum & ex re domini ſui eſſe contigerit. Cenſuit Innocen. quem cæteri ſequuntur, nõ fieri damnum aliquod inde ſubſcribenti. Quod ego intelligo, niſi quatenus procurator generalis
10 poſſet[f]. videntur † enim fiduciarij ij ſcriptores ſimilitudine quadã cum procuratore generali cenſeri, item niſi princeps confeſtim re intellecta cõtradixerit, ne aliàs ratum habere legati ſui factũ cenſeatur[g].
11 Sed † quid in dubio exiſtimabimus? an ſubſcribens præſumatur omnia ſuprà ſcripta legiſſe? & credendum eſt, non facilè quenquam ei ſyngraphæ ſubſcribere, quã non legerit, & diligenter perpenderit[h], maximè ſi eam aliquandiu apud ſe habuit[i], vel aliàs, qui ſubſcripſit, vir cautus & diligens in re domeſtica eſſe conſueuerit[k]. Qui igitur ſe non legiſſe conſenſiſſeque dicit, onere probandi grauabitur[l], idq́; omniũ calculis receptum eſt. Addit tamen Imola, ſi is, qui ſubſcripſit, vir ſit notæ negligẽtiæ, in eo pręſumi ignorantiam. Sed Alexan.[m] contrarium ex facto reſpondit, quem & Iaſ. hìc ſequitur. Ego Imolæ ſententiam defendi poſſe arbitror, ſi aliæ pręterea coniecturę acceſſerint, vt Aret. & Clau. hìc tradunt. & enim ſtatus hic omnis coniecturalis eſt[n]. Quid enim ſi probaretur ante ſubſcriptionem dixiſſe creditorem, vt ſyngraphæ ſubſcriberet, in qua locatio contineretur, deinde appareret ſubſcriptum venditioni[o]? Quid, ſi tanta inter eos eſſet cõiunctio, vt alter fiducia alterius in vtranque aurem dormiret? qualis ſolet eſſe inter vnanimes ſocios, aut inter patrem & filium[p]. Quid, ſi aliquæ coniecturæ doli mali adeſſent? quales multas alibi connumeraui[q]. Solebat
12 † prætor Rufinus, cùm præceptis ſubſignaret, ſolùm inſpicere, an clauſula, quam vocant iuſtificatiuam, adſcripta eſſet[r], cùm illuſus à tabulario, qui ſpõſionem fecerat, præcepto ſubſcripſit, quo ipſemet in carcerem traheretur. Ex qualita-
IX. te igitur rei & perſonarum diſcernendum. Scripſit ad amicum Florentius elegãtem epiſtolam, ſubſcripſeratq́ue, *Tuus tanquam frater: Florentius*: interceperat aliquis has literas, & alba in particula, quæ inter epiſtolam & ſubſcriptionem vacua manſerat, ſyngrapham mutuatitiæ pecuniæ deſcripſit: dixi ſubeſſe claram doli coniecturam[s]. nec enim huiuſmodi pecuniariis cautionibus ſolet ſubiici, *Tuus tanquam frater*: ſed nudum nomen atteſtantis ſe ſubſcripſiſſe, & ſuprà ſcripta omnia obſeruaturum. ad hęc qui pecuniam petebat, notæ improbitatis erat[t], vt meritò Florentius fuerit abſolutus.
X. Sed pone: ſubſcripſit Titius chirographo, interrogatus à iudice, an manu ſua ſubſcripſiſſet? reſpõdit ſubſcripſiſſe, ſed quo tempore ſubſcripſerit, nullam fuiſſe diẽ in eo adſcriptam[u], quæ deinde ab ipſo creditore repetita fuerit[x]: ſicq́; ſcripturam agnoſcit, diem, quæ ſeparatim in ſumma chartula adnotata erat, nõ agnoſcit. Et putârim hoc quoque caſu probabilem eſſe Imolæ ſententiam[y], ſi dies vel alia manu adſcripta appareat, vel ex attramenti diuerſitate videatur õn eodem tempore adiecta, vel ſignum aliquod raſuræ adſit, plurimum igitur & hoc caſu arbitrio iudicis tribuendum erit.
IX. 13 Rurſus † pone, exhiberi quidem apocham ſubſcriptam, ſed cui ſignum deſit, an faciat fidem? & in lege noſtra dicitur, *Subſcribente & aſsignante*. quę verba videntur oſtendere neceſſariam quoque ſigni appoſitionem, quod chartis adiici ſolet[z], idq́ue ſecundum quarundam regionum conſuetudinem[a]: aliàs iure noſtro ſola ſubſcriptio ſufficit: ſignum verò ad maiorem certitudinem adiicitur, & omiſſum non vitiaret actum: quod alibi attigi[b].

accepiſſe[a] eum à Iulio Zoſa rem agente Iulij Quintiliani abſentis, mutua denaria mille: quæ dari Quintiliano, hęredíve eius ad quem ea res pertinebit, Galendis Nouembribus, quę proximæ ſunt futuræ, ſtipulatus eſt Zoſas libertus, & rem agens Quintiliani: ſpopondit Fl. Candidus dominus meus. ſub die ſuprà ſcripta ſi ſatis eo nomine factũ non erit, tũc quo poſt ſoluetur, vſurarũ nomine denarios octo pręſtari ſtipulatus eſt Iulius Zoſas: ſpopõdit Fl. Cãdidus dominus meus, ſubſcripſitq́ †.

† ſubſcripſit & dominus, *aliàs*.

a ACCEPISSE *a*. Incontinenti ante hanc ſcripturam[c]. Si enim diu antea accepiſſet, non erat dubitandum, quin actio ex numeratione ſtatim orta fuiſſet, quæ per ſtipulationem ex interuallo appoſitam, ſiue vtiliter, ſiue inutiliter, ſalua permanſiſſet[d]: & tamen lex noſtra[e] manifeſtè ſentit obligationem ex pecunia credita & numerata naſci, atque ita nobis acquiri: ideò hìc ex numeratione agi, quia inutilis eſſet ſtipulatio. Sequitur ergo ſtipulationem hanc in actu numerationis, ſeu incõtinenti factam. Sed cùm verbum id præteriti pluſquamperfecti temporis ſit, cur etiam non intelligitur, ſi antea longo tempore accepiſſet? nam † & in ambiguis ſolemus interpretationem aduerſus eum, qui dicit, facere[f], 14 quia probationes neceſſariò cõcludere debẽt[g]: non autem ſequitur incontinenti factum, quod tali verbo acceptum probatur. Sed reſponde, cõiecturas ex eo, quod veriſimile eſt, adſumi. Non autem veriſimile eſt voluiſſe quenquam abſque cautione pecunias credere[h]. Vnde præſumitur, cùm cautio facta eſt, tum interueniſſe numeratio, & non priùs. nam & in dubiis fit aduerſus ſtipulatorem interpretatio[i]. Meritò incontinenti accepiſſe dicemus, vt vna actio dũtaxat ei detur, nempe ex ſtipulatu: cùm ſi ex interuallo factum eſſet, aliam quoque ex numeratione habuiſſet[k]. Addit Bartolus regularæ eſſe, vt † inſtrumenta 15 verbo

a Ang l. ſi duo. de admi. tut. Iaſon hìc.
b Bart. d. §. item ſenatus.
c d. §. item ſenatus.
d l. tribunus. §. fi. de teſta. mili.
e l. fin. C. plus ual. quàm agitur.
f l un. c. ñ. de fid. inſtrum.
g l. mandato generali. de procurator.
h l. ſi filius. ñ. ad Maced.
i l. non eſt ferendus. de trãſact.
k l. cũ de indebito. de probat.
l Bart. l. j. §. ſi quis neget. quemad. teſt. aper.
m Alex. cxlvij. in ij.
n Bar. ã. §. duo fratres. quæſt. ij.
o d. l. fin. C. plus ualet.
p l. data. C. de donat.
q l. ſi maior. C. de tranſact.
r l. de pupillo. §. meminiſſe. in gl. de ope. no. nunt.
s l. dolum. C. de dolo.
t l. ſi quis ex argentariis. §. j. de edend.
u l. cũ tabernã. § j. de pignor.
x l. repetita. ubi Bar. de fide inſtru. Alex. d. §. item ſenatus. in apoſt.
y Paul. de Caſt. conſ. 134. in cauſa. ſer. Lodouici. uol. j.
z l. fi. C. de aſſeſ.
a Bart. l. ad teſtiũ. §. ij. de teſt.
b in rub. de oper. no.
c Fel. c. cũ. de fide inſtrum. l. lecta. ſi cer. pet.
d l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. fi. de nouat.
e uerſ.upereſt.
f l. uerius. de probat.
g l. non hoc. C. unde legit.
h l. ſi ſoluturus. de ſolut.
i l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ã. eo.
k l. cũ enim. de nouat.



verbo præteriti temporis concepta, intelligãtur de eo, quod incontinenti præteriit, cùm ſemper ad id referantur, quod potuit tempore inſtrumẽti contigiſſe[a]. Vnde cùm notarius ſcribit, *Titius dedit, vendidit, & tradidit*, intelligitur tempore cõfecti inſtrumẽti[b]: vel *Titius confeſſus eſt, quòd accepit*, &c.[c] Quæ ſentẽtia certiſsima eſt, cùm aliàs actus non valeret, niſi incontinenti geſtum eſſet: vt cùm gener confeſſus eſt ſe habuiſſe, & recepiſſe aureos mille à ſocero nomine dotis, quos illi in caſum ſoluti matrimonij reſtituere promittit[d]. ſi enim ex interuallo accepiſſet, nõ poſſet pater actionem dotis ſibi & filiæ communem ſoli ſibi propriam efficere[e]: meritò intelligemus accepiſſe eũ tempore cautionis interpoſitæ. nec enim apparet quicquam factũ, niſi ex cautione. ergo ſecundũ illius tempus accipi debet, vt Cardinalis Zabarella reſpõdit[f]. Cæterùm cùm ſuprà ſcripta ex præſumptione legis procedant, dubitandũ non eſt, quin ſi aliæ ſint efficaciores præſumptiones, aliud ſit ſtatuendum[g]. quid enim, ſi teſtes dicant, tunc nihil numeratũ fuiſſe? intelligitur huiuſmodi verbum *Accepiſſe*, non nunc, ſed antea, & tabellio nõ ideo in falſi crimen incidet[h].

Reſpondi: per liberã perſonam[a], quæ neq; iure noſtro ſubiecta eſt, neq; bona fide nobis ſeruit, obligationem nullã acquirere poſſumus. Planè ſi liber[b] homo noſtro nomine pecuniam daret vel ſuam vel noſtram, vt nobis ſolueretur, obligatio nobis pecuniæ creditæ acquireretur: ſed quod libertus patrono dari ſtipulatus eſt, inutile eſt: vt nec ad ſolutionem proficiat adiectio abſentis, cũ principaliter obligatio quærebatur.

L. 126. Si ita ſtipulatus fuero. §. Chriſogonus.

a PER LIBERAM PERSONAM *a*. ¶ Regu
16 la hìc generalis ponitur, per † liberam perſonam nobis ipſo iure quæri non poſſe[i]. quam regulã iuris ciuilis rigor induxit, volentis vnumquenq; ſibi ipſi acquirere, & cõtractus noſtros ex noſtra perſona initium ſumere[k]. Vnde conſequens eſt, vt hìc libertus patrono ſuo non quæſiuerit ex ſti
I. pulatu actionem, ſicq́; ſtipulatio ſit nulla. Aiũt tamẽ ipſi liberto naturaliter obligatum debitorem ad dandum patrono: quia hæc iuris ciuilis regula naturalem hanc obligationem non impe
II. dit: qua de re ſuprà[l]. Rurſus aiunt Doctores, ſi verba obligatiua ad perſonã liberti reſpexiſſent, valuiſſe ſtipulationem, nec ſuprà ſcriptæ regulæ fuiſſe locum, vt ſi ſcriptum eſſet, *Denaria mille, quæ promitto Zoſæ me Quintilianæ daturum*, &c.[m] valet enim ſtipulatio, dũ tamen Zoſę intereſſet, vt quia fuiſſet procurator ſpecialis ad hunc contractum conſtitutus: quo caſu dominiũ pecunię non ſuũ, ſed patroni erat[n]. & vt patrono parẽret, tenebatur in debitorem transferre: meritò hìc dicitur, *Actor & agens rem*, &c. vt oſtenderet, nõ ſpecialem
III. ſed generalem procuratorem fuiſſe. Sed & ſi præſens fuiſſet Quintilianus patronus, videtur ſtipulationem potuiſſe valere, & etiam directas actiones domino acquiri, tanquam non procurator, ſed nuntius & interpres fuiſſet Zoſas[o]. vnde hìc dicitur, non quidem otioſè, abſentem fuiſſe
IIII. Quintilianum. Sed & ſi contractus hìc nõ mutui, ſed depoſiti fuiſſet, potuit valere ſtipulatio: quia poteſt quis de re, quę ſua permanet, paciſci, vt aliquo caſu alteri reſtituatur, valetq́; ſtipulatio, & vtilis actio illi ad reſtituendum datur[p].
V. 17 Addit † Bart. cùm actio omnino in caſu legis noſtrę ex numeratione oriatur, videri etiã eam, quę ex ſtipulatu fuit, ſuſtineri: idq́; hodie ex lege noua Iuſtiniani[g], quæ hypothecam abſenti acquiri permittit, vt ſicut ex numeratione actio abſenti datur, ita etiã detur hypothecaria, quæ illi accedit. Ergo idem in ſtipulatione iſta dicere debemus, quæ numerationi non minus, quàm hypotheca, accedit, vt lex illa limitatoria[r] ob rationis ſimilitudinem ad hũc caſum trahatur[s]. Sed hãc Bart. ſententiam omnes improbant, per quã lex noſtra corrigeretur, negatq́ue eandem eſſe hypothecæ & ſtipulationis rationem: cui ſtipulatio non acceſſoria, ſed ęquè principalis ſit[t], & ſecundum propriã naturam regatur: quod ſuprà in rub. diſputaui[u].
VI. Sanè adnotat hìc Accurſ. aliquot caſus, quibus ſuprà ſcriptę regulæ locus non eſt, ſed per liberã perſonã alteri acquiritur, vt cùm extraneus dat dotem pro muliere, nec ſtipulatur eã ſibi reddi. acquiritur enim actio mulieri, quia cenſetur extraneus illi donaſſe[x]: quod fauore dotis legiſlatoris humanitate inductum eſt, qui ea ſibi reddi ſtipulatam fingit[y]. nam & quoties aliquis nomine mulieris dat dotẽ, fingitur breui manu ab
VII. ipſa muliere datã[z]. ego plures alios caſus ſuprà
18 loco ſuo adnumeraui[a]. Illud conſtat, quãuis † actio non facilè alteri poſsit quæri, poſſe tamen iam acquiſitam faciliùs conſeruari[b], quoniam faciliùs quæſitum ius conſeruatur, quàm quæratur[c]. cuius rei plura ſunt in iure noſtro exem-
VIII. pla. Addit Accur. etiam propter delictũ quandoque alteri acquiri: vt ſi reſpicias pecuniam, vt mihi calumniam facias. Sed hoc alienum à ſuprà ſcripta regula eſt: quoniã non acquiris mihi quicquam ex contractu, ſed ex delicto tuo facis, vt actionem conſequar.

b PLANE SI LIBER *b*. ¶ Alia hìc regula à Iu-
19 riſconſulto adducitur, q. † ex numeratione pecuniæ nomine abſentis facta, quam illi reſtitui actũ ſit, actio abſenti quæritur[e], non diſtincto ſcierit, an ignorauerit, ſua, an aliena fuerit. Sed quæ huius rei eſt ratio? & fuere, qui crederẽt id ſpeciale in mutuo eſſe, ſeu propter ſingularia eius præcepta, ſiue propter frequentiã cõtractus. Sed hoc falſum eſt: quia etiam in aliis contractibus idem obſeruamus, vt in mãdato[f], depoſito[g], dote[h], acquiſitione poſſeſsionis[i], conditione[k], & ſimilibus. Receptior ergo eſt ſentẽtia, id inductũ, quia numeratio eſt actus naturalis. At ea, quæ naturaliter acquirũtur, etiam abſentibus nobis acquiri poſſunt[l]: quod & Iuriſconſultus hìc ſentit.
20 Sunt † tamẽ aliqui caſus, quibus ex numeratione non abſenti, ſed præſenti quæritur.
I. Veluti, cùm abſens tale nomen approbare noluit, tunc
II. actio ipſi numeranti quæreretur[m]. Idem, cùm is, qui nomine alieno mutuat, erraſſet: quia exiſtimaſſet eius eſſe nummos, cùm ſui eſſent[n]. nec enim illi confirmatur mutuum[o], ſed extãtem pecuniam vendicare dominus poteſt.
III. Idem, cùm debitor eam pecuniã non abſentis, ſed numerãtis nomine accepiſſet. nam tunc abſenti cõdictio non quæreretur, quod Iac. ab Aret.[p] hìc cenſuit. licet enim numeraſſet Zoſas, tanquã actor Quintiliani,

a l. j. C. de fid. inſtru. lib. x. & l. fi. C. de appel. pub. l. penul. C. iud. patr. lib. xi.
b l. prædia. de acq. poſ.
c l. ſi ex cautione pec.
d Bar l. poſt dotem. j. q. ſol. matrim. Bar. cõ. 14.
e l. quoties. ſol. matrim.
f c. de literas. de reſcrip. l. fideiuſſor. §. Lucius. de pig.
g l. cũ indebito. de probat. Alexan. con. 179. in vij.
h Bar l. ſingularia. ſi cer pet.
i l. j. C. per quas. perſon.
k l. quocũq. ã. tit j.
l dixi. §. alteri. l. ſtipulatio iſta. ã. eod.
m d. l. huiuſmodi. de leg. j.
n l. ſi ego. de neg. geſt. ubi Mart. & Pet. gl. c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. Cin. Rai. l. qui mihi. de donat.
o not. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ã. eod.
p l. Publia. de poſ. l. pe. C. ad exhib.
q l. ñ. C. per quas perſon. Barto. l. certi. §. ſi nummos. combinatione iij. ſi cert. pet.
r Alex. l. ſi pecuniam militis. ſi cert. pet.
s Bart. l. ſi conſtante ſol. matr.
t d. l. ſi ita fuero. d. l. cũ enim.
u d. l. certi. §. quoniam.
x l. fi. C. de iure dot.
y l. j. §. accedit. de rei ux. act. C.
z l. 3. §. ſciendũ. de don. inter uir.
a d. §. alteri. & ſeq.
q l. ſi quis ſolutioni. in fi. de uſur. l. ſi ſeruum. §. nunc & uidemus. ã. eod.
c l. per procuratorem. de procur.
d l. generaliter. §. fi. de calum.
e d. l. certi. §. ſi nummos.
f l. ſi quis ab alio. de calum.
g l. j. §. ſi te rogauero depoſ.
h l. licet. §. j. de iure dot.
i l. ſolutum. §. per liberam. de pig. act.
k l. indebitum. de cõd. indeb. in d. l. ſi pecuniam militis.
l l. ea, quæ ciuiliter. de acq. rer. dom.
m l. iiij. C. ſi cert. pet.
n l. iij. §. ſubtilius. de cond. ob cau. dat.
o l. ſi fur. ſi cert. pet.
p uerſ. ſupereſt. ñ. intellectu.

tiliani, nõ tamẽ debitor eam acceperat, vt Quintiliani, ſed ipſius Zoſæ. Nec mouet ratio Rapha. Alexand. Aretini, & Iaſon. ex mentione officij exiſtimantiũ cenſeri contractũ procuratorio nomine[a]: quia etiamſi id verum ſit, non ſequitur, quin potuerit debitor pecuniam accipere, tanquã ipſius Zoſæ eſſet. etenim

21 † procurator generalis dominiũ pecuniæ ipſe habet[b], & ſolùm ad reddẽdas rationes domino tenetur. Nihil ergo obſtat, quin debitor potuerit pecuniã accipere, tanquã Zoſæ, licet per ſtipulationẽ promiſerit reſtituere domino. procurator ergo generalis nõ tam facilè nudum miniſteriũ pręſtare intelligitur, ſicut

IIII. ſpecialis[c]. qua de re alibi. Idem quoq; cenſuit

22 Bartolus, cùm † verè nullam pecuniã numeratã B conſtat, ſed debitor cõfeſſus eſt ſe recepiſſe. cùm enim mutuum id ciuile ſit[d], nõ autem naturale, non poteſt abſenti quæri[e]. actio ergo ſolius præſentis eſt. quo caſu & lex noſtra intelligi poteſt. Hincq; infertur, eum, qui ex numeratione, & ſic ex mutuo naturali agit, non poſſe obtinere, ſi inſtrumentũ duntaxat cõfeſsionis, & ſic mutui ciuilis exhibeat, ſicut hîc, qui agit ex numeratione nõ obtineret, ſi ſtipulatio vtiliter adiecta fuiſſet, quoniam per ſtipulationẽ ſublata eſſet cauſa C numerationis[f]. Quod tamẽ non procedere Alexander cenſuit, quando cauſa ſecũdum ęquitatẽ tractaretur, vel ſola facti veritate inſpecta. Vnde ſatis ſentiũt Doctores, durã rigidamq; nimis ſuprà ſcriptã opinionẽ eſſe. Atqui omnes iudices iure noſtro iurant ſe æquitatẽ omnem ſeruaturos, ſecũdum quod ipſis videbitur iuſtum[g]: ſublatæq; ſunt hodie formulæ actionum[h], & maximè iure pontificio[i]. Meritò ergo fuerunt, qui contradicerent, & nihilo minùs debere iudicem D reum condemnare exiſtimarent[k], maximè cùm libellus aliquo modo, quamuis impropriè acceptis verbis, defendi poſsit. Sed hanc ego quæſtionem alibi attigi[l], eſt enim vulgatiſsima, præſertim pontificiis[m].

a l. fi. de inſt. l. quęcunque de procur.
b gl. iij. d. c. ſi tibi Rayn. Cin. d. l. qui mihi. l. qui negotia. mand.
c l. & licet. de conſt. pec. dixi l. ſingularia. ad fin. ſi cert. pet.
d l. ij. §. ſi cert. pet.
e d. l. ea, quæ ciuiliter.
f d. l. cũ enim.
g §. fi. in authẽ. iuſiurãd. à mor. præſt.
h l. j. C. de formul.
i c. dilecti. de iud.
k §. ſi minùs. §. ſeq. Inſt. de act.
l d. §. ſi nũmos.
m Fel. c. ſi cautio. de fi. inſt. c. cũ uenerabilis. de except.

Supereſt quæramus, an ex numeratione ipſe qui contraxit[4] pecuniam creditam petere poſsit. nam quoties pecuniam mutuam dantes, eãdem A ſtipulamur: non duę obligationes naſcuntur, ſed vna verborũ.

a SVPEREST IPSE, QVI CONTRAXIT[a].

23 Et ſic libertus. Sed † quomodo actio liberto quęri poteſt, cùm nomine alieno numerauerit? atqui abſenti debuit quęri[n]? Et Veteres intelligendum de iis caſibus exiſtimant, quibus nõ abſenti, ſed præſenti quæritur, quos proximè collegi. E Alii pronomen *ipſe*, non ad libertum, ſed ad patronum referunt. videtur enim patronus ipſe numeraſſe miniſterio liberti[o]. quod Rapha. Paulus, Alexander, Iaſon probãt. Alij mutari caſum hîc arbitrantur, & Iuriſconſultum loqui, cùm libertus non patroni nomine, ſed ſuo numerauit. Sed vidẽtur mihi omnes iſtorum interpretationes in eundem finem corriuare, & Iacobum ab Aren. non tres intellectus, ſed vnum hîc adſcripſiſſe. F ſiquidem licet in themate ſtipulatio concepta ſit, vt domino detur, tamen non ſequitur etiam numerationẽ domini nomine factam eſſe[p]. Sed hoc à iure declarationem recipit. aut enim pecunia erat ipſius liberti, quod (vt ſuprà dixi) pręſumitur in eo, qui generalis procurator ſit, & videtur nomine ſuo numeraſſe[q]: aut erat patroni, quod in ſpeciali procuratore credẽdum eſt, & videtur nomine quoque patroni numeratum[r]. Meritò Iuriſconſultus ſimpliciter dixit ipſi, qui contraxit, dari actionem: quia cùm eſſet actor, & ſic generalis procurator, videbatur ſuo nomine numeraſſe: nec tamen negat, quin quo nomine numerauit, eo agat, quod expreſsiùs à Iuriſconſulto declaratum non fuit: quia in hoc cardo quæſtionis nõ vertebatur. Sed

24 † maior eſt difficultas, quomodo in caſu legis noſtræ agi ex numeratione poſsit, cùm de ea non conſtet, ſed ſola confeſsio interuenerit, quæ propter non numeratæ pecuniæ exceptionẽ inefficax videtur[s], incumbitque onus creditori, vt probet reipſa numeratam fuiſſe pecuniam[t]. Reſpondent ali-

I. qui, intelligi hanc legem, cùm huiuſmodi exceptio obiecta non erat: ſiue, quia conſtabat numeratam fuiſſe pecuniam, vt Angelus ait: ſiue, quia lapſum eſſet biennium, quod tempus huic exceptioni præfixum eſt, vt Raph. mauult: ſiue, quia aliter ei renuntiatum fuiſſet. quæ ſententia & diuinatoria eſt, & legi noſtræ non conueniens.

II. Angelus ergo aliter reſpondet. ſicut enim propter confeſsionis iterationem ceſſat hæc exceptio[u], ita & in caſu noſtro ceſſare exiſtimanda eſt, in quo in primis confeſsio ſerui actoris adfuit, quæ per aliam ſubſequentem ipſius domini fuit approbata. nec hîc argui poteſt vlla debitoris ſpes, aut facilitas erga creditorem, quæ ratio eſt ſuprà ſcriptæ exceptionis: ſed potiùs erga actorem ſuum, cuius factum dominus approbauit. Neç mouet ratio Imolæ, vnicuique propriam confeſsionem magis nocere affirmantis, quàm alienam[x]: quia hoc in caſu & domini ipſius confeſsio acceſsit. Præterea etiam ſerui atteſtatio, quam & ſi aliàs infirmam, potuit dominus approbare[y], vt quæ ſingula non proſunt, coniuncta iuuent. quod non rarò fieri videmus[z].

III. 25 Ego † didici confeſsioni ſimplici obſtare exceptionem non numeratę pecunię, & onus probandi ad creditorem verti[a]. At quoties ſtipulatio acceſsit, vti in caſu noſtro factum eſt, exceptionem in factum dari[b], quam is, qui proponit, probare ſecundum regulas iuris debet: quia lex, quæ onus probationum in creditorem tráſfert, de hac in factum exceptione non loquitur[c]. præſumit autem lex neminem ex ſtipulatione obligari, niſi verè rem acceperit: ideoque Iuſtinianus, licentia nemini (inquit) ſit cauſę probationem ſtipulatorem exigere[d]: quã legem violant Doctores, qui de alia cauſa intelligũt, quàm mutui[e]. atqui lex illa maximè de mutuo datis pecuniis loquitur. quam ſententiam & Nicolaus Abb. probat, & ego ſolitus ſum ſequi[f], ſuadetque ratio: nã ex ſimplici numeratione nemo poteſt in plus obligari, quàm re ipſa peruenerit[g]. meritò ergo in obligatione, quæ re contrahitur, onus probandi ad creditorem pertinet[h]: at in obligatione, quę verbis contrahitur, poteſt quis vltra obligari[i], vt meritò grauari ſtipulator non debeat, ſed verbis ſtandum interim ſit, quadratque optimè hæc ſententia verbis noſtræ legis, & multas interpretum ambages extinguit, quas ipſi ad hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ pertinentes hîc congeſſerunt: ego alibi loco ſuo diſputaui[k]. Hincque infertur ſecundum ſuam naturam ſtipulationem regi, non autem obligationis, quæ re contrahitur, naturam imitari,

n d. §. quoniam.
o d. l. & licet. de conſt. pec.
p d. §. quoniam.
q l. qui negotia. §. mand. dixi l. ſingularia. ad fi. §. ſi cert. pet.
r d. l. & licet.
s Inſtit. de liter. oblig. & l. j. C. de non numer. pec.
t l. iij. C. de non nu. pec.
u gl. l. in contractibus. uerb. penitus. eo. C.
x arg. l. id, quod noſtrũ. de reg. iur.
y c. cũ cauſam. in fi. de probat.
z l. j. §. iidẽ Cornelio. de quæſt. ubi Bart.
a d. l. iij.
b l. cũ ultrà. C. eo.
c d. l. iij.
d l. generaliter. C. eo. tit.
e gl in d. l. generaliter. in uerb. eamq;. in princ. & ibi Doct.
f l. qui pecuniã. ubi dixi, ſi cert. pet. Abb. c. fi. de ſolut.
g d. l. cũ ultra.
h d. l. iii.
i l. rogaſti §. ſi tibi. ubi Doct. ſi cer. pet.
K d. l. qui pecuniam. & d. l. ij. §. fi. ſi cert. pet.



imitari, quamuis ei acceſſerit. quod & ſuprà in Rub. diffuſiùs oſtendi.

a PLANE SI PRAECEDAT *a.* ¶ Per † ſtipu-

25 lationem ergo inutilem non cenſetur quis à naturali obligatione recedere, quæ ex numeratione oritur. Quæ ſentẽtia quomodo intelligenda ſit, alibi Bart. quatuor (vt ipſe vocat) combinationibus explicat[a], quas iterum hîc inculcare nõ expedit. Subiicit idem Bart. hoc procedere, etiã ſi de numeratione non conſtet, niſi ſola cõfeſsione, vt in legis noſtræ caſu. Hincq; infert generaliter, infirmato, inutilíve cõ B tractu cõfeſsionem in eo factam adhuc valere, & fidem aduerſus confitentem facere. Quæ cõcluſio certiùs procedit, cùm contractus à principio ſemel valuit. Vnde confeſsio facta in actis adhuc ſuſtinetur, quamuis lapſa ſit cauſæ inſtãtia. quod Bald. & alij docuerunt[b]. Idem, ſi actus ſaltem naturaliter valuit, vt in lege noſtra. Vnde cõtractus inutilis à muliere non ſeruata ſtatuti forma celebratus, cùm naturalem obligationem pariat, vti- C lem quoq; confeſsionem habet[c]. quod & Paulus Caſtrenſis reſpondit, & Iaſon hîc refert. Qua ratione & confeſsio in iudicio nullo facta, tamẽ probat, dum modò iudex competens adfuerit[d]. nec enim in confeſsionis cauſa iudiciarios ꝓ-

I. ceſſus curamus[e]. Sanè intelligenda eſt ſuprà

27 ſcripta Bartoli ſententia, vt † cõfeſsio talis valeat, nec ab inutili contractu infirmetur: ſi aliàs tamẽ de ſe ſit valida, vt quia per errorem non ſit facta,

II. neq; vi, aut metu expreſſa[f]. Sed & intelligenda D eſt in confeſsione, quæ æquè principalis ſit, atq; eſt contractus inutiliter celebratus. ſi enim acceſſoria ſit confeſsio, nõ poterit ſuſtineri, ſed naturam ſui principalis ſeruabit[g]. quod Iaſon hîc pluribus exemplis docet: indiuiduis enim vitiato principali etiam acceſsiones vitiantur[h]. Videtur autẽ acceſſoria, quando in vim cauſæ contractus duntaxat adiecta eſſet: quod Bart. ſuprà ſenſiſſe videtur[i]. Idem ſi tacitè & quadã ex conſequentia ſtipulationis ſolùm colligeretur[k]. Sed & ſi

III. cauſa confeſsionis ipſe contractus fuiſſet, vt quia E aliàs debitor non fuiſſet confeſſurus, Alexander tradit eam non ſuſtineri, & ego alibi attigi[l]. Videtur enim tali caſu defecta contractus infirmitate confeſsio, ſeu ex cauſa erroris, retractari poſ-

IIII. ſe[m]. Idemque, cùm eadem ratio, quæ contra-

28 ctum infirmat, etiam confeſsioni obſtat. tunc † enim qui contrahere prohibetur, etiam confiteri nequit[n]. quæ omnia alibi à me diffuſiùs explicata non vlteriùs proſequor[o].

a d. §. ſi nummos. ubi dixi.
b Bal. l. properandum. ad fi. princip. C. de iudic. Abb. c. pen. de iudic.
c Bald. Ang l. j. C. de præſcrip. xxx. an.
d l. ſi confeſſus. de cuſtod. reor. ubi Bart. c. at ſi clerici. de iudic.
e c. fi. de reſt. ſpol. c. de. conſtitutionem. in fi. de elect.
f l. fi. §. de conſt. pec.
g gl. l. ſi patronus. in fi. ſi quid in frau. patro. Bal. l. ex teſtamento. C. de fideicom.
h Doct. l. j. §. pe. §. eo
i Bar. l. j. §. ſi qs ita. in fi. §. eo.
k gl. c. j. de teſt. in 6. ubi Domi. uerſ. nota.
l Alexan. l. j. §. ſi uir. de ac. poſ. ubi dixi.
m Bar. l. poſt legatũ. de iis, qb. ut indig.
n l. certũ. §. pe. de confeſ.
o dixi d. §. ſi nũmos.

Planè ſi pręcedat[a] numeratio, ſequatur ſtipulatio: non eſt dicendum, receſſum à naturali obligatione. Sequens ſtipulatio[b], in qua ſine adiectione nominis vſuras ſtipulatus eſt, non eodẽ vitio laborat. neq; enim malignè accipiendum eſt, eidem ſtipulatum vſuras, cui & ſortem, videri. ideoque in liberti perſona valet ſtipulatio vſurarum, & cogitur eam patrono cedere. A

b SEQVENS STIPVLATIO *b.* ¶ Stipulatio ergo vſurarũ imperſonaliter concepta, in eum caſum intelligitur, quæ valere poteſt: id eſt, non vt abſenti ſtipulatũ ſit dari, ſed vt ipſi liberto pſenti. & quamuis aliàs in ſtipulatione acceſſoria cẽſeatur repetita qualitas[p], vt infrà videbimus, nõ tamen cenſetur repetita perſona abſentis, quę actum vitiaret. nec enim vnquã talis repetitio creditur facta, quę ad actus infirmitatẽ pertineret[q].

29 Vnde ſolet dici, qualitatem † quæ vitiat, non cen-

30 ſeri repetitam[r]: & † clauſulam in fine poſitã, ad ea capitula non referri, quę huiuſmodi relatione infirmarentur[s]. Meritò ergo vt actus ſuſtineatur, ſit interpretatio, vt ſtipulatio vſurarũ in perſona liberti concepta ſit, quamuis ſtipulatio ſortis abſenti facta eſſet. Quid † ergo, ſi act⁹ nihilo minùs ſuſtineretur, an repetita cenſebitur qualitas in ſtipulatione acceſſoria? & hîc videtur probari, cenſeri repetitã. Vnde ſicut in ſtipulatione ſortis Iulia Zoſas procuratorio nomine ſtipulatus eſt, ita etiam in hac vſurarũ clauſula illa procuratorio nomine repetita cẽſe- B tur: quod Bar.[t] hîc generaliter verum eſſe exiſtimat, quotieſcunq; procuratorio nomine quis ſemel agit. nec enim neceſſe eſt ſemper idem repeti, ſed ſatis eſt, ſemel proteſtatum eſſe[u], nec facilè mutatio volũtatis præſumitur: quod alibi ego

32 tractaui. Sic † & videmus locũ ſtipulationis principalis in fideiuſſoria cẽſeri repetitum[x]: & cùm de loco ad tempus plerunq; argumentemur, cõſequens eſt, vt dies quoq; repetita cẽſeatur: quod C ex facto Decius[y] reſpõdit. Qua † ratione & qua-

33 litas appoſita perſonę principali in adiecto quoque repetita videtur, niſi ſpecialiter diuerſa qualitas fuerit adiecto ipſi iniuncta[z]. Proceduntque hæc in caſu ſuo, videlicet, in ſtipulatione acceſſoria, qualis eſt fideiuſſoris, vel vſurarum, vel

I. adiecti. Quòd ſi † propriè acceſſoria non ſit, ſe-

34 cus eſt, qualis eſt ſtipulatio pœnalis, quam alibi oſtendi ex propria natura cenſeri[a]. Vnde ſi promiſeris centum certo loco mihi dare, & ſi nõ D dares, promiſeris pœnam, non cenſebitur in ſtipulatione pœnali repetitus locus: quod Imol. & Alexand. hîc tradunt[b], & ex facto reſponſum

II. fuit. Qua † ratione prorogata iudicis iuriſdi-

35 ctione, ſi pars mutarit ſententiam, receptum eſt, ſub eo in id, quod intereſt, conueniri pœnitentẽ non poſſe, quia prorogatio litis, quæ factum cõtinet, ad id, quod intereſt non trahitur[c], quoniã id æquè principaliter ſubrogatur, non autem in

III. conſequentiam facto accedit[d]. Sed & quandoq; propter anguſtam rei naturam repetitio in E obligatione acceſſoria non fit, vt cùm quis fideiubet, non in omnem cauſam. nõ enim cenſetur quicquã de vſuris promiſiſſe[e]. ſicut qui pro magiſtratu municipali fideiubet, ad pœnã maleficij

IIII. nõ tenetur[f]. Sanè † in materia correctoria re-

36 ceptũ eſt, diſpoſitionem legis aliquid in vna acceſsione inducentis, ad aliam non trahi. & ideo cùm Iuſtinianus induxerit ius hypothecæ, quod numerationi accedit, abſenti acquiri poſſe[g], nõ cenſetur idem in ſtipulatione vſurarum conſti- F tuiſſe, vt ſuprà dixi, ne ſcilicet lex noſtra correcta cenſeatur, quæ neceſſariam eſſe ceſsionẽ diſertè ait: & licet Bartolus aliter ſenſerit, eius tamen opinio recepta nõ eſt, vt Iaſon hîc docet, & ego

V. alibi diſputaui[h]. Hincq; † conſequẽs eſt, vt re-

37 petitio hęc etiam in ſtipulatione acceſſoria locũ non habeat, quoties aliquid iniquũ improbúmve induceretur. quod Nicolaus Abb. reſpondit[i]. nam ſi in lege noſtra nõ fit repetitio perſonę abſentis, ne actus ſit nullus, multò magis fieri nõ debet, ſi iniuſtum aliquid induceretur.

PLERVN-

L. 126. Si ita ſtipulatus fuero. § Chriſogonus.
31
p l. ſi, ut propo nit. de fideiuſſ. gl. ſi quis à filio. de leg. j.
q l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. de leg. j.
s l. talis. §. de legat. j. l. cũ uulgari. de dot. pleg.
t Bar q. antepẽ. Fel. c. cũ M. de conſtit.
u l. qui ſeruũ. in fi. de interrog. act.
x d. l. ſi, ut proponitur.
y Dec. conſ. ij.
z l. fi. §. fi. ſ. eod. ubi Aret. 4. not. iij.
a l. 4. §. Cato. ubi op. Bar. §. eo.
b arg l. qui fundũ. de contrah. emp. Mod. l. ſi conuenerit. de iuriſd. om. iud.
c Dec. c. de iudic.
d l. per retentionẽ. C. de uſuris.
e l. fideiuſſores magiſtratuũ. in princ. & §. pro Aurelio. de fideiuſſor.
f l. ſi fideiuſſ. C. de fideiuſ. Alex. cõſ. 34. in ij.
g l. ij. C. p quas perſon.
h d. §. ſi nũmos. in tertio caſu.
i Abb. cõſ. lxxv. in ij.

**Plerunque enim** *a* **in ſtipulationibus verba, ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt. rarò** *b* **ineſſe tempus vel cõditionẽ ex eo quod agi apparebit, intelligendũ eſt: nunquam perſonam, niſi expreſſa ſit.**

a PLERVNQVE ENIM *a.* ¶ Adnotant hîc
omnes, perſonam extrinſecus ſubintelligẽdam
non eſſe, faciliuſq́; tempus, vel conditionem aſſu
mi, quàm perſonam. nam quamuis ſæpenumerò
de perſona ad tempus, vel conditionem argumẽ
temur [a], difficiliùs
tamen ſubauditur
perſona, vtpote
quæ ad rei eſſentiã
pertineat [b], quàm
huiuſmodi qualita-
tes, quæ rei ipſius
quædam acceſsio-
38 nes ſunt. Hincq́; eſt, quod † licet de re ad rem,
de caſu ad caſum plerunque argumentãdo pro-
cedamus [c], de perſona tamen ad perſonam non
fiat extenſio [d], niſi ex magna cauſa, putà fauore
liberorum, & ſuſtinendi actus, & iuſto impedi-
mento [e]: quod alibi declaraui. Hinc & actus, qui
ex defectu perſonæ non valet, nec in aliam qui- B
dem ſpeciem plerunque ſuſtinetur [f]: cùm tamen
ſecus ſit, ſi alia ratione vitiaretur [g]. Hinc ſi in ea-
dem clauſula de diuerſis rebus coniunctim aga-
tur, qualitas pręcedẽtis repetita cẽſetur [h]. Quod
tamen non procedit, cùm de diuerſis perſonis a-
gitur [i]. Nam & quod ſolet dici, eum, qui conſe-
quens velit, etiam ea velle, quæ neceſſariò ante-
cedunt, non procedere Bal. cenſuit, cùm perſo-
na extrinſecus ſubaudienda eſſet [k]. Et licet ſub- C
reptio non reddat inutile reſcriptum, quotieſcũ-
que princeps aliàs eſſet conceſſurus, tamẽ ſecus
eſt, ſi ad aliam perſonam diſpoſitio traheretur [l].
Hinc verba ſententiæ, *Me, Titio, & Seio, & ſocijs con-
demnatis*, potiùs impropriè accipiuntur, quàm vt
perſonę ſociorum extrinſecus accipiantur, vt ex
facto Chriſtophor. Caſtellio reſpondit [m]. Hinc
infert Bartolus, eum, qui promiſit me non offen
dere adiecta pœna, nõ incidere in eam, ſi fratrem
meum offenderit. nec enim perſona fratris intel D
39 ligitur, niſi expreſſa ſit [n]. Vnde † ſi cliens fratrem
domini occidat, non reuerteretur ad dominum be
neficium [o], quod alioquin reuerteretur, ſi domi-
no facta eſſet iniuria [p]: eſtque hæc ſententia com
muniter approbata. Pœna enim conuentionalis
de iniuria ſpecialiter mihi facta videtur accipien
da, non quæ per mediam perſonam ad me perti-
neat [q]. Sed hæc alibi commodiùs. Rurſus in-
fert Alb. lex lata eſt, vt Titius cenſeatur eſſe ex pa
tritiis Florentinis, qui eorum in Republica dete-
rioris ſunt conditionis, quàm plebeij: nunquid E
ad perſonam quoque filiorum trahetur? & reſpõ
det non trahi, ne perſona ſubintelligatur [r]. Quæ
ſententia certior eſt in iis filiis, qui ante latam le
gem iam nati eſſent. nec enim facilè eorum ius
perimi debet [s]. Cæterùm aiunt Doctores, per-
40 petuam non eſſe ſuprà ſcriptam regulam, & † quã
I. doque perſonam extrinſecus ſubintelligi: Vt ſi
aliàs non facta huiuſmodi interpretatione, ſtipu
II. latio eſſet nulla [t]: Vel, ſi ex natura actus ſubau-
III. ditio fieret, putà in contractu ſocietatis [u]. I- F
41 demque, ſi † ex qualitate perſonæ hoc depræhen
deretur, vt quia procurator meus ſimpliciter in
cauſa ad me pertinente ſtipulatus ſit talem ſiſti,
& quanti ea res erit, dari, intelligitur ad meam v-
tilitatem ſtipulatus [x]. quod & Bart. tradit, cùm
procurator meus imperſonaliter ſtipulatur [y]. fit
enim ſemper interpretatio ſecundum id, quod
veriſimiliter actum eſt [z]. Quod etiam ad procu-
ratorem trahitur, qui nomine ſuo rem receperit.
videtur enim domini nomine feciſſe, ſi ſtatim

a l. qui plures liberos. de uulg.
b l. Pomponius. in fi. de acq. poſ.
c l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. & quid ſi is. ubi Aret.
d l. Titius. in princ. de lib. & poſthu. l. ſi ita quis. §. pen. de teſta. tut.
e l. iij. C. de inof. teſt.
f l. multũ. ff. eo.
g l. j. §. ſi quis ita. ubi Bar. ff. eo.
h l. Seia. §. Caio. de fun. inſtru. Dec. conſ. 480.
i l. fi. §. Seio de leg. ij.
k l. fi. C. de hær. inſt. ubi Bald. opp. xvj.
l Fel. c. ſuper literis. de reſcrip.
m in ſubſcri. cõ. 7. Raph. Com.
n l. ſi unus. §. ante oĩa. de pact.
o c. j. an ille, qui interfec.
p c. j. §. cuique. §. præterea. quæ fuit prima cau. benefic. amit.
q gl. l. iij. §. ſi tutor. de ſuſpect. tut.
r c. pe. & fi. de offic. deleg.
s Doct. l. iiij. C. [illegible] eccl.
t [illegible] Caius. ſol [illegible] d. l. pe. ff. ſi quis caut.
u l. ſi quis uni. ad fi. rem rat. hab. ubi Bald.
x d. l. pe. ſi quis caut.
y l. poſt dotem. ſol. mat.
z l. iiij. §. j. de manumiſ.

poſt mandatum id factum ſit [a]. Quare † & fa- IIII.
uore dotis proditum eſt perſonã extrinſecus ac- 42
cipi, cùm extraneus, qui dotem dedit, ſimpliciter
ſtipulatus eſt dotem reddi. intelligitur enim, ſe-
cundum Bar. mulieri reddi ſtipulatus [b], tametſi
hac in re non imme
ritò Imola dubita-
uerit. Sed & pro- V.
pter præcedentem
interrogationẽ quã
doque perſonam in
reſponſione repeti-
mus, vt ſi interrogẽ,
*Promittis mihi dare & Titio?* tuque reſpõdeas, *Promit-
to* [c], dubium non eſt vtrique promiſſum cenſeri.
Sed † & ſi vnius perſona tantũ expreſſa ſit, ad- VI.
huc de vtroque actum exiſtimabitur, quoties rei 43
communio, & rationis paritas hoc ſuaderet [d]:
quod alibi declaraui [e].
B RARO *b.* * ¶ Quibus caſibus dixi repetitam
cenſeri perſonam, multò magis credendum eſt
qualitates cæteras repetitas cenſeri, quæ, vt hîc
dicitur, faciliùs ſubintelliguntur. Vnde † ſi quis
promiſerit accipere Caiam in vxorem, ſubaudi- VII.
tur conditio, ſi tamen illa dotem dederit. nec e- 44
nim veriſimile eſt id actum, vt indotatam ducat.
quod Baldus docuit [f]. Quod maximè in con- VIII.
ditionibus dicendum, quæ ſecundum naturam
C actus ſubaudiuntur. in iis enim nõ attendimus,
quòd diſpoſitio ſtricta ſit, & ad literam intelligẽda.
Vnde & in iuramento quoq́; ſubintelliguntur [g].
Nam † & tẽpus ſubintelligitur, ſi veriſimilis te- IX.
ſtatoris, vel contrahentiũ mens ſuadeat [h]: vt cùm 45
teſtator ſeruum intra triennium iubet eſſe libe-
rum, ita vt præſtet hæredibus, quod ſe viuo præ-
ſtabat, intelligitur, vt intra trienniũ tantùm pre-
ſtet [i]. cùm enim non præſtiterit, niſi ſeruus, im-
poſitioque diurni ſeruis iniungi, non liberis ſo-
D leat, credi potuit voluiſſe teſtatorem intra illud
triennium onus coarctare: quod in qualibet alia
qualitate quoq́; dicendum eſt, ſi de mente per a-
liqua verba appareat [k], vt Aret. reſpondit. Et X.
maximè dicendum eſt, ſi clauſula aliqua adiecta
proponatur, quæ vim repetitionis habeat [l], vt
cùm in libro Rationum ſcriptũ eſt, *Item recepi*, in-
telligitur à ſuprà ſcripta perſona, vt Alexan. cen-
ſuit [m], & non abſimili caſu Aret quoque reſpon-
dit [n]. Videtur autem contrahentiũ mens præ- XI.
cipuè dignoſci tũ ex iis, quę in præfationibus di
E cta ſunt [o], tũ etiam ex iis, quæ ſubſequuntur. quæ
res latiorem habet tractatũ, quàm vt hîc referri
poſsit [p]. Nam & præcedens vtranque diſpoſi- XII.
tionem qualitas ad vtranq́; refert [q]: ſicut & quæ
vtranq́; ſequitur, vtranq́; reſtringit [r]. Quid verò
in media clauſula ſit, alibi diſputandum eſt [s]. Fa
ciliùs autem quę in principali diſpoſitione dicta
ſunt, ad ſtipulationes acceſsionum trahi Bartol.
ſentit [t], & nos eius rei ſuprà aliquot exẽpla re-
tulimus. Ceſſantibus autem ſuprà ſcriptis con-
F iecturis, videtur, ſecundum Bart. & cæteros con
ſtituenda regula, vt qualitas pręcedens non cen
ſeatur in ſequentibus repetita. Tempus ergo, cõ
ditio, modus, & ſimilia, ſecũdum clauſulam, cui
adhęrent, intelligentur: ad aliam non trahentur.
quod notabili ex caſu Alber. ex facto ſe obtinuiſ
ſe atteſtatur [u]. Quæ ſententia maximè proce- I.
dit, ſi de diuerſis orationibus agatur [x]. nec † e- 46
nim qualitas cẽſebitur repetita, cũ ſcilicet vtraq́;
oratio æquè principalis eſt [y]. Item maximè II.
eſt vera, cùm conditio vni perſonæ adiuncta eſt.
non

a Bar. l. qui mihi donat. de do.
b Bart. d. l. Caio. ad fin.
c l. ſi mihi. & Titio. ff. eo.
d d. l. j. C. de diuer. reſcrip.
e l. j. §. ſi qs ſimpliciter. ff. eod.
* aliàs loco raro, legitur enimverò.
f Bal. c. iurauit. de præſumpt.
g gl. c. quemadmodũ. de iureiu.
h l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initiũ. de eden.
i l. Titius. de oper. lib. C. Alberic. d. l. Titia. §. j.
k l. prædiis. in princ. de leg. iij. Aret. conſ. 249.
l l. in repetẽdis. de leg. iij.
m Alex. conſil. xxxvij.
n Aretin. conſi. cxxxv.
o l. Titia. §. j. ff. eo l. itẽ. de pact.
p l. ſi ſeruus. §. fi. de leg. j.
q l. fi. §. fi. ff. eod.
r l. mulieri. de cond. & demõ.
s l. iij. §. filiũ. de lib. & poſthu. & l. talis. de leg. j.
t d. l. ſi, ut proponitur.
u Alber. l. Titia. §. j. ff. eod.
x Aret. conſil. xvij.
y Bar. conſi. iij. in fin.



**¶ Si ita ſtipulatus** *a* **fuero, te ſiſti: & niſi ſteterit †, aliquid dari, quod promittenti impoſsibile eſt: detracta ſecunda ſtipulatione, prior manet vtilis, & perinde erit, ac ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem.**

nõ enim trahetur ad aliã, quamvis vna verborũ
conceptione ei coniunctam [a]. Putauerim tamen
hoc caſu, ſi non repeti qualitatem, aliquã ſaltem
declarationem ex ſuperioribus ſumi. Vnde cũ
pontifex iuſsiſſet mihi de ſacerdotio provideri
vacãte per mortem
Titij, vel alio mo-
do, intellexerũt ple
riq́;, alio modo, ex
perſona tamen Ti-
tij [b]. Quòd ſi duplex
eſſet verborum cõ-
ceptio, vt quia ſub-
iectum fuiſſet, vel alio modo vacet, tunc nullum
Titij reſpectum eſſe [c]. quod quadam diſputatio-
III. ne Calderinus cẽſuit. Addit Bart. generaliter ve-
rum eſſe, vt quamvis vna verborum cõceptione
qualitas contineretur, ſi tamen diſpoſitionem i-
pſam qualitas reſpiciat, nũquam repetita cẽſea-
tur [d]. Vnde hęc ſtipulatio, *Decem tibi dabo, qua die pe* B
*tieris, & eorum vſuras in dies triginta*, nõ efficit, vt repe
tita cenſeatur clauſula [e]. *Qua die petieris*, ſed vſuræ
ex die ſtipulationis currũt [f]. Verùm alia ratione
ſuprà ſcripto caſu nulla fit repetitio, nempe quia
clauſula illa, *Ex die, qua petieris*, ferè pro nõ adiecta
habetur, cùm admonitionem duntaxat, nec cõ-
ditionem contineat [g]. Meliùs ergo hanc ſenten-
47 tiam Alfeni reſpõſum adiuuat, in † quo hæc ver-
ba, *Emptor in diebus triginta proximis fundum metiatur,
& de modo agri renuntiet*, nõ intelligũtur vt renũtia
tio quoq́; intra triginta dies fiat [h], ſed fortè id ex
eo inducitur, quòd in re dubia interpretatio adver-
ſus venditorem fieri debeat [i]. Vnde infertur: po-
ne, ſcriptũ erat in inſtrumẽto, quemadmodũ Ti-
tius alumẽ vendiderat, & promiſerat in portu Pi
ſano exoneratũ tradere emptori, omni periculo
expenſaq́; ſua: quæſitum eſt, an & vectigal ad vẽ
ditorem pertineret? & Alex. [k] reſpõdit, non per-
tinere: quia vectigal nõ exonerationis, ſed ipſius
cõtractus onus eſt [l], & clauſula illa *Omni expenſa*,
ad exonerationem refertur, non ad venditionis
præcedẽs verbum. qua in re ego ambigo [m], quia
poſterior clauſula ad vtrũque potiùs videtur re-
ferẽda [n], & quia interpretatio in re dubia adver-
ſus vẽditorem fieri debuit. Rurſus infertur: Prin-
ceps beneficiarium caſtrũ mihi nomine meo, &
Alexãdri & Franciſci fratrum meorum recipiẽti
cõceſſerat, pro nobis deſcendẽtibuſque noſtris
maſculis: ſubieceratq́;, *Ita quòd vno ipſorum fratrum
ſine liberis decedente, pars eius ad alium, ſed alios ſuperſtites
perveniat*: quæſitũ fuit, num non ſolùm filij in par
tem ſuorum parẽtum admittãtur, ſed etiam pa-
truorum? vt ſi vnus, putà Franciſcus deceſſerit, fi-
lij aliorum fratrum ſuccedant? & Alexãder [o] re-
ſpondit, non ſuccedere, ſed eam partem ad prin
cipem reverti: quia clauſula illa, *Ita quòd vno*, &c.
ad fratres tantùm refertur, nõ ad fratrum filios,
Ego non video, cur dictio *Alius ſuperſtites*, non poſ
ſit etiam fratrum filios compræhẽdere [p], & ideo
reſponſum hoc non probo: & licet Alexãder au-
ctoritate Bartolus hîc nitatur, non ſat perſpicio,
IIII. quomodo eum Bartolus hîc adiuuet. Sanè † il-
48 lud receptiſsimum eſt, diem conditioni adiectã,
quæ in facto tertij conſiſtat. repetitam etiã in ea-
dem clauſula non cenſeri [q]: vt ſi dictum ſit, *Si Ti-
tius ante Calendas Maias in Italiam non venerit, decem dare
ſpondes?* non fit repetitio, vt decem dari promiſſa
ſint ante Calendas Maias: licet ſecus ſit, ſi condi-
V. tio in facto promiſſoris conſiſtat. quod ſuprà de-
49 claraui [r]. Cæterùm † & quoties prior aliqua

a l. fi. §. Seio. de leg. ij. l. Iulianus de cond. & demonſt.
† ſtiteris, aliàs.
b Car. conſ. xxx. Feli. c. in noſtra. iiij. fal. de reſcri.
c Lap. & Doct. c. ſuſceptum. de reſcript. in vj.
d l. ſi neceſſaria.
e l. ſi annua. de pig. act.
e Alex. conſ. xij. in ij. Aret. conſ. xcv.
f l. ſi ita quis. ff. eod.
g l. ſi x. ff. eod.
h l. qui fundum. de cõtrah. emp.
i l. veteres. de pact.
k Alex. conſil. j. in iij.
l Bal. l. j. q. iiij. C. de cõtrah. emp.
m d. l. cũ in plures. §. vehiculũ. locat.
n d. l. mulieri & Titio.
o Alex. conſil. cciiij. in ij.
p l. fi. ad Treb.
q l. hoc iure. ff. eod.
r l. in illa. ff. eod.



obligatio nouatur, proditũ eſt in dubio diem in L. 126.
ſtipulatione nouante repetitam nõ cenſeri [s], ni-
ſi expreſſa ſit, vel niſi ſimpliciter dictum ſit, *Quod
mihi ex prima ſtipulatione debes, promittis* [t]? etenim ta-
li caſu dies facit, vt minus promiſſum videatur.

Si ita ſtipulatus fuero.

qua de re ſuprà. Et
hæc quidem in con
tractibus procedũt.
Quid verò ſit in le-
gum, vel ſtatutorũ
verbis? Bartol. alibi
adnotat [u]: ſicut &,
quid in teſtamẽtis
ſit ſentiendum [x]. Ego locum hunc omnem à ſta
tu coniecturali pendére ſcio, & ideo certis regu-
lis coarctari non poſſe, ſed ex qualitate facti præ
ſumptionibuſque diſcernendum.

1 *Principalis vtilis non vitiatur acceſſoria invtili.*
3 *Vſurarum ſtipulatio de iure Canonico impoſsibilis.*
B 4 *Anguſtia temporis vitiat ſtipulationem.*

§. Si ita ſtipulatus.

§. SI ITA STIPVLATVS [a]. ¶ Stipulatio a
† pœnalis invtilis nõ vitiat principalem ex ſe v- 1
tilem, vt cùm quis ſtipulatur *Te ſiſti, & niſi ſteteris,
hippocentaurum dari* [y]. ſicq́; hîc apparet, id, quod v-
tile eſt, nõ vitiari per invtilẽ pœnam [z]. Et † quod I.
de pœna dicitur, idem quoque in vſuris conſti- 2
tuendum eſt: numeraui tibi mutuos centum au-
reos, quos promiſiſti reſtituere calendis: quod ſi
non faceres, in ſingulos mẽſes tot pro vſuris: hęc
C † ſtipulatio vſurarum iure Pontificio cẽſetur im- 3
poſsibilis: meritò ſalua erit ſaltẽ petitio ſortis [a].
Vnde ſi in foro ciuili ſis in omnem ſummam, tã
ſortis, quàm vſurarum, condemnatus, non impe
diet epiſcopus, quin ſortem ſaltem exigam, ſed
pro vſuris duntaxat obnuntiabit [b]. Cæterùm II.
quod de ſtipulatione pœnali hîc dicitur, in alia
quoque, quæ negotio contracto acceſſerit, reci-
piendum eſt: ſine, promiſiſti tyranno arcem illi
intra triginta dies ædificare, operaſq́; tuas loca-
D ſti: acceſsit & ſtipulatio: clarum † eſt eam ſtipula 4
tionem, quæ ſtricti iuris eſt, propter anguſtiam
temporis nullam eſſe [c]: nunquid ſuſtinetur ſal-
tem locationis contractus, qui bonæ fidei eſt [d],
& dies de medio tolletur? & Baldus reſpondit,
contractũ locationis ſuſtineri [e]: quod & Aret. [f]
probat. Sed quid, ſi alternatim concepta ſit ſti- III.
pulatio? putà, te ſiſti, aut hippocentaurum dari?
& adhuc eſſe legi noſtrę locum verius eſt, vt pars
alternatiuæ impoſsibilis pro non adiecta ſit, cẽ-
E ſeaturque pura ſtipulatio [g]. Et hæc quidem ſe-
cundum legis noſtræ regulam procedunt, quæ
tamen perpetua nõ eſt. Quid † enim ſi actum ſit, 5
vt ſtipulatio illuſoria contrahatur [h]? qui enim
hippocentaurum promittit, non tam contrahe-
re velle, quàm illudere cenſendus eſt. Putârim i-
taque, ſi hoc apparet, nec primam quidem ſtipu-
lationem valere. Dicetur autem apparere, ſi pro-
teſtatę eſſent partes, ne ex prima ſtipulatione id,
quod intereſt, peti poſſet, ſed pœna tantùm. vi-
F dẽtur enim tali caſu ſtipulationem validam per
invalidam voluiſſe nouare.

s l. Stich. §. j. de nouat.
t l. qui ſic. ff. eo. vbi dixi, l. aliam de nouat. vbi Bar.
u l. iij. §. ij. vi bo. rap.
x l. licet Imperator. de leg. j. d. §. Caio.
y l. ſi ita ſtipul. fuero. ff. eod.
z l. v. §. prox. & l. j. §. pen. ff. eod.
a l. ſi, vt allegas. C. de vſur.
b Rodul. c. conſuluit. quæſt. cxxxv. de vſur.
c §. loca Inſt. eod.
d l. inſulam. §. j. locati.
e Bal. c. j. §. j. hîc fin. lex.
f Aret. l. continuus. §. illud. ff. eod.
g l. ſi Stichum. ff. eod.
h l. non ſolum. ff. tit. j.

## LEX CXXVII.

2 *Pupillus quomodo conveniri nequeat.*
3 *Pœna ex mora committitur.*
4 *Mora & pœna quandoque committuntur, vbi etiam petitio non eſt.*
5 *Fideiuſsor principali efficaciùs poteſt obligari.*
12 *Fideiuſſoris, expromiſſoris, & ex conſtituto obligati diſcrimen.*

a
3 S PVPILLVS [a]. ¶ Mora † à pupillo, adverſus quem nulla petitio ſit, committi non poteſt: ideoque ea fideiuſſoribus non nocet, niſi ex propria mora ipſi conveniatur. Di-
2 citur † autem adverſus pupillum nullá eſſe petitionē, quoties naturaliter dūtaxat obligatus eſt: quod quando contingat, alibi declaraui [a]. Idem, ſi obligatus ſit & ciuiliter & naturaliter, ſed ſolus citra tutorem ſit interpellatus [b]. nec enim adverſus pupillum ſolum vlla eſt petitio [c], vt receptior ſe habet ſententia, q; Iaſ. hic docet. Interpellandus ergo eſt & tutor, itemque conveniendus, quamvis aliud Bartol. viſum ſit [d]. Adnotanda igitur hîc eſt iuris regula [e]: Vbi nulla petitio ſit, ibi & nullam eſſe moram [f]: & conſequenter nec pœnam, cùm † pœna
3
I. ex mora committatur [g]. Quod intelligendū eſt, niſi actū ſit, vt pœna ex eventu conditionis committatur. iuris enim interpretatione cēſetur ſub eſſe mora, quamvis nulla petitio adhuc fuerit [h].
II. Item intelligendum, vt quamvis mora nó inducatur, poſsit tamen iam inducta conſeruari e-
III. tiam ſi interim ceſſet petitio [i]. Sed & ſi ratione rei ſubſit iuſta cauſa moræ, quamvis reſpectu perſonę non ſit petitio, induceretur mora. Vnde
4 † negotiorum geſtor poteſt in mora conſtitui [k], quamvis adverſus eum nulla ſit actio. quod Bar-
IIII. tolus & cæteri hîc tradiderunt. Sed quid, ſi petitio quidem ſubſit, ſed quæ exceptione excuſsionis declinari poſsit? & videtur morá induci. ná ſi pupillus hîc fuiſſet legitimè in mora conſtitutus, ſentit Iuriſconſultus fideiuſſores obligatos fuiſſe, & tamen conſtat eis exceptionem excuſsionis competere [l]. qua de re ſuprà.

a l. pact. q̄ cōtra in fi. C. de pact. b l. ſi ex legati. § eod. c l. neque impuberes de in ius voc. Alex. l. cōtrà. de re iud. d Bar. l. j. § iuſſi cit de admi. tut. e l. qui habet § ſi pupillus ad fi. de tut. f l. nulla. de reg. iur. g l. ſi pœnæ. de neg. geſt. h l. nuda. C. de contrah. & cō. l. ſtip. non. l. ſi Titius. § eod. i l. in fideicōmiſſi. in prin. de vſur. vbi gl. not. k l. ſi quis ſolutioni in fin. de vſur. l auth. præſente. C. de fideiuſ. dix. § l. cum filius. in prin. § eod.

SCAEVOLA *libro 5. Quæſtionum.*

LEX CXXVII.

A SI pupillus [a] ſine tutoris auctoritate Stichum promittat, & fideiuſſorem dedit: ſeruus autē poſt moram à pupillo factam decedat: nec fi-
B deiuſſor erit propter pupilli moram obligatus. Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. eſſe autē fideiuſſorem obligatum [b] ad hoc, vt viuo homine conveniatur, vel ex mora ſua poſtea.

b FIDEIVSSOREM OBLIGATVM [b]. ¶ Obligationi ergo naturali tantùm poteſt accedere fideiuſſor, qui non naturaliter tantùm, ſed etiá ciuiliter tenebitur [m]. Quod ergo vulgò dicitur, nó poſſe in plus obligari fideiuſſorem, quàm principalis teneatur [n], verum eſt, ſi plus re, cauſa, tem-
I. pore, loco intelligatur [o]. Poterit † tamen effica-
5 ciùs obligari, vt ſuprà ſcripto caſu: quod Accurſ.
II. & cæteri hîc tradiderunt. Nam etiam qui officio iudicis ſolùm tenetur, propriè obligatus nó eſt [p]: & tamen fideiuſſorem dare poteſt, qui effi-
III. caciter tenebitur [q]. Poteſt quoque ex poſtfacto fideiuſsio ſuſtineri, quamvis principalis obliga-
6 tio ceſſauerit [r]: ſicut & in pignore dicimus, cuius
IIII. † obligatio non minùs acceſſoria eſt, quàm fideiuſſoria [s]. Sanè & † pupillus mutuam pecuniam
7 accipiens, nec naturaliter quidem ex mutuo obligatur [t], & tamen ſi fideiuſſorem dederit, valet fideiuſsio [u]: quia cùm curare debuerit fideiuſ- 8
ſor, vt in rem pupilli ea pecunia vertatur, iuris interpretatione cēſetur pupillus naturaliter obligatus fuiſſe: confirmaturque fideiuſſoris obligatio [x], quod alibi declaraui [y]. Cæterùm † & V.
cùm fideiuſſor, qđ vulgò ſolet fieri, ſe principalem conſtituit, nó poteſt allegare ſe in duriorem cauſam adſtringi non potuiſſe. ſuę enim facilitati imputet, qui tali cū clauſula contraxit [z]. 9
Quod intellige, niſi color ſit quęſitus, & iuramentum nó acceſſerit [a]. Nam V.
† & poteſt fideiuſſor pœnam ex morá ſua promittere, quia in ea principalis ipſe cenſetur [b], quamvis reus ipſe nullam pœná promiſerit. Vnde receptum eſt, poſſe fideiuſſorem in plus 10 VI.
C obligari ratione acceſsionum, putà vſurarum & pœnarum [c]. Sed & valet obligatio fideiuſſoris, in qua poſsibile ſit plus exigi, quá à principali. 11
exactio † enim obligationem non mutat [d]. Et VII.
hæc quidem in fideiuſſore vera ſunt: expromiſſor † verò, vel qui ex cauſa conſtituti obligatur, 12
quia principales ſunt, in duriorem cauſam obligari poſſunt [e]. at fideiuſſoria obligatio acceſſoria eſt, & à principali provenit, vnde ſecundum eam regitur. Hincq; notat Aret. Alberic. & Vete-
D res, ſi aliquid per mediam alterius perſoná transferendū eſt, ea perſona impedita, impediri tranſi-
tum [f]. Vnde † ſublata hîc in pupillo mora, cenſe- 13
tur etiam in fideiuſſore ſublata: ſicvt vidimus fracto pôte impediri viam: & ſi medium habile nó ſit, impediri fictionem [g]. Quandoque tamen de via nó curamus, ſed de effectu [h]: & obſtructo vno itinere, poteſt ad metam aliâ viâ perveniri. Vnde
† quoties tacitum aliunde convaleſcere poteſt, 14
quàm quia ab expreſſo pendeat, vitiato expreſ-
E ſo, illud nó vitiatur: quod alibi Doctor. tradiderunt [i].

o §. plus. Inſt. de act. p l. qui per colluſionem. de act. empt. q l. cum quis. §. ſi quis pro. de ſol. r Bartol. l. fideiuſſor obligari. ff. tit. iij. s l. ij. C. de luit. pig. t l. pupillus. §. titul. j.

m l. j. §. ſi quis ita. §. eod. n l. Græcè. §. illud. l. ei, qui. de fideiuſ.

u l. ſi. ff. de iureiur. x l. Marcellus. ff. tit. iij. y d. l. pact. quæ contra. in fin. C. de pact. z arg. l. ſed & ſi citeriori. de conſtit. pec. a Bar. l. ij. qu. ff. tit. iij. vbi Imol. in fin. b l. ſicvt reus. ff. tit. iij. c l. centū. de eo, quod cer. lo. d l. & ſi fideiuſſor. de re iud. e d l. ſed & ſi citeriori. & l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. de dol. l. in perſonam. §. qui pecuniá. de pact. f l. cum vnus. de bo. auct. iud. l. tria. de ſer. ruſt. præd. g l. j. §. ceterum. de acq. poſ. vbi Caſt. h l. cum ſeruus. § eod. i l. j. §. quib. mod. pig. ſol. l. iubemus. l. etiā. C. ad Vellei. Alber. d. l. iij. de ſer. ruſt.

PAVLVS *libro 10. Quæſtionum.*

LEX CXXVIII.

SI duo rei [c] ſtipulandi ita extitiſſent, vt alter vtiliter, alter invtiliter ſtipulare-
B tur: ei qui non habet promiſſorem obligatum, nō rectè ſoluitur: quia non alterius nomine ei ſoluitur, ſed ſuæ obligationis, quæ nulla eſt.

LEX CXXVIII.

5 *Vtilibus non conſeruantur invtilia.*
6 *Stipulatio invtilis in vim pacti ſuſtinetur.*
8 *Donatio filio facta morte confirmatur.*
10 *Explicata ratio, cur debitor in textu non liberetur.*
11 *In alternatiuis an vtrumque in obligatione ſit.*

F SI DVO REI [c]. ¶ Perſona, vel † res in obligationem deducta, ſed invtiliter, non cenſetur ſolutioni vtiliter adiecta [k]. quod varijs exemplis Accurſ. & alij hîc docent. cuius † rei illa eſt ratio, quòd quando de obligatione contrahenda agitur, actus invtilis non ſuſtinetur alio modo, quo fieri poſsit [l]: qua de re ſuprà. quæ enim ad vnum finem inducta ſunt, ad alium trahi non debent [m], & conſenſus certi effectus cauſa adhibitus, non eſt ad diuerſum producendus [n]. c 1 2
ſic

k § eod. l. ſi ita. § Chryſogonus. verſ. ſed quod patrono. l l. j. §. cum, quis. de conſtit. pec. l. j §. ſi quis ita. §. eod. m c. ad noſtrā. de app. c. j de iureiur. in vj. n Bal. c. j. an ag. vel fil.



3 ſic † & clauſula ob vnam cauſam appoſita, ad aliam non extenditur [a], vt hîc Iaſ. docet. Qua ratione & iudicium adverſus reum acceptum alteri non nocet. quod Bald. cenſuit [b]. Et confeſsio pro teſtimonio ab aliquo effutita, non poteſt cótra ipſum, tāquam partem principalē, in alio iudicio induci [c]. Sanè † non vi-
I. detur ad diuerſum
4 effectum res trahi, quando is continebatur in prioris fi-
5 nibus. Vnde † ſeruitus ad viam inducta, ſi invtiliter in via concepta ſit, ſuſtinebitur nihilo minùs in vim itineris [d]. & enim in via conſtat comprę hē-
6 diiter. Sic † ſtipulatio invtilis plerunque in vim pacti valet [e]. in ſtipulatione enim ſemper ineſt pactum. Sic conſtitutum nullū, quia debitum non præcedebat, in vim pacti valebit [f]. non enim minus in conſtituto ineſt pactum, quàm in ſtipulatione ineſ-
7 ſet. Sic † donatio cauſa mortis abſenti facta, in vim fideicommiſsi propter donatoris volūtatē
8 valebit [g]: & † donatio filiofamiliâs invtiliter à patre facta, morte tanquam legatū confirmabitur [h]. etenim legatum, vel fideicommiſſum rectè donatio appellari poteſt [i]. Sed & promiſsio ex cauſa dotis facta, quę non valeat, quia dos recepta nó ſit, in vim donationis defenditur [k]. nihil enim impedit ex cauſa donationis dotem cōſtitutam
II. eſſe. Addit Bart. actum, qui † ex perſonæ vitio
9 nullus eſt, nihilo minùs eo modo, quo fieri poteſt, ſuſtineri, ſi de fauore liberationis agatur [l]. Quæ ſentētia legi noſtræ repugnat, alioquin debito ſoluēdo ei, qui invtiliter ſtipulatus eſt, debuit liberari tanquam adiecto ſoluiſſet. Nec obſtat, quod lex ait, quacunque ratione procurator tuus à me liberatus eſt, id tibi prodeſſe [m]: quia intelligi debet, cùm procurator eſt liberatus: ſed per actum invtilē non poteſt dici liberatus: quia lex, procurator (inquit) acceptum ferre non po-
III. teſt [n]. Certior eſt illa declaratio, cùm partes egerūt expreſsè, vel tacitè, vt actus ſuſtineatur eo modo, quo fieri poſsit. Vnde ſi hîc actum fuiſſet, vt altervtri, tanquā adiecto, poſſet ſolui, proculdubio debitor ei ſoluēs, qui invtiliter ſtipulatus eſſet, liberaretur [o]. quod Caſt. Alex. Iaſ. hîc docuerunt. Idem, ſi tacitè, per legitimas tamen coniecturas, hoc appareat [p]. Sed hîc latior eſt tracta-
10 tus, quàm vt vlteriùs ſit attingendus. Sanè † ſentit hoc & Iuriſconſultus, qui ideo nó liberari debitorem ait, quia ſolutio non propter obligationem validam facta eſt, ſed propter invalidā. Vnde ſecus eſſet, ſi actum ſit, vt adiectus ſolutioni cenſeatur is, qui invtiliter contraxit. Quòd ſi vtraque obligatio vtilis eſſet, dubium non eſt alteri ſoluentem ab altero liberari [q]. vtraque enim obligatio principalis eſt. quòd ſi altera eſſet acceſſoria, eius ſolutione principalis non ipſo iure, ſed ope exceptionis tolleretur [r].

a c. cle. j. §. ad hæc. de præbend. vbi Card. iij. oppoſ. b Bal. auth. nouo. in fin. C. de pœna. iud. prępoſ. c. ſuper eo iij. not. de eo, qui cog. c Rot. deciſ. dccclv. quidā agebat. d l. ſi tam anguſti. de ſeruit. e gl. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. de pactis. l. j. ff. de nouat. f l. hactenus. de conſt. pec. vbi Doctor. g Bart. l. j. de don. cau. mort. h Alex. l. ſi don. C. de collat. i l. leg. de leg. ij. k l. ſi diuortio. § eod. l Bar. d. §. ſi quis ita. & l. an inutilis. de acceptil. m l. quacunq;. de procur. n l. & per iuſiurandum. §. tut. de acceptil. o l. ſi quis ſtip. fuerit decem in nelle. de ſolut. p arg. c. j. de depon. impub. lib. vj. q l. ij. ff. tit. j.

Eadē ratione qui Stichum aut Pamphilū ſtipulatur: ſi in vnum conſtiterit obligatio, quia alter ſtipulatoris erat: etiamſi deſierit eius eſſe, nō rectè ſoluitur: quia vtraq; res ad obligationē [a] ponitur, non ad ſolutionem.

SCAEVOLA *libro 12. Quæſtionum.*

LEX CXXIX.

SI quis ita ſtipulatus [b] fuerit, DECEM AVREOS DAS, SI NAVIS VENIT, ET TI-
C TIVS CONSVL FACTVS EST? non aliàs dabitur,
A quàm ſi vtrumq; factum ſit. Idem in contrarium, DARE SPONDES, SI NEC NAVIS VENIT, NEC TITIVS FACTVS
B CONSVL SIT? exigendum erit, vt neutrum factum ſit. Huic ſimilis ſcriptura eſt, SI NEQVE NAVIS VENIT, NEQVE TITIVS CONSVL FACTVS EST?

AD OBLIGATIONEM [a]. ¶ Videtur hîc probari, † in alternatiua rerum vtrumq; cenſeri in obligatione eſſe [s]. Quod † non procedit in alternatiua ſummarum, ſeu quantitatum, in quibus nulla probabilis eſt adfectio. Si enim electio in ijs ſit debitoris, ſola minor ſumma cenſetur in obligatione eſſet [t]: qđ ſi electio eſſet creditoris, vel probabilis adfectio, ratione loci, cauſæ, aut perſonæ adeſſet [u], adhuc vtrunque in obligatione eſſe cēſeretur, vt Bart. hîc docet, & nos ſuprà loco ſuo tradidimus. Sanè † propriè loquendo vtrūque in obligatione purè nó eſt, ſed ſub conditione, vt ſi vnum datum nó ſit, alterum detur [x]: & ideo alibi dicitur, vnam eſſe obligationem, quæ duas partes habeat [y], & alibi plures obligationes nó eſſe, cùm vna ſolutio ſufficiat [z]. In † promiſsione quoque generis, putà hominis, conſtat non omnes homines in obligatione cenſeri, licet quilibet ſpecies poſsit ſolui [a]: is verò, qui ſolutus fuerit, retrò præſumetur promiſſus: vnde ad ſolutionis
D tempus in tali obligatione attendimus: ſufficiet ergo, ſi tunc ſoluero Stichum, quamvis ſtipulatoris tempore contractus fuiſſet [b]: quod in promiſsione alternatiua aliter obſeruari hîc dicitur, & nos alibi docuimus [c].

L. 129. Si quis ita ſtipulat [b].
a 11 I. 12 II. 13 III. 14

r l. Modeſtinus. l. Stichum. §. ſi mand. de ſol. l. Papinianus. mand. s l. illud. de cōſt. pec. t l. ſi ita ſtip. fuero, decem. § eod. vbi dixi. u l. ſi is, cui de nouat. x l. cum ita. de opt. leg. y l. hæc ſcrip. de c. d. & demōſt. z l. cum illud. quand. dies leg. l. ſi illud. de l. ij. a l. cum incert. de leg. j. l. Mæuius §. duorum de leg. ij. b l. qui decē. §. Stichum. de ſol. c l. ij. verſ. eiuſdem § eod.

LEX CXXIX.

1 *Coniunctorum concurſus in copulatis.*
2 *Duplici pœna coniunctim impoſita, vtraq; irrogatur.*
3 *Copulata non ſemper concurrunt: eiuſq; ratio. 12.*
E 6 *Copulæ reſolutio fit.*
13 *In conditionibus quandoque coniuncta non concurrūt.*
15 *In alternatiuis vtrunque non eſt in ſolutione: ſed bene in obligatione.*
16 *In alternatiuis negatiuis ſufficit vnum non eſſe factum.*

F SI QVIS ITA STIPVLATVS [b]. ¶ Coniuncta † tá adfirmatiuè, quá negatiuè concepta, requirit cócurſum copulatorum: alternata verò altero contēta eſt. Referuntur autem tria exempla, quibus plures conditiones cō iunctim adſcribuntur, & duo vltima, quibus diſiunctim. Hincque apparet dictionem, *Nec* & *Neque*, negatiuam cum copula continere [d]: quod alibi à me teſtatū eſt. Cōſtituēda ergo in primis eſt cóncluſio, q; in oratione coniuncta requiritur omniū copulatorū cócurſus [e], ſi affirmatiuè concepta ſit, vt vtrunq; adſit: ſi negatiuè, vt vtrunque non adſit. ſi enim vel alterum adſit, vitiatur oratio [f]. Quod & ad clauſulam affirmatiuam I.

b 1
d l. ſæpe. de verb. ſig. l. qdā. teſta. de vulg. e l. ſi hær. plures de condit. inſtit. f l. ſi is, qui ducēta. §. cum ita. de reb. dub. Corn. cōſ. cxcj. in ij.

a l. fi. §. fi. de doli except. in gl. l. inter. in prin. ſ. eod.
producēdum eſt,quæ negatiuam contineat [a],vt
cùm lex vetat epiſcopū eccleſiæ dari, quæ clero
careat & populo, idem eſt, ac ſi ſcriptum eſſet,
quæ non habeat clerum,& populum. Si ergo
b gl. de. in pleriſq. de elec.
alterum habeat, non erit legi locus, vt rece-
ptior eſt ſentētia [b]. Qua ratione ſi ſcripta ſit lex,
c Bal. c. j in fi. de duob. frat. à capit.
*Si quis filio & filia caruerit,ſuccedat frater*, intelligetur,
vt ſi alter adiit, non ſit locus legi:quod Bald.cen
II. ſuit [c],& Iaſ.hîc refert. Procedetq; ſuprà ſcripta
2 regula,& in materia pœnali.Vnde † cùm lex du-
d l. nemo. ij. in fin C. de epiſc. aud. gl. c. j. de re iud. in vj. verb. & contra.
plicem pœnā coniunctim imponit, vtraque erit
irroganda [d],niſi tamen alia ſit legiſlatoris mens.
in dubio enim mitiorē interpretationē facimus,
quod Pontificij tradiderunt [e]. Rurſus procedit,
III. quoties duo adiectiua reſpectu vnius ſubſtātiui
e But. Imo. d. cle. in pleriſque. Alex. conſ. cx. in iij. Soc. conſil. xxxiij in iij.
nominis ponuntur.quod non vno in loco Bart.
cēſuit,vt cùm dico,*Titius albus,& magnus*,oportet,
vt vera ſit hęc pronuntiatio,vtrunq; concurrere.
f l. ſeruis vrbanis. ſ. fi. de leg 3. Bar. lj de iuſt. & iur. & d. §. cū ita.
Vnde ſi lego ſeruos vernas & textores,non com-
præhendetur legato,niſi qui vtranq; artem exer
ceat [f]:quod idem tradidit,& in re prorſus dubia
probabile eſt,aliàs ex coniecturis aliter quādoq;
erit iudicandum,quod infrà videbimus [g]. Illud
IIII. certius eſt,quoties duę orationes copulantur re
g arg. l. qui concubinā. de leg. iij. in princ.
ſpectu alicuius accidentis,cōcurſum eſſe neceſſa
rium,quo caſu loquitur lex noſtra [h]: ſecus, ſi per
V. ſe principaliter reſpectu vnius ſpeciei,vt infrà di
h d. l ſi hær. plures. de cond. in ſtit. Alex. conſ. lvj. in ij. & cōſ. lxxx. eo lib.
cam.Sed & idem Bart.quoties copula inter duo
ſubſtantiua nomina ponitur, propriā naturā ſer
uare ait,& plures ad vnā diſpoſitionem reduci,
vt cùm teſtator Titio & Sempronio legat fun-
VI. dum [i].ſed hoc caſu nō eſt neceſſarius concurſus.
i l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de leg. j. l. re cōiunctim. vbi Bart.
vnde altero excluſo,alter totum habet. Verius
fortè exemplum in ſubſtitutione accipietur, in
qua ſi duplex conditio adiecta ſit, oportet vtran
que eueniſſe,ne ſubſtitutio euaneſcat.quod An-
VII. char.& Pont.reſponderunt [k],& nos infrà decla-
K Anchar. cōſil. cclxvij. iſte magiſter Rō. conſ. cxxxj. j. dubit. Ana. lxvj. viſis ijs.
rabimus. Idem Pont.etiam reſpondit venditis
omnibus terris, quę ſunt in comitatu, & villa,et
vocabulo montis Alberici, de ijs ſolùm actū cen
ſeri, in quibus tria illa copulata concurrant [l].
VIII. quod & Iaſ.& Fel.probarunt.Mihi copulari illa
l Rom. cōſ. clxvj. Feli. c. ij. de reſcrip. verb. copula. m c. monaſteria de vit. & honeſt. cler. Fel. c. venerabili. de offic. deleg. Alex cōſ. xx. in iij.
ampliationis inculcationiſq; cuiuſdā cauſa ple-
runque videntur [m]. Sed & cùm ſtatutū loquere-
tur de patre & filio ſimul.& in communione ha
bitantibus,reſpōdit Alex.vtrunq; requiri [n],ſicvt
cùm teſtator pœnā priuationis ei indixiſſet, qui
cum cohærede in cōmunione nō manſerit,& di
uiſionem petierit: reſpondit ille,non committi
pœnam,ſi diuiſio petita nō ſit.Et hæc quidem ſe
3 cundum legis noſtrę regulam procedūnt,à † qua
I. tamen Doctores pleroſq; caſus excipiunt. Et in
n Alex. cōſ. xlviij in j. & not. iij.
primis,vt quoties inter contraria,vel ea, quæ ſi-
mul eſſe nequeūt,copula ponitur, amittat natu-
II. ram ſuam,nec concurſum requirat [o]. Idem,ſi
† inter ea ponatur,quæ non ſint diuerſa,ſed diffe
4 rant,vt genus & ſpecies.tunc enim videtur con-
o l. ſi Titio fundus. de vſufru. leg.
iuncta pro expoſitiua accipi [p]. nec enim nouum
eſt inter genus & ſpeciem poni coniunctā. Quo
5 † caſu quandoq; notabiliorē reddit ſpeciei ſigni-
ficationem [q],quādoq; per ſpeciem reſtringit ge-
nus [r],quādoq; electionem concedere videtur [s].
III. Addit Felin.idem eſſe,quoties plura in reſcri-
pto,libello,articulis,copulantur circa vnum ef-
fectum minimè ſecundum ius neceſſarium. tūc
6 † enim copula ipſa in diſiunctā reſoluitur [t]. Cu-
ius rei illa eſt ratio,ne videatur quis ſuprà,quàm

p l. j. de pact. l. vbi. C. de traſac, d. c. mona. in fi. Bar. extrauag. ad reprimēdum. ver. videbitur. in fi. q gl. rub.
C. de ſeruit. r l. quęſitū §. pe. de fun. inſtruct. s l fi. C. de cod. Rō. cōſ. cccclxxx.
t e. cū iādudū. de præben c. ſignificauit. de appel. in gl. earum.

tenetur,ſe arctaſſe,& quia ſecundum diſpoſitio-
nem legis verba ſunt accipienda [u]. de qua re dif
fuſiſsimè apud ipſum tractatum extat. Vnde IIII.
† conſequēs eſt,idem eſſe quoties natura rei, aut 7
ſubiecta materia ſuaderet, vt talis interpretatio
u l. quidam. cod. Fel. d. c. ij. iij. fal.
caperetur.Quod varijs caſibus oſtendi poteſt,vt
x Bar l. Gallus. §. etiā. ſi parēte de lib. & poſth.
cùm abſurdum aliquid ſequeretur, ſi concurſus
fieret, vt quia hæredes extranei præferrentur
y Alex. conſil. lxxx. in j.
ſuis [x],vel filij,quibus conſultum voluit teſtator,
A ab hæreditate excluderentur [y].Idem,ſi adverſus
z l. pœ. C. de im pub. d. l. Gallus. §. j. vbi Doctor. Dec. conſ. xcv.
paternæ charitatis ordinem præferretur filio ne
pos [z],vel ſi id alienaretur, quod principaliter a-
lienari non poteſt. Vnde † qui dicit ſe vendere vil
lam,& ius patronatus,intelligitur acceſſoriè ,id 8
a Io. de Ana. c. querelā. in fi. de ſimo. Fel. d. c. ij.
eſt,cum iure patronatus [a].Et generaliter fit hæc
interpretatio, quoties mens teſtatoris ſuadet.
Vnde conditio in teſtamento adiecta,*Si hæres ſine* V.
*maſculis deceſſerit,& fœminas reliquerit,lego pauperibus*:
b arg. d. l. ſi is, q ducenta. §. itē ſi par. cōſ. cxxx. in fi. in ij. attentis.
intelligitur,etiā ſi fœminæ nullæ adſint [b], quod
Alex.ex facto reſpondit. Quam ſententiā & Be-
B nedictus Capella ſecutus eſt,tanquā mentio fœ-
c Capra conſil. lxj.
minarum,quæ relictæ fuiſſent,ad aliā partem te
ſtamenti referretur,& ſingula ſingulis aptāda eſ
ſent [c]. Quod & multò magis dicendum,cùm VI.
mens legiſlatoris huiuſmodi cōcurſum veriſimi
liter nō requirit [d]:veluti,cùm verba legis ad eū-
dem effectū referūtur,vt cùm dicitur, *Decernimus*
*& ſtatuimus* [e]:vel diſpoſitio legis ita ſuadeat, vt in
iudicum ſententijs, quæ † ſecundum ius inter- 9
C pretationem recipiunt [f]. quod & Iaſon hîc tra-
dit.Cæterùm & mens legis illa videtur eſſe,vt in
materia fauorabili non requiratur cōcurſus, ſed
copula ampliationis vim obtineat,licet ſecus ſit
in pœnis:quod But.& Imo.docuerunt [g]. Addūt VII.
d l. cum antiquioribus. vbi Bar. in prin. C. de iur. delib. l. vt vim. vbi Bar. d. iuſt. & iur. d. l. ſæpe. in princ.
Doctores, cenſeri eam legis eſſe mentem, quo-
ties copula inter diuiſas orationes ponitur,non
reſpectu accidentis,ſed æquè principaliter,licet
vnus diſpoſitionis contemplatione. tunc enim
continuatiuè potiùs,quàm copulatiuè , accipi-
D tur [h]. Qua † ratione & idem dicendum in vna VIII.
oratione eſt,quando adiectiua neutraliter copu 10
e Cald. conſ. ij. de verb. ſig.
lantur vnius principalis diſpoſitionis cauſa: vt
cùm teſtator,*Lego*,inquit,*empta & parata* [i]. debe-
f l. fi. C. de ſent. gl. d c. ij.
buntur enim , & quæ empta tantùm,vel parata
g d. cle. in pleriſque.
ſint. Quod vſqueadeo procedit, vt idem ſit, etiā
ſi dictum ſit, *Veſtem,quæ eius cauſa empta & parata eſ-*
*ſet* [k].Ideóq;,ſi & adiectiuū vim ſubſtātiui habeat:
vt cùm lex inquit, Ius † eſt ars boni & æqui.ete- 11
nim ius eſt etiā,quod ab æquitate ſeparatū eſt [l].
E Nam & fuere, qui adverſus Bart.cùm teſtator IX.
h l. j. de inſa. l. j. de ſicar. l. lege. Iulia. de teſtib.
legat ſeruos vernos & textores, hac ratione cre-
derent vernas tantùm deberi [m]. Sed & ſi copu-
i l. ea tamen. de leg. iij.
la ſit inter duo ſubſtantiua,adverſus Bart. rece-
ptior eſt ſententia,idem eſſe. Vnde ſi teſtator a-
k l. qui concubinam. in princ. de leg. iij.
licui legat equos ſuos & arma, habebit copula
vim ampliationis , vt non equorum arma tan-
l d. l. j. de iuſt. & iur. vbi Bart.
tùm,ſed etiam equitantis contineantur [n]. Qua
m Soc. d. §. cum ita.
ratione minimè neceſſarius erit cōcurſus.diſpu-
tauitque hoc Iac. Butrig. & concluſit, legatum
n Bal l. j. C. de verb. ſig.
F artificibus lanarijs & mercatoribus factum, etiā
ei deberi, qui artifex tantùm, vel mercator ſo-
lùm eſt [o]. Quod & Bal.in legato medicis & do-
ctoribus facto cenſuit: eſtque hæc receptiſsima
ſententia [p]. Sed † quæ eſt ratio,vt copula ſu- 12
o Bar l. re coniūcti. verſic. iiij. de leg. iij. Doct. d. cle. in pleriſq.
prà ſcriptis caſibus non requirat concurſum? &
puto ex eius natura hoc eſſe.vt enim à Gramma
ticis didici , coniuncta quandoque ſingularem
p Bald. d. l. j. de iuſt. et iur. vbi Iaſ. com concord.
habet ſenſum,quandoque compoſitum. ſingu-
larem : vt *Pompeius & Cæſar conſules fuerunt*, ſingu-
laris hic eſt ſenſus,quia non ſimul conſules, ſed
diuerſis



diuerſis temporibus fuerunt. quòd ſi dixero, *Cæ-*
*ſare & Bibulo conſulibus*,copula ſenſum compoſitū
habet,ſicvt cùm dico,Duo et tria cōficiunt quin
que:& hic ſenſus compoſitus eſt. Cùm ergo di-
cit teſtator,*Lego empta & parata*,ſi copula ad res re
feratur,habebit ſen

**At ſi ſic, DABIS [a], SI NAVIS VENIT, AVT TITIVS CONSVL FACTVS SIT? ſufficit vnum factum. & contrà: DABIS, SI**
A **NAVIS NON VENIT, AVT TITIVS CONSVL FACTVS NON EST? ſufficit vnum non factum.**

ſum compoſitum
& requiret concur
ſum:ſi verò ad actū
verbi *Lego*, perinde
erit,ac ſi dictū eſſet,
*Lego empta, & lego pa*
*rata*: & ſic in ſenſu
ſingulari acciperé-
tur [a], quæ interpre-
a l. falſa. §. fi. de cōd. & demōſt.
tatio in dubio eſt
potiùs capienda,quia amplior & nō reſtricta ad
concurſum. Vnde ſtatutum adverſus debitores
ceſſantes & fugitiuos editum , intelligetur etiā
in ceſſantibus,vel fugitiuis tantùm,vt Pont. re-
b Rom. conſ. ciij.
ſpondit [b]:niſi cùm aliquid odioſum induceret,
c Ang. conſil. lxj. viſis.
pœnaſq; augeret.quod Angel. [c] tradidit:vt ſi lex
pœnam nobilibus & ſpurijs irroget,non intelli-
d Doct d. cle. in pleriſq. vbi Imol.
getur,niſi de nobilium ſpurijs, vt pleriq; cenſue
runt [d].aliud ergo eſt in his,quæ odio carēt. Qua
ratione cùm lex municipalis fœminas exclude-
ret extantibus filijs , & ex eis cuiuſcunq; gradus
liberis maſculis,crediderim ſingulari ſenſu acci
piendam copulam.vt ſufficiat filios extare,quā-
vis nulli nepotes ſint ſuperſtites.nec enim eſt ve
riſimile,cōpoſito ſenſum in ſtatuto nepotes cū fi
lijs accipi,cùm iure potior ſit cauſa filiorum, qui
primum locū in ſucceſsione tenent,quamvis ali
e Soc. conſ. xxxiij. in iij.
ter videatur ſenſiſſe Socinus [e]. Cæterùm ſubij-
cit hîc Iaſ.in conditionibus, quę intrinſecus ſub
ſtitutioni adhærēt,coniunctorū concurſum nul
f l. pen. cum gl. C. de impub. vbi Doctor.
lum eſſe. Vnde ſi dictum ſit,*Si Titius & Seius hæredes*
*non erunt,ſubſtituo Caium*,vel vno mortuo,ſeu repu-
diante Caius admitteretur [f], ſicq; ipſe legē noſtrā
13 interpretatur:vt † in cōditionibus, quæ ex acci-
denti adijciuntur,ſolùm procedat,nō in ijs,quæ
ſecundum naturam rei inſunt.Quod ex cōmuni
ſententia intelligendū in pupillari, vel fideicom
g Bart. l. hæred mei. §. cum ita. ad Treb.
miſſaria ſubſtitutione [g]. in vulgari enim aliud eſ
ſet.nam excludit cohæres ſubſtitutum, præfer-
h l. quamvis. C. de impub. Doct. l. j. de vulgar.
turq; ius accreſcēdi vulgari ſubſtitutioni [h]: tam-
etſi fuerint,qui diſſenſerint tali ratione:Titio re
i d. l ſi hæred. plures.
pudiante, falſum eſt Titium & Seium eſſe hęre-
des:ergo verū,Titiū & Seium nō eſſe hæredes [i]:
igitur evenit conditio,qua ſubſtitutus vocatur.
Sed reſponde,tale argumentū verum eſſe, ſi co-
pulam ſenſu cōpoſito acciperemus, quod ſuprà
ſcripto caſu fieri non poteſt.verba.n. inſtitutio-
K l. pen. in fi. de iniuſt. rup.
nis,*Titius & Seius hæres eſto*,ſingulariter intelligun-
tur,alioquin alter abſq; altero adire nō poſſet [k].
l l. filio pater. de leg. j.
quod adverſus mentem teſtatoris induceretur [l].
m l. j. C. de impub.
Cùm igitur copula in inſtitutione compoſitum
ſenſum nō habeat,ſequitur,vt nec in ſubſtitutio
ne,quæ in contrariū caſum concipitur [m].ſed hac
de re alibi latiùs.Huc pertinet etiam,quòd ſi di-
ctum ſit,*Si Stichum & Erotē & Damam non ſteteris,pro*
*mittis decem?* aliquo non ſtato cōmittitur ſtipula-
n d. l. ſi is, qui ducenta. verſ. vel,vt pprius.
tio [n],quę tamen non videtur concepta, niſi in ca
ſum,quo omnes tres non ſiſtantur,vt in lege no-
ſtra,cùm quis promittit,*Si nec nauis,nec Titius vene-*
*rit*,&c.Sed reſponde in lege noſtra copulam ſen
ſu compoſito accipi, quæ ad incertum quiddam
accidens refertur:at ſuperiore in caſu ſingulari-
ter accipitur.eſt enim concepta in contrariū ca-
ſum,*Si Stichum non dederis,dabis decem:ſi Erotem,ſi Da-*



## L. 129. Si quis ita ſtipulat.

*mam*,&c. [o]:ſitq; hæc interpretatio,q̄a per ſe prin-
cipaliter hæ orationes, ſiue hæ res, copulatæ
ſunt,vt Bart.cenſuit,vel(vt ego arbitror) quia ta
lis eſt contrahentium mens ex contrario caſu ta-
o d. l falſa. in fi. de cond. & demonſt.
citè percepta. Sed † nunquid,ſicvt in clauſula
coniuncta requiri-
X. tur concurſus, ita
14 etiā qualitas præce
dentis copulati re-
perita cenſeatur [p]?
p Felin d. c. j. verſic. fallit quinto.
& Felin.negat cen-
ſeri repetitā,ſi qua-
litas vtrunq; reſpi-
cere non poteſt : vt
cùm quis legat fun
dum inſtructum,&
q l. cū pater. §. cum imperfecta de leg ij.
centum [q].Idem, ſi in diuerſis orationibus ſit ad-
iecta [r]: vt cùm quis legat decem danda pauperi-
r l. qui fundum. de contrah. empt. Card. conſi lviij.
bus,ſacerdotibus,& duos cereos, qui remaneāt
fratribus,non intelliguntur decem fratribus ſa-
B cerdotibus relicta,vt ex facto reſponſum extat.
s l. fi. §. Seio. de leg. ij.
Idē,ſi inter perſonas ſit poſita,inter quas ęquali-
ter operari nequeat [s]: Quibus caſibus exceptis,
t gl. l. ſi ſic ff. quemad. ſer. am. l. ſi legatarius. vbi Bar. de leg. iij.
videtur regulariter conſtituendum qualitatē re-
petitam cenſeri [t].Sed diffuſior eſt hic articulus,
quàm vt in præſentia explicari debeat [u]. vide
u l. Seiæ. §. Caio. de fundo inſt. vbi Bart. conſ. cxxxix. i ij. Soc. conſil. cclxxx. Dec. conſil. x. ij. & cxc.
tur enim ſecundum ſuprà dicta finiendus, vt qui
bus caſibus copula ſenſu compoſito accipiatur,
qualitates repetitæ cenſeātur:at quando ſingu-
C lariter accipitur,ſecus ſit.qua tamen in re pluri
mum ad mentem teſtatoris attēdendum erit, &
x Fel. d. c. Tho. raſiol. decil. Rota. xlvj.
etiam ad ſcripturam,vt proximior qualitas repe
tita tantùm videatur [x].Sed hæc ſatis,& ſuper.
a
ATSI SIC DABIS [a], &c. ¶ In diſiunctiuis
igitur ſufficit alterum eſſe verum [y]. Et † licet v 15
y c j. alternatiuis. de reg. iur. in vj l. ſi ita quis ſtipuletur. ſ. eo.
trunq; alternatim promiſſum in obligatione ſit,
vt ſuprà lege proxima vidimus,vnū tamen dun-
taxat in ſolutione eſt,adeò vt vi ipſa vnum tan-
tùm debeatur [z].Hinc eſt,quòd ſtipulatiō diſiun-
z l. cum illud. ſ. quād. dies l. ced.
D ctim facta,dicitur eſſe incerta [a] : & qui vnum ex
a l. vbi. §. qui illud. ſ. eo.
alternato debito petit,plus petere dicitur [b]:hęc-
que certiſsima ſunt,cùm alternatiua eſt per affir
I. mationem concepta. Quid † ergo,ſi negatiuè
16 cōcepta proponatur?& hîc probatur idem eſſe,
id eſt, ſufficere vnum non eſſe factum,& ita ſen-
b §. plus. Inſt. de act.
tiunt omnes [c].Aliqui tamen Pontificij aliter tra
c Abb. & Card. c. iiij. de reſcrip.
diderunt,nempe ad veritatem alternatiuę nega
tiuo modo conceptæ requiri neutrum factum eſ
ſe. Vnde hæc ſtipulatio,*Promittis hominem,aut fundū*
E *dare? ſi hominem,aut fundum non dederis, promittis decem?*
d Imol. Alex. d. l. ſi ita quis ſtip. Bart. d. l. ſi is, q ducenta. §. cum ita & §. vtrum. e d. §. cum ita.
requiri neutrum fieri,vt committatur. quod Pe
trus,Rain.Alber.Iaſ.hîc cenſuerunt [d]? Sed tu cō-
ſtitue regulam ſecundum legem noſtram,vt ſuf-
ficiat vnum non eſſe factū [e]. A qua in primis ex-
f d. l. ſi is. qui ducenta. § ſi quis autem.
cipiendum eſt,cùm ſtipulatio cōventionalis nō
coniunctim,ſed diſiunctim præceſsit [f]. declara-
g l. empt. §. qui aūt de act. emp.
tur enim pœnalis negatiua ab illa,id eſt , in ca-
ſum contrariū illius [g]: & ideo ſicvt illa adimple-
tur vel vno dato, iſta committitur neutro dato.
F Nec arbitror referre , an conventio diſiuncta II.
h l. ſi ita quis. §. ea leg. ſ. eo. ibi Rap. & Iaſ. Alex. conſil. c. i iij.
pręcedēs expreſsè concepta ſit,an tacitè [h],par e-
nim eſt vtriuſq; virtus [i]. Attēdendum ergo erit,
i l. cum quid. ſi cert. pet.
quid priùs actū ſit,vt ſi alternatiuè debeatur,pœ
na ſubſequens non cōmittetur,niſi neutro facto:
q̄, ſi debitum nullum pręceſſerit,vel coniunctim
præceſſerit,à regula legis noſtræ nō recedamus.
Sed quid,ſi diſiuncta miſta ſit coniunctæ am-
pliationis cauſa adſcriptæ?putà, *Dabis cētum,ſi na-* III.
*uis venit,aut etiam ſi Titius conſul factus eſt?*et propter di
ctionem ampliatiuā non videtur ſufficere alte-

rum,ſed vtrunq; requiri. quod in dictione *Seu*,tra
ditum eſt [a]. Bart.tamẽ negat hoc caſu in cõtracti
bus à regula legis noſtrę recedendũ eſſe [b]: quia
ſpeciale eſt in legatis,vt dictio *Seu*,ſic accipiatur,
vimq; ampliationis habeat,quod & aliqui pro-
7 bant [c]. Vnde † ſe-
quereretur, idem in
quibuſcunq; argu-
mẽtis, quæ latè ac-
ciperẽtur,eſſe,qua-
lia ſunt principum
beneficia [d].Idemq; in ſtatutis: ſiquidem ſtatuta
magis vltimis volũtatibus comparantur, quàm
contractibus [e]:idq; reſpondit Socinus [f]:& defen
di in ſtatuto fauorabili poteſt,nõ autem,ſi odio-
ſum ſit,interpretationemq; anguſtam recipiat [g].
III. Sanè † nec procedit regula in caſibus, quibus
18 diſpoſitio alternatiuæ vocabulo concepta eſt, ſi
ea alternatiua pro coniuncta accipiatur, q inter
perſonas honoratas dici ſolet [h]:vel cùm mẽs te-
ſtatoris hoc inducit [i]: vel quælibet alia coniectu
ra,quarum multas alibi Doctores congeſſerũt [k],
& nos loco ſuo tractauimus.

a l.ſi quis ita legauerit. de aur. & arg. vbi Bar.
b d.l.ſi ita quis ſtipulatus.
c Felin.d.c.iiij.
d Alex.cõſ.cxl. ĩ ij.ex themate.
e Bar.l.j.C.de ijs, quib. vt indig
f Soc. cõſ.lxiij. lib xix.
g Imol.cõſ xiiij.
h l.cum quidã. C.de verb.ſig. vbi Iaſ.
i l.generaliter. C. de inſtit.d.l.ſi is,qui.§.fi.l.Lucius.ij. de hær. inſt.vbi dixi.
k Mod.d.c.iiij.

PAVLVS *libro* 15. *Quæſtionum.*

LEX CXXX.

LEX CXXX.

2 *Patri ex ſua filij nomine ſtipulatione quæritur directa actio.*
7 *Ius patri ſtipulamur,interdum etiam facta.*10,14.
12 *Naturalis poſſeßionis deſcriptio.*
16 *Filio quandoque per patrem quæritur.*19.
18 *Adventitium variè cenſetur.*
20 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos non tranſit.*
22 *Tota emphyteuſis quandoq; vni filiorũ relinqui poteſt.*
23 *Emphyteuſis pro ſe & filijs & hæredibus accepta, vni tantùm an relinqui poßit.*
27 *Feudum mihi ſimpliciter conceſſum , in filium meum non hæredem non tranſit:& quare.*
29 *Caſum aliquot quibus pater non cenſetur filio ſtipulari vt hæredi,enumeratio.*
30 *Mater an filio,& econtrà filius an matri ſtipulari poſſint.*

a
1 QVOD DICITVR [a]. ¶ Pater † fi-
lio aliquid dari,vel fieri ſtipulans,
cenſetur dari,vel fieri ſibi ipſi ſtipu
latus , ſi huiuſmodi ſit, quod ſibi
quæri poſsit, vt quia tale factum
perſonæ filij non cohæreat. Econtrariò filius pa
tri ſtipulatus,illi acquirit,etiam ſi ſtipulatus ſit,
I. quod patris perſonæ non cohæreat, & quod a-
liâs ſibi ſtipulari non poſſet. Sed † an ex ſuprà
2 ſcripta patris ſtipulatione quæratur vtilis,an di-
recta actio? & Iac.atque Ang. quæri vtilem patri
àiunt,& directam filio , cui pater eſt ſtipulatus.
3 ſubeſt enim hîc illa fictio,quòd † vox patris cen
ſeatur vox filij [l],adeò vt perinde ſit,ac ſi filius eſ-
ſet ipſe ſibi ſtipulatus:& licet verè filius patri ſti
puletur,directa quoq; patri quæratur [m], tamen
hoc caſu non idem eſſe debet,quo per fictionem
fit huiuſmodi acquiſitio [n]. Et hoc eſt,quod lex
hîc ait,patrem filio vtiliter ſtipulari. Sed tamen
Caſtr.Imol.Alex.Aret.Iaſ. cæteriq; diſſentiunt,
& † patri directam,filio nullam quæri aiũt. ſicvt
4 ſi ipſe filius patri ſtipulatus eſſet [o]. ſubeſt enim
ſemper eadem ratio quia filius non eſt capax di
ctæ actionis,cùm nihil propriũ habere poſsit [p],
& lex noſtra de cõtractu ipſo loquatur, qui vtili
ter,ſeu efficaciter inducitur [q], non aũt de actio-
ne ex contractu proveniẽte,an vtilis ſit,an dire-
cta:imò cùm acquiſitio hæc fiat legis ciuilis au-
ctoritate,quæ filium tanquã organũ & tubam eſ
ſe interpretatur,cõſequens eſt,vt omnino patri

l §.ei vero,qui. Inſtit. de invtil. ſtip.
m gl.in.§.alteri Inſt.de invtil. ſtip.
n gl.l.nec ullã. §.fi.de pet. hær. l.metũ.§.ſed tamẽ.q met.cauſ.
o gl.§.alteri.Inſtit.de invt.ſtip.
p Bar.l.cum filio.in iij. parte, j.opp.de leg. j.
q l.Gallus.in fi. verſic. porro.de lib.& poſth.

directa actio quæratur [r].Vnde ſi lex ſtatuat,vt al-
teri per alterũ acquiri poſsit,receptũ eſt directas
actiones acquiri,nec alia ceſsione opus eſſe [s],
vt Aret.hîc docet,& nos alibi attigimus [t]. Sub-
ijcit † Iuriſcõſultus,regulã procedere in his,quę II.
iuris ſunt. cùm eñ 5
hæc acquiſitio fiat
iure paternę pote-
ſtatis, nõ operatur
niſi in ijs,quæ ſunt
iuris.Quod intelli-

A QVod dicitur [a], patrem filio v-
tiliter ſtipulari, quaſi

gendũ,etiã iuris ex facto pveniẽtis,quando ob-
ligatio ad illud factũ patri acquiri poteſt,vt cùm
quis ſtipulatur filio ſuo rẽ tradi, vel in ſeruitute
eum nõ impediri,quo minùs iter habeat [u]. Vn-
de & poteſt pater ſtipulari inſulã filio ædificari,
vt Accur.ait.nec.n.hoc eſt filij factũ, ſed pmiſſo-
ris ipſi filio præſtandum,vt alibi declaraui [x], &
† quod cõmunicabile eſt patri,id eſt,vt hîc dici-
B tur,patri acquiri poteſt [y]. Quod in profectitijs 6
omnib.certũ eſt,in quibus hodie nihil immuta-
tum fuiſſe cõſtat [z].Et ſecundũ hoc,dum Iuriſcõ-
ſultus,vt patri acquiratur,duo requirit,vt † ea ſti 7
puletur,quæ iuris ſunt,& vt eiuſmodi ſint, quæ
patri acquiri poſsint, potuiſſet hoc vltimo eſſe
cõtentus [a],ſicq; copula concurſum vtriuſq; non
deſiderat [b],ſed vim expoſitiuæ habet, [c], vel etiã
ampliatiuæ [d]. nec. n. ſatis eſſet ſtipulari ea,quæ
iuris ſunt,niſi tale ius patri acquiri poſsit. Quid
C eñ , ſi ex cauſa dotis ſtipularetur? quo caſu filio
ipſi acquiritur [e]. quid,ſi ex cauſa adventitia, vel
etiã caſtrenſi contraxiſſet [f]? quid,ſi pater ipſe in-
capax qualibet ex cauſa talis iuris eſſet [g]? nec.n.
per filij perſonam efficeretur capax [h]. Cæterùm III.
† nõ procedere ſuprà ſcriptã regulã hic dicitur, 8
cùm pater filio ſtipulatur,quod meri facti eſt per
ipſum filiũ explicandi [i], vt ſi ſtipulatur,quòd ei
tenere,vel ire agere liceat.etenim id factũ perſo-
næ filij cohæret,nec ad perſonam patris iure pa-
D triæ poteſtatis tranſit [k]: quia aliud eſt & diuer-
ſum,quod filius teneat,aliud,quod pater [l]. ſicvt
†.n.ex tempore,ita & ex perſonis huiuſmodi fa 9
cta mutantur [m]. Meritò ergo ait lex, invtilẽ eſſe
hanc ſtipulationẽ. Quod intelligendũ,vt ſit inv-
tilis ex eo capite,quod iure patriæ poteſtatis ad
patrem tranſeat,de quo lex noſtra loquitur.Cæ-
terũ † ſi interſit patris,vt tale ius filio ſuo permit- 10
tatur,poterit ex hac ſtipulatione, ſicvt quilibet
extraneus,qui alteri ſtipulatus ſit,agere [n].Quid
E eñ,ſi patris negotia agebat filius , & neceſſe ha-
bebat ad fundũ paternũ per Titij fundũ tranſire,
& pater ſtipulatus à Titio ſit ire filio licere p eũ
fundũ? quod Bart.Raph.Paul.Alex. Iaſ. tradide-
runt;licet Beſutius nodum in ſcirpo quæſiuerit.
Rurſus † intelligendũ nõ valere ſuprà ſcriptã ſti 11
pulationẽ,quando cõſtat id actũ fuiſſe, vt merũ
factũ perſonale in eũ deduceretur, & ita lex no-
ſtra loquitur:ſecus,ſi tale factũ huiuſmodi nõ eſ-
ſet [o].etenim † poſſeſsio naturalis nihil aliud eſt,
F quã κατοχὴν,id eſt detẽtio:& pater ſtipulatus licere 12
filio rẽ detinere , cẽſetur de poſſeſsione egiſſe,
dum modò cauſa legitima poſſeſsionis ſubſit [p].
quod Bal.hîc tradit.Idem, ſi ſtipuletur ire agere
licere,cùm ad cõfirmationẽ ſeruitutis cõſtitutæ,
vel etiã pmiſſę talis ſponſio interceſsit [q]:qua de
re ſuprà in rubrica cenſuit.nec enim aliqua lege
hoc ſatis pbatur [r], animo talis ſtipulatio ſecun-
dum naturã ſuã eſt accipiẽda. Sed cur ſtipulatio
hæc,rem tenere licere,vt actus valeat indiſtinctè

r l.ſed & ſi quis. §.ſi opor.de vſu fruc.gl.l.fi.in fi. de don. Doct.l. cer cond.§.ſi nũmos.ſi cert.pet.
s Bar.l.j.§.ſub lata. ad Trebel. Angel.conſ.cclxxx.ad fin.
t d.§.ſi nũmos.
u l j.§.item acq. de acq. poſ.l.ſi communis j.ſ. tit.ij.
x l.v.§.fi.ſ.de verb.ſignif.
y l.ſtip.iſta.§.j. qui.ſ.eod.
z Inſt.per quas perſon.in princ. &.§.igitur.
a §.ei.Inſt.de in invt.ſtipul.
b ſ.l.proxima.
c Bar.l.j.de iuſt. & iur.
d l.ea tamen.de leg.iij.
e l.vxorem.§.teſtamẽto de l.ij. l.Pomp. Philadelphus. famil. erciſc.
f Inſt. per quas perſ.§.i. itur.l.j. C.de bo.mat.
g l. j. C. ne Chriſt. mancip.
h l.ſi mihi.§.regul. de leg.j.
i l & hær.§.nos aũt.de pact.
K l.ſtip. iſta.§.ſed ſi quis vti.ſ. eo.§.ſed cum factum. Inſtit. de ſtipul.ſer.
l l.ſeru. patron. l.ſeq. de ope.lib.
m l.ſi nõ.§.libertus.de cond.indeb.l.j.§.ne aũt. C.de cad tol.l.iter.in fi.ſ.de ſol.
n d.l.ſtip.iſta §.ſi ſtip.&.§.ſi qs inſulam.ſ. eod.
o d.l. veteris.C. eod.
p l. qd ſeruus. de acq.poſſeſ.
q d.l.ſtip.iſta.§. cum vero.&.§. ſeq.Soc.Mod.d. l.ij ſ.eod.

r d.l.ſtip.§.j.ver.diſtractum.l,cum fundo.de ſer,ruſt. præd.

non



nõ intelligeẽ de poſſeſsione,nõ autẽ de facto , q
perſonæ cohæreat [a]? & Iaſ.reſpõdet, ne verbũ a-
ſtrictioris ſignificationis ad ampliorẽ extenda-
13 tur [b].Plus †.n.eſt poſsidere,q tenere.Ego in caſu
claro verba legis noſtrę accipiẽda arbitror: quid
aũt in dubio ſit,ſu-
prà explicaui [c].Ad-
dit Bar.& Ang. in-
14 vtilẽ † eſſe hanc fa-
cti ſtipulationem,
qñ cõſtaret filio ſti-

ſibi ille ſtipularetur:
hoc in his verum eſt,
quæ iuris ſunt, quæ-

pulatũ eſſe patrẽ,vt ſibi acquireretur. Sed ſi ſim-
pliciter interpoſita ſit ſtipulatio,videri id actũ,vt
filio duntaxat ipſi quęreretur,ideoq; vtilẽ actio-
nem ei dandã [d].Sed Imol.& Iaſ.cõtrà:quia filius
huiuſmodi acquiſitionis viuente patre nõ eſt ca
pax [e].Oportet ergo ſuprà ſcriptã ſentẽtiã reſtrin
gere ſecundũ leges ab eis allegatas,qñ actio poſt
patris mortẽ filio quærẽda eſt. quæ ſentẽtia ve-
ra eſt. Poteſt tñ rectè defendi Bart.ſecundũ iura
nouiſsima,vt acquiratur ex contractu patris ho-
die filio actio vtilis,cenſeaturq; id ius adventi-
tium eſſe [f]:quia patri acquiri nõ poteſt, cùm filij
perſonæ cohæreat.Illud cõſtat, hanc ſtipulatio-
nem,quã filius ipſe conceperit,vtilẽ eſſe,ſicvt in
ſeruo quoq; pditum eſt,videlicet facti cõmodi-
tatem ad patrẽ,vel dominum ptinere [g].Sed † cur
15 quod filius per propriã vocẽ poteſt, p patris vo-
cem nõ poteſt [h]? an quia hæc fictio ad ea, quæ fa-
cti perſonę cõſentiẽtis ſunt,nõ trahitur,vt hîc di
citur [i]? at è contrario ſumma ratione fit, filius ea
patri acquirat [k] propter vim patriæ poteſtatis,q
non fictioni,ſed veritati legis innititur.Enimve-
IIII. rò † nec legi noſtræ eſt locus in ijs,quæ filius vi-
16 uẽte patre acquirere poteſt [l], vt ſuprà dixi in do-
te,cuius filiafamiliâs eſt capax [m]:vel in bonis ca-
ſtrenſibus,vel cùm pater,tãquã legitimus admi-
niſtrator filij ſtipulatur [n].in adventitijs enim lo-
cus legi noſtrę nõ eſt,quia qđ pater ex tali cauſa
eſt ſtipulatus,ad filiũ iure proprietatis pertinet.
17 Nec obſtat,q † lex nouella,quæ adventitia patri
acquiri vetat,loquatur,cùm ea filius ipſe ſtipula
tur,nõ cùm pater [o].Reſpondeo,non eſſe cõſide-
rãdũ,quis ſtipulationẽ interpoſuerit, qa lex hoc
beneficiũ nõ ſtipulationi,ſed cauſę cõcedit:idq;
receptiſsimũ omniũ calculo adverſus Dinũ eſt [p].
18 Sanè † & illud adventitiũ cẽſetur, q filius ppter
merita ſua acquiſiuit [q]. q certiſsimũ eſt,ſi de ex-
traneo filius ſit benemeritus,ideoq; ab eo pater
filio aliqd dari ſtipulatus ſit.Sed qd,ſi pater filio
donationis cauſa ſtipulatur,q ita de ſe filius me
ruerit? & Bar.cẽſuit videri patrẽ filio,tanquã ex-
traneo,ſtipulatũ,& ideo ſtipulationẽ nõ valere,
nec aliquid filio deberi [r].quę ſententia, vt Alex.
hîc ait,cõmuniter videtur recepta.Iaſ.tamẽ ple-
riſq; alijs auctoribus innixus cenſuit, vt ſtipula-
tio valeat,interpretandũ eſſe,tanquã filio,nõ tã-
quam extraneo,ſtipulatũ videri patrem, vt affe-
ctio ſanguinis propter obſequia & merita aucta
credatur [s].Quæ ſentẽtia probabilis humaniſsi-
maq; eſt,ne alioquin affirmatio meritorum,quę
augere vim donationis debuit [t], eam infirmet,
minusq; alligẽt duo vincula,quàm vnũ [u]: quod
Bal.Imol.Raph.Caſtr. & Aret. itẽq; Beſuti9 hîc
cenſuerũt [x]. Hincq; infertur,ſi pater ſtipulatus
ſit domũ in ſolo ſuo ipſi filio fabricari, idq; pro-
pter filij merita cẽſeri ius hoc adventitiũ,valebit
que ſtipulatio [y],& patri remanebit ſolũ,filio quę
ſita cẽſebitur ſupficies [z]. Quòd ſi in ſolo filij do-
mus ædificetur,nõ eſt dubitandũ, tam domum,

a arg.l.quoties.ſ.eod.ſi.§.cum vero.& ſeq.
b l.tutores.§.j. de adminiſt.tut.
c d.l.ſtip.§.hæc quoque.
d l.ſi quis ope. l.cũ patronus.§. j. de oper.lib.
e d.l.placet.de acq. hæred.d.§. nos aũt.l ſi tibi. §.ſi pact. de pac.
f l.filię.j.C.d.collat.l.tamen.xv. de don. cau. mort.Io.And.l Spec. de inſtru. edit.§.porro. verſ. quid ſi filiuſ.
g §.ſed cũ factũ. Inſt.de ſtip. ſer. d.§.ei vero,qui.
h l.deniq.in fi. ex quib.cau.maior.l.ij. ad Maced. Bar.l.ſi maritus.§.legis Iuliæ.de adult.
i in j.part.l.
K in vlt.par.l. l d.§.& hæredi. §.nos aũt.§.deinceps. in auth. de nupt.
m d.l.vxorẽ.§. in teſtamento. de leg iij.
n l.ſi legati ſ.de pig.
o l. cũ oportet. C.de bon. q lib.
p Doct l.ij.C.eo. & l.dominus.ſ. eod.
q gl.d l.cum oportet.
r gl.d.l.ſi tibi §. ſi pectus.
s l.tutor.§.quæ tutor. vbi Bald. de excuſ. tut.
t gl.l.ſi don.C. de collat.
u auth.itaq.C. com.de ſuc.
x gl.l.iij.§.ſi emancipatus. de cõtratab.
y gl.hic in fin.
z l.j. de ſupfic.



quàm ſolũ iure proprietatis ad filiũ pertinere.ce L.130.
dit eñ ſuperficies ſolo [a], quod hîc Iaſ.latiùs ex- Quod di-
plicat. Sed † qd,ſi pater filio ſtipuletur in tẽpus, citur.
quo ſui iuris erit? & conſtat legi noſtræ locũ non
eſſe, & nihil patri acquiri, ſed filio, vbi evenerit 19
cõditio [b]. ait enim
lex, vtilẽ actionem
filiæ dari,etiã ſi pa-
tri hæres non fue-
rit. Vnde apparet
cenſeri tunc patrẽ

que acquiri patri poſ
ſunt. alioquin ſi fa-
A ctum conferatur in

filio,non vt hęredi,ſed vt filio eſſe ſtipulatũ.Idẽ,
quotieſcunq; aliquid filio ſtipuletur:quod non,
niſi vt filio, pertinere ad eũ poſsit [c].Vnde infert
Barr.vt † ſi pater adeptus ab eccleſia ſit emphy-
teuticũ fundum pro ſe & filijs,cùm filij non,niſi 20
poſt mortẽ patris,admittãtur [d],cenſebuntur vo-
cari tanquã filij, & poterũt hęreditatẽ patris,ſeu
etiam bona paterna repudiare, & emphyteuſin
B ex cõtractu paterno habere. Huiuſmodi.n.em-
phyteuſis ad extraneos hæredes tranſire nõ po-
teſt [e], & bonorum paternorũ appellatione non
cõtinetur,cùm de eis diſponere pater nequeat,
& filij iure proprio ex cõtractu ſibi acquiſito ea
habeant [f]:idq; ab ipſa eccleſia,nõ à patre, vt re-
ceptior ſe habet ſentẽtia [g]. Vnde † ſi pater vellet 21
vni ex filijs totam emphyteuſin prælegare,rece-
ptior eſt opinio nõ eſſe ei hoc permittendũ [h],ne
vtilis actio filijs acquiſita abſq; eorũ cõſenſu tol
C latur [i].Nam & idem videmus receptũ in benefi-
ciario fundo eſſe,qui patri & eius filijs cõceſſus
ſit [k].Fuere tamẽ,qui adverſarentur,vt cõtrariam
ſententiã plurimis rationib.adſtruerẽt, vt Spec.
Bal.Caſt.Imol.quibus & hîc,& alibi à Recẽtiori
bus reſpõſum extat [l].Sed † & Socin, poſſe patrẽ 22
vni totum legare cenſuit [m]. Quæ ſentẽtia proba I.
bilis eſt,cùm cæteri filij conſenſerint [n], vt quia
rem ſibi in eius cõpenſationem relictã accepta
uerint [o]. Idem videtur,ſi antequam filij patris
D contractũ approbaſſent,pater ſententiã revoca
verit [p].quod aliqui tradiderũt. Sed et hoc dubiũ II.
eſt.ſubeſt.n.ratio acquiſitę vtilis actionis,quę au
ferri eis nõ poteſt [q]. quæ acquiſitio videtur ſta-
tim & ipſo iure fieri cum auctoritate [r].Ego ante
quã filij nati ſint revocari poſſe arbitror,cùm ijs,
qui nondũ nati,aut concepti ſunt, nulla vtilis a
ctio cõpetat:ſi verò iam nati ſunt,ſubeſt ratio p
bationis.Idem quoq; alij exiſtimãt,ſi pater pro- III.
pria pecunia ex cauſa profectitia tale ius pro ſe
E & filijs acquiſiuerit [s].videtur enim filiorum men
tionem feciſſe,vt ceu ex cauſa peculij profectitij
haberẽt [t],quod cõſtat adimi arbitrio patris poſ-
ſe [u]:idq; & Socinus reſpondit.quod tamen ego
non temerè affirmauerim [x]. Illud certius eſt,in
feudo nouo hoc defendi poſſe:quia in tali, ſicvt IIII.
delictũ patris noceret filio, ita & pactio nocere
debet [y].quod And.Sic.reſpondit, ſicq; nouũ ab
antiquo diſtinguedũ cenſet [z].etenim nouũ feu-
dũ ad filios,tãquã hæredes,pertinet, qui factum
F patris obſeruare debent,vt infrà dicã. Sed quid,
ſi pater de cõſenſu ipſius domini revocauit? et vi V.
deretur valere,quia ſi habẽt filij à domino p mor
tis cauſa capionẽ [a], debet ei licere revocare, vel
aliã formã conceſsioni dare:quod aliqui cenſue
runt [b].Ego nec domino quidẽ hoc tribuendum
arbitror,vt ius filiorum infirmet [c]. Fortè nec ipſi
Imperatori in terris fœderatis per pacẽ Conſtan
tię [d].nec.n.in eis poteſt vti clauſula ſupremæ po
teſtatis, vel auferre ius tertij [e].alligatur.n.pprio
cõtractu [f].Sanè & receptior eſt ſentẽtia,filium,q

a l.ij.C.de rei vend.
b l.quodcũq.§. j.ſ eo. vbi dixi.
c l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi. de oper.lib.
d l Gallus.§.j. de lib. & poſt. vbi dixi.
e §.emphyteuſin.in auth. de non alien.
f Iaſ d.l Gallus. §.j. Dec.d.l ſi non.§.libert. de cond.indeb.
g Bart.l.mortis cauſ. capimus. de don.cauſ. mort.Cor.conſ. xxxviij.iij.Dec. clxxxv
h Bar.d.§.ſi lib. Dec. cccxxxix.
i l.id, q noſtrũ. de reg.iur.
K c.j.de ſuc.feu. in princ.
l Alex conſ.xij. v.Cor.lj.
m arg.l. iij.C. de ſec.nup.
n c.j. de al.feud. pat.
o l.cum à matre C.de rei. vind. Bar.d.§.ſi liberi.
p l.iij.de ſer.export.
q Alex cõſ.ciiij.
r l.fiat.gl.l.j de ijs,qui ſunt ſui, dixi §.ſi nũmos.
s Bald auth.ſi quas. C. de ſac.ſ.n.eccleſ.
t l.v.de iur.dot.
u l.cũ dominus. §.filius.de pec.l.
x l.quodcunq. §.j.
y c.j.ſi de feu. def.cont.
z Alex.cõſ.liiij.
a c.j.de duob. frat.
b d l.mort. vbi Bar. & d.l.ſi mihi et Titio.d.c.j. de alic.feu. pat.
c d.c.j.de al.feu. pat.
d extrãvag.de pace. Conſtant.
e l.non dubito. de capt.
f d. c. j. de fid. inſtrum.

mala mente exhæredatus ſit, ab huiuſmodi emphyteuſi ſummouendũ eſſe: quod Bart. tradit, & exemplo operarũ Alex. hîc defendit[a], licet aliter Salicero viſum ſit, cùm talis exhæredatio cõſolidationẽ dotis in filia nõ impediat[b]; ſed potentius eſt filiæ ius etiam viuente patre in dote, quàm in hac emphyteuſi.

a l. ſi operarum. de oper. lib. Bar. d. §. ſi liberi Angel. d. §. ſi pact.
b l. j. §. videamus. [illegible] Salic. C. de rei vx. act.

**perſonam filij, invtilis erit ſtipulatio: vel vti vt tenere ei, vel ire agere liceat. contrà autem filius etiam vt ire patri liceat ſtipulando, acquiret ei. imò & quod in ſuam perſonam conferre non poteſt, hoc patri acquirat.**

VI. Cæterum † ſi emphyteuſis pro ſe &
23 filijs & hæredibus accepta fuerit, dubium nõ eſt vni tantùm relinqui poſſe, quia cenſetur hæreditaria, & ex bonis patris accipitur. quod Iaſ. tradit[c]. receptiſsimumq; eſt. dictio enim *Et hæredibus*, cõiunctim accipitur, vt nõ ſufficiat, eſſe filiũ, niſi etiam ſit hæres: quod Bar. tradidit, & receptius eſt[d]. cùm. n. in dubio quis præſumatur filio, tanquã hæredi, ſtipulatus, vt infrà videbimus, in ſuprà ſcripto caſu (vt expreſsio hæredis aliquid operetur) intelligemus rem alioqui nõ trãſmiſsibilem in hæredes, factã eſſe hæreditariã, nec filijs permittemus, vt emphyteuſim habeãt, niſi et ijdẽ ſint hæredes ſaltem particulariter inſtituti[e].

c Iaſ. l. ij. ad fi. C. de iu. emp. Alex. conſ. xxviij. & cxiij. in v.
d Bart. d. §. ſi liberi.
e Bar. d. §. ſi liberi.

I. Sed quid, ſi cõcepta ſint verba, *Pro ſe & hæredibus?* & Caſt. credidit de hæredib. ſanguinis intelligendũ[f]. quæ ſentẽtia recepta nõ eſt, ne omnino à proprietate dictionis *Hæredibus*, recedamus, ipſo etiã Caſtr. auctore, qui alibi cõtrariũ reſpondit[g]: idq; maximè in feudis dicendum[h]. Quid, ſi
II.
24 † dictũ ſit, *Pro ſe & ſuis?* & vario modo poſſunt hæc verba intelligi[i]. Tamen ſatius eſt de hæredib. actum credere, idq; etiã extraneis, ſi ſubiecta materia patiatur: quod Iaſ. tradit, & Imol. ex facto reſpondit[k]. Bartolus verò hæredes intelligi ait, ſed ſanguinis, nõ aũt extraneos[l]. cuius ſentẽtia propter conſuetudinẽ ruſticorũ & alias cõiecturas in caſu ſuo eſt vera. Illud tamẽ conſtat, feudũ p ſe & ſuis acceptũ hæreditariũ eſſe[m]. qua de re nos infrà. Sed qd, ſi dictũ ſit, *Concedo pro te & hæredibus maſculis?* & Ray. For. diſputauit, dictionẽ illã *Hæredibus*, de filijs ſpecialiter accipi[n]. quæ ſententia receptiſsima eſt, quãdo dictio *Maſculis*, arguit affectionem prolis maſculinæ, quæ verſus extraneos non eſt[o]. Sed an oportebit tali caſu filium eundẽ & hæredẽ eſſe? & non videretur. cùm. n. ſoli maſculi vocẽtur, apparet nõ habitã rationẽ ſucceſsionis, ad quam æqualiter iure noſtro maſculi cum fœminis ad emphyteuſin vocentur[p]. Meritò igitur talis cõceſsio cenſebitur non eſſe hæreditaria, & tali caſu potuiſſet rectè loqui Decius[q]. Quod & Afflictus ſcripſit[r], verumq; id eſt in emphyteuſi eccleſiæ, in qua tam maſculis, q̃ fœminis patet locus: ſed in feudo ſuprà ſcripta ratio nõ procedit: & ideo nõ pauci ab hac ſentẽtia diſsidẽt: quoniã quando dictũ eſt, *Concedo feudum pro te & hæredibus*, intelligitur, id eſt filijs, q tamen ſint hæredes[s]: & illa dictio *Maſculis*, quod ad hanc rẽ pertinet, nihil mutat. Nam & aliquãdo ipſe Decius diuerſa videtur ſenſiſſe, vt cõceſſio facta hæredi maſculo, intelligatur filio, ſi hæres fuerit[t]: videturque hæc ſententia eſſe rece-
25 ptior, vt apud Recentiores eſt relatũ[u]. Ego † diſtinguendũ arbitror, an mentio hæredis maſculi facta ſit ob affectionẽ concedentis? & verior ſit prior ſentẽtia, vt tale ius nõ cenſeatur hæreditarium, ſicvt cùm ſocer donat genero, & eius hæredibus maſculis[x]. par. n. eſt aui materni affectio in nepotes, ſiue ſint hæredes patri, ſiue non ſint. vel cùm teſtator reliquit Titio, & eius filijs, &

f Paul. d. l. ex facto. §. ſi. ad Trebel. Iaſ. d. §. libertus. Trebel. d. c. j. an agnat.
g Conſil. xciij. in ſi. in ij. d. l. ſi mihi & Titio.
h d. c. j. an agnat.
i l. ſi fœmina. C. ad Turpil.
K Iaſ. d. l. Gallus. §. etiam. Imol. hic. et cõſil. xxj.
l Bar. conſil. lij.
m d. c. j. an agn. vbi Bal. & Iſer.
n c. j. de eo, qui ſibi & hæred.
o Bld. l. Caius. ſol. matr. d. §. etiamſi parenti. Alex. conſil. cv. in princ.
p l. maximum vitium. C. de lib. præt. Bar. d. §. ſi liberi.
r Dec. Neap. cxl.
s d. c. an ag. c. j. §. j. de ſucc. feud. vbi Iſer. Alex. conſil. cxiij. in iij. & conſ. cxxiiij. in iij. conſ. xix. in v.
t d. cõſ. lxxviij.
u Bal. conſ. cccxxvj. & cccxxviij. ij. Card. d. c. j. an agn. Rub. d. l. Gallus. § j. chart. xix.
x Dec. conſil. cxxxix.

hæredibus, prohibetq; alienationem Titio. Apparet. n. voluiſſe conſulere filijs, qui ſi nõ admitterentur, niſi tanquã hæredes, ratam habere alienationẽ cogerẽtur adverſus teſtatoris voluntatem. quod idem Decius reſpondit[y]. Idemq; in feudis dicendum. quãdo appareat receſſum eſſe à regula ſucceſsionis, vt quia dictũ eſt, *Concedo tibi, & hæredib. tuis.*
A
ita q primigenius ſemper præferatur. in ſucceſſione. n. paterna non eſt locus tali prælationi[z].
Aut † facta eſt cõceſsio ob merita patris: tunc nõ admittentur filij, niſi ſint hæredes, & cenſebitur feudũ hæreditariũ. Quod & in dubio præſumitur, etiã ſi mentio hæredũ facta non ſit. Multò magis ſi ſit facta, vel ſit dictũ, *Pro ſe hæredibus, aut ſucceſſoribus*. quod Ang. reſpondit[a]. Vel ſi dictũ ſit, *Pro
B ſe & hæredibus legitimis*[b]: vel *Pro ſe & ſuis*, intelligitur *hæredibus*, quod ſuprà dixi. Nec refert q, adijciatur cauſa, quæ ſignificet habitũ fuiſſe reſpectũ ad proſapiã & nobilitatẽ generis: nõ ideo infertur, quin oporteat tum eſſe hæredes. Sed rurſus quid dicendũ, ſi ſcriptũ ſit, *Concedo emphyteuſin pro te & duobus tuis hæredibus, filijs, aut nepotibus?* & videretur admitti filios, aut nepotes, etiã ſi nõ ſint hæredes. his enim verbis vtitur Iuſtinianus in conceſſione, quã eccleſiæ facit[c]: & tamẽ receptiſsima
C eſt ſentẽtia, in emphyteuſi eccleſiæ non eſſe neceſſarium, vt filius ſit hæres patri. Hæc[d] ergo dictio *Hæredibus*, præcedens, reſtringitur ad hæreditatem ſanguinis propter ſubſequẽtia verba *Filijs, aut nepotibus*[e]. Sed tamẽ cõtraria ſententia eſt receptior, vt ea verborum forma oporteat filios omnino hæredes eſſe. quod Bar. Bal. Alex. cenſuerunt[f]: ſecus, ſi dictio *Hæredes*, adiecta nõ ſit. Quæ ſentẽtia ſat probabilis eſt. duæ. n. ſolutiones hîc à Iaſone relatæ, ſatis friuolæ ſunt. Sed † cur feu- 27
D dum mihi ſimpliciter cõceſſum in filiũ meũ non tranſit, niſi idem quoq; ſit hæres[g]? & tamen emphyteuſis ab eccleſia pro me ſimpliter accepta, poteſt à filio retineri, & citra nomẽ hæredis[h]? & Bar. nõ ſubeſſe certã rationẽ credit, ſed id totum cõſuetudini, quæ in feudis locum habet, tribuit: & alij nullã ſubeſſe rationẽ diuerſitatis exiſtimant: ideoq; emphyteuſim hãc tãquã hæredibus deberi, nõ tanquã filijs, cenſuerũt, vt Iac. Beſut[i]. Raph. & Aret. hîc. nec enim aliqua lege hæc
E Bartoli ſentẽtia ſatis probatur[k], & exemplũ operarũ liberti ſpeciali ratione innititur, & lex Iuſtiniani tanquã hæredibus cõcedi emphyteuſin ſatis apertè indicat[l]. Sed adverſus hos ſtat cõmunis ſententiæ auctoritas: vnde verius videtur nõ abſq; ratione id inductũ eſſe. Eccleſia. n. emphyteuſin concedit, vt canonẽ annuũ conſequatur, ſpe conſolidationis ſalua. non ergo tũc agitur, vt filij tanquã hæredes ſuccedant, cùm accipiendo rem emphyteuticã ratũ patris contractũ
F habeant, & ad canonẽ obligentur[m]: at feudum principis beneficio conceditur ob cliẽtis merita. Suprà aũt vidimus, quòd ob merita acquiritur, adventitij peculij eſſe. Vnde filius clientis, tanquã partẽ hæreditatis paternæ, beneficiũ tale conſequetur: meritò oportet hæredẽ eſſe[n], niſi tamẽ alia appareat patris ſentẽtia, vt quia pro ſe & filijs acceperit, nec hæredes dixerit. Idem, etiam ſi hæredes dixiſſet, ſed ex probabilib. coniecturis cõſtaret de hæredibus ſanguinis ſimpliciter intellexiſſe[o]: cuius ſignificationis aliqua

y conſil. xxxviij.
z c. quãm periculoſum. vij. q. j. c. j. an agn. in vſib. feud.
26
a Angel. conſil. clxxxiiij. Cur. Iun. conſil. lxxvij.
b Alex. conſ. cxiij. & cxxiiij. & xxvj. in v.
c § emphyteuſin. in auht. de non alien.
d Bart. d. §. ſi liberi.
e l. ſed & poſteriores. de leg. I. mulieri. de cõd. & demonſt.
f Bart. d. §. ſi liberi. Bald. l. liberi. C. de oper. lib. Alex. hic.
g d. c. j. an agn. gl. c. j. quib. mod. feud.
h d. §. emphyteuſin.
i in d. §. emphyteuſin.
k Bart. d. §. ſi liberi.
l d. §. emphyteuſin.
m l. Caius. de manumiſſ. l. fin. C. ad Maced. Imol. & Alex. hic & §. l. ſeq. §. qui fundum.
n Bald. Iſer. Doct. d. c. j. an ag. Iaſ. hic.
o d. l. ex facto. §. ſi. ad Trebel. Bart. d. conſil. lij.



qua ſunt exempla alibi explicanda[a]. Et hæc quidem in his procedunt, quæ ad extraneos tranſmitti non poſſunt, ſed ad filios pertinent. Quòd
28 ſi † pater filijs ſit aliquid ſui natura ad hæredes tranſitorium ſtipulatus, receptiſsima eſt opinio cenſeri tanquã hæredibus ſtipulatũ eſſe[b], vt magis ſecundum ius cõmune ſtipulatus videatur, per quod vnicuiq; licitum eſt hæredi ſuo acquirere[c], quàm ſecundum ius proprium ciuium Romanorum[d], qua propter patriam poteſtatem filijs ſtipulari poſſunt[e], vtq; filij, tanquã hæredes, actiones potiùs directas moueant, quàm vtiles[f]: convenitq; hæc interpretatio magis menti paternæ[g]: cõvenit & honori, vt pater hæredem habeat[h]: convenit & ſaluti animæ, vt patris cõſcientiã filius exoneret, & æs alienũ patris diſſoluat[i]. Vnde & in
B feudo ſimpliciter accepto ſuprà vidimus nõ admitti filium, niſi ſit hæres[k]. vtilior quoq; eſt ipſi concedenti, vt niſi filij ſint hæredes, revertatur res ad dominum: quo caſu iure clientis finito, ex meliorationibus ſatisfaciendum erit creditoribus[l], nec locupletabitur aliquis cum aliena iactura[m]. Cæterùm ex ſuperiùs dictis conſequens eſt, vt filiorũ mentio in cõtractu non maioris ſit momenti, quàm hæredũ[n]. Vnde & ſi inſtitutos proponamus filios vnà cum extraneis, admittẽ-
C tur ſimul propter vim copulæ omnes pro portionibus hæreditarijs[o], nec præferentur filij: quicquid hîc Alex. tradiderit[p], cuius ſententia ſolùm procederet in re ad extraneos nõ tranſitoria. Idem dicendũ, ſi ſolos extraneos inſtitutos ponamus. Illi enim ſuccedent, filij excludẽtur[q], quod Imol hîc, & Alex. adverſus Salic. rectè exiſtimãt. Nec me mouet, quod adverſus ſuprà ſcriptã in lõcluſionẽ adducit hîc Imola. ait enim, ſi
D pater cenſeretur filio tanquã hæredi ſtipulatus, appellatione filij in contractib. veniret nepos[r]: quod tamen Bar. negat[s]. Sed reſpõde, verum eſt non venire appellatione filij, ſed venit ex nomine hæredis tacitè ſubintellecto. nec. n. loquitur Bar. quando nomen filij pro ſupervacuo adiectũ
VI. eſt. Addunt † tamen hîc Doctores duos caſus,
29 quibus pater non cẽſetur filio ſtipulari, tanquã
I. hæredi. Primus eſt, cùm pater ſtipulatur filio, tanquam extraneo: tunc ſtipulatio non valet[t],
E nec regulæ legis noſtræ eſt locus, vt cùm quis paciſcitur, ne à ſe, néve à filio petatur. pactum enim iſtud cohæreat pſonæ, & aliud eſt à ſe peti, aliud ab hærede[u]. meritò nõ valet huiuſmodi pactũ. Sicut nec in lege noſtra ſtipulatio, vt filio tenere liceat, niſi tamẽ, quatenus patris tempore cõtractus intereſſet[x]: aliàs ex poſtfacto non cõfirmatur, quod à principio nullum eſt[y]. Item niſi ſtipularetur pater rem nõ peti, quæ à filio ſuo, tanquam hærede, aliàs peti potuiſſet: veriſimile eſt
III. tunc tanquã hæredi ſtipulatũ fuiſſe[z]. Alius eſt caſus, cùm ſtipulatur filio ſuo dari poſt mortẽ. cùm enim nihil ſibi dandũ ſit, ſed obligatio poſt mortẽ incipiat, nõ videtur tanquã hæredi ſtipulatus[a]. Sed tali caſu facto patris quæritur actio vtilis filio[b]. Vnde inferri poteſt, valere donationem quam pater filiofamiliàs facit adiecta cõditione *poſt mortẽ ſuam*[c]. cùm. n. tali tempore nõ ſit in poteſtate, ceſſant regulæ, quæ donationi adverſabantur. & ſicvt poteſt pater rem alienã in tale tempus filio ſtipulari[d], multò magis ſuum: &

a d. l. Gallus. §. etiam.
b gl. d. §. ſi pact.
c l. ſi pact. ff. de probat. l. veteris C. eod.
d Inſt. de pàt. pot.
e d. §. ei, qui.
f d. l quodcũq.
g l. ſcripto. in fi. vnde lib.
h §. valde. Inſt. ex qb. cauſ. mã.
i c. tua. de vſur. ij.
K d. c. j. an agn.
l c. j. §. ſi vaſallus. hic. fin. lex.
m Alex. conſ. cxxij. in ij.
n l. eum, qui ita. §. j. ff. eod.
o c. Rainaldus. de teſta.
p Bald. l. j. C. de iur. emphy.
q Bart. d. §. ſi liberi.
r d. l. tale. §. ſi.
s Bar. l. liberorũ. de verb. ſig.
t d. l. ſi tibi. §. ſi pactus.
u l. qui in futurum. §. j. eo. tit.
x d. §. nos autẽ.
y d. l. ſtip. §. alteri. vbi dixi.
z l. auus. de pac.
a d. l. quodcunque. §. j.
b l. ſi ita. de pact. dot.
c l. ſi don. j. C. de collat.
d l. frater à fratre. de cõd. indeb.

ideo talis donatio non cõferetur. Idemq;, cùm quis nomine filiæ ſuæ res emit. quia. n. ſe viuo filius duarũ eſt incapax, videtur poſt mortẽ donaſſe, ideoq; filiũ præcipuas habere[e]: quòd ſi donatio poſt mortem collata[f] ſit, ſed præſens fuerit, cõſtat non valere, adeò vt nec morte donantis confirmetur[g], niſi acceſſerit traditio. tunc. n. cõfirmatur[h], & cõfirmatio rectè trahit ad tempus rei traditæ[i]. Sed ſi res donata & tradita eſſet alicuius, ceſſat æquitas, quæ fictionẽ retrotractationis ſuſtinebat[k]. Sed nos huiuſmodi caſus & plures alios alibi commodiùs explicauimus. Sed quid, ſi pater filio emãcipato ſtipuletur? & in ijs, quæ filio quæruntur, tanquã filio, credendũ eſt valere ſtipulationẽ, vt in operis libertorũ[l]. Idẽ quandoq; fa-
B uore dotis cõſtitutũ[m]. Bar. tamẽ & cæteri generaliter permittendũ id patri exiſtimant propter præcedẽtis patriæ poteſtatis reliquias[n]. At Pet. Beſ. nõ tantum reliquijs hiſce, ſicvt rectæ cœnæ, tribuendum cenſet. eſt. n. emancipatus patri ſuo extraneus[o]. nec votũ patris, quo velit acquirere filio, ſufficit, niſi tempore apto hoc faciat. quã ſententiam & ego ſuprà ſum ſecutus[p]. Nec mouet, quòd poſsit pater filio ſtipulari in caſum, quo ſit extra poteſtatem: quia ſat eſt tempore ſti-
C pulationis eum eſſe in poteſtate, cùm in acquiſitionibus ad initiũ attendamus[q], & faciliùs ſuſtinetur ſtipulatio, quando alterũ extremũ repugnat, quã quãdo vtrũq;[r]. Vnde quod inquit Bar. in pari cauſa eſſe, quod tempore non apto fit, & quod in tempus minus idoneũ confertur[s], non pcedit, cùm cõfertur in tempus ſola quadam ex benignitate idoneum[t], vt in caſu noſtro eſt, in quo lex ob hãc cauſam vtilem actionem decernit[u], nec. n. fit extenſio, quando vtrunq; tempus
D aptũ non eſt, ne ſcilicet quæ à iuris noſtri orbita recedũt, extendãtur[x]. Sed quid in caſu cõtrario dicemus? an filius emancipatus patri ſuo ſtipulari poterit? & omnes fatẽtur non poſſe[y], ſicvt nec libertus, quia extra domini poteſtatẽ factus eſt, illi ſtipulari poteſt[z]. Nec obſtat, q ſuprà cenſuerit Bartolus, patrẽ poſſe emancipato ſtipulari: quia reſpondẽt Doctores, votũ patris eſſe, vt filio acquirat, non cõtrà[a]. Quæ ratio friuola eſt. nec. n. deſideriũ cuiuſquã adverſus iuris regulas
E attẽditur[b]. vnde ſatius eſt credere, nec patri quidẽ permitti, vt emãcipato filio ſtipuletur, quãdo de poteſtate exijt, quæ patria, vel dominica poteſtas huius acquiſitionis eſt cardo[c]. Sed an pater filio monacho ſtipulabitur? & poſſe receptũ eſt. nec. n. monachus deſinit in poteſtate patris eorũ reſpectu eſſe, quæ ſuã vtilitatẽ reſpiciunt[d], licet aliàs cenſeatur in poteſtatem abbatis tranſire.[e] Nec refert, q acquiratur tunc nõ ipſi, ſed potius monaſterio. nã & pater qui operas liberto-
F rum ſtipulari filio poteſt, vt ſuprà vidimus, id ipſum facit, etiã ſi alteri vtilitas quæratur, putà patri adoptiuo[f]. Sed † quid in matre, nunquid lex noſtra tali caſu procedet? etiã conſtat non pcedere. nec. n. mater ſtipulari filio poteſt[g], ſicvt nec è cõtrario filius ſtipulatur matri[h], niſi tamẽ in ijs caſibus, quibus etiã extraneus alteri ſtipulari poſſet, putà fauore dotis[i], vt aliqui ſentiunt, & nos ſuprà diximus: vel quãdo mater ſtipulaer tur filio ſuper re ipſius matris, & quæ ſua permanet[k]. Idem, ſi in caſu ſtipularetur, quo iam ſua

eſſet,

I. 130.
Quod dicitur.
e l. filius, cuius. famil. ercisc.
f d. l quodcunque. §. j.
g l. Papinianus. de don. int. vir.
h l. ij. C. de inoff. donat.
i l. ante p. C. de don. Int vir. l. ſequens. de leg. ij.
K l. j. §. ſi pater. pro donat.
VII.
l d. l. vt iuriſiurandi.
m l. Caius. ſol. matri.
n l. talem. de hæred. inſtit.
o l. j. C. de rei vx.
p l. ſi genero. C. de iur. dot.
q l. ſi filius. ff. eo.
r l. ſi familia. de iuriſ. om. iud.
s l. quod ſponſæ. C. de don. ante nup.
t gl. l. illa inſt. ff. de hæred. inſtit.
u d. l. quodcunque. §. j.
x c. quæ à iure. de reg. iur. in vj.
y l. debitor. §. ſi. ad Treb.
z §. Chryſogonus. l. ſi ita. ff. eod.
a d. l. ſcripto. in fin.
b d. l. ſi genero.
c Bal. l. executorem filius. C. de execut. rei iud.
d gl. §. j. auth. conſt quæ de dig. Bar.
e gl. l. ſi ex cauſ. §. Papinianus. de minor.
f d. l. vt iuriſiurandi §. ſi. de oper. lib.
g l. pact. l. pater. C. de pact. conven.
VIII.
30
h d. l. debitor. §. ſi.
i l. Caius. ſol. mat. dixi. ff. d. §. alteri.
K l. Publia. in prin. depoſ. dixi d. §. ſi nummos.

eſſet[a], vt cùm emphyteuſin pro ſe & ſuis filijs accipit. intelligitur enim primùm pro ſe accipere, deinde poſt mortem ſuā pro filijs[b], ſtipulatur ergo filijs rem in id tempus, quo ſua eſſe deſinat, vt hîc Iaſ. ait. Cæterùm hac in re perpendendi ſunt duo caſus. Primus, cùm emphyteuſis hæc eſt à priuato accepta, & ideo tranſmitti in quoſcunq; hæredes poteſt: & tunc, vt ſuprà diximus, videtur filijs tanquam hæredibus ſtipulata, & huiuſmodi filiorum mētio pro ſupervacua
31 eſt[c]. Alter † eſt in emphyteuſi eccleſiaſtica, in qua filijs, tanquam filijs, ſtipulata cenſetur[d]: & tali caſu videtur permiſſum ei filiis ſtipulari, ſicvt & pater filio emancipato & in adoptionem dato ſtipulatur[e]. nec enim hoc caſu quicquā ad patriā poteſtatem attēdimus. Sanè dubia eſt ſuprà ſcripta ratio, an videatur ſtipulari rem, quę eſt ſua, ſi liis: quia cenſuit Angel. Imol. Alex. Aret. Lancel. cum quibuſdam aliis, tali caſu filios ſimul cū matre admitti[f]: quia nō vt hæredes, ſed vt filii vocātur: à quibus tamē ego propter naturam emphyteuſeos, quę in duos deſcēdentes poſt mortē primi emphyteutæ trāſit, hoc caſu diſſentio[g]. Quid verò in beneficio cliētelari ſit, alibi attingitur[h]. & quomodo illud ꝑ fratrē fratri acquiri valeat,
XI. ſuprà diſputauimus[i]. Poſtremùm dubitant Do-
32 ctores, cùm † pater filio & nepoti emphyteuſin vel quid ſimile ſtipulatur, an etiam iis ſtipulatus cenſeatur, qui poſt mortē ſuā cōcepti ſint? videretur. n. nō cenſeri, quia tales nullo tempore cōiuncti ſtipulatori fuiſſe exiſtimātur, ideoq; tanquam extranei ab hæreditate eius reiiciūtur[k]: quod Ang. Raph. Beſutiusq; hîc cenſuerunt. Sed tamē Bar. Imol. Alex. Iaſ. cæteriq; receptiore calculo contrà: quoniā reſpectu legitimæ ſucceſsionis duntaxat pro nepotibus nō ſunt. eius. n. dies à morte teſtatoris cedit[l]. vnde ſi eo tēpore nec nati, nec cōcepti ſunt, excludūtur. Idemq; reſpectu teſtamētariæ ſucceſsionis eſt dicendū. ſi. n. filii, vel nepotes purè inſtituti ſunt, nō veniūt concepti poſt mortē teſtatoris: imò quod ad eos attinet, pro nō ſcriptis ſunt[m]. At in ſucceſsione conditionali nō cedit dies à morte, ſed ab eventu cōditionis[n]. Vnde ſatis eſt, ſi tali tempore nati, ſeu cōcepti ſint. Quod etiā in fideicōmiſsis cōditionalibus eſt receptū[o]. Vnde in caſu noſtro cū ſtipulatio hæc ordine ſucceſsiuo accipiat[p], & habeat conditionē poſt ꝓximioris mortē, ſatis eſt eo tempore eſſe conceptū. Aut ergo ſtipulatus eſt pater filiis, & nepotib. tanquā hæredibus: & clarū eſt nihil referre, ꝙ viuo ſtipulatore nō ſint cōcepti. poteſt enim quis ſtipulari hęredi ſuo, & deinceps ſucceſsiuè, quāvis adhuc non ſint nati[q]. aut ſtipulatus eſt tanquam filiis, & tacita conditione poſt filiorum mortem nepotibus: & ſatis eſt ad tempus evenientis conditionis attendere. quod & in ſtipulatione operarum Paulus reſpondit, & certiſsimum eſt[r].

a d.l. q̄d ſpōſæ.
b d.l.Gallus.§.j.
c l.tale pact.in fi.de pact.l.eū,q ita.§.j.ff.eod.
d d.§.emphyteuſin. Bar. d.§. ſi liberi.
e d.l.vt iuriſiurandi.in fi.
f Alex. d.§.j. verſ.& hoc put.
g d.§.emphyteuſin. Bar.hîc.
h c.j.de feud. fœm.c.j. an marit.
i d.§.alteri.vbi dixi.
k l.ſi Titius. de ſuis & legit.
l Inſt.de hær. q̄ ab int. in princ.
m l.i.§.& cū triplici.de cad.tol. Dec.cōſil. ccliij.
n l. intervenit. de leg.præſtan. l.eum,qui poſt. de condit.& demonſt.
o Io.And in Spec.rub.de teſta. Alex. conſ. xxvj.in iij.Dec. rub.C.de ſucceſ. edic.in princip.
p d.l.Gallus.§.j.
q l.hær.ff.de verſig.d.l. Gallus. §.etiam.l. eum, qui ita.§.j.ff.co.
r l.Paul.§.Paul. j. de oper. lib. Rom.ſing.ccxcv.Soc.conſil.x. in iij. Crot rep. § diui.l.filiusfamilias.ff.de leg. j.

## LEX CXXXI.

1 *In factis quilibet hæredum refert teſtatorem in ſolidum.*
2 *Et quid ex parte promiſſoris.* 3.
5 *Hæres omiſſus non tenetur, niſi interdum.* 6.

SCAEVOLA *libro* 13. *Quæſtionum.*

## LEX CXXXI.

A IVlianus[a] ſcripſit, ſi neq; per te, neque per hæredem tuum Titium fieret, quò minùs mihi ire liceat, ſtipuler: non ſolum Titium teneri, ſi prohibeat, ſed etiam cohęredes eius.

IVLIANVS[a]. ¶ Stipulatur quis quandoq; hæredi ſuo Titio quid fieri, quandoq; quid dari. Si factū ſtipuletur, valet[s]. 1 cùm † enim facta ſint indiuidua, quilibet hæredum in ijs teſtatorem in ſolidum repræſentat[t]. vnde nō poteſt videri aliqua ex parte extraneo ſtipulatus. Si 2 † verò dari ſtipuletur, Titij mentio ſupervacanea eſt[u]. quia obligatio dandi inter hæredes diuiditur pro hæreditarijs portionibus: ſicq; Titius teſtatorē niſi pro rata parte repręſentat[x]; pro reliquis extraneus cenſetur: meritò non, niſi ratam partem ipſe habebit, B cohæredes reliquū, videbiturq; Titij facta mentio, quia eum ſolum hæredem ſe habiturum crederet[y]. & hæc quidem diſtinctio ex parte ſtipulatoris eſt vera. Sed † quid ex parte promiſſoris, 3 an poteſt quis vnum ex hæredibus duntaxat obligare? & in obligatione dandi clarum eſt nō poſſe. ſubeſt enim eadem ratio, quòd ſupra hæreditariam portionē iſte extraneus eſt[z]: in obligatione verò faciendi verius eſt vnum tantùm obligari poſſe, ſi id actum ſit. Hincq; infertur ad C legis noſtræ ſpeciem, *Promiſi, neque per me, neque per Titium hæredem meum fieri, quo minus eas agas*: Titius impedit, an cæteri cohærèdes ex facto illius convenientur? & hîc reſponſum eſt cōveniri, vt, quatenus intereſt, quilibet pro portione hæreditaria præſtet[a]. promiſit enim teſtator, quòd Titius non faceret: quæ obligatio inter hęredes reſpectu eius ꝙ intereſt diuiditur[b]. Sed quid, ſi non Titius, ſed alius cohæres impediat? an ex eius facto committetur ſuprà ſcripta ſtipulatio? D & Accur. ſentit cōmitti, tanquam Titij mentio ſit ſuperflua. Quam ſententiam Dinus, Iacob. Ang. Imol. Caſtr. probant, quoties Titij facta eſſet mentio, quia eum ſolum teſtator credebat ſe hæredem habiturum[c]. Sed † cùm in ſtipulationibus 4 caſus omiſſus pro omiſſo ſit[d], verius † eſt ſuprà ſcriptis verbis cæteros nō nominatos 5 nō teneri, vt Alex. & Iaſ. hîc tradūt, & alibi Bart. ſenſit, & non pauci alij[e]: & hoc in ſuprà ſcripta ſtipulatione, *Neq; me, neq; hæredē meū*, quæ facti eſt, E perſonæ cohæret, ad hæredemq; non tranſit[f].

I. Quòd † ſi facti ſtipulatio ad hæredē tranſmiſ- 6 ſibilis ſit, defendi alia ſententia poteſt: quia illa verba *Neq; me*, intelligentur, & hæredes meos[g]. II. vnde vno impediēte cōmittetur ſtipulatio. Addit Paul. Caſt. ſi cōtractu bonę fidei ſuprà ſcripta verborū forma cautū ſit, ſolū Titiū impediētē in ſolidū cōvenire poſſe, nec eius facto alios teneri[h]. IIII. qua de re nos alibi loco ſuo. Addo ego, Titium etiā in ſolidū actione ex ſtipulatu cōveniri F poſſe[i]: quia ab eo incepit obligatio, licet cohæredes nō, niſi ꝓ portione hęreditaria, ipſi teneātur, qa ex trāſfuſa à teſtatore obligatione ipſi cōveniunt: qua de re ſuprà[k]. Cęterū hac ex lege adnotandū eſt, ſi adverſus ſtipulationē perſona, de qua cautū nō ſit, faciat, eam nō cōmitti[l], qa caſus omiſſus ꝓ omiſſo eſt[m], & † qa vbi verba deficiunt, 7 ibi & diſpoſitio deficit[n], hîcq; oritur, ſecundū Bal. illa cauſidicorū exceptio, *Si eſſem nominatus in inſtrumēto*, &c. quę tamē in hęrede locū nō habet[o], qui ꝑſona defuncti ſuſtinere creditur: itē

s l.continuus.in fi.ff. eo. l.unus. ff.de pact.
t l.i executione. §.quod ſi ſtipulatus.ff.eod.
u l.eum,qui ita. §.j ff.eod.
x l.cū à matre. C.de rei vend.
y l.tale in fi.de pact.
z l. ſeruo legat. §.ſi teſta.de leg. iij.
a l.iiij.§.Cato.ff. eod.
b l.ſtip.nō.verſ. Cellus. ff. eod.
c d.l.tale in fin.
d l quicquid.ff. eod.
e Bar.d.l.continuus.§.fi.
f l.ſi ſic.ff.eod.l. ſtip.iſta.§. cum vero.§.ſed ſi quis.ff.eod.
g l.ſi pact.ff de probat. not.d.l. ſi ſic.
h l.in depoſiti. ff.depoſ.
i l.hęr.§ in ea. mil.erciſc.d l.in executione.§.ꝙ ſi ſtipulatus.
K l.iiij.§. Cato. ff.eod.
l l.ſi binæ.ff. de iniuſt.rup.
m l.ſi cum dote. ſol.mat.
n l.iiij.§. totles. de dam. infect.
o l.j.C.quorum. leg.vbi Bal.l.poſtulāte.ad Treb.

nec



nec in eo, qui probabile ius prætendit, & ſua interſit[a]: qua de re Iaſ. hîc latiùs.

2 *Dare ad dominij tranſactionem refertur.*
4 *Cautio quomodo extorquenda.* 10.
5 *Contractuum bonæ fidei & ſtricti iuris differentia.*
12 *Cautionis virtus.*
14 *Solutum adiecto qua actione repetatur.*
19 *Donator quandoque de euictione convenitur.*
24 *Singularis ſucceſſor ex cauſa denuntiat primo venditori.*

¶ Qui fundum[a] ſibi aut Titio dari ſtipulatur: quāvis fundus Titio traditus ſit, nihilo minùs petere fundum poteſt, vt ſibi de evictione ꝓmittatur. nam intereſt[b] eius, quia mandati actione fundū recepturus ſit à Titio. Sed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, dicetur traditione protinus reum liberari.

a §. QVI FVN- 1 DVM[a]. ¶ Qui † ſpeciem, putà fundum, adiecto ſoluerit, adhuc conveniri ad eandem poteſt, vt evictionis cautionē præſtet, ſi tamē ſtipulatoris intereſt eam pręſtari, vt quia adiecto non donauerit. Sed cùm fundus ſolutus ſit, nónne iā orta eſt eius ſolutione liberatio[b]? quomodo ergo rurſus peti poteſt? Et 2 ſciendū, eum, qui † promittit rem dare, cenſeri promiſiſſe dominium transferre, ita vt res evinci non poſsit[c]: idq; etiam ſi ex cauſa donationis 3 promiſiſſet[d]. quòd † autem debitor caueat, non verbis ſtipulationis inducitur, ſed æquitate quadam, quę officium iudicis mercenarium excitat, 4 vt debitorem ad id cogat. Cùm † ergo iure actionis cogi ad præſtandā cautionem promiſſor nō poſſet, qa verbis ſtipulationis omiſſum hoc fuit[e], ſubſit tamē ęquitas, maluit legiſlator permittere, vt actio ad fundum inſtituatur, cui ſubſeruiēs officium iudicis actori de cautione ꝓuideat, cū alioquin huiuſmodi officium abſq; actione non conſiſteret[f]. atq; ita Pet. Iac. Alberic. Caſtr. Alex. Iaſ. cenſuerunt. Quæ ſententia nō ſolùm in ſtipulatione procedit, ſed etiā in actione ex teſtamento[g], quæ licet quibuſdam caſibus inſtar bonę fidei actionum habeat[h], quod tamen, ad cautionē hāc pertinet, quæ extrinſecus accidit, ſuam na- I. turam ſeruat[i]. Hincq; † apparet, aliud fore, ſi ex contractu bonæ fidei hæc cautio eſſet pręſtan- 5 da. tunc enim non res peteretur, ſed actione ex illo contractu ageretur, vt cautio præſtaretur. nō enim officio iudicis tunc deberetur, ſed actionis iure[k]. Quæ ſententia maximè in actione ex vendito procedit, quæ facta ſolutione rei ſtatim extinguitur, vt ſuſcitari amplius nequeat, cùm ea non ad dandum, ſed tradēdum ſit, vt alibi Bar.[l] II. ſcripſit. In † actionibus quoque arbitrarijs, quia 6 res certo loco ſoluta non ſit, mihi verius videtur ad id, quod interfuit, tantùm agi, à reliquo vero liberationem obtigiſſe, & ideo totum amplius peti non poſſe[m], tametſi hac in re alij aliter ad- 7 verſus legis verba diſtinguant. arbitrium † enim iudicis hoc caſu idem operatur, quod bonę fidei natura[n]. Cæterùm † ſi non ideo agatur, quòd III. cautum non ſit, ſed quia res deterior data ſit, in 8 contractibus ſtricti iuris ſolet diſtingui, vt ſi dolo debitoris id factum ſit, actione de dolo agatur[o]: ſi culpa, actione in factū[p]: in contractibus verò bonæ fidei, actione ex contractu res ipſa petatur[q]. Quod & ad actionē ex teſtamento producunt, quæ in hoc quoq; naturam bonæ fidei imitatur[r]: quod hîc latiùs Alberic. diſputat. Sed cùm hoc rei ipſius interiorē naturam reſpiciat, non aūt, quod extrinſecus accidit, vt cautio, non

a l.ſi cui legetur de leg.j.vbi Bal.
b Inſt.quib. mod.tol. oblig. in princ.
c l.ſi rem meā.ff. de ſol.l.qui concubinā §. ſi hęr. de leg.iij.
d l.ij.C.de evict.
e d.l.quicquid. ff.eod.
f l.iiij.depoſ.C.
g l.etiam.de ſol.
h l.in minorū. C.de reſt. in integ.
i l.ſi.ad fi.de cōdic.ob turp. cauſ.
K l. ex empt.§. etiā.de act emp. l.ij.ff. de evict.l. qui rem. C. de evic.in gl.
l Bar.l.ſi rē meā l. ſi quis.aliam. de ſolut.l. Ariſto.§.j. de don.
m l.iij.item Iulianus. de eo ꝙ cer.loc.
n §.præterea. Inſt.de act.
o l.& eleganter §. non ſolum. de dolo.
p l.exhibitionis C.ad exhib.
q l.iiij.§.j.commod.l.j.§.ſi res. depoſ.
r l.huiuſmodi. §.ædes de leg. j.

L.131. Iulianus ſcripſit. § Qui fundum.

arbitror alieno loco hîc attingēdum. Sed † quid, cùm res debita à die moræ vilior facta eſt. an totam rem, ſeu æſtimationē petemus, an ſolùm rē, & quāti minoris res interim facta eſt? & Petrus, Iac. & Alber. totam peti cenſuerunt. æſtimatio enim & ipſa extra rem eſt. Et Bar. con- IIII. trà, nempe damnū ipſum duntaxat[s]. 9 qua de re nos alibi diſputauimus. V. Illud magis ad rem facit, quod hîc Bar. tradit, peti † quidē 10 fundum ipſum, vt hîc dicitur, non vt ſibi detur, cùm eū iam habeat, ſed adiecta clauſula, vt ſibi de evictione caueatur: quæ B & Veterum opinio fuit[t], ne aliàs vnum petatur, aliud fiat, diſcrepetq; à libello ſententia[u]. Ego ſatis eſſe arbitror, ſi in proſecutione cauſæ declaret actor ſe ea fine petere, vt cautionē conſequa- VI. tur[x]: & ideo alibi lex ſimpliciter ait, rem repetē- 11 dam, nec huius clauſulæ mentionē facit[y]. Sed pone: aliquis † cauſidicus huius ſcrupuloſitatis ignarus porrexit iudici libellum, & rem non petijt, ſed ſimpliciter, vt cogeret reum ad cauendū: an ſuſtinebitur intētio? & videretur ſuſtineri, ne C ad formulas verborū magis, quàm ad ius ipſum attendamus[z]. Bart. tamen & cæteri videntur aliud ſentire, quos ego minimè ſequerer, quoties vel ex reſcripto principis, vel legis municipalis auctoritate iudex facti veritate inſpecta ius red- VII. dere teneretur[a]. nec enim ad huiuſmodi amba- 12 ges eſſet attendendum. Sed † cuius vtilitatis erit hæc cautio? cùm enim is qui dare promiſit, iuris diſpoſitione evictionem præſtare teneatur[b], videtur fruſtra agi, vt caueat, cùm iā cautum ſit[c], D 13 maximè cùm hæc cautio citra fideiuſsionē præſtetur[d]. Reſpondent † Imol. Alex. Iaſ. noſtra intereſſe plures habere actiones[e]. nam & vtilis eſt cautio, etiam ſi aliàs reus abſq; ea fuiſſet obligatus[f]. Ego in eo quoq; vtilem eſſe arbitror, quia hæc cautio cū hypotheca bonorū fieri debet[g]. vnde ſemper actoris intereſt habere pignus. In eo quoq; vertitur vtilitas, quòd detrectante reo cautionem, fiet ſtatim executio, cùm aliàs expectaretur tempus, quo res evicta fuiſſet[h].

E MAM INTEREST[b]. ¶ Quod † ergo ſolutū b 14 fuerit adiecto, poteſt actione mādati ab eo repeti. Vnde apparet adiectum cenſeri ſtipulatoris ꝓcuratorem eſſe[i]. Quod Doctores intelligunt verum eſſe, ſi adiectus ſtipulationi præſens fuerit. præſentia † enim & ſilentium arguunt tacitum 15 mandatum[k]. Quòd ſi † abſens fuiſſe ꝓponatur, 16 tunc actione negotiorum geſtorum potiùs cōvenietur: quia lex ait adiectum non eſſe procuratorem[l]. Sed cùm lex generaliter loquatur, & adie- F ctum actione mandati cōveniri dicat, idq; & pleriſq; alijs legibus cautum ſit[m], non eſt hæc opinio facilè approbanda, vt meritò Mart. ſentētia debeat eſſe potior, quam Aretin. Beſut. & Iaſ. hîc ſecuti ſunt[n]: Verum enim eſt, adiectum non eſſe procuratorem, ſi principiū attendamus: at † poſt- 17 quam recepit pecuniam, cenſetur fuiſſe procurator, quia recipiendo videtur approbare factum ſtipulatoris[o]: ſicvt ſuprà diximus, cùm pater pro ſe & filijs ſtipulatur emphyteuſim ab eccleſia, & filij hæreditatem patris repudiant,

s d.l.vinum. vbi Bart.ſi cert.pet.
t Cin.in d.l.exhibitionis.
u l.vt fundus. com.diuid.
x l.ſi quis intentione. de iudic. l. in delictis.§.ſi detract.de nox.
y d.l.etiam de ſolut.
z l.j.C.de formul.
a c.dilecti.de iudic. Alex. ff.§. Chryſogonus. Iaſ.l.certi cond. §.ſi nummos. ſi cert.pet.
b d.l.ſi rē. Doct. d.l.ſi domus.§. j.de leg.j.
c l.hęc ſtip.in fi. vt leg.no.ca.l.ſi vſuſfructus.§. deniq;.de vſufr.
d l.ſancimus.C. de verb.ſig.
e §.ſic itaq;.Inſt. de act.
f gl.l.cogi.in prin.ad Trebel. l.pen. C. depoſ.
g l.filio.vt leg. no.Bart.l.ſi prius.q iij.ff. de ope.no. vbi dixi.
h l.ij.ff.de evict. l.ex empto.§. ij. de act.emp vbi Bart.
i l.ſed & ſi quis. § prin. de vſufr.
K l.qui patitur. ff.mandat.
l l. vero.§.j. de ſolut.
m l.qui res.§ ꝙ ſtip.in fi. co. tit. §.ſi quis alij.Inſtit.de inut.ſtip.
n Paul.Caſt.l. eū,qui.in fi.ff.co.
o l.fi.C.ad Mac.d.

&

& emphyteuſin retinent, convenientur actione
perſonali ab eccleſia, tanquam pater procurato-
rio nomine eorum contraxerit, ipſiq; ratum ha-
buerint, quod Imol. Alex. Recentioreſq; omnes
tradiderunt. Et hæc quidem in dubio procedũt.
nec enim accipitur
ea coniectura, vt
quis donare velit [a].
18 Quòd ſi † appareat
id actum, vt dona-
tionis cauſa adie-
ctum ſit Titij no-
men, tunc actione
mandati conveniri
non poterit: quia
donatarius, non au
tem procurator cẽ-
ſebitur: & hoc ca-
ſu, quia non inter-
eſt ſtipulatoris, nó
poterit agere, vt
promiſſor caueat.
Hincq; adnotant
19 omnes, ſi † res ali-
cui ab emptore donata evincatur, actionem de
evictione adverſus vẽditorem nó cócedi. Quod
intelligendum, niſi donatio huiuſmodi à cóven
tione cœpiſſet. cùm enim donans hoc caſu evi-
ctionem præſtet [b], æquum eſt, & illi adverſus vẽ
ditorem ſuccurri. Idẽ, ſi à traditione cœperit do-
natio, ſed actum ſit, vt donans evictionem præ-
ſtet [c]. Idem quoq; (inquit Iaſon) ſi ex cauſa remu
nerationis facta proponatur, tanquã interſit do-
nantis ſalua eſſe hoc caſu iura ſua in venditorẽ [d]:
quæ cùm iam nata ſint, faciliùs conſeruãtur, quã
20 à principio inducãtur [e]. Vnde † quamvis aliàs ex
eo, quod adfectionis cauſa interſit, non detur a-
ctio [f], nec ideo alteri ſtipulari quis poſsit [g], tamẽ
iam orta obligatio ſuſtinetur [h]. & ita Iaſon ſentẽ
tiam Bartoli, quæ & Veterum fuit, receptiſsima-
que eſt, interpretatur. Sed illi donanti actionem
de evictione non concedunt, verùm donatario
potiùs, cuius merita tali donatione perſoluta cẽ
ſentur, ſicvt & illi lex actionem mandati dat, nó
autem creditori, qui accepto tulit [i]. Et ideo con-
ſequens eſſet, non niſi eatenus dari hanc actio-
nem, quatenus meritorum æſtimatio compen-
ſationi ſufficit [k]. quod enim ſuprà merita eſt, pu-
ræ & ſimplicis donationis nomen habet [l]. Rur-
12 ſus conſequẽs eſſet, vt † idem quoq; ſit, cùm em-
ptor alteri vendidit pro dato, & facto ſuo, & actũ
ſit, ne de evictione teneatur [m]. Quãvis enim nec
quidem ad pretij reſtitutionem velit teneri [n], po
terit nihilo minùs hic ſecundus emptor adver-
ſus primum venditorem ex cauſa evictionis age
re [o], vt quod in donatario cauſa remunerationis
operatur, id & numeratio pretij, tituluſque one-
roſus poſsit. Quæ tamen omnia magis auctori-
tate Doctorum, quàm certa lege probãtur: vt. n.
ſingularis ſucceſſor primo actori denũtiare poſ-
ſit, lex ſibi ceſſas actiones eſſe vult [p]. Hìc quoque
non id, quod donatarij intereſt, perpẽditur, ſed
quod donantis, & quidem nó ex affectione, ſed
quia fundum ſit recepturus. At vt fideiuſſor cõ-
tra debitorem agat, ſatis eſt, ſi ſoluerit: & dicitur
ſoluiſſe, cui merita compenſata ſunt [q]. Subijcit
22 ergo & certiùs Bart. tunc † donatario contra vẽ-
ditorem conſuli, cùm is donatarius à donante
procurator in rem ſuam conſtitutus eſt, vt quia
ius omne competẽs, & competiturum in tali re,

a l. cum de indebito. de probat. Alberic. hic.
b d.l. iiij. C. de evic. l. Ariſto. §. j. vbi Bar. ff. de donat.
c Bar. d.l. Ariſt. §. j.
d l. idemq́. §. ſi mand. l. pater. ff. de evict.
e l. patre furioſo. qui ſunt ſui, vel.
f l. fideiuſſoris. ff. de pact.
g l. qđ dictũ. §. de pact.
h l. in fundo. de rei vend. l. libertus. qui. de bo. lib. l. ſi in empt. de minorib.
i d.l. idem. §. fi.
k Doct. l. ſi donatione. C. de collat. Dec. cõſ. clxxiiij.
l l. ſi ſpõſus. verſic. enimvero. de donat. inter vir.
m l. ſi ſeruus. de cond. furt. vbi Doc. l. ſi cũ fundũ. de verb. ſig.
n l. empt. in fin. de act. emp.
o arg. d.l. idemq́. in fin.
p l. ſi res, quã à Titio. de evict. Dec cõſ. lxxiiij.
q d.l. idem. in fi.

PAVLVS *libro* 15. *Quæſtionum.*

LEX CXXXII.

QVidam cùm filium *a* alienum ſuſciperet, tradenti promiſerat certam pecuniæ quantitatẽ, ſi eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet.
B quæro, ſi poſtmodũ domo eum propulerit, vel moriens nihil ei teſtamento reliquerit: an ſtipulatio com-
A mittetur. & quid interſit, vtrùm filius, an alumnus, vel cognatus agentis fuerit. Præterea quæro, ſi filium ſuum quis legitimè in adoptionem dederit, & ita (vt ſu-
B prà ſcriptum eſt) ſtipulatio interceſſerit, eumq́ pater adopti-

aut propter talem rem donauerit, vel ceſſerit [r].
habet enim ſingularis ſucceſſor ius denũtiandi
primo actori, cùm ſibi à ſuo auctore ceſſum eſt
nomen [s]. quod communis habet ſententia, &
Alexander & Iaſon hìc probãt. Nec obſtat quod
in perſona ceden-
tis iſtud ius futurũ
ſit invtile, cùm ſua
non interſit: quia
ſatis eſt eſſe vtile in
donatario, cum ſuf
ficiat apud ceſsio-
narium purgatam
eſſe cauſam, vnde
actio cedenti invti
lis erat [t], maximè
cùm ius ipſum in
perſona cedentis
ſubeſſet, licet eius
exercitatio impedi
retur, vt adverſus
Raph. & Aretinum
Iaſ. hìc docet. Qđ
tamen Ber. in ſtipu
latione duplæ non procedere exiſtimat, cùm ea
nó committatur re ſingulari ſucceſſori evicta [u].
quia † talis ſtipulatio nó niſi ad hæredem tranſ- 23
it. Oportet ergo, vt cómittatur, vel ei, qui ſtipu-
latus eſt, vel eius hæredi evictũ eſſe, niſi evictio-
C ne ſingulari ſucceſſori facta etiam ipſi evictũ cẽ-
ſeatur, vt quia ius in re adhuc haberet, vt mulier
in dote marito data [x], pater in dote filiæ ad ſe
quandoq; reverſura [y]. Sed † nunquid ſucceſſor 24
ſingularis, cui ceſſa ſunt iura, poterit recta via de-
nũtiare primo vẽditori? & nó videtur, quia ho-
die excuſsio adverſus datorem ſuum præcedere
debet [z]. Sed alij cõtrà, quando proximus auctor
nó eſt ſoluẽdo, vel aliàs ipſe cóveniri nõ poteſt,
vt ſuprà dictum eſt in donãte. Sed verius eſt id iu
D ris propter hypothecam huic concedi [a]. Nec ex-
cuſsio hoc caſu erit neceſſaria, quam Iuſtinianus
pro pignorum poſſeſſoribus ad finiendas lites
induxit. quæ ratio hoc caſu locum non habet,
quod Bartolus alibi docuit [b].

r arg. d.l. ſi res, quam à Titio.
s Bal. l. j. C. de rerum permut. l. j. C. de iur. dot.
t l. cum is. de fideiuſ. l. & hær. §. nos autẽ. de pact. vbi Iaſon.
u l. ſi cũ vend. §. ſi ſecundus. de evict.
x l. ſi pro re. §. j. de evict. l. quiuis in bonis. de iur. dot.
y l. pater. de evict.
z authen. hoc ſi deb. C. de pig. Cin. l. nomen. C. quæ res pig.
a d.l. ſi. res, quã.
b Bar. l. ſi conuenerit. de pig. act.

LEX CXXXII.

2 *Quòd extraneus exhæredetur quandoque.*
4 *Alios vt filios ſola adoptione habemus.*
13 *Verborum promiſsionis ad ſciendum quando ſtipulatio tractandi vt filium, committatur, habenda conſideratio.* E
17 *Filius inuitus non emancipatur.*
25 *Exhæredatione tacita priuatas offenſas vlciſcimur.*
30 *Promiſsioni tacita ineſt conditio, quatenus non eſt iniuſtum.*
34 *Præſumpto dolo futuro renuntiatur, non autem vero.*
37 *Emancipare quid.*
39 *Implementum facti in ſtipulationibus non curatur.*
40 *Creditum filij emancipati ad patrem non pertinet: eiuſq́ rei ratio.* F

QVIDAM CVM FILIVM. [a] ¶ Qui a
† aliquem tãquam filium tractare 1
promittit: eo emancipato, vel ex-
hæredato, non dicitur contrà fe-
ciſſe: idque ſi vel de facto exhære-
dauerit, cùm iure non poſſet, niſi eum non ex-
hæredare ſeu non emancipare promiſiſſet: quo
caſu committeretur pœna ſtipulatori, vel eius
hæredi, etiam ſi is exhæredatus ſtipulatoris
hæres



hæres fuiſſet, & in cauſa exhæredationis fuiſſet
victus: nec enim altera cauſa alteri præiudicialis
eſt: ſicq; Iuriſconſultus naturam duarum ſtipula-
tionum explicat. Videamus priùs de ea, qua quis
promittit aliquem tractare vt filiũ: & ſi non fece-
rit, promittit pœ-
nam: & concludit
oportere eum de fa
ctó ſaltem exhære-
dari: aliàs cómitte-
tur ſtipulatio. Li-
cet autem exhære-
datio in extraneo
ſit ſuperflua, tamen
2 † hoc caſu ſecus eſt
ꝓpter verba ſtipu-
lationis, quibus i-
ſte ad ſimilitudinẽ
veri filij, quod ad
obſeruationem at-
tinet, redactus eſt.
I. Nec refert, an ſtipu
lator ſit affectione
aliqua, vel vinculo
naturali erga hunc puerum cóiunctus [a], an id mi
nùs. cùm enim de pœna cómittenda agatur, non
II. quærimus, an, vt qualiter interſit [b]. Nec rurſus
refert, an promiſſor hunc puerum ſibi in filium
adoptauerit, an extraneum ſibi eſſe voluerit: ad-
huc committitur pœna ex euentu conditionis,
ęquiparaturq; hoc caſu exhęredatio de facto ex-
III. hæredationi iuris [c]. Nec † etiam refert, ſi adopti-
3 uus hic puer de inofficioſo teſtamento egerit, &
ſuccubuerit. Quod intelligo, ſiue iuſtè, ſiue iniu-
ſtè ſuccubuerit. nec. n. hoc iudiciũ, quo de meri-
tis pueri quæritur, quicquã facit ad ſtipulatorẽ,
& ſic ad iſtum tertiũ, cuius reſpectu ſolùm inſpi-
cimus ad conditionis pœnalis evẽtum [d]. Verum
enim eſt, cùm exhæredatus ſit, fuiſſe tanquam fi-
lium tractatum [e], cùm patres non omnes iuſtè fi-
lios exhæredent. Aut ergo vicit filius in querela,
& ſibi eſt rectè ꝓuiſum: aut ſuccubuit, & ſibi im-
putet. carebit. n. hoc remedio ex inofficioſi que-
rela ꝓueniente, nihilq́; hoc ad ſtipulatorẽ perti-
nebit, qui nec ipſe ad pœnã aget, quia eius condi
tio nó euenit. Sed quę eſt ratio dubitandi in caſu
ſuprà ſcripto? Et Accurſ. indubitatũ eſſe hoc the-
ma ait, an valeat ſuprà ſcripta ſtipulatio. hoc. n.
(inquit) lippis & tóſoribus patet. Dubitari tamẽ
nó abſurdè potuit propter incertitudinẽ ſtipula-
tionis. cùm. n. filij alij aliter à patrib. ſuis tracten-
tur [f], videbatur ex incertitudine ſtipulatio vitia-
ri [g]. Sed & qua ratione non valet iuſsio teſtatoris
hæredẽ, vel legatariũ grauãtis, vt aliquẽ ſibi in fi-
lium adſumat [h], ita nec debuit hæc ſtipulatio va-
4 lere. Quòd † enim quis aliquẽ vt filium habeat, à
iure publico pendet, & non niſi adoptione indu
citur, quæ coram magiſtratu, apud quem legis a-
ctio ſit, ſolùm expediri poteſt [i]. Sed tamen Iuriſ-
conſultus valere ſtipulationẽ ait, nec ex incerti-
tudine vitiari, cùm poſsit hæc dubitatio ad cer-
titudinem reduci, vt ſcilicet ijs verbis teneatur
ſtipulator ea omnia huic præſtare, quę patres er-
5 ga filios tenentur: & † in primis, ſi teſtamentum
fecerit, tenetur eum inſtituere, vel exhæredare:
6 qa hoc neceſſarium eſſet in veris filijs [k]: hodie †
verò adiecta cauſa exhæredare debet [l], ꝙ etiam
Bart. tradit: inſtituere verò ſatis eſt, ſi in re parti-
culari id faciat: nec ideo iſtè, qui filius non eſt, a-
gere ſuppletionis cauſa poterit [m]. Quòd ſi inte-

a l. fideiuſſoris. ff. de pact. l. ſtipulatio. §. liberis. eo.
c arg. l. mulier. §. j. de con. inſt.
d l. inter. §. quod ex facto. tam. et cit. l. filiusfamilias. §. cũ quis. de leg. j.
e l. inter. ff. de li. & poſth.
f l. iiij. §. de inof. teſt. l. in ſuis. de lib. & poſthu.
g l. j. C. de dot. promiſ.
h l. vxorẽ. §. hæres. de leg. iij.
i l. j. l. iiij. C. de adopt.
k l. inter cætera. de lib. & poſth.
l §. aliud quoque. in auth. vt cum de appel.
m l. omni modo. C. de inof. te.

uus exhæredauerit, vel emancipauerit: an ſtipulatio com-
A mittatur. Reſpondi, ſtipulatio vtilis eſt in vtroque caſu. Igitur ſi contra conuentionem factum ſit: committetur ſtipulatio. Sed videamus primùm in eo qui legiti-
B mè adoptauit, an poſſit committi, ſi eum exhæredauerit, vel emancipauerit. Hæc
A enim pater circa filiũ ſolet facere. Igitur non aliter eum quàm vt filium, obſeruabit. ergo exhæredatus de inofficioſo agat. Quid ergo dicemus, ſi & meruit exhære-
B dari? Emancipatus planè & hoc remedio carebit.

L. 132. Quidam cùm filiũ.

ſtatus deceſsiſſet, qui promiſit, non committe-
tur ſtipulatio, nec aliquam partem hæreditatis
vendicabit iſte, qui filius non eſt. nec † enim hæ-
res tenetur eum tractare, vt teſtatoris filium, cùm
talis ꝓmiſsio perſonæ defuncti cohæreat. quod 7
Bar. & cæteri tradi-
derunt. Ad † hæc 8
tenebitur promiſ-
ſor ad ea omnia, ad
quæ parentes offi-
cio iudicis erga fi-
lios cogi poſſunt,
nempe vt ei alimen
ta cógruè exhibean
tur [n], vt diſciplinæ
cauſa ad Gramma-
ticos mittatur, ſic-
ut veros filios mit-
tere deberet [o], vt
domi eũ retineat,
nec abſq; cauſa ex-
pellat [p]. Poteſt † au 9
tem etiam extra do
mũ & ſeorſum nu-
trire eum, ſi arbitrio iudicis ita viſum fuerit [q]. vt
quia iſte moroſus ſit, & querulus, vel ſi ſuſpecta
eſſet eius conuerſatio. quod aliquibus exemplis
Iaſ. hìc docet. Apparet igitur iuris interpretatio-
ne ſatis certam eſſe hanc ſtipulationem. Nec ob-
C ſtat, quòd non poſsit quis grauari, vt aliquem in
filium adſumat [r]: quia † aliud eſt aliquem ado- 10
ptare, aliud tãquam filium tractare, vt in lege nó-
ſtra dicitur. poteſt enim, qui filius nó eſt, tãquam
filius tractari: ſicut municipes poſſunt obligare
ſe talem tractaturos tanquam ciuem, qui ciuis
non ſit. quod Bart. infrà ait. Addit Paul. Caſtrenſ.
licet non valeat huiuſmodi onus, ſecuta tamen
adoptione nihil impedire, quin filiũ adoptiuum
promittat quis tanquam filiũ tractare. Ego † non 11
D valere talẽ onus arbitror, ſecundum vulgares iu-
ris regulas [s], ex æquitate tamen iudicis ſuſtineri
[t]: etiam ideo conditionem adimplendam, vt frui
re relicta quis poſsit [u]: licet alij aliter. Sed quæ
eſt ratio, quòd ſi iſte puer, quamuis iniuſtè, ſit ex-
hæredatus, non committatur ſtipulatio? atqui
non tractat tanquam filium, qui iniuſtè eum ſub-
mouet: nec ſolent patres iniuſtè filios exhæreda
re, vnde hæc ſtipulatio ſecundum id, quod fieri
debuit, fuerat interpretanda [x], alioquin daretur
E occaſio promiſſori illuſoriam ſtipulationem red
dere hunc puerum iniuſtè exhæredando, vel e-
um in rẽ certa, putà duobus aſsibus, inſtituendo.
Paul. Caſt. huic argumento dat manus, & non ſa-
tis æquam Iuriſconſulti deciſionem arbitratur, ſi
tamen hoc dicere fas eſt. Aret. & Iaſo. id inductũ
exiſtimant, ne melior ſit ipſius adoptiui, quàm
iuſti filij conditio. iuſtus enim filius ſolam quere
lam, ſi iniuſtè exhæredatus ſit, eſt habiturus: at
hic ex ſtipulatu quoq; actionem. quæ reſponſio
F primo exemplo non conuenit eius, qui adopta-
tus non eſt. nec enim ille habet querelam inoffi-
cioſi. non cóuenit etiam exemplo adoptati: nec
enim ſtipulatio ipſi cómittit, ſed ſtipulatori, qui
fortè eſt extraneus. Ego neceſſariò ita reſponden
dum fuiſſe propter vim verborũ ſtipulationis ar-
bitror, à quibus non recedimus, & quę ſtrictè ac-
cipi debent [y]. Promiſerat pœnã, ſi aliter, quã filiũ
obſeruaſſet. At † exhæredatio qualiſcũq;, ſiue iu- 12
ſta, ſiue iniuſta eſt, ſolis filijs conuenit. Qui ergo
exhæredauit, aduerſ⁹ verba ꝓmiſsionis nó fecit.

n l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agnoſc.
o l. legatis. de al. & ci. leg.
p l. iij. & iiij. C. de pat. poteſt.
q arg. l. pen. ff. vbi pup.
r d. §. hæres.
s arg. l. filiusfamilias. §. ſecundum. d. leg. j.
t l. cui. de cond. & dem.
u l. ſi quis in teſtamẽto. de cõ. inſtit.
x l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. in gl. ſolebat. ad Maced.
y d. l. quicquid.

nec id iuſtè, an iniuſtè factum ſit, cum ipſo ſtipulatore quærendum eſt, qui ſibi imputet, ſi legem clariùs nō expreſsit. Dixerit aliquis, ſi exhæredatio iniuſta non facit, vt cōmittatur ſtipulatio, ergo & propulſio iniuſta non deberet ſufficere: & tamen Bartolus & cęteri diſtinguunt, an ex iuſta cauſa propulſus ſit extra domum filius, an verò ex iniuſta [a]? Sed reſponde, exhęredationem ſpecialiùs ad filios pertinere, quàm propulſionem, quæ nō ſolis filijs, ſed omnibus domeſticis conuenit. in illa ergo nō diſtinguitur, quæ magis ꝓpriè filijs aptatur: in hac diſtinguitur, quę etiam in alijs, quàm filijs locum
13 habet. Hincq; apparet, ad † vim verborū promiſ-
I. ſionis ſemper attendendum eſſe. Quid † enim, ſi
14 promiſerit teſtator eum tractare, vt boni filij tractari ſolent? certè hoc caſu cōmittetur ſtipulatio, ſi abſq; cauſa fuerit exhęredatus, defenderturque
II. tum Pauli Caſtrenſis ſententia. Vnde ſuprà dixi, hodie quoq; committi ſtipulationem, exhæredato filio arrogato, niſi inſerta legitima cauſa ſit exhæredatus [b], quod Bartolus hîc tradit, & ſequuntur alij: in adoptiuo verò hodie alia exhære-
III. datione non eſt opus [c]. Sed & ſi promiſerit eum honorificè tractare tanquam filium, videtur committi ſtipulatio, ſi exhęredatus ſit, quia cùm iniuriam adferat exhæredatio [d], non dicetur honorificè tractatus: quod & à Baldo traditū extat, cùm maritus promiſiſſet vxorem honorificè habere, intelligetur aliquantò honoratiùs, quàm aliàs etiam arbitrio iudicis potuiſſet [e], quod & Iaſo. hîc
IIII. refert. Quid, ſi promiſit eum vt filium bene tractare? & non arbitrarer dici bene tractatum, qui exhæredatus ſit, vel cui obolus ſit in teſtamento relictus [f]: meritò committetur & tunc ſtipulatio.
15 Nam † & cùm maritus iuraſſet vxorem in futurū bene tractare, ſicut veram vxorem decet, nec eijcere è domo ſub certa pœna: reſpondi committi pœnam, ſi concubinam adiunxerit, vel eam abſque cauſa verberauerit [g]. Quòd ſi non promiſiſſet bene tractare, ſed ſimpliciter iuraſſet tenere in domo, nec expellere, ſecus videretur, vt Iſer-
V nia [h] cenſuit, & Iaſo. hîc refert. Sed quid in duobus amicis, qui fraternitatem contrahunt, & iurant ſe tanquam germanos mutuò obſeruare? & conſtat talem conuentionem validam eſſe. Addit Imola, quòd exhæredatus alter, vel præteritus turpi perſona inſtituta poterit inofficioſi teſtamenti querelam deferre [i], quem Alexander & Iaſon hîc ſequuntur: ſed ego diſſentio. ſicut enim
16 non committitur hîc pœna exhæredato filio, ita nec ſuprà ſcripto caſu præterito ſocio, cuius † præteritio vim exhæredationis habet. nec enim tali pacto efficiuntur illi fratres, ſed ſolùm omnium bonorum ſocij [k], ſicut nec in lege noſtra tali pactione puerile efficitur filius, niſi interue-
VI. nerit adoptio. Sed quid, ſi promiſerit tractare, vt filium, in ijs, quæ ad commodum eius pertinebunt, non quæ ad incommodum? & tunc certum eſt, non poſſe eum exhæredari. id enim ad incommodum pertineret: & ideo, quod inquit Bartol. licere ciuitati, qua fœneratori promiſit tractare eum, vt ciuem, concedere debitoribus moratoriam [l], cæteraque onera imponere, quæ ſubiectis iunguntur, non procederet, ſi recepiſſet in ciuem, eorum duntaxat reſpectu, quæ vti-
VII. lia fœneratori eſſent [m]. Certior ſanè eſt limita-

a d.l.iij.& iiij. C.de pat.poteſt.
b d.auth. non licet. C.de lib.præter.
c l.pen.C.de adopt.
d l.multi.vbi not.de lib.& poſthu.
e Bal.c.ego.de iureiur.
f l.ſi quis condixerit.locat.
g l.conſenſu.in prin.C.de repu.
h Iſer.c.j.quo temp.mil.
i l.fratres. C. de in offi.teſt. Imo. l.ille autem.de hære.inſt. Alex. l.ſi pater. C.eo. tit.
k l.licet.C.de pact.vbi dixi.
l l.quoties.C.de precib.Imp.off. Imol.Iaſ.hîc.
m arg.l. quod fauore.C. de legib.

## Quare ſic debuit interponi ſtipulatio, vt ſi cum emancipaſſet, vel exhæredaſſet, certum quid promitteret:

tio, vt committatur pœna per exhæredationem, quando expreſsè actum eſt certum quid dari, ſi exhæredaretur, vt hic inquit Iuriſcōſultus. quod mox explicabo.

A QVARE SIC [a]. ¶ Secunda pars legis, in qua alia ſtipulatio explicatur, quando promittit quis pœnam, ſi filium hunc adoptiuum emanciparet, vel exhęredaret: diciturque hîc committi propter verba ſtipulationis. Sed huic ſententiæ obſtant duæ rationes: prima, quòd † cùm filius inuitus nō poſ- 17
ſit emancipari [n], ſi conſenſit, non debet pœna cōmitti, cùm volenti non fiat iniuria, ſed facilitati ſuæ imputare debeat, qui conſenſit [o]. Reſpondet
Baldus, filium † legitimum & naturalem inuitum emancipari non poſſe, ſed adoptiuum poſ- 18
B ſe, quia vinculum ciuile non adeò adſtringit, ſicut quod naturali quoque coniungitur. Verùm differentia hæc non facilè videtur admittenda [p], cùm regulariter id poſſit fictio in caſu ficto, quod in vero veritas [q]. Bartolus ergo & alij crebriore calculo etiam inuitum emancipari filium poſſe aiunt, ſi iuſta cauſa ſubſit, quæ, aduerſus Accurſium, ſententia obtinuit: ſicut † vidimus ex
iuſta cauſa concedi filio, vt patrem cogat ad ſe emancipandum [r]. vnde & vice mutua idem & 19
C patri permittendum erga filium fuit. Ego nihil referre, quòd filius conſenſerit, arbitror, cùm ſtipulatio pœnalis non ab ipſo, ſed ab alio ſit cōcepta. vnde eius conſenſus nihil impedit, quin in alterius commodum committatur ſtipulatio: quod & Raphael hîc ſentit. Secunda ratio.
Ait Iuriſconſultus, valere † promiſsionem pœ- 20
nalem, ſi pater adoptiuus filium exhæredauerit. atqui iſtud non videtur verum, quia hoc modo
D metu pœnæ non audebit pater adoptiuus eum exhæredare, ſicque non habebit liberam teſtamenti facultatem: ergo potiùs ſtipulatio pœnalis infirmari debet [s]. cogetur enim iam pater hūc inſtituere: at pactum futuræ ſucceſsionis irritum
eſt [t]. adde, quòd † cogetur etiam delinquentem 21
& ingratum inſtituere, ne pœnæ ſit locus: ſicque materia delinquendi filio præſtabitur, quod lex non ſolet concedere [u]. Sed huic rationi reſpondent Doctores. aut promiſſor iuſtè hunc exhæredat, & non committitur pœna, eſtque locus legi
E noſtræ: vnde falſum eſt cogi eum, vt inſtituat ingratum, aut delinquentem. Item falſum eſt eiꝰ liberam poteſtatem reſtringi, cū ex iuſta cauſa poſſit eū nihilo minùs exhæredare. Aut † iniuſtè pa-
ter exhæredat: & tunc meritò cōmittitur pœna: 22
nec dicitur per ſtipulationē reſtringi eſſe poteſtatem iſtam, ſed per legem potiùs, quia lex ꝓhibet filiū iniuſtè exhęredari: ſicq; Bart. & cæteri exiſtimarunt. Sed mihi videtur hæc diſtinctio aduerſus legis noſtræ verba eſſe, quæ ſimpliciter exhæ-
F redatione committi pœnam ait, ſentitq;. etiam ſi iuſtè ſit filius exhæredatus, violantq; Accurſius [x] & alij communiter verba legis, quæ ad proximam potiùs referri, quàm ad diſtantem verſum debent. Et ſicut ſuprà, quando † quis promiſit tra-
ctare vt filium, cōcluſimus iniuſta exhæredatione non committi ſtipulationem, quæ receptiſsima eſt opinio, ita quando quis nō ſolùm promiſit tractare vt filium, ſed etiam promiſit non exhæredare, videtur dicendum committi, etiam ſi iuſtè exhæredauerit, idque propter ſtipulationis verba, 23

n l. nec auus. C. de emanc.lib.
o l.ſi donationis. C.de tranſact.
p l.fin.§.ex bono.ff.de bon. dam.l.nec in ea ff. de adulter.
q l.ſi filius. ſi cer.pet.
r §.ſi.Inſt.quib. mod.ius pat. poteſt.ſol.
s l.ſtipulatio hoc modo.ſ. eo.
t l.ſi.C. de pact.
u l.iij.§.de pac. dot. l.iuriſgentiū.§.ſi pacīſcar de pact.
x gl.verb. quæro.



verba, quæ clara ſunt: ſentit hoc & Iuriſconſultus, dum victo (inquit) filio. Si victus ergo, quia iuſtè erat exhæredatus, quid oportet hîc committi niſi dictum eſſe iniuriā iudicis, quæ non præſumitur [a]: vel defectu probationis, cùm nō ad eum, ſed ad hæredem probatio cauſæ pertineat [b]: vel quia tempora ſint lapſa, & ſic exceptione præſcriptionis [c], cum lex noſtra manifeſtè loquatur de tempore, quo querela competebat [d]. Meritò ergo verius eſt committi pœnam, etiam ſi iuſta ex- A
hæredatio fuiſſet. quod Guid. Suz. Iaco. Albéric. Roſatius, Oldrad. Cyrillus, Homodeus, Iuo, Beſutius & Aret. hîc cenſuerunt, idque optima ratione à quibuſdam Recentioribus probatum eſt. Sed & quodam conſilio ſenſiſſe idem videtur Dinus [e], idque propter verba conditionis, ad cuius euentum reſpectu tertij iſtius ſtipulatoris ſolùm attendimus [f]. cùm enim aut iuſtè, aut iniuſtè quis exhęredetur, durum eſſet, vt conditio generalis, *Promittis, ſi exhæredaueris*, & c. ad caſum iniuſtum duntaxat reſtringatur [g]. Nec me mouet, quòd reſtringatur libera teſtandi facultas [h], quia reſpondet Accurſius aliud eſſe, cùm quis ſtipulatur, *Si me hæredem non inſtitueris*: aliud, *Si illum exhæredaueris*. tacendo enim, vt Ray. inquit, euitatur pœna, nec committitur ſtipulatio ex eo capite, licet ex alio poſſit committi, nempe ex eo, quòd promiſſum ſit tractare vt filium. quod Cyrillus & Albertus hîc
24 docent: at † Imola poſſe reſtringi hanc teſtandi facultatem ait, quia nō principaliter, ſed ex quadam conſequentia actus principaliter permiſsi id inducitur [i]. cùm enim permittat concipi illam ſtipulationem, vt quis tractetur tanquam filius, neque exhæredetur, non curat deinde, quòd aliqua ex parte libertas hæc teſtandi reſtringatur. idque & Aretin. probat. Ego non reſtringi hac ſtipulatione facultatem teſtandi arbitror, ſed potiùs legis auctoritate. cùm enim loquatur Iuriſconſultus in filio adoptiuo, clarum eſt filium à paterna hæreditate excludi non debere. Vnde ſtipulatio videtur iuri communi conformis [k], niſi quòd generaliter ſecundum verba accipitur, nec dictionem cauſæ iuſtæ, an iniuſtæ recipit, ſicut lex communis. Nec nouum eſt, ſtipulationem propter vim verborum latiùs accipi, quàm ius commune induceret [l]. Nec etiā mouet, quòd hoc modo cogetur delinquentem & ingratum inſtituere, & audaciam peccantis non plectere. Reſpondeo, poterit vel in nummo inſtituere, & eum iure patriæ poteſtatis alia via coercere [m]. nec enim exhæredationis ius patri conceditur, vt filij delicta vlciſcatur, cùm aliquæ cauſæ ſint,
25 quæ in criminis nomen non tranſeunt [n], ſed † potiùs vt offenſis ſuis ipſe tali ratione ſatisfaciat: quæ cùm priuatim ad ſe pertineant, non autem iure publico coërceantur, poſſunt arbitrio ipſius remitti [o], vt Aretin. & Iaſo. exiſtimant. Cæterùm
26 fortiùs obſtat, quòd † verba huiuſmodi ſtipulationis, *Promitto non exhæredare, alioquin dabo centum*, viderentur debere intelligi, Promitto non exhęredare iniuſtè, non autem iuſtè, & ſi filius meruerit: quia videtur hæc tacita quædam eſſe condi-
I. tio, quæ ſecundum naturam actus ſubaudit. Vn-
27 de † ſi princeps promittat mihi caſtrum defen-
II. dere, intelligitur, cùm iniuſtè vis mihi inferatur, non autem ſi iuſta ex cauſa [p]. Idemq;, ſi ſub protectionē ſuam res meas receperit, id eſt, fidē ſua publica. quod lex Longobarda in mūdium, lex
III. Salica in ſaluam guardiam regis vocat [q]. Sic † &
28 cliens beneficiarius, qui opem præſtare domino

a l.Herennius. de euict.
b l.omni modo C.de inof.teſt.
c l.ſi quis filiū. C.de inof.teſt.
d arg.c.j. de æt. & qualit.
e conſil.xlij.Ptolemæus.verſ.& contra.
f arg.l. Mæuius. de cond. & demonſt.
g l.de pretio.de Publicia.
h d.l.ſtipulatio, hoc modo.
i l.j.in fi.de auc. tut.
k arg.l.ſi.C.ad l. Fal.l.miles.§.de cem.de re iud.
l l. damni infecti quidam.§.cum partem verſ. ſed quoniam.§. de dam.infec.
m d.l.iij.& iiij. C.de pat.poteſt.
n §.cauſis.in auth.vt cum.de appellat.
o l.j.§.vſq.eadeo.l.non ſolū. de iniur.
p l.ſi quis in grau.§.j.vbi Ang. ad Sylla. Alex. conſ.cxxiij.iij. Soc.lxx.iij.& xxiij. ad fin.iiij.
q c. recepimus. de priuileg.vbi not.

tenetur, eum adiuuabit bellum iuſtè inferētem: non, ſi iniuſtè, niſi quatenus ad defenſionem attinet, quæ illi ſemper iuſta videri debet. nec enim rem tali caſu iudicij ſui eum facere oportet, ſed domino credere [r]. quod ſumma ratione Hortenſius & Cagapiſtus iuris feudalis auctores cenſuerunt, tametſi Ia. cum Bald. ceu verueces, hoc nomine eos damnet: atqui hoc idem & Veteribus placuit, vt Comment. Belli ciuilis primo apud
IIII. Iulium Cæſarem legere eſt. Sic † & in diploma-
tis Pontificijs illa clauſula *Contradictore quolibet amoto*, intelligitur in eum duntaxat ſcripta, qui iniuſtè & de facto contradicat [s]. Sic ſi promitto Ti- 29
tium conductorem non expellere, intelligitur, niſi in re malè verſetur, & penſionem ſoluere de- V.
trectet [t]. Sic Iuriſconſultus, qui promittit Seio patrocinari, cenſetur promiſiſſe, quatenus ille iu- VI.
ſtam cauſam habeat [u]. Sic libertus promittens operas arbitratu patroni, intelligitur, dum tamē VII.
B patronus iuſtè arbitretur [x]. quod & pluribus alijs exemplis demonſtrari poſſet. Sed tamen ſuprà ſcripta legi noſtræ non obſtant, quæ loquitur in conditione, *Si exhæredaueris*, ad cuius conditionis euentum debet ſolùm attendi [y]: & cùm exhęredatio fiat maximè ex iuſta cauſa, alioquin non valeat, videtur maximè de tali actu intelligendum, idq; huius tertij ſtipulatoris reſpectu [z], nam ſi cum filio concepta eſſet ſtipulatio, & exhæredationis abolitio, non in conditione tan-
C tùm, ſed etiā in diſpoſitione appoſita fuiſſet, fortè alij ſententiæ eſſet locus [a]. Hincque infert Dinus, facto in arbitratorem compromiſſo ſponderunt partes eius ſententiæ ſtare, nec ad arbitrium boni viri recurrere ſub certa pœna: recurrerunt, quia iniquè arbitratus fuerat, an commiſſa ſit pœna? & conſultum extat nō eſſe commiſſam,
quia † promiſsio illa tacitam habuit conditionē, 30
ſi ille iuſtè eſſet arbitratus [b]. Quod intelligūt hîc I.
D Cyrillus & Alb. etiam ſi ampliſsimis verbis renūtiatum eſſet cuicūq; actioni, exceptioni, auxilio, remedio, quo re videri, corrigi, reduci dictum arbitrium poſſet, etiam ſi partes hoc iuraſſent. recipit enim iuramentum quoq; ipſum ſuprà ſcriptā conditionem [c]. Idem quoq; receptum eſt, etiam
ſi in ſpecie facta ſit talis renuntiatio, & ꝓteſtatū, II.
q intendebant ſtare laudatiuo, etiam ſi iniquum fuiſſet, adhuc poterit reuideri: quia dolus futurꝰ remitti non poteſt [d]. daretur enim arbitratori occaſio delinquendi, alteramq; partium decipiēdi
E [e]. ſicq; Dinus reſpondit, & receptum eſt. Nec obſtat, q verìſimiliter non committet dolum arbiter, cùm faciat litem ſuam, & actione de dolo poſſit ipſe conueniri [f]. nam non ideo debuit auferri ei, qui læſus eſt, alterum remedium exceptionis & reuiſionis [g], cùm non parum interſit, retinere potiùs, ſeu rem noſtram habere, quàm aduerſus tertium perſonalem actionem de indemnitate mouere [h]. Nec obſtat, q ſi ſuprà ſcripta ratio vera eſſet, non liceret appellationi renūtiare, tanquā
F daretur iudici occaſio delinquendi, & tamen lex huiuſmodi pactum approbat [i]: reſpōdent Doct. pro iudice magis præſumi, quàm pro arbitratore, & pro ſententia, quæ iuri publico innititur, quàm pro laudatiuo, quod partium voluntate ſolùm defenditur, quæ voluntas abeſſe creditur, ſi iniuſtè pronuntiauerit. Quid ergo, ſi lex munici-
palis prohibeat poſſe rem ab arbitro deciſam am- III.
plius reuideri, aut boni viri arbitrio ſubijci? & receptior quoque hoc caſu eſt ſententia, locum ei legi non eſſe, ſi pars enormi modo læſam ſe

L.132.

## Quidam cùm filiū.

r c.domino. hic ſi.lex Cor.c.ego verbo,mala. extra,de iureiur.
s gl.c.pro illorū. Doct. c.intimauit. de teſtib.
t l.quæro.§.locaui.
u l. rem non nouam.C.de iudi.
x l. ſi libertus ita.de oper.lib.
y d.l. Mæuius. de cond. & demō.
z l.ſi homo.vbi dixi, l. hoc iure. ſ.eo.
a d.l. quæro.c. quemadmodū. de iureiur.
b d.l. ſi libertus ita Doct.l.q Romæ.§.ſi.ſ.eod.
c c.Quinta vallis.de iureiur.
d l.iuriſgentiū.§.ſi pacīſcar.l.ſi autus.§.illud.de pac.Din.reg.ſcienti de reg. iur. lib.vj.
e l.vnde ſi Nerua.pro ſoc.
f l.arbitrio.§.de eo.de arbit.
g l.quoties de reg.iur.
h l.minus.de reg.iur.
i l ſi. in fin.C.de temp.appel.l.j. §.ſi quis ante.& quib.appel.nō. vbi Doct.

a Raph. Com. con. 50. Fulg. cō. cxx. cxxiij. b l. nō verisimile. ſ. de pact.

oſtendat[a], vt quod in pacto, quod item in iuramento receptum eſt, etiam in ſtatuto locum ſibi vendicet[b]. quod hic Iaſ. tradit. Recipiet ergo lex municipalis à iure communi hanc declarationē, vt reclamari ab arbitratore nequeat, niſi tamen dolus arbitratoris arguatur[c]: quod vterq; Raph. & alij reſpondêre.

**quo tamen caſu commiſſa ſtipulatione, poteſt quæri, an exhæredato permittendum eſſet dicere de inofficioſo[d]: maximè ſi patri naturali hæres extitiſſet an victo deneganda eſt ex ſtipulatu actio. Sed ſi ei qui ſtipulatus eſt, non debuit denegari victo filio, nec ipſi deneganda erit debitæ pecuniæ executio. A In eo autem qui nō adoptauit, quem intellectum habeat hæc conceptio, ſi eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet, nō proſpicio. an & hic exigimus exhæredationem vel B emancipationem, res in extraneo[b] ineptas?**

I. Exiſtimauerim † tamē
31 ſuprà ſcriptis caſibus reſciſsionē ſimpliciter concedendam non eſſe, ſed cùm petentis intentio in dolo arbitratoris fundetur, in primis articulū doli eſſe delibandum[d], nec petenti concedendum, vt cauſam mutet, quæ ſola reuiſionis fundamentum præſtat[e]. vnde quamuis læſio appareat, ſi tamen dolus arbitratoris nec ex propoſito, nec re ipſa arguatur, reuiſio aboleatur, ſeruetúrq; lex compromiſsi, & ſuæ facilitati imputent, qui renuntiarunt[f]. Sanè fuerunt &, qui in hoc laborârint, vt cautelam aliquam inueniant, qua impediri hęc reductio poſſet[g], & tamen hactenus nulla ſat probabilis invēta eſt. Exiſtimaui tamen quandoq; ego poſſe ob-
II. liquo ductu impediri: Vt ſi actum ſit, ne reductio impetrari poſsit, niſi priùs depoſitis penes ſequeſtrum centū aureis, qui lucro victoris cedant[h], idq; exemplo ſponſionis, & ſacramenti, quę in vſu apud Veteres erant, & quorum M. Varro me-
III. minit, alijq́ue auctores. Vel ſi conuenerit per huiuſmodi petitionem non retardari laudatiui executionem[i], ſicut videmus in iudicio poſſeſſorio
IIII. olim factum fuiſſe[k]. Sed † & ſi pro poſſeſſore ar-
32 bitrator iudicauerit, videtur æquius, vt victus de dolo contra arbitrum agat[l], quàm vt victorem aduerſus cōpromiſsi legem inquietet. nec enim immoderatè læditur, qui ſaluam actionem contra arbitrum habet[m], quiq; non eſt priuatus poſſeſsiōne, quam non habebat, nec dolus impunitus manet, cùm ſalua contra doloſum ſit actio.
V. Sed & ſi ante prolatam ſententiam partes proteſtentur ſcire ſe, quid pronuntiaturus ſit arbitrator, omneq; illud approbent[n], debet ſua confeſſio illis nocere[o]. nec enim ſcienti fit dolus. non audientur ergo, niſi probetur contrarium, id eſt, non prius oſtenſum, nec relatum illi fuiſſe lauda-
VI. tiuum, quàm pronuntiatum fuerit. Addunt hîc
33 Cyrillus, Homodæus, & Alberic. ſi † renuntiatū ſit reuiſioni, etiam ſi iniquum ſit laudatiuum, adiectæq; clauſulæ efficaces, non poſſe eam amplius peti, niſi ob expreſſum arbitratoris dolū[p]: quòd ſi re ipſa dolus ſit, nō ideo arbitrio boni viri ſubijcietur[q]. Procedit ergo Dini ſententia in dolo vero tantùm, non in eo, qui ex immoderato damno præſumitur. quod & Iacobo Butrigario placuiſſe aiunt, & mihi non diſplicet, cùm receptum ſit, dolo † futuro renuntiari poſſe, ſi non verus, ſed
34 præſumptus ſit[r]. ſicut & lata culpa in futurum cōmittenda, poteſt pacto remitti[s]. non ergo aut doli pſumpti, aut latæ culpæ prætextu corrigetur laudatiuū: idq; iure verius eſt, licet aliud ſentire Doctores videantur, vt ſuprà ſcriptis reſpōſis vterq; Raph. & Iaſ. hîc. Sed quid, ſi conuentum ſit, VII. vt qui petitur eſt reductionem, tantā pecuniam alicui tertio ſpondeat, in quantā ſe iniuſtè lęſum prætenderit, ſubſecutaq; ſit ſtipulatio? & putauerim vtiliter agi poſſe, idq; legis noſtræ exemplo, in qua valet ſtipulatio, ſi pater etiā iuſtè filiū exhæredet, centum Titio dari, nec reſpectu huius tertij poterit dolus arbitratoris deduci, ſicut nec hîc cauſa vera exhæredationis quicquam ad eum pertinet, cùm ad ſolum conditionis euentum attendamus[t]. Fortiùs vi- VIII. deretur hoc procedere, etiam ſi non tertius, ſed altera partium ſtipulata ſit: ſicut videmus valere legatum, quo teſtator tutori legauerit, quicquid occaſione doli damnatus pſtiterit[u]. ſi enim proprij doli exceptio eum non excludit, multò minùs alieni, id eſt, eius doli, quem patraſſe arbitrator accuſatur. Et hæc quidem iure noſtro de- C fendi poſſunt, tametſi nō ſoleāt iudices tam ſcrupuloſè inquirere, ſed reviſionem concedant, & ſimpliciter Dinum ſequantur, quoties dolus etiā præſumptus, vel lata culpa arbitratoris arguitur.

a DE INOFFICIOSO a. ¶ Hodie † filius ado- 35
ptiuus aduerſus patris adoptautis teſtamentum non habet querelā, vt Iuſtiniano placuit[x]. Quòd ſi is filius à patre ſuo emancipatus ſit, & in arrogationem ſe dederit, iura vetera ſunt incorrecta[y], poteſtq; tali caſu probabiliter quæri, an ſi patri na- D turali commiſſa ſit ſtipulatio, filiusq; in querela inofficioſi aduerſus arrogatoris tabulas moti ſuccubuerit, agere ex ſtipulatu tanquam hæres patris naturalis poſsit? & conſtat ſentētiam in cauſa inofficioſi teſtamenti latam ipſi filio non præiudicare[z]. hîc n. eſt diuerſitas perſonarum, cùm filius non ex perſona ſua, ſed patris naturalis agat[a]. eſt & diuerſitas cauſæ, cùm ſtipulatio committatur patri, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè filius ſit exhæredatus[b]. Vnde † ſentētia in vno iudicio lata, al- 36
E teri non aduerſatur. quod ſuprà loco ſuo explicaui[c].

b RES IN EXTRANEO b. ¶ Emancipatio i- 37
gitur res inepta in extraneo eſt, cùm † Emancipare ſit de manu, id eſt poteſtate, dimittere. at extraneus nulli poteſtati ſubijciebatur. priuatio autem ſupponit habitum[d]. Idemq; in exhæredatione eſt, quæ priuatio legitimæ hæreditatis eſt: meritò cui hæreditas legitima non debetur, fruſtra & ineptè exhæredatur, adeò vt ſi deinde extraneus adoptetur, non tamen confirmetur ex-
F hæredatio[e]. Sanè in filio emancipato non eſt res I. inepta exhæredatio. quia quamuis lege duodecim Tabularum pro extraneo ſit, cùm tamen à prætore vocetur, & hodie lege ciuili, oportet eū exhæredari, vt excluſus cenſeatur[f]. Idem quoq; II. dici aliquo modo poteſt in extraneo, qui iam hæres inſtitutus ſit, vt ex inſtitutione priuetur, oportet eum exhæredari[g]. quod Bar. & Doctores hîc tradiderunt. Exhæredantur quoq; de facto extranei ad euitandam pœnam, vt infrà dicitur. ſic enim fit, vt conditio ſtipulationis deficiat[h].

c d. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. de arb. Bal. l. cū antea. C. de arb. Ange. conſ. clxxij. Ancha. ccviij. Rō. 50. Abb. xliiij. j. Ana. xvj. Alex. cxxxix. in vij.
d c. Romana. §. ſi vero. de app.
e cle. cauſam. de elect.
f l. pluribus. de acceptilat.
g Cæp. cautel. cxcvij. Ferrarius viij.
h gl. d. l. cum antea. verb. nomine.
i c. debitores. de iurei. l. j. §. et paui. ff. quod vi, aut clā, vbi Bar.
k l. j. C. ſi de momen. poſſeſ.
l l. ſi. ſi menſ. fal. mod. l. pen. C de pact. Soc. conſi. ccxx.
m d. l. arbitrio. §. pen.
n d. l. j. §. ſi quis ante vbi Ange. de Periglis.
o l ſi dari. ſ. eod. vbi dixi.
p d. l. vnde ſi Neruæ.
q Signo. hic.
r Butri. Fel. c. fraternitatis. de teſti. Ia. d. §. illud.
s l. contractus. de reg. iur. l. j. C. de vſufr. l. cū tale. §. j. de cond. & dem.
t d. l. Mæuius.
u l. quidam decedens. verſ. damnū. de admi. tut. l. actione. C. de tranſact. vbi dixi.
x l. pen. §. ſed ne articulum. C. de adopt.
y d. l. pen. §. fin.
z l. vindicantē. cū l. ſeq. de euict.
a l. ſi. C. de euic. l. v. §. fin. ſ. de diuer. & tem. præſcript.
b l ſi autem. §. fi. de neg. geſt. l. qui in diē. vbi Caſt. de compenſ.
c dixi ſ. d. l. qui Romæ. §. fin. verb. pronūtiatum.
d l. decem. ſ. eo.
e l. nō putauit. §. ſi quis exhęredatum. de contratab.
f l. iij. §. ſi emancipatū. ſ. de cōtratab.
g l. paterfamilias. teſtamento. de hær. inſtit.
h l. Mæuius. de condit. & dem.

SED



a SED SI IS, QVI LEGITIME a. ¶ Reuer-
38 titur † Iuriſconſultus ad thema ſuæ quæſtionis, & eam decidit. illa ergo verba, *In eo, qui hoc non facit:* intelligenda ſunt, qui non adoptauit, ſed ſimpliciter promiſit tractare vt filium, prout in themate dicitur, quiq; eum non exhęredauit, vel emancipauit: ſicq́ue intellexerunt Azo, Accur. Bart. & cæteri: eſtq́ue receptiſsimus hic ſenſus, & ductui ſermonis rationiq; quadrat: quia cùm priùs coniunctim locutus ſit, *In eo, qui adoptauit, & exhæredauit, emācipauitúe*, ſubijciendo aduerſatiuam clauſulam, *In eo, qui non fecit*, cenſetur cōiunctim quoque intelligere, *Non fecit*, id eſt, non adoptauit, exhæredauitq́;, vel emancipauit, idq́; ſtāte firmo themate, quod tamen promiſerit tractare vt filium. Accur. alios intellectus Veterum, Roglerij, Martini, Hugolini, recenſet adeò ineptos, vt vix illi credam eos ita ſenſiſſe, ſed ab eo malè re- C latos, quod quandoq; facit. Hincq́; adnotant Doctores, vt euitet pœnam, debere promiſſorem ſaltem de facto extraneum hunc, quem tractare vt filiū ſpopondit, exhæredare, emancipareúe. hoc enim videtur actum, cùm de iure tractari vt filius non poſſet, qui filius non erat. Sed cur non capimus potiùs eam interpretationem, vt actum potiùs de iure ſit, quàm facto[a]? putà, quòd eum adoptaret: ſed tali caſu quod tacitè conſequeretur, maius eſſet, quàm quod expreſſum eſt, meritò D hęc interpretatio non accipitur[b]. verba enim ſtipulationis ſignificant, non quòd ſit filius, & ſic quòd adoptetur, ſed quòd tractetur vt filius: aliud autem eſt eſſe, aliud tractari[c]. Sed cur non potiùs dicamus teneri promiſſorem, vt priùs inſtituat, deinde exhæredet[d]? & non fuit reſtringēda promiſsio ad hunc caſum tantum. nam qua ratione dicitur exhæredatio, quia præceſsit inſtitutio, eadē & exhæredatio de facto dicitur, quia E promiſsio tractandi vt filium pręceſsit: vtraq; tamen impropriè eſt exhæredatio. Eſt ergo conſtituenda concluſio, vt verba ſtipulationis de iure intelligantur, & conditio de iure ſit adimplenda[e]:
39 nec † implemētum facti curamus. vnde qui promiſit mihi dare ex cauſa lucratiua, ſi res ad me alio lucratiuo titulo peruenit, eſt liberatus, nec oportet eū vel de facto tradere[f], vt inquit hîc Bartolus, & Iaſ. Excipitur à ſuprà ſcripta concluſione caſus noſter, cùm conditio de iure impleri nō F poteſt, & actum à partibus eſt, vt vel de facto impleatur[g], dum tamen tale implementum turpe non ſit, ideoq; ei lex non reſiſtat[h]: quod omnes hîc tradunt, & nos alibi latiùs attingemus. Et hæc quod ad interpretationem legis noſtræ pertinet, ſatis. Quæ enim de vita Bartoli Iaſon hîc refert, ſatis aliena ab argumento legis noſtræ ſunt: nos quid de eo, itemq; cæteris ſentiamus, in libris parergōn quodam epigrammate ſumus teſtati.

b FILIVSFAMILIAS b. ¶ Quod † igitur eman-
40 cipatus credidit Titio, ad eius patrem non pertinet, quamuis dum in poteſtate eſſet, promiſerit mutuare. Sed quæ eſt ratio? & Veteres aiebant, quia actus ſequens neceſſaria conſequentia primo non iungitur, ideo non attendi tempus primi[i]. Sed clariùs Bart. & cæteri; quia ſtipulio ſub cōditione poteſtatiua concepta eſt: vnde reſpectu acquiſitionis non trahitur retrò[k], ſed tēpus, quo ipſa euenit, ſpectatur. Cùm igitur principalis obligatio filio quęratur, non patri, cōſequēs eſt, vt idem ſit in acceſſoria, quę fideiuſſoris eſt[l].
I. Sed quid, ſi filiuſfamiliâs obligaſſet ſe ad mutuandum? quo caſu potuit cogi, vt mutuaret, vel Titius ſe obligaſſet ad accipiendum tales pecunias, quo caſu & ipſe cogi potuiſſet[m]? & tunc videtur conditio poteſtatiua non eſſe, ideoq́ue eſſet ad tempus contractus retrotrahenda[n], & ſic obligatio quæreretur patri. Sed quid, ſi con- II.
C ditio reſpectu quidem ſtipulatoris eſſet poteſtatiua, reſpectu verò promiſſoris caſualis? & tunc retrotrahi ad tempus contractus Paul. Caſtrenſ. hîc cenſuit[o]. vnde vidimus in gratia conditionali, *Si voluerit acceptare*, &c. locum eſſe retrotractioni, vt excludatur, qui interim beneficium eſt adſequutus[p]. quam ſententiam & nos ſuprà ſumus ſecuti[q], licet leuiter hîc diſſentiat Aretinus & alibi Imola. Nec me mouet, quod quandoque Bartolus ſcripſit, ſi quis condemnatus ſit in cen- D tum, & niſi intra decem dies ſoluerit, in amputationem linguæ, lapſis decem diebus, & non ſoluta pecunia, amputandam ei linguam, quamuis interim conſtitutum fuerit, omnes condemnatos corporaliter, ſoluendo viginti liberari. tempore enim huius conſtitutionis non erat is corporaliter condemnatus[r]: quia conditio, *Si non ſoluerit*, poteſtatiua eſt, quæ non trahitur retrò: & tamen reſpectu cōdemnati loquitur, qui inſtar cre- E ditoris eſt, quia conſtitutionis beneficium ei debetur: ſed hæc Bart. ſententia recepta non videtur, quod Angel. Raphael, Iaſon atteſtantur: & etiam ſi vera ſit, nihil Caſtrenſi obſtat, qui de tali creditore non loquitur, neque de conditione negatiua, neque in diſpoſitione legali, in qua difficiliùs hæc retrotractio ſit, ſicut & in vltimis volūtatibus, quod ſuprà diximus.

**Sed ſi is, qui legitimè[a] adoptauit, nihil A facit contra verba ſtipulationis, cùm vtitur patrio iure: in eo qui hæc non fecit, dicit ſuperuacuo. dici tamen poterit, commiſſam eſſe ſtipulationem. Filiusfamiliâs[b] ita ſtipulatus B eſt: QVANTAM PECVNIAM TITIO CREDIDERO, FIDE TVA ESSE IVBES? & e- A mancipatus credidit. patri non debebit fideiuſſor: quia nec reus ei tenetur.**

L. 133. Si ſic ſtipulatus ſum.

LEX CXXXIII.

SCAEVOLA *libro* 13. *Quæſtionum.*

**SI ſic ſtipulatus[c] ſit, B NEQVE PER TE, NEQVE PER HÆREDEM TVVM VIM FIE-**

a l. ſtipulatio. §. quæſitum. §. hi, qui. ſ. eod.
b l pen. § illo C. de nece. ſer. Mo. l. ij. ſ. de iur. om. iud.
c l. mercis. ſ. de verb. ſig. vbi Bar.
d d. l. paterfamilias teſtamēto.
e d. §. quæſitū.
f l. inter. §. ſi rē. ſ. eod.
g d. l. mulier. §. pen. de cōd. inſt. d l. Mæuius. in prin. l. j. §. j. de feriis.
h Bar. & Imo. l. j. de cond. inſti. Card. conſil. lxxxv.
i l. fin. ſ. quæ re pig. oblig.
k l. potior l. qui balneum. ſ. qui pot. in pig.
l l. ſi debitori. §. fi. de fideicom.
m l. qui pecuniam. ſi cer pet.
n l. ſi filiusfamilias. ſ. eo.
o l. j. l. Lucius Titius. qui pot. in pig. Din. cōſ. ij.
p arg. gl. d. l. j. de conſ. præb. ver. executorem.
q d. l. ſi filiusfamilias. Imol. d. cle. j.
r Bar. l. ſi is, qui pro emptore. ſ. de vſucap.

LEX CXXXIII.

2 *Dictionis Neq;, in textu ſignificatio.*
F 3 *Negatiuæ vis.*
8 *Stipulatio facti tranſit ad hæredes: interdū contrà.* 10, 15.
17 *In claris non opus eſt coniecturis.*
19 *Pactum de non petendo, tranſitorium ad hæredes eſt.*

c SI SIC STIPVLATVS c. ¶ Stipu-
1 latio † *Nec per te, nec per hæredem vim fieri*, in perſona tua commiſſa, poterit rurſus ex perſona hæredis tui committi: imò & ex perſona tua committetur, ſi toties vim feceris: alioquin ſi ad

vnam vim tantùm referretur, & ex perſona tua commiſſa eſſet, amplius ex hæredis perſona non
2 committeret. quod falſum eſt, quia † illa verba, *Neque per te, neque per hæredem*, per συνάφειαν, id eſt coniunctionem, accipiuntur, vt primo incluſo, non excludatur ſecun-

**RI, SPONDES? & egi, quòd mihi vim feceris: rectè remanere factum hæredis in ſtipulatione. nam & ex ipſius poſteriore vi poteſt committi ſtipulatio. non enim ad vnã vim† pertinet. nam ſicut & ipſius & hæredis capit, ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur. *a*, vel condẽnetur quanti intereſt. Aut ſi ſic volumus factam eſſe ſtipulationem: NEQVE PER TE, NEQVE PER HÆREDEM TVVM FIERI? vt ad vnam vim primã teneat: ſi vim fecerit, amplius ex hæredis facto *b* committi nõ poterit. Ergo ſi actũ ſit, quaſi ex ipſi' vi tota cõſumpta ſit quod nõ eſt verum.**

ipſius vim & hæredis capit: ita & ipſius vim vel ſæpius factam cõplectitur. *aliâs.*

dus: non autem accipiuntur ἀσυνάπτως, id eſt incõiunctim, vt commiſſa ſemel amplius committi ex perſona hæredis nequeat. Doctores noſtri dictionẽ Græcam non intelligentes, Latinas voces ſuppoſuerũt, & pro dictione G, quod ſignificat Græcè, ſcripſerũt ergo, & pro aſynaptos, ſi actum ſit, ſaneque ridiculè: alij nec Græcam vocem, nec aliquid ſuppoſititium habent, ſed ſimpliciter ſcriptum, Ex *hæredis facto committi non poterit, quaſi ex ipſius vi*, &c. vt admonet Accurſius, & Norica editio habet, quæ minus inemendata lectio eſt, ſed ex veſtigijs antiqui codicis apparet verius eſſe, quod ego repoſui. Vtitur ea voce & Ariſtoteles libro tertio de animalium natura cap. vij. cuius ſignificationem Iuſtinianus noſter ſic expreſsit in emẽdatis codicibus [a], *Aut*, pro *Et*, accipi, vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata, & magis ſit συνάφεια, vt & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat: ἀσυνάπτως ergo dictio *Neque*, accipitur, ſi prima perſona inducta, excluderetur ſequens: quod falſum eſt, vt hîc dicitur. coniunctio enim *Neque*, diſiunctim nõ accipitur [b], & receptiſsima eſt ſententia, licet diuus Auguſtinus in Grammaticis ſuis aliter ſenſerit, quod à me alibi relatum eſt [c].

a l. pe. C. de ver. ſig.
b l. ſi ita quis. ſ. proxim.
c l. ſæpe ita. ff. de verb. ſig.
d l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſig.
e l. hoc gen9. de cond. & demõ. Oldra. con. xvj.
f gl. c. cum dilectus. de conſue.
g l. ſi ſeruitus. de ſer. vrb. præd.

a VIM SAEPIVS FACTAM COMPLECTITVR a. ¶Committitur ergo hæc ſtipulatio, quoties vis facta fuerit. Sed nónne hîc confutatur, quod vulgò ſolemus dicere, ſermonem ſimpliciter prolatum de primo actu ſolùm intelligi [d]. Sed reſpondendum eſt, hoc non procedere in
3 ſermone negatiuo. is † enim ad primum actum non reſtringitur, ſed perſeuerantiam requirit [e]. Vnde ſolet dici, plus negare negatiuam, quàm ponat affirmatiua [f]: ideo indefinita adfirmatiuè non æquipollet vniuerſali, ſecundum ſermonis proprietatem [g], & tamen negatiuè æquipollet [h]: & præcedente adfirmatione dictio exceptiua actum ponit: at præcedente negatione & actum
4 & potentiam negat [i]. Hincque eſt, quòd † qualitas prohibitiua dicitur potentior, & ſtatutum negatiuè conceptum, tanquam ſpecialius, videtur eſſe præferendum, quod ex facto Decius [k] re-
I. ſpondit. Quandoque † tamen non plus ope-
5 ratur negatiua, ſed de primo actu intelligitur, vt cùm pontifices prohibent, vt qui ſpoliauit aduerſarium, appellare non poſsit, reſtringitur hoc ad primum appellationis actum [l], ne ſcilicet facilè alicui beneficium iuris communis auferatur, meritò reſtringitur tunc pœna, vt Dec. cenſuit, vel (vt ego arbitror) ne pœna excedat deli-
II. ctum. Sed & in ſummis & quantitatibus cenſuit Paul. Caſt. non eſſe ſuprà ſcriptæ concluſioni lo-

h gl. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. de pact.
i l. Titia. §. fi. de man. teſt. Doct. l. actione. C. de tranſact.
k Dec. conſ. iij.
l c. an ſit. vbi gl. & Decius in fi. de appel.

cum. vnde maior ſumma adfirmatiuè prolata cõpræhendit minorem, etiam ex ſermonis proprietate: & tamen ſi negatiuè proferatur, aliud eſt [m]. cuius rei rationem ſuprà loco ſuo explicuimus.
III. Illud quoque regulariter credendum eſt, non eſt, nõ multum inter adfirmatiuam & negatiuam clauſulam intereſſe, cùm quælibet adfirmatio poſsit negatiuis verbis concipi, & econtrariò quælibet negatio adfirmatiuis [n]. Nec quicquã refert, an quis ſtipuletur, *Iter fieri, ſiue per te non fieri, quo minùs eam agam*: an ſtipuletur, *Habere licere, ſiue per te non fieri, quo minùs habeam* [o].
6 Vnde & regula eſt generalis, quod † propoſitum in propoſito poteſt, id & oppoſitum in caſu oppoſito pollere [p]: & clauſula quantumuis negatiua, recipit tamen eam interpretationem, vt ſecundum mentem proferentis accipiatur [q]: ſed hæc alibi à nobis ſunt tractata [r]. An † ergo ſtipulatio poſsit ſæ-
7 pius committi, non tam ex vi negationis, quàm ex eo, quod agitur, diſcernendum eſt: & ideo conſtituendum eſt, cùm ſtipulatio ad id, quod intereſt, committitur, toties committi, quoties aduerſus eam factum ſit [s]. Vnde in lege noſtra, cùm delictum iterabile ſit, qui iterum vim facit, iterum plectitur, quia adhuc intereſt ſtipulato-
IIII. ris non turbari. Quòd ſi ſtipulatio ad id, quod principaliter in ſtipulatione deductum eſt, commiſſa fuit, non poteſt amplius committi [t], ne eiuſdem rei duplicem ſolutionem quis habeat [u]. Idem, ſi commiſſa ſit ad omnem litis æſtimationem. etenim ſi totum, quod tua intereſt, tibi perſoluero, iniquum eſſet amplius me inquietari [x]. Idem, ſi ad pœnam expreſsim in contractu promiſſam commiſſa ſit, quæ contemptum vlciſcatur [y]: vel etiam, ſi loco eius, quod intereſt, declarandi cauſa ſit adiecta. vlterius enim non committitur [z]. quod Imol. Iuo, Peruſ. Torquatus & Areti. tradiderunt. ſalua tamen ſtipulatori remanet actio, vt ſi plus ſua interſit, ex contractu agat, & pœnam receptam compenſet [a]. Sunt tamen, qui pœnam quoque ipſam tali caſu iterari ſentiant, & ita Bartol. velle contendant. Quod non puto verum. pœna enim id, quod in totum intereſt, declarat, non quod particulariter [b]: meritò non poterit ſæpius committi, niſi tamen adiecta ſit clauſula, vt toties committatur, quoties aduerſus eam factum ſit: quod & Baldus ſentire viſus eſt [c]. ſed hac de re nos ſuprà diffuſiùs [d].

b EX HAEREDIS FACTO b. ¶Diſpu-
8 tant hîc Doctores, quomodo † ſtipulatio facti ad hæredes tranſeat? & certiſsima eſt regula tranſire [e]. conuenit enim hoc conſuetudini contrahentium, qui non ſolùm ſibi, ſed & hæredibus ſuis prouident [f]. conuenit & regulæ iuris, quæ
9 † repræſentari perſonam teſtatoris ab hærede ait [g], vt quod iuris de vno eſt, id & de alio cau-
10 tum cenſeatur [h]. Vnde conſequens eſt, vt † ſicut ſtipu-

m Paul. l. j. §. ſi ſtipulanti. ſ. eo.
n l. ſi in fi. de doli excep. in gl. l. manifeſte. vbi Iaſ. de iureiur.
o l. inter ſtipulantẽ. in princ. vbi dixi, d. l. ſtipulatione. in prin.
p l. fi. §. fi. de leg. iij.
q Bart. l. ſi dubitetur. §. ita demum. in fin. ff. ti. iij. Mod. l. ſicut §. fi. de re iud.
r d. l. boues. §. j.
s l. procurator. rem rat. hab.
t l. ſi ita quis. §. eo. l. vẽditor. ex tra, de hæred. vel act. vend.
u l. iij. §. quæſitũ. ſi cui plus. Are. hic.
x l. cum quærebatur. iud. ſol. l. quod dicitur. euict.
y l. ſi duo. in fin. de arb.
z arg. d. l. quod dicitur in fi.
a l. ſi quis à ſocio. ſ. pro ſoc.
b l. fin. de præt. ſtip. l. ij. §. itẽ ſi in facto. ſ. eo.
c Bal. l. qui fidẽ. de tranſact.
d d. l. ſi ita quis. et l. ſtipulatiões non diuidũtur. §. fi. eod.
e l. veteris. C. de contrah. et commit.
f l. ſi pactum. ſ. de prob.
g in auth. de iu. à mor. præſtit.
h l. hæredem. de reg. iur.



ſtipulator hæredi quoque ſuo cauiſſe intelligitur, ita & promiſſor hæredem quoque ſuum obligaſſe [a], ſicque ſtipulatio vtrinque ad hæredem tranſeat, & ſeruetur vtrinque æqualitas [b]. Nec refert, an ſtipulatio adfirmatiuè concepta ſit, an negatiuè. vtraque enim tranſit. nec lex intra has formas diſtinguit. vnde nec nos diſtinguere debemus, cùm, vt ſuprà diximus, omnis adfirmatio poſsit verbis negatiuis proferri, & contrà [c]. nec Doctores noſtri effectu hac in re diſtinguunt, licet ſeparatim vtranque diſputent.
I. Non † procedit tamen concluſio in re ſui na-
11 turâ ad hæredes non tranſmiſsibili, vt eſt ſtipulatio vſusfructus [d]. cohæret enim perſonæ id ius:
II. meritò non transfertur. Sicut cùm nec agimus de facultate merè perſonali, vt quia concedam tibi, vt poſsis in fundo meo lapidem cedere [e], vt
III. poſsis ire agere [f]. Idem, etiam ſi per verba iuris conceſsio concepta ſit, ſed indeterminatè ad fundum dominantem referatur [g]. quod Bartol. cen-
IIII. ſuit, & nos alibi tractauimus. Idem, ſi † de ope-
12 ris obſequialibus tractetur. & hæ enim perſonæ ſtipulatoris cohærent, ideoque ad hæredes non tranſeunt, niſi quatenus ſtipulatio ad id, quod
V. intereſt, iam commiſſa fuiſſet [h]. Pecunia enim debebitur, quæ perſonæ non cohæret [i]. qua ratione nec contra cohæredes promiſſoris tranſmittetur, quod eius perſonæ cohæret [k]. quod ſu-
VI. prà loco ſuo attigi. Idemque, inquit Bartolus, cùm quis promiſit id facere, in quo perſonæ ſuæ induſtria perpenſa principaliter fuerit [l]. Sed Cinus, Imola, Raphaël, Iaſon in hoc diſſentiũt, quia magis reſpectus haberi debeat ad effectum obligationis, quàm ad perſonam, licet inter perſonas ſit aliqua differentia [m]. Ego Bartolum ſequor, quoties ſola induſtria cauſam promiſsioni dediſſet, adeò vt aliâs ſtipulator non fuiſſet ſtipulaturus. Obligationem tamen in hæredes tranſire cum cæteris ſentio, non vt ipſi faciant, ſed vt quod
VII. receptum eſt, cauſa non ſecuta reſtituant. Sed quid in priuilegiis immunitatis, an ad hæredes tranſeant? & Iaſ. hîc reſpondit tranſire, ſi ex contractu huiuſmodi quæſitum ſit [n]. Ego tamen du-
13 bito, quia † natura immunitatis eſt, vt perſonalis ſit [o]: & in tali priuilegio fit ſtricta interpretatio.
14 Vnde † appellatione poſterorum non continentur nati ex fœminis [p], licet in alia materia ſecus ſit, & tale priuilegium dicitur eſſe aduerſus publicam vtilitatem: quia ex eo aggrauantur alij [q]. Poteſt tamen defendi reſponſum Iaſonis, quando verba conceſsionis eſſent in rem, non in perſonam [r]: alioquin ſi in perſonam ſint, etiam ſi ſit adiecta cauſa meritorum, non ideo tranſmitterentur [s]. nam & remunerationis cauſa non facilè ad ſucceſſores pertinet [t], vt Bartolus quandoque ſcripſit. Poteſt & defendi ex cauſa contractus, vt quia dictum eſſet concedi propter amorem & honorem talis, & ob memoriam ipſius perpetuandam. quod Bald. quandoque reſpondit [u]. Idem, ſi ob bene merita conceſſum eſſet, apparerentq; ea tanta eſſe, vt perpetua remuneratione digna
VIII. eſſent, vt Socinus ex facto reſpondit [x]. Fuêre &, qui ſimpliciter ſtipulationẽ facti negatiuam cohærere perſonæ exiſtimarunt, & ideo ad hæredes non tranſmitti [y], vt Cinus, Petrus, & pauci alij. Sed Accurſius vbique cenſuit contrarium, quem Rainutius, Bartolus & cæteri hîc ſequuntur, receptiorque hæc ſententia, quæ tamen declaratione
I. indiget. Et † in primis, ſi huiuſmodi facti ſtipu-
15 latio cauſam iuris coniunctam habeat, proculdu-

a l. ſtipulatio iſta. §. ſicut. ſ. eo.
b argum. l. ſi iudex. de minor.
c glo. d. l. fin. de doli excep. dixi d. l. ſtipulatio iſta. §. nã ſi te ire.
d d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.
e l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. de leg. j.
f l. quod dicit. ſ. eod. §. ſed cũ factum. Inſti. de ſtip. ſer.
g l. pen. de ſeru. ruſt. præd. l. pe. de ſeru. leg. vbi Bart.
h l. à duob. l. fabriles. de op. lib.
i l. Mela. §. j. de ali. leg.
k l. centeſimis. §. j. ſ. eod.
l l. inter. de ſol.
m d. l. veteris.
n Bal. conſ. 112. in ij.
o l. j. de iur. immun. l. iij. de cenſib. l. ſordidorũ. C. de excuſ. mu.
p l. fi. de pollic. iuncta d. l. j.
q Doct. l. ab omnibus. d. l. j. Alex. l. quia perſonale. ſol. mat.
r Doct. d. §. ſi quis alicui.
s l. j. in fine. de conſt. princ.
t l. vel viuus. ſi qd in frau. pat. Bar. l. ambitioſa. de decret.
u Bal. conſ. 355. l. j.
x Soc. conſ. 84. in iij.
y l. qui in futurum. §. j. de pactis.



L. 133. **Si ſic ſtipulatus ſum.**

bio ad hæredẽ ſecundum regulam tranſit: quod hîc Aretinus rectè ſenſit. Vnde promiſsio, qua quis confitetur non teneri, ad hæredem tranſit: quia ad obligationem iuris refertur [z]. Sic & ſtipulatio, *Habere licere, vel per te non fieri, quo minùs habere liceat*, quia & ipſa iuris cauſam continet, ad
II. hæredem tranſit [a]. Sic † & pactum creditoris,
III. quòd nõ liceat pignus vendere niſi poſt tale tem
16 pus, ad hæredem tranſit [b]. Sed & inquit Cinus,
IIII. & Petr. ſequitur Bartol. & cæteri, idem eſſe, quoties ſtipulatio contractui acceſsit, qui ſui naturâ ad hæredes tranſeat [c]. Iaſon tamen hoc non contractui, ſed naturæ rei attribuit, ſecundum quam ſtipulatio non ſimplex abnutiuum continet, ſed ad curam adhibendam obligat, quæ per hæredes
V. explicari poteſt. Qua ratione & ſtipulatio *Dolum malum à contractu abeſſe*, ad hæredes tranſibit, quia
VII. & ad eos contractus tranſmittitur [d]. Sed & ſi ſtipulatio nullum commodum adferret, ſi ad hæredes non tranſiret, veriſimile eſt id actum, vt tranſeat. quæ ſententia rationem habet, licet lex à Doctoribus adducta alium ſenſum habeat, vt ſu-
VII. prà oſtendi [e]. Idem generaliter dicendum, cùm actum eſt, vt ſtipulatio, quamuis perſonalis, ad
17 hæredem tranſeat [f], in † caſu enim claro non recurrimus ad coniecturas [g]. Et hæc quidẽ in iiſce ſtipulationibus procedunt, quæ ſimplex factum non continent, & ad ius referuntur. Sed quid, ſi ſimplicis facti ſint? & tunc Cini, Petri, & qui eos
I. ſequuntur, verior eſt ſententia. Vnde † ſtipula-
18 tio, *Vt mihi tenere*, vel, *Vt mihi ire agere liceat*, perſonæ
II. cohæret, & ad hæredes non transfertur [h]. Idémque, ſi formula negatiuè concepta ſit, *Per te non fieri quo minus mihi ire liceat*: vnde ſolent Iuriſconſulti mentionem hæredis addere [i], idque tam ex parte ſtipulatoris, quàm promiſſoris, vt ſuprà oſten-
III. di. Qua ratione & in lege noſtra hæc ſtipulatio; *Neque per te, neque per hæredem vim fieri*, expreſsim hæredis meminit, alioquin ad eum non tranſiſſet: vim enim facere meri facti eſt, nec ad ius refer-
IIII. tur. Idemque in promiſsione *Non offendendi*, in qua ſi mentio hæredis ſit adiecta, noua ſtipulatio ex perſona hæredis eſt, non autem transfuſa, vt alibi Bartolus docuit [k], licet hîc ſtudio aduerſandi Cino præceptori ſuo, aliter ſentiat. Idém-
V. que ego arbitror in ſtipulatione *Dolum malum à me abeſſe*: & ideo lex non otioſè hæredis mentionem
VI. in hoc exemplo fecit [l]. Quod & eadem ratione ne in ſtipulatione *Per te nõ fieri, quo minùs vindemiam mihi tollere liceat*, eſt dicendum. nam & tali caſu lex
VII. hæredis mentionẽ facit [m]. Sed † quid in conuen-
19 tione dicemus, qua quis promittit non petere? & Bartol. diſtinguit, vt ſi perſona verbo promiſſiuo, vel obligatiuo adiiciatur, nihilo minùs pactum in rem cenſeatur, & ad hæredem tranſeat, tanquam perſona adiecta cenſeatur demonſtrationis tantùm cauſa [n], vt cùm dicimus, *Ego promitto non petere*: vel, *Promitto tibi nõ petere*: quod & Guil. & Iac. tradiderunt. Addit Bartol. idem eſſe, etiam ſi perſona verbo executiuo adiecta ſit, dum modò ſit talis perſona, quæ contrahat, & quæ hæredem habere poſsit, vt ſi ego paterfamiliâs promittam tibi acceptanti non petere à te, intelligetur nec ab hæredibus tuis [o]. Sed hoc quod adiicit Bartol. ſatis dubium eſt, quia lex pactum *Ne à te petatur*, cohærere perſonæ ait [p]: ſicut & pactum, quo auus paciſcitur, ne gener dotem à ſe petat [q]. Nec multũ referre videtur, an paciſcens nequeat habere hæredem, putà filiusfamiliâs: quia ſi perſonale non ſit, debuit tale ius ſaltẽ patri acquiri,

z l. tale. de pac.
a d. l. ſtipulatio iſta. verſ. ſed ſi ſe.
b l. ſi neceſſarias. §. pen. de pignor. act.
c l. emptorem. in fi. de action. empt.
d d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum.
e l. ſi ita ſtipuler.
f l. inter ſtipulantem. in prin. l. in illa. ij. ſ. eod.
g l. iuriſgentiũ. §. pactorum. ſ. de pact.
h l. quod dicitur. ſ. eo. d. l. inter. in fin. de ſol. Bartol. d. §. ſi quis ita.
i l. ij. §. fi. ſ. e. l. Iulianus. in pri. ſ. eod.
k Bart §. Cato. vj. q. & dict. §. ſi quis ita.
l d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. cum §. ſeq.
m d. l. ſi ita ſtipuler.
n d l. iuriſgentium. §. pactorum. ij. reſpon.
o d. §. pactorũ. Alex. conſ. 148. in 5.
p l. qui in futurum. §. j. de pactis.
q l. auus. cod. tit.

& tamen potiùs pactum eſt nullum, quàm vt patri acquiratur[a], æquiparat enim lex, an pactum ad hæredem tranſeat, an ei quæratur, in cuius poteſtate paciſcens eſt[b]. Verior ergo videtur Guil. & Iac. ſententia, quam Cyrillus, Imola, Iuoq; ſequũtur. Nec me mouet Pomponij reſponſum, quo traditur:

20 teſtator † cauit, ne hæres à ſolo Titio petat non poſſe ab hærede Titij petere[c]. Vnde ſentire videtur aliud eſſe, ſi dictio taxatiua non fuiſſet adiecta. Reſpondeo, accipiendum ibi eſſe à contrario ſenſu argumẽtum, quia dictio taxatiua non eo fine eſt adiecta, vt per eam fieri liberationem perſonalem oſtenderetur: erat enim abſq; ea dictione: ſed vt oſtenderet, ſi contrà feciſſet hæres, non poſſe amplius eum ab hærede Titij petere, ſed iure ſuo cadere, tametſi taxatiua ſoli Titio conſuleret, nõ autem eius hæredi. pœnæ ergo commiſsio prodeſt hæredi Titij, quamuis principale legatum non prodeſſet. Imola Pomponij reſponſum ad vltimas voluntates reſtringit, in quibus ſit fauorabilior interpretatio. verùm hanc ego reſponſionẽ non probo, & ſuperiorem ſequor. Sed hæc hactenus: ſunt enim etiam alibi à me tractata[d].

a l. contra. §. ſi filius. eod. tit. l. acquiret. in fin. cum l. ſeq.
b l. idem. §. j. eodem tit.
c l. non ſolùm. ij. §. tale. de lib. leg.
d d. l. ſtipulatio iſta. in princ. & §. cùm verò. §. ſicut.

PAVLVS LIBRO 15. *Reſponſorum.*

LEX CXXXIIII.

Titia[a] quæ ex alio filium habebat, in matrimoniũ coit Caio Seio habenti filiam, & tempore matrimonij conſenſerunt, vt filia Caij Seij filio Titij deſponderetur: & interpoſitũ eſt inſtrumentum: & adiecta pœna, ſi quis eorum nuptijs impedimẽto fuiſſet. poſtea Caius Seius conſtante matrimonio

A

LEX CXXXIIII.

1 *Matrimonia debent eſſe libera.*
2 *Promiſsio pœnalis in matrimonio qualiter contra bonos mores ſit.*
5 *Pœna matrimonij non validatur ſacramenti religione.*
6 *Pœna ſoluta repeti poteſt.*
7 *Pœna ne quidem ad intereſſe committitur.*
8 *Præmio poteſt quis ad matrimonium inuitari.*
10 *Etiam alijs quibuſdam caſibus ſtipulatio pœnæ in matrimonijs tenet.* 11.
12 *Cur arrhabonis datio in nuptijs admittatur, pœna non.*
17 *Arrhæ in quantitate conſiſtere debent.*

a TITIA[a]. ¶ Sponſalia à parentibus pro filiis ſuis contracta, valent quidem[e]: ſed non ideo poſſunt cogi filij ad matrimonium[f], nec ſtipulatio pœnalis hoc nomine committitur, tanquam cõtra bonos mores ſit concepta: idque non ſolùm ſi pœna filiis infligeretur[g], ſed etiam ſi aduerſus eorum parentes eſſet committenda.

1 debet † enim ſumma libertas eſſe in matrimonio[h], nec poſſunt augeri in eo pœnæ, ſed iis contenti eſſe debemus, quæ à lege ſunt inductæ[i].

2 Sed † quomodo promiſsio talis contra bonos mores eſt? nec enim delictum aliquod hinc inducitur, aut aliquid turpe fit. & puto id eſſe, quia ſublata libera voluntate contrahẽdi matrimonij, facilimè ſequeretur perpetua rixa inter coniuges, & inuicem mutuæ inſidiæ[k]. vnde lex

I. cenſuit futuris periculis occurrendum eſſe[l]. Et

3 ideo exiſtimauit Bartol. quem cæteri hîc ſequuntur, huiuſmodi † ſtipulationem iuramento non confirmari[m]. quæ & receptiſsima eſt Pontificiorum ſententia. Fuêre tamẽ, qui diſſentirent, quia lex noſtra ſimpliciter dicit non eſſe hanc ſtipulationem contra bonos mores. non enim ſequitur, ergo eſt contra bonos mores, cùm poſsit quiddam medium dari: &[n] etiam ſi eſſet aduerſus bonos mores, ſecundum ius ciuile perpenſos, non tamen ideo minus confirmaretur religione contractꝰ[o]: & ita à Cor. nuperrimè reſponſum extat[p]. Ego diſtinguendum arbitror, vt † ſi ſponſalia ab ipſis filiis iurata proponantur, ad nuptias compelli poſſint, iuramentumq; obſeruetur[q], niſi iuſta aliqua cauſa ſuperueniens impediat[r]. nec enim inuiti hoc facere dici 4

e c. ex literis. ij. c. Gemma. de ſponſal.
f c. j. de deſpon. impub. lib. vj.
g l. neque. C. de nupt.
h l. cum locũ. de ſponſ.
i d. l. ſi ita ſtipuler.
k c. requiſiuit. de ſponſal.
l c. præterea. de ſponſ. c. de illis. de deſpon. imp. vbi gl.
m c. non eſt. de reg. iur. in vj.
n l. j. §. ſcientiã. de tribut. glo. l. iij. §. genera. de acq. poſſ.
o arg. c. cũ contingat. de iureiur. dixi leg. pacta, quæ contra. C. de pact.
p Cor. conſilio ccxciij. in iiij.
q c. ex literis. ij. de ſponſ.
r d. c. requiſiuit.

B poſſunt, qui ſemel conſenſerũt[s]. Quòd ſi ipſi non conſenſerunt, ſed eorum parẽtes, à periurio quidem parentes liberentur, dum tamen, quod in eis eſt, citra omnem vim, & terrorem curauerint iuramentum obſeruare[t], pœnam verò pecuniariam parentes ex ſtipulatu non refundant: & ita videntur ſenſiſſe Doctores crebriore calculo.

II. 5 Sed † quid, ſi mulier promiſit non nubere alicui ſub pœna, & nihilo minùs nupſit? & adhuc legi noſtræ eſt locus, ne pœna exigi poſsit[u]. quod Albe-C ricus cenſuit: & licet in legatis diſtinguatur, an perpetua ſit prohibitio, an temporalis[x], & quandoque an vidua promiſerit, an virgo[y], tamen in contractibus indiſtinctè ſeruanda eſt libera facultas nubendi.

III. 6 Sed † quid, ſi ſtipulatio pœnalis fuiſſet exacta, an dabitur repetitio? & non videretur, ſicut nec arrhæ reſtituuntur, quia rei traditione cõfirmatæ ſunt[z]: & ideo lex noſtra reo conſulit per exceptionem doli, non autem concedit actionem, & quia metus amiſsionis modicæ pe-D cuniæ non inducit probabilem excuſationem[a]. Sed tamen Doctores ſentiunt contrarium, quia exceptio, cuius meminit hîc Iuriſconſultus, eſt exceptio facti. cùm enim ſtipulatio aduerſus bonos mores cõcepta ſit, apparet ipſo iure eſſe nullam. qua de re nos ſuprà[b]. meritò ergo dabitur repetitio.

IIII. Sed quid, ſi pœna adſcripta ſit, non vt priuigni in matrimonium coëant, ſed ſi diuorterint? & clarum eſt, matrimonia debere à pœna eſſe libera, non ſolùm, cùm de eis contrahendis E agitur, ſed etiam ſi de diſſoluendis tractatur[c], & quia pœnis legalibus contenti eſſe debemus[d]. ſed cùm hodie vetita ſint diuortia, videretur ſtipulatio pœnalis committi, & valere tanquam iuri communi conformis ſit[e]: qua de re ſuprà.

V. Sed proceditne indiſtinctè omni iure lex noſtra? & quòd libera debeant eſſe matrimonia, etiam Pontifices iuſſerunt[f]: at Pontificij interpretes etiam iuris diuini id eſſe exiſtimarunt[g], vt meritò nec iuramento confirmetur ſtipulatio, quod & ſuprà F diximus. Quæ ſententia ſi vera eſt, non valeret conſuetudo, aut ſtatutum, quod huiuſmodi pœnam confirmaret[h]: & tamen olim lege Longobarda aliud erat, committebaturq; ſtipulatio pœnalis[i]: & hodie in multis locis videmus quotidie tales contractus celebrari, partibus obſeruatione dignos exiſtimantibus.

VI. 7 Sed † nunquid ſaltem pœna committatur, quatenus intereſt ſtipulatoris? & Accurſius quandoquè ſenſit committi[k]. Quod intelligebant Dinus, Bald. & Beſut. quatenus ſtipulator damnum feciſſet, nõ quatenus lucrum

s l. ſicut. C. de act. & oblig.
t gl. c. Gemma. eod. tit.
u dict. l. fin. vbi Alb.
x l. cum tale. §. Mæuiæ. de cõd. & demon.
y l. j. C. de indi. vid. tol.
z d. l. fin. C. de ſponſ.
a Dd. c. Gemma. ex. de ſpon. Iaſ. hic not. iij.
b l. & generaliter. l. ſi plagij. ſ. eod.
c l. libera. C. de inut. ſtipul.
d d. l. ſi ita ſtipulatio.
e gloſ. Clem. ne Romani. verb. tolli. de elect.
f d. c. cum locũ. d. c. requiſiuit.
g Io. And. c. ſtatutũ. de hæret. in vj.
h Calc. conſ. iij. Aret. hic.
i l. j. de ſponſ. j. Lombar. Albe. hic.
k l. ij. ſuprà, de ſponſ.



crum ſibi auferretur. nec enim quod tali modo intereſt, propriè pœna eſt[a]. Sed tamen Iac. Bart. cæteri diſſentiunt, propter legis noſtræ verba, & quia ſubeſt eadem ratio, ne libera matrimonij facultas reſtringatur. poterit enim alter coniugum moneri, ne qualecunq; id damnũ ſtipulatori reſarciat. Satius ergo eſt, vt ſibi ſtipulator imputet, qui temerè impenſas fecerit, cùm ſcire debueris talẽ ſtipulationem infirmã irritamq; eſſe[b]. quæ ſententia vera eſt, etiã ſi Phormio Terentianus neget.

diem ſuum obiit: & filia eius noluit nubere. quæro, an C. Seij hæredes teneãtur ex ſtipulatione. Reſpondit, ex ſtipulatione quæ proponeretur, cùm non ſecundum bonos mores interpoſita ſit, agenti exceptionẽ doli mali obſtaturam: quia inhoneſtũ viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iã cõtracta.

A

Si tamen dolus promiſſoris argueretur, non diffitentur Doctores noſtri actione de dolo ſuccurri ſtipulatori[c], & eatenus veram eſſe Dini opinionem. Et hæc quidem ſecundùm legis noſtræ regulam procedunt: videamus nũc caſus, qui à re-

I. gula recedere videntur. Et in primis conſtat, licet metu pœnæ ad matrimonium adſtringi quis

8 nequeat, ſpe † tamen præmij ſolicitare poſſe[d]. & ideo valet paternum teſtamentum, quo filias in triente legitimo inſtituat: & præterea in tota hæreditate, ſi nupſerint mercatoribus: quod Oldr. reſpondit, & receptior eſt ſententia. Idem in conditione[e], ſi nupſerit ciui, non autem alienigenæ, vt Fulg. reſpondit: ſicut & valet beneficij conceſſio à principe clienti facta, & eius filiis maſculis & fœminis, dum tamẽ fœminæ nubãt ſubiecto[f]. Idem, ſi additum ſit, dum nubant ex voluntate principis, quod Iſernia in Conſt. regni tradidit, & ex facto reſponſum vidi. licet enim principi talem legẽ rei ſuæ imponere, quod alibi tradidi[g]. Et hæc quidem in matrimonio procedunt, ad quod ſpe lucri poteſt quis inuitari, atque allici: in ingreſſu verò religionis aliud eſt, non ſolùm metu pœnæ, ſed nec ſpe præmij adduci ad eam quis debet, ne aliàs ſimoniaco ambitui ſit locus[h]. Quod & in hæredis inſtitutione receptum

9 eſt. voluntas † enim captatoria dicitur, quæ ſpe lucri ad inſtitutionem alliceret[i]: tantùm abeſt, vt metu pœnæ compelli quis poſsit, vt ſuprà vidimus[k]. Sanè nec in matrimonio quidem toleraretur hæc ſpes lucri, quoties ab altero coniugũ alteri promiſſum eſſet, ne videantur in matrimonia effici venalia[l], & aduerſus legem committatur donationem inter coniuges prohibentem, quòd ſuprà docuimus. Nec (quod ad ſuprà ſcripta attinet) refert amiſsio magni lucri ſit, an modici, quicquid hîc Iaſon ſentiat, qui quæ de metu à Doctoribus tradita ſunt, hîc impertinenter

II. inculcat. Alter † eſt caſus, cùm ſtipulatio non per

20 parentes, aut tutores, aut amicos eſt interpoſita, ſed per homines prorſus extraneos. valeret enim ſicut quælibet alia ſponſio[m], cùm veriſimile non ſit, quemquam à matrimonio temperaturum. quia aliquis ſibi extraneus damnum faciat, quid id ad ſe pertinet? & ita Accurſius cenſuit, quem Bartolus & cæteri ſequuntur[n]. ſi ergo non ſit extraneus, ſed ſanguine coniunctus, vt frater, vt patruus, vt conſanguineus, ſecus eſſet[o]. Idem, ſi tutor. habet enim & vim & poteſtatem in caput pupilli: quod Cin. & Bar. tradiderunt[p]. Idemque aiunt, ſi plurimùm familiaris atque amicus ſit, etenim coniunctis perſonis ij comparantur, quod quibuſdam exemplis Iaſon hîc docet. Ego ſuſpectum eſſe debere iudici hunc contractum arbitror, ne fortè clàm, & tacita pactione fecerit per extraneos fiduciarios fieri haſce promiſſiones, vt legi noſtræ fraus fiat. tali ẽm caſu proculdubio non eſſet actio concedenda: quod Raphaël hîc cẽſuit[q].

III. 11 Tertius † eſt caſus, cùm pœnalis ſtipulatio ita concepta non eſt, vt matrimonij neceſsitatem inducat: putà, promiſerunt parentes curare, vt priuigni contrahant matrimonium: & ſi id minùs fecerint, promiſerunt pœnam. cùm enim B liberentur ſimplici cura[r], arbitror valere ſtipulationem, & committi, niſi probetur eos curam, quod in ſe fuit, adhibuiſſe, & citra vim, aut terrorem voluiſſe eis perſuadere, vt hoc facerent. Sentit id & Accurſ. qui conditionis verba in lege noſtra, *Si quis eorum*, interpretatur priuignorum, non autem parentum. Quòd ſi verba aliter concepta eſſent, vt quia promiſiſſent ſe facturos, vel promiſiſſent ſe curaturos cũ effectu, tunc eſſet ſecus: nõ valeret hęc promiſsio, quia non liberarentur ſim-C plici cura, ne factum alienum cenſerentur promiſiſſe, ſed ſuum[s]. An autem difficultas eos excuſaret, alibi tractandum eſt[t]. Sed quid, ſi parentes tam modicam pœnã ſtipulationi inſeruiſſent, vt minimè veriſimile ſit ea abſterritũ iri, quò minùs arbitratu ſuo alias nuptias celebrent? & videretur valere ſtipulationem: & ita Iac. Petr. Cin. exiſtimauit. quos & alij Pontificij ſecuti ſunt: ſed Bar.[u] hîc cõtrarium diſputauit, cuius ſententiam alij vno ore probant. lex enim paruam à magna D pœna nõ diſtinguit[x], & ſi vel x. aurei, aut xx. promiſsi ſint, quamuis hæc magna ſumma non ſit, actionem denegat[y], & ſemper ſubeſt illa ratio, vt pœnis legalibus contenti ſimus[z]. Poſſet tamen defendi hæc Petri Ciniq; ſententia, ſi iuramentum acceſsiſſet. nec enim eſt contra bonos mores promiſsio, per quam veriſimiliter non reſtringitur matrimonij libera facultas, etiam ſi rigor iuris obſtet, quod religionis æquitate emendatur. in foro enim conſcientiæ ad naturales rationes E attendimus, non ad commentitias[a].

IIII. Vltimus eſt caſus, vt licet ſtipulatio pœnalis non valeat, datio tamẽ arrharum ſuſtineatur, adeò vt qui detrectauerit nuptias, duplum refundat, vt lege nouella cautum eſt[b].

12 Sed † quænam eſt ratio differentiæ, vt pœna nõ valeat, pignus, ſeu arrhabo licitè detur? vtrunq; enim æquè promiſſioni nuptiarũ

I. accedit[c]. Et Iacob. Pet. Cin. arrhas modicas eſſe, pœnam grauem aiebãt, nec ob rei modicæ amiſſionem libertatem matrimonij impediri: quę ſen-F tentia ſuprà reprobata eſt.

II. Aliter ergo alij Veteres ferè receptiore calculo, Guid. Sul. Oldr. Albe. Bald. Cyril. Aretin. à quibus nec Pontificij, Hoſt. Feder. Butr.[d] diſsident, nempe pœnam promitti caſu, quo matrimonium non ſequatur, arrham pari pro matrimonij perfectione, ſicque in pœna eſſe conditionem, quæ nil ponit[e], in arrha eſſe principium contractus, vnde eſſentia futuri contractus ponitur[f], lex ergò magis fauet contractui iam cœpto, vt perficiatur, ac arrharum datio habeat effectum, quàm cõtractui nondum cœpto,

a l. ſi is, cui. in fin. de furt.
b l. ſi quis domum. locat.
c l. ſi cùm mihi. de dolo.
d d. l. Titio centum. §. j. de cõd. & dem. l. ſi quis in teſtamento. de cond. inſt.
e Oldr. conſil. xvj. Ful. conſil. lxj. Com. clxiij.
f Bartol. l. ij. C. quãdo & quib. quarta pars. & l. j. C. de muril. lib. xj.
g l. cùm tale. §. reſcriptum. de condit. & dem. Fel. c. ex parte. de conſtit.
h Dd. l. ij. C. de inſtit. & ſubſtit. Felin. c. cùm M. de conſtit.
i l. ille autẽ. de hæred. inſt.
k d. l. ſtipulatio. hoc modo.
l l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. in fin. ſ. eod.
m l. ſi rem. §. fi. de præſcr. verb.
n l. mulieri. de cond. & dem.
o l. hęres meus. §. fin. eod. tit.
p Bartol. conſ. lxv.
L. 134. Titia, quę ex alio.
q Butr. & Card. d. c. Gemma.
r glo. & Dd. c. ex reſcripto. de iureiur. gloſ. c. querelam. eod. tit.
s l. ſi hæres iuſſus. de leg. j.
t d. l. ſtipulatio. verſ. at ſi quis velit. ſ. eod.
u Ioan. And. d. c. Gemma. Fed. Sen. conſ. 194.
x l. noſtra. & d. l. fin.
y d. l. neque. d. l. ea, quæ. de donat. inter vir.
z d. l. ſi ita ſtipulatio.
a Bal. auth. ad hæc. C. de vſur.
b d. l. fin. C. de ſponſ.
c glo. l. petens. C. de pact.
d Hoſt. in Sum. But. d. c. Gemma. Fed. conſil. clxix.
e l. ſi quis ſub. ſ. ſi quis om. cau.
f l. quod ſæpe. in prin. de contrah. empt.

cœpto, ſed qui fieri promiſſus ſit,& talẽ promiſ-
III. ſionem cum pœna infirmat. Addo ego,traditio-
ne rei confirmatas eſſe arrhas: difficiliùs autẽ lex
actus facti infirmat[a], quàm actionem impediat:
& grauius eſt cuilibet ſoluere, quod promiſit,
quàm perdere qđ
dedit[b]: nam & da-
tio arguit maiorem
deliberationem at-
que conſenſum, q̃
ſimplex promiſsio,
cùm pleriq; promit
tant, quod nunquã
ſoluturos ſe cre-
dunt[c]. Bart. non poſſe pœna conuentionali re-
ſtringi libertatem matrimonij fatetur, vt lege no
ſtra expreſſum eſt: poſſe tamen pœna legali id fie
ri exiſtimat[d]: eſſe autem arrharum amiſsionẽ pœ
nam legalem, ſiquidem ſciendum, qua ratione
ſponſalitia largitas introducta eſt, eadem & da-
tionem arrharum fuiſſe permiſſam[e]: & ſicut ſi nõ
culpa mulieris nuptiæ exitum non habuiſſent,
eam largitatẽ lucrifaciebat[f], ita & æquum fuit ar
rhas lucrari, nec ideò videri libertatem matrimo
nij conuentione reſtringi, ſed potiùs legis aucto-
ritate. Cur autem legislatori ita placuerit, ex ſu-
prà ſcriptis aliorum rationibus eſt colligendum.
I. Hincq; infert Bart. non † poſſe pœnam dupli, vel
13 quadrupli in arrhis conſtitutam, excedere quan-
titatem dotis, aut donationis propter nuptias[g],
ne ſcilicet maior infligatur ei pœna, qui à ſpon-
ſalibus diſceſſerit, q̃ ei qui veras nuptias direme-
rit. quæ ſententia æquitatẽ habet, licet contraria
II. receptior videatur. Rurſus infert, non videri re-
ſtringi facultatem matrimonij, ſi arrhæ re ipſa da
tæ ſint: ſecus, ſi promiſſæ tantũ. tunc enim ſubeſt
cauſa prohibitionis, quæ in ſtipulatione pœnali
rem infirmat: & quoties lex ſpecialiter aliquid
numerationi concedit, nõ eſt ad ſimplicem pro-
miſsionem trahenda[h]. Qua ratione & multa do-
ti datæ conceduntur, quę duntaxat promiſſæ nõ
permittuntur[i], licet aliàs in iis, quæ à regulis iu-
ris non exorbitant, dare & promittere æquipa-
III. rentur[k]. Sed quid, ſi ſimpliciter confeſſa eſt mu-
lier arrhas datas, an adhuc neceſſaria erit proba-
tio corporaliter datas eſſe? & ꝑ confeſsione prę-
ſumi Bar. ait[l]. Quod intelligendum eſt, niſi de ca
ſu ageretur, quo mulieri per exceptionem non
numeratę pecuniæ[m] conſultum eſſet, vel allega-
retur fraus, eſſentq; pro ea probabiles coniectu-
ræ[n]. Nec obſtat, q̃ confeſsio inter perſonas pro-
hibitas eſt ſuſpecta[o]: reſpondeo, prohibitionem
ſpecialem eſſe in promiſsione pœnæ, non in rece
ptione arrharum, vnde ſtabimus potiùs confeſ-
14 ſioni, & ſuſtinebitur cõtractus[p]. Et † licet lex no-
uella de arrhis verè datis loquatur, & nihil atten-
tari extra definitionem illius legis permittat[q], ta
men propter confeſsionem cenſebuntur corpo-
raliter datæ: & idem poterit præſumptio legis,
quod veritas[r], quicquid aduerſus communem
ſententiam Ang. Imol. Caſt. ſenſerint, & nouiſsi-
IIII. mè reſponderit Socin.[s]. Sed † quid, ſi vtrinq; da-
15 tæ ſint arrhæ, præſumetúrne fraus legi facta? Et ſi
eadem prorſus ſumma vtrinq; interuenerit, quia
tantum ſit datum, quantum receptũ, cenſuit Bar.
nihil videri datum[t]. quæ ſentẽtia probabilis eſt,
tanquam vtrinq; fiat compenſatio, quæ ex quan-
titatis paritate facilè inducitur[u]. Sed quid, ſi inæ
quales arrhæ ſint datæ? vt quia vir vxori centum
dederit, vxor marito XL. & quatenus ſumma cõ-

¶ Idem reſpondit[a], plerunq; ea quæ prę-
fationibus conue-
niſſe concipiuntur,
etiam in ſtipulatio-
A nibus repetita cre-
duntur: ſic tamen, vt
non ex ea repetitio-
ne inutilis efficiatur
ſtipulatio.

a l. denique. ex quib. cauſ. mai. l. ſed ſi ego. in fi. ad Vellei.
b l. centeſimis. in fin. l. à Titio. in fin. ſ. eod.
c l. Stichus ſi hę redi. de ſtatu lib.
d d. l. ſi ita ſtipulatus.
e l. cũ veterum. C. de donat. ante nupt.
f d. l. cùm veterũ. & l. ſi à ſponſo.
g l. ex conſenſu. l. iubemus. C. de repud.
h l. ſi debitorẽ. de nouat. l. ſi filius. in fin. ſi cer. pet.
i l. dotale. §. dotale. de fun. dot.
k l. fi. C. ad leg. Falc. l. omnia. ſi cert. pet. vbi dixi.
l l. Publia. depoſiti.
m Bal. l. deo C. de epiſc. & cler.
n l. ſi quis poſt. verb. corporaliter. C. de bon. præſcrip.
o l. qui teſtamentum. de probat.
p l. cùm de indebito. in fin. de probat.
q d. l. fin.
r l. fin. de prob.
s Soc. conſil. iij.
t l. qui ſic. de ſolution.
u l. cum quo. §. fin. ad l. Fal. vbi not.

uenit, ſentit Bart. idem eſſe[x], ſubiicitq; generali-
ter nõ eſſe legi nouellæ locum, niſi caſu in ea ex-
preſſo, ſcilicet cùm ex altera parte tantũ datę ſint
arrhæ. quã ſententiam Ang. Caſtr. & Iaſ. hîc pro-
bant, & ſequuntur Pontificij[y], & in caſu dubio,
cùm nõ conſtat, an
vera arrharum nu-
meratio acceſſerit,
eſt probabilis, & A-
ret. placet. Quòd ſi
cõſtaret de vera nu-
meratione, verius
videtur, vt valeat v-
trinque arrharũ da-
tio: quod Cyn. Sal. Torq.[z] & Bal. cenſuerũt. Nec
obſtat, q̃ non cenſetur datum, ſi quid confeſtim
reſtitutum eſt[a]: reſpondeo, hoc non procedere,
cùm id, quod reſtitutum eſt, nõ cauſa priorẽ obli
gationem diſſoluendi, ſed nouam contrahendi
B numeratum fuit[b]. Nec † rurſus obſtat, q̃ lex no- 16
uella loquitur, cùm altera duntaxat partium de-
dit arrhas, nihilq; extra eius definitionem ſit ad-
dendum, ne dupliciter pœna legis: reſpondeo,
diſpoſitionem legis quamuis exorbitantis, quæ
in caſibus ſimplicibus loquitur, etiam mixtum
continere[c]. nec enim caſus hic extra verba legis
inducitur, vt Salic. oſtendit. Sed quid, ſi vera nu-
meratio non probetur, ſed confeſsio vtrinq; ad-
ſit? & quidem iurata? & Soc. adhuc inutilem eſſe
C arrharum dationẽ arbitratur[d]. quam ſententiam
propter vim iuramenti ego non probo. Nam &
Ang.[e] non eſſe admittendam hanc exceptionem
reſpondit, ſi lege municipali executio in prom-
ptu inſtrumentis præcepto chartularij munitis
data ſit, tanquã iudicis auctoritas præſumptio-
nem fraudis, aut ſimulationis elidat. à quo tamẽ
diſſentit Aretin. Ego in omni fraudis ſuſpicione
plurimum ad ſigna & coniecturas attendendum
arbitror, multumq; hac in re iudicis perſpicaciæ
D tribuendum. Sed quid, ſi datus ſit fundus pro ar- V.
rhis? & Bar. nihil agi exiſtimauit. oportet † enim 17
arrhas in quantitate conſiſtere. quoniam ea pro-
priè duplari in pœnam deteſtantis poteſt, ſicque
lex nouella loquitur. fundus enim duplari non
poteſt, ſicut nec cæteræ ſpecies[f]: ſed non videtur
recepta hęc ſententia, quoniam arrha nihil aliud
eſt quã pignus: at pignus vel maximè ſuper ſpe-
ciebus conſtituitur[g]: aut ergo is, qui dedit fun-
dum, mutat ſententiam, & detractat matrimo-
E nium: & nõ eſt ratio, cur mulier quæ accepit eũ,
non lucretur: aut ipſa detractat, & cogetur eum
reſtituere, itemq; æſtimationem, ſicq; duplicabi-
tur fundus æſtimationis reſpectu[h]: quod & aliis
caſibus fieri videmus, & ita Bal. Sal. Imol. Raph.
Caſt. Aret. Iaſon cenſuerunt, quos & ipſe ſequor.
Oportet tamẽ corporaliter huiuſmodi fundum
traditum eſſe[i], vt Bar. ſcribit: nec † ſufficeret per 18
clauſulam conſtituti tranſlatam eſſe poſſeſsio-
nem. Ego ſicut ſufficere confeſsionem arrharum
F ſuprà cum Bar. exiſtimaui, ita nunc & clauſulam
conſtituti ſufficere arbitror[k], niſi aliquæ conie-
cturę fraudis ſimulationis extrinſecus accedant.
qua de re alibi[l].

x l. ab omnib. §. ſi Titio. de legatis j.
y But. Abb. a iij. d. c. Gemma. Ang. conſ. 204.
z Cyn. Bal. Sal. d. l. fin.
a d. l. qui ſic.
b l. ſi tibi pecuniam. ſi cer pet. l. qui duos. de ſolut.
c l. vim paſsim. §. pr[illegible] ne. j. de [illegible] in prin. ſ. eod.
d Soc. conſil. iij. in j.
e Angel. conſil. ccxxxiij.
f l. Lucius. §. impuberem. de leg. ij. l. plane. §. j. & ſeq. de legatis j.
g gl. l. j. vera. & magis. de pign. act.
h l. ſi cum exceptione. §. j. qđ met. cau. l. ſenatus. de contrah. empt.
i l. j. §. d[illegible] uſſa. l. ſicut. [illegible] uacuum [illegible] quibus mo[illegible] pign. ſol.
k l. quod meo. de acq. poſſ.
l l. poſt contractum de dona. vbi dixi.

1 *Mutatio ſententiæ non facilè præſumitur.*
9 *Interdum ſecundum præfationes nõ intelligitur contractus ſequens.*
12 *Etiam ex interuallo accedentes præfationes attendũtur.*
14 *Vitians qualitas non cenſetur repetita.*

§. IDEM RESPONDIT[a]. j. ¶ Quæ in præ-
fationibus



fationibus conuenerũt, cenſentur in ſtipulatio-
I. ne repetita[a]. nec † enim facilè fit interpretatio,
1 vt quis ſententiam mutarit[b]. Si † igitur actum ſit
II. de tritico Africano mutuando, ſtipulatio deinde
2 ſimpliciter interpoſita, de eo intelligitur, vt Iaſ.
III. hîc ait. Si † actum ſit, vt liceat venditori rem redi-
3 mere, & deinde quis emit ſimpliciter, intelligi-
tur tacita conditio redimendi, vt Alex. ex facto
reſpondit[c], & clauſula *Saluo errore calculi*, de qua à
principio conuentum ſit, intelligitur tacitè repe
tita in ſtipulatione, quamuis purè conceptum ſit
eiùs obligationis documentum. quòd modo re-
ſpondit[d]. generalis eñ obligatio ſemper reſtrin-
IIII. gitur, ſecundùm præcedentem præfationem. Et
ſi dedero tibi fundum, non intelligar inſolutum
dediſſe, ſi in præfationibus actum ſit, vt redderẽ
4 te ſecurum. fit † enim quis ſecurus vel ſola pigno
V. ris datione, vt Socin. reſpondit[e]. Et † quod de
5 re dicitur, in loco quoq; obſeruandum eſt, vt ſti-
pulatio ſimpliciter interpoſita ad locum reſtrin-
gatur, de quo in prefatione ſit actum, vt Iaſon hîc
VI. docet. nam & in perſona quoq; idem eſt. Vnde ſi
mihi mandauerit Titius vt aliquid faciam, dein-
de ego ſimpliciter fecero, intelligat tamen eius
nomine feciſſe[f]: quod à me alibi latiùs declara-
VII. tum eſt[g]. Sed & in odioſis quoque locum eſſe re-
6 gulæ noſtrę ex eo apparet: q̃ ſi † actum ſit in præ-
fationibus, ne ſors repetatur, donec vſurę ſoluan
tur, licet in ſtipulatione ſortem ſimpliciter ſpo-
ponderim, tamẽ ſubaudietur conditio, *Niſi vſuras*
VIII. *ſoluam*[h]. Qua ratione & in delictis idem cenſebi-
mus, ſi inter nos conuentum ſit, vt occideres Ti-
tium, ſubſecuto delicto, cenſebitur vigore præce
dentis tractatus eſſe factum[i]: quod Iaſ. hîc ait, &
IX. egò alibi recenſui. Addit Pontanus idem eſſe, e-
tiam ſi quæ in præfatione dicta ſunt, non omni-
no actui ſequenti conueniant. Vnde ſi conſtitue-
rim procuratorem, vt me admoneat de pretio tri
tici Siculi, & vt illud cũ Rege quanti minimi mo
deretur, cenſebitur repetitum, vt me quoq; priùs
X. admoneat, quid cum Rege temperauerit[k]. Nam
7 generalis eſt regula, ex † præcedentibus declara-
ri ſequẽtia[l], & vnam clauſulam ad aliam trahi[m],
& conditionem inſtitutioni adiectam, in legato
repetitam cenſeri[n], & ſecundũ inſtitutionis prę-
cedentis naturam ſubſequẽtem ſubſtitutionem
accipi[o], & clauſulam ſequentem, quamuis gene-
ralem ad rem & cauſam priùs ſpecialiter expreſ-
ſam reſtringi: & quæ priùs dicta ſunt, magis re-
XI. petita in ſequentibus cenſeri, quàm contrà[q]. Il-
lud quoque receptum eſt, vt iiſce præfationibus
magis credamus, quàm ei, quod in ſtipulatione
deductum eſt, quoties de fraude, aut ſimulatio-
ne detegenda tractatur. Vnde ſi acceptis centum
promiſerim vſurario dare fundum pro pignore,
quamuis deinde contractus venditionis celebre
tur, potiùs exiſtimabimus pignus eſſe[r], vt fru-
ctus ſorti imputentur, præualebitque præfatio
contractui, quod Iaſ. hîc tradit, receptiſsimumq;
eſt. Ego verum arbitror, ſi à principio dictum eſ-
ſet, vt fundus, licet inſtrumẽtum venditionis fie-
ret, tamen pignori eſſe intelligeretur: quòd ſi tũc
nihil de venditione actum eſt, æquius eſt credere
mutaſſe eos ſententiam[s], & omiſſo contractu il-
licito ad licitum venditionis tranſiſſe, & fructus
emptori lucrifieri, cuius intereſt pecuniam ſuam
otioſam non fuiſſe[t], vt ſic in meliorem partem
præſumamus[u]. quòd & Ang. videtur ſenſiſſe: &
quoties ex interuallo factum eſſet venditionis

a l. item quia. §. fin. de pact. §. ex. hoc autem capite. Inſtit. ad leg. Aquil.
b l. eum, qui. de probat.
c conſ. cxxij. ij. & xxvij. iij.
d Imol. conſil. xix. & cõſ. xcv.
e Socin. conſil. xciij. j.
f l. qui in aliena. §. ſi is. qui. de acq. hæred. Bal. conſ. ccx. ij.
g l. j. §. nuntiatio. de ope. nou. nunt.
h d. l. itẽ quia. §. fin.
i Bald. l. multũ intereſt. C. ſi qs alteri, vel ſibi.
k Rom. conſil. ccccxj. Decius conſ. xj.
l l. ſi ſeruus plurium. in fin. de leg. j. conſil. xij. in ij.
m l. continuus. in fine. j. eod. l. quemadmodũ. in fi. ad l. Aquil.
n l. cum ſeruus. de cond. inſtit.
o l. j. C. de imp. l. licet. de leg. j. l. j. §. pro ſecundo de cad. tol.
p l. ſi decreta. C. de tranſact.
q l. quiſquis. de leg. iij. l. filium. quando di. leg. ce. l.
r arg. l. iiij. §. ſi ab ignoto. de manu: Bart. & Dd. l. pacta nouiſsima. Cod. de pact.
s gl. l. j. de iud. vbi Ang.
t l. cùm debitor. in quib. cau pign. u §. eſtote. de regulis iuris.

inſtrumentũ, Bal.[x], Caſt. cæteriq; approbant. Sa-
nè & tunc legi noſtræ eſt locus, cùm id factũ qđ
ſecundùm præfationes neceſſariũ fuit, omiſſum
eſt. licet enim ea, quę facti ſunt, lex nõ ſuppleat[y],
tamen propter præfationes datur actio, qua quis
ad faciendum compellitur: vt cùm quis fundum
ſimpliciter tradidit, cũ ſeruitutẽ excipere debuiſ
ſet[z]. præſumitur enim error, qui actione ex con-
tractu diluitur[a], non autẽ ipſo iure ſeruitutẽ im-
A poſitam lex interpretatur, vt hîc Torquat. tradit.
Quod arbitror ego obſeruandũ, etiam ſi traditio
poſt præfationes ex interuallo facta ſit[b]. nec eñ
lex diſtinguit, quicquid hîc commentetur Bart.
Sed an ſi ſtipulatio ex interuallo ſubſecuta ſit, ad XIII.
huc ſecundùm præfationes intelligetur? & Bart.
negat, tanquã potius videantur partes diſceſsiſſe
à priore tractatu[c]. Sed hanc ego ſententiam non
ſoleo ſequi, cùm ſemper ſubſit illa ratio, q̃ † mu- 8
tatio voluntatis etiam ex interuallo non præſu-
B mitur[d]. Vnde dicta in codicillis ſecundùm teſta-
menti verba accipiuntur, etiam ſi poſt multum
tempus confecti ſint codicilli[e], & proteſtatio ꝑ
contrarium factũ etiam ex interuallo ſubſequẽs
regulariter non tollitur[f], maximè ſi verba præfa-
tionum futurum tempus reſpiciant[g], vel natura
contractus id ſuadeat, quod pluribus exemplis
alibi oſtendi[h], & ſentit hîc Aret. qua de re infrà.
Sed & ex contrario, quæ in vltima parte diſpoſi- XIIII.
tionis dicta ſunt, ad ea, quę in præfationibus acta
C apparent, poſſunt trahi[i]: qua in re longam hîc di
ſtinctionem impertinenter congeſsit Albericus,
nos locis ſuis reſeruamus. Cæterùm † perpetua I.
non eſt legis noſtræ regula, indigetq; declaratio- 9
ne. In primis ſciendum, quod hîc dicitur ſecun-
dum præfationis intelligi contractum ſequentẽ,
de præfationibus accipi debere, id eſt, conuẽtio-
nibus firmis, & inter partes ipſas conſtabilitis: a-
lioquin ex ſimplici contractu, qui in colloquio
habitus ſit, nõ poteſt reſtringi contractus ſimpli-
D citer factus[k], cũ videamus multa tractari, quæ ad
conſummationem non perducuntur[l], & ideo à
publico documento non facilè eſt recedendum,
& eatenus duntaxat actum eſſe credendum erit,
quatenus ſcriptũ inuenietur[m], quod Bald. tradi-
dit, & reſpondit Alex. & cæteri ſequuntur. nec e-
nim à clara partium diſpoſitione recedendũ eſt[n].
Sed & ſi huiuſmodi præfationes nullę ſint, aut ta
citè reuocatæ, nihil ad ſequentem actum inferũt,
quod Alb. & Veteres docuerunt[o]. Vnde & ſi in- II.
E certæ ſint, ſequentem contractum declarare non
poſſunt, ſed potiùs propter omiſsionem eũ nul-
lum & infirmũ efficiunt. Vnde ſi in præfationib9
dictum ſit de die, vel conditione contractui adii-
ciendis, deinde omiſſa hęc ſint, redditur per erro
rem contractus nullus[p]. quod Aret. hîc docet, &
nos ſ. vidimus. Sed & ſi inter aliquas perſonas III.
cõceptę ſint præfationes, inter alias nihil opera-
ri Bar. hîc rectè cenſuit[q]. mutatione † enim perſo 10
narum immutata cenſetur rei ſubſtantia: & quod
F cum vno geſtum eſt, alteri nocere nõ debet[r]: qua
ratione nec in alio contractu fit repetitio[s], vt Iaſ.
hîc tradit. Nam & cùm actus ſubſequens ab eo, IIII.
quod in præfatione conuentum eſt, prorſus alie-
nus ſeparatusq; eſt, non poteſt repetitio illa cen
ſeri facta[t], quod Iac. Alb. Raph. hîc docuerunt, &
alibi Petr. & Bal. disertè tradiderunt[u], vt hîc Iac.
refert. Procedit ergo lex noſtra, cùm præfationes
ſequentibus coniunguntur. Sed & proteſtatio,

L. 134.
Titia quæ ex alio.
§. Idem reſpondit. j.
XII.

x Bal. Paul. Modeſt. in d. l. pacta nouiſsima.
y l. traditionibus. C. de pact.
d. l. itẽ quia. §. fi.
z d. l. ſi tibi liberũ. de act. emp. l. ſi binarum. de ſer. vrb. præd.
a l. ſed & ſi in me. in fine. de cond. indeb.
b Bal. d. l. item quia §. fin. Aret. hic.
c l. per retẽtionem. C de vſur.
d l. ſancimus. C. de teſta.
e l. talis. in fi. de leg. j.
f d. l. ſi verò. de euicti. l. Neſennius. de negot. geſt.
g l. ſi ita ſtipulatus. ij. de fideiuſ.
h l. denũtiatio. de verb. ſign.
i l. qui concubinam. §. cùm in teſtamento. de leg. iij. & xxxij. q. vij. apoſtoli.
k l. ſciendum. §. dictum. de ædilit. edict.
l l. eleganter. in prin. vbi Iaſ. de cond. ind. Alex. conſ. 148. in 5.
m c. dudum. de conuer. coniug.
n l. licet. de legatis j.
o l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. de leg. j.
p l. ſi ita ſtipulatus. ſ. eo. l. quoties. §. tantundẽ. de hær. inſt.
q gl. l. in repetẽdis. de leg. iij. l. legata ſub. de cond. & dem.
r l. non debet alteri. de reg. iu.
s l. ea lege. in princ. loc.
t l. niſi. §. item ſi ipſe. & ſi cui plus, quàm per l. Falcid. & l. centurio. de teſtam. mil. u Alber. l. licet de leg. j.

quam caupo, vel horrearius fecerit, ad actum ſe-
quentis receptionis non pertinet[a], niſi hoſpes,
vel conductor expreſsim ei conceſſerint. tacitur-
11 nitas † enim non ſufficeret[b], quoniam potuerũt,
non contradicere, quia ſcirent ius ſuum durare.

**¶ Idem reſpondit[4], cùm Septitius literis ſuis præſtiturum ſe cauerit pecuniam & vſuras eius ſemiſſes, quæ apud Sempronium depoſitæ ſunt: ſi inter præſentes actum eſt, intelligendum etiã à parte Lucij Titij præceſsiſſe verba ſtipulationis.** A

habet etenim lex ſu
ſpecta cauponum
& horreariorũ, idq;
genus hominũ in-
genia, ne facilè cùm
furibus coëant[c]: qđ
VI. alibi declaraui. Cæ-
terùm ſubiicit hîc
Bartol. præfationes
quidem attendi, ſi
actus incontinenti ſecutus ſit: quòd ſi ex inter-
uallo acceſſerit, non attendi[d]. quæ diſtinctio le-
ges ſimpliciter loquentes violat, ſupraque oſten
dimus non eſſe eam ſatis firmam, niſi quòd faci-
liùs quis præſumitur ex interuallo ſe corrigere, B
& ſententiam mutare, quàm incontinenti[e]. Vi-
detur autem hoc feciſſe, cùm actus, qui geritur,
ipſi præfationi contrarius eſt[f], vel aliter appa-
reat mutaſſe contrahentes ſententiam[g], vel actus
cum alio geratur, quàm cum quo in præfationi-
bus actum eſt[h]. quod à me in Proteſtationum tra
12 ctatu loco ſuo eſt declaratum. Quòd ſi † actus nõ
contrarius eſt, ſed aliquo modo, aut certa limi-
tatione coniungi præfationi poteſt, tunc ſiue in-
continenti, ſiue ex interuallo ſequatur, regulæ C
legis noſtræ erit locus[i]: quod Aretinus hîc do-
cet, & multorum auctoritate receptum eſt. Nec
me mouent à Bartolo adductæ leges, quia aliis
rationibus innituntur, quàm quòd ex interuallo
celebratus ſit contractus, quippe in eis nullum
13 eſt tarditatis huius verbum. Sciendum † itaque
eſt lege noſtra cenſeri repetitas prefationes, qua-
tenus tamen verba prefationum ſignificant, non
vltrà. Vnde ſi præfatio limitata ſit, ſequens con-
tractus ſupra eius limites non extendetur. Pone D
igitur: dediſti mihi pignus pro quincuncibus v-
ſuris: deinde conuenit, vt præſtarem vſuras cen-
teſimas: num pro adiectione hac erit pignoris re-
tentio? & conſtat non eſſe[k], quia limitata fuit
datio pignoris prima conuentione[l]. Nec obſtat,
quòd ſi quid in dote conuentum eſt, idem in eius
quoque additamento conuentum cenſetur[m]:
quia dos titulus eſt vniuerſalis ſub ſe augmen-
tum omne continens, etiam ſi in futurum fiat ta-
lis acceſsio[n]: quod iuris non eſt in particulari- E
bus. Addunt aliqui, fauorabiliorem ſemper eſſe
VII. cauſam dotis: idque & Baldus[o] probat. Subii-
cit Iuriſconſultus non procedere regulam ſuam,
14 quoties repetitio actum vitiaret. qualitas † enim
præcedens, quæ vitiat, nõ intelligitur repetita[p]:
ſicut nec clauſula in fine poſita refertur ad ea ca-
pitula, quæ ex relatione vitiarentur[q]: quę omnia
fauore actus ſuſtinendi inducta ſunt[r]. Vnde in
teſtimoniis non eſt relationi locus, quando di-
ctum teſtis ex repugnantia deficeret[s]: fieret enim F
relatio duntaxat, quatenus ſecum ipſe non pu-
gnaret[t]. nã & quoties prauus intellectus ex tali
repetitione acciperetur, nõ eſſet ei locus[u]: quod
Iacob. Alberic. cæteri hîc tradiderunt. Addit Ia-
ſon nec per ſubauditos intellectus induci vn-
quam legum correctionem[x]. ſic & alibi Bartolus
nunquam intelligi repetitum id cenſuit, quod
vitiaret[y]: qua de re & infrà[z]. Nam & econtrariò
conditio præcedenti pactioni adiecta cenſetur
repetita, ſi aliàs ſubſequens conuentio inutilis

a l.cùm in plures.§.locator. ff locat.
b l.fin.§.item ſi prædixerint. ff. nau. caup. ſtab.
c l.j. eodem tit.
d l. pretentionem. C.de vſur. d.l.binarum. d.l. ſi tibi liberũ.
e l.nam ad ea. de cond. demonſt. l.petens. C.de pacti. vbi dixi.
f gl.l.pacta nouiſsima.
g l.diuus. §. & licet. de iur.cod. l. ſi cui certam. de adi.leg.
h c.j. quod metus cauſa.
i arg. l. Modeſtinus. de ſolut. Alex. in conſil. xciiij. in iij.
k d.l.per retentionem. Iaſ hîc.
l l.age. Cod. de tranſact.
m l.etiam. C.de [illegible] l.inter ſocerum.§.cùm inter. de pact. dot.
n l.iiij.l.ſi quo modo.§.de pet. hæred
o Bald.d.l.etiã.
p l.ſi quis à filio. de leg.j.
q l.talis. de legat.j. l.cum vulgari. de dot. prę leg.
r d.l.quoties.§. eod.
s l.Iulianus. de hær. inſti. Alex. conſil. cv. conſi. xxij. in ij.
t l.ſi idem. in fi. de iur. om. iud.
u l.& qui data. ij. reſp. ex quib. cau. man. l.& ſi fortè.§.hæc autem. ſi ſer. vind.
x gl.c.cupiẽtes. §.quòd ſi p xx. verb. petere. de elect. in vj.
y l.fin.§. de fid. lib.
z l.fin.§.pen.§. eod.

efficeretur[a]. Et hæc quidem quantum ad con-
tractus attinet, ſufficiant: quid verò in legibus,
aut ſtatutis ſit, & quomodo repetitæ cenſeantur
præfationes, & huiuſmodi clauſulæ, alibi attin-
gitur[b]: ſicut quid in reſcriptis ſit obſeruandum[c],
quid item in ſenten
tiis in hac ſpecie
diſputat Albericus,
iudex diuerſis capi-
tibus ſententia de-
bitorem condemna
uerat: primò adie-
cerat dilationẽ an-
ni ad ſoluendum:
concludit non ſen-
ſeri repetitum illud tempus in cęteris capitibus,
ſed ſolam legalem diem victo ſupereſſe: quæ ſen-
tentia vera eſt[d].

1 *Solennitas intrinſecus proueniens præſumitur.*
3 *Quæ requirantur, vt cautionem per ſtipulationem præſtitam præſumi poſsit.*
5 *Etiam in epiſtola præſumitur ſtipulatio.*
7 *Aliquot caſibus præſumptioni ſtipulationis locus non eſt.*

§. IDEM RESPONDIT[a].ij. ¶ Literæ, qui- a
bus † ſcriptum eſt aliquem cauiſſe, intelliguntur 1
per ſtipulationem. nec enim ſatis ei cautum di-
ceretur, cui pacto nudo cautum eſſet[e]: meritò à
vi verbi non recedimus, vt cautionis nomine ſti-
pulationem intelligamus[f]. Quod & in verbo
Promittendi, Bartolus hîc cenſet[g], & nos ſuprà
etiam in verbo Spondendi, docuimus: ſicut & cũ
ſcriptum eſt aliquem fideiuſsiſſe[h]. Procedit au-
tem hæc interpretatio ex vi verborum. Vnde ap-
pellant Doctores hanc ſolennitatem intrinſecus
prouenientem, quam † cenſent ſemper prẹſumi, 2
Quę tamen concluſio multis modis declaranda,
reſtringendaque eſt.
Et † in primis, vt ei locus ſit, oportet ei conſta- I.
re partes fuiſſe præſentes: cùm enim inter abſen- 3
tes ſtipulatio contrahi nequeat, niſi partes præ-
ſentes ſint, non præſumeretur. vt enim præſum-
ptionibus ſit locus, oportet priùs ſigna præcede
re, quæ apta ſint inducendæ præſumptioni[i]. me-
ritò ergo lex noſtra conditionem adiecit, *Si inter
præſentes actum ſit*, &c. quod & Imp. Seuerus fecit,
*Si res inter præſentes geſta eſt*, &c.[k] & Iuſtinianus, *Si in-
ter præſentes partes res acta eſſe dicitur*, &c. nec enim
credendum eſt, hanc conditionem temerè, aut o-
tioſè fuiſſe adiectam, vt hîc Iaſon rectè docet[l]. Si
igitur appareat ſcripturam eſſe inter præſentes
factam, putà quia hoc in ea expreſsim dictum ſit,
credendum erit ſcripturæ[m]. Idem, ſi nihil dictũ
ſit, ſed ſcriptura ſit talis, quæ inter præſentes con
fici ſoleat, qualis eſt apocha, aut ſyngrapha: qđ
Angel. & Caſtr. hîc cenſuerunt, vt † tali caſu pro- 4
betur præſentia, eo ipſo, quòd lex eam prẹſumit,
& conditio, ſi inter præſentes eſſentiam reſpi-
ciat, non probationem[n]. Idem † etiam putârim 5
in epiſtola: quæ licet ſoleat ad abſentes mitti, ſi
tamen in ea ſit confeſsio, probabitur ſtipulatio,
non tanquam tũc facta ſit, ſed tanquam alio tem-
pore, quo præſentes erant, fuiſſet interpoſita[o].
Quòd ſi non confeſsio rei geſtæ, ſed verba tunc
contractum inducentia contineantur, non præ-
ſumemus ſtipulationem, cùm ea inter abſentes
induci nequiuerit[p]. quod Imola, Aretinus, Iaſon
ſentiunt. etenim † licet epiſtola etiam inter præ- 6
ſentes quandoque detur[q], tamen vtplurimùm
aliud

a l.cùm pater. de pact. dot.
b §.ex hoc capite. Inſtit. ad leg. Aquil. vbi Iac. Bel.
c l.j. Cod. de diuerſ. reſcrip.
d l.q fundum. de contr. empt. dixi §. §.Chryſogonus.
e l.ſancimus. C.de verb. ſign.
f l.j. C.de contrah. & com. ſtipul.
g §.ſi ſcriptũ. Inſt. de inut. ſtipul. l.iuriſgentium.§.quod ferè. de pact.
h l.ſciendum. § eod.
i c.ſicut.§. de ſimon.
k d.l.j. C.eod. l.optimam. & d.§.ſi ſcriptum.
l l.prætor. in prin. de col. bo. Dd.l.ij.§.prius de vulg.
m d.l.optimã.
n Bal. l.neque natales. Cod. de pbat. Aret. hîc
o l.tutor.§.fin. de vſuris. l.ea, quę. de don. inter vir. Bart. l.j. in prin. §.eod.
o d.l.optimã. in fin.
q l.Labeo. cum gl. de pact.



aliud eſt[a], & præſentia extrinſecus cõtractui ac-
cedit[b], ideoque non præſumitur, niſi quatenus
verborum vi contineatur. Vnde cùm in inſtru-
mento diceretur, *Titius donauit Sempronio coram tali-
bus teſtibus*, non ideo præſumitur Sempronij acce-
ptatio, neque præ-
ſentia, vt Caſtrenſis
ſcripſit[c], cùm dona-
tio etiam abſenti fie
ri poſsit. Hincq; in-
fertur, ſi exhibeas e-
piſtolam meam iis
verbis, *Petiiſti à me, vt
centum tibi promittam,
quocirca promitto*, non
erit probata ſtipulatio, cùm nec appareat verba
prolata eſſe, ſola autem ſcriptura non conficitur
ſtipulatio[d]. Sed ſi ſcripſero, *Petiiſti, vt centum promit
tam, ſcis autem me iam promiſiſſe*. quia iis verbis non
inducitur ſtipulatio, ſed inducta probatur, nihil B
impediet, quin videantur omnia ſolenniter a-
II. cta[e]. Addit Iaſon, nec † in ſcriptura priuata præ-
7 ſumi partis præſentiam: ideoque nec ſtipulatio-
nem videri conceptam fuiſſe: quæ ſententia de-
fendi poteſt ſecundum ſuprà ſcripta, quando in
ſcriptura non confeſsio ſtipulationis adeſſet, ſed
nouiter ſtipulatio induceretur, alioquin conſtat
hanc priuatæ ſcripturæ diſtinctionem commu-
III. niter non eſſe receptam[f]. Sanè † vbi natura rei
8 ſtipulationi repugnaret, ſatis arbitror verba hæc C
*Promitto, ſpondeo*, & ſimilia de ſimplici pacto acci-
pienda potiùs eſſe, vt ſcilicet verba ſtipulationis
ſecundum ſubiectam materiam accipiantur[g]. cu
ius rei exemplum adfert Baldus, cùm in contra-
ctu innominato permutationis hæc verba adie-
cta proponerentur: quod tamen exemplum ego
IIII. non ſoleo ſequi[h]. Addit idem Baldus, tum quo-
que verbum *Promitto*, ad ſtipulationem non tra-
hi, cùm contractus iure ſpeciali duntaxat ſuſti-
neretur[i]. quod ego non probo. Poſſet fortè de- D
9 fendi iure Pontificio: cùm † enim inter ſacerdo-
tes pacta nuda pariant actionem[k], nihil expedit
magis ſtipulationem præſumere, quàm pactum:
meritò ergo fiet interpretatio naturali promiſ-
ſioni magis apta, & ſic vt de pacto potiùs intelli-
gamus: quod & in verbo *Conuenire* receptum eſt[l].
V. Nam † & in fideiuſſione, quę legis auctoritate
10 inducta ſit, nihil eſt opus ſtipulatione: & ideo ex
fideiuſſione legali non argui ſtipulationem Bar-
tolus cenſuit[m]. quæ ſententia eſt recepta. poteſt E
enim lex, ſi velit, inducere fideiuſſionem abſque
ſtipulatione: meritò tali caſu vi verborum non
VI. comprænderetur. In † teſtimoniis quoque rece-
11 ptum eſt legi noſtræ non eſſe locum, quia teſtes
de mero facto teſtimonium perhibẽt, nec ad eos
pertinet verba iuris definire[n]. vnde etiam ſi ex-
preſsim dicant Titium promiſiſſe per ſtipulatio-
nem Sempronio, non probant, vt receptior eſt
ſententia, licet Alexander diſſenſerit, & alij te-
ſtes peritos ab imperitis diſtinxerint[o]. Quòd ſi F
dicat Sempronium interrogaſſe, Titium reſpon-
diſſe, quia de facto dixerunt, præſumetur ſtipu-
latio: & ſic vtrunque præſentem fuiſſe, & incon-
tinenti reſponſum: quod Aretinus hîc tradit, &
VII. receptum eſt[p]. In verbis quoque quę de facto ac-
cipiuntur, huic ſolẽnitati intrinſecus prouenien
ti non eſt locus. Vnde qui eum, quem tractare vt
filium promiſit, emancipat, vel exhæredat, non
videtur fateri eſſe filium[q]. Sic qui emiſſe rem de
facto dixit, non fatetur alienam fuiſſe, quamuis

a leg.j.§.ſancimus.§.ſed & ſi quis. C. de Lat. lib. tol.
b l.ij. C. de ſtatuis. cum gl.
c Paul. l.illud. C.de ſacroſ. eccleſia.
d Dd.l.j.§.eo. in prin.
e d.l.tutor.§.fi. d.l.ea, quæ.
f d.l.ſciendum. vbi Aret. & Alexander.
g l.iij.§. de ſpõ. l.j. [illegible] parui. de priuileg. cred. l.qui id, quod. de donat.
h d.l.ſciẽdum. vbi dixi.
i l.j. C.de dot. promiſ.
k c.j. de pact.
l l.lecta. ſi cert. pet.
m Bart. l.reos.§.tit.j.
n l.j. C.de vſur.
o Dd.d.l.ſciendum.
p gl.l.ſi vnus. §.pactus, ne de pact.
q l.quidam.§. eod.



L.134. Titia quæ ex alio.
§. Idem reſpõdit.iij.

**¶ Idem reſpondit[4], quoties pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio vna omnibus ſubijcitur: quamuis vna interrogatio & reſponſum vnũ ſubiiciatur, tamen proinde haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductę fuiſſent.** A

res ſua emi non poſsit[r]: ſic quandoque lex ſen-
tentiam appellat, quamuis nulla interior ſolen-
nitas interuenerit[s]: quod & aliis exemplis de-
monſtrari poſſet. Qua † ratione & qui abſolu-
tum ſe dicit, plerunque non videtur fateri ſe pec-
caſſe[t]: & manumiſ-
ſio nõ arguit neceſ- VIII.
ſariò ſeruitutem[u], 12
& remiſsio non ſup
ponit nuntiatio-
nem[x]: idque gene-
raliter procedit iis
caſibus, quibus pri-
uatio habitum non
ſupponit, quod eſt,
quoties habitus ſolùm de facto, non autem legi-
timè adeſſet: quod alibi declaraui. Vnde licet qui IX.
petit abſolutionem, per regulam legis noſtræ fa-
teatur ſe excommunicatum, non tamen cenſe-
tur fateri ſe legitimè excommunicatum. vnde ſi B
pars velit contẽdere id iuſtè factum eſſe, oportet
vt alia ratione, quàm ex tacita illa confeſsione id
probet[y]. Hincque conſequens eſt, vt licet ex do-
natione inter virum & vxorem præſumatur ma-
trimonium[z], ſi tamen principaliter de matrimo-
nio agatur, illa probatio non ſufficiat[a]: & ſi ſer-
uus, in inſtrumento tanquam meus mihi ſtipula-
tus ſit, in cauſa ſtatus hæc confeſsio non conclu-
det[b]: quod aliis quoq; exemplis ſuprà oſtendi.
C Illud † omnes fatentur, præſumptionem, quæ ex X.
lege noſtra oritur, poſſe per contrarias probatio- 13
nes elidi[c]: addit Iaſon hîc, etiam aliis præſum-
ptionibus efficacioribus cedere, cũ vna præſum-
ptio aliam tollat, fortior minùs validam[d]. Adii- XI.
cit † & illud Bart. eam ſolennitatẽ præſumi, quæ 14
certa vniformisq; eſt: ſecus, ſi incerta. Vnde pre-
tium in venditione non præſumitur: quia incer-
tum eſt[e], & ex licitãtis affectu modò intenditur,
modò minuitur[f]. Qua † ratione nec ſolennitates XII.
D extrinſecus accidẽtes regulariter præſumũtur[g]. 15
qua de re §. Vnde quoties præſentia extrinſecus
ad actum requiritur, nunquam præſumitur. qđ
Aret. reſpondit[h], & Recentiores tradiderunt.

1 *Interdum ſtipulatio pro rebus non multiplicatur.*
5 *Generalis ſtipulatio interpretatione tantùm reſoluitur.*
6 *Vox perinde, ſimilitudinis ſignificatiua.*
7 *Ex pluribus contractibus quandoque vnum vectigal pendendum.*
E 9 *Plurium pupillorum vna tutela.*

§. IDEM RESPONDIT[a].iij. ¶ Generalis a
† ſtipulatio pluribus rebus ſpecialiter enumera- 1
tis ſubiecta, facit, vt tot videantur ſtipulationes,
quot res[i]. cùm enim ſuprà ſpecialiter res ſint e-
numeratæ, ſubſequens ſtipulatio ad eas relatio-
nem habet: quę relatio nõ ſolùm ad ſubſtantiam,
ſed etiam ad qualitates ſingulas refertur[k]. Quod I.
† limitat hîc Aret. niſi relatio aliquid contineret, 2
F quod qualitati præcedenti repugnaret. ſi ex in-
teruallo ſequatur, nunquam cenſetur eam repe-
tiiſſe, idq; nec verè, nec fictè[l]. Addo ego certiùs II.
limitari, vt † nõ procedat in ſtipulationibus prę- 3
toriis, quæ non ſecundum verba partium, ſed ſe-
cundum prętoris mentem intelliguntur[m]. ideó-
que ſtipulatio legatorum ſeruandorum cauſa eſt
vna, quamuis poſt enumerationem plurium le-
gatorum concepta ſit[n]. Sed & quotieſcunq; lex III.
pro forma requirit ſingularem expreſsionem, vt
quim velit iurari omnia & ſingula vera eſſe, non

r l.Labeo.§.j. l.Paulus. de ver. ſign. vbi dixi.
s l.j.§.j. de feriis.
t l.decem.§.e.
u l.ij. C.de ing. man.
x l.j. verb. deinde. de ope. nou. vbi dixi.
y §.l.decem. vbi dixi.
z §.illud quoque. authent. vt fratrum filij.
a cap.illud. de præſumpt. vbi Doct.
b gloſ.d.l.optimam.
c d.l.optimã. in fin.
d l.cùm de indebito. de prob.
e §.pretiũ. Inſt. de empt.
f l.ſi voluntate. C.de reſcind. vend.
g l.quæcunq. §.fi. de Public.
h Aret. conſil. cxxix. Felin. c.tuis. de teſtib. c.tenor. de re iud.
i l.plurib.§.eo.
k l.Iulianus. de hæred. inſt.
l l.ſcire. verſ. ſtipulationem.§. eod.
m l.in conuentionalibus.§.e.
n d.ver. ſtipulationem.

IIII. ſufficeret generale iuramentum[a]. Quid † ergo, ſi
4 plura ſint compromiſsi capita, & partes promiſerint omnia ea obſeruare ſub certa pœna? & reſponſum eſt, tot eſſe ſtipulationis pœnalis diuiſiones, quot compromiſsi capita: & ideo ſolidam pœnam non committi, ſed diuiſim reſpectu capitis, aduerſus quod ſit factum[b]: ſecus, ſi promiſſa ſit pœna, ſi omnia & ſingula obſeruata nõ fuerint[c]: vel ſi quid eorũ non ſeruaretur, &c[d]. Sed quid, ſi dictum ſit, omnia obſeruari, aliàs ad pœnam, qui contrà fecerit, in ſolidum teneri: & adhuc puto non committi, niſi pro parte[e], tanquam in ſolidum teneatur: ſi inſolidum, id eſt, omnia capitula com-

SCAEVOLA LIBRO 5. *Reſponſorum.*

LEX CXXXV.

A SI ita quis promiſerit *a*, DECEM TIBI DABO, QVA DIE PETIERIS, ET EORVM VSVRAS IN DIES TRIGINTA: quæro, vſuræ vtrùm ex die ſtipulationis an ex die qua petita ſors fuerit, debeãtur.

B Reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, ex die ſtipulationis deberi: niſi aliud actum manifeſtè probaretur. Item quæſitum eſt, quando pecuniã reddere debebo, cùm primùm petierit. Reſpondit, verba quæ proponerentur ex die, quo ſtipulatio facta eſſet, initium capere.

V. promiſsi neglexerit, non ſi aliquod tantùm. Sa-
5 nè hîc apparet, generalem † ſtipulationem in ſingulas reſolui nõ propriè, ſed ex quadam iuris interpretatione: quod indicant illa verba *Perinde ha-*
6 *beri, ac ſi ſingulæ ſpecies*, &c. dictio † enim *Perinde*, eſt nota ſimilitudinis, nõ autem veritatis[f]. Cenſuit tamen Bald. & Angel. tantam ſimilitudinem ex ea induci, vt omni modo æquali iure dirimatur[g]. quod Iaſon hîc refert. Ego arbitror ſatis eſſe, ſi notas ſimilitudinis eatenus intelligamus, quatenus ex ſubiecto argumento inducitur[h]. nam & S.C. Trebellianum quadrantẽ deduci iubet perinde, ac ex lege Falcidia deducitur[i], & tamẽ conſtat non paucas eſſe differentias hac in re à lege
VI. inductas[k]. Quid ergo in ſtatutis dicemus? iubet lex vectigalis, vt ꝓ ſingulis cõtractibus ſoluatur certũ quid publico, & ſ. diximus adhuc legi no-
7 ſtræ locũ eſſe[l]. Adiicit tamen Aret. ſi † plures contractus ex aliqua cauſa ꝓ vno habeãtur, tunc vnũ vectigal tantùm eſſe præſtandum[m], vt cũ quis primò paciſcitur de vendẽdo certis conditionibus, deinde in prioris contractus executionem vendit, duo quidem ſunt contractus, ſed qui pro vno
VII. habentur[n]. Sed † quid in delictis? & ſi vno tem-
8 pore quis plures res furetur, conſtat vnũ eſſe furtum, non autẽ plura[o]. Quæ ſententia in delictis nominatis vera eſt, nõ in iis, quę ſpeciali nomine
VIII. non cenſentur[p]. Sed † quid in tutelis dicemus?
9 aliquis eſt trium fratrũ pupillorũ tutor, an tot habebit tutelas, quot perſonæ ſunt? & receptũ eſt, non ad perſonas attendi, ſed ad patrimonium, vt ſi indiuiſi ſint illi fratres, vna tutela cenſeatur[q]. Sed quid in negotiorũ geſtore dicemus, an tot actiones erũt, quot negotia geſſerit? & cõſtat nõ eſſe[r].

a c. vt circa. de elect. in vj. in gl. vbi Dd. Bal. l. ij. C. de probat.
b Specul. tit. de arbitr. §. ſequitur. Iaſon hic.
c Bald. in Spec. de emp. & ven.
d l. ſi is qui. §. verum. de reb. dub.
e l. ad ea. §. fin. de reg. iur.
f l. j. de recepta. vbi Bart.
g l. ſed & ſi lege. §. perinde. de pet hæred.
h l. ſufficit. de cond. inde l. creditor. de verb. ſign. vbi dixi.
i §. ſed quia hæredes. Inſtit. de fid. hæred.
k l. in quartã. ad l. Falc.
l l. fin. §. præterea. vbi Bald. C. de iur. dot.
m l. ſi. §. diuus. de publica. vbi Bart.
n l. cũ dotem. C. de iur. dot. vbi Bald.
o Bart. l. eum, qui. §. idem ait. de furt. Alber. l. quicunq;. C. de ſer. fug.
p l. ſi familia. de iur. om. iud. l. antep. de ver. ſig. vbi dixi.
q l. ſi is. de exc. tut. §. itẽ facit. Inſt. de exc. tut.
r l. cũ aliquis. ſ. de neg. geſt.

LEX CXXXV.

1 *Verborum qua die petieris, effectus.*
2 *Vaſallus ante interpellationem non conſtituitur in mora.*
3 *Item quid in obligationibus faciendi.*
7 *Diei & pœnæ adiectio impedit purgationem moræ.*

a SI ITA QVIS PROMISERIT[a].
1 ¶Hæc † verba, *Qua die petieris*, non efficiunt, vt dandi promiſsio minùs pura cenſeatur[s]: ideoq; ſtatim incipit deberi ſors, itemq; vſuræ, quę ſcilicet ex contractu, non autem ex mora currunt[t]. & ratio eſt, quia ſuprà ſcripta verba admonitionis duntaxat cauſa videntur adiecta, cùm & tacitè ineſſent ex natura actus[u]. nec enim facilè debitores ſoluunt, niſi interpellati. Nec refert, an dictum ſit, *Qua die*: an verò, *Cùm petiero*: quo caſu tempus principaliter vi verborum ſignificatur[x]: an verò, *Si petiero*, quæ cõiunctio magis ad conditionem refertur. hoc enim caſu idem eſſe ſuprà cum Iaſone cenſui. Excipitur ta- I.
men à Iuriſconſulto caſus ille, quãdo aliud actũ appareat. tunc enim omnino expectanda eſt mora, & neceſſaria interpellatio. Idemq; II.
dicendum, ſi natura rei id ſuadeat, vt cùm patronus operas à liberto ſtipulatur, cùm popoſcerit[y]. nec enim alio die incipiunt operæ deberi, quàm quo patronus vo-
C luerit. Qua † ratione & idem in cliente, ſeu be- III.
neficiario dicendum eſt, qui ita demum domino 2
adeſſe tenetur, ſi requiſitus eſt[z]. Vnde in eius iuramento, quo in fidem domini accipitur, illa verba, *Si fuero requiſitus*[a], faciunt, vt non priùs in mora cenſeatur, quamuis aliàs propter vim iuriſiurandi citra interpellationem quis moram facere videatur, quod Baldus, Iaſon, cæterique tradide-
runt[b]. Sed nunquid in caſibus, quibus cliens iu- IIII.
re cõmuni etiam irrequiſitus domino officium
D præſtare debet[c]. excuſetur à periurio, ſi iurauerit ſe tunc præſtaturum, cùm requiſitus fuerit? & putârim excuſari, quia à forma verborum iuramen-
ti recedendum non eſt[d]. Sanè † in obligationi- V.
bus faciendi, quæ tacitam diem à lege habent, 3
putârim legi noſtræ locum non eſſe. Vnde ſi quis inſulam ædificare promiſerit, licet lapſu diei, quo commodè fieri potuit, in moram incidat[e], tamen ſecus putârim, ſi promiſerit ædificare, cũ ſtipulator poſceret. hîc enim aliter exprimitur,
E quã tacitè ineſſet. Sed & quoties lex in vim con- VI.
ditionis hæc verba accipit, nec tũc ad ſolam admonitionem pertinent. Vnde venditor etiam ſciens litem motam, non præſtat emptori euictionem, niſi interpellatus re ipſa ſit[f], nec talis
obligationis aut venit, aut cedit dies. Ex † facto VII.
quoque reſponſum extat, eum qui defenſurum 4
ſe promiſit, non priùs obligari, quàm ſit interpellatus, etiam ſi defenſione indigere ſtipulatorem ſciat[g]. Quo fit, vt non ad ſolam monitionem in-
F terpellatio hæc pertineat. qui enim ſcit, vlteriùs certiorari non debuiſſet[h], & ex iis pluribus modis declaratur legis noſtræ regula. Illud tamen omittendum nõ eſt, alio quoque intellectu perceptam à Veteribus fuiſſe, ſecundum quem Iac.
& Alb. hîc adnotãt, verba † exactionem ſortis re- 5
ſpicientia, ad vſurarum petitionem differendam non repeti: quod & Bart. videtur ſentire. Sed is ſenſus non omnino verus eſt: quia dilata ſortis petitione, etiam vſuræ videntur dilatæ[i], quod Accurſ. hîc ait: & quia cùm in eadem verborum ſtructura

s l. ſi decem. ſ. eodem.
t l. huiuſmodi. ſ. eod.
u l. iij. de leg. j.
x l. ſi Titia. ſ. quãdo dies leg. ced.
y l. cũ patronus. de ope. lib.
z c. j. vaſallus. verb. alij. ſi de feud. contr. fu.
b c. breui. c. quereliã. de iurei. c. j. §. licet. ſi de feu. defun. Dd. l. quotiẽs te. ſi cert. pet.
c c. ad hoc. hic fin. l. & d. c. j. de noua for. fid.
d c. pen. de iure iur.
e l. ſi ita ſtipulatus ſim abs te. ſ. eod.
f l. emptori. vbi Bal. C. de euict.
g Abb. conſil. xlix. in ij. Fel. c. ſi autem. de reſcript.
h c. eũ, qui certus. de reg. iur. in vj.
i l. lecta. ver. pecuniam. ſi cert. pet.



ſtructura dies adiecta ſit, qua etiam vſurę promiſſæ fuerunt, ſequitur, vt repetitio etiam earum reſpectu fieri debeat[a], quod ſuprà Bart. ait. Verius eſt ergo hîc repetitam nõ cenſeri, quia ſuperfluè eſt adiecta dies, vt quæ admonitionis ſolùm cauſa cenſeatur adſcripta. Vnde & Angel. hîc infert, ſi adiecta huic ſtipulationi eſſet pœna, nihilo mi-

¶ Seia cauit *a* Lucio Titio, quòd mandante eo hortos emiſſet, cùm pretium omne

6 nùs purgari moram poſſe, quia † licet dies & pœna purgationem huiuſmodi impediant[b], tamen dies in lege noſtra naturam ſuam non ſeruat, ſed ad quandam admonitionem duntaxat refertur[c]:
VIII. quod & Imol. hîc probat. Putârim tamen in iis, quæ ſimplicis facti ſunt, videri talem obligationem habere diẽ[d]. qua de re ſuprà nos loco ſuo[e].

a l. Seię. §. Caio. de fund. inſtru. Bart. ſ. §. Chryſogonus.
b l. magnã. C. eod. l. interdũ. §. fin. ſ. eod. vbi dixi.
c l. qui Romæ. §. Flauius. ſ. eo.
d l. talis. verſic. quamuis. de legatis j.
e l. liber homo. §. ij. §. j. ſ. eod.

1 *Explicatæ actiones actori in textu competentes.*
5 *Ratio, cur adiectis die & pœna impediatur moræ purgatio.*
8 *Procurator quærit nobis dominium.*
10 *Morator verbali oblatione non purgat moram.*
13 *De tempore ad rem licita argumentatio.*

a §. SEIA CAVIT[a]. ¶Etiam † lapſa die poteſt
1 actor experiri, & moram purgare, dum rei nõ interſit, & intra modicũ tempus id faciat. Sed qua actione experitur hîc actor? & Imol. atque Caſtr. exiſtimant, actione mandati, qua Seia tenebatur, quæ mandatum ſuſceperat, & hortos emerat, li-
2 cet nomine ſuo emiſſet[f]. Nec † dubito ego, quin talis actio potuerit competere, ſed de ea lex noſtra nõ loquitur. Iuriſconſultus enim expreſsim de actione ex ſtipulatu verba facit. Rurſus ergo Imol. & Aretin. actione ex ſtipulatu agi fatentur. Nec obſtat, quòd concepta eſſet ſub conditione, cùm pretium omne cum vſuris recepiſſet, quia ea verba vim conditionis amittunt propter naturam mandati præcedẽtis[g]. Ad modum igitur potiùs pertinẽt, nec ortum actionis impediũt. Stipulatio ergo conditionalis ſecundum naturam præcedentis contractus mandati intelligitur, & pro conditionali non habetur[h]. Sed ego ſuprà in rubrica oſtendi ſtipulationem potiùs ex propria natura iudicari[i], nec conditionẽ in ea ſcriptam pro non adiecta haberi. Rectiùs fortè Iaſon propter pactum incontinenti adiectum reformatam eſſe actionem: & ideo actione ex ſtipulatu, quæ ex pacto oritur, agi poſſe[k]: in pacto autem nulla eſt conditio, quæ actionẽ impediat. Sed ego non ſoleo probare in cõtractibus ſtricti iuris propter pacti cohærentiam actionem ex pacto dari, quoniam lex id ius contractibus bonæ fidei ſolùm concedit[l]. Exiſtimandum itaq; ex ſtipulatu hîc agi, cuius conditio per pactum dandi intra calendas Apriles reformata eſt, & quidem ipſo iure, cùm pactum ad ſubſtantiam, nõ autem ad ſolum tempus limitandum conceptum ſit: quod alibi declaraui[m]. quòd ſi ita Iaſon intellexit, mihi vi-
3 detur rectè ſenſiſſe. Sed † quæ ratio ſuaſit, vt aduerſus verba conuentionis adhuc agere mandator poſsit? conuenerat enim, vt intra calendas Apriles vniuerſam ſummam prȩſtaret: ergo actum videtur, vt poſt calendas amplius non audiatur, nec præſtare poſsit: quia diſpoſitio vſque ad certum tempus limitata, poſt illud tempus locũ nõ habet[n], & pactum legis commiſſoriæ, præterquam in pignoribus, receptum eſt[o]. Nam & ſi tibi promiſi rem retrouendere intra certam diem,

f l. ita vt omnes. ad fin. mandati.
g l. præterea. l. idémq;. §. j. mãdati. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. l. cum ab eo. de contrah. empt.
h arg. l. ſi ſtipulatus. de vſur.
i l. ſtipulatio iſta. §. j. ſ. eod.
k l. petens. C. de pact. l. lecta. ſi cert. pet.
l l. in bonæ fidei. C. de pact. vbi dixi.
m d. l. lecta. verbo, ineſſe.
n l. ſi ita quis. ff. de vulg. l. ſtatu liberum. §. Stichum. de leg. ij.
o l. Callipodio. de ſol. l. fin. C. de pact. pig. Ang. conſ. 199.
p argum. l. ij. de leg. commiſſ. l. Aemilius. de minor.

& tu permiſeris eam labi, iam amplius non tenebor[p], vt Angel. ex facto reſpondit, & ſequitur hîc Iaſon, & regulare eſt, vt obligatio ad diem, lapſa die reddatur inutilis, idque ſaltem exceptionis ope[q]. Sed reſpondendum purgationem moræ ex æquitate aduerſus ſtricti iuris rationes inductam eſſe[r], ſecundum quã, quod poſt modicũ
A tempus factum eſt, lex perinde habet, ac ſi tempore debito eſſet factum[s], cùm rei non interſit.
Quòd ſi † longius tempus lapſum ſit, aliud eſt. 4
extinguitur enim ius actoris, & obligatio perſonalis euaneſcit, nõ quidem ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ſuprà dixi[t]. Quod intellige, quando tempus ad extinguendam obligationẽ adiectum eſt: quòd ſi ſolùm ad conſtituendum in mora adſcriptum ſit, tunc erit ſecus. Vnde ſi empto à
B te fundo promiſerim intra certum tempus pretium ſoluere, & fuerim in mora, dubitant hîc Doctores, an receſſum à cõtractu videatur? & Raph. atq; Iaſ. exiſtimant receſſum eſſe[u]: verùm Caſtr. atq; Aret. contrà, ſed peti pretium duntaxat poſſe[x], cùm in contractibus nominatis detur actio etiam non implenti, licet executioni obſtet exceptio, ſi non adimpleas[y]. Ego, ſi res ſit emptori tradita, non dubito veram eſſe Caſtr. & Aret. ſententiam. cùm enim ius in re habeat, non poteſt
C ab eo nuda conuentione auferri[z], nec tali caſu loquitur Raph. ſi verò tradita non ſit, probabilis eſt alia ſententia, quam & Torquatus hîc ſequitur. nec enim non ſeruanti fidem debuit venditor ſeruare[a]: & etiam in contractibus nominatis, ſi ea pacta non obſeruentur, quæ cauſam contractui dederint, reſpondit Bald. omnia infirmari[b]. Cæterùm & rurſus aduerſus legis noſtræ concluſionem deducitur, quòd cùm dies hîc adiecta eſſet, & vſuræ deberentur, non videbatur admittenda
D moræ purgatio. nec enim ſoleat admitti, cũ dies & pœna appoſita ſunt[c]: vſuræ autem pœnæ ſpeciem habent, & ſub conditione debentur, ſi ſors
perſoluta non ſit. Sed ſciendum eſt, vbi † dies 5
& pœna eſt, impediri moræ purgationem, propter vim conditionis, quę in pœnali ſtipulatione adeſt[d], putà, *Si Calendis non dederis, ſolues pœnam*. ſi enim calendis datum non ſit, commiſſa eſt ſtipulatio propter vim conditionis: ſed in caſu noſtro pœna, ſeu vſura non erat promiſſa in caſum, quo
E intra calendas datum non fuiſſet, ſed tam ſors, quàm ipſa vſura non conditionaliter, ſed diſpoſitiuè intra calendas debebatur, meritò Bart. hîc ait, vſuram tanquã ſortem fuiſſe debitam[e]: ideóque in huiuſmodi ſtipulatione ſolùm adeſt dies, non autem pœna, qui dies ſolus purgationi im-
pediendæ non ſufficit[f]. Addit idem Bar. hîc † de 6
actione conſeruanda tractari, & ideo facilùs moræ purgationem admitti, quàm ſi tractaretur de eo liberando, qui pœnã commiſſam euitare vel-
F let. Quæ ſententia, vt Raph. ait, ratione caret, niſi ſecundum primam ſolutionem reſtringatur: quod Beſut. & Iaſ. hîc docent, & ego alibi diſputaui[g],
nec † enim plus fauemus actori, vt actionẽ ſuam 7
conſeruet, quàm reo, vt pœnam euitet, ſed totum facit conditionis euentus, ad quam reſpicimus. Vnde nec fauore quidem libertatis poſt lapſum diei, qui in conditione poſitus ſit, admittitur moræ purgatio[h], niſi quatenus verba conditionis non repugnarent, vt quia dies continua non ſit, in conditione poſita, ſed diuiſa & interpolata[i].

L. 135. Si ita quis ꝓmiſerit. §. Seia cauit.
q l. obligationum. veri. j. ſ. titulo j.
r l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ſ. eod.
s l. quod dicimus. de ſolut.
t d. l. obligationum fere. l. cũ, qui ita. §. qui ita. ſ. eod. vbi dixi.
u arg. l. noſtræ.
x l. ſi fundus. de leg. commiſ.
y d. §. offerri.
z l. traditionibus. vbi dixi. C. de pact. Angel. d. conſ. 179.
a l. cum propoſitas. C. de pact.
b l. cùm re. C. de pact. int. emptor. Bald. conſ. 375. in j.
c l. magnã. C. eod. l. traiectitiæ. §. j. ſ. tit. j.
d l. Thais. §. intra. de fid. lib l. v. in fin ſ. eod.
e l Lucius. vbi Alberic. de act. empt. l. idémq;. §. ij. mand.
f Bart. l. ſi inſulam. ſ. eod.
g l. ſi ſuper. C. de tranſact.
h d. l. Thais. §. intra.
i l. ſeruus. §. ſeruus. §. ſeruus. de ſtatulib.

nam operas menſtruas præſtitiſſe dicitur non ſolùm, qui continuum menſem præſtitit, ſed & qui xxx. diebus carptim in anno acceptis eſt operatus. Qua ratione & cùm conditio eſſet concepta, ſi continuo triennio ſeruiuiſſet, quamuis ſeruus aliquo tempore in fuga fuerit, quia nihilo minùs adhuc dicitur ſeruire, poſt finem temporis, ſi tot dies reddat, quot abſens fuerit, locus erit libertati[a]. etenim nihil intereſt hæredis[b], & verba conditionis non repugnant. fugitiuus enim verè, & legis interpretatione ſeruit, licet de facto liberum agat. Angelus autẽ aliter hunc nodum extricat, & negat etiam actionis conſeruandę reſpectu moram purgari poſſe, niſi tamẽ aliqua pars debiti intra diem ſoluta fuerit[c], ſicq; legem noſtram intelligit. æquum enim eſt, vt humaniùs cum eo agatur, qui partẽ ſoluit, quàm cum eo, qui nihil prorſus dedit[d]. Sed hæc ſententia recepta non eſt. cùm enim impediatur purgatio propter euentum conditionis pœnalis[e], ita dicitur eueniſſe, ſi totum ſolutum non ſit, ac ſi nihil ſit datum[f]. conditio enim actum reddit indiuiduum. at in indiuiduis nihil feciſſe cenſetur, qui ſolam partem fecit[g]. quod & ſuprà cenſui[h]. D

**cum vſuris ab eo recepiſſet, ſe in eũ proprietatem hortorum A translaturam[a]: deinde incontinenti inter vtrumque conuenit, vt intra calendas Apriles primas vniuerſam ſummam mandator numeraret, & B hortos acciperet. quęritur, cùm ante calendas Apriles non omne pretium cum vſuris à Luc. Titio Seiæ ſolutum ſit, interpoſito tamen modico tempore reliquũ pretium cum vſuris Seię C Titius ſoluere paratus[b] fuerit, neq; Seia accipere voluerit, & vſq; in hodiernũ per Titium non ſtet, quò minùs reliquum ſolueret: an ſi nihilo minùs Lucius Titius Seiæ vniuerſam pecuniam ſoluere paratus ſit, ex ſtipulatu agere poſsit. Reſpõdit poſſe, ſi non multo pòſt obtuliſſet[c], nec mulieris quidq; propter eam moram intereſſet, quod omne ad iudicis cognitionem remittendũ eſt.**

a PROPRIETATEM TRANSLATVRAM[a]. ¶ Sed cùm per procuratorem acquiratur nobis dominium[i], quomodo promiſit trãsferre, quod
I. iam translatum erat? Paul. Caſtr. Aret. atque alij aiunt hîc dominium nõ mandatori, ſed Seiæ acquiſitum fuiſſe, quia Seia nomine ſuo, nõ autem mandantis emerat[k]. quæ opinio vera eſt, ſed le-
II. gem noſtram reſtringit. Ego † quoties procura-
8 tor pecuniam ſuam numerat, etiam ſi nomine domini emat, tamen exiſtimarim in dubio actum E cenſeri, vt & dominium in ſe tranſeat[l]: quia non eſt veriſimile propriam pecuniam expendiſſe, vt ſolam actionem perſonalem mandati acquirat[m], cùm tutiùs ſit rei incumbere[n], ne aliàs ſibi fructus in ſortem computentur, & abſque pecunia dominus prædium conſequatur[o]: & cùm veriſimilis hæc procuratoris mens ſit, cui nec vendentis opinio reſiſtit, qui recepto pretio non curat, in quem dominium tranſeat, videtur hæc ſententia verior, & verbis legis noſtræ aptior. ſecus enim eſſet, ſi vendens aliud ageret[p], vt in donatio-
III. ne, quæ ob affectionem domini fit[q]. Sed & numerata pecunia procuratori generali exiſtimauerim dominium in mandatorem non tranſire[r], cùm ſatis ſit, ſi tantundem in genere ſuo reſtituat: vnde ad reddendas rationes ſimpliciter tenetur. quod aduerſus Bart. aliqui Veteres cenſuerunt, & ego
IIII. alibi ſum ſecutus[s]. Quod etenim in certa ſpecie procuratori generali tradita procedit, quando
V. domini captio eſſe poſſet[t]. Sed quid in caſu con-

a l. Paulus. §. fi. de lib. cau.
b l. cum hæres. in fi. de ſtatulib.
c arg. d. l. ſeruus. §. ſeruus.
d c. ſuã. de pœnis. d. l. ſi fundus. de leg com miſ.
e d. §. intra.
f d. l. v. §. fin. ſ. eod.
g l. pen in fi. C. de iis quibus vt ind.
h d. l. interdũ. §. fin.
i l. ſi procurator. ſ. de acq. re. dom. l. communis. §. j. de acq. poſſeſ.
k l. ex mandato. ff. de acq. rer. dom.
l dicta l. res ex mandato.
m arg. l. epiſtola. §. j. de pact.
n Dd. l. ij. §. j. in fi. ſi cer. pet. vbi dixi.
o l. idẽ. §. ij. mand. Bar. rub. C. de contrah. empt. q. xv.
p l. falſus. §. j. de furt.
q l. qui mihi donatum. de don.
r l. qui negotia. verſ. quia tunc nummi. mand. l ſi ego. de neg. geſt.
s l. ſingularia. ſi cert. pet.
t l. ſi rem. de vſucap.

trario? finge, conſtitui procuratorem ad vendendum rem meã meo nomine: is vendidit, vt ſuam: an tranſeat in emptorem dominium? & puta nõ tranſire, ſed ſolam vſucapiendi facultatem, ideóque emptori dabitur Publicianum iudicium[u]. Angelus non videri tali caſu procuratorem fines mandati exceſsiſſe ait. nihil enim domini intereſt, quòd maluerit procurator Publicianam, quàm rei vendicationem emptori acquiri: ideóque ſi quid procurator euictionis nomine præſtiterit, nihilo minùs à domino recuperabit[x]. quod & Iaſon ſentit. Sanè VI.
† ſi hic fũdus Seię pro aliqua parte priùs fuiſſet, & ea eius emendi mandatum ſuſcepiſſet, cogeretur etiam partem ſuam iuſto pretio mandatori vendere[y]: quod ſpeciali iure receptum eſt, ne exemplũ, quod in aliis approbauit, in ſe detrectet[z]. 9

SOLVERE PARATVS[b]. ¶ Videtur hîc ſignificari, nudis verbis factam fuiſſe hanc oblationem, ſicque probaretur talem oblationem diluendæ moræ ſufficere. quod & quandoque Bartolus tradidit[a]. Sed Iaſon hîc contrà. ſicut enim debitor, qui adhuc moram non commiſit, verbali oblatione non liberatur[b], multo † minùs iſte 10
morator, qui iam deliquit, debet tali oblatione excuſari: alioquin melior eſſet deliquẽtis, quàm innoxij conditio[c]. Sed ſciendum, hac in lege non dubitari, quomodo facta ſit oblatio, verùm præſupponi eſſe legitimè factam: quia quoties lex aliquid dubij determinat, reſpectu aliorum omnium præſumitur habilitas[d]. Rurſus † ſciendum, legem noſtram non de oblatione verbali loqui, ſed de ea, quæ facta ſit pecuniis coràm oſtenſis. tunc enim dicitur quis paratus ſoluere[e]: & talem ſufficere purgationi morę receptum eſt, quod Imola, Raphaël, Caſtrenſis, Pontanus tradiderunt, & nos ſuprà ſecuti ſumus[f]: & de tali, non autem prorſus verbali loquitur Bartol. quæ ſententia vera eſt. Nec verum eſt hoc modo meliorem eſſe conditionem moratoris. nam ſufficeret hæc debitori quoque vt liberetur, quoties detrectat creditor accipere, vt receptiſsimum eſt[g], & ſuprà vidimus. Nec rurſus fuit iuſta cauſa creditoris detrectandi, cùm adhuc in termino purgationis moræ eſſet debitor. F

SI NON MVLTO POST OBTVLISSET[c]. ¶ Si ergo multo pòſt obtuliſſet, nõ admitteretur purgatio morę. Quod videtur procedere, etiam ſi Seiæ non intereſſet. ratio enim, quòd intereſſit, ſeparata ab hac prima eſt, ſicque æquitas, quæ purgationi moræ ſufficit, per ſolum temporis curſum eliditur[h]. Quod ſi ita eſt, de tempore ad rem procedendo, quod † argumentum 12
valet[i], ſi intereſſet Seiæ, non videretur adhuc purgatio

u l. ſi quis prohibuerit. de Publician.
x l. ſi cum emptore. §. fin. de pact.
y l. ſi fundum. & l. ſeq. mand.
z l. cum in eo. ff. de pact.
a Bartol. l. acceptam. ij. oppo. C. de vſur.
b d. l. acceptã.
c l. Seruius. in fi. quod vi, aut clam.
d l. qui teſtamẽto. de teſtam.
e l cum ſeruus. de cõd. & dem. vbi Doct.
f l. interdũ. §. fi. in prin. ſ. eodem.
g gl. l. paſtoralis. in fi. de offic. ordin. l. qui Romæ. in princ. ſ. eod. vbi dixi.
h l. obligationũ. §. plane. ſ. tit. j.
i l. vinum. ſi certum pet.



purgatio concedi, tametſi actor offerret ſe id, quod eius intereſt, reſtiturum: qua tamen in
13 re aliud receptum eſt[a]. Et procedunt hæc in faciendi obligationibus. nam † cùm quis facere tenetur, vſque ad litis conteſtationem purgare moram poteſt[b]. lex enim generaliter loquitur, nec tunc diſtinguit, an ſtatim, an ſerò lis ſit conteſtata: damnum actor iam fecerit, an id minùs. At in obligationibus dandi aliud eſt, præſertim cũ de mora actoris purganda tractatur. is enim litis conteſtationem expectare non debet, quæ non ſolet actori eſſe damno[c]. Sed hæc omnia ſuprà diffuſiùs loco ſuo tractata ſunt[d].

**¶ Ea lege[a] donatũ ſibi eſſe à Seia ſeruũ & traditum, vt ne ad fratrẽ A eius, aut filium, aut vxorem, aut ſocrum perueniret, ſcripſit:**

1 *Explanata ratio, cur translatio dominij teneat in caſu textus.*
4 *Tertius poſſeſſor quandoq; inquietandus in ſubſidium.* 7, 8.
6 *Reſeruatæ manus iniectioni quando locus.*
12 *Nominatim ſacræ prohibitionis vis.*
14 *Alienatio compræhendit hæredis ſcriptionem.*
17 *Prohibita translatio in potentiores, quem modum contineat.*
18 *Vetita alienari transferuntur in eccleſiam vtraque ſucceſsione.*
19 *Potentior complectitur clericum.*

a §. EA LEGE[a]. ¶ Res † à contrahentibus ad
1 Titium peruenire vetita, ſi perueniat etiam titulo hæreditario, in id, quod intereſt, committitur ſtipulatio: dominij tamen translatio habet
2 effectum. Sed † cur aduerſus expreſſam pactionem transfertur dominium[e]? reſpondeo, ſecundum Accurſ.

*Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines,*

ſecundum quos dominij translatio vel fieri, vel impediri poteſt: & ſicut pacto non transfertur dominium, ſed requiritur actus naturalis traditionis[f], ita & pacto impediri translatio non poteſt[g]. Is igitur, in quẽ actu naturali facta ſit translatio, potior erit, licet ſalua ſit actio ſtipulatori contra promiſſorem, qui promiſit factum, id eſt, non alienare: quæ ſtipulatio in id, quod intereſt,
3 committitur[h]. Aduerſus † ergo tertium ſucceſſorem nulla erit ſtipulatoris actio: non perſonalis, quia rem illa non ſequitur[i]: non in rem, quia ſtipulator dominus non eſt, ſed ad promiſſorem tranſiit dominium, & ab eo in extraneum. ſequitur ergo, vt contra promiſſorem ſolùm agat actione perſonali, id eſt, condictione ob cauſam[k], per quam pretium rei conſequetur, poſtquam rem dare ille non poteſt[l]. poterit, & ſi quid extrinſecus ſua intereſt, conſequi, vt quia pœnam promiſerit, ſi ad perſonam vetitam res perueniſſet[m]. quod Raphaël, Iaſon, Claudius, hîc tradi-
I. derunt. Sed † quid, ſi inanis ſit contra promiſſo-
4 rem actio? vt quia obæratus & ſine hærede deceſſerit? & adhuc nõ ſubeſt æquitas, vt tertius poſſeſſor in ſubſidium inquietetur, niſi fortè ſciens ſubeſſe prohibitionem & titulo lucratiuo habue-
II. rit[n]. Sed † quid, ſi ſtipulator ius pignoris ſpecia-
5 lis in rem ſibi retinuit? & receptum eſt poſſe eum aduerſus ſingularem ſucceſſorẽ obtinere[o], quia tali caſu lex ait nullam eſſe venditionem, receptiſsimaque eſt hæc ſententia paucis diſſentientibus, quod alibi diſputaui[p], dum tamen ſpecia-

a arg. d. l. qui Romæ. in prin. cum gl.
b l. ſi inſulam. ſ. eod.
c l. non ſolet. de reg. iur.
d d. l. interdũ. §. fi. d. l. ſi inſulam.
e l. fi. C. de reb. alien.
f l. traditionib. C. de pac.
g l. nemo ſ. de pact.
h l. ſtipulationes. ver. Celſus. ſ. eod.
i l. fin. §. fin. de contrah. empt.
k l. ea lege. C. de cond. ob cauſam.
l l. ſi cum ff. ſi cert. pet. vbi dixi.
m l. liber homo. in fin. ſ. eod.
n arg. l. cert. C. vt in poſ. leg. l. aſt prætor. l. ſi. §. j. quæ in frau. cred.
o l. creditor. §. fin. de diſt. pig.
p dixi. l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. q. xij.

L. 135. Si ita quis promiſerit. §. Ea lege donatũ.

liter in his bonis hypothecam ſibi acquiſitam habeat. in generali enim bonorum obligatione nõ cenſetur de iis actum, quæ tunc alienantur[q], cùm ceu libera alienentur. Sed † quid, ſi ſtipulator manus iniectionem ſibi retinuit? & videtur adhærere rei id pactum[r]. quod Bartolus intelligit, reſciſſa priùs à iudice ordinario alienatione in tertiũ facta[s]. Quo caſu intelligi & defendi Accurſij ſententia poteſt, qui poſſe ſtipulatorem apprehendere rem alienatam ſcripſit[t]. Quid, ſi † expreſsim cauit donator, ne donatarius alienare poſſet, & quòd talis alienatio eſſet nulla, & bona ipſo iure, ad donantem redeant? & tum quoque contra tertium poſſeſſorem agi poſſe Iaſon[u] reſpondit. quæ † ſententia defendi poteſt, ſi conſtituti quoque clauſula donationi adiecta proponeretur, per quam eſſet actum non ſolùm alienatione in extraneum factam reſcindi, ſed etiam donationem, quæ tunc fieret, & in eum caſum conſtituerit donatarius nomine donantis poſsidere[x]. nec enim ſufficit actum eſſe, vt bona reuertantur, cùm ſpeciale ſit in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, vt ipſo iure contractus reſcindatur[y]. Oportet ergo actum eſſe, vt etiam donatio reſciſſa intelligatur, & clauſula conſtituti adſit. Poteſt etiam defendi cùm donator ipſe ex ſpeciali priuilegio dominium abſq; traditione acquirere poſſet, putà eccleſia[z]. quod Baldus & Imola tradiderunt, & Iaſon hîc refert. Quod intellige, dummodo actum ſit, non ſolùm alienationem in extremum, ſed etiam donationem, quæ tunc fiebat, ipſo iure in eum caſum nullas eſſe, & dominium in donantem reuerti[a]. Idem videretur, ſi donator in caſu alienationis voluit bona ad alium pertinere. quæritur enim illi, ſecundum Specul. Alexandri, Decij ſententiam[b], ipſo iure vtilis rei vindicatio. Sed hoc ego facilè non affirmauerim, quia lex condictione agi, nõ autem rei vendicatione ait. Addit † Bartol. & contra hunc tertium poſſe ſuccurri, cùm aduerſus prohibitionem facta eſt alienatio aliàs irreuocabilis. tunc enim nõ transferretur aliquod dominium. Vnde videmus non poſſe ad libertatem reduci eum ſeruum, de quo actum eſt, ne manumittatur[c]. Sed hoc ſpeciale in ſeruis eſt, quibus tali pactione hoc tantùm caſu quiddam inſtar dedititiæ libertatis inuritur, vt magis illibata ſit dominorum in illis auctoritas[d]. alioquin etiam ſi irretractabilis ſit alienatio, receptum eſt ſolùm actionem in id, quod intereſt, aduerſus contrà facientem eſſe[e]. Sanè in vltimis voluntatibus aliud eſt, quia cùm diſpoſitioni legis iuſſus teſtatoris comparetur, ſicut lex translationem dominij impedire poteſt, ita & teſtator. Hoc tamen intereſt inter teſtatorem[f] & ſtipulatorem, quòd ſtipulator, etiam ſi cauſam prohibitionis non adiecerit, tamen agit, quia ſua intereſt: at teſtator ſi cauſam non expreſſerit, videtur nudum conſilium hæredi dediſſe, ideoque nulla inde eſt actio. Tum † ergo demum impeditur translatio dominij, cùm cauſa adiecta ita diſpoſuit teſtator: quod Raphaël & Iaſon hîc docet, & nos alibi tradidimus. Sed quid ſuprà ſcriptis caſibus, quibus dominij trãslatio impeditur, ſi is, qui alienauit, donatori hæres extitit? & putauerim alienationem confirmari[g].

III. 6
q l. penult. §. fi. verb. ab alio de pign.
r l. ſi quis ſub hac. de contrah. empt.
IIII. 7
s Bar. l. iij. q. iiij. C. de pign.
8
t gl. verb. licentiam. in auth. vt de cætero. in prin. Iaſon hîc.
u Iaſ. conſ. xxij. in ij.
x Bartol. l. qui abſenti. §. j. de acquir. poſſ.
y Bart. l. j. in fi. de donat. Dd. l. ab empt. de pactis.
z glo. l ſi ager. ff. de rei vend. Bal. Imol. l. pẽto. §. frater. v. oppoſ. de leg. j.
a Sal. d. l. ea lege. oppo. ij. poſt Bal. ibi.
b Alex. conſil. xxiiij. v. Decius ccxxxix.
V. 9
c l. quoties. C. de don. quę ſub. mod. dixi d. l. traditionibus.
d l. ea quidem. C. ſi mancip. l. ſeruus. hac lege. de manu.
VI.
e l. ille ſeruus. in fi. ff. qui & à quib. l. fi. C. qui non poſ. ad lib.
f l. fin. vbi Dd. C. de pact. inter empt.
10
g l. filiusfamilias. §. diui. de legatis j.

a HAEREDES RELIQVIT[a]. ¶ Non explicat Iuriſconſultus, ex teſtamento, an ab inteſtato
11 hæredes reliquerit, & cũ † ſimpliciter loquatur, ſimpliciter debet intelligi, quomodocunq; reliquerit. & ratio eſt, quia etiã ab inteſtato videtur tacitè reliquiſſe[a], & verbis ſtipulationis ꝓmiſerat, q̃ ſeruus ad fratrem non perueniret. ergo nõ ſimplex abnutiuum videtur ꝓmiſiſſe, ſed q̃ curaret ne perueniret[b]. quod cũ non fecerit, & aliis, quã perſonis vetitis non reliquerit, meritò committitur ſtipulatio. Sed quid, ſi ſimpliciter promiſit non alienare ſeruum fratri? & videretur tali caſu non committi ſtipulationẽ, ſi ad eum ſeruus ab inteſtato peruenit[c]. non enim ipſe alienauit, ſed lex, quæ hæreditatem ei detulit[d]. probabiliſque hęc eſt ſententia, niſi q̃ aliter viſum & Bartolo &
12 Doctoribus eſt: ij tradiderũt, quotieſcunq; † prohibitio alienationis in certas perſonas nominatim vetitas facta eſt, cenſeri etiam ſucceſsionem titulo vniuerſali vetitam eſſe, tanquam nominatim facta prohibitio arguat mentem prohibẽtis eſſe, vt ille curet, ne res ad eos perueniat[e]. Quæ ſententia certior eſſet, ſi hæc mens vi verborum oſtenderetur, vt in caſu legis noſtræ cùm actum eſt, ne perueniat. quod Suſarius, Cyrillus, Alber. hîc tradunt: vel cũ teſtator non ſolùm prohibuit, ne hæres relinqueret, ſed etiam ſubiecit, quibus
13 volebat relinqui[f]. Quòd ſi † prohibitio in certum genus perſonarum non tamen nominatim facta ſit, putà *Veto extra familiam alienari*, tunc nõ cenſebitur prohibita ſucceſsio ab inteſtato[g]: quia, vt dixi, nõ is, qui vetitus eſt, alienat, ſed lex. Idem cenſent Raph. & Salic.[h] in ſucceſsione teſtati. poterit enim is, qui vetitus eſt, extremum ex teſtamento hæredem inſtituere, tanquam non ꝓpriè ſit alienatio, ſed quędam in loco ſui ſubrogatio[i]: nec ex tali inſtitutione arguatur dolus, aut indeuotio erga prohibentem[k]. Sed tamen Bar. & alij receptiore calculo diſſentiunt, & nõ poſſe extraneum inſtitui hæredem aiunt[l]. nec enim tũc lex transfert, aut alienat, ſed ipſe, qui potuit aliquẽ
14 non prohibitum inſtituere. etenim † hæredis inſtitutio alienatio eſt[m]: & prohibitus Chriſtianum mancipium Iudæo alienare, nec quidem per hæredis inſtitutionem alienabit[n]. Quibus rationibus licet facilè reſponderi poſſet, tamen tutius eſt cedere propter mentẽ teſtatoris, cui communis ſententia magis conuenit. Addit Iaſ. quo-
15 ties † prohibitionis verba generalia & in rẽ ſunt, nec quidem ab inteſtato ſucceſſorẽ extraneum admitti[o]. quod ego verum arbitror, & alibi diffiſiùs ſum ſecutus, tametſi aliud ex facto Alexander atque Angelus reſponderint. Et ex his infertur, ſi in contractu emphyteutico vetita eſt alienatio in quaſdam perſonas, an poterint titulo vniuerſalis ſucceſsionis admitti? & ſi nominatim vetitæ ſint, hîc probatur non admitti. Quid,
16 ſi † non nominatim, ſed certum duntaxat genus eſt prohibitum? putà, ne in potentiores alienetur? & Accurſ. ait nihilo minùs filium admitti[p]. Qua ratione etiam eccleſia videretur admittẽda, quæ filiorum priuilegio vtitur[q]. Quod intelligendum, cùm eccleſia iure poteſtatis acquirit, vt quia monaſterio quis ſe dicauit[r]. Sed hæc Accur.

a l. ſi à Titio. de excep. rei ven. l. cũ vir. de vſuc.
b l. conficiunt. de iur. codicil.
c l. in illa ſtipulatione. ẜ. eod. l. in lege. ẜ. locati.
d l. cùm pater. §. cùm inter. de leg. ĳ.
e in authen. de reſtit. fideic. §. fi. §. nunc igitur.
f Bart. hîc, & d. §. fratre.
g l. pen. ẜ. matrc. de leg. ĳ.
h d. §. cũ inter. d. §. nũc igitur.
i in authen. de iur. à mort. pręſtit. in princ.
k l. ex hoc edicto. de ali. iudic. mut.
l d. §. fratre.
m l. ſi quis prioris. §. certum. C. de ſec. nupt.
n gl. l. quemadmodum. C. de agricol. l. xj.
o l. quidam teſtamento. §. j. de fid. lib. Aret. l. Pantonius. §. j. de acq. hæred. Card. conſil. 135. Socin. 251. Iaſon Crot. Mod. d. §. diui Alex. 155. ĳ.
p arg. d. §. cùm inter ſecũdum. j int.
q §. ſed & hoc præſenti. in authent. de ſanct. epiſcop.
r c. in præſentia. de probat.

**& hæc ita ſtipulante Seia ſpopondit Titius: qui poſt biennium hæredes reliquit[a] Seiam & fratrem, cui ne ſeruiret, expreſſum erat. quęritur, an Seia cum fratre & cohęrede ex ſtipulatu agere poſsit? Reſpondit, poſſe in id quod ei⁹ intereſt.**

A

ſententia recepta non eſt, & in primis ſciendum eſt, ſi expreſsim actum ſit, quæ perſonę excludantur, in eas nec ex teſtamento, nec ab inteſtato tale ius transferri poſſe: quod argumento legis noſtræ traditum eſt, cùm in emphyteuſi etiam efficacior ſit prohibitio. cùm enim dominus in re ius habeat, nec quidẽ dominium transferri poteſt[s]. meritò ergo nullo modo aduerſus conuentionem trãſibit. Quòd
ſi † ſpecialiter con- 17
uentum non eſt, ſed ſimpliciter dictum, ne in potentiores res tranſeat, videtur tunc ſecundum ſuprà dicta ab inteſtato trãsferri poſſe, ex teſtamento non poſſe, hæredemq; potentiorem in eis bo-
B nis inſtitutum non admitti: & ita Bart. hîc ſentit, quem Raph. & Iaſ. ſequuntur. Ego potius Accur. ſequor, vt nec ab inteſtato potẽtior admittatur: quæ ſententia omnium Veterum hîc fuit. efficacior enim eſt hæc prohibitio propter ius in re, quod dominus habet[t]: & quia concurrit prohibitio contrahentium cum prohibitione legis[u]. Cæterùm quia tali caſu nulla indeuotio emphyteutæ arguitur, putarim quidem à meliorationibus non cadere[x], ſed cogi eum ad transferendum in
C perſonam idoneam debere[y], quæ pro recognitione laudatiuum domino pendet. Sed quid, ſi alienatio in eccleſiã ſit facta? & ſentit Accur. ſicut in filium, quamuis potentiorẽ, fieri poteſt, ita & in eccleſiã poſſe. At Din. Bar. Aret. Iaſ. diſtinguũt, & in eccleſiam tranſire negant titulo inſtitutionis: q̃ ſi emphyteuta monaſterium ingreſſus fuerit, ſecus ſit: ſed Iac. Ray. Cyril. Alber. Imo. Raph. nec quidem ſi religioni ſe addicat, acquiri monaſterio exiſtimant: quod alibi Bar. cenſuit[z], nec e-
D nim factũ emphyteutæ nocere domino poteſt[a], cùm curare debuerit, ne vllo modo in potentiorem res tranſeat[b], quod & Claud. hîc ſentit, receptiusq; videtur. Ego Accur. ſequor, vt tam † ex te- 18
ſtamento, q̃ ab inteſtato tranſeat emphyteuſis in eccleſiam, nec ideo cadat emphyteuta à iure ſuo, quia non arguitur indeuotio: cæterùm teneatur eccleſia quamprimũ ſaltẽ intra annum[c] meliorationes in perſonam idoneam transferre[d], & dominus recepta auctoratione eum recipere: hocq;
E iure vtimur, vt Spec. & alij rectè atteſtati ſunt[e]. Nam & aliqua ex parte idem videmus in emphyteuſi eccleſiæ, quæ iure ſucceſsionis in aliam eccleſiam transfertur, licet ea, quæ ius directum habet, ſi velit, reuocare poſsit[f], quod alibi Doctores diſputant. Sed quid, ſi alienatio titulo ſingulari, putà legati, vel donationis facta ſit? & Spec. ſentit idem eſſe, quia non arguitur hoc caſu dolus, vel culpa emphyteutæ[g], qui potius ob pietatem hoc feciſſe cenſetur, quàm quòd voluërit do-
F minò directò nocere. Quæ ratio ceſſat, ſi vendidiſſet. tunc enim à iure ſuo caderet: quia eccleſia inter perſonas vetitas ab emphyteuſi connumeratur[h], ſiue quia potentior ob fori mutationem[i], ſiue quia multa priuilegia habet, & iudices aduerſus eam difficulter pronuntiant[k], ſiue (quod magis puto, & Veteres probauerunt) quia eccleſia non moritur, nec facilè alienat. vnde domino & ſpes laudatiui, & conſolidationis perimitur[l].
Sed † quid, ſi alienatio facta ſit clerico nomine 19
ſuo, non autem eccleſiæ acquirenti? & Doctores ſen-

s d. l. creditor. §. fi. de diſt. pig.
t d. l. creditor. §. fin.
u §. ſanctiſsimas. in auth de alien. & emph. c. j. de alien. feu.
x arg. dict. l. ex hoc edict.
y arg. d. l. filius familiãs. §. ſi qs. alicui. de lega. j. Spec. tit. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 117.
z Bar. auth. ingreſsi. C. de ſacr. eccl.
a l. debitorum. C. de pact.
b l. in l. locati.
c arg. c. j. §. prętcrea ſi quis. de proh. feud. alie. per Fed. & xĳ. q. ĳ. longinquitate.
d l. multum. ẜ. eod. vbi dixi.
e Spec. d. verſ. 117. Iaſ. l. fi. C. de iur. emph. not. 91. Alex. 120. 1. & 89. 4.
f §. j. in auth. de alien. & emph. Dd. l. auth. ingreſsi. Anchar. 420.
g d. l. ex hoc edicto.
h arg. c. j. de alien. feud.
i l. j. vbi Bar. de alien. iud.
k l. oſſa. de religioſ. §. fin. Inſtit. qui mo. teſt. infir. Bart. l. j. §. j. in fin. de appel.
l d. l. fin. Alex. d. conſ. 120. in j.



ſentiunt etiam ipſum eſſe vetitum à tali emphyteuſi: tum, quia ratione fori dicitur potentior[a], cenſetur enim difficulter poſſe conueniri[b]: tum, quia aduerſus eum nõ eſt facilis executio[c]: tum, quia ſicut armatæ militię milites prohibentur[d], ita etiam iſtius cœleſtis. vt enim cõuenit militib. magis armis vacare, quàm prædijs, ita & clericis magis conuenit orationibus & pijs actibus operam dare, quàm ijſce prophanis lucris[e]. Fuere tamen, qui contrà dicerẽt. videtur enim durũ aliquẽ ab emphyteuſi ipſo iure reijci, quia clericus ſit[f].
B nam nec à beneficio clientelari repellitur, pro quo non militaris induſtria, ſed pecunia præſtanda ſit[g]: & Veterum ratio, qui eccleſiam vetari aiunt propter laudatiui & conſolidationis ſpem, tali caſu non habet locum, & Speculator[h] reijci clericos ait, quando ita expreſsè pacto contrahẽtium cautum eſt, quaſi aliud ſentiat iure communi eſſe, & exceptio: quòd difficilis ſit conuentione, ita demum locũ habet, ſi pars opponat[i]: nã & difficilior conuentione formidabiliorq; eſt fiſcus, & tamẽ in emphyteuſi delinquentis ſuccedit[k]. Sed tamen à crebriore ſententia facilè re-
20 cedendum non eſt, vt † trãsferri emphyteuſis in clericum inuito domino per contractũ nequeat. Arbitror tñ clericum hæredẽ inſtitutum. ſi enim dñs obduret recognoſcere, in aliũ, qui idoneus ſit, ius ſuum transferre poſſe[l], nec in caduci pœnam incidiſſe. Quod ſuprà de eccleſia quoq; à nobis dictum fuit[m]. excuſatur enim à pœna alienanti conſtituta, qui hæredem inſtituit, cùm tali caſu non arguatur dolus: q̃ Aret. Claudiuſque hîc tradiderunt[n]. Nam etiam ſi dicamus, hanc eſſe ꝓhibitionem legalem, adhuc videtur non impediri ſucceſsionẽ[o]. Vnde ſi lege municipij nõ poſſint poſſeſsiones trãsferri in alienigenam, tñ nõ cenſebitur prohibita hęredis inſtitutio[p], tametſi is hæres deinde teneatur vendere municipib. onera ſubeuntibus: quod rectè Salic. cenſuit, nec diſſentit in hoc Iaſ. & licet Bartol. aliter ſentiat, & Raph. Imo. Aret. Iaſ. dicãt hoc procedere, cùm verba ſtatuti prohibent alienationẽ per contractum, ſicq; conſtitutionem Leonis intelligant[q]; tñ ea conſtitutio hũc intellectum non recipit, q̃a verba erant generalia, nemini licere loca metrocomiæ transferre[r]: nec mentio contractus ſuperiorem regulam reſtringit[s]. Sentit id etiam alibi Accur. dum valere legatum adſcriptitiorũ, quãuis lex alienationem prohibeat, ait, non vt ſerui ipſi effectu transferantur, ſed vt pretium detur[t]. Nec obſtat Bar. concluſio, dum ait, quoties ꝓhibitio certum genus perſonarum reſpicit, tũc hęredis inſtitutione aduerſus eam prohibitionem fieri[u]: reſpondeo, fit effectu, non autem ipſo iu-
21 re. Vnde † prohibitus alienare fundum, vt in familia relinquat, inſtituẽdo extraneum etiam fundum in eum transfert[x], licet actio ex fideicõmiſſo proximis quibusq; ſuperſit, & antequam Iuſtinian⁹ legata fideicõmiſsis exæquaret, ſola actione perſonali familię conſulebatur, licet hodie etiam rei vindicatio competat: & ita Ioannis, Accurſijque ſententia ſit intelligenda[y]. Sic igitur

a d. l. j. vbi Bart. & l. j. C. de ijs, q pot. not. Iaſ. in l. fi. not xcv.
b gl. l. ij. in prin. qui ſatiſ. cog.
c c. Odoardus. de ſolut.
d l. milites. C. de locat.
e arg. c. j. §. qui clericus. ſi de feud. fu. cont.
f c. j. de cler. qui inveſt. vbi no. & d. §. ſed hoc præſenti.
g Bal. l. quiſquis C. de epiſcop. et cler. Abb. d. c. in præſentia.
h d. §. nunc aliqua. verſ. dxvj. Ibi, ſiue ſanctis clericis.
i gl. l. vniuerſa. C. de precib. im. off. Aluar. c. j. §. j. de benefi. frat.
k Bart. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dãn. inf. Alex. conſ. xxiij. in j.
l arg. l. murileguli. vbi Bar. C. de murileg. lib. xj.
m Alex. d. conſ. cxx. ver pont.
n gl. Bald. c. j. de prohib feud. ali. per Fed.
o j. quædam. de acq. rer. do. l. j. de fun. dot.
p l. certa. C. de iur. fiſ. lib. x.
q l. j. cum gl. C. nõ lic. hab. met. cau. vbi Bart.
r Doct. l. j. ſi cer. pet.
s l. regula. §. ſi quis ius. de iur. & fac. ig.
t gl. l. quemadmodum. C. de ag. et cenſ. lib. x. vbi Ioã. de Pla.
u l. peto. §. fratrem. de leg. ĳ.
x l. huic ſcripturæ. ad leg. Aquí. l. ſi hæredis ſeruus. l. ſi fundũ ſub. §. ſi Titius. de leg. j.
y gl. d. §. fratre. verb. vel extero.

**¶ Filia quæ[d] de inofficioſo agere inſtituit, & tranſegit: poſtea cum hæredibus ſtipulatione interpoſita, & ſubiecta doli clauſula, apud præfectũ de falſo teſtamento egit, nec probauit: quæro, an ex doli clauſula poſsit conueniri? Reſpondi, nihil ad eam ſtipulationem id quod poſtea actum proponerẽt, pertinere.**

A

& in caſu noſtro dicemus, ipſo iure clericum, vel eccleſiam in emphyteuſi ſuccedere, licet alienare idoneis perſonis teneatur. & ſic effectu nõ remaneat res potentiorib. Sed quid, ſi lex nõ quidem expreſsis verbis prohibeat alienationẽ, ſed adfirmatiuis iubeat certæ perſonę relinqui? vt cùm lex municipalis nõ exiſtẽtibus liberis, iubet mulieri, vt tertiam partẽ dotis & aliorum bonorum fratri relinquat. & Alex. ex facto reſpondit cenſeri vetitã alienationem quãcunq;, etiam ſi titulo oneroſo inuita mulier diſtraxerit[z]. At Iaſ. con-
B trarium ſenſit, quia lex, quæ parentes cogit, vt filijs relinquant, non prohibet, dum viuunt, quin arbitratu ſuo alienent[a]. Vnde & ius Francicum, quo alibi natorum hæreditatem Rex vindicat, nihil impedit, quin dum viuunt, arbitratu ſuo donent, & alienent[b]. Ego Iaſonis ſentẽtiam veram eſſe arbitror, quatenus lex iubet relinqui tertiam partem bonorũ. intelligitur enim de bonis, quæ tempore mortis ſuperſunt, aut dolo malo factũ eſt, quo minùs ſuperſint[c], nec ideo cenſetur im-
C pedita rei ſuæ libera adminiſtratio mulieri[d]: q̃a
† diſpoſitio limitata ad mortem, non trahitur ad 22
vitam[e]: & de teſtamento loquens, ad contractus non producitur[f]: & ſpecialiter receptum in filijs eſt, vt ob inofficioſas donationes agere poſſint[g]: ſed quatenus lex tertiam partem dotis relinqui iubet, quia verba expreſsim dotem ipſam prohibitioni ſubijciũt, nec ad id, quod ſupereſt, referri poſſunt, exiſtimarim rectè ab Alex. reſponſum fuiſſe[h]. Et hæc quidem hactenus. cætera e-
D nim ad prohibitionem alienationis pertinentia ſuo loco à me tractata ſunt[i].

2 *Limitatæ cauſæ limitatus effectus.*
3 *Tranſactio ad incogitata non trahitur: interdum ſic. 4.*
5 *Iuramentum non auget conſenſum.*

§. FILIA, QVAE a. ¶ Stipulatio † cum doli a
clauſula ex cauſa tranſactionis in quærela inof- 1
ficioſi facta, ad falſi quæſtionem poſtea motam
non pertinet. limitata † enim cauſa limitatum 2
E parit effectum[k]: & † tranſactio non trahitur ad 3
cauſam incogitatam[l], vel quæ nuper ſuperuenerit[m]: ſic & ſententia ex vna cauſa lata, in alia
exceptionem non parit[n]. Proceditque legis no-
ſtræ regula etiam in caſu contrario, ſi ſuper falſo I.
priùs actum & tranſactum ſit, deinde inofficio-
ſum teſtamentum dicatur[o]. Procedit rurſus, e- II.
tiam ſi eodem tempore vtrumq; iudicium intentatum fuerit. nam tranſactio in vno non impedit
alterius proſecutionem[p]. Addit Guil. & Sal. III.
F hoc adeò verum eſſe, vt etiam ſi verba prioris ſententiæ aduerſentur, nihilo minùs ſecundo iudicio experiri poſsimus: veluti ſi in cauſa inofficioſi non ſolùm pronuntiatum ſit filium rectè non agere, ſed vlteriùs ſit adiectum, hæreditatem ad ſcriptum pertinere, poterit nihilo minùs filius falſi quæſtione mota contendere hæreditatem ad eũ non pertinere[q]. cùm enim mutata ſit cauſa, nihil obſtat prior ſententia[r]. Nec dubito, quin in iudicijs hoc ſit verum, quæ ſtrictiùs accipiuntur quia contra inuitum feruntur[s], meri-

L. 135. Si ita quis ꝓmiſerit. §. Filia, quæ.
z Ale. conſ. lvj.
a gl. c. de ijs. de ſepult. Anchar. conſ. c. Abb. c. requiſiſti. de teſta.
b l. j. in pri. ver. quis enim. C. de lat. lib. toll.
c l. Titius. ẜ. ad Trebel.
d l. in re mandata. C. de mand.
e l. pater. §. fundum. de leg. iij. l. milites. de re mil.
f d. l. j. C. nõ lic. hab. ſecundum. Raph. Imo. Do. hîc.
g l. fin. ẜ. ſi quid in frau. pat.
h d. l. j. & ĳ. C. ſi quid in frau. pat.
i d. l. filiusfamilias. §. diui.
k l. age. C. de tranſact.
l l. cũ Aquiliana. de tranſa. ẜ.
m l. qui cũ tutoribus. §. fin. ẜ. de tranſact.
n l. non minorẽ. C. de tranſact.
o l. eum, qui. C. de inof. teſt.
p l. contra. C. de inoff. teſt.
q l. iij. C. de pet. hær. vbi Guil. & Salic.
r l. cum quæritur. l. cũ de hoc de exc. rei iud.
s l. inter. §. j. ẜ. eod.

I. tò ſententia ſecundum acta reſtringitur. At † in
4 conuentione partium non videtur à generalitate verborum recedendum, & omni iuri renũtiatum cenſeri, de quo partes veriſimiliter cogitare potuerint [a]. Vnde conſequens eſt, ſi in petitione hæreditatis tranſegerim, & me fundũ Sempronianum nõ petiturum promiſerim, nec alia quidem ex cauſa agentẽ me audiri: quod Accurſ. cenſuit [b], & ego ſum ſecutꝰ, dũ tamen cauſa poſterior talis non ſit, de qua veriſimiliter nõ cogitauerim, vt in caſu legis noſtræ. nec enim veriſimile eſt, ſi cogitaſſem teſtamentũ falſum eſſe, me querelam inofficioſi moturum fuiſſe. Quæ ſententia certior eſt, cùm verba tranſa-
II. ctionis adeò generalia ſunt, vt de falſo quoque tranſactum videri poſsit [c]: quod Imol. Caſt. & Aretin. hîc ſentiunt. tunc enim proculdubio legi noſtræ non erit locus. poſſunt enim partes expreſsim agere, vt ad caſus quoque incogitatos tranſactio producatur [d]. Sed quid, ſi in caſu legis
III. noſtræ non fuiſſet de inofficioſo actum, ſed condictione ex lege petitum fuiſſet legitimæ ſupplementum [e]? & ſi priùs filia in quæſtione falſi ſuccubuiſſet, tanquam indigna etiam à ſupplemento reijceretur [f], ſicque prior cauſa præiudicialis
IIII. ſequenti eſſet. Sed quid, ſi ſtipulatio & doli clauſula religione ſacramenti confirmata eſſent? & videretur propter vim iuramenti de omni euentu cogitatum fuiſſe [g]. Contrarium reſpondit Areti. tanquam iuramentum ſolẽnitatem quidem ſup-
5 pleat, conſenſum † verò non augeat [h]. Ego ad iuriſiurandi verba diligenter aduertendum cenſeo ne temerè ea prætergrediamur: qua de re alibi tractatum eſt [i].

a l. ſub prætextu. ij. C. de tranſact. l. emptor. §. Lucius. ubi not. §. de pact.
b l. ſi de certa. vbi gl. C. de trãſact.
c l. pluribus. de acceptil.
d Ang. l. tres fratres. §. de pact. Rom. l. ſicut. C. de teſta. mil. Alex. conſ. xj. in ij.
e l. omni modo. C. de inoff. teſt.
f l. ſi patronus ex modica. §. de bõ. liber. Doct. d. l. eum qui.
g Bald. auth. ex cauſa. q. vij. in fin. C. de li. præt. & in l. fi. C. de codicil.
h Aret. conſ. xxiiij. l. fi. C. de non nu. pec.
i Bart. §. l. ſciendum. & l. iij. C. de reſc. in vend. dixi. l. j. §. ſi quis ita. ſ. eod.

LEX CXXXVI.

PAVLVS LIBRO 5. Sententiarum.

SI ſub vna [a] ſignificatiõe diuerſis nominibus ea res, quæ in ſtipulatum deducitur, appellatur: non infirmat obligationẽ, ſi alter altero verbo vtatur.

A ¶ Si quis viam [b] ad fundum ſuum dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundũ, partemue eius ante cõſtitutam ſeruitutẽ alienauerit: euaneſcit ſtipulatio.

LEX CXXXVI.

1 *Conſenſus in re ſufficit, non obſtante verborum diuerſitate.*
2 *Contra ſtipulatorem in dubio fit interpretatio.*

a SI SVB VNA a. ¶ Quòd alio nomine ſtipulator, alio ꝓmiſſor rem in contractu deductam appellauerint, non ideo minùs valet ſtipulatio: vt ſi interrogauerim, *Promittis xxx. aſſes?* tu reſponderis *Promitto tres denarios.* qua
1 de re ſuprà ſatis & ſuper [k]. dum † modò enim in re ipſa conſentiatur, ad ſuperficiem verborũ non attendimus [l]. Nec dubitandum eſt, quin vera ſit ſuprà ſcripta concluſio, ſi conſtet eodem ſenſu v-
I. tranque vocem acceptam fuiſſe. Sed † quid, ſi al-
2 ter contradicat? verbi gratia, *Promittis mihi drachmas argenteas decem? Promitto denarios decem*, contendatq; promiſſor denarij appellatione non de x. aſsibus, ſed de obolo ex vulgari vſu intellexiſſe: alioquin (inquiet) reſpõdiſſem ſimpliciter *Promitto*, & videretur reſponſionem ſecundum interrogationem declarari [m]: contrà hoc procederet, ſi dixiſſet ſimpliciter *Promitto* [n]. vnde in dubio aduerſus ſtipulatorem videretur accipienda inter-
II. pretatio [o]. Quæ ſententia certiùs procederet, cùm natura rei, ſeu contractus hoc ſuaderet: veluti in ſponſionibus ludicris, quæ quotidie inter ſodales fiunt, in quibus non raro accedunt acutę quædam verborum captiunculæ [p]. Sicut & cùm
III. quæſtio eſt puncti, vt in Curcul. Plauti, *Promittisne facere ventum vt gaudeam? promitto facere ventum*: ſic & apud Albericum, *Promittis filium meum perpetuis temporib. domi tuæ ſuauiter alere? promitto ſuauiter, domine* [q]: ſed hæc ad amphibologiã ptinẽt, de qua ſuprà. Cęte-
3 rùm † cùm Leo Imperator, q anno ſalutis noſtrę CCCCLX. ad imperiũ adſcitus eſt, primꝰ verborum ſolennitatẽ
B in ſtipulationibus ſuſtulerit, & ſenſum conſonãtemq; intellectum dũtaxat deſiderauerit [r], quomodo credemus à Paulo hoc dictum fuiſſe, qui Leone plus minus CC. annis antiquior fuit? alij, vt Thomas Dottius, reſpondent, poſt Paulũ atq; Vlpianum Iuriſconſultos illam ſcrupuloſitatem inualuiſſe, quę à Leone deinde ſublata ſit. Alij talem formulam in XII. Tabulis fuiſſe inductam. Alij non quidem tempore Vlpiani fuiſſe [s], neque pòſt generaliter inualuiſſe, ſed certis qui-
C buſdam caſibus duntaxat, quos Leo ſuſtulit. Alij (vt Raph. & Socinus) emendatos à Tribuniano Pauli & Vlpiani locus, vt cum Leonina conſtitutione cõcordent [t]. Ego differentiam in voce rei ſignificatiua ſolùm fuiſſe hîc video, quam nullo tempore ſtipulationi obſtitiſſe arbitror, ſed quãdoque formulam in verbis interrogatiuis, atque reſponſiuis conſtitutam fuiſſe non nego. Cùm ergo quis interrogat, *Promittis x?* ſi reſpondeatur, *Quid ni*, ſubauditur verbum *Promitto*, nullaque eſt
D in verbo differentia: ſicque nihil Leo correxit, quod à Paulo, aut Vlpiano priùs correctum fuiſſet [u]: quamuis hac in re Recentiores multa comminiſcantur his legenda, qui bonas horas malè collocare voluerint.

k l. quæ extrinſecus. ſ. eod.
l §. j. Inſt. eod.
m l. ſi defenſor. §. j. de interrog. act.
n §. præterea. Inſt. de inutil. ſtip.
o In ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ſ. eod.
p arg. l. ſi rem. §. fi. de præſcript. verb.
q l. nemo. C. de Iudæ. vbi Alber. de Roſ.
r §. j. Inſtit. de verb. oblig. l. omnes. C. eod.
s Rain. & Sen. ſ. l. j. §. ſi qs ita.
t l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enuc.
u Mod. rub. ſ. eod. & in d. §. ſi quis ita.

1 *Seruitus fundo communi per vnum ſociorũ nõ quæritur.*
2 *Interdum alienatione fundi ſtipulata ſeruitus nõ corruit.*
4 *Ceſsio vbi non teneat, caſus.*
6 *Stipulatio ſeruitutis quandoq; emptori poteſt cedi.*

E

§. SI QVIS VIAM b. ¶ Cùm ſeruitutes ſint b indiuiduæ, & à tota re toti fundo debeantur [x], ſi viam ad fundum meũ ſim ſtipulatus, deinde partem fundi pro indiuiſo alienauero, euaneſcit ſtipulatio: quia ad eum caſum peruenit, à quo incipere non poteſt [y]. fundo † enim communi per v- 1
num ex ſocijs ſeruitus acquiri non poteſt, ſed omnium ſtipulatio eſt neceſſaria [z]. Nec obſtat, q̃ emptori videretur permittendum, vt conſentire
F conſtitutioni ſeruitutis poſſet, & ratã habere ſtipulationem meam pro parte ſua [a]: quia iſtud ius conſentiendi in emptorem, ſeu ſingularẽ ſucceſſorem non tranſit [b], & quod ad eum attinet, promiſſor nullo iure adſtringitur [c]. Vnde † conſe- I.
quens eſt, vt aliud ſit dicendum, ſi fundus, cui ſer- 2
uitus debetur, non titulo particulari, ſed vniuerſali ſucceſsionis ſit alienatus, vt quia deceſſerim relictis pluribus hęredibus. tunc enim (vt inquit Accurſ.) non euaneſcit ſtipulatio, ſed quia ſeruitus indiuidua eſt, quilibet hæredum in ſolidum

x l. via. §. quæcunque. de ſer. ruſtic.
y l. ſi vnus ex ſociis. de ſer. ruſt.
z l. proprium. com. præd.
a arg. l. fi. ſ. cõ. præd.
b l. fi. §. fi. de contrah. emp.
c l. loci. §. pen. ſi ſer. vind. l. ſed & ſi quis. §. ſi operis. de vſufru.



II. ager [a]. Rurſus † conſequens eſt, vt legi noſtræ ſit
3 locus in promiſsione conſtituenda ſeruitutis, quę perſonalis eſt, & ex qua actio ex ſtipulatu ad id, quod intereſt, competit: ſecus, ſi iam ſeruitus ipſa ſit conſtituta, & ſic ius rei adhæreat. tunc enim ad quencunque fundus meus tranſibit, ad eum & ſeruitus pertinebit [b], etiam ſi multi ſint, quibus dederim. multiplicabuntur enim ſeruitutes. Qua ratione ſi non promiſſa, ſed teſtamento legata ſit ſeruitus, quia ipſo iure cenſetur conſtituta [c], videretur legem noſtram non procedere: Quod Aret. ſentit, & ego verum arbitror, ſi teſtator vſus ſit verbis directò ſeruitutẽ conſtituentibus: ſecus, ſi grauauerit hæredem, vt viã mihi cõſtituat. tũc enim opus eſt facto hæredis, nec ipſo iure cenſetur tranſlata ſeruitus [d]. Rurſus infert,
III. ſecundum Accur. vt ſuprà ſcripta procedant, cũ fundi partem pro indiuiſo alienauero: quòd ſi ꝓ diuiſo facta ſit alienatio, ſecus eſt, quia tenebitur promiſſor illi parti, quæ mea remanſit, ſeruitutẽ conſtituere [e], ſicque ſeruitus non quidem diuidetur, ſed ad partem meam reſtringetur [f]: quòd fie-
IIII. ri poſſe ſuprà declaratum eſt [g]. Sed & ſi viam ad fundum meum promiſeris non iure ſeruitutis, ſed potiùs dominij [h], non eſt dubitandum non euaneſcere ſtipulationem. nec enim hîc de rei indiuiduæ promiſsione agitur. Quid ergo, ſi cõuenerim, vt ſinas me viam facere per fundum tuum ad meum, & conſtituta via metiamur, quantum terreni occupet, ſoluamque tibi eius pretium in ſingula iugera tot aureos? tali enim caſu non per tuum fundum, ſed per meum ire cẽſeor, cùm ſemitam hãc etiam reſpectu proprietatis pecunia
V. mea emerim [i]: ſecus, ſi ſolam facultatem, ſeu ius eundi ſalua tibi proprietate comparaſſem [k]. Sanè hæc in ſtipulatore procedunt: in promiſſore verò ſeruitutis omnes fatentur, ſiue partem fundi, ſiue totum alienet, in quo ſeruitutem conſtituere promiſit, minimè liberari: quia res ad caſum, à quo incipere non poteſt, deueniſſe non videtur, cùm poſsit, qui fundum non habet, ſeruitutem promittere [l]: & qui promittit rem, cuius commercium non habet, non ideo liberatur, ſed ſibi imputet. ſatis enim eſt ſtipulatorem eius iuris capacem eſſe [m], quod & ſuprà diximus. meritò ergo remanebit promiſſor obligatus, & cum eo actione ex ſtipulatu, quæ in perſonam eſt, agi
VI. poterit [n]. quod & Bart. hîc tradit. Sed † quid, ſi ſti-
4 pulator in alienatione fundi etiam id ius emptori ceſſerit, quod aduerſus promiſſorem competebat? & videretur fruſtra id fieri. aut enim ceſsit antè quàm dominium fundi transferret in emptorem: & ceſsio eſt nulla, quia nõ habenti fundum ſeruitus prædialis deberi non poteſt [o]: aut ceſsit poſt tranſlationem dominij, & adhuc nulla eſt, quia ceſsit, quod non habebat [p]. tranſlatione enim dominij euanuerat ſtipulatio, vt hîc dicitur [q]: & ita ſentit Accurſ. conſentiuntq; omnes, cùm de promiſsione agitur, quæ ſeruitutis, & ſic iuris prædialis conſtituendæ cauſa celebrata eſt. deeſt enim tunc ſubſtantia ſtipulationis. Quòd ſi vitium allegetur ex eo, quòd non interſit, aliud eſſet. Vnde ſi ſtipulatio cauſa iuris perſonalis conſtituendi ſit introducta, exiſtimant ſecus eſſe, vt cùm venditor priùs à vicino ſtipulatus erat per eum non fieri, quo minùs aqua ſecundum domũ ſuã fluere poſſet. tunc enim ſimpliciter ceſsio valeret [r], quia ius perſonale venditori ante celebratam emptionẽ competens non ſolùm poteſt, ſed etiam debet emptori cedi. Sed Imol. poſſe quidẽ

a d. l. ſi vnus. & l. pluribus. de ſeruit ruſt.
b d. l. via. §. quęcunque.
c l. ſi partem. §. j. quem. ſer. am. l. ſi fũdum ſub. §. qui fundum. de leg. j. l. j. de ſer. leg.
d l. iij. ſ. de vſuf. l. ſeruũ filij. in fi. de leg. j. l. Dam. §. j. de vſuf. leg. l. j. verſ. ſed ſi vſusfructus. ſ. ſi vſuſ. pet.
e l. ſi quis duas. §. pen. commo.
f d. l. ad certam. de ſeruit.
g l. ſtipulatiões non. ſ. eo.
h l. in cõcedẽdo. de aqu. plu. arc.
i l. item quãuis. §. ſi vſus. com. diuid.
k l. certo generi. §. j. de ſer. ruſt. præd.
l l. hæredes. §. an ea. fam. erciſ.
m l. multum. ſ. eo.
n l. per fundũ. de ſer. ruſt.
o d. l. hæredes. §. an ea. l. pecoris. de ſer. ruſt. præ. l. ij. ſ. cõ. præd.
p l. traditio. de acq. rer. dom.
q d. l. pro parte.
r l. fluminũ. §. adijcitur. l. dãni. §. emptor. de dam. infec. l. ſtipulatio iſta. verſ. cæterum. ſ. eo.

cedi fatetur, cogi verò ad cedendum non credit. ſi enim idꝰ ad reſtitutionem damni pertineret, vtique æquitas ſuaderet cogi [s]. Idem, ſi lucrum reſpiceret, quod poſt venditionem ante rem traditã ex cauſa rei ipſius perueniret [t]. ſicut † enim omne damnum ab eo tempore eſt emptoris, ita & omne lucrum ad eum pertinere debet [u]. Idem, ſi conſtaret tale ius in vẽditione deductum eſſe. vnde tenetur venditor ius exigendæ penſionis 5
A cedere pro tempore, quod poſt venditionem currit [x]. Sed in caſu noſtro non conſtat hanc facultatem, quòd non impediretur curſus aquæ, venditam fuiſſe: ideo non eſt credendum venditorem ad cedendum cogi poſſe. Quę ſententia vera eſt, ſi non apparet venditam, id eſt, ſi non conſtet admonitum fuiſſe emptorem id ius aquæ perſonali tãtùm ſtipulatione venditori eſſe permiſſum [y]: alioquin veriſimile eſt emptorem cariùs emiſſe, quia crederet illam aquę facultatem ad ſe peruẽ-
B turam [z], vt meritò tali caſu compelli debeat venditor ad ceſsionem [a]: quod aduerſus Imolam diſputat Aret. & Iac. Cyrillus, Alberic. tradiderunt, & receptior habet ſententia. Quid ergo, ſi ſtipulator non quidem vendidit domum, ſed donanit? an deinde poterit cogi vt cedat? & non putârim tali caſu cogi poſſe, tuncque veram Imol. ſententiam. nam & promiſſor agente donatario poterit excipere infirmatã eſſe ſtipulationem, quia donatione cœperat amplius non intereſſe ſtipu-
C lantis [b], quod Raphael & Aretinus probant, ſicque ſtipulationem in perſona cedentis inutilem non debere ex ceſsionarij perſona conualeſcere [c]. quod regulare eſt, licet quandoque aliud ſit [d]. Falſaque eſt Caſtrenſis ratio exiſtimantis noſtra intereſſe, vt qui cauſam lucratiuam à nobis habet, pleniſsimum ius acquirat [e]. neque enim videtur legislator eius, quod intereſt, rationem habere, niſi pecuniariter interſit, vt quia aliàs, qui alienauit, euictionẽ præſtare cogeretur [f]: quod
D & Aretin. hîc probat. qua de re nos ſuprà [g]. Sa- VI.
nè † ſunt etiam aliqui caſus, quibus ſtipulatio e- 6
tiam ſeruitutis conſtituendę cauſa cedi emptori poteſt, nec legi noſtrę eſſet locus. Primus eſt, quẽ Bart. hîc adducit, cùm eodem momento & alienatio & ceſsio facta proponeretur. nec enim tũc poteſt videri aut non domino facta, aut eo tempore facta, quo euanuiſſet. Sed ego ſuprà hoc nõ probaui [h]. cùm enim ordine intellectus ſemper oporteat priùs factam eſſe alienationem, ſequi-
E tur tũc cedi ſtipulationem, cum euanuit [i]: quod & Pet. & aliqui Veteres, & nuperrimè Aretin. hîc tradidit. Alius eſt caſus, quem Imol. adfirmat, cùm ceſsio poſt venditionem facta eſt, ante tamẽ rei traditionem, tãquam futuro domino ceſſum ius ad ſeruitutem ſit [k]. Sed nec hoc probat Aret. quia qui dominus fundi nondum eſt, non poteſt illi purè ſeruitutem ſtipulari [l]: addo ego, nec conditionaliter, in caſum, quo res ipſa deberet extingui [m], quod & Hier. Torquatus hîc ſcripſit [n]. Ter-
F tius eſt caſus Torquati ipſius, ſi fundus ſit venditus cum omni iure, & actione ſibi competente, quam ex nunc cedit conſtituendo emptorẽ procuratorem in rem ſuam ad agendũ contra quemlibet [o], &c. Sed nulla lege probat Torquatꝰ hanc clauſulam ad ſtipulationes trahi, quæ illo actu extinguantur [p]. Certior ergo eſt caſus, ſi venditor talem facultatem ſtipulatus non ſolùm pro ſe eſſet, ſed etiam pro quocunque, cui illum fundum daret [q]. Nec enim videtur dubitandum, quin ſucceſſor ſingularis poſsit ratum habere, tan-

L. 136. Si ſub vna ſignificatione. §. Si quis viam.

s d. l. damni. d. §. emptor.
t l. ſi ea res. § de actio. emp.
u l. eum, qui. l. ſi vendidero. de furt.
x gl. l. Iulianus. §. ſi fructibus. de act. emp. Bar. l. fi. in fi. de iur. fiſc.
y l. j. §. fi. de act. emp.
z arg. l. in vẽdẽdo. §. j. de cõtra. emp.
a l. ſi rem quam à Titio. de euict.
b l. ex conuẽtiõne. C. de pact.
c l. Modeſtinꝰ. de ſolut.
d l. fin. C. de iur. dot. l. Papinianꝰ. mand.
e l. ſi tibi. §. ſi pactꝰ. in fi. de pac.
f l. Iulianus. §. j. ſ. eo.
g d. l. ſtipulatio iſta. verſ. cęterũ. ſ. eo.
h ſ. l. ſtipulationes non diuidũtur. in gl.
i l. j. in fi. cũ leg. ſeq. de reb. eor. Bar. l. quoties. §. ſi quis ita. de hæred. inſt.
k l. ſi ſeruitus. §. fi. de ſer. vrb. præd. l. Labeo. de ſer. ruſt.
l l. exiſtimo. ſ. eo.
m l. ſi rem meã. in fi. eo. vbi dixi.
n arg. l. ſi quis duas. §. j. com. præd.
o arg. not. in d. l. Iulianus. §. qui fundum. ſ. eod.
p l. ſicut. §. pẽ. ſ. quib. mod. vſusfr. amit.
q c. j. de feud. nõ hab. prop. nat.

a arg. l. propriũ. ℥. com. præd. dixi ℥. d. l. ſtipulationes non diuidũtur. verb. viç.

tanquam ipſe à principio ita ſtipulatus eſſet: q non abſimili caſu ſuprà diſputauimus [a].

LEX CXXXVII.

2 *Verbi Continuus explicatio, & etymon.*
3 *Aliud agi variè dicitur.*
4 *Ratio requiſiti actus continui in ſtipulatione.*
9 *In auctionibus cum incerta perſona contrahimus.*
13 *Incontinenti quando dicatur factũ.*
14 *Dicti teſtis ſuſtinendi cauſa interpretatio admittitur.*
15 *Interdum actus intermiſsione vitiatur.*

LEX CXXXVII.

VENVLEIVS *libro 1. Stipulationum.*

**Continuus [a] actus ſtipulãtis & promittentis eſſe debet, vt tamẽ aliquod momentum naturę interuenire poſsit: & quo minùs reſpõderi ſtipulãti oportet. A cæterùm ſi poſt interrogationẽ aliud † acceperit, nihil proderit. quamuis eadem die ſpopondiſſet.**

a
1 CONTINVVS a. ¶ In † ſtipulationibus reſponſio præſente animo,
& abſque intermiſsione interroga
tionem ſequi debet. Continuus
2 † dicitur, quòd ſimul ſe tenet: ſicut

b c. j. de conſec. eccleſ. in vj. vbi Doctor.
c xxij. diſt. c. ſacroſancta. vbi Doct.
d l. cum biſſexto. vbi not. de verb. ſig.
e l. fi. C. de legib.
f l. iij. ℥. de pig. act.

contiguus, quòd ſe tangit [b]. Vnde continuò poſ
ſediſſe non dicitur, qui per interualla poſſedit [c]:
poſsintque domus eſſe vicinæ, nec tamen erunt
contiguæ. Momẽtum eſt modicum ſpacium, ſeu
interuallum [d]. Boetius & Arithmetici horam mi
nutis LX. conſtare aiunt: at minuto momentum
minus eſſe. Dicitur autem momentum tanquam
mouimentum naturæ, ſeu temporis. Cominùs à
manu aduerbiũ formatur: & ſicut eminùs ſignifi
cat extra manũ & longè [e], ita cominùs, id eſt, con
tinenter, & ſine intermiſsione [f]. Verg. j. Georg.

g l. terminato. C. de fruct. & lit. exp.

—*iacto qui ſemine cominùs arua*
*Inſequitur.*

h glo. j. Cod. de ſtud. lib. xj.
i l. j. in fi. quãdo dies vſuſ. ced. l. iiij. §. j. de pact.

quod eo loco veteres Grammatici indicãt. Acc.
cominùs fieri exiſtimauit, quod eodem die fit [g]:
meliùs dixiſſet, eadem die. Dies enim fœminini
generis tempus ſignificat, ſicq; in lege noſtra ac
cipitur, non pro die xxiiij. horarum, qui maſculi
no genere proferri ſolet, vt Grammatici adnota
uerunt. Aliud † agere dicuntur, non ſolùm qui a
3 ctus diuerſos faciunt, ſed etiam qui intenti non
ſunt, neque animo præſenti, vt cùm ſcholaſtici

k l. j. §. j. ℥. eod.
l l. In omnibus. ℥. tit. j.
m l. fi. ſ. de leg. j. l. nõ ſolũ. §. morte. de op. no. nunt.

tigna gymnaſij numerant [h], Plauto, Ciceroni, cę
teris: hinc & Seneca: Magna pars vitæ elabitur
malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota ve
rò aliud agentibus: cuius loci interpretatio à Iu
reconſultis petẽda eſt, apud quos malè agit, qui
nimis properat, & ante diem experitur nihil a
git, qui nõdum natam inutilemq; actionem, nec
ſibi competentem intendit [i]: aliud agit, qui ani
mo abſens eſt, nec intentus eſt: Terentius Eunu
cho, Iam conclamatum eſt, alias res agis, iſtuc a

n l. iiij. de man. vind.

go quidem. Hinc ergo probatur, haud veram eſ
ſe Barto. ſententiam exiſtimantis, ſi ego te manè

o l. cum quis. ℥. eod. l. iij. de ſer. exp.

interrogem, tu veſperi reſpõdeas, contractã eſſe
ſtipulationem: atqui continuus hic actus nõ eſt,
nec videtur cominùs reſponſum: quòd & ſuprà
4 diſputaui [x]. Sed † quæ ratio eſt, vt cõtinuus actus
debeat eſſe in ſtipulatione? & ſciendum, omnes
5 contractus ex conſenſu oriri, & † tum demum à
lege vim & fomentum ſuſcipere, cùm vltrò & ci
trò voluntatis cõiunctio facta eſt [l]: antè verò vo
luntas ea merę facultatis eſt [m], ideòque pœniten
tiam recipit [n], & ad hæredem non tranſmittitur:
6 quia † quæ meri facti ſunt, in hæredes non tranſ
7 eunt [o]. Igitur † in ſtipulatione, quæ & conſen
ſum requirit & verborum formam, oportet vtrũ
que incontinenti fieri, actumque continuum eſ
ſe: in † alijs verò cõtractibus, in quibus ad verbo 8

p l. j. in fi. de contrah. empt.

rum formam non attendimus, ſatis eſt quando
cunque voluntates iungi. vnde per epiſtolam &
nuntium poſſunt huiuſmodi contractus celebra

q l. eum, qui. de probat.
r l. ſi ſtipuler. ℥. eod. Bart. l. quo enim. ſ. rem rat. dixi l. ij. C. de pact.
† agere cœperit, *aliàs*.

ri [p]. cùm enim mit
tendo epiſtolã, vel
nuntium ego con
ſentiam, cùm & du
rare conſenſus prę
ſumatur [q], vbi alter
deinde acceptat,
vel cõſentit, vtriuſ
que animus cõcur
rit, & ad effectum
contractus perduci
tur [r]. Qua † ratione 9
in auctionibus, cùm res haſtæ ſubijcitur, & præ

s l. licitatio. vbi Bar. de publica.

co pronuntiat rem illius fore, qui plus obtulerit,
B cenſemur cum incerta perſona contrahere. vnde
aliquo oblationem approbante, & plus offeren
te, perficitur contractus [s], incipitque eſſe certa li
citatoris perſona. Sed pone: ego † in actis iudicis 10
notario ſtipulanti omnium nomine, quorum in

t Cornæus cõſ. xxix. in iiij. lib.
u l. à Titio. ℥. eo.

tereſt, promiſi me diſſoluturum omne æs alienũ,
quod à filio meo contractum fuiſſet, nunquid po
tero conueniri à creditoribus, qui pręſentes non
fuerunt? & certum eſt poſſe quoslibet creditores
hanc oblationem acceptare, & mecũ agere: quod
C Alexander & Siculus reſponderunt [t]. At † Bald. 11
Nouellus aliud reſpondiſſe traditur, tanquam e

x l. cum quid. ℥. ſuum. de acq. hæred.
y l. fi. ℥. de inter. act.
z d. l. iiij. dixi l. qui Romæ. §. Flauius. ℥. eo.

xemplum licitationis ſpecialiter procedat in re
publica, vel eccleſia alienante, vel quando licita
tio, aut contractus incertus ex quadam neceſsita
te toleratur. quæ ſententia probabilis non eſt [u].
Addit Corne. tum demum procedere ſuprà ſcri
ptum exemplum, cùm omnino etiam in rerũ na
tura incerta erat perſona, cum qua contraheba
tur: ſecus, ſi certa eſſe potuit, vt in caſu noſtro cre

a l. rogaſti. verſ. deinde. de præ. verb.
b l. cum fundũ. ℥. de pact.

D ditores filij [x]. Sed nec hoc ego probo. ſatis enim
eſt per acceptationem effici certum, quis cõtra
hat. putârim itaque ſuprà ſcriptã Nouelli & Cor
næi ſententiam ſolùm defendi poſſe, cum nota
rius abſentibus non eſſet ſtipulatus [y], aut re inte
gra, id eſt, ante acceptationem mutauiſſem ſen
tentiam [z]. Sed † quid in contractibus innomina 12
tis? & idem eſſe conſtat, ſi appareat mutuo reſpe
ctu promiſsionem eſſe factã, vt ſi promittas pro
me ire Romam, & ego ex interuallo promittam

c l. ſi ventri. §. fi. de priuil. cred. dixi l. poſt contractum. de donat.

E tibi pro hoc centum, nihil impedit, quin contra
ctus ſit, *Facio, vt des*. præſumitur autem mutuo re
ſpectu contractum fuiſſe, vel cum expreſsè dictũ
eſt, vel cum vtraq; promiſsio incontinenti facta
eſt [a]. Quòd ſi ex interuallo altera poſt alteram ac
ceſsit, non videtur mutuo reſpectu facta, ideoq;
in ſpeciem contractuum innominatorum nõ ca
deret [b], ſed vtrinq; pactum nudum cenſeretur. fa
cilius enim, quod vno ductu & incontinenti fit,
mutuo reſpectu factum creditur [c]. Cæterùm an
F notant hîc Doctores, incontinenti † videri factũ, 13
quod eodem die ſit factum. nec enim vnus dies
longum interuallum eſt: quod & Bart. tradit, &

d l. ſi ex duobus. §. j. ſ. tit. j.
e l. iij. in princ. ſ. tit. j.

ego verum arbitror in ijs, quæ à ſolo conſenſu
pendent, & poſſunt ex interuallo partium volun
tate fieri, vt eſt duorum reorum conſtitutio [d]: quę
ſi partes velint, etiam ex interuallo, dum tamen
expreſsè agant, fieri poteſt [e]. dum modò enim
eadem die fiat, ſatis arguitur mens contrahentiũ
vnam obligationẽ in vtroq; inducentiũ. Qua ra
tione idem dicemus, cum de fraude, aut ſimula
tione,



tione dubitatur. quod enim eodem die factũ eſt,
faciliùs fraudem detegit, vt nuperrime à Socino

a l. qui ſic. de ſolut. Socin. conſ. cxxxv.
b l. j. §. accedit. C. de rei vx. act.

reſponſum eſt [a]. Sic frater quamuis dotando ſo
rorem præſumatur donationis cauſa id facere [b],
ſi tamen eadem die fecerit ſibi hæreditatẽ pater
nam renuntiari, cẽ
ſebitur potiùs non
donaſſe, ſed cõmu

c Anch. cõ. cccclxxxvj. licet.
d l. in operis. ff. loc. vbi Bart.
e l. ſi duas. de excuſ. tut. vbi Bal.
f l. duos. in fi. ſ. tit. j.
g l. ſi quis eum. §. j. de vulg.

taſſe: quod à Bal. re
ſponſum extat, ego
que arbitror verum
eſſe, etiam ſi non eodem die id ſit factũ. Sic, vt di
cta teſtiũ ſuſtineamus, interpretabimur ſimul fa
ctum, quod eodẽ die ſit factum [c]: maximè cùm de
operis agimus, quæ tractũ temporis habẽt, adeò
vt matutinæ cum veſpertinis coniungi poſsint
[d]. Nam & in dubio, cùm non apparet, an interual
lum adfuerit, conſtat tamen eodem die quid fa
ctũ: cenſuit Bal. pſumi potiùs incontinenti, ſeu
I. eodem contextu factum [e]. Non † pcedunt ſuprà
15 ſcripta, quoties lex pro forma requirit nõ ſolùm
iungi conſenſum, ſed etiam verba, vt quia velit
actum continuum eſſe. q lex noſtra probat, quæ
II. ſic videtur intelligenda [f]. Nam † & idem videm9
16 in teſtamento pupillari, quod vno cõtextu cum
paterno explicari debet, & non ſufficit eodem
die vtrunque fieri, ſed eadem hora oportet abſol
III. ui [g]. Sanè & cùm prohibitoria qualitas à lege re
quiſita in actu non affuit, ſuſtinetur actus, quam

h l. Seia. §. virgini. de don. inter vir.

uis deinde vel eadem hora interuenerit [h]. Vnde
qui ſoluit antè quàm condemnatus ſit, pœnam
euitat, nec ideo fraudem legi municipali facere
IIII. videtur [i]. Sed & in limitatis, quibus ad momen
ta temporum attendimus, nihil refert inconti

i Bar. l. iuſiurandum. ſ. §. fin. de iureiur.

nenti, pòſt aliquid eſſe factum [k]: ſicut nec, quan
do ad formam, ſeu conditionem reſpicimus [l]: q
V. eleganti quæſtione Bald. docuit. Sanè † cùm
17 quis deiectus de poſſeſsione eſt, lex ait licere ei

k l. pe. C. de poſthu. hæred.
l l. Thais. §. intra. de fid. lib. Bal. c. cum dilectus. de fid. inſt.
m l. iij. §. cum igitur. ij. reſpon. de vi, & vi arm.
n gl. §. recuperãdæ. Inſt. de interdict.

incontinenti poſſeſsionem ſuam propria aucto
ritate recuperare [m]: quod Accur. & Ioan. Fab. in
telligũt eodem die [n]: at Hugutio etiam poſt mul
tos annos id interpretãt. nec enim tempus cur
rere incipit, niſi factis debitis præparationibus,
cùm tum conſtaret animum recuperandi nõ de
ſijſſe: & ideo ſi quis princeps de ciuitate ſua ſit
expulſus, & interim dum amicos colligit, dũ pe
cuniam & belli neruos præparat, dum cætera ne
ceſſaria inſtruit, labuntur x. anni, dicetur tamen
incontinenti recuperare velle: quod & Aret. hîc
refert, & Socin. Fab. Iaſ. cæteriq; Recentiores ap

o d. §. eũ igitur. j. reſpon.
p d. l. j. in princ. eo. tit.

probant. At mihi durum videtur, vt dictio *inconti
nenti*, ad decennium protrahatur, cùm in eodem
loco lex dictionem *cõfeſtim*, accipiat in ipſo actu,
cùm quis me armis deijcere vult, vt cõfeſtim mi
hi liceat eum repellere [o]. Subijcit, ei, qui iam de
iectus ſit, recuperandi ius ex interuallo non eſſe:
quis dubitat decennium interuallũ, & quidẽ lon
giſsimum eſſe? nam & cùm lex hanc propriæ au
ctoritatis facultatem concedat tanquam expedi
tiorem, & citiùs parabilẽ, quàm beneficiũ inter
dicti ſit, quomodo durare decennio credemus,

q c. cl. ſi. n. j. de reſt. ſpol.

18 cùm † ipſum interdictũ non niſi anno duret [p]? Nã
& pontifices hanc facultatẽ concedũt, quampri
mùm innotuit [q], non autẽ quamprimùm pparamẽta
ſint facta. Nec lex vlla diſtinguit, an res, vn
de deiectus ſum, facilè, an difficulter recuperari

r gl. Pet. Iac. Io. Fab. d. §. recuperãdæ.

poſsit: vt meritò nec nos diſtinguere debeamus.
Vix eſt ergo, vt hoc Hugutionis dictũ ego ſequar,
q veterum Doctorum plerique aut non probâ
runt [r], aut nulla eius mentione facta neglexerũt.

1 *Diſſenſus vitiat ſtipulationem: interdum contrà.* 2.
3 *Declaratio alijs damnoſa non admittitur.*
6 *Perſonarum diuerſitas non temerè præſumenda.*

L. 137. Cõtinuus actus. § Si hominem.

**§ Si hominẽ [a] ſtipulatus ſim, & ego de alio ſenſero, tu de alio, nihil actũ erit. nã ſtipulatio ex vtriuſq; con A ſenſu perficitur.**

a
1 §. SI HOMINEM a. ¶ Cùm † ſtipulatio nõ ſo
lùm ex verborum forma, ſed ex conſenſu conſi

s l. j. §. adeo. ℥. de pact.
t l. inter ſtipulantem. §. j. ℥. eod.

ſtat [s], ſi circa rem p
miſſam diſſenſum
ſit, vitiatur [t]. Finge
igitur: Promiſi tibi
Stichum ſeruũ, de
Sticho albo intelli
gens: tu de Sticho nigro ſentiebas: nulla eſt ſtipu
latio: quod ſuprà vidimus. Nec res hęc dubia eſt,
quoties conſtat non de eodem partes ſenſiſſe.
Sed † ſi hoc admittam9, etiã ſi non conſtet, pa I.
tefiet via fraudibus, negabit ſemper promiſſor 2

u l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ℥. eod. Alc. d. l. inter. §. j.
x arg. l. j. §. denũtiatori. de vent. inſpic.
y l. iiij. C. quæ res pig.
z Rõ. conſ. lxv. & cccclxxxij.
a Felin. c. cum olim. de re iud.
b not. l. facta. §. ſi hæres. ad Treb.
c l. ſi partem. §. ſi. quẽ. ſer. amit.

de eo ſe intellexiſſe, de quo actor. Exiſtimarem i
taq; in dubio cenſendũ de illo actũ, de quo pro
miſſor ſenſiſſe ſe adfirmet [u], ſi ei ſtipulator dein
B de aſſentiat, cui tali caſu concedenda videtur va
riatio: ſicq; Alex. ſententiam defendi poſſe, vt a
ctus valeat, & legi noſtrę ſolùm eſſe locũ, cùm de
diſſenſu ipſo conſtet, vel iudici pter probabiles
coniecturas ita ſedeat. Sed quid, ſi ſtipulator cũ
promiſſore colludat, vt ſtipulationem nullam vi
deri faciãt, in damnum fortè alicuius creditoris,
cui omnia nomina ſtipulatoris ſint obligata? &
videretur eorũ confeſsioni ſtandũ, ad quos prin
cipaliter res pertinet [x], cùm pmiſſori ex confeſ
C ſione ſtipulatoris ius quæratur [y], vt ſicut ſoluẽdo
ante denuntiationem ſibi à creditore factã libera
retur, ita & confitendo: quod non abſimili caſu
Pont. reſpondit [z]. Sed † tamen verius eſt, ſi verba 3
clara ſint, non admittendã confeſsionem, quæ
tenebras rei clarę inijciat, in alterius fraudem. nã

d l. iij. ℥. de fid. inſt. l. ſcripturas. C. qui pot. in pi. hab. Paul. conſ. cxxxiiij. j.
e l. ij. & iij. de ſol. vbi Doct.
f l. hæredes. §. ſed & ſi notam. de teſtam.

regulare eſt, vt declaratio, quę verbis conſona nõ
eſt, in alterius damnũ nõ admittatur [a], ſicut nec
confeſsio cedentis in fraudem ceſsionarij nõ ad
mittitur [b]. Vnde nec legatarius voluntatem ſuã
D declarare poteſt, & in alterius damnũ adfirmare
ſe repudiaſſe legatũ [c]: ſicut nec cõtrahentium cõ
feſsio valet, ſi ex poſt facto diem chirographi mu
tare potuerũt, & præoccupare cæteros credito
res [d]. Qua ratione & debitor creditori ſoluẽs ex
poſtfacto cauſam adijcere nequit, in quã ſolutũ
velit in alterius damnum [e]. Quoties enim tertij
fraus ſubeſt, deſinit res eſſe integra: quod ſimili
caſu Bar. atq; Aret. tradiderunt [f]. Putarem diſtin
guendũ, vt poſt denuntiationem tertij nõ admit
E tãt huiuſmodi confeſsio: alioquin admittatur [g],
niſi res eſſet clara, & quę nullis ambagibus offu
ſcari poſſet. Sed † quid in caſu legis noſtræ, cùm III.
homo in genere ſimpliciter eſt promiſſus, & ita 4

g d. l. iiij. C. quæ res pig.

fatetur ſtipulator, at re9 de Sticho intellectũ adſe
uerat? & nõ eſt probabilis rei exceptio, quia ver
ba non ſpeciẽ, ſed genus ſignificãt. Non procede
ret ergo lex noſtra, niſi aliter quàm ſimplici aſſer
tione ſua probaret reus de certa ſpecie actũ eſſe.
Sed † quid in vltimis voluntatib. reſpõdebim9? IIII.
F Teſtator Galeatio vicecomiti filio ſuo phibuit, 5
ne alienaret, & fideicõmiſit, vt deſcendentibus
ſuis reſtituere: agit Caius, & petit à poſſeſſore fi

h c. in præſentia. de probat. Bart. l. ſi in rem. de rei vẽd. Dec. conſ. xiij.

deicommiſſum, probatq; ſe filiũ Galeatij: at poſ
ſeſſor pbat plures eo nomine fuiſſe in vicecomi
tũ familia Galeatios: pſumetúrne teſtes Caij de
Galeatio locutos eſſe eius, q fideicõmiſſum fecit
filio? & videretur. nec † enim facilè pſonarum di 6
uerſitas pręſumitur [h]: ſed cùm cõſtet plures fuiſ
ſe Galeatios, non eſt fundata Caij intentio, abſol
uendusq; ex regula legis noſtræ eſt poſſeſſor.

Tacitã

3 *Tacita dies non interpellat.*
5 *Ad impediendum vſurarum curſum obſignatione opus eſt.*
7 *Promiſſione ſolutionis in certo loco facta, nihilo minùs quandoq; in loco ſuo conuenitur debitor.*
8 *In iudicijs viginti milia paſſuum dantur in dietam: non exceptis diebus dominicis.* 9.
10 *Diplomata quid.*
11 *Poſta à diſpoſitis equis vocatur.*
12 *Nupta non dicitur, ferendi virum impotens.*
13 *Buletis hora inſeritur.*
17 *Limitandi temporis ratio.*
20 *Statim à die contractus oritur obligatio: ſed ſine effectu.*

¶ Cùm ita [a] ſtipulatus ſum, EPHESI DARI? ineſt tẽpus. quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis eſt, vt totam eam rem ad iudicem, id eſt ad virum bonum remittamus, qui æſtimet, quanto tempore diligens paterfamilias cõficere poſſit, quod A facturum ſe promiſerit: vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit:, neque diplomate *b* diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur, B

a §. CVM ITA a. ¶ Qui † certo loco ſoluere promiſit, tacitè intelligitur promiſiſſe, cùm primum
1 maturè & commodè eò peruenire potuerit, niſi citiùs, putà per diſpoſitos equos peruenerit. Sed quid, ſi ſtipulator neminem habuit, cui pecuniã numerare in loco conſtituto promiſſor poſſet? & tunc non committi à promiſſore moram Bartol.
2 cenſuit [a]. neque † enim imputare alteri id poteſt,
I. in quo ipſe ceſſauit [b]. Oportet ergo, vt ſtipulator in primis probet ſe eo in loco habuiſſe, cui ſolui
3 potuiſſet. vt † enim mora committatur, non ſufficit ſtipulatori in locum acceſſiſſe, ſed oportet vt debitorem interpellet, abſq; qua interpellatione nulla eſt promiſſoris mora [c]. vt Iaco. Grilus, Albericuſque hîc tradiderunt. neque enim tacita hæc dies interpellat [d], quæ ſimpliciter ineſt, vt quis ad locum veniat, non autem vt in mora conſtituatur. Sed quid, ſi pœna ſtipulationi adiecta ſit? & ijdem Doctores aiunt, ſi promiſſor eò non acceſſerit, pœnam committi. Ego etiamſi acceſſe
4 rit, committi poſſe arbitror. quia † cùm promiſſor agat, vt ſe à mora, ſeu pœna excuſet, cùm locus ille ad forum vtriuſque pertineat, tenetur debitor perquirere creditorem. quod Bartol. ſenſit [e]. Quòd ſi dies non tacita, ſed expreſſa eſſet, quo caſu propter adiectionem pœnæ impediretur moræ purgatio [f], exiſtimarem ad excuſationem debitoris ſufficere, quòd paratus eſſet ad ſoluendũ,
5 ſi inueniret, cui ſoluere poſſet [g]. Vt † verò curſus vſurarum impediatur, nec vlla quidem proteſtatio ſufficeret, ſed obſignatione opus eſſet [h]: quæ & tunc neceſſaria eſt, cùm euitare iudicium quis velit [i]: qua de re latiùs ab Alexandro reſponſum
II. extat [k]. Subijcit Bartol. ſi † actum cum ſtipulato-
6 re ſit, vt mitteret eò loci cum promiſſore aliquem pecuniæ recipiendæ cauſa, ſufficere, ſi obtulerit ſe paratum mittere [l]. Quæ ſententia vera eſt, niſi promiſſor ipſe re ipſa iuit, & ſoluere voluit: non ſufficeret talis oblatio, ſed videtur à mora atque
III. pœna promiſſor ipſe excuſandus. Sanè † ſi pro-
7 miſſor loco conſtituto ſoluere nolit, poterit in loco ſuo rectè conueniri, quia vbique ſoluere poteſt, vt hîc dicitur. Quod intelligendum, vt nihilo minùs cogi poſſit, vt id creditori ſoluat, quod eius intereſt, quia cõſtituto loco non ſoluerit [m]. Sed & ſi locus ipſius promiſſoris duntaxat gratia adiectus fuiſſet, non eſt dubium poſſe eum fauori ſuo renuntiare, & in loco contractus, ſeu domicilij ſoluere [n]. quod Bald. tradidit,

a l. arbiter ſi calendis. de arbit.
b l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. eod.
c l. ſi ex legati. ff. eod.
d §. ſeq. vbi Aretin. not.
e Bart. l. item illa. de conſt. pec.
f l. magnã. C. eo. l. interdũ. §. j. ff. eo. vbi dixi.
g l. iij. in fi. ff. de lege commiſ.
h l. pecuniæ. in gl. verb. inculpatã. ff. de vſur.
i l. ſi reus. de pc. vbi Bart.
k Alex. cõſ. xcij. j. clxxij. ij. xlv. v. dixi l. ad diẽ. ff. eod.
l l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. eo. l. traiectitiæ. §. j. ff. tit. j.
m l. qui Romæ. in princ. ff. eo.
n arg. l. eũ, qui. de an. leg.

& Iaſon. ſecutus eſt. Aliàs verò loco conſtituto ſemper eſt ſoluendum [o]. ſicut videmus eum, qui ad diem promiſit, etiam ante diem poſſe ſoluere, quoties dilatio ſolius rei fauore conceſſa eſſet. quod hîc aliqui attingunt: ego ſuprà loco ſuo declaraui [p]. Sed † IIII.
8 cur Iuriſconſultus tempus incertum ijſce contrahentib. dedit, cùm alibi lex certum aſsignet, nempe in ſingulos dies viginti miliaria [q]? & Accurſ. cenſuit in iudicijs eam certitudinem attendi, & legem noſtrã in contractibus obſeruari. Sed alij non temerè conſtituendam differentiam inter contractus & iudicia exiſtimarunt: ſed legem noſtram intellexerunt, cùm miliaria limitationem nullam habeant. Etenim Epheſus tranſmarina ciuitas eſt, ad quam poteſt & traiectu montium difficiliumq; ſaltuũ per Thraciæ oram accedi. Poteſt &, quod fere frequentiùs fit, naue adiri [r], vt meritò ei limitationi locus eſſe nequeat.

o l. is, qui. de eo, quod cer. loc.
p l. ſtipulatio. §. inter certam. ff. eo.
q l. j. ſi quis cau. l. iij. de ver. ſig.
r l. obſeruare. §. pen. de offi. pro conſ.

Sed † nunquid de ea limitatione ſubducentur 9
C dominici dies, tanquam debeat quiſque probæ conſcientiæ vir eo die diuinis rebus, non autem itineri faciendo operam dare [s]? & Pontificij ſubducendos crediderunt [t], vt ſicut ſabbato, ſeu ſeptimo die quieſcunt ex lege Moſis Iudæi, ita & nos dominico die quieſcamus, qui ſabbatis ſubrogatus eſt [u]. Ego cum Imola & Aretin. ſentio, qui nulla lege id caueri aiunt, ſed diuerſum potiùs [x]: ſuperſtitioſaque & pleriſque Veterum irriſa eſt Iudæorum obſeruatio, qui ſabbatis ſuis adeò
D quieſcunt, vt iter facere eis religio ſit. Sanè cùm V.
certus dies eſt conſtitutus, quo quis peruenire debuit, minimè ad ſuprà ſcriptam limitationem recurrimus [y]. quod Imol. & Aret. hîc tradunt, & nos alibi retulimus.

s gl. c. cupiẽtes. de elect. lib. vj. verbo, commodè.
t Felin. c. cum olim. de except.
u c. licet. de feriis.
x l. ſi cui. §. tandiu. ex quib. cau. maior.
y gl. d. c. cupientes. Doct. l. ij. §. diximus. ſi quis caut.

VT NEQVE DIPLOMATE b. ¶ Diplo- b
mata † ſunt literæ patentes principum ſigno mu 10
nitæ [z]. Habebantur autem publica iumenta certis manſionibus, quorum mutatione quis celeriùs iter faciebat: vulgo † Poſtas à diſpoſitis e- 11
E quis appellamus: in iure curſus publicus dicitur [a]. nemo olim eo modo iter facere poterat, cui non ſpecialiter tale diploma princeps conceſsiſſet: appellatur & tractoria & euectio [b]. Eius conſuetudinis meminit Plin. epiſtola quadam ad Traianum: meminit & Corn. Tacit. hiſtoriæ ſuæ lib. xviij. quod à nobis alibi diffuſiùs explicatum eſt. Hincque ex aliquorum ſentẽtia diſputauit Actius [c], an vir, qui cum pupilla nuptias celebrauit, & immaturam iniuit ſit punien
F dus? & non videretur, tanquam fœlici diplomate vſus. Contrarium ipſe reſpõdit. nec † enim nu 12
pta dicitur, quæ virum pati non poteſt [d]. exiſtimat itaq;, ceu ſtupratorem plectendum eſſe [e]. cui ego non facilè aſſenſero. etenim affectu propenſiore magis, quàm dolo id factum videri debet. quod non abſimili caſu Iulianus reſpondit [f]. Rurſus hinc infert Sannazarius: Licet regulariter hora inſtrumentis neceſſariò adijcienda non ſit [g], tamen † in chartulis, quæ tempore peſtis viato- 13
ribus dantur, quas vulgari voce buletas vocant, neceſ-

z l. eos. in fi. j. de falſ.
a C. de curſu pub. lib. xij.
b l. pe. C. de curſu pub. rub. C. tractator.
c Azo in Sũma de nupt. gl. Inſt. de nup. in prin.
d l. pe. quan. dies leg. ced.
e l. ſi quis. ij. §. qui nõdum. de pœn. l. ſi ſtuprũ. j. de iniur.
f l. pen. §. Iulianus. quod fal. tut. auct.
g gl. l. generali. C. de tab. lib. x.



neceſſariò horam apponendam eſſe [a], vt hoſpites perpẽdant, an interim ad ſuſpecta loca diuertere potuerint, nec ei credendum eſſe, qui tranſacto tempore appulerit [b], vel diſpoſitis equis cucurriſſe allegauerit. cuius argumẽti plures apud Sannazarium quæſtiones legũtur tractatu de peſte, lib. pen.

a c. ego. de iureiur. ubi Bald. & Felin.
b l. euictiones. C. de curſu. pub.

a NEQVE TAM DELICATE a. ¶ Qui
14 † ergo iuſſu legis, vel ex obligatione iter facere tenentur, horas, aut tempora ducere non debẽt, ſed commodè itinera-
15 ri. Vnde † milites, vel magiſtratus nõ poſſunt apud hoſpitẽ vltra diem remanere [c]. nec enim eſſe illi graues debent. Sic & legati, q à republica, vel principe mittuntur, iuſtis & cõſuetis manſionibus ire debent [d]: quod Ang. Imol. Aret. hîc adnotant.
ſumus,quod de iure poſſumus[d]: & quia ea,quæ
facti ſunt, lex pro nihilo habet[e]. Quæ † conclu- I.
D ſio nõ procedit,ſi inter partes actum ſit,vt ex cõ- 7
trauentione facti committatur ſtipulatio[f]. Sed
nônne in caſu noſtro debuit credi id actum? cùm
enim non poſſet de iure cõmitti,ergo veriſimile
eſt voluiſſe partes,vt propter factum cõmittere-
tur. Sed reſpondeo hanc interpretationem pro o-
mittenda pœna accipi quidem poſſe[g]: at pro ea
cõmittenda iniquum eſt accipi. Bar. ideo non ac
cipi hoc caſu exiſtimat, quia venditio hæc facti
nihil ſtipulatori obeſt: & licet alienatione facti
E transferretur poſſeſsio[h], tñ amiſsio hęc poſſeſsio
nis non à venditione procedit: ſed à traditione.
Quæ ſententia non placet, quia vt pœna comit-
tatur,nihil reſpicimus, an interſit,& an quod fa-
ctum eſt,noceat[i]. Itẽ cùm traditio in executio-
ne venditionis facta ſit,ſatis videtur damnum ex
ipſa venditione tanquam primitiua cauſa profi-
ciſci[k]. Vnde † qui mandatum habet ad venden- 8
dum, is & tradere rem poteſt[l]: appendix enim
venditionis ex ipſa traditio[m]. Paul.Caſt.non vi-
F deri hic de venditione facti actũ exiſtimat,qa cre
debant partes poſſe alienationem de iure fieri:
ſicq; legem noſtram violat,vt reſtringatur, quan
do partes in iure errabant. Imola ſubtiliùs inter-
pretatur,vt legi noſtræ ſit locus, cùm ſtipulatio
in fauorem vendentis, putà ab amico ipſius in-
terpoſita eſt. non enim debet lucrari ex tali ven-
ditione,quæ cõtra bonos mores eſt[n]. Sed & hoc
reſtringit legem, cùm veriſimilius ſit in pœnam
alienantis eſſe interpoſitam. quo caſu ſecundum
bonos mores eſſet[o]: atq; ita intelligit Accurſius,

q l.legatum ciuitati. de uſufr. leg.
r l.ſeruo. de cond. indeb. d. §.fin.
s Bart. in tract. q.j.
t l.eius, qui in ſi.de teſta.
u l.j.C.de bon. lib.
x l.iij.ff.ad l. Iul.maieſt.
y l.iij. de iis, quę ꝓ nõ ſcrip. l.nec apud. de hær.inſt.
z l.intercidit.de cond. & demõ.
a l.j.in ſi.de contratab.
b l.ſtipulatio iſta.§.quęſitum. ff.eod.
c l.iij.de teſta. tut.
d l.nepos. de uerb ſig.
e l. non dubiũ. C.de leg.
f l.Lucius.§.tres hæredes.ad Trebel.l. fin.C.de act.empt.
g l.quidam. cũ filium. ff. eod.
h l.j.§. ſi uir.de acq.poſſeſ.
i d.l.ſtipulatio. §.alteri.Bar.l. iiij.§. Cato. iiij. oppoſ.
k l.emptor. de aq.plu.ubi Bar.
l l.ſi quis prohibuerit. ubi Angel.de pub.l. fiſtulas.§.j.de cõtra.empt.
m l. fundi.§.fi. de acq.poſſ.
n Doct. ff. d. l. quidam in fi.
o l ex ea.§.ij.ff. eod.

qui Titium præfectũ eccleſię interpretatur. Aretinus ideo de facto nõ intelligi ait, quia venditio facti nihil nocebat: videturq́; Bartolũ ſequi, & in eo laborat, vt oſtendat ſtipulationem pœnalem non committi, niſi interſit. Quod falſum eſſe alibi oſtẽdi, nec leges, quas pro ſua ſentẽtia adducit, ad rem faciunt: habent enim apertã reſolutionẽ, vt meritò huiuſmodi commenta otioſis relinquamus. II. Cæterùm 9 † venditio, quæ aduerſus voluntatem teſtatoris fit, non dicitur de facto fieri. licet enim ex ea nõ transferatur dominium[a], nihil tamen hoc impedit, quin venditio iuris ſit[b]: ideoq́; cõmittatur pœna, vt fideicommiſſo ſit loco ſecundũ teſtatoris mentem[c]: quod omnes hîc tradunt. Quod & videtur procedere in vẽditione liberi hominis, vel rei ſacræ ab ignorante facta[d]. nec enim tunc venditio de facto eſt, C ideoq́; committeretur pœna, nec legi noſtræ erit III. locus, quod & receptiſſimum eſt. Sed pone: 10 emphyteuta † inconſulto domino alienauit, an in pœnam caduci incidat? & ſi adhuc poſſeſſionem non tranſtulit, receptum eſt non incidere[e]. nec enim damnum aliquod petitur dominus, vt Bar. hîc ſentit: quod alia ratione Spec.[f] tradidit, nempe quòd lex pœnam alienanti irrogãs de eo intelligitur, qui cum effectu alienauerit, id eſt, tradiderit. Quæ ratio receptior eſt. nã & lex pœ- D nam impetranti reſcriptum imponens intelligitur, ſi eo ſit vſus[g]. 11 Quæ † ſententia certior eſt, ſi alienatio inutiliter facta ſit, vt quia nõ ſeruatis ſolennibus[h], ex alienatione enim inutili non committitur pœna[i]. Ego inutilem ſemper eſſe emphyteutæ alienationem inconſulto domino factam arbitror. nec enim ex ea dominiũ transfertur, cùm ipſo iure venditor cadat. vtilis tamẽ eſt reſpectu euictionis cõtractus, quia obligatur venditor, vt ſuprà in rei ſacræ alienatione inſcienter 12 facta diximus. Arbitror † itaque, ſi ſecuta ſit tradi- E tio, pœnam committi, quia videtur dominũ contempſiſſe[k], & quia eũ onerauit, vt aduerſus tertiũ poſſeſſorem vendicare rem cogatur[l], & quia ius caduci pœna legalis eſt: vnde & ipſo iure inducitur, & dominium retrò transfert[m]. 13 At † pœnæ legales etiam in eum procedunt, qui de facto contrà faciat[n], maximè cùm in ea diſertè cautũ ſit, ei pœnã irrogari, qui aliter verſatus ſit, quàm lege ipſa ſit diſpoſitum: quæ verba ad merum factum referuntur. F & licet lex loquens per verba iuris, putà de ſententia, vel ceſſione, non intelligatur de ſententia, vel ceſſione inutilis loqui[o], tamen ſecus eſt, ſi verbis facti vtatur[p]. Si tamen ex defectu ſolennium nulla ſit alienatio probabilis, eſt diuerſa ſententia. Quæ & receptior eſt, tanquã non videatur alienandi mentem habuiſſe, qui ſolennia omiſit[q]. Et hæc quidem hîc dicta ſufficiant, cùm à me alibi quoq; tractatus hîc articulus ſit[r], nec vno in loco ſint omnia congerenda.

a not. ſ. l. ita. §. ea lege.
b l. rem alienã. de act. empt.
c l. cũ pater. §. libertis. de leg. ij.
d §. fi. Inſt. de conrta. emp.
e l. fi. C. de iur. emphyt. ubi Saiicet.
f Spec. tit. de loc. uerſ. xcj.
g gl. c. diſpẽdioſa. uerbo impetrauerunt. de reſcript. in vj.
h l. iiij. §. condemnatum. de re iud.
i Bal. l. ij. C. de epiſc. aud. Iaſ. d. l. fi.
k gl. l. ſi quis rẽ. de arbit.
l Doct. l. ij. C. de iur. emphyt.
m Bar. l. j. in fi. de donat.
n l. quid ergo §. cũ autem. de infam.
o d. l. iiij. §. condemnatum. l. filiũ. §. ſi quis. de leg. præſt.
p gl. Bald. d. l. 3. de teſta. tutel. l. j. §. ſed ſi mihi. ſ. eo. ubi not.
q l. j. C. de fid. inſt. lib. x. ubi Bar.
r l. ubi pactũ. in fi. C de tranſact. l. ſi in prin. C. de in ius uoc.

Nec ad rẽ pertinet[a], quòd ius mutari poteſt, & id quod nunc A impoſſibile eſt, poſtea poſſibile fieri. Nõ enim ſecundũ futuri tẽporis ius, ſed ſecundũ pręſentis æſtimari debet ſtipulatio.

¶ Sicut aliquid[b] fiat, ſtipulemur: & viſitatius & elegãtius eſſe B Labeo ait, ſic ſubiici pœnã, SI ITA FACTVM NON ERIT. At cùm quid ne fiat ſtipulemur, tunc hoc modo, SI ADVERSVS EA FACTVM ERIT. Et cùm alia fieri, alia nõ fieri coniunctè ſtipulemur, ſic compręhendendũ: SI NON FECERIS, SI QVID ADVERSVS EA FECERIS.

NEC AD REM PERTINET a. ¶ Quod a 14 tergo ſacrum eſt, poteſt fieri profanum: quod publicum, poteſt effici priuatum. 15 Sed † à quibus id fieri poteſt? & conſtat principem poſſe[s], qui locum publicum poteſt ſacrum iure noſtro efficere, & per viam publicam ius priuato aquę ductus concedere[t]. Quod tamen eatenus indulget, quatenus publicis vſibus non incommodetur[u]. Poteſt hoc & quælibet ciuitas libera & nullius iuriſdictioni ſubiecta. etenim talis domi ſuæ locum principis occupat[x], vt Venetiæ, & aliquot Etruriæ ciuitates. Idem, ſi nõ omnino libera ſit, ſed alicuius principis maieſtatem comiter obſeruet[y], vt Bononia, quæ põtifici Rom. ſe commendauit. Sed quid in prorſus ſubiecta? & olim erant dedititij, qui omnia diuina humanaq́; in victoris poteſtatem dediderant, quæ conditio hodie de rep. exoleuit[z]: ſed omnes vrbes fœderatæ ſunt, quia fœdere in victoris poteſtatẽ conceſſere, tranſiueruntq́; cum legibus ſuis[a], & ideo licere eis Bart. tradidit lege lata locũ publicũ alienare. nec enim facultas hæc ei iure noſtro ſublata videtur[b]. Quod & iure põtificio procedere arbitror. licet † enim põtifices ſtrictiores habenas ſubiectis promittãt, 16 nec facultatẽ legis ferendæ eis paſſim concedant[c], hoc tñ verum eſt, ſi ſtatuere aliquid aduerſus ius pontificiũ vellẽt, nõ autẽ in iis quę promiſcuũ vſum ciuitatis reſpiciunt, & quæ nihil domino obſunt[d]. Fortiùs arbitror id ius etiam citra legiſlationẽ reip. tali cõpetere per viã vẽditionis, dũ ex legitima cauſa faciat, & ſeruatis ſolennibus[e]: qđ Aret. hîc tradit. etenim talis contractus vim legis habet, quod alibi Bar. ſentire videtur[f]. Non putarim tñ vias militares & baſilicas mutare remp. poſſe incõſulto principe[g], qualis eſt Flaminia, Aemilia, Appia, & ſi quę ſimiles. etenim † ſolũ earũ publicũ eſt, id 17 eſt, populi Romani, & conſequẽter omniũ Chriſtianorũ Romã cõfluentiũ[h]. Sed finge: princeps cõceſſit caſtrũ Titio cum omni iuriſdictione: in eius agro eſt via publica militaris, in qua occiſus eſt aliquis: Titius in ſuo occiſum cõtendit: fiſcus principis potiùs ad ſe pertinere vltionẽ arbitratur: vter fouet iuſtiorẽ cauſam? ꝓ principe facit, ꝙ talis via cenſetur inter regalia[i]: & ideo nõ videtur conceſſa. Pro Titio, ꝙ ipſe ad procurãdam eius vię ſeueritatẽ tenetur[m], quæ ſentẽtia verior 18 videtur, nec † viæ publicæ inter regalia computãtur, niſi ꝙ ad curam principis pertinent, vel eius, quem princeps loco ſuo impoſuerit[l]. alioquin nec lege municipali in priuatũ redigi poſſunt[m], nec ædiles, quibus regalia non creduntur, quicquam iuriſdictionis in eas exercerent[n].

1 *Variè pœna concipitur.*
2 *Formæ nihil addendum, nec detrahendum.*
5 *Styli & conſuetudinis diſcrimen.*

§ SI VT ALIQVID b. ¶ Pœna † concipitur 1 in caſum contrariũ præcedẽtis ſtipulationis: ſed breuiùs

s l. ſacra. §. ſciendũ. de rer. diuiſ.
t l. ſeruitutes. ij. §. pe. de ſeruit.
u l. ij. §. marito. ne quid in loc. public.
x Bal. rub. ſ. de rer. diuiſ.
y l. non dubito. de iur. fiſc.
z l. j. de dedit. lib. tol. C.
a l. ſi conuenerit. ij. §. j de pig. act. ubi Bar. Fel. c. translato. de conſtit.
b l. prohibere. §. planè. quod ui, aut clàm.
c ſ. duobus. §. fi de appel. ubi Doct.
d gl. l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius.
e l. fi. C. de uẽd. reb. ciuit. lib. xj.
f Bar l. iiij. §. acta. de re iudic. l. ſicut. in princ. quod cuiuſque uniuerſ.
g l. ij. §. uiam. ne quid in loc. public. l. fi. de loc. & iti. pub. c. j. ꝗ ſint regal.
h Bar. l. hoſtes. de capti.
i c. j. quæ ſint regal.
k Bar. l. nequid de incen. rui.
l Pet. Iac. in libel. tit. de iuriſd. baſſa.
m d. §. planè.
n l. fi. ff. de cloac.



breuiùs & æqualiùs cõciperetur per dictionem Alioquin: putà, *Promittis facere, vel non facere, alioquin* &c. quod ſuprà diximus[a]. Sed quid, ſi facto adfirmatiuo adiiciatur: *ſi aduerſus ea factum erit?* &c. & Aret. non committi hoc caſu ſtipulationem pœnalem ait: ſed Din. Ray. Alberic. cæteri contrarium tradunt, quia hîc dicitur vſitatius eſſe & elegantius non autem neceſſariũ, nec eſt dubitandũ, quin hæc ſententia ſit vera[b]. Hincq́; adnotandum eſt, quamuis ſoleat di- 2 ci, formæ † nihil addi, aut detrahi poſſe[c], hoc nõ procedere, cùm lex formam verborum adſcribit, quia tunc ad vſum & elegantiam magis reſpicit, & ideo poteſt ei detrahi, & paucioribus enuntiari. Sic † & cõſilium Galli Aquilij[d], quamuis formã verborum contineat[e], tñ à Cerbidio Scæuola longè breuiùs coarctatum fuit. Sic in Aquiliana acceptilatione adnotauit Accur. aliqua verba 4 eſſe, quæ rectè omitti potuiſſet[f]. Et † ideo arbitrarer, ſi aliquis pro teſtimonio adfirmauerit Titiũ formalibus iiſce verbis vſum, alius verò aliquib. non neceſſariis omiſſis eadem breuiùs referat, non videri pugnantia dixiſſe, ꝓbationiq́; huiuſmodi teſtes ſufficere[g]: quamuis aliàs ſoleamus C ſcrupuloſius inquirere, cùm de formalibus agitur[h]. Rurſus adnotat hîc Aret. ſtipulationẽ pœnalem eſſe, quæ in caſum contrarium principalis præcedentis cõcepta eſt, tametſi adiectum nõ ſit, *Pœnæ nomine dari*, &c. qua de re nos ſuprà[i]. Sed & adnotari ſemper poteſt, obligationem facti ab ea diſtingui, quæ non facti eſt: quod à me quoq; ſuprà eſt tractatum[k]. Illud quoq; non omitten- 5 dum eſt, licet † vulgo ſoleat induci differẽtia inter ſtylum & conſuetudinem, tanquam ſtylus ꝓ- D priè ad ſcripturam pertineat[l]: tñ dum hîc dicitur vſitatius eſſe, ſatis probari conſuetudinis, vel vſus appellatione etiam eum cõtineri, qui ad ſcripturas notariorum contractus deſcribentiũ pertineat: & ideo dubium eſſe Decij conſultationẽ, qui ex facto reſpondit, ſtatutum de vſu, aut conſuetudine loquens, ad ſtylum non pertinere[m].

¶ Præterea[a] ſciendũ eſt, quod dari ſtipulemur, non poſſe per A nos vni ex hæredibus acquiri, ſed neceſſe eſt omnibus acquiri. At cùm quid fieri ſtipulemur, etiã vnius perſonã rectè compræhendi.

2 *Obligationis dandæ diuiduæ effectus.*
6 *Obligationes faciendi indiuiduæ: eiuſq; rei effectus.*
7 *Dandi & faciendi obligationum differentiæ.*
9 *Seruitus vni hæredi non acquiritur.*
10 *Facta hæredibus omnibus quæruntur.*

§. PRAETEREA a. ¶ Suprà vidimus, cùm † vnum ex hæredibus noſtris obligamus ad dandũ, 1 omnes nihilo minùs teneri[n]: 2 hîc † traditur idem eſſe, cùm vni tantùm prouidemus in obligatione dandi: omnibus enim acquiritur. ſubeſt enim 3 eadem ratio, nempe † quod obligatio dandi diuidua eſt, & per legem duodecim Tabularum pro rata parte in hæredes tranſit[o], qui eatenus, teſtatorem repræſentant, cùm ſuprà portiones hæreditarias habeantur pro extraneis[p]: ideoq́; eis ſtipulari teſtator nequeat[q], ſiue eis prouidendo, vt hîc dicitur, ſiue eos aggrauando, vt ſuprà dictum eſt. Quod procedit, etiam ſi obligatio iſta ita concepta ſit, vt ab hærede incipiat[r]. quod aduerſus Petrum Bartolus, cenſuit. etenim talis obligatio nihilo minùs dicitur hæreditaria[s], nec eam poteſt teſtator hæredi ſuo acquirere ſupra portionem hæreditatis[t]. ſubeſt enim ſemper illa ratio, quod extraneo ſtipulari non

a ſ. l. cũ quid.
b l. ſi is. §. uerũ. ubi Bar. j. opp. de reb. dub.
c l. ſi non ſunt. de ſtat. hom. Doct. l. j. de lib. & poſth.
d l. Gallus. de lib & poſth.
e Bar. l. & uno. §. j. de accep.
f d. l. & uno. §. j.
g c. nihil. de uer. ſig. ubi Doct.
h l. quæ extrinſecus. ſ. eo. Bal. c. bonæ. j. de elect. Doct. c. cũ eccleſia. c. j. de cauſa poſſeſ.
i d. l. cũ quid.
k l. ubi. §. quid, ꝗd in faciẽdo. ſ. eod.
l Bal. rub. extrà. de reſcrip. Alber. l. de quibus. de legib.
m Dec. conſ. xj.
n l. eum, qui ita. §. j. ſ. eod.
o l. pacto ſucceſſorũ. de pact. C.
p l. cũ à matre. C. de rei uind.
q ſ. l. ſtipulatio. §. alteri.
r l. j. C. ut act. ab hæred.
s l. hæreditariũ. ſ. de bo. auct. iud.
t d. l. cũ à matre.

L. 137. Cõtinuus actus. §. Pręterea ſciẽdum.

poteſt. Poteſt † tamen Petri ſentẽtia duobus caſibus defendi. Primus, cùm ſtipulator vni hæredi prouidens id ageret, vt tale ius ad eum tanquã legatarium pertineret[u], ceſſat enim Bartoli ratio, quia poteſt teſtator legatario ſtipulari[x]. Qua de re Paradox. libro primo, capite quarto diſputaui. 4 I. Oportet autẽ conſtare id actum eſſe coram numero teſtiũ, qui vltimæ voluntati ſufficiat: qđ quid hîc Aretinus comminiſcatur[y]. Alter, cùm teſtator ſtipulatus eſt ſibi dari nomine Titij hæredis. II. tunc enim cenſetur tanquam procurator ſtipulatus, poteſtqui Titius ratum habere[z]. Cæterùm & ſi lege municipii cautum ſit, vt alteri per alterum ac- III. quiri poſſit videretur ceſſare ratio Bartoli, & cõſequenter ſoli hæredi prouiſum cenſeri[a], nec legi noſtræ locum eſſe. Quòd ſi verùm eſt, illud IIII. quoque conſequitur, vt ſi ſtipulatus quis ſit confecto per tabellionem documento, qui ita dari nomine Titij abſentis ſtipulatus & ipſe ſit, valeat contractus, & ſoli Titio acquiratur[b]. Sed V. & ſi rem indiuiduam dari quis ſtipulatus ſit, verum eſt ſolidum hæredi nominato acquiri, vt ſi quis ſtipulatus ſit ſibi & Titio hęredi vſum talis fundi. cùm enim vſus indiuiduus ſit[c], in ſolidum ipſi Titio applicabitur[d], alij ceu non nominati exceptione taciti pacti excludẽtur: quod ſecus in vſufructu eſt, qui diuiſionẽ recipit, & ideo ſolùm quo parte hæreditaria Titio acquireretur: reliquum non quidem cohæredibus accreſceret, ſed extingueretur, ꝗa vſusfructus niſi expreſſim hæredibus ſtipulatus morte extinguitur[e]: quod rectè Bartolus cenſuit. Sed nun- VI. quid iure exceptionis vni ex hęredibus conſuli poteſt? & conſtat poſſe[f]. neq; enim pacto non petendi, ex quo exceptio naſcitur, obligationis natura mutatur, quin ſecundum legem duodecim Tabularum transfundatur[g]: ſed duntaxat perſona, cui conſultum voluit paciſcens, defenſionem temporariam acquirit: quod Bartolus ſentit, licet Imo. Aretinus nodum in ſcirpo quærant, apud quos maxima de nihilo naſcitur hiſtoria. VII. Quæ ſententia & ad tertium, qui hæredi nominato ſoluerit, producitur. Pone ergo: teſtator E in diuiſione (quæ vim ſpecialis prælegati habet[h]) nomen debitoris Titio hæredi aſſignauit, ſuprà diximus id permitti, nec legis noſtræ regulam obſtare[i]: debitor ipſi Titio ſoluit: certè ſi inquietetur ab aliis cohæredibus, habebit exceptionem[k]. cuius rei ratio ex ſuprà ſcriptis eſt euidens, licet Accur. eam non viderit, quem receptum eſt hac in re non meliùs, ſed peiùs Ioanne ſenſiſſe. VII. Sed quid, ſi ſtipulator expreſſim egerit, non ſolùm Titio ſoli acquiri, ſed etiam vetuerit, F ne aliis hæredibus acquiratur? & ſecundum iuris regulas nihilo minùs cæteris acquiretur: quia huiuſmodi obligatio perpetua eſt, & etiam inuitis contrahentibus in cohæredes tranſit[l]. Quod intelligendum, niſi teſtator id ius nominato tantùm prælegaſſet[m], vel de iis caſibus ageretur, quibus ſuprà oſtẽdi potuiſſet teſtatorem illi ſoli ſtipulari[n]. quod & Bartol. hîc tradit. Addit Accurſius poſſe cohæredes exceptione repelli, quia contra voluntatem teſtatoris petunt[p]. Quæ ſententia receptior eſt, quãdo teſtator ex-

u l. ex legato. C. de lega. l. j. C. de excep.
x l. fi. C. de fideicommiſ. Bart. l. nemo poteſt. ij. opp. de leg. j.
y Bart l. tale. in fi. de pact.
z l. huiuſmodi. in prin. de leg. j.
a l. pe. C. ad exhib. Bar. hic.
b l. iij. ubi Bart. rẽ. pup. ſal. for.
c l. uſus pars. de uſu & habit.
d l. ſtipulatio §. ſi quis ita. ſ. eo.
e d. §. ſi quis ita.
f l. auus pacto. de pact. dot.
g l. ſi unus §. pactus, ne. de pact.
h l. qđ ergo. ij. §. fi. de leg. j.
i d. l. ex legato. d. l. fi.
k l. j. C. de excep.
l l. obligationũ. ferè §. placet. ſ. tit. j.
m d. l. ex legato.
n d. l. pen. C. ad exhib.
o d. §. placet. gl. Doct. l. nemo poteſt de leg. j.

tor expreſsè voluntatem ſuã declarauit: aliàs in re ambigua à regula iuris non recedemꝰ, vt nihilo minùs obligatio in cohæredes tranſeat, quia non videtur teſtator eis voluiſſe auferre, niſi quatenus ſoli nominato quæreretur[a], quod Bar. tradit: qua de re & ſuprà diſputauimus. Hincq; dirimitur conſequens queſtio, qua heſitatur, an † ſi cohæredes exegerint, teneantur familiæ erciſcũ

a l. nec utilem. ex quib. cauſ. maior.

5 dæ iudicio illi reſtituere, quẽ ſolum teſtator nominauit? Accurſ. teneri cenſuit: quod verũ eſt ſuprà ſcriptis caſibus, quibus regulam legis noſtræ limitaui: aliàs verius eſt non teneri, vt hîc Bart. ait. nec enim ex ſola ſtipulatione cenſetur teſtator prælegaſſe[b], aliàs lex noſtra in anguſtũ redigeretur. Sanè quibus caſibus ſuprà dixi aduerſus legis noſtræ regulam ſoli Titio in ſtipulatione nominato acquiri, intelligendum eſt, niſi teſtator tunc crediderit ſolũ illum ſibi hæredem fore. ſi enim mutauit ſententiã, vt alios quoque hæredes haberet, proculdubio omnibus acquire-

b l. ij. C. ſi quis alter. l. Papinianus. de donat.

c d. l. tale pactũ. in fi. de pact.

IX. retur[c]: quod omnes hîc rectè cenſuerunt. Su-
6 pereſt, vt † de obligationibus faciẽdi videamus: & hîc traditur regula, poſſe teſtatorẽ vni ex hæredibus ſtipulari, & ratio eſt, quia obligationes factorum indiuiduæ ſunt[d], & in hæredes ſingulos in ſolidum transfunduntur[e]. nec enim eas lex XII. Tabularum diuidit, cùm nec poſsit[f]. q-liber ergo hęredum in eis teſtatorem inſolidum repræſentat. vnde ſi teſtator Titio ſtipulatus ſit, non dicitur ſupra ratam partem hæreditariam, nec extraneo, ſtipulatus. meritò ergo illi acquirit. Sed cur non & aliis acquirit, qui eum in ſolidum ipſi quoque repræſentant? reſpondet Bartolus, aliis non acquiritur, quia eorum nõ intereſt: vnde ſi intereſſet, ſecus eſſet[g]. quæ ſententia legem noſtram coarctat, quæ de eo, quod intereſt, mentionem nullam facit, & ſtipulationis valorem ſecundum regulas transmiſsionis declarat: nõ autẽ ad id, quod intereſt, refertur. etenim vulgatiſsimum eſt ſtipulationem ei non prodeſſe, cuius non interſit[h]. Sciendum † itaque inter

d d. l. ſtipulationes non diuidũtur.
e l. ij. §. ex iis. ff. eod.
f hæredes. §. an ea. famil. erciſc.
g l. Iulianus. ff. eod.

7 dandi & faciendi obligationes plurimum intereſſe, quia obligationes dandi in hæredes indiſtinctè tranſeant, & quidem pro rata, vt ſuprà dixi: at obligationes faciendi propriè non debuiſſent tranſire, cùm factum in perſonam teſtatoris, non idem ſit in perſonalem hæredis[i]: & licet lex quandoque idem eſſe interpretetur, id facit cauſa ſtipulationis ſecundum mentem partium adiuuandæ[k]. quòd ſi mens repugnet, ſecus eſt. Igitur ſi quis ſibi & Titio hæredi ſtipuletur aliquid fieri, ſi factum illud transmiſsibile non eſt, cenſetur duo diuerſa facta ſtipulatus, vnum in perſonam ſuam, aliud in perſonam Titij: quod in perſonam ſuam ſtipulatus eſt, eius morte euaneſcit: quod in perſonam Titij, ipſum non egreditur, nec ad cohæredes pertinet[l]: quòd ſi factum ſit, tranſmiſsibile, alij cohæredes admittẽtur ex ſtipulatione, qua ſibi fieri teſtator ſtipulatus eſt, quæ in hæredes omnes pro portionibus hæreditariis tranſmittitur, non autem ex ſtipulatione Titij cenſebuntur vocati. Igitur ſecundum ſuprà ſcriptam interpretationem poteſt defendi Bartolus, vt dicamus aliis cohæredibus nõ acquiri, quia eorum non intereſt, cùm non ſint à teſtatore vocati, potueritque ſtipulator facere, vt qđ ad illos attinet, ſtipulatio facti ſit perſonalis, nec

h d. l. ſtipulatio. §. alteri.
i l. ſi non forté. §. libertus. de cond. indeb.
k l. ueteris. C. eo.
l d. l. Iulianus.

I. perſonam Titij nominati exeat. Sed † nunquid
8 talis ſtipulatio in perſona Titii ſit hęreditaria? & Petrus cenſuit non eſſe, ſed incipere potiùs ab ipſo Titio[m]. Nec mouet Bartoli ratio atq; auctoritas:[n] quia in obligationibus dandi procedit, non autem faciendi, vt noſtra eſt quæſtio. Poteſt & in obligationibus faciendi procedere, quę ſui natura in hæredes tranſeant[o]: ſecùs, ſi non trãſeant[p]. ideoque neceſſaria fuerit hæredis mentio. hocq; caſu Petri ſententiam & ipſe ſequor. Vnde tunc vno hæredum contrafaciente cõmittetur ſtipulatio pœnalis inſolidũ[q], vt ſuprà diſ-

m l. j. [illegible] ab h[illegible]
n d. l. hæ[illegible] rium.
o l. inter. §. [illegible] ex facto. [illegible] erciſc.
p l. ſi ſic ſtipulatus. ff. eod.
q l. hæredes. §. in illa. fam. erciſc. l. in exactione. §. j. ff. eo. ubi dixi.

A putaui. cùm enim transfuſa non ſit, non poſſumus dicere eſſe per legem duodecim Tabularũ diuiſam: quod ſecus eſſet in obligatione transfuſa, qualis, *Iter fieri*, &c[r]. Hinc colligitur ratio, II.
cur † teſtator ſeruitutem, quæ indiuidua eſt, vni 9
ſoli hæredi acquirere non poteſt, ſed omnibus acquirat, tametſi ſinguli eum in ſolidum repræſentent. quod Imol. & Aretinus hîc tradunt. cùm enim iure transfuſionis in eos tranſeat, etiam inuito teſtatore ad ſingulos pertinet. quod non ita

r l. iiij. §. Cato. ff. eod.

B in obligationibus facti eſt, quæ incipere ab vno hærede poſſunt. Ex his quoq; decidi alia queſtio poteſt: Finge † ſtipulatum aliquem ſibi fie- III. 10
ri & Titio hæredi: Titij non intereſt, an ſtipulatio in eos cohæredes tranſibit, quorum intereſt? & Bartol. cenſuit tranſire, & ſolidum ei quęri, cuius interſit. quæ ſententia vera eſt, ſi de facto agatur, quod aliàs ſui natura in hæredes tranſeat:[s] ſi verò perſonæ cohæreat, putarim potiùs eſ-

C ſe nullã. quod & Angelus hîc ſentit. Sed † quid IIII.
in obligationibus facti diuidui reſpondebimus? 11
vt eſt, *Amplius non agere, rem ratam habere*[t], & ſimilia? & Bartolus æquiparari obligationibus dandi exiſtimauit: & ideo nõ ſoli nominato, ſed cæteris quoque cohæredibus applicari. Quæ ſententia vera eſt, quatenus dictę ſtipulationes ſunt diuiduæ. etenim in perſona principalis indiuiduæ ſunt, ſicut & in perſona eius, qui actorẽ exceptione repellere non potuit, vt ſuo loco decla-

s d. l. d. l. ſi ſic ſtipulatus.
t d. §. Cato. in fi.

D raui[n]. Sed † quid, ſi non ad factum agatur, ſed V.
ad id, quod intereſt: & Bartolus cenſuit tunc nõ 12
ſoli nominato, ſed etiã aliis cohæredibus actionem dari[x]: at Imola contrarium, eum, qui nominatus eſt, inſolidum agere[y]. quæ ſententia & mihi placet. cùm enim cæteris cohæredibus factũ non debeatur, conſequens eſt, vt nec eius ęſtimatio ſit illis præſtanda, ſed ſoli nominato: quod & aliis caſibus contingere ſuprà vidimus[z]. nec enim vſquam iure cautum reperitur, eum, cui factum ipſum præſtãdum nunquã fuit, an id, quod

u l. v. §. fi. ff. eod.
x d. l. ſtipulationes. non uerſ. Celſus.
y l. ij. §. fi. ff. eo.
z d. l. ſtipulationes non. uerſ. ideoq;.

E intereſt, agere. nec enim eius vnquam interfuit. Defendi † tamen Bartoli ſentẽtia poteſt, cùm ex VI.
ſtipulatione teſtatoris cæteri hæredes ad factum 13
tenerentur, vt ſi ſtipulatus ſim neque per me, neque per Titium hęredem meum fieri, quò minùs ire agere tibi liceat. cum enim promiſerim, quòd Titius non faciet, eius facto committitur ſtipulatio contra omnes cohæredes[a] in id, quod intereſt. quòd ſuprà loco ſuo declaraui. Sed † nun VII.
quin per viam vltimæ voluntatis poſsit vnũ hæ- 14

a d. l. Iulianus in princ.
b d. l. ex legato. d. l. j. C. de excep.

F redem teſtator in ſolidum honorare? & conſtat poſſe legando actionem, ſeu per modum prælegati[b]. Sed an vnum tantùm grauare poterit? & conſtat poſſe vnum tantùm in certa quantitate grauari[c]. Idemq;, ſi grauatus ſit ſpeciem aliquã præſtare, quæ hæreditaria non ſit[d]: in ſpecie vero hæreditaria cenſetur pro rata hæreditatis dũtaxat grauaſſe[e], niſi onus iniunctum aliud ſuadeat, vt quia ſit indiuiduum[f], vel verba teſtatoris adeò ſint clara, vt ambiguitatem nullam habeant. tunc enim licet ipſo iure adhuc onus pro rata

c l. ab omnibus. in prin. de leg. j. d l. ſi tibi homo. §. j. de leg. j.
e l. ſi fundũ ſub conditione. §. libertus. de leg. j.
f l. cũ quaſi. §. ſi plures. de fid. lib.



rata tranſeat, tamen effectu familię erciſcũdę iudicio putauerim aliis cohæredibus conſulendũ eſſe[a]. Quod verò ad creditorẽ attinet, eius actio contra hæredes pro rata à lege duodecim tabularum diuiſa, non poteſt facto teſtatoris mutari, vt neceſſe habeat aduerſus vnum tãtùm experiri[b]. quod tamen in dote nõ ꝓcedit: qua de re nos alibi.

a gl. l. nemo poteſt. de leg. j.
b l. cũ ab uno. de leg. j. dixi. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.

LEX CXXXVIII.

1 *Promiſsio in dies nundinarum refertur ad vltimam: interdum contrà.* 2.
5 *Dies ſolutionum conſuetudine introducti obſeruandi.*
6 *Literæ cambiorum quæ.*

LEX CXXXVIII.

VENVLEIVS *libro* 4. *Stipulationum.*

EVm, q certarum[a] nundinarum diebus dari ſtipuletur, primo die petere poſſe, Sabinus ait. Proculus autem & cæteri diuerſæ ſcholæ auctores: quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum ſpacio ſupereſſet, peti poſſe exiſtimant: ſed

A ego cum Proculo ſentio.

¶ Cùm purè[b] ſtipulatus ſum, illud aut illud dari: licebit tibi, quoties voles, mutare voluntatem in eo qđ præſtaturus ſis:

B quia diuerſa cauſa eſt voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt.

L. 138. Eum, qui certarum. §. Cùm purè.

a EVM QVI CERTARVM *a*. ¶ Qui
1 † nundinis Lugdunẽſibus, vel diebus nundinarũ ꝓmittit, poteſt ſolutionẽ differre in vltimũ momentũ ipſarũ nundinarũ: idq; ex Proculi ſententia, quæ regulæ generali innititur, ſecũdũ quã dies ad fauorẽ ꝓmiſſoris reſpicit, & ideo non priùs, quàm eo finito, ꝓmiſſor tenetur[c].
2 Sunt † tñ aliqui caſus, quib. Sabini ſententia de-
I. fendi põt, vt ſtatim peti poſsit. Et in primis, qa dies nõ eſt modus tollẽdæ obligationis[d], fatentur Doctores ſtatim obligationẽ actionẽq; ortã eſſe[e]; & ideo cõtrouerſiã hãc Sabini & Proculi de effectu exactionis intelligendã eſſe. Rurſus in-

c l. qui hoc anno. ff. eod.
d l. obligationũ ferè. §. placet. ff. tit. j.

II. telligit Accur.[f] confeſtim deberi, veramq; Sabini eſſe ſententiã, qñ aliquib. verbis hoc ſit expreſſum, vt qa ꝓmiſsio ſit facta p dictionẽ *Vſq;*: putà, *Promittis mihi decẽ, quæ expectabo vſq; ad nũdinas Rhenẽſes*. tũc. n. dictio *Vſq;*, videtur intelligenda de nũdinis cœptis nõ aũt finitis[g], idq; & Ang. hîc ꝓbat: ſed cęteri imꝓbãt, & ſanè cõmuniter recepta nõ eſt hæc ſentẽtia cum dictio *Vſq;*, omnẽ terminũ,

e l. centeſimis. ubi dixi. ff. eod.
f gl. §. pe. Inſt. de inut. ſtipul. ubi Ang. de Aret.
g arg. l. q filiã. §. Sabinus. ad Trebel.

III. cui adiecta eſt, includat[h]. Certior ergo eſt illa limitati[o], vt ſtatim peti poſſet, cùm vterq; hoc ſenſit[i], quãuis t. n. in contractu ſtricti iuris, q omiſ-
3 ſum eſt, ꝓ omiſſo habeatur[k], & non facilè audiamus ſtipulatorẽ tacitè aliqđ actum eſſe adfirmantẽ[l], tñ nõ poteſt videri hoc omnino omiſſum eſſe, ſed potiùs verbis expreſſũ: q quãuis ambigua ſint, debent ex eo, q actũ eſt, declarari. Deprẽditur aũt, qđ actũ ſit, ex pręfationib. & aliis argumẽ-

h l. patronus. §. Sempronius. de leg. iij. ubi Bart.
i l. eum, qui calendis. ff. eod.
K l. quicquid. ff. eod.
l gl. l. cũ quid. ſi cert. pet.

IIII. tis, de quib. alibi Doctores diſputant[m]. Adiiciũt
4 † hîc Din. Pet. Cyril. Alber. Imo. Torquat. ex qualitate quoq; perſonæ accipi hanc cõiecturã[n], vt ſi ſtipulator eſſet negotiator, q in illis nundinis ſoleret huiuſmodi pecunias expẽdere, idq; ꝓmiſſor ſciret. Sed mihi videtur haudquaquã id ſufficere. etenim inde arguitur ita egiſſe ſtipulatorẽ. At hoc non ſufficit[o], niſi & à promiſſore actũ ſit. Poteſt aũt ꝓmiſſor allegare ſe nũdinis ꝓmiſiſſe, qa ſperaret in illis pecuniã ſe illam corraſurũ, q nõ poſſet, niſi toto earũ tẽpore facere. Hodie Lug-

m ſ. d. l. cũ qđ. ubi dixi.
n l. plenum. §. equitij. de uſu & habit.
o l. repetendi. C. de cond. ob cauſ.
p l. ſi certi condictio. §. ſi nummos. ubi Mod. ſi cert. pet.

V. duni propter cõſuetudinẽ mercatorum ceſſaret
5 omnis dubitatio[p]: habẽt enim ſub finem nundinarum dies, quos ſolutionũ vocãt, nec priùs in
6 mora conſtituuntur debitores, nec † literæ, quas cambiorũ vocant, innouãtur, aut eius, qđ intereſt, initur æſtimatio. ſecundũ ergo eiuſmodi cõſuetudinẽ intelligitur ꝓmiſsio, q eò collata ſit[q].

q l. hæres abſẽs. in fi. de iudic.

1 *Ratio dubitandi, ſententia, & caſus §. cùm purè.* 8.
10 *Tacitæ & expreſſæ voluntatis differentia.*
13 *Variatio in alternatiuis quandoque non permiſſa.*
14 *Promiſſoris maior fauor.*
17 *Declaratio voluntatis non niſi ſemel admittitur.*
18 *Stipulationis dari et ſatisfieri diſcrepãtia.*

§. CVM PVRE *b*. ¶ Promiſſor, qui in b
diſiunctiua obligatione electionem à lege habet, poteſt, quoties volet, mutare ſententiam. Sed † cùm infinitas vitãda ſit[r], & circulares 1
quæſtiones, quantũ fieri põt, derimẽdæ[s], abſurdum videretur perpetuò id promiſſori ꝓmitti, vt dũ alterã daturũ ſe allegat, neutrã rẽ det: ideoq; lex noſtra Doctorũ interpretatione reſtricta eſt.
In † primis Irnerius vſq; ad litis cõteſtationẽ hãc 2

r l. qui bona. ſi. ubi Alex. de dã. infect.
s l. Claudius Felix. qui pot. in pig.

C variationem ſolùm permittebat[t]. cùm enim (vt fatentur hîc omnes) videatur reus per futurũ indicatiui ꝓmiſiſſe, cõſequens eſt, vt lite cõteſtata finiatur hæc poteſtas. Nec lex noſtra differentiã cõſtituit, an electio ſtipulatoris, an ꝓmiſſoris ſit: ſed an expreſsim, an verò tacitè cõpetat. Sed hũc intellectũ Ioan. Accur. cæteriq; meritò reprobarunt[u]. legis. n. noſtræ verba nimis violat, quæ manifeſtè indicant vſq; ad ſolutionẽ, ſeu executionẽ variari poſſe. Aliter † ergo Bar. vt vſq; ad II.
ſecundã mutationẽ poſsit hæc facultas ꝓtendi: 3

t l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ. ff. eod.
u arg. l. fideicõmiſſa. §. ſi quis decem. de leg. j. & l. ſi mulier. C. ad Velleia.

D tertiò verò nõ ꝓmittatur[x], ſicut nec tertiò appellare ꝓmittitur. Sed & hic intellectus legi noſtrę repugnat, quę diſertè ꝓmittit promiſſori, vt quoties velit, mutet volũtatẽ, idq; etiã ſi millies mutet, vt Din. & Caſtr. tradiderũt: & ideo receptus nõ eſt[y], quomodo enim, quoties vult, mutat, q iterũ tñ mutat[z]? nã & alibi expreſsè dicitur, licitã eſſe mutationẽ, donec res tradita ſit, ideoq; interim in pendẽti eſſe ſolutionẽ[a]. Et licet ex i-

x l. fin. in fin. de bo. auct. iud. poſsit.
y Bal. Ang. Im. Tor. Aret.
z l. ſicut. in pri. qb. mod. uſuſf. amit.
a l. qui ex pluribus. in fi. de leg. j.

E teratione arguatur magis certus cõſultuſq; conſenſus[b]; pluresq; alios effectus habeat iteratio[c], nõ tñ ideo debet auferri beneficiũ variationis à lege indultũ. Sicut & quãuis ne res in infinitũ ꝓcedat, & hæres ſupra modũ grauetur, legatũ iterũ tñ ꝓſtatur[d], nõ tñ cõſequẽs eſt, vt idẽ in caſu noſtro dicamus, in quo aliter ꝓluſum eſſe ſtipulatori põt. Rectiùs † ergo, ſecundũ Ang. & Torqua- III.
tũ, defendit Bar. hęc ſententia, qñ iudex poſt ite- 4
ratã in eadẽ re electionẽ interpoſuiſſet decretũ,

b d. l. ſi mulier.
c l. Baliſta. ad Trebel.
d d. §. ſi quis decem.

F quo vetuiſſet reo amplius variare. nec. n. decretũ iudicis illuſoriũ eſſe debet[e], quod & cæteri hîc tradiderũt. Sed cùm lex ꝓmittat reo mutationis beneficiũ, nõ debet prætor decreto ſuo indultũ illi iuris auctoritate cõmodũ interuertere[f]; & ideo beneficiũ appellationis erit reſcindendum.
Qua † ratione & Petri quoq; intellectũ ego non IIII.
poſſum ꝓbare, qui ꝓmittendã variationẽ ſecun- 5
dũ legẽ noſtrã cõcedit, niſi prætor diẽ illi aſsignauerit, qua irreuocabiliter eligat[g]. nã, vt rectè Iac. ab Arena, Cyril. Hemod. Alber. Roſatus aiunt, timendum

e l. ſi prætor. in princ. de iudic.
f c. indultũ. de reg. iur. in vj.
g l. mancipiorũ. de op. leg.

a l.fi.§.pe. C.de iur.delib.l.ſtatu liberum.§.ſi Stichum. de leg.ij.
b l legatario.§.ſi duo. de fid. libert.l. cũ quidã. de leg.ij.

mẽdũ eſt, ne ſic iiuria ꝓmiſſori fiat, cui beneficiũ
iuris aufertur, vt meritò Ioannes ab Imola, Iuo,
Petrus & Hier. Torquatus ab hac ſentẽtia diſceſ
ſerint, & legibus pro ea adductis rectè reſponde-
rint. Nec enim dubium eſt, quin quandoque iu-
dex poſsit hoc facere [a], ſicut & electionem in cõ-
tumaciæ pœnã ad aduerſariũ transferre [b]. Quod
variis exemplis poſſet oſtendi, ſed negatur id in
caſu noſtro permittẽdum aduerſus eum, qui be-
V. neficio iuris vtitur. Eodem † verbo & Rayn:
6 intellectus laborat, qui debere iudicem antequã
ſententiam ferat, interrogare promiſſorem ait,
vtram rem ſit daturus [c], & in ea condemnare, nec
erit amplius variationi locus. Falſũ hoc eſt, cùm
ſemper priùs, quàm dederit, res ſit integra, atque
ideo concedatur ex legis noſtræ verbis mutatio:
hincq; apparet, hanc legem à Doctoribus noſtris
VI. non rectè interpretatam eſſe. Quid † ergo di-
7 cendum? & ſuprà vidimus eum, qui alternatiuè
promiſit, quoties ipſe electionem habet, cenſeri
incertum promiſiſſe [d]: & ideo non certi condi-
ctione, ſed actione ex ſtipulatu conueniri debe-
re: cuius hæc eſt natura, non vt ad res conde-
mnet, ſed vt id, qđ intereſt, præſtetur [e]. Poterit
ergo reus etiam poſt ſententiam arbitratu ſuo va
riare: ſed actor id, quod ſua intereſt, cõſequatur,
niſi citra variationem alteram rem ſoluerit. Nul-
la ergo erit infinitas, nec cẽſebitur in circulo res
eſſe. Et hoc eſt, quod Veteres, quos primo loco
Accurſius refert, cenſuerunt, qui æſtimationem
litis præſtari hoc caſu crediderunt: æſtimationẽ
pro eo, quod intereſt, accipientes, non tam quòd
executio ſit impoſsibilis [f], quàm, ꝙ in eo qđ in-
tereſt, ſit faciẽda. Et in hoc differt promiſſor à ſti-
pulatore. quoties enim electio eſt ſtipulatoris,
tunc certi condictione agendum eſt [g]: ideoq; di
ſtinguimus, an dixerit, *Cùm volam*: an, *Cùm voluero*,
vt nunquam tñ poſt litis conteſtationem muta-
tio ei concedatur [h], quoties enim certi condictio
competit, oportet rem litis conteſtatæ tempore
eſſe certam, quoniam ad illud refertur ſententia:
8 qua de re alibi [i]. Sed † quænam eſt legis noſtræ
ratio? videtur enim abſurdum, vt toties permit-
tatur hæc variatio, cùm regulariter, qui electio-
nem habet, eam primo actu conſumat [k]: & quod
ſemel placuit, amplius diſplicere non debeat [l],
nec permittẽdum cuiquam ſit, vt in alterius fru-
ſtrationem mutet ſententiam [m], maximè cùm va
riatio hæc fraudem quãdam arguat [n]: at quoties
lex fraudem ſubeſſe ſuſpicatur, ſolet mutationi
9 reſiſtere [o]. Quid † igitur cenſendum? & lex no-
ſtra adducit rationem: quia (inquit) diuerſa cau
ſa eſt voluntatis expreſſæ, & eius, quæ ineſt: quę
I. ratio perquàm obſcura eſt. Vnde † ſic videtur de-
10 claranda, vt dicamus electionem ad debitorem
pertinere diſpoſitione legis [p]: ex diſpoſitione ve
rò hominis ad ſtipulatorẽ pertinere poteſt, quo
caſu voluntas eſt expreſſa, ideoq; ad vim verbo-
rum attendimus, an dictũ ſit, *Quem voluero*: an ve-
rò, *Quem volam*: vt tñ facultas variandi litis conte-
ſtatione finiatur [q]? quia actor petendo debet eli-
gere: & ideo per litis conteſtationem ſibi præ-
iudicat: at in tacita volũtate, id eſt, in reo, qui diſ
poſitione legis habet electionẽ, non ita eſt, quia
ipſe non cogitur eligere, nec tempore conteſta-
tionis, nec ſententiæ, ſed ſolùm ad tempus ſolu-
tionis, id eſt executionis, attenditur: & ita Petr.
Iacob. Oldr. Bar. cæteri declarant, & probabilis
eſt hęc interpretatio. Non videtur tñ verbis legis
conuenire, quibus non ſit differentia inter ſtipu-

c gl.l. ſi quãdo. §.hæres. de leg. j.gl.l.j. de act. empt.
d l. ubi autẽ.§.qui illud.§.eod.
e l.ſi quis certum.§.ſi cer.pet. ubi dixi.
f l. qui ſeruũ.§.fi.l.prox.§.cum ita.
g d.§.qui illud.
h d.l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.
i l.certi condictio. ubi dixi, ſi cer.pet.
k l. cuius. de cur.fur.
l c.quod ſemel. de reg iur.in 6.
m c.mutare.eo.tit
n l fi.in fin. de bo.auct.iudic.
o c.ij.in fi.de reſcrip.
p l. plerunque. in fi.de iur. dot. c. in alternatiuis.de reg.iur. in vj.
q d l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.

latorem & promiſſorem, ſed duntaxat inter vo-
luntatem quæ tacitè ineſt, & expreſſam: nec eſt
veriſimilę mutari à Iuriſconſulto caſum, & cùm
thema quęſtionis ſit in promiſſore, ad ſtipulato-
rem eum tranſiſſe, cùm deciſiones iuris debeant
intelligi præſuppoſitis prioribus terminis. Alia II.
† ergo fuit quædã Veterum interpretatio exiſti- 11
mantium, ſi nihil dictũ eſſet, tunc diſpoſitionem
legis ſuccedere, quę promiſſori poteſtatem facit
A variandi vſq; ad ſolutionẽ: ꝙ ſi expreſsim electio
verbis contrahentium data ꝓmiſſori ſit, tunc vl-
tra litis cõteſtationem variationem non admit-
ti, ſicut nec in ſtipulatore admittitur. Sed Bart. &
alij crebriore calculo hoc reprobant. ſi enim ꝓ-
miſſori conceſſa ſit electio per verbum *Quem volã*
videtur id expreſſum, quod tacitè ineſt: & ideo
nihil operatur [r]. Poterit ergo vſq; ad ſolutionẽ
variare, licet aliud in ſtipulatore ſit. Reprobant
ergo Doctores hunc intellectum, niſi qñ dictum
B eſſet *quem voluerit*. tunc enim cenſebitur primo a-
ctu conſumpta electio, ſubeſſetq; tunc differen-
tia inter expreſſam & tacitam voluntatem. Sed
& hîc intellectus non conuenit verbis legis, quæ
minimè diſtinguit, dictum ſit, *quem volet*, an verò,
*quem voluerit*. Ego † igitur diſputauerim ſimpli- III.
citer eſſe diſtinguendum, vt cùm promiſſor taci- 12
tè habet à lege electionẽ, variare vſq; ad ſolutio-
nẽ poſsit, quia ad incertũ tenetur: & id, quod in-
tereſt, ſoluẽdo liberaretur [s]. Vnde ſi rem præſtet,
C quandocunq; audiendus eſt. At quoties expreſ-
ſè electio illi data eſt, ſiue verbo futuri ſimplicis,
ſiue futuri exacti, ſiue per hæc verba, *Ad electionem
tuam*, ſiue, *Vtrum elegeris, optaueris, dare volueris*, &c. vi-
detur ſtipulatio eſſe certa, idq; actum eſſe, vt res
ipſa, nõ autem id, quod intereſt, præſtetur: & id-
eo mutationem vſque ad ſolutionem non eſſe,
ſed poſtquam ſemel elegerit, amplius mutare nõ
poſſe, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt elegerit, vt
ea verba ad primum actum referantur [t], & non
D facilè ei concedamus mutare ſententiam [u]. Nec
obſtat, ꝙ aliter in ſtipulatore diſtinguamus, qui
variare vſq; ad litis conteſtationem poteſt, quia
id ei tribuitur ex regula generali, qua emenda-
tio libelli ad illud vſque tempus conceditur [x]. at
reus, qui poſt ſententiam duntaxat elegit, non tã
facilè debet mutare. & hîc quidẽ intellectus ver-
bis Iuriſconſulti mirum in modũ quadrat, ideo-
que à me ꝓbatur. Conſtituenda ergo eſt regula,
vt promiſſor in alternatiuis variare etiã poſt ſen
E tẽtiam poſsit: idq;, vt Dinus & Caſtr. aiunt, etiãſi
millies variauerit [y]. Quòd † non procedit, cùm I.
electio illi expreſsim data eſt per verbum futuri 13
exacti: putà, *Quem voluero*, vt cõmuniter Doctores
ſentiũt. Ego verò amplius dico, idem eſſe, etiam
ſi futuro ſimplici vſus ſit promiſſor. qua tñ in re
adhuc eſt deliberandum. Non procedit rurſus II.
in ſtipulatore, cui ſic data ſit electio. nam is vſq;
ad litis conteſtationem tantùm hanc facultatem
habet: habita etiam diſtinctione, an futuro ſim-
F plici, an exacto ſit concepta ſtipulatio [z]. Sed quę
ratio differentiæ? & Oldr. ait, quia † plus promiſ 14
ſori fauemus, quàm ſtipulatori, cùm proniores
ſimus ad liberandum [a]. At Petr. Iac. quia mitiùs
cum lege agitur, quàm cum homine [b]: Cyrillus
verò & Alberic. quia promiſſori ſecundum natu-
ram alteruatiuæ obligationis electio cõpetit [c]:
at ſtipulatori ex conuentione duntaxat compe-
tit, idq; cõtra iuris regulas, ideoq; anguſtior ſit in
terpretatio [d]. At ego, qa cùm electio ſtipulatoris
eſt, certi condictione agitur, alterumq; omnino
dan-

r l.iij. de leg.j.
s d.§.qui illud.
t l.boues.§.j.de uerb.ſignif.
u d.c. mutare. d.c.quod ſemel.
x l.edicta. de eden.
y l. ſi ſterilis.§.fi.de act.emp.
z d.l.ſi quis ſtipulatus. l.ij.§.generaliter. de eo, ꝙ cert.loc.
a l.fauorabiliores.de reg.iur.
b l.Celſus.de arbit.
c d.c.in alternatiuis.
d l.centurio. de uulg.



dandum eſt, cùm promiſſoris actio ex ſtipulatu [a]
III. intenditur, quæ incerta eſt. qua de re ſuprà: Sa-
15 nè † nec tunc procedit, cùm dies adiecta eſſet, in-
tra quam electio ſit facienda [b]. Vnde cùm quis hy
pothecaria conuentus, damnatus eſſet, aut rem

a d.§.qui illud.
b d.l.Celſus.d.l.ſi ſterilis. in fi.

LEX CXXXIX.

VENVLEIVS *libro 6. Stipulationum.*

A CVM ex cauſa duplę [a] ſtipulationis aliquid intendimus, vẽditoris hęredes inſolidum omnes conueniendi ſunt, omneſq; debẽt ſubſiſtere: & quilibet eorũ defugiẽte, cęte-
B ris ſubſiſtere nihil prodeſt: quia inſolidum defendenda eſt venditio, cuius indiuiſa natura eſt. Sed cùm vno defugiente omnes defuiſſe videantur ideóque & omnes teneãtur: vnicuiq; pro parte hæreditaria præſtatio incumbit.

intra decem dies
reſtituere, aut vigin
ti dare, lapſis decẽ
diebus non poterit
amplius rem reſti-
tuere, ſed omnino
viginti præſtabit:
quòd hîc Albericus
cenſuit, & probabi
lis eſt ſententia.
IV. Planè procedit
regula, vt dixi, in al-
ternatiuis, in qui-
bus vtrunque eſt in
obligatione, vt ſu-
prà vidimus [c]: quòd
ſi vnum in obliga-
tione, alterum in
ſolutione ſit, aliud eſſet. poſtquam enim actor ſe-
mel elegiſſet, amplius variare non poſſet [d], quod
V. hîc Bart. tradit. Qua ratione & tali caſu non
permittit, vt poſt litis conteſtationem quis va-
riet [e], cùm ſcilicet vnum in obligatione, aliud in
ſolutione ex contractu eſt. quod ſi ex diſpoſitio C
ne legis ſit, aliud eſt: poterit enim vſq; ad execu-
VI. tionẽ aliud pro alio ſolui [f]. qua de re alibi. Ad-
dit Aret. quoties de mera legis diſpoſitione agi-
tur, primo actu conſumi electionem [g]: quod in e-
lectione remediorum defendi poteſt, vel cùm
fraus fieri legi poſſet [h]. Vnde infert, quoties reo
ex legis diſpoſitione electio pœnarum compe-
tit, non eſſe ei indulgendam variationem [i]: ſed
amplior hæc eſt quęſtio, quàm vt hîc tractari de-
VII. beat. In † vltimis quoq; voluntatibus, quia e- D
16 lectio executionem ſecum trahit, licitã non eſſe
variationem receptum eſt [k]: quod hîc Bart. tra-
VIII. dit, & nos loco ſuo tractauimus. Sed & quo-
17 ties non de electione, ſed voluntatis declaratio-
ne agitur, conſtat † eam non niſi ſemel fieri poſ-
ſe [l]: quod nos ſuprà attigimus. Vnde inquit hîc
IX. Bart. in voluntatis ambiguæ declaratione non
permitti variationẽ. Sed nunquid, qui poteſta-
tem eligendi habet, ſi inutiliter eligat, iterũ ad-
mittatur? & conſtat inutilem actum nihil obſta-
re, quin rurſus eligi poſsit [m]. quod Alberic. hic le E
gis noſtrę argumento cenſuit, & crebriore calcu
lo receptum eſt [n], dum tamen iure proprio quis
illum repetat, non, ſi alieno, vt quia delegatus,
aut compromiſſarius [o]. Idem dum verba, quibus
electio indulgetur, vberiora ſint, & ad ſequentẽ
quoq; actum trahi poſsint [p]. Item dum cognito
X. errore quis re electa abſtinuerit, nõ ſi ſcienter ap
probauerit [q]. Sanè conſtat quandoque actum
nullum impedimento variationi eſſe, ſi partium
conſenſus confirmatus ſit [r], vel aliàs perinde ac F
validus effectum ſit conſequutus [s], vt quia qui
vinum optare debuit, re ipſa acetum habuerit,
& illud in ſuos vſus verterit: quod & Aret. alibi
docuit. Idem ſi tali electione cenſeretur quis viæ
cõpetenti renunciaſſe [t], vel aliàs lex variationem
hanc abhorreat, & ſuſpectam habeat [u]. Quæ o-
mnia alibi diligenter à Pontificiis tractata, non
18 exiſtimaui hîc diffuſiùs explicãda: tametſi eã Al-
beric. hîc nõ incurioſè diſputauerit. Sed † finge:
aliquis ſtipulatus eſt ſibi, aut Titio dari: ꝓmiſſor

c l ſi duo.§.eo.
d l.ſi plurib. in fi.de leg.j.
e l ſi quis ſtipulato fuerit x. in melle.§.de ſol.
f l.item veniũt.§.idem rectè.de pet.hæred l.miles.§.j.de reiud.
g l cuiꝰ.de cur.fur.
h d.c.ij.de reſc. in vj.
i Cin.l.quicũq; de ſer.fug.
k l.apud Aufidiũ.de opt.leg. l. ſerui electiõe. de le.j vbi dixi
l l.quicquid.l.
g ex plurib.§.e.
m l.ij.de op.leg Bar.l.hęc cõdit. de cõd.& dem.
n Felin in c.ex tenore.de reſcr.
o l.4.C.quom. & quã.iud.c. ſi compromiſſarius.de elect.
p d.c.ne captãdæ.de elect.in 6 vbi Doct.
q c.ſi beneficia. de pb.in 6. Rõ. conſil. cccxxix.
r l.nihil.§. ſi cũ filius. de inof. teſt.
s d.l.ij. Aret. d. l.ſerui.
t l.filiũ emancipatum. de acq. hæred.glo.c.cũ in multis.de reſcript.in vj.
u c.quia propter.de elect.

eligit potiùs adiecto ſoluere, & illi pignus de- L.139.
dit; nunquid mutare poſsit ſententiam, & ſtipu- Cùm ex
latori ſoluere? & conſtat poſſe, pignoriſque re- cauſa du-
petitioni locum eſſe [x]. Quòd † non arbitror plæ.
procedere, ſi ſibi, aut Titio ſatis fieri ſtipulatus
eſſet. etenim datio XI.
pignoris ſatis fa- 19
ctio eſt [y], ideoque
mutare volũtatem
poſt ſolutionem ei
non liceret. Subii-
cit hîc Accurſius
eum, qui † ſibi, aut
Titio ſtipulatus ſit, 20
poſſe prohibere, ne
Titio ſoluatur: qa
tacitum mãdatum
hîc adiectus habet,
quod reuocari à ſti-
pulatore poteſt:
quam ſententiam
Doctores impro-
bant [z]: ſed Caſtren
ſis defendit, cùm non animo donandi, ſed tan-
quam procurator eſt adhibitus: & probabilis
eſt eius ſententia, ſi volente debitore id fiat [a]:
aliàs eo inuito non poteſt ſtipulator formam ſti-
pulationi datam immutare [b]: quod Aret. rectè
cenſuit. Item probabilis eſt, ſi conſtet ſolius cre-
ditoris fauore adiectum fuiſſe Titij nomen [c].
quandoque non idem pollere tacitũ & expreſ-
ſum, alibi explicandum eſt: ſicut & nõ terminus,
qui iudicatis à lege datus eſt, ſi ab arbitro ſit cõ-
ſtitutus, deſinat legalis eſſe: etenim receptum
eſt, non legis, ſed hominis terminum cenſeri [d].
Sed hæc omnia loco ſuo [e].

x l.antepen.§. de pig.
y l.itẽ.§.j.quib. mod pig.ſol.
z l.antepe.§. de ſolut.
a l.idemq;.§.ſi cui mand. Bar. l.ſi cũ emptore in fi.de pact.
b l.vero.§.de ſolut.ver.alia.
c l hoc iure.§.ſi quis dederit.de donat.
d l.iij.de leg. j. vbi dixi.
e l interdũ.§.fi. §.eo.vbi dixi.

LEX CXXXIX.

D 1 *Ratio, cur exactio pro rata diuidatur.*
3 *Ratihabitione ſententia pro vno conſortium lata prodeſt alteri.*
7 *Lis mota vẽditori etiam ſciẽti denuntiãda: interdũ ſecus.*

CVM EX CAVSA DVPLAE [a]. a
¶ In cauſa euictionis contra ven-
ditoris hæredes denuntiatio & pe
titio inſolidũ fit: exactio verò pro
portionibus hæreditariis diuidi-
tur [f]. Sed † quæ huius rei eſt ratio? & ſciendum
E eſt, ipſum quidem venditorem ſemper inſolidũ 1
emptori teneri [g]: cæterùm mortuo venditore
relictis pluribus hæredibus per legem XII. Ta-
bularum iura teſtatoris, ſiue in agendo, ſiue in
excipiendo conſiſtant, pro partibus hæredita-
riis diuiduntur [h]. Pone ergo: emi † domũ à Titio, 2
Seius eã ad ſe pertinere cõtendit, & in rẽ aduer-
ſus me agit, quomodo mihi aduerſus hęredes Ti
tij cõſuletur? & ſicut Titius à me cõueniri potuit
vt rẽ defendat [i], ita & eius hæredes cõuenientur.
F Sed quomodo cõuenientur? & hîc dicitur in ſo-
lidũ conueniri. licet enim iura defenſionũ aduer
ſus Seium inter ipſos pro parte hæreditaria ſint
diuiſa, qđ tamẽ ad me attinet, in ſolidũ tenetur,
quia rẽ ego pro parte nõ emiſſem: ideoq; vendi-
tionis natura hîc dicitur indiuiſa. ſed poteritne
vnus hæredũ rẽ in ſolidũ defendere? & hîc ꝓba-
tur nõ poſſe: imò (vt hîc dicit) vno deficiẽte cæte
ris ſubſiſtere nihil ꝓdeſt. cùm. n, reſpectu iſtius a-
ctoris iura ſint int̃ cohæredes diuiſa, nõ põt vnus
de alieno iure experiri; & cùm totã rẽ defendere

f l in executiõe §.inſolidũ. §.e.
g §.l.4.§.Cato. in fin.
h l.pacto ſucceſſorum. C. de pac.l.j.C.ſi cert. pet.
i l.ſi plus.§.mota.de euic.Bart. l.vẽditores.§.e.

nequeat;in fauorem emptoris ſtipulatio in ſoli-
dum committetur,alioquin cæteri hæredes hîc
non ex cõtumacia alterius,ſed ex facto ſuo tene-
rentur:qui cùm poſſent,totam rem nõ defendiſ-
3 ſent [a].Standum igitur eſt regulæ ,vt † in conſor-
a l.antepe. ſi ex nox.cauſ.
tibus eiuſdem litis ſententia pro vno eorum la-
ta alteri non proſit,niſi quatenus mandatũ , aut
b l.ij.C.de conſor.eiuſd.lit.vbi Bal.in fi.
ratihabitio acceſſerit [b].Cæterùm Din.Iac. Oldr.
Bart. Caſtr. cæteri vno ore aduerſus expreſſa le-
A gis noſtræ verba aliter ſentiunt,nempe non poſ-
ſe aliquos ex hæredibus ſe defendere , quin &
abſentes defendant,noſtramq; legẽ reſtringunt,
cùm qui præſentes erant,non quidem defende-
runt , ſed ceu victi pro parte ſua litis æſtimatio-
c Ang.l.fin.§.j. de reſc.vendit.
onem ſoluerunt [c],vel hypothecam pro parte tan
d l.rem hæreditariã.de euict.
tùm ſua liberarunt [d].Quam ſententiam,ceu legi
noſtræ repugnantem ego nõ ſequor.etenim (vt
4 ſuprà dixi)exceptiones †venditori pro rei defen
ſione cõpetentes per legem X II.Tabularum di
B uiſæ ſunt:ideoq; ſolidum defendere ſinguli ne-
queunt:quod ſecus eſt,ſi diuiſæ nõ eſſent,ſeu de
e d.l.antepen.
ipſis principalibus ageretur [e]. Itẽ ſecus eſt ipſius
emptoris reſpectu,qui eos in ſolidũ conuenit,vt
defendãt, cùm partem non fuiſſet empturus:&
ideo ſi emptor vnũ vnicat, vel ab vno vincatur,
cæteris vel damnũ,vel vtilitatẽ in ſolidũ parat [f]:
ſibiq; Celſus Iuriſcõſultus loquitur,de † lite ſcili-
5 cet,quæ emptori cum cohæredibus eſt,vt defen
f l.ſi rem quam. de euict.§.j.
dant,nõ de ea,quæ ab actore euincente inſtituta
C eſt. Poteſt tamẽ cõmunis ſentẽtia defendi, quã-
do actor exceptione facti, ſeu intẽtionis prorſus
excluſus eſſet,vt quia nõ ſimpliciter feciſſet pa-
ctum nõ petendi ipſi venditori, & ſucceſſoribus
eius,ſed acceptilatione eũ liberaſſet [g].nec enim
g l. vt reſponſum.C.de tranſ.
poteſt acceptilationem allegare,quæ non cæte-
ris cohæredibus proſit.Idemq;,cùm emptor non
quidem conuenit cohæredes, vt defendant,qui
eſt caſus legis noſtræ, ſed ſimpliciter denuntia-
uit eis motam litem, incitauitq; , vt adeſſent iu-
D dicio, prout loquuntur Doctores. cùm enim
lis cum ipſo emptore ſit [h],nõ poteſt ad vnius ad-
ſiſtentis ſibi inſtantiã eiuſmodi acceptilationem
h l.venditor.ſ. de iudic.
aduerſus actorem adducere,quin &cæteris pro-
6 ſit [i].quod & Aret.hîc tradit,& † ex ſuprà ſcriptis
i l.ſi prolixorio §.j.de appel.Aret.hic.
apparet in lege noſtra verbũ *Intendimus*, & verbũ
*Conueniẽdi*, de actione intelligenda eſſe, nõ de ſim
k d.l.ſi plus.§. mota.
plici denuntiatione,vt Accur.ſenſit;quod & ali-
bi fecit,vbiq; ea verba aduerſus ſermonis pro-
l venditores.ſ. eo.vbi Bar.
prietatẽ violando [k].tenetur enim venditor,eiuſ-
E queſhæres, ad defendendũ,etiam pẽdente iudi-
cio:alioquin in id,quod intereſt,ſeu expenſas li-
tis cõdemnatur,quod ſuprà diſputaui [l]. Addit
hîc Bar.non eſſe legi noſtræ locũ, cùm ſeruus eſt
venditus ,& ex ea cauſa facta eſt denuntiatio , vt
euictio præſtetur.etenim ſtipulatio duplæ , quæ
pro ſeruo vendito interponitur , prætoria eſt [m].
In prætoriis aũt ſtipulationibus receptũ eſt ex
Iuliani auctoritate,ſtipulationẽ in ſolidum non
committi, ſed aduerſus eum duntaxat,qui con-
m l.emptori.de euict.
F trà fecit [n]. Quæ ſententia à me ſuprà reprobata
n l. pœnales.§. fi.ad l.Falc.Bar. §.Cato.q.ij.l.4. ſ.eod.
eſt,quia Iuliani reſponſum de obligatione in hæ
redes transfuſa nõ loquitur,ſed de ea, quę à prin
cipio diuiſim ſingulis quæſita fuit. Item de obli
gatione pœnali non intelligitur , ſed de ea , quæ
o Din.Old.Iac. Rayn.Bart.d.l. pœnales.
quãti res eſt, id eſt, ad id,quod intereſt,cõmitti-
tur,vt ipſe Bart.& omnes Veteres ante eum ſcri-
p l.4.§.fi.d.l.in executione. ſ.e.
pſerũt [o]. Et hæc quidẽ hîc ſufficiãt, quandoqui
dem hęc materia &ſuprà à nobis eſt tractata [p].
Sanè Ang.& Imol. vulgarẽ illam quæſtionẽ hîc
7 tractant,an † venditori litẽ motã ſciẽti denũtiã-
dũ ab ẽptore ſit,vt euictionis cauſa illi ſalua ſit?
In q̃ articulo receptiſsima eſt ſentẽtia omnino
q l.qui abſentẽ. de pcu.vbi Bar.
denuntiandum eſſe [q], qa talis denuntiatio non
r l.j.C.de peric. & cõmod. rei. vend.vbi Bal.
ſolùm admonitionis & ſcientię cauſa ſit,ſed etiã
vt venditor incitetur,vt liti adſiſtat emptoremq;
s Bar.l.emptor. C.de euict.
defẽdat [r]:alioquin pbabiliter credere poteſt p-
t l.denuntiaſſe. de adult.
priis iuribus confidere emptorem, nec ſuo auxi-
lio indigere [s].Meritò igitur cùm incitatio neceſ-
u l.3.C.de noua. Bar.l.ſi cũ emp. de pac.Bal.d.l.j
ſaria ſit , non ſufficit ſola ſcientia, ſed requiritur
A denuntiatio [t]:ſicut nec ſufficit ſola debitoris ceſ
x l.ex empto de act.empt.
ſi ſciẽtia,qũo minùs principali ſoluat,ſed neceſ-
y l.rem alienã. de contr. empt.
ſaria eſt ceſsionarij denuntiatio, quoties princi-
palis periculo facta eſt ceſsio [u]. Ego ex exẽptio-
nis natura id eſſe ſcio,vt venditor vel dominium
transferat,vel vſucapiendi conditionem [x].Vnde
rei alienę venditio valet [y],nec venditor vltrà te-
z l.habere. de euict.
netur , quàm vt emptori habere liceat [z]: & ideo
ſi emptor timeat, ne ſibi habere liceat , id eſt res
a c.breui.de iureiur.Abb.conſ. xlix.in ij.
euincatur,vẽditorem admonere decet. quia qui
B tenetur ad defendendum,conditionaliter tene-
b l.ſi ex legati, de verb.oblig.
tur,ſi in tempore requiſitus fuerit [a]. Nihil ergo
c l. Herennius. de euict.
refert,q, vẽditor ſciat moueri litem:ſicut nec de
bitor ideo in mora conſtituitur, quia ſciat credi-
torem ſuum pecunia indigere,ſed neceſſariò ap-
pellandus eſt [b]. Si † tñ aliud actum ſit, tunc ſolus I.
8
eſſet , vt quia denuntiationis exceptionem ven-
ditoris pacto remiſſam proponeretur [c] : Vel qui II.
emit,pupillus ſit,& eiuſmodi,quivel tacendo in
mora irregulari debitorem conſtituat [d]. Idem, III.
d l.in minorẽ. C.in quib. cauſ. in integ.
C ſi venditor promiſerit ſtatim mora lite ſuſcipere
defenſionem,& ita iuraſſet:quod hîc Alex.diſpu
tat , & ego alibi diffuſiùs attigi [e]. Idẽ,cùm ma- IV.
niſeſtum,ſeu(vt aliquid dicũt)notoriũ eſſet,ma- V.
e l.q̃d te. ſi cert. pet.
lam eſſe venditoris cauſam [f]. Ideo ex facto re-
f Rom. Alex.l. non ſolũ.§.morte.Imol.Barb.c. ſi.de empt.
ſponſum apud Fulgoſium extat ſi omnino res,
quamuis denuntianti fuiſſet euicta,vt quia ex a-
ctis appareat nullam vẽditori competere defen-
ſionem,tunc exceptionem hãc emptori nõ ob-
g gl.in l.ij.C.de contr.iud.tut.l. ij.§. q de frumẽto.de admi.rer. ad ciuit.
ſtare [g].Sed tamen hanc ſententiam ego facilè nõ
D ſequar : quia ſi conſtet manifeſtè bonam actoris
cauſam,licet nõ teneatur emptor litigare,ſed bo
nam fidem agnoſcere poſsit,venditori tñ denun
tiare,ſententiæq; euentũ expectare debet [h].Vn-
de receptior eſt ſentẽtia,notorium quidem à p-
ſecutione cauſæ excuſare , à denuntiatione verò
non excuſare [i]. Solùm igitur Fulgoſij reſpon- VI.
h l.emptorẽ.vbi gl.& Bart.de act.empt l.at ſi. §. cum me. ubi Abb.de neg.
ſum ſequerer,quoties vẽditor ſciens alienam rẽ
eſſe nihilo minùs vendidiſſet. tũc enim quia do-
lo egiſſe videtur,emptori ſuccurrendũ eſt [k],præ-
E ſumereturque ſciuiſſe in re notoria,quoties con-
i Dec.conſ. 74.
k l.ſeruus.quẽ. §.fi.de act.emp. Bal.d.l.j.
iecturæ retrò inferrent, tempuſq; contractus re-
ſpicerent.Idem,ſi mala fide documenta ſuppreſ-
ſiſſet,vnde emptori ipſe inſtrui non poſſet. quod
hoc caſu Bald. rectè cenſuit [l]. Sed & ſi abſens VII.
l l.Titius. ij. de act.emp.Bal.d. l.ij.
venditor fuerit, vt ei denuntiari nõ potuerit,ni-
hil eſt,quod emptori imputetur,ſaluaq; illi ideo
erit euictionis actio [m].Nec arbitror tali caſu alia
m l.ſi ideo.§.pſenti.l.ſi fundo. §.fi.de euict.
proteſtatione opus eſſe,cùm impedimentum ex
ipſius venditoris facto proueniat [n]. Illud quo- VIII.
F que conſtat,ſi tam emptor quàm venditor ſimul
n l.quibus diebus.in princ. de cond.& demõ. l.ij. vbi Doct. ſi quis caut.
conuenti ſunt,aliam denuntiationem neceſſariã
non eſſe [o].Nec refert,q, venditor iudicio nolue-
rit adſiſtere: quia tum maximè teneri debet pro-
o l.ſi dictum.§. pe.eo.tit.
pter propriam contumaciã,quę uictorię cauſam
p arg.l. ſi ideo. in princ.
videtur dediſſe [p]: licet diuerſus in hoc iuerit So-
cin . Addunt & Recentiores alios caſus, quibus
non eſſe neceſſariam denuntiationem arbitran-
tur:ſed quia eos ego non probo , minimè refe-
rendos exiſtimaui.

4 *Subſcriptionis,vel ſupraſcriptionis par effectus.*
5 *Tactionis ſcripturæ in iurando,effectus.* PLV-



a LVRIBVS *a*. ¶ Stipulatio † gene-
1 ralibus verbis concepta, ſecũdum
ſpeciales conuentiones præcedẽ-
tes multiplicatur, quæ in eam de-
2 ductæ ſunt. Specialis † ergo men-
dunt,cùm ad ea commodè referri poſsint [r].
1 *Stipulatio multiplicatur annis.*
5 *Fructuum venditio in annos multiplex eſt.*
6 *Locatio non compræhenditur prohibitione venditionis.*

§.DE HAC STIPVLATIONE *b*. ¶ Licet

# LEX CXL.

## PAVLVS LIBRO 3. *ad Neratium.*

L.140. Pluribus rebus.

PLuribus *a* rebus præpoſitis ita ſti-
pulatio facta eſt: EA
OMNIA, QVÆ
SVPRA SCRI-
PTA SVNT,DA-
RI ? propius eſt, vt
tot ſtipulationes,
B quot res ſint.

§. de hac ſtipulatione.

¶ De hac ſtipulatio-
A ne *b*, ANNVA, BI-
MA, TRIMA DIE
ID ARGENTVM
QVAQVE DIE
DARI ? apud vete-
res varium fuit. Pau-
lus. Sed verius & hic
tres eſſe trium ſum-
B marũ ſtipulationes.

a Titia.§.ſi.l.ſ. eod.
b Tor hic.
c Alber.d.l.Titia.in fin.
tio in præfationib.
facta cenſetur & in
ſtipulatione gene-
rali repetita [a],& (vt
relatio cũ ſuis qua-
litatib. facta videa-
tur )ſiue hę qualita-
tes effectum reſpi-
ciant [b],ſiue verborũ
I. formam.Sed † qd,ſi
3 aliqđ pactum priùs
d arg.l. ſi qs ex argentarijs.§. ſi initiũ. de eden.
e Alex.conſil. cxlvij.ij.
ſcriptum inutile eſ-
ſet, nunquid confir
mabitur ex ſequen-
ti ſtipulationis clau
ſula?&Alber. [c] cen-
ſuit confirmari, ad-
II. hucq; eſſe legi noſtræ locum. Quid,ſi clauſula
ſtipulationis non in fine poſita, ſed in principio
4 eſſet ? & videretur nihil referre [d] , ſicut † & vide-
mus nihil intereſſe , an qs ſubſcriptione ſua ſyn-
graphen aliquam approbarit, an ſupraſcriptio-
III. ne.quod Alexan. [e] ex facto reſpondit . Quid,ſi
f l.petens. C. de pact.l. iuriſgen. §. q fere. eo. tit.
ex interuallo ſtipulatio hęc acceſſerit,vt quia ho
die conuentu inter nos pactis nudis eſt,&poſt
quindecim dies interponimus ſtipulationem ge
neralem, *Ea vti ſcripta eſſent,dari fieri ſpondes* [f]?& cùm
lex noſtra nõ diſtinguat, nec nos diſtinguemus.
IV. Sed quid,ſi dictio ſuprà ſcripta non ſit ſtipula-
g l.ſi idem.§.fi. de iuriſd.om.iu. Dec.conſ.182.in fin.
tioni adiecta?&non eſt dubium talem dictionẽ
ad omnia ſuprà ſcripta cum ſuis qualitatibus re-
ferri [g] , dum tamen cõmodè poſsit, alioquin ad
h l.j.§.penul.de poſtul. vbi Dd.
proxima ſolùm refertur [h].Ego tñ puto idem eſſe,
ſi ea dictio non adſit,vt quia ſcriptum ſimpliciter
ſit, *Hæc omnia dari*:vel,*Quæ pacta ſunt, dari*,& ſimilia.
V. Sed nunquid ex proprietate ſermonis proce-
i l. cũ ſtipulatꝰ. verb.propemodum.ſ.eod.
dat legis noſtræ regula ?& exiſtimant Doctores
procedere,qa hîc dicitur,*Et proprius eſt*, id eſt ma-
gis pprium:ego verò cõparatiuũ à dictione Pro
pe,eſſe arbitror,vt ſit pprius , id eſt propinquius
VI. veritati [i]. Sed nunqd hæ ſtipulationes, quę hac
k l.q dicit. vbi dixi.ſ. eo.
generali cõtinentur,dicentur expreſſę an tacitę?
& Aret.ait cenſeri expreſſas in genere [k]: ego in
l l.mercis appellatiõe. de verb. ſig.vbi Bart. l.ſi maritus.§. j. de adult.
ſpecie quoq; expreſſas arbitror,nõ quidẽ fictè,vt
ille credidit,ſed iuris interpretatiõe,quę in iiſce
reb.verè diſponit [l]. Hincq; infert Ang.vt † mi-
nor,qui iurat ſe maiorẽ,cẽſeatur in integrũ reſti-
VII. tutioni renũtiaſſe,oportet eũ tactis corporaliter
5 ſcripturis iuraſſe [m]. Finge ergo inſtrumento,
m l. ſi alterius. C.ſi min. ſe maior dix.
tabellionis ſimpliciter ſcriptum eſt eum iuraſſe,
deinde adiecta ſunt multa pacta :demum in fine
n arg.no.in authẽ.ſacramenta puberũ.C.ſi aduerſ. vend. pig.
ſubiecta eſt clauſula,*Quæ omnia & ſingula iurãt partes,tactis ſcripturis,attendere & obſeruare*,etc.nunqd vi
debitur etiã tetigiſſe ſcripturas, cùm iurauerit ſe
o l.doli clauſula.ſ.eod.
maiorẽ?&† Angelus exiſtimat cẽſeri tetigiſſe,id-
que legis noſtræ argumẽto,vt clauſula ſequẽs ge
6 neralis ad ſuprà ſcripta ſpecialiter ſcripta refera
p l.ſi ſeruum.§. inquit lex. ad l. Aquil.Dd.l.j.§. j.de op.no.nũt.
tur [n] : ſed Imol.& Aret. hîc diſſentiũt,qa clauſula
generalis in fine poſita non debet ad ea extẽdi,q̃
ſuprà ſpecialiter ſcripta ſunt [o]:qđ verũ eſſet, ſi ta
lis clauſula nõ eſſet eo fine adiecta,vt quæ ſpecia
liter dicta ſunt,confirmaret [p], qđ Torquatus hîc
7 ait.Addit Imola,nõ † eſſe credendũ bis iuratũ eſ
q c.& ſi expreſſa.de iureiur.
ſe [q], ideoq; ſecundũ iuramẽtũ ad primã cauſã tra
hẽdũ nõ eſſe:qđ ſanè quã friuolũ eſt.verba enim
clara ſunt , & ſuprà ſcripta omnia compræhen-



† annua ſtipulatio
vna ſit,nõ aũt ſecun
dũ annorũ numerũ
b
multiplicetur, vt ſu
1
prà vidimus [s] , tñ a-
r d.l.j.§.pen.de poſtul. vbi Bar.
liud hîc reſponſum
s l. ſi Stichũ.§. ſtipulatio.ſ.e. l. ſenatus.in fi. de don.cau.mor.
eſt,cùm ſub hac for
ma concepta eſſet,
*Promittis talẽ pecuniam annua , bima, trima die, & quaq; die dare?* cen-
t l.ſicut.in pric. quib mo.uſufr. am.l. huiuſmodi.§.pe.de leg.j.
ſentur.n.tres ſtipu-
lationes , cùm trib.
u l.hoc articulo. de hæred. inſt.l. ſi neceſſarias.§. ſi annua.de pig. act.
annis faciẽda ſit ſo-
lutio.Sed quę eſt hu
ius rei ratio?nec. n.
x l. Baliſta. ad Treb.
videtur qequã refer
re,an ea verborũ forma ſtipulemur, an dicamus
in ſingulos annos,cùm diſtributio ſingulis annis
facta æquipollere illi tẽporũ enumerationi vi-
deatur [t]:& Ang.iterationi diſtributiuæ clauſulę
hoc tribuit.nõ.n.ſolũ pmiſsio cõcepta eſt, *Annua bima,trima die*,ſed adiectũ *Quaq; die*.&quãuis dictio
*Quiſq;*,collectiua ſit [u],qa tñ ſingulariter partes tri
C buit,vi etiã diſtributiuę habet.eſt aũt geminatio
plerũq; nõ parui effectus in iure noſtro [x].Sedhęc
ſententia recepta nõ eſt.nec.n. credendũ eſt legi
noſtræ locũ nõ eſſe, ſi dictio *Quaq;* appoſita non
fuiſſet:et plerũq; idẽ ſimplex clauſula poteſt,qđ
iterata operaretur,neq; †.n.verborũ multiplica-
2
tio ius mutat [y].Verior ergo & receptior ſentẽtia
y l.pediculis.§. Labeo. de auro & arg.leg.
eſt,vt id tribuamꝰ expreſſę tẽporũ dinumeratio
ni: ſiquidẽ † idẽ eſt dicere,*Promittis annua,bima,trima die?* quod primo & ſecundo & tertio anno,quo-
3
D que anno æquas portiones [z], vt ſi ſumma pro-
z l.3.ſ. de ann. leg.
miſſa ſit triginta,videantur decem,item decẽ,itẽ
a l.ſcire.in gl.ſ. eod.
decem pmiſſa,quo caſu certũ eſt eſſe tres ſtipula
tiones [a].Quod multo magis pcederet,ſi adiectũ
b d.l.iij.
eſſet [b],in ęquis portionib.Quãuis ergo pmiſsio
in ſingulos annos quẽlibet diſtributiuè contine
at , non tñ expreſsè & nominatim cõtinet. At in
ſtipulationibus maximè ad vim verborũ attẽdi-
mus. Addit hîc Albericus,eũ, qui triginta ſtipula
tus ſit annua,bima,trima die lapſo primo anno
E non poſſe decẽ petere,ſed expectandũ eſſe trien
niũ,idq; ex Põponij reſpõſo [c]. Quę ſentẽtia fal-
c d.§.ſi annua.
ſa eſt. nec.n.ita ſentit Pomponius, ſed differẽtiã
circa vẽditionẽ pignoris cõſtituit,an dictũ ſit,ni
ſi ſua quaq; die pecunia ſoluta eſſet , an pecunia
quæq; ſoluta eſſet,vt primo caſu expectetur triẽ
niũ,hoc ſecũdo nõ expectetur, cũ † dictio *Quæq;*, 4
pecuniæ adiecta particulariter diſtribuat quãli-
bet ſummã:qđ non eſt, cùm nõ pecunię,ſed diei
adiicitur.Sed pone:fiduciarius † cliens,vt ęs alie 5
F nũ diſſoluat,vẽdit fructus fundi p trienniũ : & eo
d Bal.l. uoluntas.C. de fideic. Alexan.conſ.50. lib.v.in fi.
finito,per aliud trienniũ:an tot erũt vẽditiones,
quot ſunt tẽporũ enumerationes?& hîc pbatur
eſſe , quod Bal.cenſuit [d].Qua ratione idẽ eſt di-
e §.nec illud q hactenus in authẽ.de non alie. vbi Angel.
cendum,cùm quis fundũ in nouenniũ locat,de-
inde in aliud nouenniũ, & ſic deinceps:tot erũt
f l.j.§.ſi ſtipulãti.ſ. eod. Bald. conſ.475.j.
locationes,quot nouennia:valetq; hic cõtractus
dum tñ in fraudem legis non fiat,quæ alienatio-
nẽ phibeat [e]:quod Din.Oldr.Alber. hîc tradide
runt.quo caſu cùm plures ſint locationes , nõ vi-
tiabitur prima vtilis p alias inutiles [f].Fortiùs e-
go arbitror indiſtictè valere, etiã ſi de re alienari

a l.j.§.q in perpetuum.ſi ag. vect.

prohibita fiat, dum tamen id agatur, nẽ vtile do-
minium in huiuſmodi conductorem tranſeat a.
quod in dubio eſt credẽdum, vt actus valeat. nec
6 † enim prohibita alienatione cenſetur prohibi-
ta locatio b, etiam ad longum tempus, dum actũ
ſit, ne vtile dominiũ
transferatur c, ſicut
nec vẽditio fructuũ
etiam ad vitam alie
nantis prohibita cẽ
ſetur d. & lex hãc re-
nouationem in em
phyteuſi prohibet,
quæ propter trans-
lationem vtilis do-
minij propriè eſt a-
lienatio e: de loca-
tione verò non lo-
quitur, ex qua ius
perſonale tantùm
transfertur. ergo p-
miſſum cẽſebimus.
quod prohibitũ nõ

b gl.l.codicillis §. inſtituto. de leg.ij.
c Bald.Imo.l. ſi domus.in fi. de leg.j.l.j.aut ſi libellario.in fi. ab mo.ſeu amit.
d Bart.l. vſufr. ſol.mat.Iaſ.§.diui.verſ.xij.limi.
e d.§.necq illud.

¶ Et ſi placeat a ex-
tingui obligatio-
nem, ſi in eum caſum
inciderit, à quo inci- A
pere non poteſt: nõ
tamen hoc in omni-
bus verum eſt. Ecce
ſtipulari viam, iter, a-
ctum ad fundum cõ-
munem ſocius non
poteſt: & tamen ſi is B
qui ſtipulatus fuerat,
duos hæredes reli-
querit, non extingui-
tur ſtipulatio. Et per
partem dominorum
ſeruitus acquiri non
poteſt: acquiſita ta-
men conſeruatur, &
per partem domini.
hoc euenit, ſi pars
prędij ſeruientis, vel
cui ſeruit, alterius do
mini eſſe cœperit.

reperitur, probantque hoc non aduocati ſolùm,
quorum, vt Albericus ait, fuit hæc cautela, ſed e-
tiam multarum vrbium vſus, quicquid Alexan-
der, aliiq; Recẽtiores cõſiliis ſuis cõmenti ſint f.

f Alex.con.165. in ij.104.in 3.Iaſ. l. manumiſ. de iuſt.& iur.

1 *Regulæ, obligationem ad caſum peruenientem, à quo nõ poßit incipere, irritari, per exempla & fallentias declaratio. 2, 3, 5, 7, 8, 9, 10.*
6 *Cæcus manet iudex.*

ET SI PLACEAT a. ¶ Adfert hic Iuriſcon-
a ſultus regulã, cui ſubiicit duas exceptiones. Re-
1 gula eſt, † vt obligatio, quæ ad caſum peruenit, à
quo incipere non poteſt, vitietur, vt g cùm res p-
miſſa efficitur ſacra h: vel ſeruus promiſſus citra
moram debitoris deſinit eſſe in rerum natura i:
vel cùm quis legat ſeruo alieno, quem deinde re
dimit k: vel cùm is ſeruus, qui lethaliter vulne-
ratus eſt, liber efficitur, ceſſat enim legis Aquiliæ
actio l: vel cùm is, cum quo litem conteſtatus e-
rã, arrogatur, iudicium enim ſoluitur m: vel cùm
fundũ, cui ſeruitutem dari ſtipulatus erã, in to-
tũ, vel pro parte alienauero n: vel cùm ſacerdos
ſecundas nuptias contrahit, cadi enim iure ciui-
li à ſacerdotio o: vel cùm is ſeruus, qui furtum
mihi fecit, incipit ad dominium meum pertine-
2 re p, & ſi qua ſimilia. Sed quę ratio eſt regulę? an
q, quę impediunt facienda, eadem plerunq; etiã
facta infirmant q? an q, ſicut ceſſante cauſa ceſſat
diſpoſitio r, ita ceſſante per ſuperuenientem ca-
ſum ratione, quæ contractũ ſubſtinebat, etiã cõ-
I. tractus ipſe infirmatur s? Excipitur † hìc à Iuriſ-
3 conſulto primus caſus, cùm verè quidem ad ca-
ſum peruenit, à quo incipere non poteſt, ſed iu-
ris interpretatione ſecus eſt t. tunc enim actus
ſuſtinetur. Vnde ſi quis ſtipulatus viã fundo cõ-
muni deceſſerit relictis duobus hęredibus, ſuſti-
netur ſtipulatio u: quia licet verò quilibet hære-
dũ pro dimidia repræſentet teſtatorẽ x, iuris tñ
interpretatione, ppter rei indiuiduę naturã cen-
ſetur quilibet in ſolidum repræſentare y. At du-
bium non eſt duobus in ſolidum ſeruiturẽ debe
ri poſſe z, qđ ex quadã neceſsitate lex induxit a.
durũ.n.eſt, vt ſeruitus vni promiſſa quodãmodo
multiplicetur, & duobus inſolidum deberi inci-
II. piat, ſed aliter conſtitui non potuit. Sanè for-
tiùs ſuſtinetur actus, quando nec iuris quidẽ in-
terpretatione ad caſum peruentum eſt, à quo res

g l.exiſtimo.ß. eo.l.pe. de ſuſp. tut. l. Vranius. verſ.ſi duo.ſ. de fideiuſ.
h l.inter.§.ſacrã ß.eod.
i l.ſi ſeruũ. ß.e.
k l.3.in fi.de iis.
l l. quia ad leg. Aquil.
m l.ſi à me. de iudic.
n l.ſi quis ſub vna.§. j. ß. eod.
o verſi.ſed neq; cum in auth. q. opor epiſc.
p l.falſus.§. fin. de fur.
q l.nõ diſtiguemus.§. ſacerdotio. de arb l. ſi pecuniç.in fi.vt in poſ.leg no.
r c.cùm ceſſante.de appel.
s l.ſi ß.vnde lib.
t l.nemo.j.§.j.ß. eod.d.l.ſi ſeruũ.
u l.ſi vnius. in fi.de ſer.ruſt.
x l.pacto ſucceſſorũ.C.de pac.
y l.ij.§.ex ijs.ß. eod.
z l.via.§.quęcũ q;.de ſer.ruſt.
a l.hæred.§.an ea.am.erciſc.

incipere nequeat b. Vnde ſi alteri ex duobus reis
promittendi creditor ſucceſſerit, alter reus non
liberatur: quia quod ad eum attinet, nulla eſt ob-
ligationis cõfuſio c. Sed † & quoties lex ad prin- III.
cipium duntaxat attendi, ſatis eſt tunc valuiſſe, 4
nec ex poſt facto a-
ctus vitiabitur. Cen
ſetur aũt ad initium
ſolùm attẽdere, cũ
eundem finem cau
ſa impediens & im-
pedita reſpiciunt d.
Vnde valet legatũ
creditori factũ. ſi le
gatũ ſit, purè: debi-
tum verò conditio-
nale, quamuis dein
de euenerit viuo te
ſtatore conditio. v-
traq; enim cauſa &
legati & debiti eò
reſpicit, vt creditori
ſatisfiat. Sed ego nõ
arbitror ſufficere, q vtraq; cauſa ad eundem finẽ
tendat e, niſi & nihil debitoris interſit, q prima
cauſa ſtet firma. quod Aretinus hic ſentit. Quod IV.
& tunc dicendum eſt, cùm † impedimentum ex 5
perſona prouenit abſq; tamen illius f delicto:
tunc lex mitiùs interpretatur, & ſatis habet rem
C tempore habili eſſe cõfectam g, initiumq; reſpi-
cit, quod deinde ſubſecutum eſt, nõ curat h. Al-
ter eſt caſus, quem Iuriſcõſultus excipit, quoties
actus iam perfectus conſũmatuſq; eſt. tunc enim
ex cauſa noua non facilè infirmatur i: ſicut & vi-
demus ceſſante cauſa non ceſſare effectũ qui iam
cõſũmatus ſit k. Vnde ſi mihi ſeruiturẽ in fundo I.
tuo ad fundũ meũ promiſeris, eamq; obligatio-
nem abſolueris, id eſt ſeruitutem conſtitueris, ſi-
ue partem fundi ſeruientis alienes, ſiue ego par-
D tem fundi dominãtis, non vitiatur cõſtitutio l.
Sic & matrimoniũ conſummatũ durat, tametſi
impedimẽtum in perſona ſuperueniat m. Sic cę- II.
cus iudex permanet, qui à principio eligi nõ po- 6
tuit n. Sic faciliùs res iam orta conſeruatur, III.
quàm à principio produci valeat: quod plurimis IV.
exemplis Iaſ. oſtendit o. Sic † eius teſtimonium, V.
qui quo tempore habilis erat, interrogatus fuit, 7
etiam in futurũ ſuſtinetur, quamuis infamis fue-
rit deinde pronuntiatus p. Quod intelligũt Do-
E ctores, etiam ſi ex cauſa notatus ſit, quę retrotra-
hatur q, vt etiam Are. hic docet. Sic actus ſemel VI.
legitimè factus non infirmatur, quamuis lex no-
ua aliã deinde formã tradiderit r. nec enim ta-
lis lex ad caſus iam conſummatos, ſeu etiampẽ-
dentes trahitur: idq;, ſecundum Aret. etiam ſi te-
ſtator poſt legem potuerit teſtamẽtum mutare,
nec fecerit s. Sic † ſentẽtia à iudice ex certa cauſa VII.
ſa dicta locum habet etiã ſi ea cauſa deinde ceſſa 8
uerit: idq; propter rei iudicatæ auctoritatem t.
F Quod † in quolibet alio actu procedit, q in iu- 9
dicio geſtus, & à iudice ſit approbatus u. Vnde ſi
propter viri inopiam reſtituta ſit dos vxori, iſq;
deinde efficiat diues, firmam tñ manere reſtitu-
tionem ſemel factã Bart. ait x. Sed nunquid ex
ſuperueniente cauſa debeat iudex iterum rem a-
ctam agere, & viro dari iubere? & putarim id vi-
ro concedendũ eſſe: quod aliq & nouiſsimè Iaſ.

b gl. l.ſi ſub vna.ubi dixi.l.damni §.emptor. de damn.infec.
c d.l.Vranius.§. ſed cũ duo.ff.de fideiuſ.
e §.econtrario. Inſt.de lẽg.l.nec ijs.ad l.Falc.
e Bar.l.3.§.fi. de adult.
f d.l.3.de ijs, q pro non ſcript.
g l.is, cui lege. de teſtam.
h l.ſi qua.ff.de ritu nupt.
i c. factum legitimi.de reg.iur. in 6.l.qui iuſſu. ß.de ijs, q not. infam.
k l.fin.ß. vnde lib.vbi Bar.
l d.l.via.§. quęcũque.l.vt pomũ. in fi.de ſeruit.
n l.patre furioſo. de ijs, q ſunt ſui.
n l.cæcus.de iudic.
o Iaſ.d.l.patre furioſ.d.l.ſiqua.
p c.j.an remoueri deb.in feud.et p Dd.c.teſtimonium.de teſt.

q l furti.§.j.vbi Bart.de ijs, qui not. r l.iubemus.in fi.C. de ciarũ.in auth.ut fac.no.conſt.ubi Ang.contra. t d.c.cum teſt. s §.puins. ceſſante. u l.ſciendum.§.fi.qui ſatiſd.cog. x Bar hic.

cen-



VIII. cenſuerunt a. Nam † & fideiuſſor, qui actionem
10 mandati aduerſus reum dilapidatorẽ habet, eo
ad ſanos mores reverſo, amplius nõ agit, & quã-
vis ius ei quęſitum eſſet, tamen aduerſus regulas
cõmunes & extra ordinem erat quæſitũ, ideoq;
facillimè tollitur,
quod Bal. cenſuit b:
quod & in reſtitu-
tione dotis ob ino-
piam mariti eſt. ad-
verſus enim com-
munes regulas fit,
nec tam reſtitutio,
quàm ſequeſtratio
I. quędã eſt. Hincq;

a gl.l. ubi de iu. dot.C.Iaſ. d. l.ſi conſtante.
b l. ſi pro ea.q. ß.C.mand.

LEX CXLI.
CAIVS *libro.11.de verborum obligationibus.*
SI ſeruus, aut filiuſfamilias a ita ſtipu
latus ſit, REM ILLAM, AVT ILLAM, VTRVM EGO VELIM? non
A pater dominuſue, ſed
filius ſeruuſue deſti-
nare de alterutra de-
bet:

11 † apparet ſuprà ſcriptæ concluſioni locum non
eſſe, quando actus conſummatus eſt, ſeu ius quę-
12 ſitum, ſed extraordinariũ, ſeu irregulare c. Rur-
ſus † non procedit, quãdo in pœnam eius qui le-
gis iuſsioni aduerſatur, actus conſummatus infir
matur. qđ ſuprà in ſacerdote bigamo tradidi d.
III. Idemq; † tradit Aret. cùm caſus ſuperueniens
13 eſt adeo efficax, vt actum pręcedentem, quamuis
conſummatum, perimat e: veluti cùm qui teſta-
mentum facit, ſe in alicuius arrogationem dãt.
infirmatur enim omnino teſtamẽtum, quamuis
aliàs perfectum f. Ego hoc caſu actum non eſſe
perfectum arbitror, quia in teſtamentis tria tem
pora conſiderãtur, & ante mortẽ teſtatoris atq;
aditionem non poteſt dici confirmatum eſſe te-
IV. ſtamentum g. Addunt † aliqui, etiã ſi actus qui
14 dem ſit cõſummatus, dum tamẽ tractum aliquẽ
habeat, non procedere ſuprà ſcriptum cõcluſio-
nem. Vnde immunitas conceſſa habenti duode-
cim liberos, licet perfectè ſit acquiſita, aliquibus
tamen decedentibus vitiatur h. habet enim tra-
ctum ſucceſsiuum, nempe vt filij poſsint cõmo-
diùs ali: quod Alex. tradidit, licet alij crebriore
calculo diſſentiant. qua de re ego lib. Præſump.
V. diffuſiùs i. Huc † pertinet & quod aliqui tra-
15 dunt, ſi rem venditam poſsit agnatus ex lege mu
nicipij redimere, iſq; pendente lite extraneo hę
rede inſtituto moriatur, reum abſoluendũ k, tan
quam res ad caſum deuenerit, à quo nequeat in-
cipere. Nec obſtat, quòd ius perfectè quęſitũ erat
agnato l: quia tale ius ſpecialiter aduerſus ius cõ
mune inductum debet obſeruari, ſi perſeueret &
duret, non ſi momento extinguatur m. Nam & vi
demus ius principi eſſe permutare cum eccleſia,
dummodò rem ſibi retineat, non ſi in alium alie
nare velit: imò tunc actus, quãuis perfectus, re-
ſcinderetur n. Sed tamen ſatius eſt ſuprà ſcripto
caſu concluſioni adhęrere, vt ius perfectũ, quam
vis momento duret, attendatur: quod variis exẽ-
VI. plis alibi docui o. Sanè † quandoq; caſus ſu-
16 perueniens adeò efficax eſt, vt pręcedentem actũ
omnino infirmet, huiuſq; rei cauſa lex actiones
reſciſſorias cõcedat, qualis eſt querela inofficio-
ſi teſtamenti, actio Quod metus cauſa, in integrũ
reſtitutio, & ſimiles. Sed hic articulus (vt Bar. re-
ctè ait) ad ſuprà ſcriptam regulam non pertinet,
ideoq; omitti debuit. congruis enim tractatibus
explicandas res eſſe ex Hermogeniani p ſenten-
tia & verbis colligi poteſt. Illud fortaſſe non in-
commodè ex Baldo q adiicere poſſemus, caſum
ſuperueniẽtem (ſic enim ipſe loquitur, & notat)
in perſona promiſſoris extinguere ius quæſitum
actori vſqueadeo, vt aduerſus hęredem iniuriarũ
agi nõ poſsit, etiã ſi is, qui adfecit iniuriã, promi-
ſerit iudicio ſe ſtaturum. quia (vt ait Paulus r) ta-

c l.j.§.tãdiu.de cur.fur.l.fi.C.de ſent.paſ.
d d.§. ſed neq; eum.d.l.ij.
e d.l.falſus.§.fi.
f l. q ex liberis.§.teſtamẽto. ß. de ſecund.tab.
g l. ſi nemo.de teſtam.tut.
h Alex.l ſi cum dotẽ.§. ſi maritus.ſol.mat.
i verſ. xxxvj.
k Io.Fab.d.§.e contrario.
l l. poſthumus. in fi.de inof.teſt
m Sal.l.fi.q.vlt. C.de adult.
n auth.vt decetero.cõ vtr Gui Pap.q.ccccl j.
o dixi l.ſi tibi pecuniã ſi cer.pet.
p l.ij de ſtat.ho.
q l.ſi cum.ß.ſi quis caut.
r d.l.ſi eum.



les ſtipulationes propter rem dantur: ideo cum L.141.
re extingui debent. Si ſeruus.

LEX CXLI.
1 *Quæ perſonæ cohærent, ad patrem, vel dominum non tranſeunt.*
4 *Contractuũ & vltimæ voluntatis, quo ad filiumfamiliâs, differentia.*
5 *Optionis et electionis dißidentia.*
8 *Legatarius quandoq; eligit.*

SI SERVVS AVT FILIVSFA- a
MILIAS a. ¶ Facultas † eligendi co- 1
hæret perſonæ s: & ideo ſi ſeruus,
vel filius ſtipulati ſint, vtrũ velint,
B ius eligendi ad eos, non aũt ad pa-
tremfamiliâs pertinet. quæ enim veri facti ſunt,
ad eum non tranſeunt t. Sed † quid, ſi filius, vel 2
ſeruus eligere non poſſunt? & ſi ſint mortui, pote
rit paterfamiliâs ipſe eligere: Quia † factũ iſtud, I.
tanquam acceſſorium, ſequitur naturã principa- 3
lis. vnde pater in quem ius ſtipulationis tranſiit,
eliget u. Idem ſi ſeruus, vel filiusfamiliâs ſit ma II.
numiſſus x, ne fortè contumacia horũ, qui extra
poteſtatem meam facti ſunt, mihi noceat, & ius
C mihi ex ſtipulatione acquiſitum perimat: quod
Imola, Caſtrẽſis, Aretinus hic tradiderũt, & ego III.
ſuprà attigi. Sed & filiofamiliâs ego exiſtima-
rim, licet electio ad eum pertineat, ſi tamẽ ad eã
iure legati admittatur, neceſſariũ eſſe patris iuſ-
ſum y, licet aliud in contractibus ſit. Sed quę eſt
ratio differentiæ? & puto hanc eſſe: in † contra- 4
ctibus enim, quorum ſubſtantia à conſenſu ipſo
pendet, legitima eſt filij perſona z, quia in his,
quæ iuriſgentium ſunt, patriã poteſtatẽ non re-
D ſpicimus a. at enim in inſtitutionibus & legatis,
quæ iuris ciuilis beneficio inducuntur b, non eſt
legitima ſolius filij perſona, niſi qnatenus iuſſu
paterno adiuuetur, ideoque non poteſt iure ciui
li filius abſq; iuſſu patris adire c, nec etiam ſeruĩ
legatũ optare d, nec ſufficeret ratihabitio, cùm
ſerui optio in pendenti eſſe nequeat e. Qua ra-
tione & in voto neceſſaria eſt patris auctori-
tas f: quia votum non ſecundum ius gentiũ exe
cutionem habet, ſed ſecundum ius publicũ, qđ
E in ſacris & magiſtratibus conſiſtit, & iuris ciuilis
pars eſt g: ideoq; filium non habent pro integra
perſona pontifices, cùm ipſe ſacra nõ habeat, ſed
in paternis ſacris ſit h. & ita ego ſentio. Alij ta- IV.
men aliter, è quibus aliqui Veteres, vt Petrus, Ci
nus, & nouiſsimè Aretinus, legem noſtrã ſecun-
dum Iuliani reſponſum accipiendam arbitran-
tur, vt filius, vel ſeruus eligant quidem ipſi, ſed
pręcedere tamen debeat patrisfamiliâs iuſſus i.
Quæ ſententia cõmuniter reiecta eſt, nec ſat ver
F bis legis noſtræ applaudit. At † Bart. inter optio- 5
nem & electionem diſtinguendum cenſuit. in e-
lectione enim vtrunq; in obligatione eſt, at in o-
ptione nemo k. Sed & hoc pleriq; non probant,
& Aret. hic non placet, nec mihi. Lex enim vbiq;
de obligatione alternatiua ad obligationẽ gene-
ris argumentatur l, nec vlla eſt probabilis diffe-
rentiæ ratio hoc caſu, Accur. quę crebriore calcu
lo alij ſequuntur, inter † legata & contractus di- 6
ſtinguit, vt in legatis ſit neceſſari9 patrisfamiliâs
iuſſus m, cùm ea citra vllã induſtriã ignorantibus

s l. ſi ſtipulato fueri.illud. ß. e.
t l.q hęredi. de cond.& dem.
u d.l.ſi ſtipulatus fuerim.
x l.ſi Pamphilo de opt.leg.
y l.Iulianus.de leg.j.
z l.filiusfam.ij. ß.tit.j.
a Inſtit. de pat. pot.in princ.
b gl.l.illa inſtitutio.de hæred. inſt l.3.ß.de teſt
c l. qui in aliena.de acq. hær.
d d.l. Iulianus.
e l.actus.de reg.iur.
f l. ij.§. uoto. de pollicit.
g l.j.in prin.de iuſt.& iur.
h l.filiæ.ij.C.de collat.
i d.l.Iulianus.
k Mod.d.l.Iulianus.
l l.ij.§.j. ß. eo. vbi dixi.
m arg l.eũ qui ita.§. q ſibi.ß. e.

a l. cũ pater. §. ſurdo de leg. ij. b gl. l. ſi vxoré. C. de cõd. inſer.

acquirantur [a]; at in contractibus ſecus, eſt quæ operam filij, vel ſerui exigunt [b]. vnde quod induſtria ſua acquiſiuerunt, veriſimile eſt etiam cauta

7 & pendente electione conſeruaturos [c]. Qua† ratione, ſecundũ Bartolũ etiam ſolui filio familiâs poteſt, qđ ipſe ſuo contractu patri acquiſiuit [d]. Sed hanc rationẽ Aret. hîc, & alibi Recentiores oppugnant: ego verò ſecundũ ea, quæ ſuprà dixi, defendendã arbitror: nec operæpretiũ eſt omnes hîc argutias referre, & pluribus argumentis cõfutare: pertinet id magis ad ſophiſtam vitiligatoremq;, quàm ad Interpretẽ & Iureconſultũ, tametſi pleriq; noſtratiũ, qui ſua admirãtur, hac in re plurimum ſibi placent: ego hãc docendi methodũm nunquã probaui, & inutilẽ ſtudioſis eſſe arbitror, niſi intra modum fiat.

c l. cũ hi. §. plane de tranſ. d l. q̃d ſeruus. ſ. de ſolut.

extranei a quoq; perſona ſi compræhenſa fuerit, veluti hoc modo, VTRAM EARVM TITIVS ELEGERIT, non àliter ſtipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quàm ſi Titius elegerit.

A ¶ Pupillus [b] licet ex quo fari cœperit, rectè ſtipulari poteſt: tamen ſi in parentis poteſtate eſt, ne auctore quidẽ patre obligatũ.

B

a EXTRANEI QVOQVE [a]. ¶ Arbitratore igitur non eligente euaneſcit obligatio, cùm nul

I. la petitio ſit [c]. Quod tamen in legatis humanitate legis nouellæ temperatum eſt, ne factum

8 tertij legatario noceat. Vnde† ſi Titius per annũ ſit negligens, & eligere detrectet, ius hoc ad ipſũ legatarium tranſit, qui tamẽ tanquam bonus vir eligere debet, & mediocrem accipere [f]. qua de

II. re loco ſuo. Addit Iaſon, ſi non vni tantùm, ſed duobus delata ſit electio, altero negligente, ſeu contumace, alterum ſolum poſſe eligere [g]. Quæ ſententia vera eſt, cùm heredibus mandata eſt electio: qui tenent teſtatoris iuſsioni parére: non, ſi aliquibus extraneis, qui nuda voluntate poſſunt id onus detrectare [h], nec ideò aut latitare,

III. aut contumaces eſſe exiſtimantur. Hincq; fit, vt ſi alicui executori commiſſa ſit à teſtatore electio, iſq; non nudus ſit executor, ſed aliquam partem lucri agnouerit, cogatur eligere, idq; munus

IIII. etiam in hæredem tranſmittat [i]. Sed & is, qui facultatem ſoluẽdi vnum pro alio habet, vt quia centum, vel ſeruum noxæ dedere ſit condemnatus, non ſolùm in hæredem, ſed etiam in ſingularem ſucceſſorem tale ius trãſmittere poteſt [k].

e l. ſi quis arbitratu. ſ. eod. f l. ſi. §. ſed & ſi. C. com. de leg. g l. ſi legatario. §. j. de fideic. liber. Bal. l. j. q. 12. C. quando non pet par. h l. 3. §. j. de arb. i l. à filio. l. alimenta. ſ. de ali. & cib. leg. k l. ſi quãdo. §. hæres. de leg. j.

V. Quod & generaliter recipi poteſt, quoties qs non mandato alterius, ſed iure proprio electionis ius habet [l]: vt ſi promiſiſti mihi riuum arbitratu meo purgare [m]. qua ratione enim ex contractu principali ius in quemlibet transferri poteſt, ita & talis electio tranſit [n], quod Aretinus

VI. hîc docet. Addunt Iacobus ab Aren. Cyril. Albericus, Vetereſque, ſi facultas eligendi alicui ſub nomine dignitatis ſit delata, nec tunc legi noſtræ locum eſſe, ſed ad ſucceſſorem in dignitate rem deuolui [o]. quæ res multas difficultates habet, & receptior eſt ſententia compromiſſum ſub nomione dignitatis factum in ſucceſſorem

VII. non tranſire [p]. Sanè ſi electio Titi demandata eſſet, expreſſè acto vt tanquam bonus vir eligeret, exiſtimauit Accurſius, huiuſmodi compromiſſum perſonam egredi [q]: quæ ſententia ſecundum legem ab ipſo adductam eſt intelligenda, cùm ſcilicet quid extrinſecus accidens

VIII. alteri ex contractibus eſt iniuſtum [r]: qua de re ſuprà. Poteſt & in vltimis voluntatibus procedere, cùm hæredi legatum ea forma iniungitur [s], non ſi iniunctum ſit verbis nudam voluntatem ſignificantibus: putà, *Dato, ſi volueris*: niſi tamen ſubaudiatur *arbitrari* [t], quem intellectum ſuprà ego non ſum ſecutus. Poteſt tamen de-

l l. illud. de opt. leg. m l. ſi ſic. §. ſi qs ita. vbi Bal. ſ. de leg. j. n l. in hoc iudicio. §. j. cõ. diuid o c. q̃niã abbas. de off. deleg. p l. qui liberis. § j. de vulg. ubi Bar. & Doct. q gl. l. in cõpromiſsis. de arbit. r l. hæc vẽditio. ſ de cõtr. empt. s d. l. ſi ſic. l. fideicõmiſ. §. quanq̃. de leg iij.

IX. fendi in hac verborum forma, *Hæres ſi volueris, fidei tuæ committo, vt Stichum manumittas* [u]. qui enim committit fidei, non cõmittit liberę voluntati: & aliud eſt, *Manumitte, ſi volueris*: aliud, *Committo tibi, ſi volueris*, quaſi ſentiat, ſi non volueris, alteri committam, qui manumittet: atque ita ego ſentio, licet alij aliter [x]. Sed hæc hactenus. pleraq; enim alia hoc in argumento ſuprà à me tractata ſunt [y].

t gl. iij. in l. j. de leg. ij. u l. fideicõmiſſoria. de fid. lib. x Iaſ. l. captatorias. in ſi. C. qui teſt. fac. y l. ſi quis arbitratu. ſ. eod.

1 *Ratio diuerſitatis in obligatione filijfamiliâs auctore patre & tutore.*
2 *Etiam in aduentitijs auctoritas patris filij obligationi non prodeſt.*
6 *Filiusfamiliâs pubes ex quibus cauſis non obligetur.*
9 *In ſpiritualibus filiusfamiliâs poteſt eſſe in iudicio.*
11 *Maſculi & fœminæ par ratio.*

§. PVPILLVS [b]. ¶ Filiusfamiliâs impubes nec auctore quidem patre obligari poteſt. Sed b

C 1 †cùm ſui iuris eſſet, tutore auctore obligaretur [z], cur non & patris auctoritas ſufficit? & Accurſ. & alij noſtrates tradiderunt, faciliùs id iuris permitti tutori, aduerſus quem pupillo conſultum actione tutelæ eſt, quàm patri, qui nulla actione à filio conueniri poteſt [a]. Alij, vt Iac. Per. Alberic. filium hunc non poſſe obligari aiunt, quia hoc iure nihil ſibi acquirit, ſed omina ad patrem transferuntur [b]. vnde iniquum fuit acquiſitiones patris eſſe, obligationes illi cohærere. Hinc-

D que inferunt, hodie aliud eſſe, cùm filius aduentitiorum ſit capax, paterque ſit legitimus eorum adminiſtrator [c]: meritò eius auctoritate poterit hodie obligari, ſicque lex noſtra corrigitur: idque & Bartol. quem cæteri ſequuntur, aliquatenus probat, nempe in iis, in quibus pater habet legitimam adminiſtrationem, quia proprietas filio, vſusfructus ſibi quæratur [d]. Sed ego I. non facilè crediderim corrigi legem noſtram:

z Inſt. de auct. tut. a l. lis nulla. de iudic. b l. placet. de acquir. hæred. c l. j. C. de bon. mater. l. ſi. C. de bo. quæ lib. d l. ſi infanti. C. de iur. delib.

II. 2 Nec† patris facultatem, qua adeundo pro fi-

E lio hæreditatem eum obligat, reſtringẽdam cenſeo, cùm patri vſusfructus quęritur. ex enim expreſsè repugnat, quæ id iuris patri concedit, etiam ſi filio emancipato delata ſit hæreditas [e]. nec enim tunc vllus eſt patris vſusfructus: imò perinde rationes reddere, tenetur, atque ſi extra- III. neus, aut quilibet alius eſſet [f]. Nam & Pet. & 3 alij, quos Aretin. hîc ſequitur, patrem† eſſe legitimum adminiſtratorem in aduẽtitijs filij aiũt, quamvis vſufructu ſit priuatus [g]. Quæ tamen

F ſententia aliquibus modis temperanda eſt, vt IV. infrà dicam [h]. Ego† adminiſtrationem hanc 4 legitimam patris in hoc verſari arbitror, vt filij aduentitia procuret & tueatur [i], non vt ipſum obligare poſsit: & ideo generaliter legis noſtræ regulam ſequor: vt auctore patre filius impubes obligari nequeat: quia ei aduerſus patrem nulla 5 actione eſt ſuccurſum, ſpecialeque† eſt, vt adire hæreditatem ei delatam pater poſsit [k]: tum, quia aditio hæreditatis poteſt & lucroſa eſſe, nec directò ad obligationem reſpicit, vt Bartolus & cæteri

e d. l. ſi infanti. verſ. ea vero. f l. litis §. ſi. de neg. geſt. g d l. ſi. §. ſin autẽ in ij. & §. pe. ver. ſi vero pat. h Cor. auth. ſed excipit. C. eo. tit. i d. l. j. C. de bo. mat. k d. l. ſi infanti. Iac. Oldr. Cyr. Alb. hîc.



a d. l. qui in aliena.

cæteri tradiderunt: tum quia cùm iure veteri omnino iuſſus patris eſſet neceſſarius [a], ſuadente propter filij ætatem neceſsitate non exiſtimauit legiſlator abſurdum, vt qui iubere debuit, idem & facere poſsit.

a PVBES VERO a.

I. ¶ Filiusfamiliâs† i-

6 gitur ex omnibus cauſis obligatur, ex quibus & is, qui ſui iuris ſit [b]: prætérquam ex mutuo, quoniam ſenatuſconſultum Macedonianum prohi-

II. bet [c]. Idemq;† ex

7 voto. quia mitiùs agitur cùm Deo, quàm cum hominibus [d]: vel quia votum ad ius ſacrorum pertinet, in quo filius non habet integram perſonam, vt ſuprà principio le-

III. gis dixi. Excipitur† & donatio cauſa mortis,

8 quam non niſi permittente patre facere poteſt [e]. quoniam mixtam naturam contractus & legati habet, vt Iac. Butri. & Socinus tradiderunt [f], quia contractus poteſt à filio celebrari: quia legatum non poteſt, niſi eius perſonam pater ſup-

IIII. pleat. Excipitur & factio teſtamenti, quæ iuris publici ciuiliſq; eſt [g]: at filiusfamiliâs, cùm in a-

V. liena poteſtate ſit, eius non eſt capax [h]. Excipitur deniq; & aditio hęreditatis, quam vt habeat oporteт iuſſum paternum præceſsiſſe [i]. qua

VI. de re ſuprà. Sanè & illud certum eſt, non poſſe filiumfamiliâs in iudicio eſſe abſque patris con-

9 ſenſu [k], niſi† tamen in ſpirituali cauſa, cùm in ea non attendamus ad patriam poteſtatem [l]. Cenſuit hîc tamen Bartol. ſi de actione perſonali agatur, vel in cauſa criminali, non ſufficere patris auctoritatem, quia eatenus cenſetur legitimus adminiſtrator, quatenus de re tractetur, cuius vſusfructus ad ſe pertineat [m]: at iis caſibus nullus eſt vſusfructus: dandus ergo erit filiofa-

10 milias curator [n]. Mihi durum videtur, vt† habenti partem detur curator [o], cùm nulla ſuſpicio parentis arguatur, & lex plus parẽti tribuat, quèm curatori [p]. Vnde videmus, quòd ſi filius ſit minor, vel non ſanæ mentis, pater tamen eius legitimus adminiſtrator eſt, tametſi de re agatur, in qua nullus ſibi vſusfructus debeatur [q]. Idem ergo & in caſu noſtro dicendum. Sed an ſolus pater procuratorem in aduentitiis filij cõſtituet abſq; filij conſenſu? & receptum eſt conſtituere [r]. In proſecutione tamen cauſæ neceſſarius erit deinde conſenſus [s], vt ferè receptius eſt propter verba legis, quæ aliàs nimium violarentur, vt Imol. & Aretin. hîc tradunt. Cæterùm quod hîc ſubiicitur, idem in filiafamiliâs eſſe, adnotan-

11 dum eſt, ſecundum Aretin. in† materia non odioſa, quod de maſculis dicitur, in fœminis, quoq; procedere, tametſi iure veteri aliquæ eſſent, inter filios maſculos & fœminas differentiæ [t], maximè quòd fœmina non tam facilè ſe poterat obligare, ſicut maſculus. Sed ne priuatã quidem rem agere fœminas ſine auctore maiores voluerunt, in manuq; parentum, fratrum, virorumque eſſe, vt M. Cato apud T. Liuium lib. XXXIIII. ait [u], hodieq; in plurimis ciuitatibus cõſtitutum eſt, obligationibus mulierem neceſſarium eſſe agnati conſenſum [x], iure tamẽ noſtro, ſicut pubes ex omnibus cauſis obligatur, ita & fœmina. ſed hæc ego alibi [y].

b l. filiusfamil. ij. ſ tit. j. c l. j. ad Maced. d l. 3. §. ſi quis rẽ de pollic. l. ij. C. de reb. cred. e l. tam is. §. j. de don. cauſ. mor. f l. ij. de leg. j. g l. 3. de teſt. h l. qui in poteſtate. de teſt. i d. l. qui in aliena. k d. l. ſi. §. neceſſitate l c. fin. in fin. de iud. l. nã q. ubi Doct. ad Treb. m auth. excipit C. de bon. q̃ lib. n l. pẽ. C. de auctor. præſt. o Inſt. de tutel. in prin. p Bal. & Dd. l. p̃ſes. C. de tranſ act. q d. §. ſin autẽ. in ij. & l. fin. C. de cur. fur. Cor. d. aut. ſed excipit. r l. j. C. de bon. mat. s l ſi. §. vbi aũt. C. de bo. q̃ lib et ibi Paul. & Cor. t Inſt. de exhær. lib. in prin. u d. l. iudex. C. de nupt. §. j. x Alexã. l. apud Iulianũ §. ſi pupillus. ex quib. cau. in poſ. eat. §. omniũ. de act

pubes verò a, qui in poteſtate eſt, perinde ac ſi paterfamilias obligari ſolet. Quod

A autem in pupillo dicimus, idem & in filiafamilias impubere dicendum eſt.

¶ Si ita ſtipulatus fuero [b], MIHI, AVT TITIO? & tu mihi daturũ te ſpondeas: ſecundum omnium opinionem ad interrogatum te reſpondere: quia conſtat mihi ſoli acquiri obligationem, Titio autem duntaxat rectè ſoluitur.

B

L. 141. Si ſeruus. §. Si ita ſtipulatus fuero.

2 *Superfluis non vitiantur ſcripturæ.*
3 *Diuerſitas in rebus, non in perſonis, deſtruit ſtipulationem.*
7 *Adiecto ſolui poteſt.*
8 *Reſponſio ad poſitionem conditionalis tenet.*

x l. trãſactione. C. de tranſ. Iaſ. l. ſi vnus. §. pacto ne. de pact.

§. SI ITA STIPVLATVS FVERO b. ¶ Omiſsio b
1 † adiecti in reſponſione facta non vitiat ſtipulationem. adiectus enim, qđ ad obligationẽ attinet pro ſuperuacuo eſt [z]. At† quæ 2 ſuperfluunt non vitiant ſcripturas. Plurimum itaque refert, an alternatio inter res, an inter perſonas ſit. ſi† inter res ſit, diuerſitas ſtipulationem 3 vitiat [a], quia vtraq; res ad obligationem adiicitur [b]: ſi inter perſonas, quia alteri ſtipulari nemo poteſt, non cenſetur alter ad obligationem adiectus, ideoque nulla in obligatione eſt diuerſitas, & valeat ſtipulatio, licét adiecto ſolui poſsit, qđ Dinus & veteres tradiderũt. Sed quomodo ſpe-

C ciem facti hîc formabimus? pone interrogaui te, *Promittis mihi, aut Titio centum?* tu reſpondes, *Promitto*: tunc non eſt dubium rectè reſponſum & per omnia eſſe, vt reſponſio ſecundum interrogationem accipiatur [c]. Rurſus pone te reſpondiſſe, *Tibi dabo centum*. & Bart. cenſuit non videri promiſſorem in perſona adiecti conſenſiſſe, quia perſonaliter promiſit: & certè reſpectu obligationis verum eſt non cenſeri promiſſorem quicquam adiecto ſpopondiſſe [d]. Aret. hîc contrariæ ſen-

D tentiæ aſſertor eſt, quoniam† pronomen *Tibi*, nõ 4 adeò perſonale eſt, vt excludat domini procuratorem [e], qualis adiectus eſt. nam & videmus quandoq; huiuſmodi pronomina vim ſimplicis demonſtrationis habere, nec reſtrictionis cauſa adiici [f]. Ego hanc ſententiam propter legis noſtræ verba ſequor, quæ ſimpliciter dicit, ad interrogationem te reſpondere. Quod ſimpliciter quoq; intelligendum, tam quo ad ſubſtantiã obligationis, quàm quo ad adiecti perſonam. Mo-

E uet me & illa ratio, q† adiectus ipſius ſtipulan- 5 tis ad ſolutionem recipiẽdam procurator eſt [g]. At† procurator ſola ſtipulantis voluntate conſti- 6 tui poteſt [h], quæ ex verbis interrogatiuis ſatis oſtenditur. nam & aliàs videmus, ex adiecti mentione inutiliter facta mandatum tamẽ induci [i]. Poterit† ergo debitor illi ſoluere, dum tamen nõ 7 ſit à ſtipulatore vetitus. quia enim in adiecto nõ conſenſit expreſsè promiſſor, non videtur certã formã à principio ſtipulationem accepiſſe [k], &

F ideo licebit ſtipulatori talem procuratorẽ reuocare [l]: idq; & Accur. hîc ſentit, & Imola, Aretin. Torquatuſq; tradiderunt, licet Cyrillus & Caſtr. diſſentiant. Cæterùm hîc probatur adiecti mentionẽ interrogatione factã nõ efficere, qa promiſſor qui ſtipulatori ſe daturum ſpopondit, videatur rectè ad interrogatũ reſpõdiſſe, quamuis adiecti mentio fuerit ſuperflua. Quid† ergo in 8 poſitionibus dicemus? interrogo te, an habueris centũ? tu reſpõdes non habuiſſe, & quatenus appareat te in commodum meũ eam pecuniã ver-

z ſ. in fi. l. a l. inter ſtipul. §. ſi ſtipulante. ſ. eod. b l. ſi duo. ſ. eo. c l. defenſor. §. qui interrogat. de interrog. act. d l. duos reos. 3. reſp. ſ. tit. j. e l. ſi tibi in fin. cum l. ſequ. & l. hæredi. de pact. f l. ſi ita. §. qui filio. de ſecund. tab. g l. Iulian. ſ. eo. h l. j. de procur. i l. ſi cũ Cornelius. de ſolut. k l. vero. ſ. de ſolut. l l. ij. C. eod.

tiſſe, an non ſit rectè reſponſum? & Raph. Paul. atq; aliqui Recentiores aiunt rectè reſpóſum eſſe: qa adiectio illa, quatenus appareat, etc. eſt ſuperflua, & ideo non vitiat reſponſioné [a], quę ſententia probabilis eſt, niſi cùm ſtatutũ iuberet po
a arg. l. qui mutuam. mand.
ſitionibus ſimpliciter reſponderi. nec. n. talis reſponſio ſimplex eſt, vt Bart. ait, quoniam cęteri crebriore calculo ſequuntur [b]: nos ſuprà tractauimus.
b Bar. l. j. §. ſi qs ſimplititer. ff. e.

¶ Si inter eos *a*, qui Romæ ſunt, talis fiat ſtipulatio: HODIE CARTHAGINE DARE SPONDES? quidam putãt non ſemper videri impoſsibilem cauſam ſtipulationi cõtineri: quia poſsit cõtingere, vt tam ſtipulator, quàm promiſſor ante aliquod tempus ſuo quiſq; diſpenſatori notum fecerit, in eum diem futurã ſtipulationem: ac demandaſſet promiſſor quidem ſuo diſpenſatori, vt daret: A B C
ſtipulator autem ſuo, vt acciperet. quòd ſi ita factum fuerit, poterit valere ſtipulatio. A

¶ Cùm mihi aut Titio *b* ſtipulor, dicitur aliam quidẽ rem in perſonam meam, aliam in Titij deſigna- B ri non poſſe: veluti mihi decem, aut Titio hominẽ? ſi verò Titio ea res ſoluta ſit quæ in eius perſona deſignata fuerit: licet ipſo iure non libere- C tur promiſſor, per exceptionem tamen defendi poſsit.

1 *Explicata fallentia, quòd anguſtia temporis quandoq; ſtipulationem non vitiet.*
5 *Etiam aliis caſibus anguſtia temporis excuſationẽ præſtat.*

§. SI INTER EOS *a*. ¶ Anguſtia ergo temporis vitiat ſtipulationem. Quod regulare in contractibus ſtricti iuris eſt [c]. Subiicitur † hîc exceptio, ſi caſus ille prima facie impoſsibilis
a
c l. cõtinuus. §. illud. ff. eo. §. loca. Inſt. de inut. ſtip.
I.
1
d l. qties. ij. ff. e. gl. l. ſtipul. §. in ſtipulationib. ff eo.
nihilo minùs contingat, vt quia promiſeram hodie dare Carthagini, & iam admonueram procuratorem, quem ibi habebam, vt tuo procuratori daret: ſed nunquid vt ſtipulatio valeat, prę ſumamus hanc admonitionem pro tempore acto prę ceſsiſſe? & videretur præſumendum [d], ſi tamen ſtipulator hoc allegauerit. nec eñ præſumptiones facilè eum adiuuãt, quis eas adfirmatiõe ſua non approbet [e]. Ego † contrà, vt aduerſus ſtipulatorem interpretemur, qui pecuniarum ſuarũ atq; huius admonitionis nullam in cõtractu mẽtionem fecerit [f]. etenim hæc facti ſunt, ideoque non temerè præſumenda [g]. Putârim tamen, ſi coniecturæ alij adfirmationi ſtipulatoris fidem adſtruant, ſecus eſſe [h], & tunc legem noſtram locum habere. Quod † verum arbitror, etiã ſi aliàs huiuſmodi coniecturæ planæ probationi non E ſufficerent [i]. iungentur enim nihilo minùs præſumptioni, quæ pro valore ſtipulationis eſt. qđ omne in æſtimatione iudicis erit [k], prout & cæteri ſtatus coniecturales [l], vt alibi declaraui.
e l. ſi adulteriũ. §. ijdẽ. Pollionſ. in fi. de adult.
f d §. in ſtipulationibus.
g l. in libello. §. factæ. de cap.
h l. cum quid ſi cer. pet. vbi dixi
2
i Bal. l. iubemꝰ. ij C. de ſacr. eccl. Salic. l. ſi mater. C. de cont. emp. Dec. con. ccij.
k l. etiã. §. j. de man. vin. Abb. c. quis. de re iud
3
l dixi lib. j. Præſump. verſ 16. [illegible] ij. §. ſi qs & ſeq. ſi qs caut.
II. Hincq; adnotandum eſt, anguſtiam † temporis non nocere contractui, ſi præſentia procuratorum abſentiam ſtipulãtium ſuppleat: ſicut nec nocet, quotieſcunq; ſuperueniens caſus citra culpam debitoris interuenit. iuſta enim tunc ſubeſt excuſationis cauſa [m], etiam ſi de tali impedimento proteſtatio non ſit facta [n]: qua in re alij aliter diſtinguunt. Sed † & quoties de damno quis agit, æquum eſt propter anguſtias temporis ei ſuccurri [o], nec illud tempus imputabitur, dum ſarcinulas componit, hoſpitium quęrit, aduocatum & perductorem expectat [p]. Sed † & ſi de lucro faciendo quis agat, vt quia à fiſco aliquid commodi citra vllius iacturam capiet idem erit, vt anguſtiæ non noceant [q]: quod ſecus eſt, ſi de aliena iactura tractetur [r], vt Cyrillus Homedeus
4
n d. l. ij. §. φ dixi mus. ubi Iaſ. Ripa tract. de peſte, ver. 6. in par [illegible] partis.
F
o l hoc ampl. in prin. de dã infe.
III.
5
p l. ab hoſtib. in fi. ex qb. cau. ma
IV.
6
q l. edicto. §. itẽ, diui. de iur. fiſc.
r l. item illa. de conſt. pec.

hîc tradit: nos ſuprà, quæ hac in re ſatis ſint, attigimus [s].
s d. l. continuus §. illud.

5 *Solutione adiecto facta, liberatur promiſſor.*
6 *Adiecti fideiuſſoris diſcrimen.*
8 *Pœna adiecta facto non facit cõtractum fœneraticium.*
10 *Non agitur ſtatim, adiecto ſub conditione facta ſtipulatione.*
12 *Puri & purificati idem iudicium, interdum ſecus:* 15.
16 *Qualitas repetitur etiam in adiecti perſona.*

§. CVM MIHI, AVT TITIO *b*. ¶ Diuerſitas † rei, temporis qualitatiſue non impedit, quin adiecto ſolui poſsit [t], dum tamen principalis obligationis dies ceſſerit. Sed quæ ratio eſt? & ſciendum, neminem † alteri ſtipulari poſſe ideoq; ſtipulationẽ, vt quis Titio hominẽ ſoluat nullam obligationem parere [u], vt tamen actus ſuſtineatur, quo fieri poſsit modo, ad ſolutionem proficit [x], perinde ac ſi dictum eſſet, *Niſi Titio hominem ſolueris, promittis mihi dare* [y]? cùm ergo promiſsionis verbum & ſubſtantia de obligatione mihi facta accipiatur, cenſetur ea principalis & facultas dandi adiecto eſſe acceſſoria [z]: igitur vt acceſſoria effectum habeat, oportet principalem valere: quia † vitiato principali vitiatur acceſſorium [a], non contrà. Sed cur ſoluto homine ipſi adiecto non tollitur obligatio ipſo iure? & Accur. ideo non tolli ait, quia ſolutio fit alteri, quàm ipſi creditori [b]: & licet non multum referat, an mihi ſoluas, an alteri me conſentiente [c], tamen in caſu noſtro refert, quia alia res eſt, quæ mihi debetur, alia quæ alteri ſoluitur [d], nec poteſt videri vnam rem pro alia ſolui, cùm ſolutio, quæ adiecto fit, iure cuiuſdam electionis fiat, non autẽ ſubrogationis [e]. nec † enim homo adiecto ſolutus loco illorum decem ſubrogatur, ſed ideo ſoluitur, vt euentu conditionis decem promiſſa incipiant non deberi: quod & Pet. Iac. Cyril. atq; alij communiter tradiderunt. At Bart. [f] ideo ipſo iure non liberari promiſſorem ait, quia ſolutio etiam eo inuito fieri adiecto poteſt [g]. quæ ratio legem noſtram reſtringit, vt tum demum ope exceptionis liberetur, cùm creditor contradicit, vel cùm ipſius creditoris fauore tantùm non fuiſſet adiecti nomen ſtipulationi inſertum [h]. Aret. adiectum propriè non eſſe creditoris procuratorem ait, ſed ſolùm ex quadã legis æquitate & pſumptione, ideoq; ſolutionem ei factã ipſo iure nó perimere obligationẽ. Quæ ratio ſi vera eſt, nihil referret, an idem adiuncto ſoluendũ eſſet, an diuerſum: & tamen lex hac in re aliquid intereſſe exiſtimauit. Ego ab Accur. ſententia non arbitror recedendum, quæ & receptior eſt, nec exiſtimo operæpretium eſſe
b
1
t l. qui res. §. mihi decẽ. cũ ſeq. de ſolut.
2
u l. ſtipulatio. §. alteri. ff. eod.
x l cum qui. §. qui ſibi. ff. eod.
y d. l. qui res. §. qui ſtipulatur.
z arg. l. Iulian. §. j. ff. eod.
D
3
a l. in pupillari de vulg.
b l. ſi cũ fundũ. ubi Bar. ff. de pactis.
c §. ſi quis alij. Inſt. de inut. ſtip
d arg. l. ij. §. idẽ Iulianus. de eo, quod cert. loc. l. quia aliæ. de oper. lib.
E
4
e d. l. qui res. §. mihi Rõæ. in fi.
f Bar. hic, & l. ſi hæres generaliter. de leg. j.
g l. vero. l. aliud de ſolut.
F
h l. hoc iure. §. ſi es dederit ubi Bart. ff. de don.



eſſe hac in re multum torqueri, cum parum referat, quis ipſo iure, an per exceptionem ſit liberatus [a]: & alibi Iuriſconſultus ſimpliciter dicit, ſolutione † adiecto facta liberari promiſſorem [b], nõ credens expedire, vt ſubtiliùs diſcerneret, quomodo liberetur.
a l. nihil intereſt. ff. de reg. iur.
5

Tempora *a* verò diuerſa deſignari poſſe, veluti, MIHI CALENDIS IANVARIIS, AVT TITIO CALENDIS FEBRVARIIS? imò etiam citeriorem diem in Titij perſonam conferri poſſe, veluti, MIHI CALENDIS FEBRVARIIS, TITIO CALENDIS IANVARIIS? quo caſu talem eſſe ſtipulationem intelligemus, SI TITIO CALENDIS IANVARIIS NON DEDERIS, MIHI CALENDIS FEBRVARIIS DARE SPONDES? A B C
Sed rurſus *b* mihi quidem purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contrà verò, ſi mihi ſub conditione, aut Titio purè: inutilis erit tota ſtipulatio, niſi in meam perſonam conditio extiterit, ſcilicet quia niſi quod ad me vim acceperit obligatio, adiectio nihil poteſt valere. A B C

TEMPORA [a]. ¶ Valet ergo ſtipulatio, *Mihi calendis Februarijs, aut Titio calendis Ianuarijs dare ſpondes?* Sed obſtat, φ cùm pars adiecti ſit neceſſaria, non videtur in duriorem cauſam, ſeu in breuiorem diem concipi poſſe: ſicut & de fideiuſſoris obligatione dicimus [c]. Sed † aliud eſt in fideiuſſore, qui obligationi appoſitus eſt: aliud in eo, qui ſolutioni duntaxat adiicitur & ideo alibi dicitur, ex cauſa leuiore, vel grauiore nõ vitiari adiectionem [d]: quod & hic probatur. Sed rurſus obſtat, quòd non videbatur calendis Ianuariis ſolui Titio poſſe, cùm adhuc ſtipulationis principalis dies non venerit, nec executio acceſſoriæ obligationis fieri ante principalem debet [e]. Sed reſponde, in † principali ortam eſſe obligationẽ & actionem [f], quia dies nõ eſt modus tollendę obligationis, ideoq; potuiſſe ab ea acceſſoriam confirmari. Hincque inferunt aliqui conditionem, quæ executioni obligationis adiecta ſit, non eſſe impedimento, quo minùs obligatio ex principali oriatur [g]. Rurſus inferri poteſt: Promiſi † tibi ſoluere centum calendis proximis, aut cxx. Titio hinc ad annũ, an contractus labe fœneratitia notetur? & Bartolus negat, quia quòd detur Titio, eſt facti [h], & pœna adiecta facto non arguit legis fœnebris fraudem [i]: idq; & Imol. probat, niſi creditor ſolitus ſit fœnerari [k]. nec enim ſolutio extraneo facienda arguit talem fraudem, cùm non ſoleant fœneratores cuiquam credere, fidemq; alienã ex ſua metiantur [l]. Sed ego diſſentio. cùm enim adiectus tanquã procurator ipſius ſtipulatoris ſit [m], nihil refert, quòd illi, aut ſibi ſit ſtipulatus [n]: imò & ſi procurator non eſſet, veriſimile eſt fraudem legi de perſona ad perſonam factam eſſe [o]. Vnde † & Iuſtinianus maximè interpretationẽ perſonarum ſuſpectum habuit, ne aduerſus legem ſuam machinarẽtur [p], (fingit enim lex, eos, qui alium interponũt, rem geſsiſſe. nam qui per alium facit, perinde eſt, ac ſi per ſeipſum faceret vulgata iuris Pontificij regula.) vt meritò huiuſmodi Doctorum ſententia ſit reiicenda [q].
a
b d. §. mihi Romæ. et l. q homině. §. ſtipulatus. e. tit. de ſol. l. ſeruus patroni. in fi. de oper. lib.
6
c l. ij. §. acceſſionis. de fideiuſ.
d d. §. ſi mihi decem.
7
e ſ. uerſ. ſed rurſus.
f l. centeſimis. ff. eod.
g l. ex ijs. C. quãdo dies leg. ced.
8
h l. ſi pœnã. l. liber homo. ff. eo.
i l. cũ allegas. C. de vſu. l. ſtipulatio. §. alteri. ff. eod.
k c. illo vos de pig.
l l. quidã cum filium. de hære. inſtit.
m d. l. Iulianus §. j. ubi dixi.
n l. huiuſmodi. de leg. j.
9
o l. j. §. non tantũ. de don. inter vir. l. nõ licet. de contrah. empt.
p l. eos. in fi. C. de uſur.

b
SED RVRSVS [b]. ¶ Poſſum ergo mihi purè, adiecto ſub conditione ſtipulari. Sed † an ſtatim agere potero, vt debitor mihi ſoluat? & Bartolus poſſe cenſuit [r]. ego verò contrà. cùm enim electio ſit debitoris, vtri, mihi, an adiecto, velit ſoluere, non poteſt ſtatim agi, ne ei auferatur
10
q arg. auth. q. buſcunq. C. de ſacroſan. eccl. c. conſtitutus. de conceſ. præb.
r arg. l. ex duobus. ff. eod.

hæc facultas [s]. Defendi igitur Bartoli ſententia eo. caſu poſſet, quo electio debitoris non eſſet: ſicq; lex, quã ipſe adducit intelligitur. Ex † duobus reis promittendi alter purè, alter conditionaliter promiſit: non impedit ſtipulatio, quin ſtatim agere contra eum, qui purè obligatus eſt, poſsit. nec enim is, qui cõuentus eſt, vllam habet electionem, nec allegare poteſt, vt alium expectet [t]. Quid autem ſit hodie propter beneficiũ diuiſionis, alibi Bartolus diſputat [u]. Qua ratione putauerim, ſi quis duobus reis credendi promiſerit centum, alteri purè, alteri ſub conditione, poſſe aduerſus eum, cui purè promiſit, ſe tueri exceptione, & conditionis exitũ expectare, quod ſua interſit saluũ ſibi eſſe ius, alteri potiùs ſoluere [x] lex enim quam Bartolus adducit, in reis promittendi loquitur non credendi. Sanè hinc adnotant Doctores, ſtipulationem conditionalem, poſtquàm conditio euenit, pro pura eſſe [y]: ideoq; tunc poterit adiecto, vt hîc dicitur, ſolui. Hincq; infertur, quod vulgò ſolet dici, puri † & purificati idem eſſe iudiciũ [z]. Quod intelligit Imola, ſecundum legis fictionem procedere: ideoq; in ſtatutis non obſeruari: quæ ſententia Aretino & Iaſoni meritò diſplicuit. quòd enim conditio trahatur retrò, ſecundum fictionem eſt [a]: at quòd in futurum, poſt quam euenit, contractus cenſeatur purus, nulla eſt fictio. Rurſus † intelligit Alexander hoc non procedere, cùm verba ſtatuti de inſtrumento puro loquuntur. inſtrumentum enim dicitur, quatenus oculis legi poteſt [b], & cõditionis purificatio extrinſecus ab inſtrumento prouenit [c]. Sed & in hoc Aret. & Iaſon diſſentiunt. attendenda enim eſt qualitas ſecundum tempus, quod agitur [d]. vnde ſatis eſt tunc eueniſſe conditionem: dum tamen legimè cõſtet iudici eam eueniſſe: quod & Baldus cenſuit [e], ſatiſq; dicetur inſtrumentũ purũ quod conſiderato præſenti tempore non ſuſpenditur, quia conditio euenerit [f]. Cæterum † alibi Baldus non procedere hanc regulam in iudiciariis libellis exiſtimauit. vnde ſi quis ex debito puro agat, ait ipſe nõ poſſe obtinere, ſi de conditionali probet, quamuis purificato [g]. Quam ſententiam & Aretinus hîc nõ probat, niſi cùm actor ſe reſtrinxiſſet ad debitum à principio purum. Certior † ergo eſt declaratio, vt puri quidem & purificati idem ſit iudicium, niſi in iis, in quibus ad principium attendimus. verum enim eſt ſecundum formam principij hæc diſtare: attendimus autem, quoties de mero facto agitur [h]. Nam & procedit regula, vt idem ſit iudicium eorum reſpectu, quæ poſt purificationẽ contin-
L. 141. Si ſeruus. §. Cum mihi, aut Titio.
11
s l. Titio vſusfructus. ff. de vſuf. leg.
t §. fin. Inſtit. de duob. reis.
u l. ſi ex duob §. fin. ff. Titio ff. tit. j.
x d. l. Titio.
y l. ſi pupillus. §. j de cõd. inſt. l ſi. §. j. de vulgar.
12
I.
z l. quí de inofficioſo. ff. de inoff. teſt. l. ſed. & ſi de ſua. de acq. hæred.
D
II.
13
a l. potior. qui pot. in pig.
b l. j. de ijs, quæ in teſt.
E
c Bar. l. fin. C. de fal. cauſ. l. j. §. interdũ. quod ui, aut clam.
d l. Titius. de teſt. mil.
e Bal. l. cum teſtamento. C. de man. teſt.
III.
14
f l. quanquam. C. ad l. Falc.
F
g Bal. l. edita. C. de edẽ. rep. Pad.
IV.
15
h l. à Titio. §. nulla. & l. qties in diẽ. vbi Tor. & Iaſ. ff. eo.
V.

contingunt, non autem ante. tunc enim diſtinguitur, an talis ſit conditio, quæ trahatur retro, ad id minus[a]: & hoc eſt, quod ſenſit Imola, quem ſuprà adduxi[b].

a HOC TAMEN[a]. ¶Qualitas † ergo perſo-
16 næ ſtipulatoris appoſita cenſetur in adiecti perſona repetita, cùm vtraq; diſpoſitio ad eundem effectum tendat, & circa eandē rem ſit[c]. Quod intelligendum, niſi adiecto eſſet ſub alia conditione diuerſa ſtipulatum. ſpecialis enim prouiſio eum ab alia qualitate eximeret, vt infrà dicitur, quod Aret. hîc tradit. Ego tum quoque perpendendū arbitror, an potiùs vtriq; ſit locus: ſpeciali, qa expreſsim adſcripta eſt: alteri, quia repetita cenſetur. Sed hac de re ſuprà[d].

a l. ſi tibi homo. §. cū ſeruus. vbi Barto. & Iaſ. de leg. j.
b p d. l. potior. l. qui balneum.
c l. ſi, ut propoſuit. ȷ. de fideiuſ.
d l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.

Hoc tamen[a] ita demum tractari poteſt, ſi euidenter apparet purè Titij perſona adiecta. alioqn cùm ita ſtipulor, SI NAVIS EX AFRICA VENERIT, MIHI, AVT TITIO DARI SPONDES? Titij quoq; perſona ſub eadem conditione adiici videt̃. Ex hoc apparet, ſi diuerſa cō ditio in meam perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meā perſonā extiterit conditio: totam ſtipulationem nullius momenti futuram. extā-
A te verò mea cōditione, ſi qdē Titij quoq; cōditio extiterit, poterit vel Titio ſolui. ſi verò in illius perſona defecerit, quaſi non adiectus habebitur. Ex his omnib9
B apparet, licet alterius perſona non rectè adiiciatur: non ideo minus in noſtra perſona vtiliter procedere ſtipulationem.

*Alciatus Bononiæ hactenus dictabat.*

# De Appellationibus & relationibus †.

*Rubrica.*

† lib. 49. tit. j.


1 *Examinatæ variæ appellationis definitiones.*
4 *Appellandus maior.*
8 *Appellatio eſt mixti imperij.*


1
b BARTOLVS † in l. j. ȷ. eod. refert plures definitiones appellationis[b]: & in quantum reprobat definitionē Placentini, qui dixit, quòd appellare, eſt iudicis ſentētiam aduerſus ſe latam dicere iniquam, & de ea querimoniā proponere, impugnat eam Bart. quia definit actum appellandi, non ipſam appellationē. Sed † poteſt reſponderi, quòd quando ex aliquo
2 actu ſequitur neceſſariò ius definiens actum, intelligitur definire ius, l. imperium. ff. de iuriſd.
3 om. iudic. Nam † dum modò definitio conuertatur cum ſuo definito, ſatis eſt, l. j. §. dolum. ff. de dol. nam ſicut videmus, quod quando ſunt duæ

cauſæ, & ſecunda ſit neceſſariò conſequens ad primam, attenditur prima, vt dicit Bald. in c. imperialē. §. illud. de prohib. feu. alien. per Feder. ita videtur dicendū de actu reſpectu effectus. Ad quod adde definitionē bonorum poſſeſsionis,

C *De appellationibus[b] & relationibus.*

de qua per gl. in ru. C. qui admit. item definitionem ſtipulationis, de qua in l. v. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Secunda definitio eſt Azonis: ex qua nota, q; cùm verba definitionis ſint de ſubſtantia rei, vt eſt text. in d. §. j. & notāt Aret. & Iaſon in l. moribus. in princip. ff. de vulg. & pupil. voluit Azo, q; † de ſubſtantia appellationis ſit, vt prouocetur ad maiorē. Propterea infertur, q; conſuetudo, vel lex in contrariū eſſet irrationabilis, & nihil valeret. quā opinionē tenet gl. in c. ij. de conſuet. Nec obſtat impugnatio Bart. hîc in j. quæſt. verſ. ſed hæc definitio. quia licet definiat effectū reſultantem ex appellatione, iſtud nō eſt abſurdū, per definitionem Iuriſconſulti in d. l. iij. de bon. poſ. tit. generali. Tertio definitio eſt Gofredi, quem dum Bart. impugnat, quia † per nouationem ſuſpenditur, ſeu tollitur effectus ſententiæ, l. iiij. §. ſi ex 5
D conuentione. ff. de re iud. iſtud eſt nihil: quia per nouationem non imploratur maior iudex, et poteſt fieri, etiā ſi non conquerantur partes de iniquitate ſententiæ, in quibus caſibus loquitur Gofre. Quarta definitio eſt vera: & miror, q; Bartolus voluerit ſcire plus, quàm textus Iuris Canonici. Eſt † igitur appellatio à minori ad maiorem iudicē prouocatio, c. placuit. ij. q. vj. Pro- 6
vocatio igitur propriè eſt in iudicio: & propterea fundamenta Bartol. nō obſtant. Quinta de-
E finitio eſt Bartoli, vt hîc per eum Aliā ponit Baldus in Rubrica C. eod. ſed omnes tēndunt ad idem. ¶Quærit Bartolus, vtrùm † appellatio ſit 7
actio, vel officium iudicis? & concludit, quòd eſt quoddam ius diſtinctum de per ſe, vt hîc per eū. In contrarium facit, quia † appellatio eſt mixti 8
imperij, vt concludunt Doctores in l. j. §. ſolent. ȷ. quan. appel. ſit. ergo eſt officium iudicis, l. imperium. vbi Bartol. & Iaſon, ff. de iuriſdict. omn. iud. Diſtingue appellatio † quo 9
F ad iudicem à quo, eſt ius de per ſe: quo ad iudicem ad quem eſt officium iudicis.

De

# De Verborum & rerum ſignificatione,

*Rubriba* †.

† lib. 50. tit. 16.

## In rub. ſummaria.


1 *Verba quare inuenta.*
2 *Verba quatuor modis accipiūtur: primum ex proprietate.*
3 *Coniectura quibus ex cauſis aſſumatur.*
4 *Figuræ ad ornatum orationis pertinent, & proprietati cohærent.*
5 *Figura quæ fit per translationem, exemplis declaratur.*
6 *Affectio eſt ſpecies figuræ.*
7 *Anticipatio, ſiue prolepſis.*
8 *Elocutio prolepſi contraria.*
9 *Schema eſt, cum verbum actus ſignificatiuum de potentia intelligimus.*
10 *Subauditio in iure frequens.*
11 *Regula generalis obſeruanda in figuratis elocutionibus legum.*
12 *Verba quomodo ex communi vſu loquendi accipiantur.*
13 *Per abuſum verba regulariter non accipiuntur, & quando id non procedat.*
14 *Verba per interpretationem quomodo accipiantur.*
15 *Verba ſignificant, res ſignificantur.*
16 *Emblemata Alciati.*
17 *Differentia inter verba, dictionem, & rem, ſecundum Dialecticos.*
18 *Verbum, Si quis, quomodo accipiatur.*
19 *Significatio verborum uarijs modis ſumitur.*


a DE VERBORVM[a]. † Cùm
1 inuenta ſint verba, vt dicentis intētionem exprimant, meritò eius voluntas in primis ſpectanda eſt. Cognoſcitur autem ex eo, quod verba ipſa indicant.
2 † Et quatuor modis accipiuntur: ex proprietate, ex vſu, ex abuſione, & per interpretationem. Prima ſpecies ita intelligitur, vt in quacunq; materia, etiam pœnali, verba eatenus capiantur, quatenus proprietas ſermonis ferre poteſt[a], niſi nō ita voluiſſe autorem præſumamus: tunc enim ex coniectura reſtrin-
3 guntur. † Ea varijs ex cauſis aſſumitur. Ex re. Quid enim ſi de re tam modica vel leui agatur, vt operæprecium non ſit diſpoſitionem legis generaliter in ea ſeruari? Ex perſona, vt cùm lex imponit certam pœnam delicto, & iniquum eſſet, ſi ampliſsimi gradus homines eo coercerentur[b]. Nam ex amicitia, affinitate, odio, paupertate, maxima excellentia, multa conſtituta ſunt, quibus à generalibus regulis receſſum eſt. Ex negocij qualitate vt ſi neceſsitas ſuadeat, vel periculum ſit in mora, vel abſurdum aliquid conſequatur, résve ad eum caſum deueniat, quem maximè autor abominetur, & ſi qua ſimilia. In hac parte etiam continentur,
4 quæ figuratè dicuntur: quoniam † figuræ ad ornatum orationis pertinent, & proprietati cohærent: poſſentque ferè omnium tamquæ à Grammaticis, quàm quæ ab oratoribus traduntur exempla, apud Iureconſultos reperiri, ſed ſatis ſit pauca admonendi cauſa in medium at-
5 tuliſſe. † Et in primis latiſsima ea eſt ſpecies, quæ per tanslationem fit: & vt cùm domus pro familia, ciuitas pro ciuibus, venter pro eo qui

a l. eum lege. ȷ. de teſta.
b Rom. rep. §. de viro.

patrem ſolùm occiderit, ſed & qui cæteros coniunctos, quorum lex Pompeia meminit, intelligitur. Cuſtodia pro ipſis cuſtoditis, ſeu carcere incluſis accipitur. Sic cùm lex noxium in ære puniri mandat, in bonis patrimoniōue exercendam vltionē interpretamur. Sic & ſi is qui apud ſe fugitiuum receperit, plecti mandetur[c], non de

*De verborum[d], &* Rubrica.

A eo qui iuxta ſe tenuerit, ſimpliciter accipimus, ſed qui refugium præſtiterit in domo ſua vel aliena, idq; occultandi cauſa.

Ad hanc cognitionem etiam pertinent alia figurarum genera, vt quod † affectionem uocamus: ueluti cùm in lege quandoque adulter, fur, aleator dicitur, qui hæc crimina affectat, quamuis nō perfecerit. Et fugitiuus qui conſilium fugiendi habuit[d], licet adhuc fugam non arripuerit. Huic non abſimilis eſt † anti- 6 7
B cipatio ſeu prolepſis, cùm id nomen quod poſterius res ſumpſit, ante tempus deſcribitur. Qua ratione litem quandoque appellamus antequam conteſtetur, tametſi propriè poſt iudicium acceptum, hoc nomen habeat. Sic & pecuniam[e] mutuam dicimus, quæ adhuc mutuò non data eſt, ſed ea deſtinatione habetur, vt mutuetur. Huic † figuræ ea eloquu- 8
tio contraria eſt, qualem ea appellatione ſignamus, quam olim habuit, licet in præſen-
C tia non habeat: vt cùm Proculus inſulam appellauit eum agrum, qui olim inſula fuit, licet hodie propter alienationem deſierit. Sic & in inſtrumentis[f], etiam Titio mortuo aliquis ſe filium Titij appellat: ſuntque plurima id genus ſimilia. Adſcribi † ſchematis quoque 9
poteſt, cùm verbum actus ſignificatiuum de potentia intelligimus: vt in lege XII. tabul. ſi aqua pluuia nocet, id eſt, nocere poterit. Et apud Labeonem[g], ſi rationes tractaſſe uide-
D bitur, id eſt, videri poterit. Eſt & † frequens in 10
iure ſubauditio, vt cùm dicimus, Iuriſdictio eſt[h] iudicis dandi licentiā, pro in licentia. Sic & quandoque taxatiuam dictionem ſubaudimus, quandoque è conuerſo augmentatiuam maximè, quandoque dictionem reijcimus, vt cùm duplex negatio pro vnica ponitur, qui duodecimus eſt ſolœciſmi modus: quandoque vnam coniunctionem pro alia addimus. Sed † in his omnibus id generaliter traditum ſit, 11
E vt quoties figura vel ornatus, vel neceſsitatis, vel emphaſeos cauſa apponitur, ſemper de ea cenſeamus, quod & de proprietate iudicandum eſt: alioquin ad abuſum potius vel interpretationem pertineat, de quibus inferius dicetur. Sicque explicitus ſit primus tractatus.

SEQVENS articulus † de communi loquen- 12
di vſu erit: is enim etiam proprietate potentior eſt[i]. Tametſi quod ex prudentum conſuetudine obtinuit, non dubitem propter eorum autoritatem propriè dici: alioquin tyrannus
F impropriè de malo principe diceretur cùm olim ſui natura qualemcunq; ſignificaret. quod & de religioſo & deuoto dicendum eſſet, cùm olim hæ voces in malam partem ſolùm acciperentur, at hodie ſolùm in bonam. Is vſus variè accipitur. In teſtamentis patrisfam. conſuetudo ſpectanda: in contractibus ipſorum contrahentium: in priuilegijs eius qui concedit, præſumiturque ſecundum eum vſum, qui communiter in ciuitate obſeruatur, quemlibet agere, niſi

c l. j. §. j. ȷ. de ſer. fug.
d l. fugitiuus. ȷ. eod.
e l malum. §. ij. ȷ. eod.
f l. eis. ȷ. ſi certū petat.
g l. Labeo de ſtatulib.
h l. imperium. ȷ. de iuriſd. om. iud.
i l. arniculus. l. in vſu. ȷ. eod.

nisi de contrario obſeruatione probatũ ſit, vel ille vſus nuper & citra decenniũ inualuerit: nec enim veriſimile eſt, tã citò omnes in eius obſer-
13 vantiam conſenſiſſe. † Per abuſum uerba regulariter non accipiuntur, niſi aliter actus vel periret[a], vel eluſorius redderetur. Idem & ſi eadẽ ratio nos inducat, vt qđ ex proprio ſenſu dictũ eſt, ad im̃pprũ trahamus: nã ex pręſumpta mente diſponentis huiuſmodi interpretatio etiã in ſtatutis & correctorijs diſpoſitionibus admittetur. Hocque caſu nihil nos deterrebit, quò minus perſonam de vniuerſitate dicamus, teſtamentum de codicillis, curatorẽ pro tutore[b]. Idem & tunc dicendum erit, cum aliter verba legis captarentur, fraúsue illi fieret. Quapropter ſi lege municipali triticum extra territorium abſportare nemini
14 liceat[c], nec farinã deferri cõceſſum erit. † Ex interpretatione quę admittuntur, ſi extra vim verbotum veniant, ſolique menti innitantur, nec in contractibus. nec in teſtamentis obſeruantur[d]: quoniàm in eis licet primum locum mens obtineat, attamen eam oportet aliquo modo verbis ſaltem improprijs exprimi. Non ita eſt in legibus, quoniam vel ſola mens legis obligat[e]: quapropter in eis argumentum de ſimilibus ad ſimilia paſsim ſeruatur, & ſi eadem ratio ſubſit, vna lex ad aliam trahitur, niſi correctiones vel pœnalia odioſaúe aliqua inducerentur. Quæ non ita generaliter in contractibus & teſtamentis locum habent, ſi uerba aliquo modo non patiantur, niſi vel natura rei, vel conſuetudo adiuuet. Idem ſi aliqui alia ratione ſuadeatur. Et ad hanc ſpeciem pertinent plura argumentorum genera, vt quod à contrario ſenſu dicitur, & quod à connexis: fitque per interpretationem, vt quod commune eſt, dicatur meum, vt verbum maioris ſummæ ſignificatiuum minorem contineat, vt quod per me non poſſum, per alios facere prohibear, vt in vno capite dicta, in ſequens repetita videantur, vt in ſimplicibus mixtum contineatur: aliaque quamplurima argumenta, quorum exempla in Topicis Cicero refert.

a l. cum filio. ff. de leg. iij.
b Alex. l. ij. ff. de leg. j.
c c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in vj.
d l. quidam cũ filium. ff. de hæred. inſt.
e c. certũ. de regul. iur. in vj.

*Rerum[a] ſignificatione[b].*

LEX I.

VLPIANVS *libro* 1. *ad* *Edictum.*

A VErbum hoc, SI QVIS, tam maſculos[a], quàm fœminas complectitur[b].

15 a ❡ Rerum.) † Verba ſignificant, res ſignificantur: tametſi & res quandoque etiam ſignificent, vbi hieroglyphica apud Horum & Chæremonem, cuius argumenti & nos carmine li-
16 bellum compoſuimus, cui titulus eſt † Emblemata. Sed & ex certis ſignis præſumptiones oriuntur, verùm hæc minimè ad hunc tractatum pertinent. Capitur hîc ergo ſignificatio in actionis & in paſsionis ſenſu, ſicut & teſtamenti factio[f]. Poteſt & hic locus ex dialecticorum traditionibus interpretationem aſſumere, qui, vt
17 Fortunatianus tradit, hanc † differentiam inter verbum, dictionem, & rem, conſtituunt, vt verbum ſit quod ex ſe, & materialiter (vt vulgò loquimur) prolatum eſt: dictio, verbi ipſius ſenſum habet, qui in proferentis animo cùm latuiſſet, per verbi expreſsionem exijt: ſic verbum cum ſenſu dictio eſt. Res eſt, quæ exprimitur, & ex verbo dictioneque declaratur: vt ſi interro-
18 gem, † verbum Si quis, quid compræhendit? Si quis, quatenus nudam pronunciationem ꝓpter ſe reſpicit, verbum eſt: quatenus ſenſum habet, quem ego antè animo concepi, dictio eſt: maſculi verò & fœminę ex eo verbo ſignificatæ, res ſunt. Quam rem ſic Vergilius explicuit:

*Litera rem geſtam loquitur, res ipſa medullam*
*Verbi, quam viuax mens uidet, intus habet.*

f l. filiusfam. ff. de teſtam.

Sanè in antiquis codicibus aliqui negant verbum, RERVM, reperiri, ſimpliciterq́; ſcriptam rubricam, De verborum ſignificatione.

b ❡ SIGNIFICATIONE) † Sumitur 19
hæc ſignificatio varijs modis: nunc habito reſpectu ad ipſum proferentem, vt ſi uir imperitus ſit, craſſa mineruà accipiantur verba: nunc conſiderata eius perſona, ad quem verba diriguntur: plerunque & ſecundum naturam eius rei de qua ſermo habetur, vel quę in contractum deducitur: accipiturque huiuſmodi declaratio, etiam ſi præciſa, indefinita, generalia verba ſint: quoniam nihil impedit, quin ad habilem veriſimilemque caſum retrahatur, & boni viri arbitratu intelligantur, qui conſuetudini loquentis multum tribuit, ex proximis clauſulis mentem coniectabit, quàndoque & diſtantium rationem ducet, interpretabimurque, vt cum effectu prolata ſint, vt ſecundum dubium ordinem, vt actus potius ſuſtineatur, quàm pereat, vt non ſuperuacua ſint, ſed aliquid operentur, vt in potiorem ſenſum diſponant, vt ad ampliationem inducta non diminuant, ad liberationem non obligent, ad fauorem non noceant, vt naturalem ſenſum potius quàm ciuilem admittant, vt ſimpliciter prolata, prima uice officio ſuo fungantur, vt ad id quod principaliter geſtum eſt, potius referantur, quàm ad acceſſoria vel demonſtratiua, vt captioſa non proſint, vt clara non offuſcentur, vt ſuperflua non noceant, vt mitiora velint, odioſa abhorreant, poſsibilia inducant, vt ad maiora expreſsis non trahantur.

LEX I.

1 *Dictio, Si quis, quare etiam fœminam compræhendat.*
2 *Quid in alijs maſculinis appellatiuis.*
3 *Si expreſſe de maſculis fiat mentio, fœminæ excluduntur.*
4 *Viri nomen non pertinet ad fœminam.*
5 *Dictio, ſi quis, nõ complectitur fœminam, ſi aliter autorẽ ſenſiſſe appareat.*
6 *Idem ſi lex pœnalis ſit vel teſtatoris diſpoſitio odioſa.*
7 *In contractibus an dictio, Si quis, fœminam includat.*

VERBVM.) † Quia articulus hic referatur ad hominem, quæ dictio eſt communis, meritò etiam ex ſermonis proprietate fœminas comprændit: alioquin maſculina † appellatiua, vt filius, cubicularius, equus, adoptiuus, non propriè eas compræhenderent, ſed per extentionem eamque communi vſu approbatam, vt Baldus ſcripſit[g]: vel vt D. Ancharano viſum eſt, per expoſitionem ex legis mente deducta[h]. Quòd verò conformis nominis non eſt, vt frater, non niſi

g Bal. c. ad audiétiam. de reſcript.
h Anch. conſ. cxij.



niſi ex interpretatione ad ſororem traheretur[a]: qua ratione nec auunculi appellatio ad materteram, ſicut nec patris ad matrem pertinebit[b], idq́; vſus probat, licet alij contrà[c], præterquam cùm in numero plurali quis de fratribus dixerit: nam & ſoror eorum, hac appellatione veniet[d].

a Capta conſil. lxij.
b Corn. conſil. cclxxj. in iiij.
c Deci. l. fœminæ. ff. tit. j.
d Paul. in l. tres fratres. de pact.

3 a ❡ Maſculos.) † Unde ſi expreſſa mentio facta eſt de maſculis, fœminę excludentur.
4 Idem ſi de viro: † nam & id nomẽ nullo modo poteſt ad fœminas pertinere.
5 b ❡ Complectitur.) † Niſi aliter ſenſiſſe autorẽ appareat[e], vel ex coniecturis, vel cùm ſeparatim de vtroque ſexu actũ eſt[f], vel quia diſpoſitio non bene fœminis conueniat. Quid enim ſi teſtator filios tutores vel etiam executores conſtituat? ſi lex propinquorum conſilium requirat? Certè hæc fœminis non conueniunt. Quid ſi filiis feudum acquiratur? ab his enim fœminæ excluduntur. Quid ſi hæreditatem relinquat, à qua fœminæ ex lege municipali exiſtentibus maſculis reiiciuntur[g]? Quid ſi ei qui primus naſcetur, caſtrum dono promiſſum ſit? nõ enim conſueuere hæc donari
6 fœminis[k]. † Idem & ſi lex perquàm dura ſimulque pœnalis ſit[i], vel teſtatoris diſpoſitio odioſa
7 eſt, vt cùm filium ſuum exhæredat[k]. † Idem & in contractibus, vt ſi pater ſibi & filijs aliquid acquirat: ſibi enim imputet qui legem apertius nõ dixit. Et id communi conſenſu traditum eſt, q̊d mihi nunquam placuit. Satis enim manifeſtè loquitur, qui iuris regulam ſequutus eſt: quæ ſi in edicto prætoris pœnali locum habet, quanto magis in contractibus ſeruanda eſt? quapropter & lege municipali ſeruabitur: niſi correctoria ſit vel odioſa, vel niſi cautum ſit, vt in ea ad literam verba accipiantur, quod Baldus & Cornæus exiſtimant[l]. Sanè & cùm pater filiis tanquam hæredibus ſtipulatus ſit, tunc dubio procul etiam fœminæ admittentur, nec communis ſentẽtia, vt ego arbitror, reclamabit, quod & aliqui hîc dixerunt.

e l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. iij.
f l. ſi ita. de lib. & poſthu.
g Iaſ. l. ſi quis id quod. §. de iuriſdict. om. iud.
h Guido Pap. quæſt. 506.
i l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma.
k l. j. §. quare. §. de vẽt. in poſſ. mit.
l Bald. 460. in 5. Cor. 14 in 2.

PAVLVS *lib.* 1. *ad edictum.*

LEX II.

A VRbis[c] appellatio muris, Romæ[d] autem, continentibus ædificijs finitur[e], quod latius patet.

❡ Cuiuſque diei[f] maior horarum pars eſt ſeptem primarum diei, nõ ſu-

LEX II.

1 *Vrbs, ciuitas, caſtrum, villa, oppidum, quid ſignificent.*
2 *Ciuitas quandoq́; pro ciuibus accipitur.*
3 *Appellatione ciuium etiam vicani admittuntur.*
4 *In priuilegiis & ſimilibus actibus ſoli incolæ continentur nomine ciuium.*
5 *Vrbs Romana, an idem quod Roma, ſiue vrbs.*
6 *Quod hic de Roma dicitur, idem in cæteris vrbibus obſeruandum.*
7 *Etſi ampliora mœnia conſtruantur, vrbs erit.*
8 *Dies tribus modis accipitur.*
9 *Horæ* καιρικαί.
10 *Hora æſtiua. Tardi menſes Iunius & Iulius.*
11 *Horæ* ἰσημεριναί.
12 *Veſperi non ita vegeti, ſicut manè ſumus.*
13 *A meridie ad occaſum opus faciens, dimidiã operam præſtitiſſe non dicitur.*
14 *Trimegiſtus primus diem diuiſit in duodecim horas.*

1 VRBIS[c].) † Idem in ciuitate, caſtro, villa, oppido[m]. Nam hæ dictiones id propriè ſignificant, quod ambitu murorum continetur. Quod tamen non admittitur, vbi aliam mentem proferentis coniiceremus, vt ſi diſpoſitio eluſoria redderetur. Sed & in beneficiis principum tam anguſta interpretatio minimè eſſet admittenda[n]. Quinetiam ſi quis caſtrum uẽdat, de omni iuriſdictione actum intelligetur, quatenus in eius agro exerceri conſueuit[o]. Sed & † ciuitas
2 quandoque non pro loco, ſed pro ciuibus accipitur: vt cùm quis ciuitati vel ciuibus aquid mandat. Et tunc
3 etiam † eos compræn di qui ex vicis oppidiſúe eius vrbis ſint, Bartol. credidit[p]. Alexander diſſentit, ſi de ciuibus dictum ſit: quoniã vicani non propriè ciues[q] ſint. Id ego non probo, cùm latiorem plerunq́; habeat ſignificationẽ quod de ciuibus dicitur, quàm de ciuitate[r]. Vnde in Hiſpania, Gallia, cæteriſq́; prouinciis erãt pleraque oppida, quorum incolæ ciues Romani dicebantur, vt eſt apud Liuium, Pliniumque, & Strabonem, qui tamen ipſi in Italiam nunquam venerant, nec idcirco vrbs ſua Romana dicebatur. Quapropter communem ſententiam ſequor[s], vt nihil interſit, ſiue de ciuitate, ſiue de ciuibus agatur. Et † in priuilegiis ſimiliſq́; argumenti actibus, incolæ tantum ciuitatis ſuburbio 4
rumq́; continebũtur. Alioquin etiam vicani admittentur, niſi fortè vel vſus loquendi, vel qualitas negocij aliud indicent.

m c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in vj.

L. 2. Vrbis appellatio. §. Cuiuſq́.
n l. j. § cũ vrbẽ. ff. de offi. præfe. vrb.
o l. ſi quãdo. C. de bon. vac. libro x.
p l. qui ex vico. ff. ad municip.
q l. quicquid. in auth. qui mo. nat. effi. ſui.
r l. j. §. procul. C. de lat. liber. toll.
s Alex. in rubr. ſol. matr.

d ❡ Romæ.) Quid ſi † dictum ſit vrbis Roma- 5
næ? & aiunt idem ac ſi Romæ, quoniam vrbs de Roma accipitur. Et ideo videtur adiectio ampliationis cauſa facta. In quo diſſentio, cùm veriſimilius ſit propter declarationem acceſsiſſe. Nec enim vrbs propriè de Roma ſolùm dicitur, ſed per ſubauditionẽ, vel potius κατ' ἐξοχὴν[t]. Quid item ſi dixerim, in ciuitate Peruſina? & traditur id tantùm contineri, quod muris clauditur: ſi verò è conuerſo, Peruſinam ciuitatem appellauerim, etiam de continentibus ædificiis agi: vt id ſit obſeruandum, quod priore loco fuerit pronunciatum[u]. Quod ipſe nequaquam probo, cùm adiectiuum demonſtrationis loco ſubſtantiuo accedere grammatici fateantur. Quapropt ſi vrbs Roma dictum ſit, cùm nullum adiectiuũ hîc proponatur, perinde habebitur, ac ſi Roma ſimpliciter dictum eſſet[x]. Sanè patriæ quoq́; lata ſignificatio eſt, nec ſolis mœnibus terminatur[y]: quin & quandoq́; patriam de prouincia dicimus, vt Bal. probat[z]. Quod ergo † hîc de Roma 6
dicitur, id & in cæteris vrbibus obſeruãdum eſt, ſi continentia quoq́; ædificia habeant, quamuis ferè omnes abſque ſuburbiis ſint, & murotenus claudantur[a].

e ❡ Finitur.) † Quid ſi ampliora mœnia maio- 7
riſq́; ambitus nuper conſtructa fuerint? Et quod eis continebitur, vrbs erit. Nec refert, vt Bartol. ſentit, hîc dubitare, poſsint ne populi ſua ſponte ciuitatem condere: quia etiam ſi non poſsint (quod tamen iure gentium falſum eſt) iam conditam ampliorem munitioremque reddere non prohibentur.

f ❡ Cuiuſque diei.) † Tribus modis dies acci- 8
pitur. Primo ſecundum Romanæ eccleſiæ morem[b], qui & Athenienſium fuit, vt ab occaſu ſo-

t §. ij. Inſtit. de iur. nat.
u l. ſi ſeruus cõmunis. de ſup. ſer.
x l nam quod. in ſi. de pen. leg.
y l. vxorem. §. legauerat. de lega. iij.
z Bald. auth. ſed omnino. C. ne vxor pro ma.
a d. l. nã quod.
b c. ij. de ferijs.

lis incipiat, & in ſequentem occaſum finiat: &
a l. more. §. de fer. hoc vulgò vtimur. Eſt & dies ciuilis [a], à media
nocte in ſequentem mediam noctem, qui in prę-
ſentia apud Gallos Germanoſque pleriſque in
locis eſt in vſu. Eſt etiam naturalis ab ortu ad
occaſum ſolis, vt Cē-
ſorinus autor eſt. Is
vulgò ſemper hora-
rum duodecim erat
b l. j. §. de manumiſ. [b], quæ cum ipſa luce
vel augebantur, vel
minuebantur, cuius
horologij rationem
lib. vltimo explicat
9 M. Vitruuius. † Qua
propter huiuſmodi
horæ καιρικαὶ, ſiue ſi
malis καιρίαι id eſt tē-
porales vulgaréſue
appellatę ſunt. Hu-
ius meminêre Palla
dius rei ruſticæ au-
tor, Aſconiusq; Pe-
10 dianus, & Plautus, † cùm horam ęſtiuam pro lon
ga dixit. Sic & Vergilius tardos menſes appella-
uit Iunium & Iulium, quòd horæ tunc ſint lon-
giſsimæ. Hinc & in Euangelio habetur. Nónne
duodecim ſunt horæ diei? De hoc à Iuriſconſul-
to hîc agi plerique crediderunt: quamuis de eo
intelligi quoque poſsit, qui imparibus ſit horis,
11 quas † Græci ἰσημερινὰς vocant: nam & in Italia &
in prouinciis, maximus dies eſt quindecim ho-
rarum, quod ex Ptolomæo, Procliq; in ſphæram
commentariis facilè dignoſci poteſt: vt meritò
ſequens pars, licet longior, tamen minor à Iuriſ-
12 conſulto exiſtimata ſit, † quòd veſpere non ita
vegeti promptique ſicut manè ſimus. Vergili-
us nono:

*Nunc adeò melior quoniam pars acta diei.*

Heſiodus quoque, qui maturius mane operetur,
tertiam partem operis conficere ait:

Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

13 † Qui ergo à meridie ad occaſum opus faciet, di
midiam operam præſtitiſſe non dicetur, nec di-
urnæ mercedis dimidium meritò conſequetur.
Sanè Martialis quodam epigrammate dę vulga
ribus horis loquens, prima diei parte ſolitos Ro
manos ſeriis rebus vacare oſtendit, reliquū verò
paleſtræ, toro, conuiuiis, iociſq; tribui: vt meri-
tò Iuriſconſultus maiorem partem diei eſſe pri-
marum ſeptem dicat, quo ſeriis negotiis incūbe
bant, non poſtremarū, quo tēpore iocis & conui
uiis operam dabant. Carmen poëtæ hoc eſt:

*Prima ſalutantes atq; altera continet hora.*
*Exercet raucos tertia cauſidicos.*
*In quintam varios exercet Roma labores.*
*Sexta quies laſsis, ſeptima finis erit.*

& quæ ſequuntur. Extat etiam græcè ſimilis ar-
gumenti diſtichon:

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
γράμμασι δεικνύμεναι ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

*In ſextam labor vſq; horam, nam quæ inde notantur*
*Litterulis, vitæ commoda habere iubent.*

Cuius epigrammatis ratio eſt, quoniam ſeptima
hora per Z ſignificat, ſicut octaua per H, nona per
Θ, decima per iota. Quæ literæ cōiunctæ ζῆθι con
ficiunt, quod eſt, veſci, vt viuas. Sanè Victorinus
14 in Rhetorica Ciceronis, primum † Trimegiſtum
diem in duodecim horas diuiſiſſe tradit, cùm ſa-
crum Serapidi animal duodecies vrinam feciſſe
quadam die obſeruaſſet, pari ſemper tēpore in-
terpoſito: id animal Horus Cynocephalum eſſe
commentariis prodidit.

premarum.

VLPIANVS *libro 2. ad Edictum.*

LEX III.

A In itinere *a* faciēdo viginti *b* millia paſ-
ſuum *c* in dies ſingulos peragenda, ſic
ſunt accipienda, vt ſi poſt hanc dinume-
rationē minus, quā viginti millia ſuper-
ſint, integrum *d* diem occupent: veluti ſi
viginti vnum millia paſſuum ſunt, bidu-
um eis attribuetur: quæ dinumeratio i-
B ta demum colligenda erit, ſi de die non
conueniat [e].

LEX III.

1 *In nauigādo quot milliaria in dies ſingulos computanda.*
2 Quò *pedibus contendi poteſt, mari minimè eundum.*
3 *An computatio milliarium in lege noſtra aßignata ſit perpetua.*
4 *Dinumeratio milliarium per quam viam facienda.*
5 *Die dominico an prohibeamur iure iter facere.*
6 *Computatio huius legis quando non obtineat.*
7 *Apud hoſtes decedentis nulla eſt hæreditas.*
8 *Hæreditas eſt ſucceßio in ius defuncti.*

IN ITINERE [a].) Quid ſi nauigan-
1 dum eſt? & Bar. [c] † quinquaginta mil
C liaria minus eſſe iuſta diei nauigatio- c in tract. de inſul. in iij. col.
ne arbitratus eſt. Ego nihil certum d l. ij. §. pen. §. ſi quis caut.
propter ventorum & mollitiei incertitudinem
conſtitui poſſe cenſeo, ſed bonus vir arbitrabi-
tur. † Hinc Cato, quò pedib. contendi poſsit, ma 2
ri minimè eundum cenſuit: quod etiam Iuriſcon
ſulti probant [d].

b ¶ Viginti.) † Atqui & hoc videtur arbitrio 3
boni viri relinquendum [e]: quod verum eſt cum e l. continuus. §. cū ita. de verborum oblig.
certa milliaria conſtituta non ſunt, alioquin hęc
D computatio ſeruabitur: vt in eo qui abſens in ius f l. j. ſi qs caut.
vocatus eſt [f]: vt in tutore qui ſe excuſat, & vltra g §. qui autē. de excuſ. tut.
centeſimum lapidem abeſt [g]: vt in eo qui ad prę-
ſidem tendit bonorum poſſeſsionem ſibi decer-
ni poſtulaturus [h]. Sed & ſi lex non ipſum iter, ſed h l. ij. §. penult. quis ord.
certam menſuram reſpiciat, intercapedo nō per
millia paſſuum humi menſa accipitur, ſed ex aë-
re, ratione Aſtrologis peculiari: idque pleriſque
viſum eſt, cùm municipes conſtituiſſent, ne qui
per quinquaginta milliaria vicinus eſſet, Prætor
E deſignaretur. Sed hoc Paulus Caſtrenſis, Alexan.
& Iaſon non admiſerunt [i], cùm vſus repugnet, i in d. l. j.
conſtitutioq; ipſa homines reſpiciat, qui ipſi mi
nimè per aëra volitant: quod & nos probamus:
cùm enim de paſſuum numero agatur, quid hîc
ad rem facit aëris menſura?

c ¶ Paſſuum.) † Per eam ſcilicet viam, per quā 4
iter fieri conſueuit [k]. ſi varia eſt conſuetudo, prę- k l. j. §. j. de his qui deiec.
feretur quæ in planitie, etiam ſi alia breuior repe l Arch. c. ſtatutum. de reſcrip.
riretur [l]. quapropter Bononienſis Romam vo-
F catus, per Flaminiam & Picenum ibit, licet per
Hetruriam citius peruenire poſsit. Idem ſi lon-
giore itinere tutius quis iter faciat: nam id potiſ
ſimum deligendum eſt [m].

d ¶ Integrum diem.) † Singulis tamē ſeptem 5
diebus vnū habebit, in quo requieſcat, iſq; erit m l. fin. §. cum enim. C. de iure delib.
dominicus dies, quod pleriq; crediderint [n]: nos
iure non probari id ſcimus, nec vſquam lectum n Felin. c. cum olim. de exc.
eſt prohiberi quenquam eo die iter facere.

e ¶ Conueniat.) † Nam tunc ſeruanda eſt fi- 6
des. Idem ſi vt certo die adſis, principis edicto,
vel



vel legis iuſſu compellaris: tunc enim minimè
a Imol. d. §. cū ita. ad hanc computationem recurrendum eſt [a].
§. EIVS QVI. a ¶ Non poteſt.) Ex ſummo iu-
re, vt Accurſius ſentit: nam ex bono & æquo ali-
ter lex Cornelia conſtituit, quæ antequam cape
retur, mortuum fin-
b l. lex Corn. §. de vulg. git [b]: quæ interpre-
tatio vt vera ſit, vni-
uerſali tamen nega
tiuæ non conuenit.
7 † Ego generaliter di
xerim, hęreditatem
ei⁹ qui apud hoſtes
deceſsit, nullo mo-
do poſſe dici, licet
ex lege Cornelia hę
reditatem eius qui
capt⁹ eſt, dicere poſ
ſimus, quoniam hęc
captura in ea lege vi
ce mortis ſucceſsit.
8 b ¶ Seru⁹.) † Nam
hæreditas eſt ſucceſ
ſio in ius defuncti:
at ſerui nullum ius
habent. In his verò
caſibus cùm lex pro
liberis eos habet, hæreditas eorum rectè dicetur
c l. penult. C. de his quibus. [c]: vt cùm ideo non fuit aliquis manumiſſus. quia
tabulæ teſtamenti, quibus libertas relinqueba-
d l. ſeruus. C. com. de ſuc. tur, ex S.C. Sylleiano aperiri non potuerūt. Sunt
& alij caſus, quos enumerare operæprecium
non eſt [d].

¶ Eius qui apud hoſtes deceſsit, dici hæ
A reditas non poteſt *a*, quia ſeru⁹ *b* deceſsit.

PAVLVS *libro 2. ad Edictum.*

LEX IIII.

Pecuniæ appellatione rem *c* ſignificari Proculus ait.

IDEM *libro 2. ad Edictum.*

LEX V.

L. 5. Rei appellatio.

Rei *d* appellatio latior eſt, quàm pecuniæ: quia & quæ extra compu-
A tationem *e* patrimonij noſtri ſunt, con-
tinet, cùm pecuniæ ſignificatio ad ea re-
feratur, quæ in patrimonio ſunt.

§. Opere locato.

¶ Opere *f* locato, vel conducto, his
B verbis, ait Labeo, id opus, quod Græ-
ci ἀποτέλεσμα *g* vocant, ſignificari: id eſt,
ex opere facto cor-

IV.

1 *Res in hac lege pro ſubſtantia accipitur.*
2 *Pecunia à pecore dicta: item & peculium.*

1 PECVNIAE.) c ¶ † Rem, id eſt, ſub-
ſtantiam: nec enim eſt veriſimile
Proculum, cùm hoc dixit, genera-
liter rem accepiſſe, ſed in eum tan
tummodo ſenſum, quo facultates
2 cenſuſq; ſignificant: nam † pecu-
niam antiqui à pecore deduxerunt, quòd vniuer
ſa eorum facultas in pecorū fructu eſſet, vt Gram
matici aiunt: qua ratione & peculium dictum,
q̊d quis ſua induſtria acquirit, vt Valla exiſtimat.

LEX V.

1 *Rei appellatio latißima, & de varia rei acceptione.*
2 *Quæ dicantur extra patrimonij noſtri computationem.*
3 *Vera mens Iuriſconſulti in l. noſtra.*
4 *Duplex lectio in textu noſtro.*
5 *Opus qui debet, partem faciendo nihil agit: & quando non procedat.*
6 *ἀποτέλεσμα quid.*
7 *Genethliacorum ars taxatur, & damnatur.*

1 REI.) d ¶ † Rei appellatio latiſsima
eſt, & corporalia incorporaliaque
complectitur, & ad omnem obli-
gationem contractumq; pertinet.
Hinc æquitatem neceſsitatemúe
aliquando ſignificat, quandoque & veritatem,
plerunque & adminiſtrationem: ſed & pro iu-
dicio, controuerſia, ſententia, accipitur: habet e-
tiam negocij ſignificatum: pro rei quoque ipſius
æſtimatione nunc accipitur, nunc pro eo quod



intereſt: homines quoq; rerum appellatione con
tineri dubium non eſt [e], ſicut & delicta, cæteraq;
quæ in facto conſiſtunt: ſed & officia res appel-
lantur: Res quoq; vtilitatem ſignificat, quo
ſignificatu vſus eſt Vlpianus [f]. Voluptatem quan
doque ſonat, quale
eſt apud Terētiū [g]: e l. omnia. in fi. de leg. ij.
His rebus finē præ- f l. j. de rebus credit. §.
ſcripſti pater. Sæ-
piſsimè litem, Res g In Andria.
apud prætorem a-
gitur: reſtringitur
autem ex ſubięcta
materia, quod alibi
diſſeram.
e ¶ Extra compu- 2
tationem.) † Accur
ſius quatuor inter-
pretationes affert,
vt vel de his, quæ in
patrimonio noſtro
nō ſunt, ſed eſſe poſ
ſint, accipiamus: vt
hæreditas iacēs: vel
de ſeruitutibus quę
nec in noſtro patri-
monio, nec extra ha
bētur [h]: vel de actionibus, quaſi hæ pecuniæ ap-
pellatione non comprændantur: vel de rebus ſa h l. j. de vſufr. leg.
C cris, quoniam in nullius bonis ſint: & hanc pro-
bat, cùm ſacra vendi & in pecuniam redigi non
poſsint, quod in aliis rebus eſt. † Sed profectò Iu 3
riſcōſultus haud ita ſenſit, ſed latius accipi rem,
quàm pecuniā ait, cū res mea dicetur, etiam quæ
in patrimonio non computetur: vt ſi de filio vel
conſanguineo ſentiens commendem tibi res
meas, vel cùm de capite periclitans dicam rem
meam agi, quod minimè ei ſignificationi conue
nit, quam habet pecunia. Auſonius poëta:

D *Imperium, litem, venerem, cur vna notat res?*

Horatius,

*Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.*

Plaut. in Pœnulo: Tenetis rem? Vix quidem her-
cle: nam ita pauxilla eſt, digitulis primorib. &c.

f ¶ Opere legato.) † Alij codices habent loca 4
to, vtrunq; rectè: cū em̄ de opere dicimus, de eo
intelligim⁹, q̊d veri operis formā habeat, quæ q-
dem forma nō niſi ex cōſumatione cōtingit [i]: † 5
quapropt̄ qui opus debet, partē faciēdo nihil a- i l. ſi is q eoc. §. j. ad l. Falci.
E git. & hæc eſt ratio cur facti obligatio indiuidua k l. in exec. ver. ij. de verb. obli.
ſit [k], licet alij alit̄ ſenſerint. Sanè & mēs loquētis
qn̄q; aliud ſuadet, vt cū quis argentū factū legat, l l. & ſi. §. quid ergo. de auro leg.
nam & id veniet, q̊d elaborari cœptū ſit, licet ad-
huc nō perfectū [l]: nō enim in obligatione ipſum II.
facere hoc caſu vertitur, ſed res ipſa præſtatur. m l. ſtipula. §. opus. §. de ope. no. nunt.
Qua ratione & ſi quis partē parietis, foueæ, vel
maceriei fecerit, opus illi nouū nunciari poterit III.
[m]: quia nō debet damnū alicui, neq; ex parte idē
operis inferri. Idem & cùm de opere certā formā
F nō habēte loquimur, vt paries, fouea, maceries,
& ſimilia: nam etiā ſi ſolùm incœpta ſint, dicitur
opus factum eſſe: ſecus ſi certi termini vel menſu
ra addita proponatur [n].

g ¶ Græci † ἀποτέλεσμα.) Nomen id à perfectio- 6
ne abſolutioneq; deducitur: qua ratione Home- n l. ſtipul. n ... diuiduntur.
rus quandoq; τετελεσμένον ἔργον dixit eodem ſenſu.
Sed & ἀποτελέσματα mathematicorum reſponſa di
cuntur, ediditq; hoc titulo Ptolemæus librum,
qui vulgò Quadripartitus appellatur. meminit
huius ſignificationis etiā Euſtathius in Iliados

7 primo,† vbi Genethliacorum curioſitatem da-
mnat, qui omnia ſubiecerint planetarum pote-
ſtati:& proculdubio ridiculum eſt reſponſa ſua
hoc nomine eos appellare, quibus nihil imper-
fectius, vanius, ſtultius excogitari pōt: ars enim
illa ab Aſtrologis
conficta fuit, vt cum
ſua profeſsione ni-
hil lucrarentur, à cu
rioſis rerum futura-
rū principibus, hoc
nomine pecunias
æruſcarent: & ideo
antiquis, ſapientio-
ribusq; Philoſophis

**VLPIANVS** *libro 3. ad Edictum.*

LEX VI.

**NOminis a & rei b appellatio ad omnem contractum & obligationē pertinet.**

A

¶ **Verbum c EX LEGIBVS, ſic capiendū eſt, tam ex legū ſententia d, quàm ex verbis b.**

a l.iij.& v.C de malef. & mathe.

damnata, Chriſtianæ legi contraria, ab Impera-
toribus a etiam capitali vltione coërcita: aduer-
ſus quam M. Cicero, Origenes, Phauorinus, &
nouiſsimè Ioannes Picus XII. libris diſſertauit.
quòd ſi quis eorum (quanquam hæc rara auis)
qualis Thraſyllus aut Aſcletarion quandoq; ve-
ra prædixerit, id nō aſtrorum ſcientia, ſed caco-
dæmonum aliquo impellente, vel falſo prędicta
ad euentū perducente factum eſt, quorum maxi
mè intereſt, huic impoſturæ fidem omnino non
abrogari: vt mirum ſit, cur domini rerū, qui Chri
ſtianis imperant, impunè doceri diuulgariq; hu-
iuſmodi apoteleſmata permittant, quibus ſingu
lis annis ipſi efferuntur, bellaq;, tumultus, & re-
rum mutationes, ad hæc, diluuia, grandines, ter-
ræ motus, huiuſmodiq; terriculamenta porten-
duntur, ſicq; nocentium animos vel in ſpem ali-
cuius facinoris incitant, vel innocentium metu
& deſperatione cōminuunt, in cauſaq; ſunt, vt
à malis geniis multa mala id homines inuehan-
tur, ne mentiti videri poſsint.

LEX VI.

1 *Nomen pro obligatione debitoris.*
2 *Nomen pro agnatione interdum ponitur.*
3 *Res quandoq; ſpeciali ſignificatione accipienda.*
4 *Rebus meis legatis, an iura contineantur.*
5 *Reus debendi dicitur, ex quocunq; contractu quis debeat.*
6 *Rei dicuntur omnes, quorum de re diſceptatur.*
7 *Reus voti quis dicatur.*
8 *Macrobius repræhenditur.*
9 *Quod mens cum verbis legis pōt, id ſola eius mens poteſt.*
10 *Mens legis quando dicatur certa.*
11 *Actio ex mente legis competens, directa eſt: quæ verò per interpretationem datur, vtilis eſt.*
12 *Mens, & ſententia, & ratio legis an differant.*
13 *Correcta ratione legis, lex ſublata cenſetur.*
14 *Legis ſententia præſumitur, quam verba oſtendunt.*
15 *Legis mentem violans, in legum commiſit.*
16 *Aduerſus verba legis committens, mente eius ſeruata, non meretur pœnam.*

1 NOMINIS a.) † Nomen hîc pro obli-
gatione debitoris accipitur, ſicut cū
dicimus, vēdo nomen, lego, obligo,
do in ſolutum. alioquin & alias ſigni
ficationes habet: ſic enim cauſam, ſic accepti ex-
penſiq; titulum b, ſic ſingula in conficiendis ra-
tionibus negocia appellamus. Sed & in S.C. di-
citur incertis nominibus pecuniam à Macedo-
ne filiisfamil. credi ſolitam c. Sic & Horat. epiſt.
libro II.

b l. pen. & fin. C. de conueni. fiſ. deb.

c l. j. ad Maced.

*Cautos nominibus certis expendere numos.*

2 † Quandoq; & agnationem ſignificat, vt cùm ꝓ-
hibemus fundum de nomine noſtro exire d.

d l. is qui. de lega. iij.

b ¶ Rei.) Licet hæc vox generaliter intelliga-
3 tur, † quandoq; tamen ſpeciali ſignificatione ac-
cipiēda eſt: vt cum in rem quis agit: ſpecies enim
deſignari tunc debet e, nam & iura non vendicā-
4 tur f. Idem ſi † res o-
mnes meas legaue-
ro: iura enim non
cōtinētur, quia nec
poſsidentur: prono
men autē meas poſ
ſeſsiuum eſt: atq; ita
Baldus ſenſit g, qđ
ego nō probo, cùm
grammatici in eam
ſignificationem poſſeſsiuum non accipiant, in
quam Baldus exiſtimauit: quapropt̄ & cū rem a-
lienā dicim⁹, etiā de iurib. intelligim⁹ h. Verius
ergo eſt id legatū per illam adiectionē ſolū ad ea
B coarctari, quæ in dn̄io noſtro habemus i. Sanè &
cùm res quas in illo fundo habeo, tibi promittā,
iura nō debētur, quoniā eo loco nō cōtinētur k.
Dubiū aūt nō eſt, quin verba etiā generaliſsima
per adiectionē reſtringantur. Sed finge, princeps
mihi vniuerſisq; rebus meis pleniſsimā immu-
nitatē cōceſsit, an ſubditi quoq; immunes ſint?
& eſſe reſponſum eſt: ſed quoniā ob mei fauorē
hæc cōceſsio facta eſt, nō poterūt in dn̄i damnū
ea vti: & ad me pertinebit declaratio, q̄s velim
C immunes eſſe, vt belliſsimè And. Siculus rn̄dit l.
5 † Sanè poſſumus & genitiuū hoc etiam à reo, id
eſt, obligatio inflectere, vt reus debendi dicatur,
ex quocunq; cōtractu, vel obligatione quis de-
beat. Nam & veteres, vt Cic. lib. II. de Oratore
6 inquit, † reos appellabant non eos modò qui ar-
guūtur, ſed oēs quorū de re diſceptatur. Hincq;
eſt, ꝗ reus non ſolùm debendi dicitur, ſed etiam
credendi, & ipſe quoq; per acceptilationē à ne-
xu liberari cēſetur: oblatam enim pecuniam nō
D 7 pōt non accipere m. † Dicitur & reus voti is, qui
diis in euentū conditionis promittit: at vbi con-
ditio euenit, tum etiā damnat⁹ eſt voti: q̄d oſtē-
dit T. Liuius lib. VII. de bello Punico, & Vergil.
Damnabis tu quoq; votis. q̄d & Seruius ſentit:
8 vt non parum mirer, † cur Macrobius voti dāna
tosint̄pretetur, qui vota ſoluerint, & nō potius
idcirco obligatos ad obſeruationē voti, quia q̄d
petierāt impetrauiſſent. In qua re Nonij quoque
Marcelli diligentiā nō ſatis ꝓbo, tameſi ſciā ex
E recentioribus pleroſq; Macrobium ſequi.

e l. ſi in rem. ff. de rei vend.

f l. vendicatio. eod tit.

g l. j. de ſtat. ho.

h c. fin. de præſcript.

i l. Quintus. §. argen. de aur. leg.

k l. Caius. de lega. ij.

l conſil. xxvj. in ij.

m l. fideicom. §. ſi rem. de legatis iij.

9 c ¶ VERBVM Ex legibus.) † Quod mens v-
nà cū verbis legis poſſunt, id ſola eius mens pōt,
dum de ea cōſtet. Dum ergo certa eſt legis ſen-
tentia, etiam ſi verba eam non exprimāt, expreſ-
ſus à lege is caſus dici pōt n: & ꝓpterea nihil re-
fert, etiam ſi materia pœnalis vel odioſa ſit o, cū
non per extenſionē, ſed per expreſsionem caſus
10 cenſeatur explicatus. † Tunc aūt mēs dicitur cer
ta, cū vel in lege exprimitur, vel vnica tantùm ra
F tione, ita ꝗ nulla alia adduci poſsit, colligitur p:
vel per argumentū, neceſſario & euidentiſsimè
concludenſ, ita ſenſiſſe legislatorē infertur q. Et
11 in his † caſibus actio in lege directa oritur. Quòd
ſi de mente nō cōſtet, ſed per interpretationem
Iuriſconſultorū lex ad eum caſum porrigatur, rē
tacitè deciſam dicitur, tuncq; potiſsimū de legū
extenſione tractamus. Hoc autem caſu actio
quæ conceditur, non directa, ſed vtilis eſt r: quo-
niam ex mente legis præſumpta propter vtilita-
tem recipitur. Sed & ſi de aliquo caſu nihil actū
ſit,

n l. prætor. de ope. no. nun.

o l. cum mulier. ff. ſol. matr.

p gl. l. quāuis. de fideicom.

q Felin. c. in noſtra. de reſcript.

r l. curatoris. C. de neg. geſt.



ſit, cùm veriſimile eſt legiſlatorem, ſi de eo cogi-
taſſet, idem quod de alio ſimili diſpoſiturum, v-
tiliter ex ea lege agetur a.

a l. tale. in fin. de pact.

12 a ¶ Sententia.) † Eadem videtur eſſe mens,
ſeu ſententia, & ratio legis, vt plerique omnes
aiunt: aliqua tamen
differentia eſt, quia
ex ratione deduci-
tur ſententia, & ꝓ-
pterea nunquam le-
gis deciſionem pro
trahimus, vbi non
æquè tanta ratio ſit:
quo fit, vt ſi ex dua-
bus rationibus ali-
quid ſit introductū,
ſi altera tantùm af-
ferri poſsit, diſpoſi-
tio locum ſibi non
vendicet b, niſi clarè conſtet ex mente legis vel
alteram ſufficere c: qua ratione & tunc ad caſum
ſimilem, ſi mens hoc velit, fiet extenſio, tametſi
non æquè tanta ratio ea fieri ſuadeat, quod Soci
13 nus annotauit d. † Hinc etiam eſt, quòd correcta
legis ratione, lex ſublata cenſetur e, ſi tamen hu
iuſmodi ratio concludens, non autem impulſi-
ua ſit f.

**PAVLVS** *libro 2. ad Edictum.*

LEX VII.

**SPonſio c appellatur non ſolū quæ per ſponſi d interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſsioq; e.**

A

**IDEM** *libro 4. ad Edictum.*

LEX VIII.

**VErbū f OPORTEBIT, tam**

b l. ſi ſam. ff. de iur. om.

c §. affinitatis. de nup.

d l. ij. §. ex his. ff. de verb. ob.

14 b ¶ Verbis.) † Ea tamen præſumitur legis ſen
tentia quam verba oſtendunt g: quapropter te-
merè ab eis non eſt recedendum, quoniam ple-
runque fallimur, dum legis rationem, per conie-
cturas non aſſecutos credimus. quòd ſi de ea cō-
ſtet, non eſt dubium, quin & inde coarctatio in-
ducatur, & ſi res ſuadet, extenſio, quod aliàs
admonui. quapropter non tanta eſt verborum
15 vis, vt † ſi quis aduerſus ſententiam legis faciat,
quamuis in eius verba nō committat, poſsit id-
circo euadere, atqui eodem punietur modo h, ac
ſi verba quoque violaſſet. quapropter qui triticū
vel oleum filiofamiliâs credit, in S. C. Macedo-
nianum incidet i: & mulier cùm intercedere pro
alio vellet, ſi principaliter in ſe obligationem ſu
ſceperit ex S.C. Velleiano iuuabitur k. Idē cùm
prohibitus donare, viliori pretio vendat, vel in-
16 terpoſito per fiduciam amico donet l. † Non ita
in eo eſt, qui aduerſus verba committit, ſenten-
tiam ſeruat: nam id impunè licet.

e l. j. ff. de leg. tut.

f §. fœminæ. In ſti. de nup

g l. prolpexit. ff. qui & à quib.

h l. non dubiū. C. de legib.

i l. ſed Iul. §. mutui. ff. ad Mac.

k l. quamuis. §. ſi cum. ff. ad Velleia.

l Dyn. c. fin. de reg. iur.

LEX VII.

1 *Sponſio ſolùm de ſtipulatione dicitur. & num. 7.*
2 *Hinc & ſponſalia dicta.*
3 *Excuſſa l. j. C. de ſuffrag.*
4 *Sponſionis alius ſignificatus.*
5 *Sponſor quis dicatur.*
6 *Sponſus pro ſponſalia contrahente in tex. accipitur.*
8 *Promiſsio quomodo accipiatur.*

1 SPONSIO.) c ¶ † Sponſio videtur ſo-
lùm de ſtipulatione dici: quod ex eo
probatur, cùm promiſſum lex ait ac-
cipi, quod nuda promiſsione, vel pol
licitatione, vel ſponſione debetur m.
2 † Hinc & ſponſalia n dicta, ꝗ veteribus moris fue
3 rit per ſtipulationem ea contrahere. † quapropt̄
cùm lex ait o, eos obligari qui ſponſione propter
ſuffragium contraxerint, de ſtipulatione ego in-
tellexerim, vt qui mihi apud principem ſuffraga
tus ſit, vt diſpenſationem aliquam obtinerem,
non tamen ad promiſſum ſibi pacto nudo præ-

m l. ſciendum. ff. de ædi. ed.

n l. ij. de ſponſ.

o l j. C. de ſuffr.



mium agere poſsit: licet noſtrates Iuriſconſulti
eā legem non intelligentes cōtraria opinentur:
cuius etiam libro XXII. Ammianus Marcelli-
nus mētionem facit. Nec quicquam nos mouet
quòd hîc dicitur, omnis ſtipulatio promiſsioq;
quaſi hoc ſenſu alte
rum ſuperflueret: nā
coniunctiua oſten-
dit pro maiore de-
claratione id à Iuriſ
conſulto dictum, ꝗ
dubitari potuit, ne
ſtipulatio de ſola in
terrogatione dice-
4 retur p. † Sanè & a-
lio ſignificatu ſpon
ſio accipitur, nimi-
rum cùm quis in-
terpoſita ſtipulati-
B one certam pecuniam promittebat, ni ita eſſet,
ſicut affirmabat: quo ſenſu Ciceroni, Quintilia-
no, Valerio Maximo, cæteriſq; veteribus vbiq;
capitur, nec ex Iuriſconſultis quidam abſtinue-
5 re q. † Hinc & ſponſor dicitur: quamuis Accur-
ſius ſponſorem eum tantummodo dici credide-
rit, qui ſpōtè & à nemine rogatus pro aliena ob-
ligatione intercedat r.

L. 8. Verbum oportebit.

p gl. in l. j. de verb.

q l. ſi rem. ff. de præſcrip. verb.

6 d ¶ Sponſi.) † Quidam interpretantur, id eſt,
promiſsi: quod non conuenit, cùm promiſsio-
C nis interrogatio nō fiat, ſed ideo interrogemus,
vt promittatur: verius ergo eſt. vt de ſpōſalia cō-
7 trahente intelligamus. cum igitur exemplum
hoc Iuriſcōſultus adducat, apertè oſtēdit † ſpon
ſionem tantummodo de ſtipulatione dici, alio-
quin ſi quamlibet pactionem ſponſionis appel-
latione comprændi, prout communis eſt ſenten
tia voluiſſet, non erat de vna ſpecie ſtipulationis
ſolùm hîc exempli cauſa loquendum. Nec ob-
ſtat s, quòd ſi in nouiſsima parte pactorum ſcri-
D ptum ſit, Titius rogauit, ſpopondit Mæuius, hęc
verba non tantùm pactionis loco accipiuntur,
ſed etiam ſtipulationis, quia pacti vim habent,
non ex verbo ſpopondit, ſed quia iam in modū
pacti promiſsio præceſſerat, & ideo lex in nouiſ
ſima pactorum parte ita ſcriptum ait.

r gl. in rubr. in auth. de fid.

s l. iuris gen. §. quod ferè. de pact.

8 e ¶ Promiſsioq;.) † In ſcriptura promiſsio t vi
detur pro ſtipulatione accipi, quod tamen in te-
ſtimoniis non eſt, quoniam verba teſtium ambi-
gua, aduerſus eum qui produxit, interpretātur:
E id aūt verbum ambiguum eſſe certum eſt, cùm
etiam ſimplex pactio promiſsio dici poſsit.

t d. l. j. C. de vſur. l. Titia. §. penul. ff. de verb. oblig.

LEX VIII.

1 *Exemplum huius legis ponitur.*
2 *Tempus præſens nec ad præteritum, nec ad futurum refertur regulariter.*
3 *Tempus futurum nec ad præſens, nec ad præteritum regulariter refertur.*
4 *Actionis verbo impropriè accepto exceptio continetur.*
5 *Exceptio compenſationis an propriè actionis verbo contineatur.*
6 *Replicationem obijciens agere dicitur.*
7 *Exceptio eſt actionis excluſio.*
8 *Præſcriptio actionem excludit, tranſlatio differt.*

VERBVM oportebit.) f ¶ † Exemplum 1
legis eſt, cùm quis promittit, quicquid
dare, facere oportebit: nam etiam ex
vi ſermonis præſens compræenditur,

cùm qui dare facere debet tempore contractus, etiam poſt contractum dare facere teneatur: nec enim per eum contractum extinguitur præſens obligatio.

LEX IX.

1 *Verbum, rapere, quomodo accipiatur.*
2 *Raptor cur mitius puniatur fure manifeſto.*
3 *Verbo corrupiſſe, ſciſſum fractumq; contimetur.*

præſens a, quàm futurū b tēpus ſignificat.

¶ Verbo actionis c non continetur exceptio d.

VLPIANVS *libro 5. ad Edictum.*

LEX IX.

MArcellus apud Iulianū tractans notat, verbo RAPVISSE e & ſciſſum f & fractum cōtineri, & vi raptum.

IDEM *libro 6. ad Edictum.*

LEX X.

CReditores accipiendos eſſe conſtat eos quibus debetur ex quacunq; actione g, vel perſequutione h, vel iure ciuili i

2 a ¶ Præſens.) † Tempus præſens ad præteritum non refertur, niſi adiunctum participiū id ſuadeat, vt cum dicimus, Troia capta eſt: aut cū id præteritū etiā nunc durat a. Qua ratione futurū quoque non comprændit b, niſi natura actus aliud inducat: vt cùm lex punit eum, qui delinquit: futuris em̄ negociis lex prouidet. Idem in teſtatore qui dixerit, quas pecunias legaui, vel lego ſine diei appoſitione, deberi añua, bima, trima die volo: referetur enim hæc clauſula etiā ad ea legata, quæ deinde vel in codicillis faciet c, nam hæc voluntas durare præſumitur. Sed & diſpoſitio de re præſenti facta, ad futuram actionem trahetur d: quapropter & qui res ad ſe pertinentes pignori ſuppoſuerit, de acquirendis quoq; egiſſe videbitur, quoniam cùm obligatio duret, cenſetur acquirenda ex præſumpta contrahentium voluntate loco acceſsionis cæterorum bonorum eſſe e, licet aliā rationē Bart. adduxerit. Cæterū & ſi præſenti tēpori addita ſint verba habētia tractū, non eſt dubiū quin futurū cōprendant f. Idem & ſi de futuris actum eſſe alia ratione præſumamus.

a l. is qui in put. §. ait. ff. quod vi.
b l. ſi ſtipula. §. cū ſtipulamur. ff. de verb.
c l. talis. de leg. j.
d l. fin. §. fin. de lib. leg.
e l. fi. C. quæ res ping. l. ſi quis ſoc. ff. pro ſoc.
f l. ſi ita quis. de leg. j.

3 b ¶ Futurū.) † Id tēpus regulariter nec ad præſens, neq; ad preteritū refertur, niſi diſpoſitio tractū habeat, vt quia in futurū quoq; duret: veluti ſi promittā, q, dolus malus aberit g, intelligetur etiam vt in preſenti non adſit, cùm qui hodie dolus adeſt, etiam in poſterum perſeueret: & qui confirmet quod in codicillis ſcriptum erit, etiā quod codicillis iam factis legauit, confirmaſſe creditur h. Sed & cū materia ita ſuadet, p̄ſens pro futuro, & futurum pro præſenti ſumitur i.

g l. nouiſſ. ff. iudic. ſol.
h l. Plotiana. ff. de cond.
i xxxij. quæſt. v. Paulus.

4 c ¶ ACTIONIS.) † Actionis verbo impropriè accepto cōtineri exceptionē dubiū nō eſt k, quia excipiēs agere dicitur: q̊d tanto magis procedit, 5 cū de eo excipitur, q̊d in formā actionis deduci potuiſſet: † vt ſi qs cōpenſet: ſed Bart. huiuſmodi exceptionē ꝓpriè actionis verbo cōtineri credidit, cui nō aſſentio: qa lex videri eū agere dixit l, & propterea cùm cui ſacris interdictum ſit, licet agere prohibeatur, compenſare tamen poſſe exiſtimo m: quæ ſententia humanior eſt. Cæterū & is prouocator, cui iudex ex officio ſuccurrit, non propriè agere dicetur, ſicut nec reus eo caſu excipere, quod pleriq; omnes ſentiunt n: † 6 qui verò replicationem obiicit, actionem intendere proculdubio dicitur o.

k l. j. ff. de except.
l l. amplius. in fin. ff. rem rat.
m c. cum inter. de except.
n in l. j. ff. de iuriſdi. om. iud.
o Inſtit. de repl. in prin.

7 d ¶ Exceptio.) Eius enim deſcriptio repugnat, † cùm exceptio ſit actionis excluſio, tametſi dilatoriæ & ſolius intentionis excluſiones, propriè quoque exceptiones dicantur p: verbum enim generale eſt, idemque quod præ- 8 ſcriptio ſignificat. Fortunatianus tamē rhetor: † Præſcriptio, inquit, actionem excludit, tranſlatio differt.

p Abb. rub. extra de exc.

1 MARCELLVS. e ¶ Rapuiſſe.) † Hoc clarius locum ſibi vendicat, cùm quis ſcindit, frangitúe vi adhibita, vel eo animo, vt ſi prohibeatur, vim adhibeat q: alioquin rapere, eſt etiam de manibus auferre r: & qui verbis puellā ſeducit, eā rapuiſſe dicitur s. Sed & furari rapere eſt t, improbior tamen fure quāuis manifeſto eſt raptor. 2 † Quod cū ita ſit, cur leuius punitur? manifeſtarius enim fur quadruplum cum re ablata infert, raptor, triplum u: an quòd fur potuit dñm latêre, raptor minimè, vnde ex furto potuit maius damnū dño inferri, qui niſi noxiū deprændiſſet, neſciuiſſet aduerſus quē ius ſuū perſequeret? Quāꝓpter cū vterq; manifeſtus ſit, grauiꝰ fur, quā raptor plectitur: alij tamen aliter ſentiunt.

q l. iij. §. non ſolū. ff. de incend.
r l. iiij. ff. neqs.
s c. fin. xxxvi. quæſt. j.
t l. ſi quis ex do. ff. de fur.
u ff. ex maleſi. de actio.

3 f ¶ Sciſſum.) Laceratum, fractum, quaſſatum. † Sanè & verbo corrupiſſe, ſciſſum, fractūq; contineri in l. Aquilia dicitur: quapropter ſunt, qui hîc rupiſſe legant, non rapuiſſe. Subdit huius reſponſi arg. Dinus, ſi lex municipalis certa pœna mulctet eum, qui de domo vicini aliquid rapuerit, qui vel ſolas fores effregerit, contineri. Quid ſi igne adhibito corruperit? & idem dici poſſe ego exiſtimauerim.

LEX X.

1 *Conuentus rei vendicatione an ſit propriè debitor.*
2 *Perſecutio eſt, quæ vulgò officium iudicis merū dicitur.*
3 *Iure ciuili qui contractus introducti.*
4 *Tutus exceptione perpetua debitor non eſt.*
5 *Deficiente ciuili actione, ſi æquitas ſubſit, prætor ſuum impertit officium.*
6 *Creditor an ſit, cui debetur ſub conditione.*
7 *Simplex naturalis obligatio duplex eſt.*
8 *Obligatio naturalis ad antidora.*
9 *Donationis remuneratoriæ ſingularia.*

CREDITORES g ¶ Actione.) † Non 1 tamen reali, cùm qui rei vendicatione conuenitur, impropriè debitor dicatur, vt Accurſius & cæteri exiſtimant x: quod ego non probo: quia negari non poteſt, qui rem meam poſsideat, reſtituere eam mihi debere. nec nos mouet, quòd lex y eum nullo iure teneri dicat, quia & ex additione pronominis, & ex narrationis argumento apparet nullo iure perſonā ipſā obligari: ſed nō ideo cōſequens eſt, ratione rei debitorē nō eſſe.

x Inſtit. de act. in prin. & §. j.
y §. omnium. inſtit. de act.

h ¶ Perſequutione.) † Quam vulgò officium 2 iudicis merum appellamus, ea cauſę omnes mixti imperij abſoluuntur z.

z l. pec. §. ſi. C.

i ¶ Iure ciuili.) Hoc iure ſtipulatio inuenta eſt, & emphyteoſis, literarūq; obligatio, & quæ ex ſponſalitia largitate, vel tutela prouenit: nam & hæc XII. tabularum verbis inuenta eſt. Sanè & iure ciuili debetur, quod ex iuris gentium cōtractibus, debetur: id enim ius Quirites approbauere a.

a l. iuris gent. ff. de pact.



(ſine vlla a exceptionis perpetuæ remotiõe) vel honorario, vel extraordinario b, ſiue purè, ſiue in diē, vel ſub conditione c. Quòd ſi natura d debeatur, non ſunt loco creditorum: ſed & ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus e, creditores accipiuntur.

CAIVS *libro 1. ad Edictum prouinciale.*

LEX XI.

CReditorum appellatione nō tantum hi accipiunt qui pecuniam f crediderē, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa g debetur.

VLPIANVS *libro 6. ad Edictum.*

LEX XII.

SI cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo debet contractu, ſed & ſi ex delicto h debeat, mihi videt poſſe creditoris loco accipi. quòd ſi ex populari i cauſa, ante litis conteſtationem rectè dicet creditoris loco nō eſſe: ¶ Minus ſoluit k, qui

4 a ¶ Sine vlla.) † Qui ergo ipſo iure tenet, ſi exceptione perpetua, puta pacti de nō petēdo, tutus ſit, debitor non eſt: nec qd ipſo iure ſit, curamꝰ, ſed quid in effectu.

5 b ¶ Extraordinario.) † Cū deficiēte ciuili actiõe ſuggerēte ęqtate in cauſis iuriſdictiõis officiū ſuum prętor impertit, vt cū filiusfa. tuetur, qui viaticū ſuū alteri mutuauerit b, & quoſdā caſus ſ. habemꝰ ſub rubr. de var. & extraord. cognit.

b l. cum filius. ff. ſi cert. pet.

6 c ¶ Sub cōditione.) † Si omnino ſit extitura, dubiū non eſt, vt Pont. ait c, eſſe creditorem. Si verò incerta ſit, non eſt creditor, niſi ex larga ſignificatione: at vbi euenerit etiam retrò, videbitur propriè fuiſſe creditor d: quod in legatis non eſt, nec enim in eis regulariter conditiones trahuntur retrò e.

c in l. j. ſi cert. pet.
d l. is cui. ff. de actio.
e l. j. §. ſerui. ad Syllan.

d ¶ Natura.) De naturali obligatione, quā lex ciuilis fouet, hîc non agitur: quia de ea ſuperius actū eſt, cùm de iure ciuili dixit f. multò minꝰ verò de ea intelligendū eſt, quā lex ciuilis reꝓbat, quoniā hoc caſu creditor dici nō p̄ōt. Supereſt ergo, vt de ſimplici naturali obligatiõe loquamur, 7 quā ius noſtrū nec tuetur, nec infirmat. Ea † duplex eſt g: altera iure naturæ efficax, quæ ideo actione nō parit, quoniā iuris ciuilis ſunt actiões: exceptioni verò ſufficit & cōpēſationi & pignoris retētioni, quoniā id nō eſt aliū impetere, ſed ſe tueri, quæ naturalis defenſionis ſpecies eſt. In hac creditor ꝓpriè nō dicitur, qa actionē hac ex cauſa nullā habet: largius tñ accepto ſermone dici creditor poterit, & ideo fideiuſſor illi accedit 8 h. † Altera verò quæ ad antidora, i. remunerationē pertinet, nec eo quidem iure ex ſe efficax eſt, quaꝓpter ex ea debitor nullo modo dicitur: iun- 9 cta tñ alij actui plurimū p̄ōt. † Hinc eſt, quod remuneratoria donatio inſinuatione non indiget: ex ingratitudine, vel filiis deinde natis, nō reuocatur: inter virū & vxorē permittitur, quaꝓpter cauſam ſufficientē cōtractui præſtat: in bono viro præſumitur: alienationē rei ad eccleſiā, vel minorē pertinētis, alioquin reuocabilē, cōfirmat i.

f l. legitima. de pact.
g Bar. l. ex hoc. ff. de iuſtit.
h l. fideiuſſ. oblig. §. ij. ff. de fideiuſſ.
i Iaſ. in d. l. ex hoc.

e ¶ Sed contractus.) Subaudi quilibet alius. Ipſe caſtigatius in antiquo codice ſcriptum inueni, ſeu contractus, quod magis placet.

LEX XI.

1 *Dubitandi decidendiq; ratio in l. noſtra.*
2 *Verbum, ex cauſa, in tex. generaliter accipiendum.*

CREDITORVM. f ¶ Pecuniam.) Videbatur enim ita tantum accipiendum, cùm credere dicamur cuicunq; rei aſſentiamus, alterius fidem ſecuti: ſed tamen † communis vſus peritorū creditorem generalius accipit, quacunq; ex cauſa quicquam debeatur: meritò ergo vſum magis quàm etymologiā attendemus. Quāuis tamē de creditore ita dicamus, non idem erit de verbo credere, vel nomine creditum: hęc enim ſolū indicant, qui alterius fidem ſequutus ſit, vt Bart. ſenſit, atq; alij pleriq;. Tenent Salicetus, Fulgoſius, Pontanus contrà k.

L. 12. Si cui ex empto. §. Minus ſoluit.

k l. j. ff. ſi cert. pet.

g ¶ Cauſa.) Puta delicto, vt ait Accurſius. † Sed hîc ego 2 generaliter malim quacunq; ex cauſa, non ſolùm contractu, ſed etiam quaſi cōtractu: qua ratione & ceſsionarium propriè creditorem eſſe cæteris conſenſerim l.

l in d. l. j.

LEX XII.

1 *Cui ex delicto debetur, an ſit creditor.*
2 *Quid in eo, cui ex legato fideicommiſſóue debetur.*
3 *Verba textus, Ex populari cauſa, quomodo accipiantur.*
4 *Verba, Minus ſoluit, in tex. propriè accipienda.*
5 *Plus tempore petit, qui ante tempus petit.*
6 *An hodie huic legi ſit locus.*

SI CVI. h ¶ Ex delicto.) † Id dubium 1 erat, cùm delinquentis fidem ſequutus videri non poſsit creditor: tñ idē q̊d in cæteris cauſis eſt, q̊niam delinquēs videtur pœnę ſemet obligaſſe. † Idemq; eſt 2 in eo, cui quid ex legato fideiue cōmiſſo debeat: nam hæres adeūdo illi ꝓmittere cēſetur m. Propriè ergo creditores hi ꝓpter vſum autoritatēq; prudentiū dicentur, quāuis huic ſignificationi legis fictio cauſam dederit. Hinc eſt, quod hîc dicitur, creditoris loco eſſe: & alibi, legatum quaſi æs alienum ſolui n: alibiq; lex non ſolùm creditoribus ſed etiam legatariis prouidere ſe dicit o.

m l. apud Iul. §. fi. ex quib. cau.
n l. j. C. de bon. aut. iud.
o l. fi. §. licen. C. de iur. delib.

i ¶ Ex populari.) † Intellige in actiõe, qua prin- 3 cipalit̄ iniuriam publicā, ſeu ius populi ꝓſequimur: nam ante litem conteſtatam locupletiores nō ſumus p, nec fideiuſſor nobis obligatur q: ſed ſi principalit̄ aliquis ſit læſus, puta quia violatū eius ſepulchrū, videtur etiā ante litis cōteſtationē creditoris loco eſſe: quapropter & tūc ꝓcuratorem conſtituit r, & alius nemo admittitur, ſi ipſe agere velit s: & hoc Accurſius probat.

p l. penult. ff. de pop act.
q l ſi quis pro. in fin. de fid.
r l. licet. de procurat.
s l. iij. ff. de ſepulchro viol.

k ¶ MINVS ſoluit.) † Id eſt, ſoluere vult, vt Ia- 4 cob. Bartolus & Albert. interpretantur: nam ſic creditor quamuis poſt tempus ſolutionem recepiſſet, non poſſet amplius illam acceſsionem, quæ ex mora orta eſt, petere t. Ipſe hanc expoſitionem non probo: quia quamuis creditor amplius petere non poſsit, non tamen ſequitur, quin minus ſit ſolutum, licet ideo non petat,

t l. iiij. C. de epoſ.

quia recipiendo ſine proteſtatione videtur remiſiſſe: faciliterque remiſsio huius acceſsionis præſumitur, cùm non niſi iudicis officio debeatur. Quapropter ſi creditor nolit recipere, & debitor debitam ſummam ſine temporis acceſsione deponat, obſignetq;, non liberatur: quod omnes hîc probant [a].

tardius ſoluit: nam & tempore *a* minus ſoluitur.

IDEM *libro 7. ad Edictum.*

LEX XIII.

MVlieris appellatione & virgo viripotens *b* continet̃.

Res *c* abeſſe vident̃, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hę, quarum corp[9] manet forma *d* mutata. & ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, A videri abeſſe: quoniam plerunq; plus eſt in manus *f* pretio, quã in re.

Deſinere *g* autẽ abeſſe res tũc videt̃, cùm ſic redit in poteſtatẽ, B ne amittere poſſeſsionẽ poſsimus *h*, ob hoc quòd furto pridẽ ſubtracta eſt.

5 a Tempore.) † Eadem ratione dicitur etiam quis pl[9] tẽpore petere, quãdo ante tempus petit, & propterea in pœnam duplicãtur
6 illi induciæ [b]. † Sed nunquid cùm vſuræ hodie omnino ſint prohibitæ, locũ habeat hæc lex? & ſi creditoris nihil interſit eſſe tardius ſolutum, vt quia nõ eſt mercator, nec q propter hanc moram quĩcquam damni ſubiuerit, non procedere mihi videtur verius.

a l. obligatione. & ibi not. C. de ſolut.
b §. plus. de act. Inſtit.

LEX XIII.

1 *Mulieris appellatio etiam virginem continet.*
2 *Mulier à mollitie dicitur.*
3 *Mulier plerunq; de corrupta dicitur.*
4 *Non videtur exhiberi, quod mutata forma exhibetur.*
5 *Ex forma res ipſa nomen aſſumit.*
6 *Materia, ſubſtantia, forma, ſolennitas, ſimul differunt.*
7 *Manus pro arte.*
8 *Lex Attinia, quæ furtiuam rem vſucapi probibebat, declaratur.*
9 *In caſu huius l. quomodo poßit dominus rei ſuæ poſſeßionem amittere.*
10 *Redintegrandæ poſſeßionis beneficium etiam malæ fidei poſſeſſori datur.*
11 *Abeſſe verbum, variò in iure accipitur.*
12 *Abſens quis dicatur, iudex diiudicabit ex ſubiecta materia.*

1 MVLIERIS. b ¶ Viripotens.) Et hoc † ſi verba propriè accipiantur, alioquin ex lata interpretatione etiam non viripotens mulier eſt, nimirum quia muliebris eſt ſexus [c]: nec etymologia repu-
2 gnat, cùm † à mollitie dicatur, vt Varro & Lactan-
3 tius aiunt. † Sanè ſi fœminam empturo venditor dixerit, non eſſe mulierem, de corrupta intelligemus [d]: nec enim de ſexu veriſimile eſt tunc fuiſſe dubitatum [e]. Et M. Cicero cùm obiurgaretur, quòd virginem ſenex vxorem duxiſſet, cras, inquit, mulierem reddam.

c l. arg. §. muliebri. ff. de aur. & arg. leg.
d l. alioquin. de contrah. empt.
e l. quæritur. §. mulierem. de ædil.

4 c ¶ RES abeſſe.) Et propterea † non videtur exhiberi, quod mutata forma exhibetur [f]: nec cõmodatum depoſitumúe reddi, niſi in eadem, cauſa reddatur [g].

f l. Iul. §. ſi quis. ff. ad exhib.
g l. iiij. §. ſi reddita. ff. commod.

5 d ¶ Forma.) † Ex forma enim res ipſa nomen aſſumit: quapropter & vbi ea deeſt, rei quoq; nomen deficit, niſi quid minimum de forma muta-
6 tum proponatur [h]. † Sanè materia, ſubſtantia, forma, ſolennitas, ſimul differunt. Materia eſt vnde quid conficitur, vt in ſcypho metallum, in contractu conſenſus. Subſtantia eſt per quam materia in certam ſpeciem deducitur, vt in vaſis vel veſtibus artificium, in emptionis contractu pretium. Forma eſt, quæ certæ illi ſpeciei nomen dat. In iurib. verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinem reſpicit, vt in ſtipulatione q̃ præcedat interrogatio, incontinenti reſponſio ſequatur [i]. Solennitas actui pfecto extrinſec[9] accedit, vt autoritas tutoris in pupillorũ agnati cõſenſus in mulierũ contractib. Promiſcuè tamen hæc Docto. quandoq; accipiũt [k], ſubſtantiaq; generalit̃ diffinitur, quæ ad rei eſſentiam neceſſariò requiritur: quapropt̃ materiam, formã, ſolennitatemq; comprændit.

h l. j. in fin. ff. de vent. inſpi.
i Bald. in c. j. de no. form. fid.
k l. in venditionibus. de contrahen. empt.

e ¶ Videri abeſſe.) Et propterea res ipſa rur-
C ſus ſimpliciter petetur, tanquam ſi nihil reſtitutum ſit [l]. Secus ſi ideo petatur, quia aliquid illi extrinſecus deſit: puta cùm quis dedit fundum, nec de euictione cauit: non eñ ſimpliciter fundũ petet, ſed addita cauſa, vt de euictione caueat [m].

l l. etiam. ff. de ſolut.
m l. Iul. §. j. ff. de verb. oblig.

7 f ¶ In † manus pretio, id eſt, artis. Verg.
*Artificumq; manus inter ſe, operumq; labores*
*Miratur.* ——
Iulius Solinus: Ea ædes manus Dædali oſtendebat. Sed quid ſi per huiuſmodi mutationẽ res fa-
D cta ſit pretioſior? Et ratio Iuriſconſulti oſtendit tunc rem non abeſſe: non poterit tamen is, qui reſtituit, expenſas repetere [n]: quia ſibi non licuit in re, quam alienam ſciebat, eſſe tam ingenioſum.

n §. ſi quis in aliquo. Inſtit. de rer. diuiſ.

8 g ¶ DESINERE.) † Lex Attinia furtiuam rem vſucapi prohibebat [o], niſi ea in poteſtatem domini reuerſa eſſet, deſiiſſetq; res abeſſe. Declarat Iuriſconſultus deſiiſſe abeſſe, ſi in domini poteſtatem liberam eſſet reuerſa: quod intellige,
E dũmodo dominus qui ſciuit rem fuiſſe ſibi ſubtractam, ſciat etiam reuerſam [p]: nam & tũc ſi rurſus contractetur, noua actio furti dabitur [q]. Verba eius legis hæc à Gellio commemorantur libro XVII. Quod ſubreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto: id eſt, æternum tempus ad vſucapiendum, vt alibi declarabimus.

o l. ſequitur. §. quod autem. ff. de vſucap.
p l. qui filiũ. §. pen. ff. pro em.
q l. inter. in fin. ff. de furt.

9 h ¶ Poſsimus.) † Sed quomodo dominus poſ-
ſeſsionem rei ſuæ amittere poteſt? & ſi ipſe eam per vim recuperauerit, dubium non eſt, poſ-
F ſe ab eo auferri, quoniam in interdicto recuperandæ exceptio dominij reiicitur [r]. Sed & ſi non furi, ſed ſucceſſori eius particulari abſtulerit, etiam per triticariam conditionem reſtituere poſſeſsionem compelli poteſt, vt Accurſius ait [s]. Idemque eſt, ſi dñs ipſe ſpontè rem habuerit ab eo, qui violenter à poſſeſſore rapuerit: nam ſi dominus hoc ſciebat, ex æquitate iuris canonici poſſeſſori ſuccurritur [t]: cui nec lex ciuilis aduer-
10 ſatur, vt aliqui ſentiunt [u]. † Sed illud expeditum eſt, redintegrandę poſſeſsionis bñficio huic pro-

r l. ſi quis. C. ad l. Iul. de vi pri.
s l. ij. in fi. ff. de trit.
t c. ſæpe. de reſt. ſpol.
u l. ſi coloni. C. de agr. lib. x.



prouiſum eſſe [a], quod ex communi ſentẽtia etiã malæ fidei poſſeſſori competit aduerſus eũ, qui vel titulo poſsideat [b], quoniam recens hæc poſſeſsio clandeſtina & vitioſa pręſumuntur [c]. Vbicunq; ergo aliquo huiuſmodi interdicto abſtrahi à dño poſſeſsio poſſet, res non deſinere abeſſe videt̃.

a c. reinteg. iij. q. j.
b l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſſeſſ.
c c. licet. extra de prob.

Abeſt *a* & ea res, quæ in rebus humanis non eſt.

PAVLVS *lib. 7. ad Edictum.*

LEX XIIII.

LAbeo & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura, videri rem abeſſe *b*, quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in A arte ſit poſitum. Item ſi dominus rem quæ ſibi furto aberat, ignorãs *c* emerit, *d* rectè dicit̃ res abeſſe, etſi poſtea id ita eſſe ſcierit, quia res ei ab B eſſe videtur *f*, cui pretium abeſt *g*.

Rem amiſiſſe videt̃, qui aduerſus nullum eius perſequẽdę actionem *h* habet.

11 a ¶ ABEST.) † Abeſſe verbum plurifariam in iure accipitur. In ſtipulationib[9] abſentes ſunt, qui inuicẽ ſe exaudire nequeunt: in præſcriptionibus [d], qui in eadem prouincia, ſeu territorio non ſunt. In iudiciis abſens eſt, qui ad eũ, de quo quæritur, actum non eſt citatus, vel quamuis citatus, non adeſt. Idem & in eo, quem citare difficile eſt [e]. In legum diſpoſitione abſens eſt, qui longè abeſt vt cenſuit Baldus [f]: ſi verò propè ſit, nõ videtur abſens, ſed expectari debet, vt Bald. ſenſit [g]. Illud dubiũ non eſt, qui mortui ſunt, abſentes eſſe, vel quia mortui non ſunt, vt Atticus apud Cicer. in Tuſcul. diſputat, vel quod veri[9] eſt, quia reuerti & adeſſe amplius non poſſunt, ſaltem quantũ ad actus humanos gerendos. Hinc iudex datus donec præſes abſit [h], procedet etiã eo mortuo: quia nõ ſolùm abeſt, quia ad tẽpus, ſed & qui perpetuò abſens eſt. † Cùm ergo hæc dictio variis modis
12 accipiat̃, prudẽs iudex ex ſubiecta materia quæ interpretatio capiẽda ſit, diiudicare debebit.

d Inſtit. de vſucap. in prin.
e l. aut qui ff. quod vi.
f l. iiij. §. abeſſe. ff. de dam. infe.
g l. fin. §. vbi autem. C. de bo. quæ lib.
h c. ſi deleg. de off. dele. in vj.

LEX XIV.

1 *Solutione eius quod debetur, non ſemper liberatio contingit.*
2 *Si dominus rem ſibi furto ablatam ſciens emat, an res ei abeſſe dicatur.*
3 *Rei ſuæ nemo emptor eſt, de iure.*
4 *Precium loco rei an ſemper ſuccedat.*
5 *Non dicitur ei abeſſe precium, qui ad illud conſequendum actionem habet.*
6 *Qui actionem habet, rem habere dicitur.*
7 *Quod alteri dare cogimur, abeſſe à nobis dicitur.*

1 LABEO ET SAB. b ¶ Videri rem abeſſe.) Et propterea adhuc res petetur, nec ideo aliq̃s liberat̃, q̃ ita ſoluerit. † Quãuis ergo ſolutione eius, quod debetur, liberationem conſequamur, nõ tamen generaliter hoc verum eſt. Nam & ſi res ſoluta põt auferri, vt quia alteri pignorata [i], vel ſub conditione legata [k], non videtur ſoluta. Idem ſi aliq̊d ius extrinſecus deficiat, vt quia de euictione cautũ non ſit [l]. Sed & ſi non eo titulo habuerim, quo mihi debebatur, ſed precium præſtiterim, abeſſe videtur. Sanè in noſtro caſu, ſi rei debitæ forma immutata non eſt, & precium in ſubſtantia, non in arte poſitũ ſit, quale eſt in vulgarib. indumentis, videret̃ rem peti nõ poſſe, ſed in id quod intereſt rem non fuiſſe diminutam, agendum [m]: in qua tamen re aliter ſolet diſtingui, vt in contractibus bonæ fidei actione prima ad rem ipſam agatur [n]: idemq; in actione ex teſtamento, quæ bonæ fidei naturam imitatur [o]: in ſtricti verò iuris cõtractib. actione de dolo agi in id quod intereſt, oporteret [p].

i l. ſi rem. l. qui res. ff. de ſol.
k l. non quod. ff. de leg. j.
l l. Iulia. §. qui fundum.

L. 14. Labeo. §. Rem amiſiſſe.

m l. exhibitionis. C. ad exhib.
n l. iij. §. ſi reddita. ff. commod.
o l. Mæuius. §. in fundo. ff. de lega. j.
p l. & eleg. §. nõ ſolũ. ff. de dol.

2 c ¶ Ignorans.) † Quid ſi ſciens? & ſi ab alio emat, idem eſt: quia nõ ideo videtur furem liberaſſe, quin ab eo rẽ petere poſsit. Si verò ab ipſo fure emat, hîc videtur probari tunc rem non abeſſe, quod probo. Sed quid ſi huiuſmodi res ſibi purè legata eſſet, nunquid eã ab hęrede emẽdo cenſeretur legato renũciare? Et Bar. non renunciatũ credidit [q]: quapropter & hoc caſu res videretur abeſſe: ſed
C contra Bart. crebrior eſt ſententia.

q Bar. in §. duo fratres. in xij. q.

3 d ¶ Emerit.) De facto, † nam iure rei ſuæ ſiue ſciens, ſiue ignorãs, emptor nemo eſt [r]: licet pretiũ ſolus repetat, qui ignorãs emit. Et hinc colligitur, ſi quis Titio prædia leget præter ea, quæ à Sempronio emit, tametſi emptio ipſo iure nulla fuerit, excepta tamen videri. Licet enim in effectu emptio nulla, non ſit emptio, appellationẽ tamen iſtam de facto ſortitur, idq; ſatis eſt.

r l. ſuæ. ff. de cõtrah. empt.

4 e ¶ Quia videtur.) † Et ſic pretiũ loco rei ſuc-
D cedit, quod in vniuerſalibus verum eſt [s], vt in hęreditate vel dote [t]: in particularibus minimè [u]. niſi cùm quis ideo conuenitur, quia locupletior ſit factus [x]: nõ enim minus locuples eſt, qui prętium, quàm qui rem habet: niſi item contra eum agatur, qui debuit id agere, vt rem actor ſine precij alicuius ſolutione haberet: nam ſi id non fecerit, preciũ q̊d actori abeſt reſtituet, vt hîc in fure, & alibi in hærede, qui rẽ legatã ſoluere debuit [y].

s l. imper. §. fin. ff. de leg. ij.
t l. res in dotẽ. ff. de iur. don.
u l. venditor. ff. de hæred. vend.
x l. ſi ipſa. quod met. cauſ.
y l. planè. §. q̃ ſi rem. de leg. j.

f ¶ Cui pretium abeſt.) Si à fure ipſo ignorans
E emerim, rem ipſam ab eo petã, vel etiam ipſum pretium, ſi ita mihi magis placeat: nam qui rem ab eo emit, qui abſq; pretio dare tenetur, vel ipſam rem rurſus petit, vel pretium quod ſibi abeſt [z]: idq; crebriore calculo receptum eſt, licet alij rem in obligatione, æſtimationem in ſolutione eſſe crediderint [a]. Sed quid ſi ab alio ignorãs emerim? Et non videretur rem abeſſe, quia tunc pretium non abeſt: cùm enim rei meæ emptio
5 non valuerit, pretium repetam. † Nec dicitur ei abeſſe pretium, qui ad illud conſequendũ actio-
F nem habet: ſed cùm electionem domini eſſe ſuprà dixerim, ſi contra furem agere maluerit, verius eſt videri rem abeſſe: & ita Iuriſcõſultus hîc intelligi debet.

z l. ſi filio. §. j. l. illud. ff. de do. cau. mor.
a d. §. quòd ſi rem.

g ¶ REM amiſiſſe videtur.) Hoc verbum proprietatem hîc denotat: ſi enim anulus mihi in mare elapſus ſit, non ſolum iuris interpretatione, ſed etiam verè eum dicor amiſiſſe.

6 h ¶ Actionem.) Nam † qui actionem habet, rem habere videtur: & quod nos alteri dare, vel perſonali actione cogimur [b], abeſſe à nobis dicitur:

b l. ſi quis manda. Titij. ff. de neg. geſt.

dicitur: & hoc iuris interpretatione verum eſt,
alioquin in executione facti aliud eſt, tum propt
litis fruſtrationes, & dubios euentus, tum quia
tutius eſt rei incumbere. quapropter lex munici
palis quæ in rei ſuæ venditore aliquid corrigat,
in eo nō ſeruaretur,
qui ſibi debitā rem
venderet[a]: & ideo
7 † minus eſt actionē
habere q̄ rē, vt in re-
gula iuris habetur.

a Dd. in l. Gallus. §. videndū.

VLPIANVS lib. 10. ad Edictum.

LEX XV.

BOna ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt: ſola enim ea publica ſunt, quę populi Romani ſunt.

LEX XV.

1 *Quæ ad rempub. Romanam pertinebant, quare dicta ſint publica.*
2 *Semper apud quaſcunque nationes ius ſupremum populi fuit.*
3 *Principio rerum ex populi conſenſu reges aſſumpti ſunt.*
4 *De Carolo Magno & Pipino quædam annotata.*
5 *Ab Hugone Capeto oriundi, qui etiamnum moderantur rebus Francorum.*
6 *Princeps iuſtus eſt, qui ex conſenſu populi regnat.*
7 *Qui inuitis dominatur, tyrannus eſt.*
8 *Cuiuſdam pyratæ ſalſe dictum ad Alexandrum Magnum.*

1 BONA ciuitatis. † Ius imperij Romani ad populum pertinebat[b], donec
per legem Rhemniā populus in Auguſtum Cæſarem ius omne tranſtu-
lit: meritò ergo quæ ad rempub. Ro-
manam pertinebant, publica dicta ſunt, quaſi po
pulica. Ad Romanorum tamen ſimilitudinem,
& quæ in aliis ciuitatibus communia vniuerſo-
2 rum erant, publica dici cœpta ſunt: † ſemper em̄
apud quaſcūq; nationes ius ſupremū populi fu-
it, idq; vel legis diuinæ inſtituto oſtēditur. Nam
cùm hominē creauit Deus, illi in cætera quidem
animantia ius & dominiū conceſsit, hominū aūt
3 vt alteri alter ſeruiret nō indixit. † Vnde princi-
cipio rerum non diuina iuſsione, ſed ex populi
conſenſu Reges aſſumpti ſunt: quod & poſt Ro-
4 mani imperij occaſum ſeruatū fuit, cùm † Caro-
lus Magnus à populo Rom. Auguſtus elect⁹ eſt,
& à pontifice Leone ſacro oleo inunctus, q̄d ius
populi hodie Gregoriana lege in ſeptem Germa
niæ primates translatū eſt[c]. Sic & Franci Chil-
perico eiecto, q̄ regno idoneus non eſſet, Pipinū
πανικλητικῷ conſilio ſubſtituerūt. Et cùm Pipini ꝓ-
les à maioribus degeneraſſet, rurſus Odonem,
mox eius fratrem Robertum, & deinde Roberti
nepotē Hugonem ad ſummum faſtigium euexe
5 runt: † is Hugo eſt, qui vulgò Capetus diceba-
tur, vnde oriundi ſunt qui etiamnum Frācorum
rebus moderantur. & quod de maximis hiſce re-
gibus, nimirum Romano & Franco, dictum eſt,
idem & in inferioribus obſeruatū fuiſſe, qui hi-
6 ſtoricos legerit, deprændet: † vt meritò cenſeam
diuina lege eum iuſtum principem eſſe, qui ex
populi conſenſu regnet, quod & Ariſtot. tradit:
7 † qui verò inuitis dominetur, eum tyrānum eſ-
ſe, etiamſi Cæſar ſit, à Septemuiris electus, vel
quaqua alia ratione ciuili iure potentiam ſuam
tueatur. Vnde cùm magna regna nō ex ſubdito-
rū conſenſu, ſed per violentiam primò cōſtituta
ſint, meritò diuus Auguſtinus lib. de ciuitate
Dei IIII. magna latrocinia eſſe dixit, † adducto 8
etiam piratæ cuiuſdam exemplo, qui compræn-
ſus & ante Alexandrum Magnū adductus, cùm
interrogaretur, qua cauſa mare haberet infeſtū:
Quid tibi, inquit, vt
orbem terrarum ha-
beas infeſtum? ſed
quia id ego exiguo
nauigio facio, latro
vocor: tu quia ma-
gna claſſe, Impator.

b l. j. ff. de mandat. prin.

c c. venerabilē. de elect.

CAIVS libro 3. ad Edictum prouinciale.

LEX XVI.

A EVm qui vectigal[a] populi Romani cōductum habet, publicanum[b] appellamus: nam publici appellatio in compluribus cauſis ad populū Romanum reſpicit: ciuitates[c] n. loco priuatorum habentur.

LEX XVI.

1 *Vectigal quid, & octonarij vnde dicti.*
2 *Publicanus eſt, qui publicum redimit.*
3 *Regulariter quod iuris de fiſco ſtatuitur, idē in priuato locū habet.*
4 *Quibus caſib. plus tribuatur fiſco, quā cæteris ciuitatib.*
5 *Ciuitatibus an concedenda reſtitutio in integrum.*

C EVM QVI.) a ¶ † Vectigal eſt, q̄d pro 1
rebus ciuitati inuectis vel euectis pu-
blico ſoluitur: ea eſt octaua pars[d], vn-
de Octonarij q̄nq; dicti exactores: ſi-
cut & Vigeſimarij, & ducenarij. Sunt
& fundi vectigales, q ciuitatū ſūt, & mācipib. ita
locātur, vt certū vectigal Reipubli. pēdant: q̄d in
Diſpūctionib. à me adnotatum eſt lib. III. cap. X.
b ¶ Publicanū.) † Quòd publicū redimat: ſim 2
plicit̄ em̄ publicū accipitur pro vectigali M. Ci-
cer. Trāquillo & Tacito. Iabolenus: Qui operas
in publico, quod vectigalium cauſa locatum eſt
dat, Reipublicæ cauſa non abeſt[e].
D c ¶ Ciuitates.) † Atqui regulariter quod iuris 3
de fiſco ſtatuimus, etiam de priuatis cōſtitutum
cenſetur, & è conuerſo[f]. quapropter licet verbū,
publicè, propriè ad fiſcum pertineat, non tamen
idcirco differentia iuris aliqua inducitur. † Sunt 4
tamen quidam caſus, quibus plus tributum eſt
fiſco, quàm cæteris ciuitatibus, vt in l. Iulia pecu
latus, vt aliqui ſentiunt: item in redhibitione rei
morboſæ, quæ ex ædilitio edicto fit[g]. Sūt & alij,
cùm ciuitatibus omnibus pluſquā priuatis con-
E ceditur, vt in præſcriptione vel vſucapione, quæ
vel longiori tempore[h], vel nullo modo conce-
ditur[i]: idem ſi mancipium furto illis ſit ſubtra-
ctum[k], atq; id genus multa ſimilia[l]. † Sed nun- 5
quid ciuitatibus concedenda ſit reſtitutio in in-
tegrum? & communiter concedi aiunt[m]: quoniā
cùm per adminiſtratores regantur, ſi in contra-
ctu vel iudicio lęſæ ſint, iuſta eſt cauſa reſtitutio-
nis: idemq; in oppidis, huiuſmodiq; vniuerſita-
tibus[n]: quod vel maximè procedit, ſi in eis ſint
F & pupilli, & furioſi, & viduæ, & id genus, qui a-
liàs iure communi reſtituuntur.

d l. ex præſtat. C. de vectig.
e l. miles. ff. ex quib. cau. ma.
f l. itē. §. in priuat. ff. de petit. hæred.
g l. j. §. illud. eo. tit.
h l. fi. C. de ſac. ſan. eccleſ.
i l. vſucap. ff. de vſucap.
k l. mācipia. C. de ſer. fug.
l l. ciuitas. ff. ſi cert. pet.
m l. remp. C. de iure reip. lib. xj.
n l. reſpub. C. ex quib. cau. ma.

B VLPIANVS libro 10. ad Edictum.

LEX XVII.

INter publica[a] habemus, non ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus ſunt deſtinata, ſed ſi qua ſunt ciuitatū, velut bona, ſeu peculia ſeruorum ciuitatum proculdubio publica habentur. Publica vectigalia intelligere debem⁹, ex quibus vectigal fiſcus[b] capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium[c] rerum: item ſalinarum & metallorum & piſcariarum.

LEX XVII.

1 *Publicæ res propriè & impropriè ſiue largè ſumuntur.*
2 *Aerarium populi, fiſcus principis eſt.*
3 *Fiſcus conſtat ex canone, oblatione, indictione.*
4 *In ſalinis ea eſt vectigalis natura, vt ſoli mancipes ſal vendant.*
5 *Liuius Salinator.*





1 INTER publica.) a ¶ † Publicę res
proprio ſermone ſunt, quæ populi
Romani ſunt. Sed & quæ ciuitatū
in vſu publico ſunt, per ſimilitudi-
nem publicæ dicuntur[a]. latiſsima
verò ſignificatione,
etiam ſi in publico
vſu non ſint, ita ta-
men appellantur[b]:
quem ſenſum Iuriſ-
conſultus hîc ſequu
tus eſt, & propterea
non publica hęc eſ-
ſe, ſed inter publica
haberi ait. Sanè &
quæ iure naturali
cōmunia ſunt, eo-
rum vſus iure gen-
tium eſt publicus
[c], & occupanti con-
ceditur: quod non
eſt in his, quæ iure
ciuili publica ſunt,
de quibus hîc agit̄.
2 b ¶ Fiſcus.) † Ae-
rarium populi erat,
fiſcus principis, do-
nec omnia prīceps
in fiſcum ſuum trā-
3 ſtulit. † Conſtat au-
tem, vt Pedian⁹ ait,
canone, indictione, oblatiōe. Canon ordinarios
principum reditus ſignificat, vt portoria, & eiuſ-
modi, quæ in vrbium exitu vel ingreſſu ſoluunt̄.
Oblatio nomen ſumpſit, quòd à popularibus o-
lim oblatum principi id munus ſit: eo continen
tur octaua, vel vigeſima, vel quicquid ex conſue-
tudine de rebus promercalibus ſolet pendi, qua
rum mētio hîc habetur. Indictio eſt, quod edicto
principis ſubditis indicitur, quod vt plurimum
certam quantitatem non complectitur. Sed hęc
quomodo in iure aliter diſtinguantur, infrà diſ-
ſeram.
c ¶ Venalium.) Hæc eſt octaua pars, ſicut me-
4 tallorum decima[d]. † In ſalinis verò ea eſt vectiga
lis natura, vt ſoli mancipes[e], hoc eſt, qui à fiſco
hoc ius emerunt, ſal vendant: idq; principis mo
nopolium eſt, quod antiquis quoque inſtitutum
5 fuit: quapropter † Liuius Salinator dictus. I-
demq; in piſcariis, ſecundum regionum quarun
dam morem, obſeruatum eſt.

a l. ſed Celſus. ff. de contrahē. empt.
b l. in tantum. §. vniuerſitatis ff. de ſtatu hom.
c §. j. de rer. diuiſ. Inſtit.
d l. cuncti. C. de metall. lib. xj.
e l. ſi quis. de vectig.

PAVLVS lib. 9. ad Edictum.

LEX XVIII.

A MVnus trib. modis dicit̄, vno donū[d], & inde munera dici dari mitti'ue: altero onus[e], quod cū remittit̄, vacationē militiæ muneriſque pręſtat, inde im̄unitatem[f] appellari: tertio officiū, vnde munera militaria, & quoſdā milites munificos[g] vocari. Igit̄ municipes[h] dici, quòd munera ciuilia capiant.

LEX XVIII.

1 *Munus & ſpecificè & genericè accipitur.*
2 *Munus pro onere ſumptum, tripliciter accipitur.*
3 *Munus patrimoniale quid & vnde.*
4 *Munus perſonale.*
5 *Munus mixtum.*
6 *Decem primi qui dicantur.*
7 *Munera ordinaria definiuntur.*
8 *Immunitas à quibus muneribus conceſſa.*
9 *Munera militaria quæ.*
10 *Beneficiarij & munifices opponuntur.*

L. 18. Munus.

1 MVNVS. d ¶ Donum.) † Cum munus
pro largitione accipitur, tanquā ſpe-
cies doni eſt, ſignificatq; q̄d ex aliqua
cauſa fit donū. cùm verò non habito
ad largitionē reſpectu ſumitur, tūc generalit̄ q̄li-
bet munera cōprēndit: atq; ita hîc accipiēdū eſt.
e ¶ Altero onus.) † Et hoc ſenſu tripliciter ac-
cipitur: eſt enim † munus patrimoniale, quod i-
deo ſic dicitur, quia cū ſumptu fit, patrimoniūq; 2
diminuit. Id quandoq; perſonæ imponitur, nul- 3
la facultatū ratione
habita, vt eſt capita
tio. q̄nq; ſecundum
fortunā ſoluētis im
ponitur, vt quā col-
lectam dicimus, vel
indictū, ſuperindi-
ctúmue. aliquando
nullo perſónæ re-
ſpectu rei ipſi incū-
bit, vt tributū, & cē-
ſus: ſubiturq; vel in
ipſa re, vt cùm hoſpi
tem recipimus: vel
ex re, vt cùm certam
partē fructuū pendi
mus: vel propt̄ rem,
vt ſi pecuniā ꝓ cen-
ſu præſtamus. † Eſt 4
& mun⁹ perſonale,
id nūc dignitati ad-
nectit̄, & honor ap-
pellat̄: nūc ſordidū
eſt, vt calcē coquere
arenam fodere: nūc
nec honorificū, nec
vile aliq̄d in ſe habet, vt cùm ſubire curā publicæ
pecuniæ aliquis cōpellitur. † Eſt & munus mi- 5
xtum, vt decaprotiæ[f], id eſt, decemprimatus: e-
rant enim † Decemprimi ex decurionibus exa- 6
ctores tributorū, qui fiſcalia detrimenta de ſuo
ipſi reſarciebāt, publicanis mācipibúſue nō mul
tū abſimiles. Ex his aliqua ordinaria ſunt, aliqua
D extraordinaria. † quæ ordinaria ſunt ſic definiri 7
Bar. ait[g], vt ea ſint quæ à lege principéue impo-
ſita ſunt, & certam formam habent.
f ¶ Immunitatē.) † Ea à patrimonialibus mu- 8
neribus nunquā conceſſa videtur[h]: nec qui à per
ſonalibus immunis eſt, ab honore excuſatus cē-
ſetur[i]: ſed & ſi immunitas per ampliſsima verba
cuiquā conceſſa ſit, non trahetur ad onus ex im-
prouiſo inopinatoq; caſu impoſitū: vt ſi bellum
ſuperueniat: publicè enim intereſt huiuſmodi
E conceſsiones tunc negligi[k].
g ¶ Munificos.) † Munera militaria ſunt excu 9
biæ, angariæ, geſtationes in vſum belli, decurſiō
cāpi, erectio valli, atq; id gen⁹ ſimilia: qui ab his
muneribus immunes erant, † beneficiarij dice- 10
bantur: qui ſubibant, munifices. Feſtus autor.
h ¶ Municipes.) Qui ſint, infrà latius oſten-
detur[l].

f l. fi. ff. de munerib.
g Bart. l. j. C. de muner. lib. x.
h l. his onerib. ff. de muner.
i l. cui muneris. ff. eod. tit.
k Doct. in l. ſi ex toto. ff. de leg. j.
l j. eod. l. municeps.

LEX XIX.

F 1 *Stipulatio propriè contractus non eſt, et de quibuſdam id genus aliis.*
2 *Ex lata tamen ſignificatione contractus dici poſſunt.*
3 *Aditio hæreditatis nec ex lata ſignificatione contractus continetur.*
4 *Diſpoſitio de contractu loquens, an & quando de diſtractu intelligatur.*
5 *Contractus græce συνάλλαγμα.*
6 *Explicatus Vlpia. in l. iuris gent. ff. de pact.*
7 *Cur in contractu innominato, Facio, vt des, non agatur præſcriptis verbis, ſed de dolo.*

8 *συνάλλαγμα vnde dicatur.*
9 *Contractus vnde dicatur.*
10 *ἄλλαγμα, & ἀντάλλαγμα.*
11 *Ex contractu obligatio, ex obligatione actio oritur.*
12 *Obligatio quædam ex æquitate datur.*
13 *Obligationis verbũ & ciuilem & naturalem cõtinet.*
14 *Geſtũ quomodo accipiatur.*

VLPIANVS *libro 20. ad Edictum.*

LEX XIX.

**LAbeo libro primo Prætoris vrbani [a] definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur: & actum [b] quidem verbum generale eſſe, ſiue re, ſiue verbis quid agatur, vt in ſtipulatione, vel numeratione: cõtractum [c] autem vltro citroq; obligationem [d], quam Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem, venditionem, locatio-**

A

B

LABEO.) a ¶ Prætoris vrbani.) Sic aliquẽ ex libris ſuis inſcripſit Labeo.

b ¶ Actum.) Hinc
1 ergo † apparet, ſti-
a l.v. §. de ver. oblig.
pulationẽ propriè contractum non eſſe, licet in ea tam reus credendi quàm debendi dicatur [a]: ſicut nec donationem, neq; liberationem, aut pactum refutatorium, idque genus remiſsionis, contractuumque diſſolutiones: nam in his viciſsim obligatio non oritur. quapropter ſi lex municipalis de contractu verba faciat, hi minimè continebuntur, idque receptius eſt [b]: niſi eadem ratio quæ in cæteris contractibus procedit, in his quoque locum habeat: † nam cum
2
C
b l. ſiue ap. C. de tranſ.
c l. ſi cum donationis. C. q̃d met. cauſ.
d Bar. §. pactus ne peteret.
ex lata ſignificatione etiam hi contractus dicantur [c], quamuis diſpoſitio odioſa ſit, à ratione interpretationem ſumet. quapropter ſi lex vetat ſine agnati conſenſu ex contractu mulierem obligari, nec debitorem liberare poterit [d]: conſtitutum enim ita eſt, vt mulieris imbecilli conſilio ſuccurratur: at tunc vel maximè ſuccurrendum eſt, cùm donare, vel debitorem liberare mulier cupit. Sed nunquid hæreditatem adire prohibe-
D
3 tur? & aiunt communiter non prohiberi [e]: † aditio enim hæreditatis etiam ex lata ſignificatione contractus non continetur, licet lex interpretetur eum, qui adeat, quaſi contrahere cum credi-
e l. more. §. de acq. hæred.
4 toribus hæreditariis. † Nam quamuis diſpoſitio de contractu loquens, etiam de diſtractu intelligatur [f], tamen hoc ita accipitur, ſi verè geſtus eſt ille quaſi contractus, non ſi ſictè [g], vt in propoſita eſt quæſtione. Plerunque enim lex non obſeruatis verbis ex aliqua ratione, idem iuris conſtituit de quibuſcunque obligationibus, quod de contractibus [h]: ſed non ideo conſequens eſt, vt in municipalibus ſtatutis, quæ non niſi ex vi verborum ductam interpretationẽ accipiunt, idem obſeruetur.
f l. ad reſol. C. de præd. min.
g l. de eo. §. de iudi.
E
h d. l. omnem. §. de iudi.

5 c ¶ Contractum.) † Quod Græci συνάλλαγμα vocant. Sic dicitur, cùm vltra verbà contractus, aliquid vtrinque agitur. quapropter alibi Vlpia-
i l. iurisgent. §. de pact.
6 nus [i], † Iulianum, inquit, putò rectè à Mauritiano repræſum in hoc, dedi tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas, manumiſiſti, euictus eſt Stichus: Iulianus ſcribit in factum actionem à prætore dandam, ille ait ciuilem incertam actionem, id eſt, præſcriptis verbis ſufficere: eſſe enim contractum Ariſto adiicit συνάλλαγμα, vnde hæc naſcitur actio: ita enim repoſita in Tuſco codice eſt hæc dictio, hoc ſenſu: cum præſcriptis verbis actio detur, quoties ex vtriuſque parte aliquid factum eſt, quo vterque ſit obligatus: meritò in caſu noſtro ea competet, quia viciſsim
F
quædam quaſi permutatio Stichi Pamphilique, vt manumitteretur, interuenit. Et hæc ratio eſt, † cur in contractu innominato, Si faciam, vt des, 7
& poſteaquam feci ceſſas dare, præſcriptis verbis non agatur, ſed de dolo [k]: nam hic non eſt συνάλλαγμα, id eſt, mutuum factum obligatorium: potuit enim factum tuum explicari abſq; meo & ideo præſcriptis verbis non agitur: quod non eſt in cõtractu, Do vt facias, vel do vt des, cùm dare ſit dominium transferre, quod nõ niſi in conſentientẽ transferri poteſt. cũ ergo tibi dederim, & conſequenter vtriuſque factum interuenerit, mei transferentis, & tui dominium acceptantis, meritò præſcriptis verbis agetur.
k l. naturalis. §. quod ſi faciam. §. de præſcript. verb.
Dixerit aliquis: Si ratio hæc vera eſſet, cùm traderem, vt des (traditio enim facta eſt) de dolo agi non poſſet [l]: non enim tradere poſſum, quin tu accipias. ſed & ſi facerem, vt faceres, de dolo agendum eſſet: quod præter Iuriſconſulti mentem videtur eſſe. Cui ego reſponderim: cùm traditionem acceptans nullum ius acquirat, merũ id factum lex tradenti potius imputat, in cuius facti executionem venit: in contractu verò, Cum facio, vt facias, ideo ſemper præſcriptis verbis agitur, quia vltra promiſsionem videtur vtrinque interpoſitum mandatum. & ſecundum hanc declarationem accipienda ſunt quæ Paradoxorum libro V. capite VII. latius diſſerui. Sanè † συνάλλαγμα 8
l l. cum propo‑nas. C. de dol.
græcè à σὺν, quod eſt ſimul, & ἀλλήλως viciſsim, & verbo ἀλλάττω deſcendit, quod mutare vulgò ſignificat: ſed eius origo eſt ab ἄττω verbo antiquo eodemque polyſymo, quod deducitur ab ἀΐσσω, & Atticè ἀΐττω, vnde ἄττω, quod eſt impello, conuenio, tracto: † qua ratione & contractum dici pro- 9
babile eſt, quaſi contra ſeu viciſsim actum, id enim hæc vox ſignificat. Vnde Vergilius Homericon illud, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, tranſtulit, quẽ contra. ſic & contrahere, erit viciſsim & mutuò trahere. Eſt & † ἄλλαγμα pro pretio & munere, quod 10
alibi aliquo capitur, vt interpretatur Hieronymus II. in prophetam Amos commentario. ἀντάλλαγμα quoque in Euangelio Matthæi cap. XVI. pro re accipitur, quæ iuxta veterum commercia in permutationem datur. Interpres retributionem vertit: Quam dabit homo retributionem, &c. Vulgatiore vocabulo Græci contractũ συμβόλαιον vocant.

d ¶ Obligationem.) † Ex contractu enim ori- 11
tur obligatio, ex obligatione actio [m]: quapropter ex contractu actionem dari, ex obligatione naſci dicimus. † Sanè & quædam eſt obligatio, quę ex 12
m l. licet. §. de procur.
contractu non naſcitur, ſed ex quadam æquitate datur: ex ea non actione, ſed officio iudicis ſuccurritur [n]. † Planè & obligatiõis verbum genera- 13
le eſt, & tam ciuilem quàm naturalem continet: quapropter mulier quæ obligare ſe prohibetur ſine agnati conſenſu, neque pactum facere debitori de nõ petendo poterit [o]: quoniam ex eo naturaliter non petere obligaretur. Sed nunquid ſimpliciter liberare poſsit? & ex verbis dicendũ eſt
n l. qui per collu. §. de actio. emp. in ſi.
o Bar. d. §. pactus ne peteret.



**nem, conductionem, ſocietatem: geſtum [a] rem ſignificare ſine verbis factam.**

A

eſt poſſe, niſi ratio legis aliud induceret [a], vt ſuprà dixi.
a Bal. in rub. C. de pact.

14 ¶ a Geſtum.) † Cùm rem ſine verbis factam ſignificet, ad extraiudicialia tantum trahi Accurſius credidit: reprobantq; inde quidam eam petitionem, qua quis in iudicio geſsiſſe negocia alicuius ſe aſſerebat. Sed hæc meritò non recipiuntur, cùm ex ſubiecto argumento, geſtum etiam accipiatur, ſiue ex contractu, ſiue aliter q̃d factum ſit [b]. Caius etiam infra tanquã leuem hanc differẽtiam inter geſta & facta negligit. Nec dubium eſt ex cõmuni loquendi vſu nihil hæc differre, quod Bart. annotauit [c].
b l. ait prętor. §. de min.
c l. j. de off. pro‑cur.
B

LEX XX.
IDEM LIB. 12. *ad Edictum.*

**VErba, contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius.**

LEX XX.

1 *Minor teſtamentum condens, aduerſus eius confectionem non reſtituitur.*
2 *Sub curatore exiſtens, licet immobilia alienare prohibeatur, de his tamen teſtari poteſt.*
3 *L. fin. C. de ſent. paſſ. in teſtamento non habet locum.*
4 *Teſtamentum pro contractu quandoq; accipi.*
5 *Argumentum de contractibus ad teſtamenta valet.*
6 *In teſtamentis contrahi poteſt.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit.*
8 *Donatio cauſa mortis, an contractus ſit, vel vltima voluntas.*

1 VERBA contraxerunt.) † Si minor teſtamentum condat, aduerſus ei⁹ confectionem reſtitui non poteſt, quoniam edictum prætoris de eo quod geſtum eſt, loquit̃ [d]: quę verba teſtamentum non compræ̃ndunt: atque hoc omnes probant [e]: ſi tamẽ dolo fuit inductus, ſuccurretur legitimis hæredibus per actionem de
d d. l. ait prętor.
e l. j. §. fuit. §. ad Trebell.
f l. lege. §. Sempronia. de leg. ij. l. non enim. de inoff. teſta.
2 dolo [f]. Eadem ratione † adoleſcens qui curatorẽ habeat, cõtrahendo res ſuas immobiles ſine decreto alienare prohibetur, & tamen teſtando nõ ſolùm ipſe poteſt, ſed & concedere cui velit, vt alienet [g]. Eodem modo lex quæ contractus minorum propter iuriſiurandi religionem corrobo-
g Bal. l. ij. C. quãdo decr.
h Dd. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. Ven.
3 rat, in eorum teſtamentis locũ nõ habet [h]. † Hinc & conſtitutio quæ à filio deportati ante patris reſtitutionẽ geſta confirmat [i], in teſtamento non
i l. fin. C. de ſent. paſſ.
4 intelligit̃: ſuntq; id genus plura ſimilia [k]. † Quandoque tamen videtur in lege receptum, vt pro contractu etiam teſtamentum accipiatur: quod ideo eſt, quoniam olim per imaginariam quandam venditionem teſtamenta concipiebantur, quod ex Caij inſtitutionibus in Topica Ciceronis Boëthius explicat. Sunt enim & quædam ſucceſsiones in contractuum locum ſubrogatæ, vt bonorum poſſeſſ. in bonis liberti, quam ima-
k Iaſo. in l. quæ de legato. §. de leg. j.
l l. j. §. de bon. liber.
5 go ſocietatis induxit [l]. † Nam & de contractibus ad teſtamenta plerunque argumentamur, idque argumentum valet, niſi rationis diuerſitas aliud ſuadeat. Ea colligitur pluribus cauſis, tum quòd teſtamenta fauorabiliorem interpretationem recipiunt, tum quòd ambulatoria à teſtatoris voluntate pendent, tum quòd in eis non facilè quis vel falſus vel fallendi conſilium habuiſſe præſumitur [m], tum quòd eorum robur ab aditione hæ-
m Bar. l ſi is qui. de vulg.
E
F
redis incipit. † Cæterum & in teſtamentis con- 6
trahi poſſe dubium non eſt: quapropter & ab hęrede ſtipulari legatario in teſtamento quis poteſt [n]: & ſatis erit, ſi duobus teſtibus hoc probet̃, vt plerique ſentiunt. † cùm verò ex teſtamento 7
L. 21. Princeps.
hæreditas aditur, nõ ipſe teſtator, ſed hęres quaſi contrahere cum creditoribus hæreditarijs cẽſetur [o], atque id Albericus probat: nam ita proxima cõtractuum naturę eſt vltima voluntas, vt † de donatione cauſa mortis dubitatũ ſit, vtri magis aſsimiletur, & eſſe contractum & ſimilem donationi ſimplici omnes fatentur [p]: quantum verò ad efficaciam effectumúe, vltimæ voluntatis naturam imitari [q]. Sed cùm ita ſit, mirum eſt cur conſentiente patre filiusfamil. teſtari nequeat, & tamen cauſa mortis donare poſsit [r].
8
n l. ſi. C. de fidei comm.
o l. ſi. §. ex quib. cauſ. in poſſ.
p gl. l. j. §. de do. præleg.
q Doct. l. ij. §. de leg. j.
r l. tam is. §. de don. cauſ. mort.

LEX XXI.
PAVLVS LIB. 11.

**PRinceps bona cõcedendo, videtur & obligationes [b] concedere.**

LEX XXI.

1 *Cui bona conceduntur, etiam ea petere poteſt, quæ alius debet.*
C 2 *In beneficijs principum pleniſſ. interpretatio facienda.*
3 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
4 *Si bona publica alicui reſtituantur exuli, an deducantur quæ ex indictione principis ſoluere debuiſſet.*

PRINCEPS. b ¶ Obligationes.) Id 1
dubium non eſt, cùm † is, cui bona conceduntur, etiam ea petere poſſit, quæ alius debet: actiones enim in bonis ſunt. Sed quid ſi ſuper illis bonis aliquid alteri debeat? & idem eſſe Accurſius ex hoc reſponſo exiſtimauit, rationemq; affert, † quoniam in beneficijs Principum ſit ple- 2
D
niſsima interpretatio [s]: quæ ratio mihi non placet: ſit enim pleniſsima interpretatio in eius fauorem, cui princeps aliquid indulget: ſed in propoſita quæſtione damnum eſt impetrãtis, vt obligationes ſuſcipere compellatur: quare ipſe ita exiſtimauerim, † bonorum appellationem ęre a- 3
s l. ſi quando. C. de bon. mat.
t l. ſi quis ter. §. fin. de lega. ij.
lieno deducto intelligendam, idq; ex ſermonis proprietate. Ex mente tamen diſponentis aliter quandoq; cenſendum: ea ſic præſumitur, cùm aliàs aliquid abſurdum induceretur [t], veluti quòd quis pro parte tantum eſſet hæres [u], vel quòd omnia onera ad aliquem pertinerent, ad alium verò omne lucrum [x]. Idem eſt in reſtitutione facta à principe, qua omnia bona alicui concedit. Intelligitur etiam de obligationibus: quia aliàs is, qui reſtituitur, melioris fieret conditionis, quàm prius eſſet [y]. Idem eſt ſi publicata bona alicui donat, nec enim veriſimile eſt voluiſſe eum in hoc ærarium ſuum aggrauare, vt æs alienum ſoluat, omni lucro ad alium ſpectãte. Sed pone: † publi- 4
u l. iij. §. de bon. poſſ.
x l. cogi. ad Trebell.
y l. j. C. de ſentẽ. paſſ.
catis alicuius bonis, indicta & exacta à principe eſt aliqua pecuniaria collectio, deinde ad bona ſua exul reſtitutus eſt, nunquid in eorum reſtitutione deducendum eſt, quod ex ea indictione ad eum ſoluere pertinuiſſet? Et Albe. deducendum ait. Idem & ipſe ſentio, ſi ad fruct⁹ quoq; interim perceptos ſit reſt tutus: q, in dubio non eſt dicẽdum [z]: nam ſi fruct⁹ non ſint reſtituti, non debe-
z auth. idem. C. de hæret.

mus à proprietate verborum recedere, cùm ſatis
ſit, ſi interim fiſcus fructus ipſos lucratus eſt.

## LEX XXII.

1 *Exhibere rem quis dicatur.*
2 *Actio ad exhibendũ præcedit rei vẽd.*
3 *Interdicta exhibitoria vnde dicta.*
4 *Verbum, reſtituere, an ad fructus referatur.*
5 *Reſtitutionis verbũ amplam ſignificationem habet.*

### LEX XXII.
### CAIVS LIB. 4.

Plus eſt in reſtitutione, quã in exhibitione: nam exhibere[a], eſt præſentiam corporis præbere, Reſtituere[b] eſt etiã poſſeſſorem facere, A fructuſq; reddere: pleraq; præterea verbo reſtitutiõis[c] continent.

1 Plus eſt in
a l. ij. ad exhib. reſtitutio
2 ne.) a ¶ †
Exhibere rem dicitur, qui in præſentiam affert[a]: B
quapropter † actio ad exhibendum, vendicatio-
nes prægreditur, mobiliaque prius exhibentur,
3 deinde à domino vendicantur. † Hinc & dicta
b l. deinde. de liber. exhib. ſunt interdicta exhibitoria, vt cùm prætor, niſi ta
bulæ teſtamenti, vel liber homo, vel liberi exhi-
c l. quod & lex. §. ait prætor. de lib. ho. ex. beantur, interdicit[b]: quod intelligitur, vt videri,
tangi, agnoſciq; poſsint[c].
4 b ¶ † Reſtituere eſt generalis verbum, quod e-
tiam ad fructus refertur, quod accipit Oldradus
Albericusq;, cùm verbum id à lege profertur[d], a- C
d l. in condem. §. tit. j. lioquin ſi ab homine, fructus non contineri[e]: q,
defendi poteſt, ſi alia ratio ſit in fructibus, quàm
e l. qui excubias §. de re mil. in re ipſa. Ego diſtinguendum putauerim, ſi fru-
ctus bona fide ſint percepti, nec reſtitutionis cau
ſa retrò inferat, tunc non reſtituantur[f]: quam ob
cauſam ſi princeps deportatum de damnatis exi
f l. at ex. §. j. §. de rei vend mit, & ex indulgentia bona ei mãdat reſtitui, in-
terim acquiſiti fructus non reſtituentur[g]: ſi verò
g auth. idem. C. de heret. mala fide percepti ſint, dubium non ſit, quin reſti
tui debeant. Idem ſi reſtitutionis cauſa repetita D
die aſſumatur, vt cùm quis in fraudem creditorũ
h l. videamus. §. de vſur. alienat, prætor enim eum cõtractum perinde ab
ipſo principio irritum eſſe vult, ac ſi nihil aliena-
tum foret[h]. Sanè & à principe reſtitutio facta, al-
i c. quàmuis. de reſcrip. in 6. teri damnum afferre non debet: quapropter ad
ea bona non extendetur, quæ interim alienata
k Car. c. quia di lig. de ele. ſunt[i], niſi de apertiſsima principis mente cõſtet,
l l. quid ſi. §. Scæuola. §. de min. vt cum condemnationem publicationemq; pro
infecta haberi velit[k]. Idem ſi publicę vtilitatis ra
tio hoc ſuadeat: vel ſi ideo quis reſtitutꝰ ſit, quia E
iniuſtè ſit condemnatus[l]: nam in his caſibus da-
mnum afferre alteri princeps non dicitur, cùm
m l. reſtituere. §. eod. precium reſtituere illi debeat: ex facto enim ſuo
ſecuta eſt euictio: & ideo non prius reſtitui bona
exiſtimauerim, quàm pretium emptori redditũ
n l. fin. §. eod. fuerit: nimis enim graue illi eſſet, rem cuius poſ-
ſeſsioni incumbebat, reſtituere, deinde aduerſus
o l. j. C. de ſentẽ. paſſ. fiſcum experiri.
c ¶ Reſtitutionis verbo.) Nam non ſolùm fru-
ctus continentur, ſed etiam cauſa vſucapionis[m]: F
5 habetq; ex iuris interpretatione † hæc vox am-
plam ſignificationẽ[n]. Sanè & reſtituere princeps
p l. j. §. de qua. de poſtul. dicitur, cùm ordini & dignitati reſtituit[o], itemq;
famæ[p], vt cùm quis infamia notatus, hoc ex prin
cipali indulgentia impetrat, quo caſu infamia fa
q Feli. c. teſtimonium. de teſtib. cti non aboletur, nec eius effectus: non enim po-
teſt princeps facere, quò minus alicuius opinio
apud graues bonoſq; viros notata ſit[q]. Reſtitu-
untur & natalibus qui ſerui nati ſunt, ingenuita-
tiſque iura acquirunt. Reſtituuntur & in inte-
grum minores, & qui iuſtam cauſam, vnde reſti-
tui eos æquum ſit, prætori probauerunt. Reſti-
tuitur & dos ſoluto matrimonio: reſtituitur ex
S.C. Trebelliano hæreditas: reſtituitur poſſeſsio
ex interdictis.

## LEX XXIII.

1 *Rei mentionem faciens, etiam de eius cauſis iuribuſq; intellexiſſe creditur.*
2 *Libellus generalis in ſingulari iudicio parte opponente non valet.*
3 *Fundum ſi petij, an cenſear eius ſeruitutes petijſſe.*
4 *Rem vendens, eam cum ſeruitute diſtraxiſſe cenſetur.*
5 *Falſum eſſe, quòd in hac l. appellatione rei contineantur cauſæ, id eſt, dominia.*

### LEX XXIII.
### VLPIANVS *libro 14. ad Edictum.*

Rei appellatione & cauſæ & iura continentur.

Rei appellatione.) Accurſius ita in- 1
telligit, vt † qui rei mentionem fa-
cit, etiam de eius cauſis iuribuſq;
intellexiſſe credatur, veluti cùm
quis generaliter res ſuas petat: qđ
exemplum in ſupplicatione principi porrecta
C procedere poteſt: item in libello qui in iudicio r l. j. §. de eden.
vniuerſali, generaliùe datꝰ ſit, vt in petitione hæ
reditatis, tutelæ, vel pro ſocio actione[r], † alioqn 2
in particulari iudicio libellus generalis parte op
ponente non valet. Nũquid ergo † ſi fundum pe- 3
tierim, ei quoq; debitas ſeruitutes petijſſe vide-
ar? & ſi petitus ſit cum his quæ ad eum pertinẽt,
dubium non eſt etiam de ſeruitutibus actum, &
de his omnibus quæ ex conſuetudine rei emptę
ſolent accedere[s]. Si verò ſimpliciter fundus pe-
D titus eſt, aut per actionem perſonalem, & ſeruitu s Innoc. c. cùm ad ſeden. de reſtit. ſpol.
tes non debentur: cùm enim ius id in re ſit, actio-
ne perſonali conſequi illud non poſſumus. Aut
per rei vendicationem, & verius eſt deberi[t]. Aut t l. via. §. ſi fundum. §. de ſer. ruſt.
non conſtat quæ actio ſit intentata, & humanius
eſt etiam de ſeruitutibus actum intelligi, vt hîc
habetur, nec diſſentit Bald.[u] † Nam & rem ven- 4
dens, eam cum ſeruitute impoſita diſtraxiſſe exi u l. ij. de cond. inſt.
ſtimatur[x]: & rei pręſcriptio ad ſeruitutes quoq;, x l ſi aqua. de cõtrah. empt.
huiuſmodiq; acceſsiones trahitur[y]: q, & de eius
E interruptione dicendum eſt[z]. † Alij hanc legem 5
aliter interpretantur, vt appellatione rei conti- y l. ſi aliena. §. hoc iure. de vſucap.
neantur cauſæ, id eſt, dominia: vt ſi quis rem le-
gat, eius dominium legaſſe videatur, ſi eſt domi- z l. fin. C. de annal. excep.
nus, alioquin id ius quod in re habet[a]: quem ſen a l. ſi domus. in fi. §. de leg. j.
ſum ſi reciperemus, naturam ſuam coniunctiua
non ſeruaret.

## LEX XXIV.

1 *Hæreditatis definitio explicatur. & num. 5.*
F 2 *Hæres idem quod dominus.*
3 *Hæreditatis definitionem ad res referre oportet.*
4 *Hæreditatem quomodo diffiniat Cicero.*
6 *Materfamil. cui interdicta eſt bonorum alienatio ſtatuto, teſtari poteſt.*
7 *Hæreditas ſibi conſtat abſq; corporibus hæreditarijs.*
8 *Hæreditas dicitur, cùm adhuc adita non eſt.*
9 *Plerunq; etiam hæreditas appellatur, quæ iam eſt adita.*
10 *Hæreditas interdum refertur ad id quod fuit.*
11 *Mediolani lex, ne vlla mulier cum hæreditate extra territorium nubat, declaratur.*

Rerum



12 *Rerum apprænſione non variari hæreditatis ſignificationem.*
13 *Hæreditatis vox ſemper de adita intelligenda, quoties coniectura aliqua id ſuadet.*
14 *Hæreditas an ſit iuris gentium, vel ciuilis.*
15 *Statutis & dari, & adimi hæreditates poſſunt.*
16 *Princeps ſupremus poteſt ſpuriũ filium hæredẽ inſtituere.*
17 *Statuto poteſt filijs vel parentibus legitima ex Iuſtiniani conſtitutione debita auferri.*
18 *Deportato alimenta relinquenda ſunt.*
19 *Hæres inuentarium non conficiens, an vltra vires hæreditarias teneatur.*

### CAIVS LIB. VII. AD *edictum prouinciale.*

### LEX XXIIII.

Nihil aliud eſt hæreditas, quàm ſucceſsio in vniuerſum A ius, quod defunctus habuit.

Nihil.) Refertur hîc hæreditatis
diffinitio, quam ita plerique intel- B
lexerunt, vt poſt defuncti mortem
anſe aditã hæreditatem quoddam
ius interim ſubrogari exiſtima-
rint, quod loco defuncti ſuccedit, eumque repræ
a Bart. rubr. de acq. hæred. ſentat, id hæreditatẽ appellari[a]. Exponitur itaq;
hîc ſucceſsio, id eſt, ius ſuccedens. Sed vix eſt vt
hanc ego interpretationem ſimpliciter appro-
bem: dictio enim verbalis, ſucceſsio, rem ipſam
in vim nominis ſignificat: non autem ad partici-
pium refertur, quod vim verbi aſſumit, vt Gram- C
matici tradiderunt. Etymologia quoq; huic ſen-
2 tentiæ repugnat: † cùm enim hæres idem ſit qđ
b §. fin. Inſt. de hæred. qual. dominus[b], ſequitur vt hæreditas ſit rerum ipſa-
rum dominium, non autem ius ſuccedens. Idem
etiam ex eo confirmatur, quòd hæreditas ꝑ quo-
c l. ſeruum. §. fi. de hæred. inſt. tas partes in rebus diuiſionem recipit[c], quæ vix
eſt vt congruè iuri huic ſuccedenti quadrare poſ-
ſit: cùm enim diuiſio illa de re ipſa dicatur, conſe
quens eſt, vt & quod integrũ eſt, ad eam rem refe
ratur. Nam ſi ius hoc ſuccederet, non in multis, D
d l. hæreditas. de acq. rer. do. ſed generaliter hæreditas perſonam defuncti ſu-
e l. vſufructus. de ſtipul. ſeru. ſtinere deberet[d], & tamen in his quæ facti ſunt,
non ſuſtinet, nempe quia quæ facti ſunt[e], in hæ-
3 reditariis rebus non ſunt: † ad res igitur potius
referenda eſt diffinitio. Accedit his, quòd Iuriſ-
f l. iij. de bon. poſſ. conſultus[f], cùm de hæreditate ad bonorũ poſſeſ
ſionem argumentatus eſſet, bonaq; diffiniret, ſuc
ceſsionem dixit eſſe vniuerſalem in ius mortui:
vnde credendum non eſt eadem verba hîc de iu-
re ſuccedente, alibi de rebus ipſis intelligi. Nam E
& veteres Iuriſconſulti hæreditatẽ in rebus ipſis
intellexerunt, quod ex ea finitione apparet, quã
4 M. Cicero ad Trebatium in Topicis refert: † Hæ
reditas, inquit, eſt pecunia, quæ morte alicuius
ad quempiã iure peruenit, nec ea aut teſtamento
5 legata, aut poſſeſsione detẽta confecta eſt. † Me-
ritò igitur ſciendum eſt, quoties paterfamiliâs
moritur, omnia eius bona, itemque iura ſine do-
mino remanere: ea ſimul iuncta quadam vniuer-
ſitate compræſa, id ius conſtituunt; quod hære F
ditas dicitur, id defunctum repræſentat, & vbi ꝑ
g l. hæres quoque. de acquir. hæred. hæredem[g] acquiſitum fuerit, fictione legis ab vſ-
que principio in eius bonis fuiſſe cenſetur. Qua-
h Bart. d. l. iij. propter rectè Bart.[h] quandoq; docuit, dum ſuc-
ceſsionem hanc pro ipſo patrimonio interpre-
tatus eſt: quod de vniuerſali iurium nominumq;
collectione, nõ de particulari intelligendum eſt.
6 † Vnde cùm lex municipalis matrifamiliâs bo-
i Corn. conſilio 104. in 2. norum mobilium immobiliumq; alienationem
interdiceret, reſponſum eſt[i], poſſe nihilominus
eam teſtari, & extraneum hæredem inſtituere. L. 24. Nihil aliud.
Cùm enim hæreditas ſit ſucceſsio in vniuerſum
ius, & à bonis differat, non videtur duram huiuſ-
modi legem ad hunc caſum protrahendam: iure
igitur hoc caſu hæres vniuerſali in iure ſuccedit,
licet particulariter
mobilia vel immo-
bilia conſequi ne-
queat, ſed tamen nõ
ideo minus hæres
erit[k], tum quia † e- 7
k l. hæreditas. de pet. hæred. tiam abſq; corpori-
bus hæreditariis hæreditas ſibi cõſtat, tum quia
iura & debitorũ nomina conſequetur, quæ legis
prohibitione nõ compræenduntur. Et ex hac dif-
finitione apparet, † propriè hæreditatẽ dici, cùm 8
adhuc adita nõ eſt: alioquin vbi ab hærede agni-
ta fuerit, non amplius hæreditas, ſed hæredis pa
trimonium eſt[l]. Quamobrem cũ plebiſcito mu- l l. ſed & ſi plures. §. filio. de vulg.
B nicipali ſtantibus maſculis fœmina ab hæredita-
te patris excluderetur, & frater poſt patris agni-
tam hæreditatem ſtatim deceſsiſſet, crebrius re-
ſponſum eſt, ſororem non excludi, cùm non am-
plius patris hæreditas, ſed fratris teſtimonium
eſſet[m]. Idemq; traditum fuit, cùm filia patris hæ m l. j. §. veteres. de acq. poſſ.
reditati renuntiaſſet, vt ad hanc fraternam exten
di abdicatio illa non debeat[n]. Sed tamen ſcrupu n Soc. conſ. 74. in iij.
loſa ea eſt ſententia, videmuſq; † plerunq; hære- 9
ditatem appellari, quæ adita ſit. Vnde lex Falci-
C dia, quæ de hæreditate quartã partem deducit[o], o l. filiusfamil. ad l. Falc.
de adita intelligitur: imò etiam in peculio locũ
ſibi vendicat, quod à ſubſtituto tanquã hæredi-
tas accipitur. Sic & in S.C. Tertul. hæreditatem[p] p l. j. §. ſi pars adita. ad Tertul.
ex vi nominis dici Iuriſconſ. ait, quæ adita ſemel
fuit, licet deinde in integrũ hæres reſtitutus fue-
rit. Idem & in plurimis legibus probatur, quibꝰ
hæreditatẽ, vendi, cedi, reſtitui dicitur, & de adi-
ta intelliguntur, abſurdumq; eſſet toties impro-
priè loquutos Iuriſconſ. credere. Ciceronis quo-
D que diffinitio, etiam ſi adita ſit hæreditas, locum
ſibi videtur vendicare. Sed ego à creberrima no-
ſtratium ſententia recedendum nõ arbitror, quæ
tamen quibuſdam caſibus declarãda ſit. Et in pri
mis † plerunq; in iure hæreditas appellatur ἀνχφοενῶς 10
ad id quod fuit[q], licet amplius non ſit. quod q l. itẽ prætor. §. j. de ſuis & legitimis.
autem per relationẽ dicitur, figuratè dicitur, nec
figura omnino à proprietate diſsidet. Sic & quan
doque inſulam dicimus[r], quæ nõ eſt, ſed quæ in- r l. inſula. de acqui. rer. dom.
ſula fuit. Item propter adiunctum grauamen, vt
E poſsit de eo ſecundum legis diſpoſitionem pro-
uideri, adita hæreditas nomẽ hæreditatis ſeruat,
quod in ſupraſcripto legis Falcidiæ exemplo ap
paret. Rurſus quoties de hæreditate ipſa diſpo-
nendum eſt, vel iuſſu legis, vel qđ ita ex vſu ſit[s], s Bal. conſ. 393. in v.
de adita intelligemus: antè enim q̃ adeatur, de ea
diſponere hæres non poteſt. Quapropter † cùm 11
Mediolani ſit lex, ne vlla mulier cum hæreditate
extra territoriũ nubat, de adita intęlligetur, alio-
quin nõ cum hæreditate nuberet, ſed cum adeun
F di iure[t]: præpoſitio enim illa Cum, de habente t Dd. d. §. veteres in l. j. de pecul.
intelligitur. Adde quòd ratio legis hoc ſuadet, ne
facultates ciuium in alienigenas transferantur,
cùm & alioquin facilimè eluderetur lex, ſi ante
aditam hæreditatem nubere non poſſet[u]. Atqui u c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in vj.
contrarium ex vi verborum videretur dicẽdum,
ante aditam ſcilicet nubere non prohiberi: ver-
ba enim legis cum hæreditate dicunt, non cum
iure adeundi[x]. Sed tamen & hoc caſu legi locum x Soc. d. conſil. 74. in iij.
eſſe vero propius eſt, tum ex vulgari loquẽdi vſu,
quo eam habere hæreditatem dicimus, quã adire

quoties velit, poteſt, cùm idem exiſtimetur, ſiue
a Ang. l. item. §. petitã. de pet. hæred.
quis habeat [a], ſiue habere ſtatim poſsit: tum quia
ius adeundi modus eſt per quem hæreditas ac-
b l. oratione. de ritu nupt.
quiritur: vnde prohibitio effectu [b], modus quo-
que vetitus cenſeri debet. Et hinc ſumitur etiam
alia declaratio, vt
ſcilicet ex commu-
ni vſu loquendi hæ
reditatem dicamus
etiam quæ adita ſit.
Sunt qui idem exi-
ſtiment, etiam ſi adi
ta ſit, dum tamen
rerũ hæreditariarum poſſeſsio adhuc non fuerit
appræñſa: propriè enim tum hæreditatem dici,
idque eo argumento, quòd lex hæreditatis peti-
c l. ij. vbi Bart. de fid. hær. pet.
tionem tum aduerſus poſſeſſores concedat [c].
Qua ratione proditum eſt, eam formulam non
competere ei, qui ſemel poſſeſsionem appræn-
d Alex. conſil. 94. col. 2. in 2.
derit, ſicut nec ei, quorum bonorum [d] interdi- B
cto prætorem ſuccurrere. Sed ipſe non arbitror,
12 † rerum appræñſione ſignificationem hæredita-
tis variari, cùm per ſolam aditionem patrimo-
nio hæredis accreſcat, dominiumq; ſtatim tranſ-
13 feratur [e]. † Illud generaliter fatendum, quoties
e d. §. filio. l. cũ hæredes. de acquir. poſſ.
coniectura aliqua ſuadeat, de adita actum eſſe,
ſemper eam interpretationem accipiẽdam, dum
titulo hæreditario acquiſita ſit: quod in propoſi-
ta ſpecie exiſtimaui. Legauerat teſtator omnem
f Dec. conſ. 69.
hæreditatem patris, & matris ſibi obuentam: re- C
g l. ij. §. ſicuti. de hæred. vend. Aret. 148. Ang. 80.
ſponderat Decius [f] de ea quoque actum cenſeri,
quàm in ſolutum à fratre acceperat. Ego contrà,
cum titulo hæreditario [g] eam non acceperit, ſed
14 ex contractu. † Ex eadem quoq; diffinitione cre-
ditur iuris ciuilis hęreditatem eſſe, cùm hoc à le-
ge inductum ſit, vt id ius ipſi defuncto ſuccedere
cenſeatur. Sunt tamen qui potius iuris gentium
ſucceſsiones eſſe exiſtiment, cùm in Bibliis, & a-
pud Diogenem Laërtium appareat vſum teſta-
mentorum apud alias gentes quàm Romanos D
fuiſſe, & ex eis hæreditates deferri ſolitas. Sed eò
h l. teſt. factio. de teſt.
deuentum eſt, vt exiſtimemus origine [h] quidem
tam teſtamenta, quàm hæreditates gentium iu-
ris fuiſſe, naturalique ratione & æquitate indu-
ctas. Sed cùm deinde Quiritium legibus alia te-
ſtamentorum forma conſtituta ſit, aliusque hæ-
reditatum deferendarum modus, iuris ciuilis
eſſe cœperunt. Quapropter qui iura ciuilia amit-
tunt, vt deportati, nullam teſtamenti factionem
15 habent [i]. Hincq; conſequens eſt, vt † legibus mu E
i l. j. C. de hær. inſtit.
nicipalibus & dari, & adimi hęreditates poſsint,
& quoquo modo legiſlatoribus placuerit, im-
mutari: quoniam ea quæ iuris ciuilis ſunt, con-
trario municipum iure eorum arbitratu ſubuerti
16 poſſunt [k]. Qua ratione † cùm ſupremus princeps
k Alex. conſ. 2. in ij. in fin.
ſpurium filium inſtituiſſet, reſpondit Baldus [l] iu-
l Bald. conſil. 262. in j.
re ei hæreditatem deferri, quoniam prohibitio
ſucceſsionis in ſpurio iuris ciuilis eſt, quæ à prin
m Bald. conſil. 361. in v.
cipe potuit conuelli. Quòd ſi is princeps legi-
bus ſolutus non eſſet [m], aliud dicendum fuerat. F
17 Eadem ratione & illud receptius eſt, † poſſe le-
gem municipalem filiis vel parentibus legiti-
mam ex Iuſtiniani conſtitutione debitam aufer-
re, quoniam inſtitutionis titulo præſtatur, & hæ
reditatis pars eſt: vſque verò ad alimentorum
n Dd. c. Raynutius. de teſta.
ſummam nõ poſſe [n], cùm iure naturæ ea debean-
tur, quod ciuilibus ſanctionibus immutari ne-
18 quit. Quocirca etiam † deportato alimenta re-
o l. legatum. de cap. dim.
linquenda ſunt: ea enim in publicationem bo-
norum non rediguntur [o]. Hinc quoque à pleriſ-
que illud deducitur, † in foro, quod conſcientiæ 19
vocant, hæredem tametſi inuentarium non con-
fecerit, vltra vires hæreditarias non obligari: iu-
re enim ciuili obligatur, quia perſonam defun-
cti repræſentat [p]: at iure naturali, vel diuino hæ-
p l. ſi. C. de iur. delib.
res non ideo tene-
tur, quod autoris
perſonã ſuſtineat,
ſed quia ad eum bo-
na peruenerũt, me-
ritò eatenus ſolùm
obligabitur, quate-
nus peruenerint [q]:
q in d. rubr.
quæ ſententia receptiſsima eſt. Eum enim qui
repertorium non fecerit, idcircò lex inſolidum
obligat, quòd ſubtraxiſſe hæreditarias res præſu
mit: at in foro conſcientiæ præſumptiones hu-
iuſmodi legum nullius momenti ſunt, ſolaque
veritas obſeruatur. Quapropter ſi conſtet lega-
tarios creditoréſve veritatis huius conſcios eſſe, B
eo in foro non vltrà conſequentur, quàm ad hæ-
redem peruenerit.

PAVLVS LIBRO 21. *ad Edictum.*

LEX XXV.

Rectè dicimus, eũ fundum totum nostrum eſſe, etiam quum vſusfructus [a] alienus eſt: quia vſusfructus non do- A

LEX XXV.

1 *Vſusfructus eſt duplex, formalis & cauſalis.*
2 *Alciati ea de re ſententia.*
3 *Vſusfructus appellatione plerunque de proprietate intelligimus.*
4 *Vſusfructus cauſalis eſt pars dominij, formalis non item.* C
5 *Actor ſi ſe dominum dixerit, & de vſufructu tantũ probet, obtinebit.*
6 *Qui fundum ſtipulatus vſumfructum accepto tulit, nihil agit.*
7 *Vſusfructus dominij pars dicitur ſaltem interpretatiuè.*
8 *Pro diuiſo poſsidens, quomodo totum poſsidere dicatur.*
9 *Fundus vnus dicitur, qui pro diuiſo à pluribus poſsidetur.*

D
RECTE.) a ¶ † Duplicem eſſe vſum- 1
fructum noſtrates Doctores pro-
diderunt, eum qui ſeruitus ſit, quẽ
formalem appellant, iſque nullo
modo ad dominum rei pertinet:
quia cùm de ſeruitutum ſpecie ſit, ſeruire illi res
ſua non poteſt [r]. alium qui cauſam dominij ha-
r l. vti frui. ff. ſi vſufr. pet.
beat, vnde cauſalis dicitur: commoditas enim ea
domini eſt, vt re ſua vtatur fruatúrve. † Sed ego 2
hanc commoditatem non memini in iure legiſſe E
propriè vſusfructus nomine appellari: quamuis
enim lex [s] eum qui fundum, deinde vſumfru-
s l. qui vſumfr. ff. de verb. obl.
ctum ſtipulatus ſit, ei ſimilem dicat, qui totum,
deinde partem ſtipulatus eſt, non tamen de hoc
vſufructu intelligi poteſt, qui non ſimilis parti,
ſed verè dominij pars eſt: vnde de ſeruitute acci-
piendum eſt, quæ in eo ſimilis eſt patri, quia in-
tegram vtilitatem nõ affert, diuerſaque eſt ab eo
fundo: ideoque ea ſtipulatio, vt aliqui exiſti-
mant [t], valet: tametſi qui totum, deinde partem F
t Raph. ibid.
ſtipulatur, ſecunda ſtipulatio nihil agat. Non ta-
men negauerim aliquã ſimilitudinem inter hãc
domini commoditatem & vſumfructum eſſe.
Quapropter ſi tibi fundum, alteri eius fundi
u l. ſi aliis. ff. de vſufr. leg.
vſumfructum legauero, vſusfructus iſte commu-
nicabitur [u], & tu fructuum dimidij fundi perce-
ptionem, alter dimidij vſumfructum habebit.
Eadem quoque ratione factum eſt, vt quandoq;
alter alteri accreſcat: vt ſi liberis hæredibus inſti-
tutis vſumfructum fundi vxori cum liberis lega-
uero:



uero: nam in liberorum perſona vſusfructus tan-
quam ſeruitus non conſtabit: cùm enim ſint hæ-
a l. ſi mulieri. de vſu. acc.
redes & domini, illis res ſua non ſeruit: & tamen
mortuis liberis accreſcet vſusfruct. vxori, & è cõ-
uerſo, mortua vxore, accreſcet filijs [a]. Cùm ergo
etiam dominus v-
ſumfructum cauſæ
ipſi, id eſt, domino
cohærentem habe-
3 re dicatur, † plerun-
que accidit, vt vſus-
fructus appellatio-
b l. Proculus. de vſufr.
ne de proprietate
accipiamus, vt ſi le-
gato vſufructu pro-
hibeat teſtator alie-
nationem [b]: nam de
proprietate eum in-
tellexiſſe ꝓhibitio
c l. fin. de vſufr. ear. rer.
alienationis arguit.
d l. ſpecies. de aur. & arg.
Idem ſi is, cui vſus-
e l. donationes. §. j. de don.
fruct. pecuniæ lega-
tus eſt, grauetur al-
teri reſtituere: cùm
enim ipſe, non hæres reſtituere grauatus ſit, ve-
riſimile eſt de proprietate actum [c]. Idem ſi re le-
gata, modus additus ſit, vt ea legatarius vti poſ-
ſit [d]. quod & in donatione obſeruatur [e]: cùm enĩ
f in d. l. qui vſumfr.
res ad vſum donatur, non fit ea interpretatio, vt
ab uſu proprietas ſeparata cẽſeatur. Sed & ſi duo C
inſtrumenta exhibeantur, quorum altero habere
proprietatem, altero vſumfructum dicat, non i-
deo inuicem aduerſantia produxiſſe exiſtiman-
dus ſum, quoniam de vſufructu cauſali, vt Iaſo. &
Soc. exiſtimant [f], intelligi poteſt.
4 a ¶ Dominij.) † Si de cauſali accipimus, dubi-
um non eſt eſſe partem, ſicut paries pars eſt do-
mus: vſusfructus enim ille, vnà cum proprietate
g d. l. vti frui.
plenarium dominij ius conſtituunt. Sed Iuriſcõ-
ſultus de formali hîc intellexit, qui licet in ſe do D
h Alex. §. nihil commune. 3 co. l. naturaliter. de acqui. poſ.
minium habeat (fructuarius enim illius iuris do
minus eſt [g]) nõ tamen quicquam habet commu-
ne cum eius rei dominio, in qua vſusfructus con
ſtitutus eſt, imò penitus ab eo diſsidet, nec ſimul
5 eſſe poſſunt. quapropter † ſi in libello actor ſe do
minum dixerit, & de vſufructu tantùm probet,
obtinebit [h], quia interpretabimur, eum de ipſius
i l. j. de eden.
vſusfructus dominio intellexiſſe: ſed ſi fundi do-
minium dixerit, non obtinebit: quod plerique
k l. et per ius. de acceptil.
aſſerunt, & ego generaliter verum eſſe probaue- E
rim, quoniã aliàs reus rectè certioratus nõ eſſet [i].
6 b ¶ Seruitutis.) † Quapropter qui fundum ſti
pulatus vſumfructum accepto tulit, nihil agit [k],
l l. cum filius. §. dominus. de legatis ij. l. Meuius. §. fundo. eo. tit.
quoniam hęc acceptilatio de re vel parte rei non
eſt: quod & in qualibet alia ſeruitute procedit:
differentia tamen eſt aliqua, quoniam vſusfruct⁹
portionis inſtar obtinet [l], quod in cæteris ſerui-
7 tutibus non eſt: & ideo lex ait, † in multis caſib⁹
vſumfructum partem dominij eſſe [m], quod intel
m l. iiij. de vſuf.
ligendum per interpretationem, non quòd verè F
pars dominij ſit. fit autem hæc interpretatio ſua-
dente æquitate, vt in fideiuſſore pro eo vſumfru-
ctum promittente, qui proprietatem dare obli-
gatus ſit [n]: iniquum enim eſſet, deciperetúrque
n l. ſi à reo. §. ij. ff. de fid.
creditor, qui ſolius rei fidẽ ſequi noluit, ſi ex hac
ſubtilitate fideiuſſoris obligatio nulla eſſet. Idẽ
o d. l. Meuius.
ſi alia ratione veriſimile ſit à partibus id actum [o],
vt vſusfructus pars dominij ſit.
8 ¶ §. QVOD QVINTVS.) † Sententia Mu-
tij fuit, vt qui pro diuiſo poſsideret, non partem


minij [a] pars, ſed ſerui
tutis [b] ſit, vt via & i-
ter: nec falſò dictum A
eſt meum eſſe, cuius
non poteſt vlla pars
dici alterius eſſe: hoc
& Iulianus ait, & eſt
verius.

¶ Quod Q. Mutius
ait, partis appellatio-
ne rem pro indiuiſo B
ſignificari: nam quod
pro diuiſo noſtrum
ſit, id non partem, ſed
totum eſſe. Seruius
non ineleganter par-
tis appellatiõe, vtrũ-
que ſignificari.

VLPIAN. *lib. 6. ad Edictum.*

LEX XXVI.

Partum non eſſe rei furtiuæ partẽ, Scæuola libro vndecimo Quæſtionum ſcribit.

poſsidere, ſed totum diceretur. Seruius etiam
L. 26. Partũ nõ eſſe.
hoc caſu appellari partem poſſe dicit: quod du-
bium non eſt, ſi ad id tempus relatio habeatur,
quo adhuc nihil diuiſum erat [p]. Idem ſi in re, cu-
ius conſtitutio à domini voluntate pendeat, ap-
pareat eum velle,
vt pars ſit [q], cuius
p l. inſulam. in fi. de acq. re. do.
rei exemplum in
fundo accipi poteſt:
quapropter † con- 9
ſtat vnum fundum
dici, qui pro diuiſo
à pluribus poſsidea
q l. Caius. de lega. ij.
tur, ſi ita ipſi velint
[r]. Idem in domo, vt
ſi tu cœnacula o-
mnia, ego inferiora
r Bart. l. ſtip. nõ diuid. j. quæſt. de verb. ob.
poſsideam, erit e-
nim vna domus [s].
s Alex. conſ. 24. in 4.
Sed dubitari po-
teſt, ſi ex lege muni
cipali qui partẽ do-
mus habet, incon-
t l. magis. §. fin. de reb. eor.
ſulto ſocio vendere
u l. pup. in fin. ff. eod.
prohibeatur, an conſtructo pariete, partem ſuam
ſeparare poſsit, vt nõ pars, ſed alia domus videa-
tur. Et poſſe ego exiſtimauerim, nec in hoc Ser-
uij ſententia nobis aduerſatur, quæ tunc non ꝓ-
cedit, cùm partium voluntas reclamat [t], legiſq;
x d. l. Meuius. §. duorum.
ratio non repugnat. Sanè & fundum, cuius pars C
pro indiuiſo ſit mea, fundum meum appellare
poſſum [u], cùm iuris intellectu non diuiſione cor
porum in eo partes habeam [x].

LEX XXVI.

1 *Partus rei furtiuæ vſucapi poteſt à bonæ fid. poſſeſſore.*
2 *Græcum epigramma in Diodorum iuriſperitum.*

D
PARTVM.) Cùm † partus rei furti- 1
uæ pars non ſit, ſequitur vt vſucapi
y l. qui vas. §. ſi ancilla de fur.
à bonæ fidei poſſeſſore poſsit [y]: qđ
z l. ſi aliena. §. fi. de vſuc.
intelligendum eſt, niſi apud furem
a l. ſi ego. §. partus. de publici.
conceptus ſit [z]: matrem enim con-
trectando, & eum cõtrectaſſe, qui eius viſcerum
portio eſt, videtur: quod in furis hærede nõ eſt:
b l. ſequitur §. hæres. eo. tit.
[a]: licet ipſe propter autoris ſui malam fidem vſu-
capere nequeat [b]: tolliturque hinc illa dubitatio,
† cuius innominatus poeta apud Græcos Dio- E 2
dorum iuriſperitum illudens, meminit hoc epi-
grammate:

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δειλαῖος ἀπελθὼν,
Ἤρετό μιν τοίης ἀμφὶ δικασπολίης,
Ἡμετέρη θεράπαινα φυγὸν ποτὲ, τὴν δέ τις εὑρὼν,
Ἀλλοτρίην τ᾽ εἶναι πάτριον ἐπιστάμενος.
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι, τέκον δ᾽ ὑπὸ παῖδας ἐκείνῳ,
Καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι;
Ὃς δ᾽ ὅτι μορμύριξε, καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην,
Εἶπεν ἐπιστρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον, F
Ἢ σοὶ ἢ τῷ ἑλόντι τὴν θεράπαιναν ἀνάγκη,
Δουλεύειν παῖδας ὧν χάριν ὑβρίσας.
Δίζεο δ᾽ ὑμνείοντα δικασπόλον, ἄλλα δ᾽ ἀποίσει
Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγοις.

Quod epigramma vtcunque latinè reddidimus;
quò eius ſenſus lectori ſit apertior:

*Rhetora vir quondam pauper Diodoron adiuit,*
*Sciret vt hac ſpecie quid ſibi iura velint.*
*Serua mihi aufugit, captam quam repperit olim*
*Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam,*

*Atq; ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellos*
*Edidit, ánne mei pignora iuris erunt?*
*Ille anceps, raptus per multa volumina, tandem*
*Suſtulit hac vetulum voce ſupercilium:*
*Hos opus eſt vernas tibi vel ſeruire, vel illi*
*Qui tenet ancillā non ſine fraude tuam.*
*Sed tibi fac iudex ſit amicus, dūmodo iuſtā*
*Cauſam habeas, punctū protinus omne feres.*

IDEM *lib.14. ad Edictum.*

LEX XXVII.

AGer eſt locus q ſine villa eſt. ¶ Stipendiū dictum eſt à ſtipe, ꝙ per ſtipes, id eſt, modica æra colligaẗ: ideo hoc etiam tributū appel-
A lari, Pomponius ait: & ſanè appellatur à contributione tributum, vel eò q̄d militibus tribuatur.

LEX XXVII.

1 *Ager ab agēdo dicitur, & villa à vehēdo.*
2 *Ager pro territorio vrbis.*
3 *Ager etiam ad longitudinem refertur.*
4 *Stipendium, ſalarium, tributum.*

1 AGER.) † Ager ab agendo diciẗ M. Varroni: ſicut villa, domus ruſtica, à vehendo, ꝙ in eam fructus aruorū vehantur. Ex mente tñ teſtatoris quādoq; fit plenior interpretatio.
a tit ix. de vſuf. Paulus receptarum ſententiarum [a] lib. III. Villis inquit, vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit. Bar. villam dicit, quę ſine muris ſit. Subdūt alij, quaſi vallem vallatam appellari, ꝙ ridiculum
2 & ineptum eſt. † Sanè & ager ꝓ territorio vrbis, & quem Comitatum vulgò appellamus, accipiẗ: quare non exiſtimauerim agri Auenionenſis dici caſtrum, cuius iuriſdictio ad alios, quàm Auenionenſes pertineat, quamuis intra ipſorum fi-
3 nes conſtitutum ſit. † Refertur & ager ad longitudinem, vt cùm dixit Horatius: Mille pedes in frōte, trecentos cippus in agrum.

4 ¶ §. † STIPENDIVM.) Sic merces militū dicitur, ſicut & ſalarium: ea erat denarius in ſingulos dies, Tacito lib. I. qui vnciæ argenti octaua pars eſt. Tributum etiam appellari Pomponius ait: ſed Tacitus lib. XX. tributum accipit, ꝙ prouinciales ipſi præſtant: ſtipendium, cùm militib. datur. Neq; quies, inquit, gentiū ſine armis, neq; arma ſine ſtipendijs, neq; ſtipendia ſine tributis haberi queunt. Loquitur aūt de tributis Galliæ, quæ cùm à Iulio Cæſare in prouinciæ formam eſſet redacta, impoſitum illi vniuerſæ fuit ſtipen-
b l. fi. C. ſine ceſ. l. j. ꝟ. de cenſ. dium HS quadringēties, quæ ſumma eſt decies centena millia aureorum, cùm hodie ter tantum de Francia, quæ Galliæ pars eſt, reges accipiant. Stipendiariæ [b] autem omnes prouinciæ populi Rom. erant, Italia non erat, & ſi quæ vrbes ius Italicum haberent, vel fœderatæ eſſent.

PAVLVS *lib.21. ad Edictū.*

LEX XXVIII.

ALienatiōis a verbum etiam vſucapionem b cōtinet:

LEX XXVIII.

1 *Alienationis verbum latè pertinet.*
2 *Alienatio propriè eſt, cùm directa dominia transferūtur.*
3 *Probibita alienatione permutatio quandoq; conceditur.*
4 *Emptionis verbo omnis alienatio compręnditur.*
5 *Alienari prohibitum, non poteſt vſucapi.*
6 *Res litigioſa licet non poßit alienari, præſcribi tamen poteſt.*
7 *Qui patitur vſucapi, is quoq; alienat.*
8 *Dictante lege, quòd ſententia ſaltem intra triduum poßit dici nulla, triduo lapſo, nec excipi poterit. (temporis.*
9 *Idem eſt, ſiue expreßè quis alienet, ſiue tacitè per lapſum*
10 *Hæreditas non niſi adeunti acquiritur.*
11 *Legata ipſo iure in legatarium tranſeunt.*
12 *Optare, eligere, quomodo differant.*
13 *Coniunctiua dictio vtriuſq; rei concurſum requirit, diſiūctiua alterius.*

ALIENATIONIS a.) ¶ † Alienationis 1
verbū latè pertinet: nam ad directi & vtilis dominij translationem, ad vſucapionē, ad pignoris nexum refertur [c], idq; ſiue à lege, ſiue in cōtractu, teſtamētoúe ꝓhibita ſit [d]. Sed hoc quidā intelligūt, cùm id nominis largè ſumiẗ, alioquin † ꝓpriè a- 2
lienationem eſſe cū directa dominia trāſferuntur [e]. Et ideo ſi in aliquo argumēto odioſo, vel pœnali, vel alioquin ꝓpriè
B accipiendo, alienationis mentio fiat, pignoris ꝙ veriſimiliter luendum ſit nexus [f], vel hypotheca vſusfructusúe conſtitutio non prohibebitur [g]. Ego & iſtis caſibus propriè alienationem fieri nō dubitauerim: cùm enim de iure rei diminuatur, in aliumq́; transferatur, quod translatum eſt, negari non poteſt eſſe alienatum: ſed in eo vertetur coniectura, an de huiuſmodi translatione partes egerint, idq́; ex ratione legis [h]: vel cauſa cōtract⁹
C diſcernitur, ita vt in dubio à verbis non recedamus. Finge duos tyrannos ita conueniſſe, ne aliquid de territorio alteri⁹ in alterum alienari, acquiriq́; poſſit, de iure hypothecæ interim actum non cenſebitur [i]: quoniam huius pactionis veriſimile eſt eam fuiſſe rationem, quòd more aquilarum vicini eſſe nollent: quæ ratio in ſimplici hypotheca non procedit, niſi cum iure pignoris dominium impetraretur [k]: quapropter licebit creditori id ius alteri cedere, ne verbis pactionis
D teneatur. Nam & † prohibita alienatione, per- 3
mutatio quandoque permittitur cùm cauſa prohibitionis ſola fuit, ne quis facultatibus labereẗ [l]: ceſſat enim ratio, cùm tantundem ex permutatione conſequuturus ſit. Idem ſi rerum particularis affectio nulla fuerit [m]. Sed nunquid ꝙ de alienatione dicitur, locum ſibi vendicet, ſi lex emptionis venditionisq́; verbo vtatur? Et idem eſſe traditum eſt [n], quoniam lex XII. tabularū † em- 4
ptionis verbo omnem alienationem complecti-
E tur [o]. ſed in ea lege id erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariā emptionem, ſicut & hæredis inſtitutio, & emancipatio celebrabaẗ. Obſeruabimus itaq; an ratio legis generaliter procedat [p], vel in ea tantum contractus ſpecie [q].

b ¶ Vſucapionem.) † Quod ergo alienare pro- 5
hibemur, vſucapi quoq; non poterit [r], vt nemo non fatetur. Sed quandoq; non procedere videtur: nam minor alienare immobilia nō poteſt, & ea tñ hoc iure præſcribi poterāt [s]: in quo magna
F eſt altercatio. Ipſe negauerim eorum alienationem ſimpliciter prohiberi: oratio enim diui Seueri ſolum ſe interdicere tutoribus & curatoribus, ne ea diſtrahant ſine cauſæ cognitione, aſſerit [t]. Nec obeſt quòd adoleſcentes ipſi etiam alienare prohibeantur, quia hoc non eſt propter res ipſas introductum: ſed quia in his quæ ſecum geruntur, præſumuntur propter facilitatem labi [u]: quæ ratio in præſcribente, qui nihil cum eis agit, locum nō habet. Sanè & † res 6
litigioſa alienari non poteſt, & tamen præſcri-

bi

c l. fin. C. de reb. ali.
d c. nulli. de reb. eccleſ.
e l. j. C. de fun. dot.
f l. qui habebat. de leg. iij.
g l. non alienat. ꝟ. tit. j.
h l. ex hoc. §. j. ꝟ. de alie. iud. mu.
i l. in quorū. ꝟ. de pig.
k l. j. C. de iure dom. impe.
l l. fin. ꝟ. de iur. dot.
m l. empt. in fi. de leg. ij.
n Bartol. d. l. in quorum.
o l. Quintus ꝟ. de ſtatulib.
p l. fi C. de præcur. lib. x.
q Iaſ. l. fin. C. de iur. emph. col. 29.
r l. vbi. ꝟ. de vſucap.
s l. fi. C. in quib. cauſ. in integ.
t l. j. ꝟ. de rebus cor.
u l. iij. C. de in integ. reſtit. mi.



a l. j C. de long. temp. præſcrip.
b Bart. l. cenſemus. C. de litig.

bi poteſt [a]: quod ideo eſſe Accurſius tradit, quoniam vitium hoc rem ipſam non afficit. Ego accepi, licet id vitium perempta inſtantia duret, non tamen alienationē rei factam, irritam eſſe [b], quapropter nec præſcriptionem. Et ex hoc conſequens eſt, vt quibus caſibus prohibitio alienationis nō efficit, quò minus diſtractus valeat, vſucapio quoque procedat [c].

vix eſt a enim, vt non videaẗ alienare, qui patitur vſucapi.

Eum quoque alienare dicimus, qui nō vtendo b amiſit ſeruitutem. Qui occaſione acquirēdi nō vtitur, non intelligitur c alienare: veluti qui hęreditatem omittit, aut optionem d intra certū tempus datam non amplectitur.

¶ Oratio quę neq; coniunctionem, neque diſiunctionē habet, ex mente pro-
A nuntiantis, vel coniuncta, vel diſiuncta accipitur.

c l. ea lege. C. de cond. ob cau.

a ¶ Vix eſt.) Interpretatur eñ lex,
7 † qui patitur vſucapi, eū alienare: quæ interpretatio cū ex iuris antiqui æquiparatione ꝓueniat, generaliter etiā in correctoriis locum habebit. Et hinc eſt,
8 † ꝙ ſi ex forma legis municipalis nō poſſit ſentētia dici nulla, niſi intra triduū, eo lapſo, non poterit neq; excipi, tanquam iuriſdictio in iudice nō eſſet: qui enim terminum labi permiſit, magis ex facto ſuo, quàm ex iudicis ſentētia videtur excluſus, nec vlterius erit audiendus, vt Paul. Caſtr. [d] reſpondit, cuius ſententiam etiam alij probant.

d conſ. 329. Alexander 105. in 5. Calc. conſ. 15.

b ¶ Non vtendo.) Alij codices, abutendo: ſed communis lectio magis conuenit. Hincq́ue ar-
9 gumentum ſumitur, † idem eſſe ſiue expreſsè quis alienet, ſiue tacitè per lapſum temporis: quandoque tamen tacita hæc alienatio efficacior eſt [e].

e l. j. C. qui ad.

c ¶ Non intelligitur.) Meritò lex in hæredi-
10 tate exemplum poſuit, † quoniam ea non niſi
11 adeūti acquiritur: † in legatis aliud eſt, quæ ipſo iure in legatarij dominium tranſeunt [f]: vnde ſi repudiat, dominium ſibi iam quæſitum abdicat, meritò alienare cenſetur [g]. Sed finge Titium legatam quartam partem bonorum, cùm in hoc legato ipſo iure dominium nō tranſeat [h], repudiās alienare non videbitur. In edicto tamē quo prætor in fraudem creditorum geſta reuocat, non comprędendetur qui legatum repudiat [i], quoniam alienationis verbo prætor vſus non eſt, ſed ſimpliciter non permittit fraudationem, quæ minimè interueniſſe videtur in eo, qui id repudiat, quòd ex concedentis intentione arbitrarium ſibi fuit, acciperet, an nòn acciperet: nec enim hoc egit teſtator, vt creditoribus prodeſſet. Planè ſi quis ex natura contractus acquirere mihi teneatur, in eo qđ dolo malo fecit ne acquireret, condemnabitur [k]. Idem ſi non ex natura contractus teneatur, ſed vt fraudi lex obuiam eat, in eius rei reſtitutionem aliquem grauauerit, quæ non ſolùm peruenit, ſed peruenire ad eum potuit [l].

f l. à Titio. de furt.
g l magis. §. fundum. de rebus cor.
h l. ſi quis bonorum. de leg j.
i l. qui autē. de his, quę in frau.
k l. ij. §. non tantum. de hæred. vend.
l l. ſed ſi. §. perinde. ꝟ. de petit. hæred.

12 d ¶ Optionem.) † Quod prius mente optauimus, re ipſa eligimus: quapropter promiſcuè optio, electioque aſſumitur.

13 ¶ §. ORATIO. † Coniunctiua dictio vtriuſque rei concurſum requirit, diſiunctiua alterutrius. Finge ergo me ita ſtipulatum, Titium, Pamphilum, Seium dabis? ſi de mente contrahentium non conſtet, diſiunctiuè deberi Iacobus ſentit, vt ad minimam ſummam interpretatio redigatur. Accurſius idem hoc caſu arbitratur, vt aduerſus eum qui ea verba protulit, fiat interpretatio: tametſi ceſſantibus coniecturis non neget ea coniunctim prolata potius videri. Ipſe à verbis non recederem, quæ in coniunctam erunt: nam & ſimili caſu quandoque Accurſius apponendum punctum affirmat, quod coniunctionis loco ſit.

L. 29. Coniunctionem.

IDEM LIB. 17. AD *Edictum.*

LEX XXIX.

COniūctionem e enim nonnun-
B quā pro diſiunctione f accipi Labeo ait, vt in illa ſtipulatione, Mihi, hęredique meo g, te, hęredemq; tuum.

LEX XXIX.

1 *Coniunctio Grammaticis ſimpliciter dicitur etiam quæ diſiūcta eſt.*
2 *Reſtituta l. cùm quidam. Cod. de verborum ſignificatione.*
3 *Iuriſconſulti diſiunctionē appellant, quæ vulgò alternatiua dicitur.*
4 *Coniunctio quandoq; pro diſiunctione ponitur.*
C 5 *Explicatur illa ſtipulatio, Mihi, hæredíq; meo.*

CONIVNCTIONEM.) e ¶ Grā- 1
matici coniunctionem ſimpliciter vocant etiam quæ diſiuncta eſt: quapropter Iuſtinia-
nus [m], † coniunctionem, inquit, 2
Aut, pro Et, accipi, vt videatur copulatiuo modo eſſe prolata, vt magis ſit συνάφεια, vt & primam perſonam, &c. Ita enim legen-
D dum, & vox Græca ex antiquis codicibus reſtituenda: ſicut vice verſa Rhetores diſiunctam orationem vocant, etſi concurſum enuntiatorum requirat, dummodo κῶλα, id eſt, membra orationis ſeparatim proferantur: cuius rei Aquila Romanus autor eſt. † Sed Iuriſconſulti aliter acci- 3
piunt, & diſiunctionem appellant, quā vulgò alternatiuam dicimus, de qua inferius latius diceẗ.

m l. cum quidā. C. cod.

f ¶ Pro diſiunctione.) † Quapropter ſi pater 4
filium, & ex eo nepotes in poteſtate habens ita
E inſtituat, filium & nepotes inſtituo, coniunctio naturam ſuam non ſeruat: quoniam ordo charitatis, affectionisque, neque non inſtitutionis neceſſitas ſuadent, vt donec pater viuat, filij non admittantur, ſed ipſe ſolus hæres ſit, vt communiter traditum eſt [n]. quod ſi neceſsitas hæc, vel affectio non ſubſit, à natura verborum non recedemus.

n l. Gallus. §. j. ꝟ. de lib. & poſthumis.

e ¶ Meo.) † Atqui mentio hæredis videtur ſu- 5
perfluè addi, cùm qui dari ſibi ſtipulatur [o], vtiq;
F hæredi quoque ſtipulatur: imò ſi alteri ex hæredibus tantū ſtipulari vellet, non poſſet: quoniam cùm lex xij. Tabul. obligationes æquis portionibus inter hæredes diuidat, ſupra contingentem portionem cenſentur extranei, & alteri extraneo nemo ſtipulari poteſt. Sanè illa ſtipulatio, Mihi hæredique meo, non ſemper diſiunctiuè accipitur, verumq́; eſt Labeonis exemplū, cùm in ſtipulationem id deductum nō eſt qđ tractum habeat: vt ſi mihi hærediq́; meo centum promittas: ſed ſi per te [p], hæredemq́; tuum habere licere

o l. cum qui. §. j. ꝟ. de verb. obl.
p l. ſtipul. iſta. §. j. ꝟ. de verb. oblig.

a l.ſi ſic ſtipul. §.eod.tit. promittas, item per te hæredemque tuum [a] vim
non fieri, coniunctionis vim attendemus: infraq;
latius hæc attingentur.

LEX XXX.

1 *Arbores cæduæ quæ ſint.*
2 *Arbores fructiferas fructuarius non cædit.*
3 *Pedamenta quid.*
4 *Grandes arbores quæ dicantur M. Varroni.*
5 *Conductor & emphyteota arbores fructiferas demortuas vt lucretur, ſubſtituere alias debet.*
6 *Stirpes & germina quid, cõtra Accurſium.*
7 *Culmus.*
8 *Noua reſtitutio ad hãc legem.*
9 *Noualis, item νεαγὴ & νέωμα quid.*
10 *Proſciſſa terra quæ dicatur.*
11 *Terra integra quæ ſit, & reprehenſus Accurſius.*
12 *Caducus quid ſignificet.*
13 *Sylua paſcua quæ ſit.*
14 *Si deprændam pecora vicini in agro meo, quo iure mihi prouiſum ſit.*

CAIVS LIBRO 7. AD
*Edictum prouinciale.*

LEX XXX.

SYlua cædua eſt, vt quidam putant, quæ in hoc habetur, vt cædatur. Seruius eam eſſe, quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus [a] aut radicibus naſcitur. ¶Stipula [b] illecta eſt B ſpicæ in meſſe deiectæ, necdum lectæ, quas ruſtici cùm vacauerint, colligunt.
Noualis [c] eſt terra A proſciſſa, quæ anno ceſſat, quam Græci νεαγὴν vocant. ¶Integra [d] autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi cauſa pecus immiſit. ¶Glans [e] caduca eſt, quæ ex arbore cécidit. ¶Paſcua ſylua eſt, quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.

1 SYLVA.) Arborum aliæ fructiferæ ſunt,
aliæ cæduæ, aliæ nõ cæduæ. † Cæduas
eſſe hîc apparet, quæ exciſæ repullu-
lant, ſiue ab eodem ſtipite, ſiue ex ſtir-
pibus, vt ſalix, arundo, ornus, fraxinus, laurus, al
nus, bætula, ſambucus, populus, æſculus, quer- D
b l.cum manu. §. ſylua. de cõt. empt. cus [b], multæque id genus ſpecies: quod ita intel-
ligendum eſt, ſi in eum vſum haberétur vt cæde-
c l.item.§.ſi.de vſufr. rentur, ſiue materiæ cauſa, ſeu lignorum [c]: alio-
quin ſi in eum vſum habitæ non ſint, ex prima
quæ hîc refertur opinione, pro cæduis non erũt.
Quid enim ſi animi cauſa platanum, vlmum, fa-
gum, fraxinum, ilicem educauerim? quid ſi ſyl-
uam antiquam, eandemq; glandariam habeam,
quam nunquam cædere ſolitus ſim, ſed ſubulcis
locare? an ſola arborum cupreſſus non cædua e- E
p repet.§.Titia. q.36. rit, quia ſola non repullulat? quod Aretinus &
Picus [d] ſenſerunt, ſed dubio procul malè. Inter
2 hæc arborũ genera nõ leuis differentia eſt: † nam
e l.æquiſ.§.fructuarius. fructiferas fructuarius non cædit [e], niſi vetuſtate
f l.agri.eod.tit. conſumptas [f]. quod ſi vi ventorum deiectæ ſint,
in vſum ſuum vel villæ, ſi aliunde non habeat, ac-
g l. arboribus. eod.tit. cipere poteſt [g]: reliquum ei auferre extra agrum,
h l. Proculus. eod.tit. ne ſolo officiant, permittitur [h], ad dominum ta-
men pertinebit. Cæduis verò ſicut paterfamiliâs
cædebat, vti, vel per frondatores ramos decutere F
3 poteſt, † pedamentaque (ſunt hi pali teretes vi-
i l.ex ſylua.eodem tit. tium ſuſtinendarum cauſa) conficere [i], & etiam
alteri vendere. In non cæduis id ſolùm conce-
ditur, quod pro ipſius vineæ vſu neceſſarium ſit,
dum fundus deterior ea cauſa non fiat, vel arbo-
res grandes non ſint: huiuſmodi enim volupta-
tis cauſa ſolùm habentur, quam decuſſa coma a-
k d.l.ex ſylua. mitterent [k]. harum & M. Varro rei ruſticæ libro 3.
4 capite 4. meminit, † videturque grandes arbores
intelligere, quæ in ſylua cædua relinquũtur, nec
vnà cum cæteris amputantur: poſſunt tamen e-
tiam intelligi grandes arbores, quæ decacumi-
nationem, quam Græci ἀποκόπτειν vocant, non fe-
runt: vt picea, pinus, abies, palma, addunt aliqui
cupreſſum, & cedrum. Quid ſi grandem arborem
intelligamus, quam
Greci ἀξιολογώτατον vo
cant, videlicet præ-
grandibus ramis, or
dinatis, paribuſque
numero, qualis fra-
xinus, ſorbus, pi-
cea? † In conducto- 5
re emphyteotaque
aliud dicendum eſt:
fructiferas enim de-
mortuas vt lucret,
ſubſtituere alias de-
bet [l]: quod etiam in l l.in fraudem. §.penul.de iur. fiſci.
nõ cęduis opinor [m]: m l.diuortio.§. puto.ſol.matr.
cæduas indiſtinctè
cædit [n]: modo ex n d.l.cum manu.
cõſuetudine regio-
nis, vt patrisfamil.
locatoris, ſi aliud a-
ctum nõ præſuma-
tur, accepto: non minus enim, quàm fructuarij
horum eſt ius.
a ¶Stirpibus.) † Sunt ſtirpes, ferulæ, ſeu vir- 6
C gulta, quæ de radicibus naſcuntur: ea & germi-
na dicuntur [o], hinc & germinalis arbor. Accur- o d.§.puto.
ſius quæ ſtirpes ſunt pedamenta eſſe arbitratur,
contra M. Varronis, & Columellæ, cæterorumq;
antiquorum autoritatem.
b ¶Stipula illecta.) † Culmus eſt, cum ſpica 7
non collectus, ſed in metendo derelictus, quem
cùm ocium adeſt, ruſtici deinde metũt. Et quod
dicitur deiectæ, melius quadraret relictæ ſecun-
do caſu, quamuis & illud defendi poſſit. Sanè ex
D lege veteri, quæ in Deuteronomio habetur, præ-
ceptum eſt, ne ſtipulam illectam, oliuas relictas,
racemoſque remanentes dominus colligat, ſed
aduenæ & pupillo, & viduæ permittat, vnde ſpi-
cilegium racemationemque facere poſſint: quod
præceptum etiam in præſentia à pleriſque obſer
uatur. † Aduertendum tamen, ne non vacaue- 8
rint, hîc legendum ſit, ſed occauerint, quòd ruſti-
ci primò meſſes faciãt, deinde occent, fodiántq;
vineas, quo opere tanquã magis neceſſario per-
E fecto, ſpicilegium faciant: ſolere enim poſt meſ-
ſes occari vineas, autor eſt Palladius libro ſepti-
mo & octauo.
c ¶† Noualis.) Græci νεαγὴν, ſeu vt alij νέωμα vo- 9
cant: & duplici ſignificatione accipitur, vt terra
ſit, quæ anno ceſſat, quod Paulus hîc ait, itemque
ager nunc primùm coli cœptus [p], cùm prius ſyl- p l.fin.in fin.de ter.mo.
ua eſſet, vel alio modo incultus: atque ita etiam
Hieronymus interpretatur [q]. Addit Appianus li- q c.j.c.quid ſit. extrà, eod.
bro 1. decimam partem fructuum Reipublicæ ſo-
F litam pendi pro vectigali eorũ agrorum qui de-
ſerti ad culturam redigerentur: hincque apparet
inculta loca in dubio præſumi Reipublicæ, nec
fieri occupantis: quod & alij tradiderunt [r]. † Sa- 10
nè proſciſſa dicitur terra, quæ primùm aratrum r l.j. de acquir. poſſeſ.
experta eſt grandioribus glebis relictis, Catoni,
Plinio, cæteriſque.
d ¶Integra.) † Vt ſi quis vendat terram inte- 11
gram, intelligetur nondum à pecore depaſtam
licet Accurſius paſcendi verbum hîc pro pingue- s l.j. de gland. leg.
faciendi cõtra rationem ſermonis intellexerit [s].
e ¶Glans.)



a ¶GLANS CADVCA, QVAE EX AR-
BORE CECIDIT.) Vnde interdictum de glan-
de legenda competit. Sanè hęc expoſitio ex pro-
12 prietate ſermonis non eſt: quoniam † caducus
nõ qui cecidit, ſed qui facilè caſurus eſt, ruinám-
que minatur, ſigni-
ficat: vnde & paries
caducus.
¶§. PASCVA SYL
13 VA.) † In quam ius
eſt paſcẽdi cauſa pe
14 cora mittere. † Sed
finge deprændiſſe
me pecora vicini in
agro meo, quo iure
mihi prouiſum eſt?
& lege Aquilia agen
a l.Quintus. ad leg.Aquil. dum eſt [a], nõ autem
iure pignoris pecus
retinendum, niſi il-
b l.hoc amplius. §.de his. de dãno infecto. lud diu aluerim [b], cùm dominum ignorem: vide-
tur enim, quia in rei vtilitatẽ alimẽta verſa ſunt,
c l.ſi non.§.centum.§.de cond. indeb. eorum ratione retineri pecus poſſe [c].

VLPIAN. LIB. VIII.
*ad Edictum.*

LEX XXXI.

PRatũ eſt, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt: ex eo dictum, quòd paratum ſit ad fructum capiendum.

LEX XXXI.

1 *Pratum quid, & vnde dicatur.*
2 *Legatis pratis etiam inculta continentur.*
3 *Paſcua, vicanalia.*
4 *Prati appellatione an arbores, quæ in eo ſunt, contineantur.*

1 PRATVM.) † Pratum, quaſi paratum,
vt Vlpianus, ad fructuum perceptio-
nem, vel vt Varro, ad conſtitutionem:
modico enim opere pratum fit, vt quod
nec aratro, nec annua ſemente indigeat. Et hinc
2 probatur, † legatis pratis etiam inculta contine-
ri, vnde tamen aliquid fœni teſtator colligeret:
3 † ſecus ſi in eis pecuaſcere tantummodò ſolebat,
nam ea non prata, ſed paſcua dicentur: quæ ſi ad
pagum aliquem in vniuerſum pertineant, vulgò
vicanalia appellantur: Vicani enim ruſtici ſunt.
4 Sed † an prati appellatione, arbores quæ in eo
ſunt, contineantur, vt in eis damnum inferens ea
pœna afficiatur, quam lex municipij in eos con-
ſtituit, qui in prato damnum fecerint? Et quibuſ-
d Albe.in dict. dam videtur [d], tanquam arbores pars fundi ſint.
Sed ego rationem legis conſiderandam arbitror:
ex vi enim verborum nõ videtur, qui arbores in-
ciderit, damnum prato feciſſe.

LEX XXXII.

1 *Dictio, Minus, explicatur.*

1 MINVS.) † In ſermone Latino hæc di-
ctio quandoque vim comparatiui non
habet: vnde quod non recepi, rectè di-
xero, minùs recepiſſe: & minùs tribue-
e l.illud. §.j.de tribut. re videtur [e], qui nihil tribuit: quod & infrà vide-
bimus. Et hinc argumentũ colligitur, ſi in tranſ-
f l.verbũ ampl. l.ſi ita.§. eod. actione [f] annuos ciuilium annonarum reditus ti
bi conceſſerim, addita lege, vt ſi plus vel minùs
exigeretur, tuo periculo eſſet, quamuis nihil exi-
gatur, me non teneri. Verum eſt enim te minùs
exigere, ſi nihil exigis: id tamẽ ex proprietate ſer
monis non eſt, ſed ex interpretatione. Vnde ſi a-
liam mentẽ contrahentium fuiſſe præſumamus,
à proprietate comparationis non diſcedemus.

LEX XXXIII. L.33. Palàm.

1 *Palàm quid fieri varijs modis accipitur.*
2 *Notorium quid dicatur.*
3 *Præſumptio legis notoriæ veritati cedit.*
4 *Manifeſtũ quid ſit, & an à notorio differat.*
5 *Liquidum quid dicatur.*
6 *Atteſtationes nõ ſimpliciter rem faciunt liquidam.*
7 *Clarũ quid dicatur.*
8 *Quæ ſit vtilitas, vt cognoſcamus huiuſmodi verborũ differentias.*
9 *Palã quid fieri, et publicè fieri differũt.*

VLPIANVS LIBRO 23.
*ad Edictum.*

LEX XXXII.

A MInùs ſolutũ intelligitur, & ſi nihil eſſet ſolutum.

VLPIANVS LIBRO 21.
*ad Edictum.*

LEX XXXIII.

PAlàm, eſt coram pluribus.

B
PALAM.) † Palàm quid fieri variis mo- 1
dis accipitur: palàm nuncupatus hæ-
res dicitur, ſi teſtes exaudiuerint. pa-
làm quæſtum facit mulier, quæ paſ-
ſim, & ſine delectu ſtuprari ſe ſinit [g]. palàm ſpu- g l.palàm. de ritu nupt.
rio reliquiſſe videtur, qui apertis verbis vſus, nec
hæredis fidem tacitè ſecutus eſt [h]. palàm quoque h l.non intelligitur. de iur.fiſ.
rem eſſe dicimus, de qua conſtat. Hîc tractatus
ſolet quadrupliciter accipi: aut enim res euidẽs
C eſt, quod vulgò notorium dicimus: aut ſimpli-
citer manifeſta, aut liquida, aut tantummodò
clara. † Notorium eſt, quod omnibus conſtare 2
poteſt, & colore nullo offuſcatur, nec probatione
indiget: vt palatium in vrbe eſſe. Idẽ de re quam
per inſpectionem iudex deprændit: vt cùm quis
accuſatur occidiſſe Seium, & Seius viuus exhi-
betur. & talis allegatio quandocunque fieri po-
teſt: vnde etiam ſi in cauſa concluſum ſit, debent
iudices accedere in rem præſentem [i]: huiuſmodi i l. ſi irrup. fin. regund.
D enim probatio præualet omnibus, imò hac ex
cauſa res iudicata nullius momenti erit [k]: res e- k c. fraternitatis. de frig.
nim iudicata, quamuis hac in ſpecie cõtineatur,
& quod ex ea conſtat ſit euidentiſsimum, id ta-
men nõ verè, ſed præſumptione legis eſt † quam 3
præſumptionem notorię huic veritati cedere æ-
quiſsimum eſt. † Manifeſtum eſt, quòd allegari 4
probarique oportet: vt Titium coram populo oc
ciſum, Seium publicè fœnus reprobũ exercere,
atq; id genus multa, quæ Pontificij iuris Interpre
E tes notoria quoq; dici contendunt: qua in re ego
non multũ operę poſuerim, qui ſciam verborum
hanc differentiam plerunq; confundi: de re ipſa
igitur, nõ de verbis diſputandum eſt. Ego hac in
ſpecie id contineri arbitror, quod probabili ali-
qua excuſatione obtegi poteſt, quod regulariter
in his rebus procedit, quę facti permanentis non
ſunt, & ideo ſententia aduerſus huiuſmodi per-
ſpicuitatem lata ipſo iure valeret, prouocandiq;
remedium ſolùm ſupereſſet [l]. † Liquidum dici- 5
F tur id, quod iudici ex actis liquet: id enim pro- l l. ciues. C. de appel.
priè manifeſtum dici non poteſt [m], tametſi iuris m Card. c. veſtra. 7. & 31. q.
interpretatione non multum ab eo differat. Hac
in ſpecie videntur contineri, quę per inſtrumen-
tum vel confeſsionem in actis conſtãt: ſi enim huic
inſtrumẽto vel confeſsioni nihil probabile obii-
ciatur, ſi item confeſsionis error non adducatur,
cenſebitur res liquida [n]. Sed & acta ipſa rem fa- n c.fin. de coh. cleric.
ciunt iudici liquidam: ſic & atteſtationes: † hæc 9
aũt non ſimpliciter rem faciunt liquidã, ſed ipſi
iudici tantũ, indeq; aliqui effectus iuris oriuntur [o]. o c. ſignificauerunt. de teſtib.
Quapro-

Quapropter ſi filius vel vxor contra patrem vel maritum agant, hique negent filium vxorémve eſſe, ſufficient huiuſmodi teſtimonia, etiam ante publicationem, vt iudex decernat, eis interim alimenta deberi, itemq; expenſas litis [a]. Id em̃ eſt liquidum, quod ſine moroſa difficultate iudici probatur. & ideo ſi conſtitutum ſit, cauſas inter agnatos compromitti, non intelligetur de his, quæ hoc modo liquet [b].

a c. ex parte. de accuſ.

b l. poſtrem. de tranſact.

7 † Clarum generaliter accipi poteſt, vt ſupraſcriptos caſus cóprændat: ſed inter ipſas partes id clarum fuiſſe iudex arbitrabitur, quod inter eas geſtum ex inſtrumento viderit: quod interim non modicæ vtilitatis eſt [c]. Sed & quoties ſola admonitio ſufficit, ne quis dolo denuntiare videatur, ex inſtrumenti extra iudicium oſtenſione, res palã facta exiſtimatur [d]. Sed cùm omnino in iudiciis expectanda ſit ſentẽtia, quæ rem iudicatã inducat, quorſum attinet tam ſcrupuloſè perquirere, an res manifeſta, clara, liquidáue ſit? 8 † Verùm his ego reſpõdeo, in eo verſari vtilitatem, quod in euidenti & manifeſto lata ſententia præſumatur [e], retro quoq; rem fuiſſe euidentem & manifeſtam: quod in aliis caſibus non ita eſt. Sed hæc hactenus. Illud non prætereundum, 9 † differentiam eſſe quid palàm factum dicatur, an publicè: quandoquidem palàm dicitur, quod coram pluribus, puta duobus fit: at publicè quod coram populo. Inde ſi teſtis aſſeruit publicè ita affirmari in vrbe, perinde erit, ac ſi extare publicam famam dixiſſet, quod quidam reſponderunt, licet alij hac in re controuertant [f].

c Bart. l. j. in j. q. de oper. nou. nunt.

d Bart. d. l. j. q. xj.

e Fed. conſ. viij.

f Salic. l. ea quidem. C. de accu. pen. char.

PAVLVS LIBRO 24. *ad Edictum.*

LEX XXXIIII.

A Ctionis verbo etiã perſecutio [a] continetur.

IDEM LIBRO 14.

LEX XXXV.

REſtituere autem is, intelligitur, qui ſimul & rem, & cauſam actori reddit, quã is habiturus A eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti [b] tempore res ei reddita fuiſſet, itẽ & vſucapionis cauſam, vel fructus.

VLPIAN. LIB. 23.

LEX XXXXVI.

B Litis nomẽ actionẽ ſignificat, ſiue in rẽ, ſiue in pſonã ſit.

LEX XXXIIII.

1 *Perſecutio quid.*
2 *Actiones & perſecutiones quomodo differant.*
3 *Perſecutio quandoq; vim actionis, quandoq; exceptionis habet.*
4 *Perſecutio actionis verbo largè ſumpto continetur.* E

1 ACTIONIS VERBO.) a ¶ † Perſecutio eſt imploratio officij iudicis, quod nobile vulgò appellant, eſtque extraordinarium remedium: 2 ſicut † enim actiones aduerſus eos qui ex facto ſuo, vel alia iuſta obligatione tenentur, competunt, ita perſecutiones aduerſus eos dantur, qui ſola æquitate, & quod dicitur, de bono & æquo, ſunt obnoxij: quare harum actionum inſtar habent perſecutiones [g]: & vbi de ſtricto iure nulla actio datur, ex 3 æquitate officium iudicis imploramus. † Quandoque autem huiuſmodi imploratio vim actionis habet, quandoque exceptionis [h]. non tamen 4 dubium eſt, † quin ex larga ſignificatione perſecutio actionis comprændatur: ideoque ſi eadem ratio ſubſit. quod in actione diſpoſitũ eſt, in hac perſecutione etiam in ſtricta materia obſeruabitur [i]. q, ſi non eadem ratio ſubſit, aliud erit: verbi gratia: Non poſſunt cœnobitæ minores actionibus in iudicio experiri, æquum eſt vt ſaltem officio iudicis eis ſuccurratur [k]: quod etiam in filiofamiliás aduerſus patrem concedendum eſt [l].

g l. actionis. de action.

h l. planè. de pe tit. hæred.

i Alexan. l. j. de iuriſd. om. iud.

k l. Quintus. de an. leg.

l gloſ. l. j. C. qui adm.

LEX XXXV.

1 *Reſtituere condemnatus ad quid obligetur. & nu. 3.*
2 *Iudicium acceptum quando dicatur.*

RESTITVERE.) Qui 1 † rẽ vt reſtituat, cõdemnatus eſt, is & fruct⁹ reſtituere debet, à tempore litis conteſtatæ perceptos [m], & actorem in eam cauſam ponenere, quam habiturus eſſet, ſi ſtatim ante litis conteſtationem reſtituiſſet [n]: vnde ſi ideo actor non vſucapit, quia eo tempore res ſibi reſtituta non ſit, reus quanti ea res erit tenebitur [o].

m l. præterea. de rei vend.

n l. cum fund. ſi cert. pet.

o l. Iul. §. fin. ad exhib.

b ¶ IVDICII ACCEPTI.) id eſt, 2 † litis conteſtatæ [p]: tunc enim iudex iuris dicẽdi poteſtatem C accipit, cùm antè diffinitiuè condemnari nemo poſsit. ſolebant autem tunc partes quibuſdam verbis ſolennibus vti, quibus de eo negotio iudicandi poteſtatem faciebant, vt ex M. Varrone libro v. de Lingua Latina colligi poteſt. 3 † Sanè qđ hîc dicitur, procedit in caſibus, in quibus à tempore litis conteſtatæ fructus reſtituendi ſunt, qđ in obligationibus dandi regulare eſt: in eo autẽ qui tradere tenetur, aliud eſt, quippe is à tempore moræ fructus perceptos reſtituere debet [q]. Sed D quid in vſurario? & lucrum ſeu fructus quos ſola induſtria ſua acquirit, nunquã reſtituere debet, quales ſunt, ſi qui ex ipſa pecunia licitè proueniunt: cæteros reſtituere tenetur, damnumque omne illi reſarcire, cui fœnora extorſit: atque ita etiam Theologi ſentiunt [r].

p l. is q ſe obt. de rei vend.

q l. videamus. de vſur.

r Anch. regul. peccatum. in 6.

LEX XXXVI.

1 *Lis poſt conteſtationem, cauſa etiam ante dicitur.*
2 *Lis propriè eſt etiam ante receptum iudicium.*
3 *Lis dicitur etiam extra iudicium.*
4 *Quæſtio idem quod lis.*

1 LITIS.) † Litem poſt conteſtationem ſolùm dici, cauſam verò etiam ante, Dd. ferè crediderunt [s]: quod ipſe non negauerim, quoties ſubiecta argumenti ratio hoc fert, vt pro inſtantia cauſæ lis accipia- 2 tur [t]: alioquin † propriè etiã ante iudicium acceptum litẽ eſſe Iuriſc. hîc oſtendit, qui actionem F ſiue in rem, ſiue in perſonã ſit, ſignificari ait: nam & cùm litem conteſtatam eſſe dicimus, verba indicant, quando adhuc conteſtata nõ erat, nihilominus litem fuiſſe. Eandem ſententiã etiam Cor. Fronto probat, dum Lis, inquit, naſcitur, pertinacia efficit controuerſiam. Idemq; de cõtrouerſia 3 Fortunatianus ſcribit, † videturq; etiam extra iudicium litem dici [u], quod & Nonius Marcellus ferè ſentit, nec alij diſſentiunt. Hinc illa inſcriptio: Hei etiã vxor mortua litigas? 4 Et † qđ in lite eſt, ipſe etiã in quæſtionis verbo eſſe dixerim [x]: quamuis

s l. cauſas. C. de tranſact.

t d. l. poſtquã. C. de pact.

u Abbas c. ex parte. extrà, eo.

x l. ſi tibi. C. de lib. cau.



quamuis Bartol. cùm quæſtionis verbum in lege reperitur, poſt litem conteſtatam ſolummodo accipi ſenſerit [a], quod nõ probo: nam & dubium non eſt, etiam ante litem conteſtatam cauſam dici [b], vt eiuſdẽ ferè ſignificationis has eſſe dictiones credere pronius ſit.

a l. amplius. rẽ rat. hab.

b c. de cauſis. de offic. deleg.

LEX XXXVII.

1 *Actionũ ſolennia verba olim erant.*
2 *Iudex ab eo quod verè debetur, recedere poteſt, & ex cauſa condemnationem vel augere vel minuere.*
3 *Licitum eſt iudici, ex cauſa legis diſpoſitionem interpretatione mutare.*
4 *Dilationum termini ſunt in arbitrio iudicis.*
5 *A voluntate teſtatoris recedi poteſt iuſta ex cauſa.*
6 *Iudicis iuſſus quandoq; plus poteſt, quàm teſtatoris.*
7 *Cautela iudici obſeruanda.*
8 *Accurſius hanc legem non intellexit.*

VLPIAN. LIB. XXIII.

LEX XXXVII.

VErbum OPORTERE, non ad A facultatẽ iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris vel minoris cõ demnare, ſed ad veritatem refertur.

VLPIAN. LIB. XXV. B

LEX XXXVIII.

OStentum [a] Labeo diffinit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum factumque. Duo genera autẽ ſunt oſtentorum: vnum, quoties quid contra naturam naſcitur, tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt: alterum, cũ quid prodigioſum videt̃, q̊d Græci φάσμα vocant.

1 VERBVM OPORTERE.) † Solennia verba actionũ iure veteri erant, aio te mihi dare oportere: quorum verborum Valerius Probus in opuſculo de Notis antiquis meminit. Pone ergo me in libello dixiſſe te mihi decẽ dare oportere, quomodo hæc verba accipiemus? Et Iuriſconſultus ait, tametſi verè mihi ea debeãtur, licere tamen iudici vel pluris vel minoris con- D 2 demnare. † Hincque apparet eouſque arbitrium iudicis protendi, vt ab eo quod verè debetur, recedere poſsit, & ex cauſa condemnationem vel augere, vel minuere. Auget in arbitrariis [c], vel in his, quæ ex inficiatione duplantur [d]: quod & expenſarum, vel eius quod intereſt ratione fieri poteſt [e]. Minuit ſi totius ſummæ actor capax nõ eſt, vel ſi pars aliqua poſt iudicium cœpit nõn deberi [f]: minuit & in executione, cùm reus non niſi quatenus facere poteſt, cõuenitur [g]. & hæc exem E 3 pli cauſa ſatis ſint, alioquin generaliter † licitum eſt iudici, ex cauſa legis diſpoſitionem interpretatione mutare [h]. quapropter quamuis lex ſimpliciter velit interrogationibus reſponderi, poterit etiam diſiunctum reſpondentem admittere [i]: & quamuis certa pœna noxiis ſtatuta ſit, illi tamen eã minuere, vel etiam augere permittetur [k]: 4 † Quod & in dilationibus à lege conceſsis obſeruamus: ei enim qui pro tribunali cognoſcit eas, prorogãdi coarctandíue ius nõ denegatur [l]: qua F 5 ratione & † à voluntate teſtatoris recedere ex iuſta cauſa conceſſum eſt. Quid enim ſi fauore pupilli hæredis prohibuit teſtator diuiſionem fieri, appareatq; id in euidens ius damnum reflecti [m]? 6 † Poteſtq; quandoq; plus iudicis ipſius, quàm teſtatoris iuſſus [n]: nam & tutori, quò minùs repertorium facere teneatur, teſtator remittere nõ poteſt, iudex poteſt: vt ſi videat pupilli intereſſe ne patrimonij ſui ſecreta aperiantur [o]: † Planè quo- 7 ties huiuſmodi facultate iudex vtitur, exiſtimationi eius conſultius erit, ſi non niſi expreſſa cauſa id agat, curetque vt in actis eius veritas appareat [p]. 8 † Accurſius in huius legis interpretatione neque cœlum, quod dicitur, neq; terram attigit.

c l. j. de in lit. iur.

d Inſtit. de pœ. tem. lit. §. at aduerſus.

e l. terminato. C. de fru. & lit. exp.

f l. ſi ſeruus. de cond. furt.

g l ſunt qui. de re iud.

h Fel. c. j. pen. char. de conſtit. verſ. vij.

i l. iuſiur. & ad §. non ſolùm de iureiur.

k l. quid ergo. §. pœna de infa.

l l. ij. de re iud.

m l. iij. §. ſi pater. de adm. tut.

n Aretin. conſ. xxij. in ij. col.

o l. in confirmãdo. l. vtilitatem. de confir. tut.

L. 38. Oſtentũ.

p Bar. l. Lucius. de infam.

LEX XXXVIII.

1 *Oſtentum, portẽtum, monſtrum, prodigium, quid.*
2 *φάσμα, ſpectrum, miraculum, idem.*
3 *Quid dicãt Græci ἐμπούσαν.*
4 *Dæmonium meridianum in Pſalmis.*
5 *C. Caſſius apud Plutarchum nullos dæmonas eſſe diſputat.*

1 OSTENTVM [a]) ¶ Oſtentũ † Cor. Fronto ait, qđ præter conſuetudinẽ offertur, vtpura ſi videatur terra ardere, vel cœlum. Portentum, quod porrò & diutius tendit, futurumque poſtmodum aliquid ſignificat. Monſtrum, quod contra naturam eſt, vt Mi- C notaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur: id enim eſt prodigere. Sed Feſtus, quod futurum prædicat, per literarum immutationem, prodigium dici arbitratur: alij quod porrò ſit adigendum, quod Nonius Marcellus ſentit, qui & alias differentias refert. Sed antiquos indifferenter his verbis vſos veriſimilius eſt.

2 b ¶ QVOD GRAECI VOCANT † φάσμα.) Ab apparendo nomen ſumpſit: Ciceroni D ſpectrum dicitur, nos etiam miraculum appellamus, vt ſi appareat vir humana forma auguſtior, qui deinde euaneſcat. In hanc ſignificationem mentio eſt etiam Herodoto. 3 † Habent & Græci ἐμπούσαν, quam Interpres Ariſtophanis ait variis formis ſub meridiem apparere, & calamitoſis ab Hecate immitti ſolitam. 4 † Hoc & dæmonium meridianum in Pſalmis appellatur: ſunt enim huiuſmodi cacodæmonum ferè, aëreorumque ſpirituum opera, quorum virtute e- E tiam Magi plurimùm poſſunt: vt minimè conſequens ſit aliquem ſanctitate vitæ præcelluiſſe, quòd miracula fecerit [q].

q j. q. j. teneamus.

Aduerſus ea præſentiſsimum alexipharmacon eſt, inuocatio nominis IESV, qua de re diligenter diſſeruit Capnion libro de Philoſophia 5 Pythagorica vltimo. † Caius Caſſus apud Plutarchum in vita Marci Bruti, ex Epicuri ſententia, nullos eſſe dæmonas diſputat, nec huiuſmodi ſpectra verè apparere, ſed nobis ita quan- F doque videri. idque ex imaginibus, quas falſò mens concipit. Cui opinioni & Lucianus accedit, edito hac de re dialogo, qui φιλοψευδὴς, ἢ ἀπιστῶν inſcribitur. Sed Chriſtianis auribus hæc ſententia impia eſt, & id mali genus Galenus de affectorum locorum notitia, libro tertio, φαντασίαν vocat, quam diffinit eſſe intellectus corruptionem: quo morbo Athenis laborauit Thraſylaus, qui cùm ad ſanitatem redactus eſſet, Pol me occidiſtis amici, non ſanaſtis, ait, vt eſt apud Horatium.

LEX

## LEX XXXIX.

1 *Subſignare quid ſignificet. & num.3.*
2 *Sigilli impreßio auctoritatem ſcripturæ confirmat.*
4 *Bonorum computatio priuſquam fiat, deducendum eſt æs alienum.*
5 *Proteſtatio etiã parte abſente fieri poteſt.*
6 *Atteſtari cur magis dicatur, qui abſenti, quàm qui præſenti denuntiat.*
7 *Teſtes pro rogatis acceperunt veteres.*
8 *Deteſtari pro atteſtari.*
9 *Poſſeſſor incertus quis dicatur.*
10 *In contractibus poteſt deduci generaliter omne ius, quod in tali loco habeo.*

### PAVLVS LIBRO LIII.

### LEX XXXIX.

A

SVbſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt: nã veteres ſubſignationis verbo proſcriptione vti ſolebant. ¶Bona intelliguntur cuiuſq;, quę deducto ęre alieno ſuperſunt. ¶Atteſtari, eſt abſenti denuntiare. ¶Incertus poſſeſſor eſt, quẽ ignoramus.

B

1 SVBSIGNATVM.) † Subſignare eſt ſignum ſuum, quod & ſigillum dicitur, ſubiicere. Ea † ſigilli impreſsio au-
2 ctoritatem ſcripturæ confirmat: receptũmque eſt, literis iudicis ſolito eius ſigillo munitis, plenam fidem adhiberi [a], ſi de his atteſtatur, quę ad eius officium pertinent, & ab arbitrio ſuo pendent. quòd ſi etiam teſtium ſubſcriptio acceſſerit, tunc generaliter iuſtam probationem facere [b]. † Subſignare quoq;, ſimpliciter eſt ſub-
3 ſcribere: nam & ſcriptura ſignum eſt, vnde ſcribentis perſona indicatur. Quoniam verò qui chirographo alicui ſubſcribit, vel ſubſignat, ſe obligat, non ſecus ac ſi totum chirographum ſcripſiſſet [c], receptum eſt, vt id verbum etiam pro eo capiatur, quod eſt obligare [d]. Subſignabant & olim reſpõſa ſua Iuriſconſulti, quod & hodie ferè obſeruatur: reddere enim teſtimonium videntur quid iuris in propoſita quæſtione ſit [e]. C D

a c. poſt ceſs. de probat.
b c. ij. de fid. inſtrum.
c Bartol. l. emptor. §. Lucius. de pact.
d l. ſemper. §. conduct. de iu. immun.
e l. ij. §. & vt obiter. de orig. iuris.

¶§. BONA.) Finge Titium mihi tertiam partem bonorum ſuorum donaſſe, deinde deceſsiſſe, & in eius hæreditate quadringenta eſſe: deducetur primò æs alienum, quod fortè centum eſt, & ex trecentis, quæ ſuperſunt, tertia pars mihi præſtanda erit [f]: † antè enim quàm bonorũ com-
4 putatio fiat, æs alienum deducendum eſt. Qua ratione ſi vxori quis vſumfructum bonorum legauerit, poterit hæres eatenus de rebus hæreditariis vendere [g], quatenus creditoribus ſatisfaciat, & in his quæ ſupererunt mulier vſumfructum habebit. quod etiam in legatariis, vt illis ſatisfiat [h], ꝓcedere verius eſt, niſi annua ſint legata: huiuſmodi enim de reditibus ſatisfaciendum eſt [i]: & hæc cùm inuentarium hęres fecit, alioquin ſolus citra diminutionẽ vllam vſusfructus, in ſolidum tenebitur [k]. E

f l. ſi. l. generali. in fi. de vſufr. leg.
g l. vſufructus. ad leg. Falc.
h l. fin. §. ſin autem æs. Cod. de bon. quæ lib.
i Plcus. §. Titia. q. lx.
k l. ſi. C. de iur. delib.

5 ¶§. ATTESTARI.) Dubium non eſt, † proteſtationem etiam abſente parte fieri poſſe [l]: vt cùm quis denuntiat pręſcriptionis interrumpendæ cauſa: vel cùm pater receptis à filio, qui mutuum ipſius nomine contraxerat, literis, ſe non conſentire proteſtatur [m]. Sed dubitabit aliquis,
6 † cur magis atteſtari dicatur, qui abſenti, quàm qui præſenti denuntiat: an quòd videntur antiqui hoc verbo vti, cùm quis denuntiat, & ea de re teſtes rogat, eiſque imam aurem (quòd ibi memoriæ locus eſt, vt Plinius ait, vellit? Sic Horat. F

*Licet atteſtari? ego verò Oppono auriculam, rapit in ius.*

l l. pen. de ann. præſcript.
m l. ſi filius. ij. ad Maced.

Sic Plautus in Curcul. & in Perſa accepit. Qua ratione deinde receptũ eſt, vt cùm abſenti denuntiamus, propriè dicamur atteſtari: quia denuntiatio per ſcripturam fit, in qua neceſſariò teſtes nõ niſi rogati interſunt [n]: quod in præſente, quem viua voce admonemus, neceſſariũ non eſt: nam tunc vel fortuitò repertos, minimeque rogatos teſtes ſufficere noſtri Iuriſconſulti exiſtimarunt: † veteres e- 7
nim teſtes videntur pro rogatis accipere. Vergilius, —*diuos quanquam nil teſtibus illis Profeci.*— id eſt, inuocatis & rogatis. In aliis codicibus, † deteſta- 8
ri ſcriptum eſt, atq; ita etiam Bart. alicubi legit: videtur enim vtrunque verbum eiuſdem ſignificationis eſſe, de qua re infrà diffuſiùs diſſeram.

n auth. rogati. C. de teſtib.

¶§. INCERTVS.) † Poſſeſſor ille nobis incer- 9
tus eſſe dicitur, cùm ignoramus eum poſsidere: & cùm poſsidere facti ſit, huiuſmodi ignorantia eſt probabilis. Reſpectu autem ſui ipſius nemo omnino incertus eſt poſſeſſor, cùm incertam (ratione loci, ſimulque quotæ portionis) rem nemo poſſeſsionis cauſa acquirere poſsit [o], quòd ſi huiuſmodi incertitudo declaretur, aliud eſt: vt cùm lex poſſeſsionem transfert: ea enim de his, quæ per rerum naturam eſſe poſſunt, nunquam dubia eſt [p]. Idem cùm ambiguitas ſublata eſt, quod fit per relationem ad aliquod inſtrumẽtum, vel per euentum [q]: vt ſi conſtituas te meo nomine etiam bona futura poſsidere, eis enim acquiſitis incipis poſsidere: tunc quippe, quale, quantumque ſit, quod poſsides, certum eſt. Sed & quod mihi per ſeruũ vel filium ex peculio quæritur, quamuis incertus ſim, poſsidetur tamẽ [r]: & hoc in poſ-
ſeſsione: † nam in contractibus dubium non eſt, 10
poſſe generaliter deduci omne ius, quod tali in loco habeo [s], ſicut & incertam partem in iudiciis vniuerſalibus vendicare non prohibeor [t].

o l. iij. §. j. de acquir. poſſ.
p l. cũ quidam. §. quod dicitur. de acq. poſſ.
q l. ſi quis extra. in fi. de acq. hæred.
r d. l. j. §. de acquir. poſſ.
s l. quod ſi. de hæred. vend.
t l. quæ de tota. §. j. de rei vend.

## LEX XL.

1 *Proteſtationis vulgata definitio reprobatur.*
2 *Proteſtatio interdum in alterius quàm proteſtantis cautionem inducitur.*
3 *Bartoli expoſitio ad hanc legem.*
4 *Denunciatio ſpecialius nomen proteſtatione.*
5 *De ſubſtantia proteſtationis non ſunt vel teſtes, vel ſcriptura.*
6 *Proteſtationis definitio per Alciatum.*
7 *Proteſtationis duplex ſpecies. & num.13.*
8 *Verbum, Teſtatio, declaratur.*
9 *Deteſtatio.*
10 *Præpoſitionis De, natura eſt augere.*
11 *Conteſtatio quid, & vnde ſit dicta litis conteſtatio.*
12 *Atteſtatio.*
13 *Nunciatio. & num.58.*
14 *Notoria.*
15 *Curioſi qui dicantur.*
16 *Denuntiatio, quæ ad alium mittitur.*
17 *Obnuntiatio prohibitoria erat.*
18 *Renuntiatio.*
19 *De proteſtationis effectu.*
20 *Proteſtatio ſi in his facta ſit, quæ à iure dependent, nullum effectum habet.*

21 Qui



21 *Qui dicit ſe litem conteſtari animo non conteſtandi, litem conteſtatus intelligitur.*
22 *Si dicas, ſaluo honore, tu mentiris, proteſtatio iniuriam non tollit.*
23 *Si in his proteſtemur, in quibus nulla nobis de iure eſt poteſtas, ſed de facto tantum, proteſtatio nihil operatur.*
24 *Idem eſt, cùm quid ex diſpoſitione legis, itemq; facto alterius pendet.*
25 *Clauſula cauſidicorum, Saluo iure addendi, &c. nihil operatur.*
26 *Clauſula, quòd inſtrumenta producantur ſaltẽ in articulis pro ſe facientibus, nullius eſt effectus.*
27 *Proteſtatio cùm omnino ex voluntate noſtra dependet, valida eſt. & num. 29.*
28 *Qui certus eſt, non debet amplius certior reddi.*
30 *Proteſtationis, quæ ex mera voluntate proteſtantis pendet, multa exempla.*
31 *Talis proteſtatio an per factum contrarium tollatur.*
32 *Quæ in præfationibus dicuntur, in ipſo contractu cenſentur repetita.*
33 *Cuiuſq; voluntas non præſumitur mutata.*
34 *Codicilli ſecundum expreſſam in teſtamento mentem declarari ſolent.*
35 *Caſus ſpeciales, in quibus à proteſtatione receſſum videtur. & 36. & 37.*
38 *Licet factum proteſtationem ſubſequens illi ſit contrarium, tamen proteſtatio præualet in quibuſdam caſibus.*
39 *Proteſtatio & actus illi contrarius ſi eodem momento fiant, proteſtatio valet. & actus perimitur.*
40 *Parum refert, ſiue proteſtatio ipſi facto contraria ſit, ſiue conſequentibus intrinſecus facti ſubſtantiam.*
41 *Quoties lex proteſtationi repugnat, ſemper contrario actu tollitur.*
42 *Si actus non ſit contrarius proteſtationi, ſed diuerſus, talis actus ex proteſtatione declaratur.*
43 *Quod intelligitur verum, quando huiuſmodi declaratio ex proteſtantis animo pendet.*
44 *Sed & ſi talis declaratio rem turpem induceret, ei non eſt ſtandum.*
45 *Proteſtatio in his quæ tam à noſtro quàm alterius facto pendent, an valeat. & num.48.*
46 *Horreum pro quocunq; loco ad reponendum merces accipitur.*
47 *Propoſitum an pro mente accipere liceat.*
49 *Aliquando lex ex taciturnitate conſenſum interpretatur in eo, contra quem fit proteſtatio. & nu. 52.*
50 *Pauli Caſtrenſis ſententia reprobata.*
51 *An etiam in iudicialibus taciturnitas pro conſenſu ſit.*
53 *Si is qui lædi proteſtatione poſſet, incertus ſit, quomodo admoneri poterit.*
54 *Vt quis ſe ab obligatione legali abſq; facto ſuo orta exoneret, non requiritur alia partis ſcientia.*
55 *Quid faciundum, ſi admonendus de proteſtatione ſit abſens.*
56 *In caſibus quibus in ius vocari de domo quis poteſt, proteſtatio ad domum tranſmiſſa ſufficit.*
57 *Scriptura an proteſtationi ſit neceſſaria, & quando.*
58 *Secunda ſpecies proteſtationis, quæ à nunciando nomen habet.*
59 *Explicatur denunciatio, quæ regulas iuris imitatur.*
60 *Quomodo ab emptore lis ſibi mota denuncianda ſit venditori.*
61 *Denunciatio loco & tempore congruis facienda.*
62 *Quilibet locus, & quodlibet tempus ad denunciandum idoneum videtur.*
63 *Denunciatio ne facias id, quod iure facere non potes.*
64 *Exponitur denunciatio, quæ regulis iuris aduerſatur.*
65 *Quod in incitatoria hac ſpecie locum habet, idem producitur ad prohibitoriam, vt regulariter non valeat.*
66 *Excipiuntur tamen caſus aliqui, vbi prohibitoria valet.*
67 *Cùm alicui prohibemus ne faciat, quod facere tenetur, noſtra denunciatione nihil efficimus.*
68 *Idem obtinet, ſi nulla prohibitionis iuſta adfertur ratio, tametſi allegetur tantum.*
69 *Sola veriſimilis cauſæ allegatio quandoque alicuius effectus eſt.*
70 *Quoties res principaliter ad denunciantem pertinet, ſimplici denunciationi obſequendum eſt.*
71 *Idem cùm à denunciantis voluntate res omnis effectum ſumit.*
72 *Cùm prohibetur, quod ſola denunciantis voluntate illicitum eſt, valet proteſtatio.*
73 *Denunciatio an per procuratorem fieri poßit.*
74 *Denunciare an per negociorum geſtorem poßimus.*
75 *Appellationis intimatio à negociorum geſtore fieri poteſt.*
76 *Denunciationem procuratori fieri an ſufficiat.*
77 *Serui appellatio ancillam continet, ſed non econtrà.*
78 *Si lex prohibeat capras in villa haberi, nec hircos habere licebit.*
79 *Caper infeſtum animal aruis & vitibus.*
80 *Familia ab Oſco verbo famul, deducitur.*
81 *Argumentum ab etymo non ſemper concludens eſt.*
82 *Familia an de vnico ſeruo dici poßit.*
83 *Familiam tres conſtituunt, ſicut & collegium.*
Ibid. *Cœtus & turba decem homines requirit.*
84 *Congregatio ex quot hominibus conſtet.*
85 *Populi appellatio maiorem numerum, quàm cœtus, requirit.*
86 *Quot animalia gregem conſtituant.*
87 *Ius vniuerſitatis etiam in vnica perſona conſeruari.*

L.40. Deteſtatio.

### VLPIANVS lib.6.

### LEX XL.

A

DEteſtatio [a] eſt denunciatio facta cum teſtatione.

B C D

DETESTATIO a.) † Proteſtationem quidam diffiniuerunt, clamoſam eſſe teſtationem, quæ ob teſtantis ipſius cautionem inuenta ſit. Sed hanc finitionem pleriq; rectè reprobauerunt, cùm etiam citra clamorem, & in occulto quoq;, proteſtatio fieri poſsit, vel coram teſtibus, vel ſcriptura, quæ non niſi impropriè clamare exiſtimatur. † Adde 2
q, & quandoq; proteſtatio in alterius quàm in proteſtantis cautionẽ inducitur, vt cùm pro alio proteſtamur, quod quibuſdam caſibus permiſsũ eſt [a]: vel cũ vtilitatis publicæ cauſa denunciam⁹.
† Quare Bart. [b] hoc in reſponſo veriorem diffini- 3
tionẽ referri exiſtimauit, declarauitq; denunciationẽ dici, vt ab vltimis voluntatib. itẽq; contractibus differat: teſtationẽ requiri, vt oſtẽdatur & in ſcriptis & abſq; ſcriptura fieri poſſe [c]. Sed Vix
eſt vt hoc ego approbare poſsim, † cũ denuncia- 4
tio ſit ſpecialius nomen, & anguſtius ꝓteſtatione: eam enim ſolùm ſignificat, quæ alteri nunciatur: quod & etymologia ſatis indicat. Sed & teſtationẽ ad teſtes non referendam arbitror, † cũ 5
de ſubſtantia proteſtationis non ſint teſtes, neq; ſcriptura [d], ſed probationis cauſam ſolùm reſpiciant: nam & in libro rationum quandoq; fit proteſtatio [e], nec vlli teſtes neceſſarij ſunt. Meritò igitur nec Bartoli ſententiã ipſe ſequor, videtq;

a l. j. C. ſi per vim.
b in §. morte.
c l. ſi. de cuſtod. reor.
d Bart. l. nemo poteſt. de leg. j.
e l. Nelennius. de neg geſt.

E F

8 cõmodius ſic diffiniri:†Proteſtatio eſt animi no-
ſtri declaratio,iuris acquirendi, vel cõſeruandi,
7 vel damni depellendi cauſa facta.† Huius dupli-
cem eſſe ſpeciem verius eſt:alterã quæ ex animo
proteſtantis principalit̃ pendet:alteram quæ fa-
ctum eius,cui proteſtamur, reſpicit. Illa declara-
toria,conſeruatoria,certificatoriaq́; dicitur:hæc
incitatoria,prohibitoria,inhibitoriaúe: illa à te-
ſtatione nomina accepit, hæc à nuntiatione.
Et primæ illius variæ ſunt appellationes, quæ
8 tñ aliquã inuicem differentiam continẽt. †Et in
primis teſtatio nomen eſt generale,quoquo mo
do animi ſui ſentẽtiam quis declaret [a]. Specialit̃
verò eo nomine dicitur:quæ coram teſtibus fa-
cta eſt:vnde & teſtatò cõuenire,teſtatò admone-
re dicimus [b]. Addit Bar. idem eſſe cùm ſcripturã
9 adhibemus,quoniam in ea teſtes rogandi ſunt.†
Deteſtatio eſt quæ ad abſentem mittitur, vt hîc
10 & ſuprà apparet:idque † præpoſitio De, oſten-
dit, cuius natura eſt augere, efficacioremque
actũ demonſtrare:quod & in verbo deprecor A.
Gellius lib. VI. cap. XVI. declarat. Tunc enim nõ
ſolùm ſententiã ſuam quis ſimpliciter oſtendit,
11 ſed ſcriptura,etiã conuocatis teſtibus declarat.†
Cõteſtatio eſt propriè pluriũ,vt in iudiciis, cùm
actor quid mẽtis ſuæ ſit,petẽdo explicat, contrà
reus negando diffitetur,vnde & litis conteſtatio
dicta. Idem & in exceptionibus [c],pręſcriptioni-
búsue [d]. Sed & qñ quis de dolo vel metu coram
amicis proteſtatur, idq́; clàm, metu concuſſoris
12 cõteſtari dicitur [e]. † Atteſtatio videtur eſſe,quæ
præſenti fit,declarandi animi cauſa [f]:quod ſuprà
ex Plauto Horatioq́; docuimus:quãuis ex vulga
tis codicibus ibi atteſtari de abſente accipi vide-
atur:ſed verior eſt lectio deteſtari [g]. Proteſtatio
eſt quæ declarat, quo animo aliquid facturi ſi-
mus [h]: præpoſitio enim Pro,anticipationem tẽ-
poris arguit. Secũdæ ſpeciei, quæ à nũtiãdo no-
men ſumit,varia quoq́; ſunt nomina : & in pri-
mis † nuntiatio ipſa, quæ in edicto prætoris de
13 operis noui nuntiatione prohibitionem ſignifi-
cat,in lege Iulia de annona [i],qua mulierum nun
tiatio admittitur, accuſationem. Erant & nun-
tiationes, quas publicè conſtituti Irenarchæ prę
ſidibus faciebant,de delictis quæ vbiq́; fierent: †
14 hæc & notoria latinè dicuntur [k]:iubetque lex,vt
hi notoriis ſuis aſsiſtant, & quæ detulerunt ita
eſſe probent [l]. Quod & in curioſis recipiendum
eſt [m]. † Sunt curioſi qui in curia principum vel
15 magiſtratuum cõmiſſa delicta denuntiant. † Eſt
16 & denuntiatio,quæ ad alium mittitur, & maxi-
mè incitatoriã continet : vt cùm aliquem admo
neo,vt ab emptione deſiſtat,vt defendendę cau-
ſæ adſit,vt à matrimonio cauſa legis Iuliæ exer-
cendæ abſtineat. Fit & teſtibus, vt in iudicium
cauſa perhibendi teſtimonij veniant [n],cum alio
quin ſponte ſe offerentes ſuſpicione non care-
ant.† Quæ prohibitoria erat,obnuntiatio pro-
17 priè dicebatur. Vnde obnuntiare conſilio Cice-
roni in oratione quam in ſenatu poſt reditum ha
buit. Item obnuntiatio Augurum,cùm aliquid
fieri prohibebant, quoniam auſpicia non addi-
xiſſent. Cicero Philip. II. Nos enim (inquit) nũ-
tiationem ſolùm habemus,Conſules & reliqui
magiſtrat⁹ etiã inſpectionem. Rurſus : Ementit⁹
es auſpicia,obſtrinxiſti populũ Romanũ religio
ne,Augur Auguri,Conſul Conſuli obnũtiaſti. †
Eſt & renuntiatio,cùm quis ius ſuum repudiat:
vnde & renuntiare hoſpitium veteres dixere.

a Inſtit. de teſt. in prin.
b l fin. pro derelicto.
c l. ſi quidem. C de except.
d l. emptor. C. [illegible] ſcript. lon. temp.
e l. ii maior. C. de tranſact.
f l. fi. C. de neg. geſt.
g Bar. d. §. morte.
h l. j. §. j. de lib. agnoſ. d. l. neceſſario.
i l. fin. ad l. Iul. de anno.
k l. ab accuſatione. ad Tertull.
l l. ea quidem. C. de accuſ.
m l. j. C. de curioſis. lib. xij.
n l. lege Iul. de teſtib.

Sumitur & quandoque pro relatione, quam ar-
chitecti re inſpecta iudicibus faciunt [o]. Renun-
tiantur & ſuffragia, cùm refertur & proclamatur
quem ſuffragia deſignarint. Sic & Magiſtratus re
nuntiari quandoq́; legimus. Et hæc quidem,
quod ad proteſtationis nomen attinet,ſufficiãt:
† nunc de eius effectu aliquid attingendum. Et 19
hic triplex eſt diſtinctio. Aut enim proteſtatio in
his facta eſt, quæ à iure dependent: aut in his,
A quæ à poteſtate noſtra tantùm : aut in his, quæ à
nobis, itemque ab alterius facto vires ſumunt.
† In prima ſpecie pro regula traditum eſt, pro- 20
teſtationem in his quæ à legis diſpoſitione pen-
dent,nihil operari [p]:quapropter ſi mater alat fi-
lium,proteſteturq́; ſe animo alimenta ab ipſo re
petendi id facere,non tamen his caſibus repete-
re poterit, quibus vel ipſa ad id tenebatur, vel
maritus. Sic ſacra ædicula conſtituta,æditu-
que deſignato, fruſtra proteſtamur [q], nolle nos
B ius aliquod epiſcopo in ea eſſe:nec enim poteſt
quiſquam facere, ne in actionibus ſuis leges lo-
cum habeant. Et cùm lex iure publico aliquid
diſponit, cuiuſquam voluntate non inſpecta,
fruſtra ille proteſtatur. Quapropter ſi plures ar-
bitri in ſententia ſua expreſſerint, ne in maiore
ſumma minor inſit,cùm id à lege pendeat, præ-
dictio huiuſmodi nullius erit momẽti [r]: & † qui 21
dicit ſe litem conteſtari animo non cõteſtandi,
litem conteſtatus intelligitur [s]:huiuſmodi enim
C actus à iuris diſpoſitione dependent; & cum a-
lio aguntur,qui poſtquam eum conteſtari acce-
pit,de eius animo nullam vlterius curam gerere
debet. Sicut & cùm quis alteri,† ſaluo,inquit,ho 22
nore tuo mentiris : verbum enim ipſum iniuri-
am irrogat [t],quam honoris illa ſeruatio non ex-
tinguit. Quod & in ea ſpecie proditum eſt, cum
quis,tædet me, inquit, falſi damnatum te eſſe [u],
proteſtatio dolentis animi nullius effectus eſt.
Idem cùm quis aduerſus teſtes allegat,falſos e-
D os,ſceleſtos facinoroſosúe eſſe, proteſtaturq́; id
ſe non animo iniuriam illis faciendi, ſed cauſam
ſuam defendendi dicere, poterit nihilominus le
ge Corn. de iniuriis conueniri [x]. Sed & canonici
collegam ſibi adoptantes, ſi proteſtentur ne ei
ius ſit reditus aliquos præbendámue accipere,
nihil tali prædictione agunt [y]: quia lex ei qui ca-
nonicus ſit,dari ea omnia iubet. † Huc pertinet 23
etiam cum in his proteſtamur, in quibus nulla
nobis de iure eſt poteſtas, ſed de facto tantùm,
E vt in delictis,nihil enim tali teſtatione agimus:
vt cum quis vulnerat præfatus animum ſibi oc-
cidendi non eſſe, ſecuto homicidio, nihil ea
prædictione iuuabitur [z]: non enim in manu ſua
eſt certos ictus dirigere, & qui non niſi ex præ-
ſcripto lædant. † Sed & cùm quid ex diſpoſi- 24
tione legis, itemque facto alterius pendet,idem
eſt: vt cùm emphyteota inconſulto domino a-
lienat,ſaluo domini conſenſu:volente enim do-
mino ex Iuſtiniani conſtitutione à iure ſuo ca-
F dit [a],nec proteſtatione huiuſmodi adiuuatur: ſi
tamen ea diſpoſitio legis in priuatum fauorem
alicuius introducta ſit, eo conſentiente vale-
bit proteſtatio [b], idque in pacti conuenti vim.
Quapropter patronus qui ſacram ædem con-
ſtituit, ex epiſcopi autoritate id facere poteſt,
vt inſtituendi ſacerdotis ius non ad epiſcopum,
ſed ad alium præſulem pertineat [c]. Et hinc in-
fertur, † cum cauſidici actionem edunt ſaluo 25
addendi vel minuendi iure, fruſtra his verbis
vti,

o l. qui fundũ de contrah. empt.
p gl. l. alimenta. de neg. geſt.
q x. q. j. c. ſic quidam.
r gl. c. j. de arbit. vj.
s Ang. l. iuris gen. §. quod fere. de pac.
t Bart. l. ſi quis extraneus de acq hæred.
u Ang. l. veſtẽ. de iniur.
x Socin. conſil. cxviij. j.
y c. cum M. de conſt.
z c. fin. de homi. vj.
a l. fi. C. de iure emph.
b l. iij C. com. vt iud.
c l. cum dilectus. de conſ.



vti, cum addere vel diminuere propoſitæ inten-
tioni,non niſi ex lege præſcripto poſsimus [a]. q̊d
& reſponſum eſt, † cum inſtrumenta in actis ex-
26 hibent, in his tantùm quæ ſibi vtilia ſint:pote-
rit enim iudex religionem ſuam etiam aduerſus
producentem ex his inſtruere [b]: idque verius ar-
bitror, cùm fides inſtrumẽti ſeparari nequeat. In
ſecunda ſpecie, † cùm omnino à voluntate no-
27 ſtra proteſtatio pendet, regula eſt, valere prote-
ſtationem, animumque declarari [c], nec referre
præſenti fiat an abſenti,in ſcriptis an id minus,
cũ cauſa an ſine : ſufficit enim, vt ille inquit,pro
ratione voluntas [d]: quapropter traditum eſt la-
pſo triennio, poſſe dominum aduerſus emphy-
teotam, qui non ſoluit,proteſtari, declarareque
volũtatis ſuæ eſſe vt à meliorationibus is cadat,
quamuis abſens ſit. Sed & cùm quis in cauſa,
qua ſolenniter libellus offerendus erat,ſe inten-
tionem ſuam in formam qualiſqualis petitionis
offerre dixiſſet, reſpondit Anch. [e] proteſtationi
huic ſtandum, adeò vt potius perperam egiſſe vi
deri debeat: id enim à ſola actoris voluntate pen
debat. ſi tamen quiſquam ex huiuſmodi prote-
ſtatione grauaretur, is certior fieri deberet:nec
enim æquitas patitur, ignorantem aliquem ca-
ptari : quod in tertia ſpecie latius explicaturus
ſum. Is ergo qui admonitus erit, non poterit i-
gnorantiæ prætextu ſe excuſare [f]: & his caſibus
quibus ſcientia & patientia conſenſum inducit,
niſi aduerſatus fuerit,cõſenſiſſe cenſebitur [g].per
huiuſmodi quoq́; notitiam in mala fide conſti-
tueretur, vnde rem tanquam furtiuam vſucape-
re non poterit : & vice verſa, qui dominum ad-
monuerit,non poterit cenſeri clàm poſſediſſe [h].
In eo etiam ea iuris regula obſeruabitur, † Eum
28 qui certus eſt, amplius certiorem facere non o-
portet [i]. Sed & proteſtans ipſe,ſi eum,cuius in-
tereſt,admonuerit,vel eius familiam,inſimula-
ri non poterit clàm voluiſſe quicquam facere [k].
† Hincq́; apparet,hac in ſpecie comprændi qua-
29 lemcunq́; proteſtationem, ſiue animum noſtrũ
declaret, ſiue iuris noſtri alieniúe conſeruandi
cauſa facta ſit,dum à ſola volũtate noſtra id pen-
deat: † cuius rei plurimis caſibus accipi exem-
30 plum poteſt, vt cùm creditori ſolutionis cauſa
debitor fundum pignoratum dat,isq́; proteſtat̃,
velle priora iura ſibi ſalua eſſe [l]: vel cùm quis ſor
tem in præſentiarũ recipit ſaluo ſibi iure vſuras,
vel pœnam, huiuſmodiúe acceſsiones petendi
[m]: vel cum recepta ab aliquo ex plurib⁹ reis de-
bendi parte, proteſtatur creditor ius ſolidi ſibi
ſaluum eſſe debere [n]: vel cùm immunis aliquis
onera ſubit,proteſtatus abſq́; immunitatis ſuæ
præiudicio ſe id facere [o]:vel cùm emphyteota a-
lienat, ſaluo domini conſenſu,isq́; deinde con-
ſenſerit [p]. Sed & cùm teſtator fundum legat, ſal-
uo iure coloni,valet proteſtatio [q]:ſicut & ſenten
tia,qua iudex expenſarum vel fructuum taxatio
nem ſibi reſeruat,vel in poſſeſsionem ex decre-
to ſuo mittit,ſaluo iure legitimi poſſeſſoris [r]:vel
debitorẽ certa pecunia cõdẽnat, ſaluo ſi intra de
cẽ dies illud vel illud fecerit [s]:quod & in conceſ
ſionibus principum receptum eſt,cum ſaluo in-
quiunt iure alieno,& ſi qua ſimilia. Sed hîc am-
bigua ſuboritur quæſtio,an † per contrarium fa-
31 ctum ea proteſtatio tollatur:& Barto. ſi inconti-
nenti, ſubſequatur, non tolli exiſtimauit: ſi ex
interuallo, ſecus [t]. Verùm hac in re altius con-
32 ſiderandum eſt: † videmus enim quæ in præ-

a l. edita. C. de eden.
b Bald. l. j. C. vt quæ deſ. ad.
c l. at ſi quis. §. plerique. de relig.
d l. quia. ad Trebebell.
e Anch. conſil. xxxij.
f l ſi fideiuſſor. §. j. mand.
g l. j. §. j. de lib. agnoſ.
h l. ſi ancillam. pro ſuo.
i c. eum qui. de reg. iur. lib. vj.
k l. aut qui aliter. quod vi aut clàm.
l Bart l. ſi quis aliam. de ſol.
m Bart. l. fin. de eo quod cer.
n l. ſi creditori. C. de pact.
o l j. C. de his qui ſpon.
p l. j. C. de fund. patri.
q l. ſi quis legauerit. de leg. j.
r l. terminato. C. de fruct. l. ille. §. j. ad Trebell.
s Specul. tit. de ſent. §. ſpecies.
t l. per retentionem. C. de vſufruct.

L. 40. Deteſtatio.

fationibus dicuntur, in ipſo contractu cenſeri
repetita [u]: videmus item ea, quæ tractata ſunt,
ſi in contractu omittantur, per errorem omiſſa
cenſeri [x]: & errorem in principali, etiam in con
ſequentibus exiſtimari [y]. Videmus rurſus ex
præcedentibus dictis, intentionem cuiuſque
aliquid facientis declarari [z], etiam ſi extra illum
actum, & ex interuallo dixerit [a]. Ad hæc iuris
regula eſt, † Cuiuſque voluntatem mutatam 33
A non cenſeri : quæ procedit etiam, ſi diutinum
tempus lapſum ſit [b]: quapropter concluden-
dum, proteſtationem etiam ad contrarium a-
ctum, qui ex interuallo interuenerit, trahen-
dam, cùm & lex proteſtationem in teſtamen-
to factam, etiam in codicillis obſeruari man-
det [c]: ſolentque codicilli etiam longo tempo-
re poſt tabulas teſtamenti confici. Vnde & ge-
neralis eſt concluſio, † Solere codicillos quo- 34
cunque tempore factos, ſecundum expreſſam
B in teſtamento mentem declarari [d]. Obſeruabi-
tur autem id tum certius, cùm proteſtationis
verba generaliter concepta, & futurum reſpici-
unt [e]. Idem ſi ex natura rei talis proteſtantis
mens argueretur : vt cùm quis proteſtatur, nol-
le ſe alimenta donare : cùm enim eorum præ-
ſtatio tractum habeat, etiam proteſtatio in fu-
turum protendetur [f]. Idem ſi ſemper eadem
ratio & cauſa ſubeſt, vt in eo qui ſe religionis
metu initiari profeſſus eſt [g], vel qui metu ty-
C ranni ſoluit, vel matrimonium contrahit [h], & ſi
qua ſimilia. Idem ſi natura contractus id ſua-
deat, vt in mandato quod non ſolet protinus
per procuratorem expediri [i]. Vnde ſi Titio
mandaueris, vt hominem occîdat, etiam ſi poſt
aliquod tempus fecerit, mandati criminis re-
us eris. Tametſi dici poſsit id idcirco eſſe, quia
factum ſubſequens proteſtationi non ſolùm
non aduerſatur, ſed concordat, eiusque execu-
tionem reſpicit [k]. Qua ratione etiam traditum
D eſt, ſi in venditione excepta ſit ſeruitus, & dein-
de ex interuallo re tradita, ſtipulatio nulla ſer-
uitutis interceſſerit, iure agi ad ſeruitutem poſ-
ſe [l]: traditio enim executionem contractus re-
ſpicit : quamuis ſint qui ideo agi poſſe exiſti-
ment, quia venditori ex proteſtatione iam ius
quæſitum erat [m]. † A prædicta concluſione tres 35
caſus excipiuntur. Primus eſt in contractibus
qui cum alio geruntur, & iuſta eſt eius exiſtima-
tio, à proteſtatione receſſum credentis [n]: quod
E maximè obſeruandum, cùm proteſtatio pœna-
lis eſt, ſeu vſurarium pactum adiuuat. Vnde per
nouam conuentionem maiorum vſurarum, non
cenſetur obligatum pignus [o]: quæ enim ex con-
uentione partium ob commodum actoris con-
tractui inſunt, non cenſentur nouata ſtipulatio-
ne repetita [p], vt fideiuſſores, pignora, pœnæ, v-
ſuræ. † Alter eſt, quando ex ſubſequuto actu a- 36
liqua proteſtantis pœnitentia arguitur : verbi
gratia, cum quis proteſtatus eſt de actu, quem
F incontinenti facere debebat: nam ſi ex interual-
lo fecerit, ſicut in tempore pœnituit, ita & pro-
teſtatione ipſa diſceſsiſſe videri debet [q]. Idem ſi
aliter geſſerit, quam dixerit [r]: præſumitur enim
proteſtatum rebus ſic ſtantibus, capieturque fa-
cilius huiuſmodi mutationis coniectura in his
quæ ex interuallo, quàm quæ incontinenti fiant
[s]. † Tertius eſt caſus, cùm factum illud poſt pro- 37
teſtationem cum alio gerendum eſſet, tunc enim
factum contrarium, non autem proteſtatio ob-

u l. Titia. §. j. de verb. oblig.
x l. ita ſtipulat. eod. tit.
y l. & ſi me. §. j. de cond. inde.
z l. ſi ſer. plu. §. fin. de leg j
a Bald. l. precibus. col. ij. C. de impub.
b l ſancimus. C. de teſta.
c l. ſi quis in princi. de lega. iij.
d l talis. in fin. de leg. j.
e l. ſi ita ſtipul. ij. de fideiuſſ.
f d. l. Neſennius.
g Bar. l. pen. ff. de condict. ob turp. cau.
h gl. c. ad id. de ſponſ.
i Bart. l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniur.
k l. ſi vero. de euict.
l l. binarum. de ſer. vrb.
m Alex. conſil. xxvij. iij.
n gl. l. pacta nouiſſ. C. de pact.
o d. l. per retentionem.
p l. ſi creditor. de nouat.
q l. ſi tibi certũ. de alim. leg.
r l. diuus. §. licet de codi.
s l. nam ad ea. de cond.

a c. j. quod met. cauſ.
b l. pro hærede. §. Papinia. de acquir. hære.
c gl. d. l. pacta.
d c. ſolicitudinem. de appel. in fi.
e l. qui in aliena. §. fi. de acq. hær.
f c. tua. de ſponſalib.
g Alex. conſil. xvj. iiij.
h gl. c. licet. de iur. in vj.
i l. obl. ſubſtan. de act. & oblig.
k l. ſi debitor. §. j. quib. modis pig.
l l. per ſeruum. §. pen. de vſu & hab.
m l. j. §. j. ſi vſuſfru. peta.
n l. cum precario. ff de prec.
o l. ſi peculiũ. §. j. vbi Bart. de pec. leg.

ſeruatur, ne alioquin illo damno præter men-
tem ſuam afficeretur[a]. Vnde qui proteſtatur ſe
nolle eſſe hæredem, ſi pecuniam deinde à ſtatu-
libero cauſa conditionis implendæ accipiat, vi-
detur proteſtationi renuntiare, cùm ille liber
non eſſet, fruſtraque pecuniam dediſſet, niſi re-
nuntiatum cenſeretur[b], meritò ad factum atten-
38 dimus, proteſtationẽq; nihili facimus.† Sed ta-
men & hoc perpetuum non eſt, & plerunque
præualebit proteſtatio. Quid enim ſi ille cum
quo actus geritur, proteſtationi conſenſerit[c]? va
lebit vtique, dum in ea materia agatur, quæ vo-
luntati contrahentium ſubiiciatur, ſufficietque
vel tacitus conſenſus. Vnde qui ſalua prouocati-
one ad ſedem apoſtolicam, ad archiepiſcopum
acceſsit, ſi ab eo tanquam contraria allegans re-
iiciatur, proteſtationi renuntiaſſe non cenſebi-
tur[d]: quia archiepiſcopus eum reiiciens, prote-
ſtationi tacitè conſenſiſſe videtur. Quid item ſi
pars quidem non conſenſit, ſed tamen ſubeſt iu-
ſta cauſa, puta metus vel iuſſus iudicis? certè ꝓ-
teſtatio valebit[e], actus contrarius non ſeruabi-
tur. Quid rurſus in foro quod conſcientiæ voca-
mus? cum enim in eo ſolam mentem perſpicia-
mus, proteſtantisque teſtimonio ſtetur, tum quo
que proteſtatio præualebit[f]. Quapropter ſi mu-
lier iurauerit patri, ſe fundum dotalem nun-
quam alienaturam, atque ita ſit proteſtata, ſi in-
de alienauerit, etiam conceptis verbis, tamen ve
rius eſt, proteſtationem valere, contractum non
valere[g], quoniam ſequens iuramentum per pri-
us eliditur, & legis Iuliæ prohibitio firma rema-
net: poterit tamen emptor actione de dolo id
conſequi quod ſua intereſt, cùm fraude mulier
egerit, quæ eum prioris illius iuriſiurandi non
admonuerit[h]. Et hoc in iuramento obſeruan-
dum, quod principaliter Deo præſtatur, & ex fo
39 ro conſcientiæ interpretationem capit.† Cæte-
rùm & quoties eodem momento actus proteſta
tioque illi contraria perficiuntur, proteſtatio-
nem valere, actum perimi Bart. ſenſit, eo exem-
plo, cùm quis dicit, obligo me, non animo obli-
gandi, non enim cenſebitur obligatus[i]: quæ ſen
tentia eo quoque exemplo fulciri poteſt, quo
traditum eſt, creditorem venditioni pignoris, ſal
uo iure ſuo, conſentientem, nihil agere, & ſal-
uum illi ius remanere[k]. Nam & ſi teſtator fun-
di ſui fructum, deducto vſu legauerit, propter
proteſtationem deductionis vſus, legatum peri-
40 mitur[l]. Vnde apparet etiam † parum referre, ſi-
ue proteſtatio ipſi facto contraria ſit, ſiue conſe-
quentibus intrinſecus facti ſubſtantiam, qualis
eſt vſus in fructu: ſemper enim factũ perimitur,
proteſtatio efficacior erit. quòd ſi proteſtatio ef-
ficacior erit. quòd ſi proteſtatio adminiculum a-
liquod reſpiciat, ſecꝰ eſt[m]: vt cùm teſtator vſum-
fructum fundi legat, & proteſtatur, ne eum ſe-
quatur aditus, cùm via adminiculum quoddam
ſit, non aũt pars ſubſtantiæ vſusfructus, inutilit
illud adiectũ videbitur. Verùm & cùm precariò
aliquid datur, ſub proteſtatione, ꝙ in Calendas
Iulias poſsideat, proteſtatio ceu contra precarij
ſubſtantiã reiicitur[n], quia ea in fauorẽ accipiẽtis
facta eſt, qui veriſimilit conſenſurꝰ eſt, vt ſaltem
ſimplicit cõtractus valeat, nec omnino extingua
tur[o], cùm vel modicũ habere præſtet, quàm ni-
41 hil.† Sed & quoties lex proteſtationi repugnat,
ſemper contrario actu tollitur: vt cùm quis ſaluo
iure appellationis metropoliten adiit, illeq; eũ
non reiecit; adeundo enim iudicẽ, cenſetur à le-

p d. c. ſolicitudinem.
q c. diacono. xxviij. diſt.
r Clem. gratiæ. de reſcript.
s gl. l. in concubinatu. de concu.
t Dd. c. j. de lit. conteſt.
u Alex. conſil. cxxx. in v.
x Alex. l. ſi ita ſcriptum. de lega. j.
y Bart. l. diuus. de fal.
z gl. j. C. vti poſſid. verb. nec vi.
a gl. Bar. l. ſed ſi nolit. de acq. poſſeſſ.
b gl. c. per tuas. de cond. app. Iaſ. d. §. morte.
c Aret. d. l. Titia. §. j.
d l. perfectam. C. de donat. quæ ſub mo.
e l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. naut. cau. ſtab.
f l. j. in prin. eo. tit.
g l. cum in plures. §. locator. ff. locati.
h l. ſicut. §. non videtur. quibus mod. pig.

ge appellatiõi renũtiaſſe[p]. Idem in diacono, qui
in ordinis aſſumptione proteſtatus erat, vt saluũ
ſibi ius ducendæ vxoris eſſet[q]. Idem in eo qui ſa
cerdotium accepit cum proteſtatione, ꝙ non re-
nuntiabat gratię ſibi cauſa alterius obtinẽdi con
ceſſæ[r]: fruſtra enim, lege prohibente, proteſtatꝰ
eſt. Sed hæc magis ad primam ſpeciem pertinẽt.
Et hæc quidem tum in animaduerſione ſunt, cũ
proteſtationi contrarius eſt actus: † ſed ſi nõ con 42
A trarius, verùm diuerſus ſit, in confeſſo eſt, huiuſ-
modi actum ambiguum ex proteſtatione decla-
rari[s]: vt cùm quis reſpondeat libello, animo litẽ
non conteſtandi, valet reſponſio, & cenſetur re-
ſpõſum vt ſimpliciter iudex inſtruatur[t], & cùm
quis adit iudicem, ſaluo iure propria autoritate
exequendi, quod ex pacto ſibi competit: nam nõ
cenſebitur illi renuntiaſſe[u]. & cùm quis in iudi-
cio proteſtatur, ſe iudicem non approbare, non
exiſtimabitur prorogata iuriſdictio[x]. & cùm ad
B rogatum rei reſpondet actor, velle ſe teſtibus vti
quatenus verum dicant, excuſabit eum proteſta
tio à falſi pœna[y]. & ſi quis de poſſeſsione aduer-
ſarium deiiciet, proteſteturq; ſe ciuilem tantùm
vel naturalem velle acquirere, valebit proteſta-
tio[z], cùm alioquin omnem abſtuliſſe videretur
[a]. † Intelligendum tamen ex proteſtatione de- 43
clarari actum ambiguũ, qñ huiuſmodi interpre-
tatio ab animo proteſtantis pendet: ſecus ſi à le-
gis diſpoſitione, quod ſuprà diximus. Idemq; ſi
C ea legis diſpoſitio non ex veritate, ſed ex quadã
firmiore præſumptione oriatur[b]. † Sed & ſi de- 44
clarationem turpem & illicitam induceret, non
eſſe ei ſtandũ, receptius eſt[c]. † In tertia ſpecie, cũ 45
de his ꝓteſtamur, quæ à facto noſtro, itẽq; alte-
rius pẽdent, nõ eſt dubiũ valere proteſtationem,
dum tamen illi facta ſit. Solet aũt diſtingui, vt cũ
de iure quæſito tollendo agitur, requiratur con-
ſenſus[d]: quia ius noſtrũ à nobis ſine cõſenſu no-
ſtro auferri non põt. Sed & nautæ, caupones, ſta
D bularij, ſi proteſtentur, vt hoſpes, vel vector, res
ſuas ſeruet, nolle enim ſe cuſtodiam præſtare, ni
hilominus tenebuntur, niſi ille expreſſe conſen-
ſerit[e]: ſuſpecta enim lex iſtorum ingenia habet,
ne aduerſus eos, quos recipiũt, cũ furibus coẽãt
[f], & ideo obligari iubet, niſi pars expreſsè remi-
ſerit. Quod & ego in locatore horrei obſeruan-
dum arbitror. † accipitur horreum pro quocũq; 46
loco ad reponendum merces, cuius cuſtodia &
claues ad horrearium ipſum pertinent. Pone igi
E tur eum habuiſſe propoſitũ, ſeu, quod idem eſt,
pro valuis horrei proſcripſiſſe († nec enim propo 47
ſitũ pro mente accipere poſſumus, cùm ſi ſubſtã
tiua vox eſſet, Iureconſulto latinè dicendum fu-
iſſet, Propoſitũ habuit recipiendi, non recipere,
quod Vall lib. I. cap. XXVII. annotauit) ſe aurũ
argentum, margaritam, periculo ſuo non recipe-
re, deinde ſimpliciter eas receperit, certè niſi ex-
preſſus mercatoris conſenſus acceſſerit, nihil ab
huiuſmodi proteſtatione iuuabitur[g]: nam cùm
F claues ipſe habeat, facilimum illi eſſet cum furi-
bus coire, & mercatorem decipere: idemq; in eo
iuris eſt, quod in nautis, atque id genus ſimili-
bus: cùm enim exercitium horrearij elegerit, vi-
detur ſicut & nautæ, & caupones, tali cuſtodiæ
ſe à principio obligaſſe, quæ obligatio non niſi
expreſſo partis cõſenſu remittitur. Tacere enim
eos veriſimilius eſt, non quòd conſentire velint,
ſed quia ius ſuum durare ſciant[h]. † Si verò de iu- 48
re quærendo agatur, tunc ſatis eſt partem admo
neri, nec conſenſus requiritur. Et ideo ſi credi-
tori



a Bar. d. l. pacta nouiſſ.
b Bar. d. §. morte.
c Imol. & Alexand. ibi.
d Bart. l. ij. C. de iur. emphyt.
e Modeſt. d. c. cum M.
f gl. l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſd. cog.
g Cle. j. de procur.
h l. ſi filius. ij. ad Maced.
i l. ſi tamen. cod. tit.
k Iaſ. rep. l. admonendi. col. iiij. de iureiur.
l Com. conſil. clxxvij.
m c. tuis. de teſtibus.
n c. fin. de accu.
o l. j. C. de rel.
p Bar. l. Pomp. §. rati. de procur.

tori Titij prædixero, ne me in fideiuſſorem acci-
piat, quia ſi acceptus fuerim, nolo obligari: iſq;
non cõtradixerit, ſed ſimpliciter tacuerit, & de-
inde me in fideiuſſorem acceperit, non tenebor
[a]: ſibi enim imputet, qui proteſtationis meæ ſci-
ens nõ eſt aduerſatus: idq; frequentius receptũ
eſt, tametſi non parũ à veteribus hac in re alterca
tũ ſit, Bartolusq; ipſe[b] aliter qñq; diſſeruerit, qui
diſtinguit, ꝓteſtatio cauſa obligationis tollẽdæ
A fiat, an verò limitandæ, vt hoc caſu non requirat
expreſſus cõſenſus, illo requiratur: ſed crebriore
calculo id reprobatũ extat[c]. Sed & cũ ab emphy
teota, qui per trienniũ non ſoluerat, dñs canonẽ
etiam futuri temporis recipit, proteſtaturq; ius
caduci ſibi ſaluũ fore, niſi emphyteota contradi-
cat, ſenſit Bartolus proteſtationẽ ſuſtineri[d]: qđ,
opinor, ea ratione defendi põt, tanquã emphy-
teota tacendo conſentire videatur: agit enim de
eo iure quærendo, à quo ceciderat, meritò lapſo
B ſolutionis tempore, manus iniici fundo poterit
49 [e]. † Sunt tamen & alij caſus, quibus taciturnitas
ſufficit, lexq; conſenſum interpretatur: vt cũ de
priuilegij remiſsione agitur[f]: cùm enim facilius
priuilegio, quàm iuri derogetur, ſilentiũ pro con
ſenſu eſt. Vnde ſi tibi proteſter, ꝙ ſi mecũ contra-
xeris, intẽdo fore ne priuilegio vlli locus ſit, tuq;
tacueris, perinde erit, ac ſi cõſenſiſſes. Idem cum
præter ſilentiũ aliquod quoq; factũ interuenit,
quale eſt receptio literarũ[g]. quãobrẽ paterfam.
C literis filij aſſerentis ſe mutuũ quaſi ex mandato
eius contraxiſſe, receptis, ſi obligari nõ vult, nec
videri conſenſiſſe, continuò proteſtationem con
50 trariæ voluntatis interponere debet[h]. † Nec hîc
ego Pauli Caſtren. ſententiam ſequor, id conſti-
tutũ aſſerentis propter odium exceptionis, quæ
ex Macedoniano Senatuſcõſulto oritur: itemq;
quia vel ſola ſcientia pater obligatur: nam reſpe
ctu patris, ꝙ ipſe ex contractu filij obligari non
debeat, regulare eſt, nec odium aliquod adeſt.
D Quòd autem ſola ſcientia obligetur, verum eſt,
cùm pater ſcit, & prohibere poteſt, nec prohibet
[i]: at vbi abeſt, qui noſter caſus eſt, nõ videtur con
ſentire, niſi acceptis literis. Illud fateor, cùm lex
cõtinuò cõteſtationem interponi velit, arbitrio
iudicis id intelligendum, vt tempus huic nõ de-
negetur legendi, cogitandi, peritiores cõſulen-
di: debet enim veriſimilis eſſe conſenſus, qui
præſumptioni legis innititur. Quid enim ſi ra-
tionem calculi hæ literæ contineant, num cre-
E dendum erit diſpunctioni conſenſum[k]? Iaſon
enim negat, & rectè: nam & cùm procurator ſcri
pſiſſet dño, ſe eius nomine centum Titio donaſ-
ſe[l]: reſpondit Raphaël Comenſis, receptis lite-
ris ius ſaluum dño eſſe perſcrutãdi, donatio verè
51 facta eſſet, vel ne.† Cæterũ ſunt qui in iudiciali-
bus quoq; taciturnitatem pro cõſenſu eſſe exiſti
mauerint: ſed horum ſentẽtia recepta nõ eſt, qđ
eo exemplo proditũ eſt: Cùm quis teſtes in iudi
cio interrogari citra iuramenti religionem cura-
F uit: aduerſarius em̃, qui præſens & ſciens tacuit,
non tñ acquieuiſſe exiſtimabitur[m]: aut enim a-
ctus fit à iudice, & tacens non cenſetur conſenti
re, niſi lapſo conquerendi, prouocandiue tẽpo-
re[n]: aut fit à parte, & tũc idem obſeruandum, qđ
in extraiudicialibus, vt qui cõtradicendo actum
impedire potuit, & non fecit, cenſeatur appro-
baſſe[o], alioquin contrà[p]. † Ad hanc ſectionem e-
52 tiam pertinet, cùm iuris noſtri conſeruandi cau-
ſa proteſtamur, vt cùm legatarius hæredi rem le
gatam alienanti cõſentit, ſaluo iure ad pretium,

L. 40. Deteſtatio.

q l. codicillis. §. j. de leg. ij.
r Bart. d. l. j. C. de his qui ſpo.
s Innoc. d. c. j. quod met. ca.
t l. ſi mandaſſem. ff. mand.
u l. ſed & ſi pupil. §. proſcrip. de inſtito.
x l. ſi putator. ad l. Aquil.
y Bart. l. qui hominem. §. ſi Titium. de ſol.
z l. honores. §. fin. de decur.
a l. ſi pecuniã. §. planè. de condict. dat. cauſ.
b l. Labeo. de nau. fœn.
c l. fin. C. de his qui per met.
d l. iubemus. C. de defen. ciuit.
e l. vt perfectius. C. de ann. præſcrip.
f l. j. §. adeundi. quando ap. fit.
g c. paſtoralis. §. fi. de offic. deleg.
h Barto. l. iij. §. prætor. de damno infect. d. cle. cauſam.
i d. l. aut qui aliter.
k l. ſi dictum. in fin. de euict.
l l. fi. C. de neg. geſt.
m d l. vt perfectius.
n gl. in authen. de temp. non num. dot.
o auth. presbyteros. C. de epiſ. & cler.

non enim alius conſenſus requiritur[q]: imò etiã
contradicente hærede, ſaluum eſſet huiuſmodi
ius: ſicut quãdo aliquis immunis ſubit munera,
cùm ſe immunitati renuntiare nolle prædixiſſet
[r]. Nam & monachus poſt probationis annũ, pal-
lium, cucullionemq; indutus, ſi non ideo velle
ſe initiari proteſtatus ſit, nõ cenſebitur profeſſꝰ
[s], etiam ſi proteſtationi huic monachi aduerſati
ſint: hic enim agit, ne vlterius aggrauetur: vnde
A ſatis eſt, ſi proteſtatio ei, cuius intereſt, palàm fa-
cta ſit, nec enim tunc eius cõſenſus requiritur[t].
Qui enim certior factus eſt, non debet cõqueri, ſi
alius iure ſuo vtatur.† Sed quid, ſi is qui lædi poſ 53
ſet, incertus ſit, quomodo admoneri poterit? Fin
ge cõſtituiſſe me iamdiu Titium procuratorem
meum, quem nunc velim reuocare, non enim di
uinare poſſum, quis cum eo contracturus ſit: & ſi
certus ſit locus, in quo cõtrahendum eſt, ſufficit,
ſi proteſtatio huiuſmodi ibi proſcribatur[u], & pu
B blicè proponatur[x]. ꝙ ſi locus quoque incertus
ſit, frequentiſsima vrbis parte proſcribẽdum eſt,
edictaq; proponenda: & ita crebrior ſe habet ſen
tentia[y]: quam veram eſſe etiam eo caſu arbitror,
quo faciliter potuit proteſtans de loco vel perſo
na certiorari: adhuc enim videtur ſufficere edi-
ctum, cùm hic principaliter non agat, vt aliũ ſibi
obliget, ſed ſolùm vt ſe exoneret, ne ex mandato
quod reuocauit, poſsit obligari. † Illud conſtat, 54
vt quis ſe ab obligatione legali abſq; facto ſuo or
C ta exoneret, non requiri aliam partis ſcientiam:
vt cum pater proteſtatur, ſe electioni filij, qua in
decurionem cooptatus eſt, non conſentire[z]: cũ
enim abſque ſuo facto ex præſumpto conſenſu
obligaretur, per contrariæ voluntatis teſtatio-
nem præſumptio eliditur, & remanet liberatus:
in actionibus enim legum, ſcientia partis neceſ-
ſariò non requiritur[a]. † Sed quid ſi is qui admo- 55
nendus eſt, abſens ſit? & regulariter videtur ſuf-
ficere, ſi adhibitis teſtibus proteſtetur[b]: ſicut e-
D tiam ſolemus dicere, cùm quis metu aduerſarij
non audet coram eo proteſtari[c]: ſatis enim erit,
ſi id ipſum publicè, vel coram probis viris faciat
[d]: quod tamen non procedit, cùm aduerſarius i-
pſe eſt iudex, tum enim debet coram alio iudice
proteſtari[e]. Quòd ſi de iudice conquerar, haud-
quaquam mihi neceſsitas iniungitur eum diuti-
us perquirendi, ſed ſufficiet, ſi apud tribunal te-
ſtationem interpoſuero[f], dum talis ſit, qui pro
tribunali ius dicat, alioqui coram honeſtis per-
E ſonis teſtari nos lex iubet[g]. † Sed & his caſibus, 56
quibus in ius vocari de domo quis poteſt, puta-
rim etiam proteſtationem ad domum tranſmiſ-
ſam ſufficere[h]: quod maximè in ea proteſtatio-
ne obſeruandum, qua quis alium non offendit,
ſed ſe excuſat, ne clàm feciſſe videri poſsit, tunc
enim & vxori, & amico, & familiæ denuntiari
poteſt[i]. Sed & emptor pupillo, ſi tutore careat,
vel is abſens ſit, euictionis cauſa denuntiare po-
terit[k]: quod pupilli fauore introductum eſt, ne
F ſola teſtatione eo abſente facta periclitaretur.
† Sed an ſcriptura proteſtationi neceſſaria eſt? & 57
rñſum eſt nõ eſſe[l], niſi cũ proteſtatio vice actio-
nis, vel exceptionis obiicitur, vt cũ præſcriptio-
nẽ interrũpere volumus[m], vel exceptionẽ nõ nu
meratæ dotis opponere[n]: nã ſicut actio in ſcri-
ptis neceſſariò edẽda eſt, & exceptio in actis ꝓ-
ducẽda, ita & ꝓteſtatio ſcripturã requirit, cũ ea-
rũ vicẽ ſuſtinet. Hinc presbyteri ſi tutelã accepta
re volunt, ex ſcripto ꝓteſtari debẽt[o]: is em̃ actus
fori eſt. Idẽ cùm maritus vxoris aſſectatori denũ-

tiat, ne cum ea conueniat [a]: cũ enim impunè eũ occidere poſsit, iuſq; propria autoritate ſibi dicat, ſcriptura neceſſaria eſt, perinde ac in iudiciis proteſtatio. Sunt & qui idẽ exiſtimẽt, quoties aliquis filio vel agnato denũtiat, vt curam furioſi ſuſcipiat [b]: oportet enim ex ſcriptis atteſtationẽ eis dirigere, alioquin denũtianti hæreditatis lucrum non defertur. Ego accepi, quamuis lex ſcripturæ mentionem faciat, non tamen eam probationem excludere, quæ teſtibus fit [c].

58 SVPEREST, † vt ad ſecundam ſpeciem deueniamus, quæ à nuntiando nomen ſumit: quoniã ab eius facto, cui aliquid nuntiamus, effectũ habeat. In hac quoq; dupliciter diſtingui põt: aut enim huiuſmodi denũtiatio regulas iuris imita- 59 tur, aut aduerſatur. † De prima videndũ: & eius exemplũ eſt, cùm aliquem admones, vt id faciat, quod debet: veluti debitorẽ meum interpello, vt mihi ſoluat, valet huiuſmodi requiſitio [d], & eũ in mora cõſtituit, nec alia fides ei fieri debet, qui obligationis à ſe contractæ probabilem ignorantiam non habet [e]: quòd ſi haberet, vt quia in alterius locum ſucceſsiſſet, & alieno ex facto obligatus eſſet, tunc fides ei facienda eſt [f]: oſtendendumq; nominis contracti inſtrumẽtum, vel aliàs autoritate iudicis ei iubendũ, vt faciat, quia res ita ſe habeat [g]. Sed & ſi mihi centum ſpoponderis poſt Titij mortẽ, & denuntiem vt ſoluas, quia deceſſerit Titius, huius rei fidem ſaltẽ duorum teſtium relatione tibi facere debebo, alioqn 60 iuſtè credes in humanis adhuc eſſe Titiũ. † Qua ratione etiam emptor, cui mota eſt cõtrouerſia, venditori denuntians vt litem ſuſcipiat, cœptæ litis fidẽ, citationiſq; vel libelli copiam ei facere debet, cùm alioquin iuſtè credere poſſet, controuerſiam nullam adhuc eſſe. Sed & debet huiuſmodi denuntiatio clara eſſe: certioremq; venditorem facere, cur ei denuntietur, nempe vt veniat, & iudicium ſuſcipiat [h], ne venditor idcirco ſe admonitum credat, vt ipſi emptori inſtrumenta probationeſq; ſuggerat [i], non vt liti aſsiſtat: vnde tametſi ſciat litem motam, tamen receptius eſt incitationem hanc neceſſariam eſſe [k]. Et hoc eſt q̃d lex ait, autorẽ laudandũ [l], id eſt, citãdũ & ad partes trahendum: quamuis nihil referat verba expreſsim incitatoria ſint, an tacitè hoc indu cant. Quid enim ſi debitorem meũ interpellans, vrbaniuſq; agendum putans, ſic dixerim? Indigerem tali pecunia: vel, nihil mihi in præſentia antiquius eſſet, quàm ſi meæ illius pecuniolæ 61 meminiſſes: opinor rectè interpellatum videri. † Cæterùm & loco & tempore congruo facien- 62 da eſt, regulariterq; receptum eſt, † quemlibet locum, & quodlibet tempus idoneum videri [m]: vnde & in eccleſia, & feriato die valet denuntiatio: actus enim eſt extraiudicialis, qui quandocunq; fieri poteſt: quapropter quibus caſibus in iudicio fieri debet, aliud eſſet obſeruandum [n]: conferenda tamen erit ſolutio in locum, & tempus idoneum. Potero igitur te in lupinari fortuitò repertum interpellare, vt mihi loco congruo ſoluas: potero tibi noctu inuento prædicere, vt cras mihi de reliquis ſatisfacias: non enim tẽpus noctis ſat idoneum eſt recipiendis numis, ſicut nec cùm quis in menſa vel in lectulo eſt, vel tranſuehitur, vel funeralem pompã ducit [o], & ſi qua ſimi 63 lia. † Ad hanc quoq; ſpeciem pertinet, cùm inhibeo tibi, ne id facias, quod iure facere nõ potes. In hoc enim regulã iuris imitamur, valetq; huiuſmodi denuntiatio, efficitq; vt quod alioqui clàm

a auth. ſi quis ei C. de adul.
b auth. vt cum de appell. §. ſi quis de prædictis.
c l. j. C. de iure emphyt.
d l. quod te. ſi cert. pet.
e l. ſi. pro ſuo.
f Cle. cauſam. de elect.
g l. fin. de leg. com.
h c ſi. de empt. & vend.
i l. emptori. C. de euict.
k l. qui abſenti. ff. de procur. l l. Herennius. §. j. de euict.
m l. dies. C. de ferijs.
n l. cum poſtulaſſem. ff. tit. j.
o l. ij. ff de in ius voc.

feciſſe videreris, vi cenſeatur factum [p]. q; ſi iuſta cauſa pceſsit, qua iuſtè facere arbitrabaris, debet tibi fieri fides eã cauſam amplius nõ ſubeſſe, cũ aliter inhibitio ſit nulla: q̃d eo exemplo receptũ eſt. Cùm quis exulem publicũ hoſtem occidere vellet, iſq; obnuntiabat abolitionem indulgentiamq; criminis ſe conſecutum, nõ erit ei credendum [q], niſi in promptu aſſertionem ſuam veram eſſe docuerit, vel in iudicium ſe tunc venturum A obtulerit [r], poſsitq; tutò deduci. Sanè his caſib9 pcuratoris quoq; denuntiatio ſufficiet [s], quoniã iuris cõmunis regulæ conſentanea eſt: quod & in negotiorũ geſtore, & in cõiuncta perſona receptum eſt [t], dum tamen debitorem interpellẽt, vt ipſi creditori ſoluat [u]: negotiorũ enim geſtori, vel coniunctæ perſonæ ſolui non põt. † Nunc 64 ad ſecundam tranſeundum, in qua id regulariter fatendum eſt, denuntiationem, quę regulis iuris aduerſatur, nõ valere: vt cùm incito vt id facias, B quod in tua poteſtate eſt, velis, vel nolis [x]: nec. n. meo ſuaſu auferre ius tuum poſſum. præſtat tamen hæc denuntiatio proteſtanti iuſtam excuſationis cauſam, vt cùm per eũ non ſteterit, conditio pro impleta habeatur [y]: vnde & debitorẽ excuſat, qui ſoluere creditori voluerit, ne in mora amplius cenſeatur, ſed ipſe potius creditor [z]: qua ratione & creditor conditionalis, qui conditionem adimplere potuit, huiuſmodi nuntiatione in mora conſtituitur [a]. & vice verſa idẽ C in debitore conditionali rñſum eſt, qui interpellatus cõditionẽ adimplere neglexerit, ſiue is ex vltima voluntate debeat [b], ſiue legis iuſſu [c], ſiue ſententia iudicis [d], ſiue, vt ego opinor, ex cõtractu: vt cũ ita ſtipulatus ſum, Si hominẽ Pamphilum nõ dederis, centũ dabis? poſtquã. n. denũtiauero vt hominẽ des, tuq; neglexeris, non ampli9 homo, ſed pecunia debebitur [e]: qđ Paradoxorũ lib. I. cap. XI. latius à nobis diſputatũ eſt. † Quod 65 in incitatoria hac ſpecie dictũ eſt, vt regularitẽ nõ D valeat, in phibitoria quoq; receptũ eſt, cũ id phibemus, quod prohibito facere arbitrariũ eſt: pari enim ratione obnuntiatione mea efficere non poſſum, vt quod arbitrarij tui eſt, id non ſit: qđ maximè obſeruandũ, ſi nullam iuſtã cauſam habuero [f]: vel etiam ſi habuero, ſed tu ſalua honeſtate, & exiſtimatione tua obtẽperare non poſſis [g]: vel ſi ad me negotiũ illud nihil attineat: is. n. cuius non intereſt, vix eſt, vt audiri debeat [h], niſi in id tantum, vt quod clàm erat, detexiſſe, ſcien- E tiamq; qualemqualem induxiſſe videatur [i]: quæ tamen ſcientia eo modo inducta alteri non proderit, qui vel in dolo ſit, vel de lucro captãdo in alterius damnũ tractet [k]. † Qñq; tamen inhibitio 66 huiuſmodi valet, nempe cũ eius, qui prohibet, intereſt, iuſtaq; cauſa ſubeſt, & à principio priuſquam ius aliquod ſibi quæreretur, fuit monitus [l]: vt cùm denuntio, ne emas talem fundum, quia eſt meus, vel mihi obligatus [m]: vel cùm te admoneo ne vendas, quia fundum ipſum vendicatur9 F ſum, niſi parueris, videberis dolo diſtraxiſſe [n]. Idem etiã cum creditores teſtatò emptorem conueniunt, ne debitoris ſui bona temerè emat: ſi emerit, dolo emiſſe cenſebitur [o]. q; ſi poſtquã emerit, denuntietur, nulla eſt interpellatio, niſi aſſertionis illius fiat fides, idq; inſtrumentorum exhibitione [p], vel iudicis autoritate, quod ſuprà à nobis proditum eſt. Et cùm tradiderimus, quæ alieni arbitrij ſunt, non poſſe nos noſtra denuntiatione efficere, vt ideo minus ſint: conſequẽs eſt, vt idem multò fortius fateamur, † cùm ei prohi- 67 bemus,

p l. j. & ij. quod vi.
q l. non omnes. in fin. de re mil.
r Alex. d. §. morte.
s l. cum ſatis. §. fin. C. de agr. & cen.
t l. ſi quis ſolut. §. j. de vſur.
u Bart. l. ſi ſeruũ. §. nũc videndum. de verb. oblig.
x l. fideiuſſor cred. de fid.
y l. ſi Titius ſtatuas. de cond.
z d. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur.
a l. hæc conditio. ſi in capitol. de cond. & demonſt.
b l. j. §. item ſi. ad leg. Falcid.
c gloſſ. l. j. C. de his quibus vt indig.
d Bart. l. ſuus. §. fi. de hær. inſt.
e l. ita ſtipul. de verb. oblig.
f l. ſi maior. C. de reſ. ven.
g l. Quintus. mand.
h l. ij. quod falſo tut.
i l. item. §. petitam. de petit. hæred.
k d. l. ij.
l l. virilis. §. pe. de leg. præſt.
m l. ſi fundum. C. de rei vend.
n l. Fulcinius. §. ex cau. in poſſ.
o l. aſt §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. cred.
p l. nomen. C. quæ res pig.



bemus, ne faciat, quod facere tenetur: vt ſi venditori quis prohibeat, ne fundum venditum tradat [a]: vt ſi debitor ei qui pro ſe conſtituit denuntiet, ne ſoluat [b]: qui enim facere quiſquam po- 68 teſt, ne venditor fidem non ſeruet, aut qui conſtituit nõ ſoluat? † q̃d eò magis ſeruandũ eſt, cùm nulla prohibitionis iuſta aut vera affertur ratio: tametſi etiã ſi allegetur tãtum idem ſit, cùm nihil referat, quid verum non ſit, an non probatum [c]. Oportet igitur, ſi iuſta & vera cauſa prohibitionis ſubſit, vt denuntiatio valeat, fidem fieri, inſtrumentumq; ei cui denuntiatur legi [d]: vel eius exemplum ei relinqui, eadem quam ſuperiori ca- 69 ſu diximus ratione. † Sola tamen veriſimilis cauſæ allegatio alicuius quandoque effectus eſt, in eoque ſufficit, vt excuſandus ſit debitor, niſi cautio à creditore præſtetur, indemnem eum eius denuntiationis cauſa futurum [e], quod in arbitrio iudicis plurimum reſidet. Sed & veriſimilis cauſa id efficit, vt excuſari debeat, qui denuntianti credidit [f]: poſsitque aduerſus eum de dolo agi, & ſi ſoluendo non fuerit, reſtitutio in 70 integrum detur [g]. † Sed & quoties res principaliter ad denuntiantem pertinet, denuntiationi huiuſmodi, etiam ſi alia fides tunc nõ fiat, obſequendum eſt [h]: vt cùm debitor fideiuſſorem ſuum admonet, ne creditori ſoluat, quia pacti, vel 71 acceptilationis, vel alia exceptione tutus eſt. † Idem cùm à denuntiantis voluntate res omnis effectum ſumit: quapropter creditore denuntiante debitori ne ſoluat, iuſtè parendum eſt, mo- 72 raq; omnis diluitur [i]. † Sicut & cum prohibetur, quod ſola denuntiantis voluntate illicitum ſit, valet proteſtatio: vt ſi vetuero, ne fundum aucupij aut venationis cauſa ingrediaris [k], ne negotia adminiſtres, ne mandato tibi ceu procuratore meo facto amplius vtaris: id enim mei planè liberi arbitrij eſt: vnde alia probationis fides non eſt neceſſaria. † Sed an huiuſmodi denuntiatio 74 per procuratorem fieri poſsit? Et clarum eſt poſſe, dum mandati huius fiat [l]: quòd ſi non fiat, cautio rati nequaquam ſufficeret [m]. Lex enim ſic fieri denuntiationem iubet, vt is, cui ea ſit, cognoſcat rem ita eſſe: quæ notitia ex cautione huiuſmodi non percipitur, tametſi aliàs in iudicialibus, & in noui operis nuntiatione, quòd iudicij 74 præuia ſit, ſufficiat [n], idq; receptius eſt. † Quapropter nec negotiorum geſtori id ius competit, niſi in his caſibus, quibus ſola notitia à quocunque facta ſufficit [o]: vt cum poſſeſſori hæreditatis denuntiamus, ne bona diſtrahat, quoniam hæreditas ad eum non pertinet, conſtitue- 75 tur enim in mala fide [p]. † Qua ratione & appellationis intimatio à negotiorum geſtore fieri poteſt [q]: quod multò magis in coniuncta per- 76 ſona admittendum [r]. † Sed an procuratori fieri poterit? & non putarim, niſi his caſibus, quibus ſcientia procuratoris domino nocet [s]: quod & tum quoque non procedit, cùm lex in domini plenam notitiam peruenire aliquid iuberet, non enim ſufficeret etiam ſpecialem procuratorem admoneri [t]. Item non procedit, niſi cum dominus ipſe propter abſentiam conueniri nequit [u]. Sed & cum animi vitium, puta malam fidem

Serui [a] appellatio etiam ad ancillam refertur.

Familiæ [b] appellatione liberi quoque continentur.

A Vnicus [c] ſeru9 familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem [d] familiam faciunt.

a l ſi quis prohibuit. de publ.
b l. vtrum. de conſtit. pec.
c Archid. xxx. q. v. iudicantẽ.
d d. Clem. cauſam. d. l. nomẽ.
e l. hæc aũt. ff. ſi cui plus quã per leg.
f l. j. de eo per quem fact.
g l. fin. eod. tit.
h l. ſi fideiuſſor. mand.
i d. §. ſequitur.
k l. diuus. de ſer. ruſt.
l d. l ſi quis in poſſ. de poſſ.
m Bald. in rub. extra de proc.
n l. de pup. §. qui procuratorio. ff. de no. ope. nun.
o Bart l. facta. §. ſi hæres. ad Trebell.
p d. §. petitam.
q Rota. 127. nouiſſ.
r d l qui abſentem.
s l procuratoris. de trib.
t gl. d clem cauſam. verſ. appellatum.
u d. l. aut qui aliter.

domini inducere volumus, nunquam ſufficit procuratori nuntiare [x].

a §. SERVI.) † E conuerſo autem appellatione ancillæ, ſerui non continentur [y]: quod obſeruandum eſt, etiam ſi eadem vtriuſque ratio ſit [z]: niſi gratia frequentioris vſus de 77 fœminis mentio facta proponatur. † Quapropter ſi lex prohibeat capris in 78 villa haberi, nec hircos quidem habere licebit: atque ita ex facto reſpõſum fuiſſe conſtat [a]: † aruis enim calamitoſum, præſer- 79 timq; Baccho infeſtum id animal eſt, vt etiã græco epigrammate admonemur:

B *Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω*
*Ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.*

*Rode caper vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram*
*In tua quod ſpargi cornua poſsit, erit.*

b §. FAMILIAE.) De familiæ ſignificatione infrà latius diſſeretur. Quod ad præſentem rem 80 attinet, dubium faciebat, † quoniam familia ab Oſco verbo famul deducitur, quod ſeruũ ſignificat, atq; ideo de ſeruis propriè dici debuit, non aũt ad filios, vel etiã liberos homines trahi: ſed 81 C tamẽ vſus aliter obtinuit. † Hincque ſequitur, vt argumentũ ab etymo, itemque quod in Topicis M. Cicero à coniugatis vocat, probabile, non autem concludens ſemper ſit. 82

c §. VNICVS.) † Videtur hinc Baldi ſententia confutari [b]. Exiſtimauit ipſe conſtitutionem de eo, qui cum familia acceſſerit, verba facientem, illum quoque complecti, qui cum vnico ſeruo accedat, ſi eum ſolum habuerit. Sed ego rationem legis perpendendam magis crediderim, D quæ ſi in dubium deducatur, propius erit, vt de vnico ſeruo familia, quatenus ad perſonas refertur, dici nequeat: in interdicto tamen à familia deiectus [c] dicitur, qui vel ab vnico ſeruo deiectus eſt: ſed id ex interpretatione, non ex vi verborum eſt: ſed quid ſi lex municipalis cuiquam alienigenæ ius ciuitatis concedi prohibeat, niſi per decennium cum famiia in vrbe habitauerit, an is qui relictis parentibus & familia, cum vnico ſeruo habitauerit, reiicretur? Et E ex facto conſultus reiici reſpondi, tum huius reſponſi argumẽto, tum quia familiam alibi maiorẽ reliquerat, & in patria ius incolatus retinuerat, ad quã veriſimilẽ eſt eum quandoq; reuerſurum fuiſſe. Lex autem municipalis id beneficiũ concedit his, quos per tanti temporis incolatũ ſuſpicatur non receſſuros.

d ¶ Nec duo quidem.) † Tres ergo familiam 83 conſtituent [d], ſicut & collegium. cœtus verò decem homines requirit [e], quod & de turba dicendum eſt [f], quæ vox à græco ſermone τύρβη F deducitur. † quod & de congregatione [g] ego cre 84 diderim, niſi ex ſubiecto argumento aliud inducatur: quo caſu à Canoniſtis non diſſentirem, qui vel ex duobus congregationem conſtare dixerunt. Sed & populum plebemue decem viris conſici plerique exiſtimauerunt: quod nuſquam probatur, & ratione caret, † cùm maio- 85 rem numerum populi appellatio, quã cœtus, requirat. Sanè dubium non eſt, † quin decem oues 86 gregem conſtituant, quod de minoribus ani-

L. 40. Deteſtatio. §. Vnicus.
x d. §. petitam.
y l. ſeruis. de leg. iij.
z c. quoniam. de ſim.
a Alber. in ſta. j. q. ciiij.
b Bal. l. iubemus. § fin autem. C. ad Trebell.
c l. j. §. familiæ de vi & vi ar.
d l. Neratius. ff. eod.
e l. j. C. de tut. vel cur vti hoc not. Bald.
f l prætor. vi bonorũ. rap.
g c. j. de elect.

malibus ſolùm intelligitur: nam quinque ſues,
vel quatuor equinos pullos, gregem ſuum equo
rúmue conficere Bartolus ſenſit [a]. Cuius rei
argumento, ſi lex pœnam ei, qui gentem con-
gregauerit, imponat, eum non puniri exiſti-
mauit, qui minus
decem peditibus,
aut quatuor equiti-
bus contulerit. Sed
mihi magis arri-
det, ne à turba gen-
tem diſtinguamus,
idemque vtroque
ſit caſu. Illud non
87 omittendum, † ta-
metſi vniuerſitates
huiuſmodi ex plu-
ribus perſonis con-
ſiſtant, cæteris ex-
tinctis, ius vniuer-
ſitatis in vnum re-
cidere, nec extin-
gui [b].

a l. oues. de abig.

b l. ſicut. in fin. quod cuiuſque vniuerſ.

liam faciunt.

CAIVS *libro 21. ad Edictum prouinciale.*

LEX XLI.

ARmorum appellatio non vtique tantùm ſcuta & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.

LEX XLI.

1 *Armorum appellatione quid contineatur. & num. 3.*
2 *Telorum nomine quæ veniant.*
3 *Conſtitutio, qua monachis arma prohibentur, de fuſtib.*
4 *& lapidibus non intelligitur.*

1 ARMORVM.) Armorũ † appellatio
non ad ea tantùm, quæ offendendi
cauſa habemus, refertur: ſed & ea con
tinet, quæ pro noſtri corporis tutela
gerimus, vt clypeus & caſsis. quòd ſi lex non de
2 armis, ſed de telis loquatur, aliud eſt: † nam hæc
vox ea ſolùm ſignificat, quæ alterius lædendi
cauſa habentur [c]. Nec Angeli [d] ſententiam ſe-
qui poſſum, impropriè arma dici exiſtimantis,
quæ ſolùm defenſionis cauſa parantur: id enim
3 à Iuriſconſulti noſtri mente procul abeſt. † non
tamen negauerim, ex ſubiecta materia, armo-
rum appellationem aliter quandoque aſſumi: vt
in Iuſtiniani conſtitutione [e], qua fabricenſibus
inhibet, ne arma priuatis hominibus vendant:
intelligitur enim de his, quæ militantibus vſui
eſſe poſſent, quoniam id publicæ ſecuritatis cau
ſa conſtitutum fuit. Qui ergo cultrum, vel fu-
ſtem habuerit, non tenebitur [f]: tametſi & cultel-
lus quo panem incidimus, vel calamum acui-
mus, idemq; in graphio, armorum nomine non
comprændatur: & ideo ſi quis huiuſmodi gla-
diolo aliquem occidat, non videri eum occiden
4 di animum habuiſſe [g], Aretinus [h], reſpondit. †
Sed & conſtitutio, qua monachis tenere arma
non permittitur, haudquaquam de fuſtibus &
lapidibus intelligitur, cùm hæc in alium vſum
haberi veriſimilius [i] ſit, conſuetudoq; vulgaris
ſermonis hoc hodie habet, ne appellatione ar-
morum contineantur [k]. Sed cùm Iuſtiniani ſan-
ctio, qua arma à priuatis retineri prohibitum di-
ximus, conſuetudine non ſeruetur, an licebit
machinas fuſiles habere? quales ſunt, quas Bom-
bardas, colubrinas, ſclopos maiores vocamus.
Et non licere crediderim: cætera enim arma alio
prætextu haberi poſſunt: at huiuſmodi quæ ad
demolitionem murorum ſolùm ſunt vſui, nullo
pacto priuatis conceduntur, nec ad hunc caſum
videtur producenda conſuetudo.

c Bar. l. j. & fi. de vi pub.
d Ang. l. pigno re. de fur.
e Auth. de armis.
f gl. d. Authen.
g c. ſignificaſti. de hom.
h conſ. 80.
i clem. j. de ſtatu mon.
k Card. d. clem.

LEX XLII.

1 *Probrum & opprobrium quid ſignificent. & numero 6.*
2 *Furtum & adulterium an natura probrum ſit.*
3 *Apud pleroſque populos impunè furari olim licuit.*
4 *Furtum potius ciuili lege, quàm natura probrũ eſſe: ſecus in adulterio. & numero 5.*
7 *Propudioſus vel ciuili vel naturali lege parem infamiæ legem ſuſtinet.*
8 *Donatio inter virum & vxorem, patrem & filiũ, quando obliget.*

VLPIANVS *libro 53. ad Edictum.*

A LEX XLII.

PRobrum [a] & opprobrium idem ſunt. Probra quędã natura turpia ſunt, quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis:
B vtputa furtum [b], adulteriũ, eſt natura tur-

PROBRVM.) a ¶ † Probrum pro 1
crimine ipſo quandoq; accipitur:
ſed quia ex huiuſmodi delictis i-
gnominia oritur, ſolentq; eà à con
uiciantibus obiici, frequentior v-
C ſus obtinuit, vt pro ignominia conuiciisq; acci-
piatur: ſicut & opprobrium, quod nil aliud eſt,
quàm obiectum probrum: hocq; modo à Vallæ
morſibus defenditur Vlpianus.

b ¶ Furtum.) † Accurſius ita intelligit, vt fur- 2
tum, adulteriũq; natura probrũ ſit, quoniã in de-
calogo legitur, Nõ furtũ facies, nõ mœchaberis:
quæ interpretatio vt vera ſit, põt tñ ita pũctis di-
ſtingui, vt defendamus furtũ non natura, ſed ci-
uili lege probrũ eſſe, adulteriũ verò etiã natura: † 3
D nam leguntur fuiſſe aliqui populi, apud quos fu
rari impunè licebat, vt Aegyptij, quod ex Ariſto-
ne Iuriſconſulto Aul. Gell. tradit. Lacedæmoni-
is certè etiam laudi dabatur eſſe furem, nec de-
prændi: quòd hoc potiſsimum exercitamento
cautiores diligentioreſq; adoleſcentes fierent.
Leges aũt XII. tab. aliquid quoq; de Lacedæmo
niorũ moribus ſumpſiſſe dubiũ non eſt. † Cùm 4
ergo cõmuni omniũ gentiũ iure furtum non pu-
niretur, meritò huiuſmodi probrum magis ciui-
E le quàm naturale dicitur: q̃d nõ eſt de adulterio:
id enim etiã iure gentium abominabile eſt, vtpo
te q̃d matrimoniũ polluit, datamq; à coniugib.
inuicem fidem corrumpit. At hodie in his ciuita
tibus quæ malè inſtitutæ ſunt, maior pecuniæ
quàm morũ ratio habetur, fureſq; laqueo ſtran-
gulantur, adulteri mulctantur pecunia. † Sanè 5
quãuis lege Iudæorum fures punirentur, non ta
men conſequens eſt, iure gentium id crimen pu-
niri: nec enim ſoli Iudæi ius gentium cõſtituũt,
F quibus, vt Corn. Tacitus inquit, Moſes nouos ri
tus, cõtrarioſq; cæteris mortalibus indidit. Sed
etſi concedamus lege naturali furtum vetari [l], l l. j. de furt.
non tamen ſequetur, vt ideo ſit probrum: nam &
lege ciuili, non poteſt maritus donare vxori, &
tamen huiuſmodi donatione opprobrium ali-
quod non inducitur. † Illud ergo probrum eſt, 6
quod non ſolùm prohibetur, ſed etiam ignomi-
nia delinquentem afficit. Et hæc vtcunq; contra
receptam ſententiam induci poſſent, licet ab ea
recedere periculoſum ſit.

a ¶ Non



a ¶ Non natura.) Diſtinctio hæc Iuriſconſul-
ti non magni effectus videtur eſſe, † quando-
7 quidem parum refert, quis iure ciuili, an natu-
rali propudioſus ſit: parem enim infamiæ no-
tam ſuſtinet [a]. multum verò refert in pactioni-
bus, quæ contra bo
nos mores fiunt:
nam ſi contra bo-
nos mores, quate-
nus iure ciuili con-
ſiderãtur, initæ ſint,
iuramento confir-
mantur [b]. Atque
hinc eſt, quòd do-
natio inter virum
& vxorem, vel pa-
trem & filium iure-
iurãdo ſancita, ne-
ceſſariò obſeruan-
da eſt [c], vt commu-
ni calculo prodi-
tum eſt: quod pro-
cedit cùm ſimplici-
ter lege ciuili con-
tractus prohibetur:
nam ſi etiam pœ-
na appoſita ſit, ali-
ud fortè eſſet dicen
dum [d]. Idem ſi iu-
re gentium conuen
tio reprobata ſit, hu
iuſmodi enim nec
iuramento quidem
roboratur.

a l. j. de his qui not.
b c. cum contingat. de iureiur.
c l. pacta quæ contra. C. de pact.
d l. conuenire. de pact. dot.

pe: enimuero tutelæ damnari, hoc non natura [a] probrum eſt, ſed more ciuitatis: nec enim natura probrum eſt, quod poteſt & in hominem idoneum incidere.

IDEM *libro 58.*

LEX XLIII.

VErbo VICTVS, continẽtur, quæ eſui, potuiq́, cultuiq́ corporis, quæque ad viuẽdum homini neceſſaria ſunt. Veſtem quoque victus habere vicem,

LEX XLIII.

1 *Victu alicui legato quæ debeantur: aut legatis alimentis vel diariis.*
2 *Diarium interpretamur vnius diei cibum.*
3 *Expenſas alicui tribuere promittens, ad quid teneatur.*
4 *Valla repræhenſus circa verbum Victus.*
5 *Renuntians alimentis vel victui, non cenſetur de veſtiario vel calceario ſenſiſſe.*

1 VERBO victus.) † Si quis legauerit Ti-
tio victum, cenſebitur omnia legaſſe,
quæ ei ad viuendum neceſſaria ſunt,
& ideo & veſtiarium, & calcearium, &
habitatio, & lectus debebitur. Idemq; & ſi ali-
menta legata ſint, vel educatio [e]: hæc enim no-
mina exæquata ſunt. Legatis verò diariis [f] vel ci
2 bariis, ſecꝰ eſt. † Interpretamur autem diarium,
3 vnius diei cibum, quẽ Græci Διαιτὴν vocant. † Sed
quid ſi alicui promiſero (quod vulgò dicimus)
tribuere expenſas? & videntur verba idem ſigni
ficare quod victus, vt videlicet impendere illi o-
4 mnia teneat, quæ eius vitæ neceſſaria ſunt. † Sa-
nè non probat Valla, vt victus appellatione, de
veſtiario quoq; intelligamus, cum multæ ſint re
giones, in quibꝰ veſtes vſui hominibus nõ ſunt,
vt in Aethiopia: quod ridiculum eſt: nec enim
Aethiopũ leges hîc interpretamur, ſed Romano
rum, qui ſine veſte non ſolent viuere. Non tñ ne-
gauerim, hanc ſignificationem ex interpretatio-
ne magis, quã ex ſtricta verborum vi eſſe: & ideo
ex mente diſponentis aliter quandoq; iudica-
5 mus. † Vnde ſi quis alimentis vel victui renuntia
uerit [g], non cenſebitur de veſtiario vel calceario
actum: huiuſmodi enim repudiatiões ſtrictè ac-
cipiuntur. Qua ratione qui famulo victum men

e l. fin. de alim. leg.
f l. diariis. eod. tit.
g l. cum hi. §. qui tranſ. de tranſ.

ſtruamque mercedem promittit, non videtur de
veſtibus intellexiſſe, nec vlla alia re præter ciba-
ria [h]. & idem in prætore, qui ſimili modo officia-
libus ſuis promiſerit: quod & generaliter in qua
cunq; odioſa materia procedit.

L. 45. Inſtratũ.

h Bart. l. legatis. §. de alim. leg.

Labeo ait.

A CAIVS *lib. 22. ad Edictum prouinciale.*

LEX XLIIII.

CÆtera quoque quibus viuendi curandi'ue [b] corpo-
B ris noſtri gratia vtimur, ea appellatione ſignificantur.

VLPIANVS.

LEX XLV.

C INſtratum omne veſtimentum continere, quod inijciatur, Labeo ait: neque enim dubium eſt, q̃n

LEX XLIV.

1 *Differre inter ſe, an quis victum, vel cibaria debeat.*
2 *Qui alere tenetur, an in diſciplinã minerual pendere cogatur.*

CAETERA.) b ¶ Curan
di.) † In- 1
telligunt hoc Doct.
vt qui victum debe
at, etiam ægrotanti
pharmaca ſuo ſum-
ptu præſtare tenea-
tur, ſine his enim cu
ratur nemo. qui ve-
rò cibaria debet, ſa-
tis eſt ſi ea præſtat,
quæ ad cibum per-
tinent [i], vt pullos:
cataporia enim, &
decoctiones, cæte-
raq; medicamenta
emere non tenetur, niſi fortè modica impẽſa ha-
bere ea poſsit [k]. q̃d aliqui exiſtimauerunt. † Sed 2
nunquid qui alere tenetur, in diſciplinam quoq;
D minerual pendere cogatur? & non teneri verius
eſt [l], niſi iure ſanguinis ex legis diſpoſitione id
debitum contractum ſit: vt in patre qui filium a-
lere debet, idoneiſq; præceptoribus inſtruendũ
committere [m]: quod & in fratre dicendum eſt.

i Bart. d. l. legatis.
k l in rebus. §. poſſunt. com.
l d. l. legatis.
m l quod de bonis. §. pen. de carb. edi.

LEX XLV.

1 *Victum & ſtratum quomodo intelligere oporteat.*
2 *Pallium indumenti ſpecies, non ſtragulæ.*
E 3 *Correctus locus in hac lege, & quid ſignificet ἐπιβλήματα.*
4 *Stragulam pro omni veſte, quæ inſternitur, accipi contra Vallam.*
5 *Veſtis & veſtimentum.*

INSTRATVM.) Si quis prohi-
buerit victum ſtratúmue [n] iudica-
to in carcerem deferri, & pœnali
actione, & iniuriarum tenebitur.
† Sed quomodo intelligemus vi- 1
F ctum & ſtratum? & Vlpianus in ſtratu omnia
veſtimenta quæ inſternuntur ſeu iniiciuntur,
ait, qualia ſunt, toralia, gauſapa, centones, au-
læa, tapetia: in victu verò cætera veſtimenta,
quæ non ſternuntur. Ex qua interpretatione vi-
deretur dicendum, eum cui victus vel alimenta
debentur, ſtragula aliqua conſequi non poſſe:
quod bona ratione non ſubſiſtit: ſine illis enim
viuit nemo: nam & cùm ex qualitate perſonæ
alimenta debeantur [o], æquum non eſt nobilem
virum ſine ſtragulis agere. Sed & cùm conſtet
huiuſ-

n l. ſi victum. re iud.
o l. quos nos. in fin. §. eod.

ſtragula *a* veſtis, ſit omne περιστρῶμα. In victu ergo veſtem A accipiemus, non ſtragulam: Inſtratum, omnem ſtragulam veſtem.

IDEM *libro* 54. *ad Edictum.*

LEX XLVI.

PRonuntiatum *b* & ſtatutum idẽ dici poteſt: promiſcuè enim & pronuntiaſſe & ſtatuiſſe, ſolemus dicere eos, qui ius habent cognoſcendi *c*.

¶ Matremfamil.[d] accipere debemus, quæ nõ inhoneſtè in domo ſua vixit: matrẽ em̃ familiàs à cæteris fœminis mores diſcernunt atq; ſepa B rant: proinde nihil intereſt, nupta ſit, an vidua, ingenua, an libertina: nã neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matremfamiliàs: ſed boni mores.

a l. pen. de alimen. leg. — huiuſmodi legato lectum contineri [a], de inſtructo apparatoque videretur intelligendum: durum tamen eſt à verbis legis recedere, niſi aliter de voluntate teſtatoris conſtet. Nec verum eſt ſine ſtragulis viuere aliquem non poſſe: qui enim aliunde non habet, ſuum ſibi indumentum inſternat. quòd ſi victus & veſtitus legatus ſit, fortè etiam ſtragula debebuntur, nam ea veſtitus appellatione contineri videntur [b]. — b l. veſtis. de au. & arg. leg.

a ¶ Stragula veſtis, ſit omne pallium.) † Atqui palli-
2 um indumenti ſpecies eſt, non ſtragu-
3 læ. † In duobus meis antiquis codicibus legitur, ſit omne περιστρώμα, quam dictionem aliqui ſuperaddito gloſſemate interpretati ſunt pallium, eaq; gloſſula ab imperitis in contextum recepta eſt. Significat græcè periſtroma omne quod inſternitur, ſicut Latinis ſtragula: nec ea vox à noſtris non recepta eſt, Plauto in Pſeud. & Ci-
4 cero in Philippica ſecunda. † Hincque apparet contra Vallæ ſententiam, ſtragulam non pro lecti operimento tantùm, ſed generaliter pro omni veſte quæ inſternitur accipi. ſic & Tranq. Funeratus eſt, inquit, Nero ſtragulis albis auro intextis, quibus vſus Kalend. Ianuariis fuerat. Titus Liuius libro XXXIIII. Cùm tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti. Feſtus Pomp.
5 † Veſtis generaliter dicitur, vt ſtragula, forenſis, muliebris: veſtimentum pars aliqua, vt pallium, tunica, vel penula.

LEX XLVI.

1 *Iudicem pronuntiaſſe, ſiue ſtatuiſſe, rectè dicimus.*
2 *Pronuntiare & ſtatuere quandoq; inter ſe differunt.*
3 *Leges municipales vulgò ſtatuta dicuntur.*
4 *Explicata l. nulli. C. de ſent. & inter. om. iud.*
5 *Et arbitri & arbitratores rectè pronuntiaſſe dicuntur.*
6 *Quod ab arbitro pronuntiatum eſt, rectè ſententiam dici.*
7 *Laudum, eſt vox barbara,*
8 *Vxor olim tribus modis habebatur, vſu, farre, emptione.*
9 *Materfamilias apud veteres erat, quæ coemptione nupſerat.*
10 *Materfamilias ex pudicitia & bonis moribus hodie dicitur.*

1 PRONVNTIATVM. b) † Siue dicamus iudicem pronuntiaſſe, ſiue ſtatuiſſe, idem eſt: hęc enim verba ſententiam latam oſtendũt: ſicut & ordinare, iudicare, præcipere, decer-
2 nere, cenſere, & iubere. † Non tamen [c], eiuſdem ſignificationis ſemper eſt pronuntiare & ſtatuere; quandoquidem pronũtiare propriè dicimur, quod viua voce & memoriter proferimus: ſicut recitare, quod ex ſcripto. ſtatuere verò dicitur etiam, qui generalit̃ aliquid conſtituit, vt cùm lex in vniuerſum ſancitur. † Hincq; eſt vt leges mu- 3
nicipales vulgò ſtatuta appellentur: quẽ ſenſum non habet pronuntiare: refertur enim ad id ſolũ, quod int̃ partes pronuntiatur, idq; Accurſ. probat. † Dum 4
ergo lex alibi dicit [d], nulli qui ſtatuẽdi nõ habeat facultatẽ interdicere cuiquã patria ſua permitti, ego intellexerim, vt qui in vniuerſum ꝓ certo delicto conſtituere interdictiõis pœnam non põt, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquẽ poſsit: licet alij aliter accipiant. — c. e. in his. de verb. ſig. — d l. nulli. C. de ſent.

c ¶ Cognoſcendi.) † Cùm ergo ar- 5
bitri [e] ipſi quoq; ius cognoſcendi habeant, ſequitur ꝓpriè dici eos pronuntiaſſe, vel ſtatuiſſe. qđ & in arbitratoribus admitterem: tametſi negent Dd. ſententiam ꝓpriè dici [f], quod ab arbitro pronuntiatũ eſt: † qđ 6
tamen mihi non ſit veriſimile, cùm id quod vnuſquiſq; etiam priuatus ſentit, latinè & eleganter ſententia dicatur: nec aliter ſoleant Iuriſconſulti arbitrorum definitiones [g], quàm ſentẽtias appellare: † Laudum em̃ barbara vox eſt & inepta. 7 — e l. ait prætor. ff. de re iud. — f in l. j. de re iud. — g l. litigatores. l. qualem. de arbit.

d §. MATREMFAMILIAS.) † Tribus modis 8
olim vxor habebatur, vſu, farre, emptione. Con-
D farreatio ſolis pontificibus conueniebat: nec enim ad eam dignitatem admittebantur, niſi confarreatis parentibus geniti, vt Cornelius Tacitus ſcribit. Emptio quibuſdam ſolennitatibus peragebatur, & ſe coemendo inuicem interrogabant: Vir, an ſibi mulier materfamiliâs, illa, an vir ſibi paterfamiliâs eſſe vellet: reſpondebantq; inuicem, velle: atq; ita mulier in viri manum conueniebat: & erat materfamiliâs viro loco filiæ, vt ex Vlpiani autoritate in Topicis Ciceronis Boë-
E thius refert. Si verò abſq; hac ſolennitate nuptiæ contractæ fuiſſent, huiuſmodi vxor vſu habebatur. Conſentiunt igitur Cicero, Boëthius, Vlpianus, A. Gellius, cæterique antiqui, † ma- 9
tremfamiliâs ſolam apud veteres fuiſſe, quæ coëmptione nupſerat, & in manum, id eſt, poteſtatem viri conuenerat: in eius enim familiam ſic tranſibat. Sed hæc antiquitus fuere: nam longa conſuetudine obliteratis illis ſolennitatibus, † ex pudicitia & bonis moribus materfa- 10
F miliâs appellari cœpit. Sumitur tamen ſignificatio qñq; etiã ſtrictius, vt ſolam matronam comprændat, quæ notæ ſit autoritatis [h]: ſiquidem dicebat Euripides, Famam mulieris, non formam vulgatam eſſe oportere. Lati9 verò capitur, cùm de qualibet fœmina intelligimus, quæ ſui ſit iuris, vt Accurſius ait [i]: quod non arbitror verum, niſi adſint & boni mores, vt in exemplo viduæ, quod Iuriſconſultus affert. — h l. deinde in fi. de lib. exhib. — i l. nam ciuiũ. de his qui ſunt ſui.

LEX XLVII.

1 *Verbum, Soluere, explicatur. & num. 4.*

2 *So-*



2 *Solutio & lib eratio, eiuſdem ſunt ſignificationis.*
3 *Si lex pecuniam ſolui requirat, acceptilatio non ſufficit.*
4 *Vna dictio poteſt & ſtrictè & largè accipi, vtroq; tamen modo propriè.*

PAVLVS *lib.* 56. *ad Edictum.*

LEX XLVII.

LIberationis verbum eãdem vim habet, quam ſolutionis.

CAIVS *lib.* 1. *ad Edictum præt. vrb.*

LEX XLVIII.

QVi neq; ſequantur neque ducantur.

¶ Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus A ſit, manibus tñ tenet̃: ac ne eum quidem intelligim9 ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur.

VLPIANVS *libro* 58. *ad Edictum.*

B LEX XLIX.

BOnorum appellatio, aut naturalis aut ciuilis eſt.

¶ Naturaliter bona ex eo dicunt̃, quod

1 LIBERATIONIS.) † Soluere, eſt eum qui alligatus ſit, liberum facere: inde qui pręſtitit quod debet, ſoluiſſe dicitur, & ſe ab obligationis nexu
2 liberaſſe: quò fit, † vt propriè ſolutionis verbum liberationiſque, eiuſdem ſit ſignificationis [a]: atq; ideo ſiue debitor ſatisfecerit, ſiue acceptilatione ſit liberatus, dicetur ſo-
3 lutus. † Quòd ſi lex non ſimpliciter de ſolutione loquatur, ſed pecuniam ſolui requirat, tunc acceptilatio non ſufficeret [b]: in ea enim pecunia non interuenit. nec nos mouet quòd edictum prætoris, quo iudicatis vt pecuniam ſoluant, mandat, ſibi locũ non vendicat aduerſus eum, qui acceptilatione ſit liberatus [c]: quoniã in eo edicto pecuniæ mentionem prætor fecit, non quòd acceptilationem excludere vellet [d], ſed vt oſtenderet non ſufficere iudicato, ſi ſatisfaceret, puta datis pignoribus vel fideiuſſore, ne obligationes ex obligationi-
4 bus fierent. † Alij tamen frequẽtiore calculo diſtinguũt, vt de ſtricta ſignificatione ſoluiſſe non dicatur, niſi qui pecuniam numerauit: latiore vero ſenſu, quoquo modo quis ſit liberatus, cenſea-
5 tur ſoluiſſe. Sed hoc non tamen impropriè erit, † quandoquidem poteſt vna dictio & ſtrictè & latè accipi, vtroq; tamen modo propriè [e]. — a l. ſolutionis. ff. de ſol. — b l. ſolutam. de ſolut. — c l. iiij. §. ſoluiſſe. de re iud. — d d. l. iiij. §. ait. — e l. cum lege. de teſta.

LEX XLVIII.

1 *Prima huius l. verba variè interpretantur Doctores.*
2 *Alciati intellectus ad eadem verba.*
3 *Duces dicti qui præcedunt.*
4 *Solutus quis dicatur.*
5 *Dimiſſus ſub vadimonio non dicitur ſolutus.*

1 QVI NEQVE ſequantur.) † Accurſius varias his verbis interpretationes affert. Aliqui enim in libris Caij Iuriſconſulti ita inſcriptum titulũ credidere. alij eum qui prætoris edicto obſequi non tenetur, coram tribunali per vim minimè eſſe deducẽdum [f]. ſunt & qui affirmant, ſicut in ius de domo ſua vocatus ſequi viatorem non tenetur, ita nec inuitum de-
2 bere deduci [g]. † Ipſe arbitror interpretari Caium eiuſdem ſignificationis eſſe ſequi & duci: quandoquidem is dicitur, qui ante ſe quem
3 ſequatur, habet. † Vnde & Duces dicti, qui præcedunt. Vergilius: Dux fœmina facti. Hinc & Senecæ verſus: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. In antiquis ſanè codicibus ſic inſcriptum legitur: Caius libro I. ad edictum pretoris vrbani, titulo, qui neque ſequuntur neque ducuntur. — f l. in crimina. C. de iur. — g l. plerique de in ius voc.

L. 49. Bonorũ. §. Naturaliter.

¶ SOLVTVM.) † Solutus ergo is dicitur, cui recedendi eſt libera facultas [h], non ſi adhuc ſub cuſtodia ſit. & 4
idcirco cùm promiſſio in carcere ei facta qui iniuſtè me in eum locum detruſit, nullius ſit momenti [i], ſi extrà deductus, aſsiſtente tamen aliquo cuſtode, eam ratam habuerim, nihilo magis confirmatur. † Sed cùm 5
poſsit iudex ex cauſa, vel propter viri probitatem, aut criminis leuitatem, alicui ciuitatem pro carcere aſsignare, vel ſub vadimonio dimittere [k], an huiuſmodi dicitur ſolutus? & hîc vide-
C tur probari, non eſſe ſolutum [l]. — h l. ij. de libero hom. ex. — i l. qui in carcerem. quod met. cau. — k Ang. l. ſi à bonæ, ff. de rei vend. — l l. nec non. §. ij. ex quib. cauſ. ma.

LEX XLIX.

1 *Bona & naturaliter & ciuiliter accipiuntur ſecundum Accurſ.*
2 *Noua interpretatio Alciati ad hanc legem.*
3 *Iouis epytheton eſt Optimi.*
4 *Beati dicuntur diuites.*
D 5 *Superficiarius ab emphyteota quomodo differat.*
6 *Ius quod quis ex conducto habet, bonorum appellatione compræhendi.*
7 *In bonis computatur, quod vel perſonali vel reali actione, aut officio iudicis nobis debetur.*
8 *Bonorum generali obligatione ea continentur, quæ bona fide poßidemus.*

BONORVM.) † Bona accipiuntur & 1
E naturaliter & ciuiliter. Naturaliter, cùm id ſolùm ſignificant, quod beat, id eſt, prodeſt: vnde qđ ſupereſt, deducto ære alieno, bonorum appellatione naturali ſolùm compræditur. Ciuiliter verò id intelligitur, quod etiam onera admixta habet, vt hæreditas, vel id quod bona fide poſsidemus: atq; ita Accurſius interpretatus eſt. † Ego aliam fuiſſe 2
Iuriſconſulti ſententiam exiſtimauerim: nam bona ex naturali ſignificatione omnia cõprędunt quæ proſunt, ex ciuili ad facultates tantùm referuntur. In naturali ſenſu eo modo hæc dictio ac-
F cipitur, quo apud Græcos τὰ ἐσθλὰ, de quo extat diſtichon:

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκειν.

Quod nos ita vertimus:

*Siue velint homines, ſeu nolint, Iuppiter illis*
*Da bona: quæ mala ſunt, etiam cupientibus aufer.*

† Hinc antiquis Iouis epitheton eſt Optimi, q̃d 3
Cicero interpretatur beneficentiſsimi. Igitur cum ſenſu naturali bona dicerentur, quæcunq; nobis benefaciunt, lex ciuilis ad facultates noſtras

ſtras hoc traxit: quoniam & hæ proſunt, vtilesq́;
nobis ſunt. hinc diſtinctio bonorum corporis &
animi apud Philoſophos.
4 a ¶ Beatos.) † Beati dicũtur diuites, quia cæ-
teris prodeſſe poſſunt, & debent. Iuuenalis: Ve-
tulæ veſica beatæ.
Sic appellãtur eti-
am felices, non abſi
mili ratione. Ver-
gil. O terq́; quater-
que beati. Fit & in-
de diminutiuũ bea
tulus, Perſio: Beatu
lus alto Compoſi-
tus lecto: eodem
ſenſu.
5 b ¶ Superficia-
ria.) † Bona hæc
ſunt eius, qui in a-
lieno ſolo ædifici-
um poſſidet: nam
vtilis in rem actio
huic datur [a]: diſtat-
que ab emphyteo-
ta, quòd ille & ſo-
lum & melioratio-
nes ſuas à domino
recognoſcit, certá-
que ex hac cauſa
penſionem pręſtat:
hic plerunque nihil
pendit, nec meliorationes à domino habere di-
citur, niſi ſuperficiem quoque conduxerit, imò
finito contractu indiſtinctè eas illi auferre licet.
6 † Et hinc argumentari poſſumus, ius quod quis
ex conducto habet, bonorum appellatione con
tineri.
7 c ¶ Et ſi quid.) † Quod ergo nobis vel actio-
ne in perſonam, vel petitione in rem, vel offi-
cio iudicis debetur, in bonis computatur: nam
& nuda bonorum appellatione dubium non
8 eſt, nomina, huiuſmodique iura contineri. †
Hincque conſequens eſt, in generali bonorum
obligatione ea quoque comprændi, quæ bona
fide poſſidemus, vt hîc traditur: eorũ enim cau-
ſa nobis actio competit, à Publicio prætore con
ſtituta [b].

a l.ij.§. de ſuperfic.
b Rom. ſing. cccccccxxx.

beãt, hoc eſt, beatos
[a] faciunt: beare enim
eſt prodeſſe.
¶ In bonis autem
noſtris cõputari ſci-
endum eſt, non ſo-
lùm quę dominij no
ſtri ſunt, ſed & ſi bo-
na fide à nobis poſſi
deantur, vel ſuperfi-
ciaria [b] ſint.
¶ Aequè bonis
adnumerabitur, & ſi
quid eſt [c] in actio-
nibus, petitionibus,
perſecutionib9: nam
hæc omnia in bonis
eſſe videntur.

## LEX L.

1 *Nurus compraendit etiam pronurum, & vlterius.*
2 *Fallit hoc, cum ipſius nurus perſonam reſpicimus.*
3 *Verbum Porrigere, eſt extendere.*
4 *Socer, gener, nepos, auus, etiam de proſocero, progene-
ro, pronepote, & proauo dicitur.*

1 NVRVS.) † Cum in aliquo actu ſit nu
rus mentio, de pronuru quoq; & vl-
terius intelligi poteſt. quapropter
cum in edicto prætoris infames pro
quibuſdam affinibus & nuru poſtulare permit-
tantur, poterunt etiam pronurum tueri [c]. & cùm
rupto teſtamento per petitionem bonorum poſ
ſeſſionis contra tabulas conſeruetur legatum
nurui pro dote factum, idem erit ſi pronurui de-
beatur [d]. & ſicut poſſumus nurui noſtræ donare,
2 ita & pronurui [e]. † Hæc tamen interpretatio nõ
procedit, cum ipſius nurus perſonam tantùm re
ſpicimus: vt ſi tibi promiſerim pro tua nuru, non
intelligitur de pronuru [f]: propriè enim non eſt

c l.cui.§.affini. de poſtul.
d l.virilis.§.nurus. de legat. præſt.
e l.iij.§.ſocrui. de don. int. vi.
f l. ſi quis ita. de teſt. tut.

nurus, quod indicat Iuriſconſultus, dum dicit,
3 appellationem porrigendam. † porrigere enim
eſt extendere: alioquin dubitandum non erat,
an ſicut eam, quæ ex adoptiuo filio nurus fuit,
vxorem ducere non licet, ita nec pronurum li-
ceat [g]: itemq́; an edi
ctum prætoris quo
qualemcunq; fide-
iuſſorẽ nurui in iu-
dicio ſiſtendæ ſuffi-
cere ait, ad pronurũ
extẽdatur [h]. † Sanè 4
ſicut appellatio nu-
rus ad pronurũ ꝑ-
tenditur: ita & ſoce
ri, generi, nepotis,
aui, ad proſocerum
progenerum, pro-
nepotem proauum
[i]: quod inferius ſuo
loco explicabimus.

g l.adopt.§.nurus. de ri. nupt.
h l.ij.§.prætor. qui ſatiſ. cog.
i l.Gallus.§.forſitan de lib. & poſthu.

IDEM *libro 61. ad Edictum.*

A

## LEX L.

NVrus appella-
tio etiã ad pro-
nurum, & vltrà, por-
rigenda eſt.

CAIVS *libro 24. ad Edictum prouinciale.*

B

## LEX LI.

APpellatione pa-
rentis non tan-
tùm pater, ſed etiam
auus, & proauus, &
deinceps omnes ſu-
C periores continent:

## LEX LI.

1 *Parentis appellatione qui contineantur.*
2 *Parentes inſunt maioribus, ſicut ſpecies ineſt generi.*
3 *Dictio, maiores, quandoq; ſimpliciter compraendit, qui natu maiores ſunt.*
4 *Parentes hodie dicuntur eiuſdem gentis, & inuicem quoquo modo coniuncti.*
5 *Parentela à parentibus dicta.*
6 *Patris vox ad ſolum genitorem refertur.*

APPELLATIONE.) † Parentis ap- 1
pellatione pater, auus, proauus, ab-
D auus, atauus, tritauus, etiam ex ſer-
monis proprietate continentur: qđ
& in ſuperioribus benigna interpretatione ad-
mittendũ eſt, alioquin hi ſolùm maiores diceren
tur [k]: atq; ita proprio vocabulo Romanos vſos
accepimus [l], non q̄ pater, & auus, & deinceps,
maiores nõ dicerẽtur, ſed q̄ cũ vltra tritauũ pa-
rẽtes nõ dicerẽtur, neceſſariò qui ſuprà erãt, ma-
iores appellabãtur, † vt parẽtes inſint maioribꝰ, 2
ſicut ſpecies ineſt generi: † nam & huiuſmodi di 3
E ctio eos ſimpliciter qñq; compraendit, qui natu
maiores ſunt: vt cum M. Porcius Cato Tuſculo
ortus primus ſui nominis in ſenatum allectus,
vetuſtiſſimos ſenatores, qui reipub. fundamen-
ta iecerant, maiores ſuos apud Salluſtium appel
lat. Quapropter Vallæ ſententiam non omnino
probo, in Elegantijs ſuis à Iuriſconſulto noſtro
diſſentientis. Et hinc receptum eſt, vt cõſtitutio
Pontificum, qua defunctos in ſepulchro maiorũ
ſuorũ tumulari debere cautum eſt [m], ita obſerue-
F tur, vt in patris & aui conditorium quis potius
deferatur [n], quam in eorum, qui deinceps fue-
runt, locum. quod & obſeruandum erit, cùm
principis edicto vnuſquiſq; habitare in ea vrbe
compellitur, in qua ipſe & maiores ſui na-
ti ſunt [o]: tametſi alij aliter. † Sanè parentes ho 4
die vulgò intelliguntur eiuſdem gentis, & inui-
cem quoquo modo coniuncti: quod & Hierony
mum non latuit lib. aduerſus Rufinum II. † Hinc 5
& parentela, quæ dictio apud Capitolinum
in Gordiano legitur. Quaproptͤ in edictis, quæ
vul-

k l.iij.§.prætor. de in ius voc
l l.fin.§.parentes de grad.
m Old. conſ. xxv.
n l.lex quæ. verſic. maiorum. C. de adm. tut.
o Iaſ. d.l.iij.§.prætor.



vulgari ſermone concipiuntur, vel ab imperi-
tis compoſita ſunt, hæc ſignificatio erit accipi-
enda. Si igitur perduellium parentes capien-
di honoris ius huiuſmodi edicto amiſerint, &
affines & cæteros aliqua ratione coniunctos ex-
cludi Angelus re
ſpondit [a], cui aſſen-
tio: niſi ratio conſti-
6 tutionis aliud ſua-
deret. † Sed quod de
parentibus Iuriſcõ-
ſultus inquit, an i-
dem eſt & de patre?
& Accurſ. negat [b]:
propriè enim ad ſo-
lũ genitorem refer
tur: interpretatur
tamen plerunque lex, vt patris nomine auus de-
monſtrari intelligatur [c].

a §. œconomis. in auth. de alien. & emphy.
b l. lege. de rit. nupt.
c l. iuſta. ij. eod.

ſed & mater, & auia,
& proauia.

## LEX LII.

VLPIANVS *libro 42.*

PAtroni appella-
tione & patrona
continetur.

## LEX LII.

1 *Patroni appellatio.*
2 *Iura patronatus.*
3 *Duplex huius legis interpretatio.*

1 PATRONI.) † Sicut domino ſubijci-
tur ſeruus, ita patrono libertus. Ac-
cipitur & patronus pro defenſore eo
rum, quos in clientela habet, pri-
mũque locum poſt patrem in officio apud cli-
2 entem obtinere patronus debet. † Hinc & iura
patronatus, quæ vel in libertos habemus, vel
in clientes, quorum hodie inſtar obtinent, quos
barbara uoce Vaſallos vocamus. † Sanè huius
3 reſponſi duplex eſt interpretatio: poteſt enim
intelligi, vt quæ iura de patrono loquantur, ea-
dem & de patrona, quæ ſeruum manumiſerit,
intelligi debeant: quandoquidem dubium non
eſt, quin maſculinum, vt vulgò dicitur, fœmi-
ninum contineat, atque is ſenſus omnium cal-
culo probatur, niſi quòd aliter ſpeciali ratione
conſtitutum quandoq; legere eſt [d]. Poteſt &
alio modo accipi, nimirum vt quod de patrono
dicitur, de eius quoque vxore dictum cenſea-
tur, vt patronam hîc pro patroni coniuge de-
claremus. Verùm hæc expoſitio haudquaquam
placet, quoniam huiuſmodi propriè patrona
non eſt: licet bonis moribus conueniat, huic
etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideo
ſine venia in ius vocari non debeat [e].

d l. ſicut patr. de op. lib.
e l. j. C. de in ius voc.

## LEX LIII.

1 *Argumentum huius legis.*
2 *Coniunctæ & diſiunctæ dictiones quæ. & num 10.*
3 *Cõiunctiuæ regularis ſignificatio eſt, vt cõiungat, & utriuſq; coniuncti concurſum requirat: & quando fallat. Ibid. & num. 4. & 5.*
6 *Verba legis duodecim tab. referuntur.*
7 *Gentiles qui ſint. & num. 9.*
8 *Gentis nomen agnatos & cognatos continet.*
10 *Diſiunctiuæ regulariter non vtrumq; diſiunctum, ſed alterum tantùm requirunt.*
11 *Quando hæc regula non habeat locum. & num. 13.*
12 *Dictio, ſeu, ampliandi vim habet.*
14 *Dictionis, Interdum, natura eſt, de frequẽtioribus caſibus excipere.*
15 *Soluta oratio in coniunctam magis, quàm diſiunctam infert.*
16 *Diſſolutio ſiue διάλυσις apud Rhetores idem quod Iuriſconſultis ſoluta oratio eſt: et quid ſit diſſolutio.*
17 *Quoties diſiuncta coniungit, & ſoluta coniungit: rurſus quoties coniuncta diſiungit, & ſoluta diſiungit.*
18 *Applicatur §. ſi donum. ad edictum prætoris.*
19 *Noua interpretatio ad §. item dubitatum. l. noſtræ.*
20 *Furti tenetur, qui ſolam opẽ ad furandum præſtitit.*
21 *Conſilium dans ad furandum, furti tenetur.*
22 *Si criminaliter agatur, lata culpa nõ idẽ valet, quod ſolus: ſecus ſi ciuiliter.*
23 *In atrocib. delictis ſolus conatus punitur. Fallit vt nu. 24.*



L. 53.
Sæpè ita compertum.

## LEX LIII.

PAVLVS *libro L. ad Edictum.*

A SAepe ita comper
tum eſt, vt cõiun
cta pro diſiũctis [a], &
diſiuncta pro cõiun-
ctis accipiantͬ. Inter-

B SAEPE ITA compertum.) † Proſe- 1
quitur eleganter Iuriſconſul. & de-
clarat, quemadmodum plerunque
vna dictio pro alia ponitur, vt con-
iunctiua pro diſiuncta: & cùm nulla appoſita eſt,
quo caſu oratio dicitur ſoluta, id eſt, neque con-
iunctim, neque diſiunctim connexa, fieri inter-
pretationem ex ſubiecta materia. † Sunt autem 2
coniunctæ dictiones, Et, que, atque, ac: Diſiun-
ctæ, aut, vel, ve, ſeu. Addit Diuus Auguſtinus, in
C ea quam ſcripſit grammatica, nec, neque diſ-
iunctiuam eſſe [f]: quod noſtri non admitterent,
coniunctim enim negant, & ideo quamuis alte-
rum non fiat, committitur ſtipulatio [g].
a ¶ Coniuncta pro diſiunctis.) † Negari non
poteſt, quin regularis coniũctiuæ ſignificatio 3
ſit, vt coniungat, & vtriuſque coniuncti concur-
ſum requirat [h], quod procedit, niſi ex re ipſa, vel
argumento de quo agitur, aliud iudicari ęquum
ſit. Quid enim ſi repugnantia copulentur?
D tunc dubium non erit, pro diſiuncta accipi: vt
cùm quis fundum, eiuſque vſumfructum Titio
legat [i]. Quid ſi eiuſdem ſignificationis duę
dictiones coniungantur? nam & tum ad diſ-
iunctam, uel potius expoſitiuam ſignificatio tra
hetur [k]. Quid ſi ſecundum hunc ſenſum abſur-
dum aliquod conſequeretur? vt cùm quis filios
& hæredes ſubſtituit [l], vel filijs & hæredibus
ſtipulatur. Sed vbi verba, inter quæ copula
additur, ex ſe principaliter, non autem alterius
E reſpectu, proponuntur, diſiunctim fit interpre-
tatio, vt lege XII. tabul. cùm dicitur, Agnato-
rum gentiliumque hæreditas ſit: prius enim
agnati admittuntur: nam & hoc æquitas ſuadet.
Sicut cùm pater filios & nepotes inſtituit [m]. † 4
cæterum & idem eſt, quoties orationibus ſe-
paratis coniuncta interſeritur, quæ & ipſæ ali-
cuius ſpeciei reſpectum non habent: vt ſi lege
notari infamia dicantur, qui depoſitum abne-
gauerint, & qui ſocio tutelæ, mandati, condem-
F nati [n]: & qui calumniæ præuaricationiſque iu-
dicati ſint. Eadem ratione concurſus non fit,
cùm duo adiectiua multitudinis numero abſq;
aliquo ſubſtantiuo proferuntur [o]: vt lego em-
pta & parata gratia vxoris: perinde enim eſt, ac
ſi dictum eſſet, lego empta, & lego parata. I-
demque eſſe arbitror, quoties ea adiectiua ſub-
ſtantiuum reſpiciunt generale, uel indefinitum
[p]: vt idem ſit, ſiue empta & parata legantur, ſiue
res emptæ & paratæ: prioris enim legati verba
in hæc reſoluuntur. Quapropter cui ueſtes

f l. ſi ita quis ſtipul. § de verb. oblig.
g l. ſi is qui ec. § ita. de reb. dub.
h l. ſi hæredi. de cond. inſt.
i l. ſi Titio. de uſu. leg.
k l. j. §. de pact.
l Bart. l. Gallus. § etiã. de libe. & poſt.
m d. l. Gallus. §. j.
n l. j. de his qui not. infam.
o l. ea tamẽ. de leg. iij.
p l. j. de iuſt. & iur.

dum ſoluta pro ſeparatis. Nam cũ dicit apud veteres, agnatorũ gentiliũque: q̃ꝫ, pro ſeparatione accipitur: at cùm dicit[d], ſuper pecunia tutelá ue ſua, tutor ſeparatím ſine pecunia dari nõ poteſt: & cùm dicimus, quod dedi, aut donaui, vtrumq; cõtinemus. Cùm uerò dicimus[b], quod eũ dare facere oportet, quoduis eorum ſufficit probare.

A ¶ Cùm verò dicit prætor, ſi donũ, munusc, operas redemerit, ſi omnia impoſita ſunt, certũ eſt, omnia redimenda eſſe: ex re ergo pro cõiunctis habentur, B ſi quę dam impoſita ſunt, cætera non deſiderabuntur.

a l. qui concubinam. de le. iij.
b l. ſi is qui CC. §. vtrum. de rebus dub.

emptæ & paratæ legantur, eas etiam obtinebit, quæ paratæ, licet non emptæ ſint[a]. Si igitur alicui ſeruos vernas & textores legauero, mihi verius videtur etiam eos deberi, qui ſimpliciter vernæ, vel textores ſint[b]: quod Socinus probauit, licet Bart. diſ-
5 ſentiat. † Sed & ſi nomina appellatiua coniunctim prolata proponantur, ſi materia odioſa nõ ſit, putarim hunc concurſum non requiri: vt cùm quis medicis & doctoribus legat: nec enim requiremus eundẽ & medicum & doctorem eſſe[c]. Idem in conſtitutione, quæ debitores fugitiuos & ceſſantes aliqua pietate proſequatur[d]. quòd ſi odioſam quandam ſeueritatem exerceat, non niſi qui idem & ceſſans & fugitiuus ſit, ea coerceri humanius eſt[e].

c Bald. & Iaſ. d. l. j.
d Rom. conſil. 104. pater.
e Ang. conſ. 16. uiſis.

6 a ¶ Agnatorum.) † Verba ſunt legis XII. tabul. quorum mentio eſt libro Rhetoricorum ad Herennium primo: Si paterfam. inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumq; eſto. & rurſus: Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto. † Sunt autem gentiles, quos
7 vulgò vocamus, eiuſdem parentelæ. Eos etiam ita in Topicis Cicero diffinit: Gentiles ſunt, qui eodem inter ſe nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: nam ſine dubio latior gentis, quàm familiæ eſt ſignificatio. Sueto. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt. Et rurſus in Cæſare: Cuius gentis familia eſt
8 noſtra. † Igitur gentis nomen agnatos, & cognatos continet. Vnde cum prius agnatorum mentio facta ſit, ſequitur vt de cognatis ſub gentilium appellatione accipiamus: quam in-
9 terpretationem Accurſius probat. Alij † gentiles clarioris familiæ agnatos exiſtimant, quam interpretationem in lege XII. tab. propter Ciceronis diffinitionem probauerim: poſtea enim etiam qui à ſeruis oriundi erant, gentiles dicti ſunt. Plin. lib. XXXIII. Singuli Marcipores Luciporesué dominorum gentiles vitam in promiſcuo habebant.

10 b ¶ At cum dicitur.) † Diſiunctiuę dictiones ſunt, aut, vel, ve, ſeu, ſiue: in his regula eſt vt non vtrumque diſiunctum, ſed alterum tantummo-
11 do requirant: † quæ tamen plerunque non obſeruatur, vt cùm alterum ſine altero eſſe nequit: veluti in lege qua iubetur tutorem ſuper pecunia tutelá ue pupilli dari: cum enim pupilli cuſtodiæ tutor datur, conſequenter etiam rebus datur, curaque pecuniæ pars adminiſtrationis ipſius tutelę eſt: nam & cum inter genus & ſpeciem diſiuncta ponitur, plerunque in coniunctã trãſit[f]. Sed & ſi Titium, vel Seium inſtituero, vel tutores conſtituero, vel legatũ fideíve commiſſum illis dedero, cõiunctim huiuſmodi diſpoſitio accipiet[g], ne propter perſonæ incertitudinem reddatur inutilis: quod & generaliter admittendum eſt, quoties vel ex vi verbórum, vel ex alijs legibus, vel ex præſumpta loquentis mente hoc infertur. Primi caſus exemplum 12
eſt † in dictione ſeu[h], quæ ampliandi vim habet: quapropter ſi quis donet pecuniam, quam Peruſij, ſeu Pataiuj habet, vtrãque donaſſe intelligitur: idem enim eſt, ac ſi pecuniam, quã Peruſij, vel etiã Pataiuj habet, donaſſe ſe dixiſſet: quoniã diſiunctiua hæc duplex, ſubdiſiunctiuæ cõiunctęq; ſimul vim habet[i]. † 13
Secundi exemplũ in lege Aquilia accipitur, cùm in ea punitur, qui quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit: declaratur n. alibi quadrupedem, id eſt, pecudem intelligi debere, vt diſiuncta pro expoſitiua ſcripta ſit. At cùm quis ita ſubſtituit, Si filius meus, aut filia
C hæres non erit, Seius eſto: clarum eſt ex mẽte teſtatoris diſiunctam pro coniuncta accipi[k], ne cùm altero filiorũ cõcurrat extraneus. Idemque in ea ſubſtitutione, ſi filius meus inteſtatus, vel ſine liberis deceſſerit[l]: non enim veriſimile eſt, voluiſſe teſtatorem nepotes ſuos excludere, quia filius teſtatus non ſit.

f l. Q. Mutius. de aur. leg.
g l. pen. C. eod.
h l. ſi qs ita leg. de aur. leg.
i l. ij. ad l. aquil.
k d. l. ſi is qui. §. fin.
l l. generaliter. C. de inſtit.

c ¶ Cùm verò dicimus.) Soluta pro ſepara-
tis poni præter regulam eſſe † oſtendit dictio, 14
Interdũ cuius natura eſt de frequentiorib. caſi-
D bus excipere: niſi ergo ex ſubiecta materia aliud 15
appareat, † ipſe arbitror ſolutam orationẽ in cõiunctam magis, quàm diſiunctam inferre. Vnde cùm verba tunc coniuncta dicantur, alterutrum fieri non ſufficiet[m]: licet alij aliter, etiam crebri-
ore calculo. † Contra quos etiam eſt veterum 16
Rhetorum ſententia, qui διάλυσιν, id eſt, diſſolutionem, vocant, quam Iuriſconſultus hîc ſolutã dicit: eam ſic Cicer. diffiniuit: Diſſolutio eſt, quæ coniunctionibus verborũ è medio ſublatis, par-
E tibus ſeparatis effertur hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legib. Item: Deſcende in integram defenſionem, noli quicquam recuſare, da ſeruos in quæſtiones, ſtude verum inuenire. Quod loquendi genus & acrimoniam habet, & vehemẽtiſsimum eſt, & ad breuitatem accommoda-
tum. Hæc ille. † Cæterum dubium non eſt, in 17
quibus caſibus diſiuncta impropriè, vt coniungat, multò magis ſolutam coniungere. & rurſus:
F quoties coniũcta diſiũgit, & ſolutam diſiungere: videtur enim huiuſmodi ſoluta oratio ambigua eſſe, quę in alterutram ſignificationem commodè verti poteſt. Sanè in huiuſmodi oratione illud propriè procedit, quod quandoque Accurſ. dixit punctum loco copulæ eſſe.

m l. ſi in eo. §. ubi. ſ. tit. j.

d ¶ Sidonum, munus.) † Edixerat prætor 18
[n]: ſi donum munus, operas à patrono impoſitas libertus redemiſſet, aduerſus eius tabulas bonorũ poſſeſsionẽ patrono nõ daturũ. Pone ergo ſolũ donũ fuiſſe impoſitũ, vt libertus poſſit liberè teſtari,

n l. Iul. de bon. lib.



¶ Item dubitatum[a] eſt, illa verba, ope, conſilio, quemadmodum accipienda ſint, ex ſententia coniungentiũ, aut ſeparantiũ: ſed & verius eſt, quod et Labeo ait, ſeparatim accipienda: qa aliud eſt factum eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum facit: ſic enim alij cõdici[b] poteſt, alij non poteſt[c]. Et ſanè poſt ueterũ autoritatẽ eò peruẽtum eſt, vt nemo videatur feciſſe, niſi & A conſilium malignũ[d] habuerit: nec conſiliũ habuiſſe nocẽdi, niſi & factum ſecutum[e] fuerit.

LEX LIIII.

VLPIANVS *libro 12. ad Edictum.*

B Conditionales creditores dicũtur & hi, quibus nõdum cõpetit actio: eſt autem cõpetitura[g]: vel qui ſpem[h] habent, vt competat.

teſtari, illud debebit redimere: nõ aũt deſideraţ, vt etiã nõ impoſita redimat. q, ſi mun9 quoq; & operas impoſuerit, etiam hæc redimenda ſunt.
19 a ¶ ITEM dubitatum.) † Eum cuius ope, cõſilio, furtum factum ſit, furti teneri lex ait: vnde dubitatum eſt, an cõiunctim hæc verba accipi deberent, an ſeparatim: uariaueruntq; in hoc antiquorum ſententiæ: ſed Labeo eos, qui ſeparatim accipienda dixerunt, probauit, q, aliud ſit cõſilio, aliud opè furtũ
20 fieri. † Vnde qui ſolá opem adhibet, furti tenetur, tametſi ipſe nõ cõſuluerit, furtũ fieri debere. quod vt uerũ ſit, defendi tamen & illi poſſunt qui cõiunctim accepere: quoniã nõ ſat ſit opem præſtare, niſi eo cõſilio, id eſt, animo præſtetur, vt furtũ fiat. Si ergo cõ-
C ſiliũ pro ſuaſione accipiamus, ſoluta illa oratio diſiunctiuè: ſi pro doloſa adiuuantis intentione, coniunctim intelligetur. Et hic verus eſt huius reſponſi ſenſus, quem nec Accurſius, nec cæteri ſatis percepere.

b ¶ Alij condici.) Scilicet ei qui opem tulerit: quod tunc procedit, cum ad eum res peruẽnit, vel cum fur ſoluendo non eſt[a]: ipſe enim in ſubſidium tenetur, alioquin nec contra eum, qui opem præſtitit, furtiua condictio competit: atque ita vulgò dicitur[b].

a l. peculiũ. §. ſi opem. de pecul.
b l. proinde. de cond. fur.
c l. nõ ſolũ. ver. atilli. de iniur.
d c. j. de off. de leg.

c ¶ Non poteſt.) Scilicet ei qui conſuluit, quando aliàs furtum facturus quis erat[c]: atque ita Accurſ. ſenſit[d], & plerique ſequuti ſunt. In dubio tamen contra conſultorem præſumemus, eum videlicet cauſam delicto præſtitiſſe: nec enim
21 poſtquam quis omnino furari conſtituit, ſolet conſilium petere, ſed cum adhuc dubius eſt. † Quapropter qui conſiliũ dediſſe ꝓbatus fuerit, furti condemnabitur, niſi ipſe oſtendat, etiam ſi nõ conſuluiſſet, nihilominus furem idem fuiſſe facturum[e]: nam tunc leuiore pœna arbitrio iudicis, ex communi ſentẽtia afficietur[f], vt meritò antiquum carmẽ celebretur, Malum conſilium conſultori peſsimum.

e Ang. l. furti. §. ope de furt.
f c. ſicut dig. §. ea vero. de hõ.
g l. lege Cornel. de ſicar.
h l. j. de infam.
i l. in action. de in ſit. iur.

d ¶ Conſilium malignũ.) † Id intellige, vt ſi cri-
22 minaliter agatur, lata culpa non idem valeat, quod dolus[g]: quod ſi ciuiliter, cum in cauſa furti qui condemnatus eſt, ipſo iure notetur infamia[h], videtur tunc latam culpam ſufficere: qua de re alibi latius differitur[i].

e ¶ Secutũ.) † In ſimplici cõſilio cogitationeq;
23 vera Iuriſconſultus ꝓdit[k], q, ſi vltra conſilium cõatus aliquis interuenerit[l], in atrocib. delictis regula eſt pęnã irrogari[m]: leuibus nõ irrogari[n]. †
24 Qua ratione ſi etiam de atroci crimine ciuiliter agatur[o], conatus ſine effectu non punitur. ideq; eſt, quoties delictũ nihil nocuiſſet: vt cũ quis falſum cõmittit, q, alicui damnũ inferre nõ poteſt[p]. Ideq; ſi ante delictũ quis ſpontè pœnitentia ductus deſtiterit[q]. Ceterũ & in hac re in primis legis verba penſitanda ſunt: nã ſi actũ perfectum verba reſpiciũt, qui nondũ perfecit nõ teneť: vt cũ infligiť pœna, ſi quis appellauerit: actus enim cõſummatio per verbũ præteriti tẽporis denotať[r]: aliud eſt in futuro, ſi appellabit[s]. Sed & vbi ipſo iure pœna irrogatur, perfectum oportet fuiſſe crimen[t]: quod & in legibus municipalibus obſeruatur, quia interpretationem extra verborum vim non recipiunt. Aliud autem eſt crimẽ, aliud conatus: hic in itinere, illud in meta eſt.

k Fel. in tracta.
l l. is qui cum. C. de ſicar.
m l. ſi quis non. C. de epiſc. & cl.
n l. j. quod quiſque iur.
o Bal. l. ſi cõſtiterit. C. fin. reg.
p l. damn9. C. de fal.
q l. qui ea. de furt.

L. 54. Cõditionales.

r Card. c. præterea. de appel.
s Ioan. And. c. perpetuo. de elect. in 6.
t Bart. l. j. de ſicar.

LEX LIV.

1 *Cui ſub conditione debetur, propriè creditor non eſt, niſi conditio exiſtat.*
2 *Conditio in contractibus retro trahitur.*
3 *Diſpoſitio generaliter de debitorib9 loquẽs, etiam cõditionalem debitorem continet.*
4 *Conditio vera eſt illa, quæ omnino eſt incerta.*
5 *Spes in iure uarijs modis accipitur.*
6 *Clauſula remitto omne ius, quod habeo, vel habere ſpero, & c. quid contineat.*

CONDITIONALES. f) † Creditor 1
cui ſub conditione debetur, interim propriè creditor non eſt, cum ab inuito extorquere nihil poſsit: ſed poſt
D euentum conditionis verè eſt creditor. † quæ 2
conditio cùm in contractib. retrò trahatur, cenſetur uſq; à principio creditor fuiſſe[u]. † Et ideo 3
diſpoſitio quæ generaliter de debitoribus verba faciat, in dubio de eis quoque intelligetur, qui ſub conditione debuerunt. Quapropter cum teſtator hæredi mandaſſet, vt omnia debita Titij diſſolueret[x]: reſpondere plerique etiam ad dotem, quam ſoluta matrimonio vxori ſuæ Titius reſtituere omino debit, obligari. Nã & ſi
E cõſtitutũ ſit, vt re uenali proſcripta teneatur, q ius habent, illud in ſcriptis intra certum terminum exhibere, aliàs ea res emptori euinci non poſsit[y]: cenſuerũt veteres ius, quod ſub conditione cõpetere poteſt, in profeſsionẽ redigendum: non enim huiuſmodi legis verba magis ad præſens, quàm ad futurum tempus referuntur. Accedit his, q, fideiuſſor ſub cõditione, ſi principalis non ſoluerit, promiſiſſe videtur, & tamen dubium non eſt, quin debitor ſit[z].

u l. is cui. de act. & oblig.
x l. j. l. ſi ſtipul. fuerim. §. j. de uerb. oblig.
y Raph. Iaſ. d. §. j.
z Bar. l. j. ſi certum. pet.

F g ¶ Cõpetitura.) Vt quia promiſſum ſit, cùm morietur: certũ enim eſt hanc conditionem aliquando euenturam. † Vera tamẽ cõditio illá eſt, 4
quæ omnino eſt incerta, ante cuius euentum nõ oritur nec obligatio, nec actio, vt infrà attingemus[a].

h ¶ Vel qui ſpem.) Videtur hîc probari, ſi ſpes nulla ſubſit, quod cõditio eueniat, creditoris loco nõ eſſe: ſicut nec illud pignus videtur, quod veriſimile eſt fore, vt nunquam luatur, quod Bart. ſenſit[b]. † Sanè ſpes in iure varijs modis ac- 5

a l. cedere.
b l. in quorum. de pig.

cipitur: alia enim eſt, quã vigilantiũ ſomniũ Plato appellat, nos remorã dicimus: vt cùm agnatus agnato ſucceſſurũ ſe opinatur: & hæc nullius effectus eſt. alia eſt paulò proximior, vt quã filius in hæreditate patris cõcepit: & huius quandoq; ꝓpter naturale votum parẽtum ratio habetur[a]. alia eſt, quæ ex præſenti iure nititur, ſemperq́; in cõſideratione eſt: vt in eo, qui per fideicõmiſſum alicui ſubſtitutus eſt: niſi eñ huiuſmodi ſpes probabilis eſſet, ei per cautionẽ fideicõmiſſi nomine prætor non ſuccurreret[b]. Idem in eo, qui eſt ſtatuliber, & præſẽtem ſpem habet, vt quia hæreditas adita ſit: quod & in contractu conditionali obſeruamus. † Vnde illa clauſula, qua in con- 6 tractibus ſolemus dicere, nos remittere omne ius, quod habemus, uel habere ſperamus, ad ius ſolùm præſens trahitur, vel ad futurũ, quod tamen ex cauſa præſenti habere ſperamus[c], vt Bart. ſcripſit.

a l. nec ei. §. præterea. de adopt.
b l. ij. de ſtatuli.
c l. poſt emancip. §. fin. de lib.

LEX LV.

PAVLVS *libro. 16. breuis Edicti.*

A CReditor[a] autem is eſt, qui exceptione perpetua ſub moueri non poteſt: qui autẽ exceptionẽ temporalẽ timet, ſimilis eſt[b] conditionali creditori.

LEX LVI.

LEX LV.

1 *Creditor an ſit, qui exceptione perpetua excluditur.*
2 *Creditor exceptionem temporalem timens, ſimilis eſt conditionali.*
3 *Similia dicuntur, quæ eadem ratione innituntur, vel in effectu & cauſa conueniunt.*
4 *Quod dialectici dicunt, vt tollatur conſequentia, ſufficere inſtantiam, quomodo intelligendum.*

1 CREDITOR[a].) † Quamuis qui exceptione perpetua, puta pacti de nunquã petendo excluditur, ipſo iure ſit creditor, imò niſi exceptio opponatur, obtineat: attamen quia veriſimile eſt reum in re ſua fore diligentem, & actori præſcripturum, talis creditor non intelligetur: conſiderat enim lex effectũ. Et ideo ſi petẽte creditore velit lex, etiam indicta cauſa debitorem in carcerem detrudi, hunc caſum excipiemus: quoniam nec is propriè creditor eſt[d], qui exceptione perpetua ſubmouetur: nec propriè debitor, qui eam habet. idemque cùm dubium eſt, an perpetua exceptio futura ſit[e]: vt cùm promiſi non petere, donec Titius conſul fiat.

d l. creditores. §. eod.
e l. ſufficit. de cond indeb.

2 b ¶ Similis eſt.) † Sicut enim conditionalis creditor euentum cõditionis, ita iſte diem expectat[f]: alioquin non paucæ ſunt differentiæ inter hos caſus. Sed ſufficit ſimilitudinem eſſe reſpectu eius rei, de qua agitur[g]: † vnde ſimilia di- 3 cuntur, quæ eadem ratione innituntur, vel quæ in effectu & cauſa conueniunt: idq́ue potius obſeruabimus[h], quàm formam: quamuis quæ in forma non conueniant, diſsimilia plerunque 4 appellentur. † Vnde quod noſtrates Dialectici aiunt, vt tollatur conſequentia, ſufficere inſtantiam, accipiendum eſt, ſi inſtantia de ratione deducat, non ſimpliciter de pronunciato[i].

f Bar. l. ita ſtip. in j. ¶. de uerb. oblig.
g d l. ſufficit.
h l. j. §. igitur de exercit.
i Iaſ. l. creditori de cog. no. nunt.

LEX LI. V

1 *Deſcriptio, ſubnotatio, cognitio, diſpunctio, quomodo differant.*
2 *Verbum, Expungere.*
3 *Exemplum, §. liberorum. in lege noſtra.*
4 *Nepos ex filia quando inter liberos cõtineatur.*
5 *Filij appellatione regulariter etiam naturalis cõprenditur.*
6 *Quibus caſibus id non procedat.*
7 *Spurios lex pro filijs non habet.*
8 *Differunt, ſubſtituat quis ex uirili ſexu, an per lineam uirilem.*

VLPIANVS *libro 60. ad Edictum.*

A COgnoſcere[c] inſtrumẽta, eſt relegere, & recognoſcere. Diſpũgere, eſt cõferre accepta & data. ¶ Liberorũ[d] appellatione continentur non tantùm qui B ſunt in poteſtate, ſed omnes qui ſui iuris[e]

COGNOSCERE[c].) † Deſcriptio, 1 ſubnotatio, cognitio, diſpunctio rationum inſtrumẽtorúm ue differunt. Deſcribimus ea, quorum exẽplum accipimus. C Subnotamus, cùm quaſi inuentarium conficimus[k]: adſcribimusq́ue quot corpora inſtrumentorum ſint, & de qua re. Cognoſcimus, cùm ea legimus atque relegimus: qui enim rationes recognoſcit, verum eſt eum ipſas cognoſcere: ſicut qui reddit, dat: qui repetit, petit[l]. Diſpungit rationes, qui data & accepta confert, excutitq́;, & examinat: vnde & diſpunctio, pro diligenti percontatione D examinationeq́ue accipitur[m]: opinor, quia veteres ſoluerent rationes, cùm data acceptaque cõſtituiſſent, tranſuerſo puncto confodere: hinc Iuuenalis, moroſam auaramq́ue mulierem deſignans, quæ rationes diu peractas, abſolutasq́ue recognoſcerẽt: Longi, inquit, relegit tranſuerſa diurni. † Id etiam expungere quandoque appel- 2 latur[n], quod verbum reijcere quoque & de medio tollere ſignificat[o], quoniam ſuffragia puncto notabantur: vnde quos ceu indignos præ- E teribant, expungere dicebantur.

k l. fin. de bon. aut. iud.
l Bart. in rub. ſol. mat.
m l. ſi ſtatulibera pœnæ. in fin. de ſtatu lib.
n l. in omnib. §. de diut. præſcr.
o l. penult. de re mil.

d ¶ §. LIBERORVM.) † Huius reſpõſi exẽ- 3 plum hoc affert Accurſius, ſi is qui opus reipub. pollicitus, poſtquam inchoauerit, deceſsit[p], hæres extraneus in quintam patrimonij partem tenetur: quòd ſi ex liberis ſit, ſolùm in decimam: † interpretatuſq́ue eſt diuus Pius inter liberos 4 nepotem quoque ex filia contineri[q], quam interpretationem non procedere in priuilegijs, quæ generaliter publicæ vtilitati derogarent, F communi ſententia receptum eſt. Idemq́ue ſi lege municipali agnati fœminas excluderent: videtur enim tum teſtator qui liberos inſtituit, prius de agnatis ſenſiſſe, & eum ordinem ſequutus, qui in inteſtati ſucceſsione ſeruandus erat[r].

p l. pen. & fin. de pollicit.
q l. j. de iur. im. l. quia. ſol. mat.
r Bar. l. hæred. §. cũ ita. ad Tre.
s l tutelas. de capit dim.
t l. ex facto. §. j. ad Treb.

e ¶ Sui iuris.) Vt emancipati, & naturales: 5 † regulariter enim appellatione filij, etiam naturalis compræenditur[s]: naturæ enim id nomen 6 eſt, non iuris ciuilis tantùm: † & hoc niſi teſtatoris conditio & dignitas[t], præſumptaue diſpo-
nentis



nentis mens aliud inducat[a]. Quid enim ſi legitimi adſint? potiores certè illi eſſe debent. Quid item ſi ab eccleſia emphyteotica bona pro ſe & liberis aliquis acceperit? ad naturales enim peruenire ea non poſſunt: nec veriſimile eſt de eis actum fuiſſe, qui abominato à iure[b] canonico concubitu orti ſunt: ſed & in materia odioſa humanius erit de eis non intelligi[c], dum tamen melior inde non fiat naturaliũ q̃ legitimorum conditio, vel pater ipſe propter naturalium numerum priuilegia non conſequatur[d]: & hæc de naturalibus. † At de ſpu- 7 rijs aliud eſt: hos enim lex pro filijs nõ habet[e]: Et ideo conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, fideicommiſſo addita, propter ſpurium nõ deficit: quod ego arbitror verum, etiam ſi per reſcriptũ principis legitimatus ſit, quoniam lex incertum illi patrem tribuit, nec præſumit ex legitimante ortum. Vnde parentis fideicommiſſo grauati[f], confeſsio & tractatus ipſi obeſſe debet, non autem ſubſtituto, niſi verè probaretur ex eo natus, vt quia ex ancilla domi retenta, quæ cum alio non conſueſceret[f].

a l. fin. de iure delib.
b c. ſtatutum. ij. de hære. in 6.
c Bar. l. quia. de in ius uoc.
d l. ij. §. legitimos. de exc. tut.
e auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.
f Alb. l. filium. de his qui ſunt ſui.

a ¶ Virilis ſexus.) † Differentia eſt, ſubſtituat 8 quis ex uirili, ſeu per virilem ſexum deſcendentes, an per lineam virilem: nam primo caſu etiã fœmina ex filio vel nepote nata continebitur, ſecundo non continebitur: non enim per lineã deſcendit, niſi qui in linea eſt[g].

g Mod. l. Gall. §. nũc de leg. ff. de lib. & poſth.

ſunt, ſiue virilis[a], ſiue fœminini ſexus ſunt, ex'ue fœmineo ſexu deſcendentes.

LEX LVII.

VLPIANVS *lib. 58.*

A CVi præcipua cura rerum incumbit, & qui magis q̃ cæteri diligentiam, & ſolicitudinem rebus quibus preſunt, debent, hi magiſtri appellãtur. Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationẽ à magiſtris cognominantur: vnde & cuiuſlibet diſciplinæ[b] præceptores, magiſtros appellari à monendo, vel mõſtran- B do[c]. ¶ Perſequi[d] videtur, & qui ſatis accepit.

LEX LVII.

1 *Magiſtrare verbum, & magiſtri qui dicantur. & numero. 3.*
2 *Magiſtratus vnde dictus.*
4 *In agone literario tres ſunt diſtincti gradus.*
5 *Magiſtri etymologia, et alluſio.*
6 *Accurſ. perſequi pro conſequi malè exponit.*
7 *Perſequimur id, quod nondum ſumus conſecuti.*
8 *Satisfactionem pro vera ſolutione non eſſe quando obtineat.*
9 *Perſequi dicitur, qui officium iudicis implorat.*

1 CVI præcipua.) ¶ † Magiſtrare moderari eſt, vt Feſtus inquit: vnde magiſtri, non ſolùm doctores artium, ſed etiam pagorum præfecti, quos F vulgò Syndicos vocamus: vel collegiorum, ſocietatúmue, quos Abbates appellant. Hinc & magiſter populi Dictator, & magiſter haſtæ, qui auctionibus præeſt, & magiſter pecoris, ipſe cuſtos, & magiſter nauis, cui cura nauis demandata eſt. Sic autem dicti ſunt, quo- 2 niam magis cæteris poſſunt: † vnde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quàm priuati.



b ¶ Cuiuſlibet diſciplinæ.) † Hinc legum doctores magiſtri dicuntur, putauerimq́ue generaliter hoc nomine contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo inſigniri debebant[h], † ita in 3 agone literario tres 4 ſunt diſtincti gradus. Primus, qui à bacca laurea ſumpſiſſe nomen videtur, ſcholaſtico ordini proximior, quàm doctorum. Secũdus ad eos pertinet, qui nondum inſignia ſuſcepere, electi tamen autoratique ſunt, traduntq́ue in materia fauorabili hunc pro Doctore haberi.

L. 57. Cui præcipua. §. Perſequi
h l. j. C. de athl.

c ¶ Vel monſtrando.) † Atqui ſu- 5 perius non à monſtrando, ſed quòd magis cæteris curam præſtare debeant, magiſtros dictos inquit: ſed ipſe arbitror illam etymologiam, hanc alluſionem eius vocabuli eſſe. Verum fingamus aliquem C huiuſmodi curam non præſtare, an idcirco magiſter non erit? & aiunt eſſe: quoniam nomen ab eo ducitur, quod fieri deberet, licet non fiat. Qua ratione & Pontificem & Auguſtum appellabimus, qui ad vitam æternam pontem non faciat, & qui Imperij corpus non augeat.

d ¶ §. PERSEQVI.) † Accurſius perſequi in- 6 terpretatur. i. conſequi: nã qui ſatis accepit, puta fideiuſſores[i]. vel pignora, pinde habet, ac ſi rẽ petitã conſequutus eſſet[k]: q̃ expoſitio mihi non 7 D probatur, † quia propriè illud perſequitur, q̃ nõdum ſumus conſequuti: quapropter & lib. 11. A. Gellius: Non puto, inquit, Cæcilium ſequi debuiſſe, quod aſſequi nequiret. Verior igitur ſenſus eſt, vt quamuis aliquis ſatis acceperit, tamen adhuc dicatur perſequi: † quia ſatisfactio 8 pro vera ſolutione non eſt[l]. In quo tamen articulo ſolet diſtingui: aut lex ſatisfactionem requirit, & ſufficit fideiuſſores, vel pignora offerre: aut ex forma contractus alicui ſatisfacien- E dum eſt[m], & ſoluere pecuniam opus eſt: quoniam in his non de ſimplici ſecuritate creditoris actum videtur, ſed de actus perfectione plenaq́ue liberatione, quam ſolutione demum facta conſequimur. † Sanè & perſequi dicitur, qui of- 9 ficium iudicis implorat: quapropter ſi caueri mihi poſtulem per fideiuſſores, quod in prætorijs ſtipulationibus regulare eſt[n], perſequi videbor: expediuntur enim hæc officio iudicis[o].

i l. item §. j. quibus mod. pign.
k l. ſi rem. §. dicimus. de pig. act.
l l. j. qui ſatiſd. cog.
m Auth. ſi quando. C. de conſt. pec.
n l. j. §. ſtipul. de præt. ſtipul.
o l. iubere. de iuriſd. om. iud.

LEX LVIII.

1 *Inter geſtum & factum an ſit differentia.*
2 *Geſta etiam de priuatis dici, contra Vallam.*
3 *κατάχρησις figura, tranſlatio, uſurpatio.*
4 *Romani repudiare volentes vxorem, libertum ſuum huius rei nuncium mittere ſolebant.*
5 *Libertus ſuus quis intelligatur. num. 7.*
6 *Emendatus text. in fin. legis noſtræ.*

LEX LVIII.
CAIVS *lib.* 23.

A Licet inter geſta & facta videatur quædam eſſe ſubtilis differentia, attamẽ καταχρηστικῶς inter factum & geſtum nihil intereſt. ¶ Paternos libertos, rectè videmur dicere noſtros libertos: liberorum noſtrorũ, nõ rectè libertos noſtros dicimus.

LEX LIX.
VLPIANVS *libro* 68.

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importãtur merces, & inde exportantur: eaq; nihilominus ſtatio eſt concluſa atq; munita: vnde angiportũ dictum eſt.

LEX LX.
IDEM *libro* 69. *ad Edictum.*

Locus *a* eſt, non fundus, ſed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid eſt: & B plerunque ſine villa fundum accipimus. Cæterùm adeò opinio noſtra, & conſtitutio locũ à fundo ſeparat, vt & modicus locus poſsit fundus C dici, ſi fundi animo eum habuimus: non enim magnitudo locũ à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio: et quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc cõſtituerimus: nec non & fundus locus conſtitui poteſt: nam ſi eum alij adiunxerimus fundo, locus fũdi efficietur.

¶ Loci appellationem *a* non ſolùm ad ruſtica, verùm ad vrbana quoq; prædia pertinere, Labeo ſcri B bit: ſed fundus quidẽ ſuos habet fines, locus verò latere poteſt, quatenus determinet, & definiatur.

1 [ L ]ICET.) a † Quoniam ſuprà geſtam rem ſingnificare ſine verbis factã, ex Labeonis [a] ſententia traditum fuerat, eam differentiam Caius hîc tanquam nimis ſubtilem contemnit: quia καταχρηστικῶς, id eſt, abuſiuè inter factum & geſtum nihil intereſt. Laurentius Valla geſta referri ad rempublic. maiorisque dignitatis eſſe tradidit, acta etiam de priuatis di-
2 ci: † quod non omnino probo, quandoquidem etiam de negotijs geſtis id verbũ proferimus, qui tractatus ad priuatos pertinet. Ampla verò & faciendi eſt ſignificatio, quã hîc explicat Accurſius, nos alibi cõmodius attingemus. Id ex hoc reſpõſo ſummè annotandum eſt, vocem καταχρηστικῶς (ſic enim in antiquis codicibus legitur) id eſt, abuſiuè, plerunq; propria & ſubtili interpretatione reiecta accipi: nimia enim iuris ſubtilitas, crux eſt, vt antiqui dicebant: vnde illud Comici, Summũ ius, ſumma iniuria
3 eſt. † Fabius. Quintilianus κατάχρησιν figuram eſſe autor eſt, vbi proprio nomine omiſſo, aliud vicinum aſſumimus: Translationẽ verò, vbi nomen proprium deeſt: quo fit, vt hanc neceſsitas excuſet, vſurpationẽ ornatus, vel ratio carminis.

a l. Labeo. § eo.

b ¶ §. PATERNOS.) † Solebant Quirites
4 cùm repudiare vxorem vellent [b], libertum ſuum huius rei nuntium mittere, quod & Satyra Iuuenalis indicat:

*Collige ſarcinulas, clamat libertus, & exi,*
*Iam grauis es.*

b l. nullum. de diuort.

Dubitatum fuit, quem libertum ſuum intelli-
5 geremus: † & paternum quoque ſeu auitum ſuum libertum eſſe Iuriſconſulti tradiderunt. Quòd ſi à filio fortè milite caſtrenſis peculij ſeruus manumiſſus ſit, is libertus patris dici non poterit, miles enim eius patronus eſt, non pater [c]. Cæterùm & filius, qui ex aſsignatiõe patris libertũ habet, ſolus ei patronus eſt, non autẽ frater [d]: quamuis etiã quantũ ad eũ, rectè paternus libertus dicatur.

c l. antepen. qui & à quibus.
d l. j. de aſſeſſ.

6 c ¶ Noſtrorũ liberorũ.) † Alij codices habent libertorũ: nã libertus [e] liberti mei, meus libertus nõ eſt. ſed verior hîc lectio eſt liberorum: nam & in antiquiſsimis exemplaribus vna cõplexione ſic finitur: Paternos libertos noſtros libertos, liberorum noſtrorũ non rectè noſtros libertos di-
7 cimus. † Sed an id obſeruabitur etiã viuente manumiſſore? & quia generaliter Iuriſconſ. loquitur, veriſimile eſt hoc quoque caſu ſententiam hanc producendam: nec abhorret, vt patris libertus filij quoque ſit, cùm rerum paternarum in vita patris filij quodammodo domini habeantur [f]. Cæterùm quamuis libertus filijfamil. militis manumiſſore mortuo patris libertus non dicatur, deferetur tamen illi eius hæreditas, ſecũdum Iuſtiniani conſtitutiones [g].

e l. Modeſtin. §. eod.
f l. in ſuis. de liber. & poſt.
g §. militis. Inſtit. de ſucceſ.

LEX LIX.

1 *Portus pro inſula aut domo.*
2 *Portus pro nauium ſtatione.*
3 *Angiportus.*

[ P ]ORTVS.) † Portũ antiqui plerunque pro inſula aut domo, vt Feſtus inquit, dicebant: cuius rei rationem Iuriſconſultus hîc aſsignat, quod ſcilicet merces in eã portarentur. Hinc à ſimilitudine, † portus appellari cœpta eſt: nauiũ ſtatio, qua incluſæ naues à ventis tutæ eſſent: iſque frequentiſsimus eſt huius vocis ſignificatus. † Sed & angiportum, anguſtam viam inter portus, id eſt domos, dixerunt: qua de re latius Grammatici diſſeruere. 1 2 3

LEX LX.

1 *Locus & fundus quomodo differant.*
2 *Stipulatio fundi in genere, non valet.*
3 *Niſi affectio teſtatoris probetur, appellatione fundi de toto intelligimus.*
4 *Pars fundi pro toto fundo quandoque ſumitur.*
5 *Loci varia ſignificatio.*
6 *In iure quandoque locus generaliter accipitur, & ex mente proferentis interpretationem capit.*

[ L ]OCVS.) † Locus fundi portiuncula eſt, fundus autem intelligitur ſecundum domini mentem, qui ex vno plures fundos facere poteſt, ſi, quibus quiſq; finibus cõtineatur, deſignauerit: quapropter & minimã partẽ fundũ F dicemus, ſi talis fuerit eius affectio. † hinc eſt, quòd ſtipulatio fundi in genere nullius eſt momenti, propter incertitudinem: offerendo enim vel ceſpitem terrę liberaretur promiſſor, vt quidã ſcribunt [h]. Sed & Mar. Ciceronis in quodã ioculari libello citantur hæc carmina: Fundũ Varro vocat, quẽ poſsim mittere funda, Ni tamẽ exciderit, quà caua funda patet. Igitur niſi affectio teſtatoris probet, in dubio appellatione fundi de toto intelligemus [i]: nec vt ab hac interpretatiõe recedamus ſufficiet, ſi in plures regiones commodioris culturæ gratia fundum diuiſerit [a]. & ſi tibi quis partẽ fundi Corneliani legauerit, deinde eadem ſcriptura fundum Cornelianum leget, nõ
4 ſola pars, ſed totus debebitur: † pars enim fundi vt diximus, tunc pro toto habetur, cùm ea affectio eſt teſtatoris, vt non pars, ſed totũ ſit. Quod in propoſita quæſtione dici non poteſt: quomodo enim pro integro, fundo habuiſſe eũ teſtator videtur, qui partem fundi tantummodo appellauit? vt meritò Pauli Caſtrenſis [b] ſentẽtia, qui aliter exiſtimauit, reiicienda ſit.

h l. cum' poſt. §. gener. de ſatiſd.
i l. ſi defenſor. §. j. de interro. act.



a l. Caius. in fi. de leg. ij.
b l. plane § j. & fin. de leg. j.

Cæterùm etiam ſi domini affectio non probetur, putauerim partem fundi pro fundo accipi debere, quoties de falſo periurioque euitando ageretur: adiuuanda enim quoque modo eſt interpretatio in humaniorem partem.

a ¶ Loci appellationem.) † Locus, vbi quid
5 collocari poteſt, dicitur. eius autem μεταφορικῶς varia eſt ſignificatio, vt cùm dicimus quem loco obſcuro natum, vel loco fratris fuiſſe: illud enim ad genus nobilitatemque refertur, hoc vicem denotat. Sed & Ariſtoteli Ciceronique loca ſunt argumentorum ſedes, hoc eſt, vniuerſales propoſitiones, quę particularia continent, ſicut
6 loci corpora. † In iure verò quandoque locus generaliter accipitur [c], & ex mente proferentis interpretationem capit. Qua ratione in prędijs vrbanis locus ſine ædificio dicitur area: in ruſticis, ager. At cùm ſpecialiter reſpectu fundi locum dicimus, de portione aliqua accipimus. Quòd ſi fundi Tuſculani dominus ſimpliciter locum ſuum Tuſculanum legat: ne ex incertitudine legatum vitietur, exiſtimauerim generaliter intelligendum, vt integer fundus debeatur: nam & huiuſmodi expoſitio vulgari ſermoni alludit.

c l. fundi. § eod.

LEX LXI.
PAVL LIBRO 65.

A Satiſdationis appellatiõe interdũ etiã repromiſsio cõtinebitur, qua contẽtus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur.

LEX LXII.
CAIVS LIB. 27. AD EDICTVM PROVINCIALE.

Tigni appellatione in lege XII. tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant ſignificatur.

LEX LXI.

1 *Satiſdare, ſatisfacere, & repromittere. & nu. 3.*
2 *Verbum Cauere, varias habet acceptiones.*
4 *Compulſus ſatiſdare ſi propter paupertatem non poſsit, ſufficit eum præſtare cautionem fideiuſſoriam.*

1 [ S ]ATISDATIONIS.) ¶ † Satiſdare propriè dicitur, qui dat fideiuſſores [d]. Satisfacit, qui pignore vel qualibet alia ratione ſecurum cõtentúmue creditorem reddit [e]. Repromittit, qui nuda ſtipulatione ſe obligat. † Ca-
2 uere verò variè accipitur, in diſpoſitione prætoria ſatiſdationem requirit [f], in ciuili ſolam promiſsionem, cum hypotheca bonorum, vt quidã ſentiunt. Quòd ſi lex cauſa cognita caueri velit, vel idoneè, plenè, rectè, competenter, ſufficientérue, tunc arbitrio iudicis etiam ſatiſdandum erit [g]. veluti ſi ſuſpectus ſit, qui cauere debet, vel pignus præſtandum aliàs nullius effectus eſſet [h].
3 † Sanè qui ſimpliciter repromittit ex vi verborũ, non videtur ſatiſdediſſe, licet lex propter creditoris conſenſum ita interpretetur: vt in defenſore, quem lex ſatiſdare iubet [i]. quod & in eo dicẽdum eſt, qui euidentiſsimè ſit locuples: non enim lex, quæ ſatiſdatiõe requirit, de huiuſmodi homine cenſiſſe videtur [k]: quod verũ putauerim, cùm ſatiſdatio idcirco ſolùm requiritur, quia quãtum ad facultates, lex creditori cõſultum velit [l]: ſed ſi etiam celeritatẽ perficiendæ litis reſpiciat, fideiuſsio tum quoque præſtanda erit [m]: cùm noſtra quãdoque interſit, poſſe cum fideiuſſore experiri, qui non ita litigioſus, & tergiuerſator ſit, ſicut prĩcipalis quiq; bo-
C nam fidem fortè agnoſcet. † Cæterùm & bo- 4
nus vir, qui compulſus ſatiſdare, propter paupertatem non poſsit, repromittens cum iuriſiurandi religione, admittetur [n], ne eum ad impoſsibilia obligare lex videatur, vel aliàs ius ſibi iã quæſitum admittat [o].

d l. j. qui ſatiſd. cog.
e l. j. de prætor. ſtipul.
f l. ſancimus. C. de verb. ſig.
g Alex. l. diuortio. §. interdũ. ſol. mat.
h l. in omnib. de iudic.
i l. v. § nunc videamus. iudic. ſol.
k l. quicunq. ij. C. de ſun. pat. lib. xj.
l l. j. vt leg. no.
m l. minor. in fi. de procur.
n Iaſ. l. j. in fin. qui ſatiſd. cog.
o §. ſed hodie. Inſt. de ſat.

L. 62. Tigni appellatiõe.

LEX LXII.

1 *Tigni appellatio omne materiam ex qua ædes conſtant, continet.*
2 *Tigna à tegendo dicta.*
3 *Communi vſu loquendi tigna ſolent trabes appellari.*
4 *Accurſ. lapſus in verbo, ſciſcere, quod eſt confirmare.*

[ T ]IGNI.) Legis 12. tab. verba hęc erãt, quorum mentionem Feſtus Pompeius [p] facit: Tignum iunctum ædibus, vineæve ne vendicato, nec ſoluito. Sunt qui exiſtiment legem duodecim tabularum ita conceptam, Tignum iunctum ædibus vineis've ne ſoluito: B ſed duplum qui iunxit, dato. Declarat ea Iuriſconſultus, † vt tigni [q] appellatione omnis materia, ex qua ędes conſtant, contineatur. Vnde tegulæ, lapides, cæmenta, calx, arena, atque id genus ſimilia, hoc nomine comprændentur [r]. † Tigna enim à tegendo dicta ſunt. Qua ratione & fabri tignarij appellatione, oẽs materiarij, murarij, albariiq; ſignificabuntur [s]. † Huiuſmodi tñ interpretatio à communi vſu loquendi abhorret: F quandoquidem tigna ſolent trabes appellari, quibus ſumma domus contegitur: hinc & contignationes dictæ, quorum vocabulorũ frequẽs mentio eſt M. Vitruuio: vt hinc argumentũ colligi poſsit, poſſe dictionẽ quãlibet, quoties deriuatio cum ratione legis conueniat, ſecundum eam accipi, tametſi cõmunis loquendi vſus repugnet. Sanè verborũ legis XII. tabul. in iure quoq; mẽtio eſt, vbi dicit, quemadmodũ ea lex tignũ ędib. iunctũ vẽdicari poſſe ſciſcit, ſed interim id ſolui prohib. pretiũq; dari voluit [t]. † Quo in loco Accur. 4

p lib. xviij. de verb. vet. ſig.
q l. tignl. ad exhiben.
r l. j. de tig. iniuncto
s l. ſerui. § eod.
t l. qui res. § ſi. de ſolut.

ſi ſcit ſeparatim legit, nimirum ignorans, idem eſſe ſciſcere, quod confirmare: vnde & plebiſcitum dicitur.

LEX LXIII.

1 *Penes ſe, & apud ſe rem habere, quomodo differant.*
2 *Hæc duo aliquando confundi.*

LEX LXIII.

VLPIANVS *libro* 71.

PEnes te amplius eſt, q̃ apud te: nã apud te, eſt, q̊d quali tercunque à te teneatur: Penes te, eſt, q̊d quodam modo à te poſsídetur. A

LEX LXIIII.

VLPIANVS *lib.* 67.
AD EDICTVM.

1 PENES.) † Qui penes ſe rẽ habet, plus iuris in ea habere videtur, quàm qui apud ſe: idem enim eſt penes ſe habere quod penitus apud ſe, id eſt, in poteſtate, iure, dominioq́; ſuo, cũ dictio apud, ad perſonam vel locum ſimpliciter referatur: quod & Feſtus Pomp. probat, & Laur. Valla. Depoſitarius igitur commodatarius, & colonus a-
2 pud ſe habet, dominus penes ſe [a], † licet cõfundi hanc differentiam plerunque animaduerterim [b]. Qũapropter ſi lege inducatur pœna illi, penes quem furtiua res reperiatur, putauerim etiam, qui ſimpliciter ſciens detineat, obligari: tametſi ex hoc reſponſo, is nõ penes ſe non habere, ſed potius apud ſe dicatur: nec enim veriſimile eſt legislatorem ad huius tam ſubtilis differentiæ modulum verba ſua redegiſſe. C

a l. Titia. §. Caſus. de leg. ij.
b l. ſi quis in tãta. C. vnde vi.

LEX LXIV.

1 *Verbum, teſtari, quid ſignificet.*
2 *Inteſtatus tripliciter quis dicitur. & num. 4. & 5.*
3 *Participij natura eſt, vt potentiam ponat, actum neget.*
6 *An etiam inteſtabiles, inteſtati dicantur. & num. 7.*

1 INTESTATVS.) † Teſtari verbũ inter alia ſignificat ſuam ſententiam etiam expromere: vnde teſtimonium, & teſtamentũ deducitur: & inteſtabilis, qui nec teſtimonium dicere, nec teſtamentũ facere [c], ex teſtamẽtóue aliquid conſequi poteſt. Hinc etiam inteſtatus de-
2 riuatur, † cuius vocis triplex eſt ſignificatio: primò eñ eum ſignificat, qui teſtamentũ non fecit, nõ facit hęc propria & indubitata eſt interpretatio: quoniã, vt Bartolus [d] inquit, Inteſtatus participiũ id eſt, † cuius ea eſt natura, vt potentiã po-
3 nat, actũ neget: quã rationẽ nõ ſatis ſcio, an Grãmatici reciperẽt: cùm. n. præpoſitio verbo nõ cõueniat, ſequitur vim nominis habere, nõ participij alioquin inductus infectus, inuiſus, inſolẽs, euidẽs vim participij haberẽt, q, ipſi negãt. Cæterũ & is inteſtat⁹ eſt, cuius teſtamẽtũ iure defecit, vt quia iniuſtũ vel irritũ pronuntiatũ eſt. Idẽ eñ eſt teſtamentũ omnino nõ facere, vel huiuſmodi
4 facere, quod nullũ pronũtietur [e]. † Secundò inteſtatus dicit̃, qui teſtamentũ ex ſe quidem validũ fecit, ſed q, ex eo corruit, qa hęres inſtitut⁹ noluerit adire, & hic ſenſus quoq; nõ improprius eſt. Dixit tñ Bar. ſi lex aliquẽ admittat in eius ſucceſsionẽ qui inteſtatus decederet, verba legis hoc caſu ceſſare nõ. n. inteſtat⁹ decedit is ex cuius teſtamẽtũ hęreditas nõ adit̃, cùm tẽpore, q̃ decedit

c l. cùm lege. de teſta.
d Bartol. l. j. de ſuis.
e Inſti. de hære quæ ab inteſta in prin.

verũ ſit eũ eſſe teſtatũ, licet deinde ex hęredis ſcripti facto reddat̃ inteſtat⁹. Sed hãc ego ſubtilitatẽ non approbo quæ contra Iuriſconſulti; verba eſt [f], eum propriè inteſtatum deceſsiſſe dicẽtis, cuius hæreditas adita non eſt, vt inde appareat dictionem hanc tractũ habere, & ad perfectionẽ tẽporis referri, q, nõ niſi adita hęreditate conſumit̃. † Tertiò inteſta 5 tus dici poteſt etiã is, qui teſtamentum facere iure non potuit, vt pupillus & furioſus: & ideo ſi filio inteſtato conſtitutum ſit agnatos ſuccedere, pupillo mortuo nihilominus ſuccedent, matremque excludẽt: 6 † quoniam communi vſu etiam inteſtabiles inteſtati dicuntur: idq́; aliqui cum Bartol. ſenſere [g]. Sed frequentius in contrariam ſententiam itum eſt, quod inteſtati impropriè hi appellentur, nec de hoc communi vſu quicquam appareat: videturque agnatos in eius, qui teſtamentum facere poſsit, hæreditatẽ facilius admittendos, ex defuncti præſumpta voluntate, qui cùm teſtamentum nullum fecerit, voluiſſe illis hæreditatem relinquere cenſetur. At in eo. qui etiam ſi aliter diſponere voluiſſet, non potuit, præſumpta nulla pro agnatis eſt voluntas. Nobis Bartol. ſententia potior viſa eſt, cũ de communi Iuriſcõſultorum vſu ex quampluribus legib. conſtet [h]: nec præſumpta voluntas teſtatoris probabilis cauſa differentiæ eſt, cùm lex eam non ſequatur, ſed ipſa legem. Volunta- D tem enim ſecundum leges regere & moderari quiſque præſumitur: alioquin, ſi quis de facto impeditus teſtari non potuiſſet, agnati fuiſſent excludendi, quod abſurdum eſt. † Sanè dubium 7 non eſt rectè proprieque de inteſtabilibus dici [i], eos ſine teſtamento, vel etiam ab inteſtato deceſsiſſe, quamuis propriè inteſtati non dicantur.

INteſtatus eſt, non tantùm qui teſtamentũ non fecit, ſed etiam is, cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt.

LEX LXV.

VLPIANVS *libro* 62.
AD EDICTVM.

B HAeredis [a] appellatio nõ ſolùm ad proximum hære-

f d. l. j.
g Alex. l. generaliter. C. de inſt
h l. qui duos. l. Lucius. de vulg l. diuus. l credẽtes. qui pet. tut.
i Alex. d. l. generaliter.

LEX LXV.

1 *Hæredis appellatio vltrà proximum hæredem extenditur.*
E *Ibid. Hæredis hæres, teſtatoris quoq; hæres eſt. & num. 5.*
2 *Si ſcripti hæredis mẽtio fiat, ſecundus hæres nõ cõtinebitur, ex ſermonis proprietate.*
3 *Quoties appellatio hæredis extraneos nõ continet, vlteriores extranei excluduntur. Fallit hoc, vt n. 4.*

1 HAEREDIS.) a ¶ † Hæredis appellatio etiam vltra proximum hæredem extenditur [k]: vnde ſolemus dicere, hæredis hæredem teſtatoris hæredem eſſe: quo ex proprietate F ſermonis, atque etiam in pœnis procedit, vt apud pleroſque tractatum eſt [l]. Quapropter conditio, vt hæredi Titio detur, adimpleri in hærede hæredis poteſt [m]. Hinc & pater iure caſtrenſis peculij rem filij mortui occupans, eius hęres dicitur [n], cui filius ipſe miles iam ſucceſſerat: q, & Pont. annotauit [o]. Sed & ſi de ſcriptis hæredib. mentio facta ſit, etiam hæredem hæredis cõtineri, tametſi ſcript⁹ nõ ſit, pleriq; cõtendũt [p].

k l. ſi. C. de hæred. inſt.
l Iaſ. l. ſi quis filiũ. §. ſi. de acqu. hæred.
m l. cum ita in fin. de cond.
n l. j. de caſtrẽ. pecul.
o Ro. ſing. 602.
p l. j. C. quorũ lega.

Verùm



Verùm id ipſe non ex vi verborum, ſed propter vtilitatem receptum eſſe arbitror: quando nulla veriſimilis affectio magis in ſcripto hærede con-
2 ſiderari poteſt, quàm in non ſcripto [a]. † Et ideo generaliter ſecundum hæredem non contineri, ego ex ſermonis proprietate ſentio, quoties ſcripti hęredis mentio fit: idemq́; ſi infraſcripti, vel ſuprаſcripti dicatur [b]: ſed & ſi ſuum hæredem, vel ipſum quis addiderit, non videri de hærede hæredis agi aliq dixerũt [c] quoniam huiuſmodi pronomina ſpecialiter ad perſonã referuntur. Quod ego non ſufficere arbitror, niſi alia mentis coniectura concurrat. Vnde cùm teſtator, quiſquis ſibi hæres erit, filio ſuo ſubſtituit, de primo hærede intellexiſſe videtur, quia illi non parum effectus fuiſſe creditur [d]. Quæ præſumptio in eo ceſſat, qui extraneis alicuius hæredibus relinquit: nec enim maiorem obſeruationem priorũ habuiſſe, quàm ſequentium veriſimile eſt: quod inferius diffuſius attingam [e]. Cæterùm & quoties Titio eiuſq́; hæredibus vſusfructus legatur, de primo tantùm hærede accipiemus [f], ne proprietas inu-
3 tilis ſublata conſolidationis ſpe reddatur. † Idẽ eſt quoties appellatio hęredis extraneos non cõprændit: non enim vlteriores hæredes extranei admittentur, cùm etiam primus reiiciat̃. Hoc
4 autem aliquibus caſibus procedit, † vt cùm Titio hæredibusq́; ſuis, donec ipſe vixerit, aliquid legauero: cùm enim viuẽtis nulli ſint hęredes, meritò de filiis intelligemus [g]. Idem cùm mẽtio hęredum fit in materia, ex cuius natura ſit, vt extranei excludantur: vt in emphyteoſi eccleſiaſtica, & feudo [h]. Idem etiam ſi de hæredibus maſculis dictũ ſit: videtur enim ad proprios deſcendẽtes reſpexiſſe. Sed & ſi iniquũ aliquid ex generali interpretatione ſequeret̃, hæredis appellationẽ reſtringemus: vt ſi qs hæreditatẽ reſtituere debeat, ſi ſine hæredibus deceſſerit [i]: vt enim cõditio aliquando euenire poſsit; de deſcẽdentibus intelligimus, alioquin quilibet extraneus & tandem fiſcus fideicommiſſarium excluderet. Et eadem ratione, ne extraneos ſubſtituti hęredes cenſeatur teſtator extraneis hæredibus filij ſui, quem prædilexerat, prætuliſſe [k], hæc dictio reſtringetur: non videntur autem extranei hoc in caſu, qui eiuſdem agnationis ſunt. Quapropter ſi pater filio ſine liberis decedente Titium agnatum eiuſq́; hęredes ſubſtituerit, eueniente conditione, hæredes Titij agnati non reiicientur, vt Ang. ſcripſit, cui aſſẽtio: ſecus ſi omnino extranei ſint.
5 a ¶ Vlteriores.) † Etiam per longiſsimã ſucceſsionem, vt alibi dicit̃ [m]: vnde & pontifex Romanus Petri ſucceſſor dicitur, quamuis maximo numero alij medij interceſſerint [n].

a Corn. con 69. in iiij.
b Bar. l. qui liberis. §. j. de vulgar.
c Ordr. conſ. 21. Bal. 304. in 5.
d d. l. qui liberis.
e l. in animalib. C. de leg.
f l. antiquitas. C. de vſufr.
g l. in ſuis. deliber. & poſth.
h c. ſi de feu. fu. cont. inter do.
i l ex facto. in fi. ad Treb.
k Bar. d l. Gallus. §. etiam.
l d. §. etiam.
m l. qui per ſucceſſ. tit j.
n c. j. de homici. in 6.

dem, ſed ad vlteriores [a] refertur: nam & hæredis hęres, & deinceps, hæredis appellatione continet̃.

LEX LXVI.

IDEM LIB. LVI.
*ad Edictum.*

MERCIS appellatio ad res mobiles tãtùm pertinet.

LEX LXVII.

A IDEM LIB. LXXVII.
AD EDICTVM.

ALienatum [b] non propriè dicitur, q̊d adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamẽ

LEX LXVI.

1 *Mercem de rebus mobilibus dici.*
2 *Mercatus à merce dictus, vel potius à verbo mercari.*
3 *Mercatores & artifices qui dicantur.*
4 *Mercatores officium habere dicuntur.*

L. 67. Alienatũ.

1 MERCIS.) † Mercem de rebus mobilibus dici, ita vt venalitij ſerui nõ comprændantur, variis locis proditum eſt, qua ratione de facto conſultus Alexander [o], non eſſe abſurdũ reſpondit, ſi legẽ municipalem, quę à ſocio initũ mercatũ ratum haberi mandat, de re tantùm mobili intelligere-
2 mus: † quandoquidem mercatus à merce deducitur: per locum ergo, qui à coniugatis dicitur M. Ciceroni in Topicis, vbi merx nõ eſt, ibi nec mercatus. B Sed ipſe à verbo mercari potius trahi id nomen crediderim: quod verbum ſimpliciter emere plerunque ſignificat, at-
3 que ita vulgaris loquendi vſus ſeruat: † inde enim mercatores dicuntur [p], qui res emunt, quas in eadem ſpecie carius vendant. Nam qui emunt vt ipſi in aliam formam vertant, quia manuum
4 operam adhibent, artifices ſunt, † mercatores autem ipſi non artificium facere, ſed officiũ habere dicuntur, ſi vera Barto. ſenſit [q]: tametſi nemo du- C bitet, exercitium vtriuſque commune verbum eſſe.

o conſ. 36. in 1.
p Rom. l. ſi publicanus. §. j. de pub.
q Bar. tract. de teſte. ver. 62.

LEX LXVII.

1 *Alienare quis dicatur.*
2 *Vendens rem, ante traditionem alienaſſe non dicitur.*
3 *Ex duob. emptorib. is, cui prius res tradita eſt, præfertur.*
4 *Si ius aliquod ex venditione transferatur, cenſebitur alienatum.*
D 5 *Qui pignorat, alienare dicitur.*
6 *Emphyteota vendens emponemata inconſulto domino, ante traditionem à iure ſuo non cadit.*
7 *Ante traditionem venditio perfecta non eſt.*
8 *Donatio & genericè & ſpecificè accipitur.*
9 *Donatio ſub conditione, quando propriè dicatur donatio.*
10 *Donatio propter benemerita, quando propriè donatio.*
11 *Quicquid vltra pretium receptũ iuſti valoris eſt, propriè donatum cenſetur.*
E 12 *Donationis verbo an legatum contineatur.*
13 *Donatio cauſa mortis ex Homeri carmine inducta.*
14 *Reſtitutus locus Inſtit. de donat. in prin.*

1 ALIENATVM.) b ¶ † alienare dicitur qui ius aliquod dominij
2 transfert: † ſed qui rem vendit, antequam tradat, nullum ius dominij transfert (traditionibus enim dominia rerum transferuntur [r]) meritò F non dicitur alienaſſe, cùm ſola perſonali actione
3 poſsit conueniri. † Et ideo ex duobus emptoribus, is, cui prius res tradita eſt, præfer-
4 tur [s]. † Si igitur aliquod ius ex venditione transferatur, cenſebitur alienatum, nec lex noſtra procedet: veluti in eccleſia emente, cui ex priuilegio competit, vt abſque traditione in eam tranſeat dominium [t]. Idem in principe vendente vt aliqui exiſtimauerunt [u]. Sed & ſi emptoris nomine poſsidere ſe venditor conſtituerit, dubium non eſt eſſe alienatum.

r l. traditionib. C. de pact.
s l. quoties. de rei vend.
t l. ſi. C. de ſacro ſan. eccl.
u Iaſ. d. l. q̃ties.

natum, per huiuſmodi enim cōſtitutionem poſſeſsio vera transfert[a]. Idem ſi ſpecialiter rem vēditam pro contractus obſeruatione venditor hypothecæ obligauerit[b]: dicetur enim alienaſſe: 5 †quādoquidem qui pignorat, alienare dicitur[c]. In generali auté obligatione bonorum de his, quæ vendun tur, actum non videtur, vtpote quæ nō obliganda à vēditore, ſed tradēda ſunt[d]. Et ex hac lege argumentum colligi 6 tur, †emphyteotam, qui emponemata inconſulto domino vendidit, ante traditionem à iure ſuo non cadere[e]: nam & vendere cum effectu accipi debet: 7 †ante verò traditionem venditio omnino perfecta non eſt[f], licet tum quoque res periculo emptoris pereat: & ita ſe habet omnium ferè conſenſus[g].

a l. quod meo. de acq. poſſ.
b But. conſ. 34.
c l. fi. C. de reb. alien.
d Ro. ſing. 605.
e l. fi. C. de iur. emph.
f §. venditæ. Inſtit. de rer. di.
g l. quod ſæpe. §. ſi reſ. de contrah empt.

rectè dicetur.

¶ Donationis a verbo ſimpliciter loquē do omnem donationem comprændiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.

a ¶ §. DONATIONIS.) †Donationem ge 8 nerale nomen eſſe pleriq; autumant, & ideo ſub ſe continere etiā cauſa mortis donationē, & quaſcunq; alias. cùm verò ſpecialiter accipitur, ꝓpriè eam donationem ſolùm dici, quę pura eſt, & protinus ſine ſpe recuperādi dn̄ium transfert[h], & de hac in dubio, ſiue in diſpoſitione hominis, ſiue legis accipiendum. Quapropter qui filio permittit, vt donare poſsit, nec cenſetur de ea donatione ſenſiſſe, quæ cauſa mortis fit[i]. Sed hanc ego declarationem non probo, quæ legem noſtram coarctat, & nos dubios relinquit, q̄ndo in ſpecie vel genere dictio hęc ſit accipienda. Donationis igitur verbum quamlibet donationem comprę̄dere exiſtimo, vt hîc dicitur, ſed diuerſis temporibus, diuerſo modo. 9 †Nam quæ ſub conditione collata eſt, poſt euentum conditionis propriè donatio fuiſſe cenſenda eſt: ante euentum, propter dubietatē, impropriè. Quæ verò ſub conditione reſolui poſſet, vt in mortis cauſa donatione, vbi ſpes reſolutionis nulla ſubeſſe amplius poterit, & ipſa propriè fuiſſe donatio cēſebitur, interim non: & ideo conceſsio patris non videtur ad eam trahenda, niſi ex eius verborum magna generalitate, vel ſimili ratione aliud præſumamus[k]. 10 †Sed & donatio propter benemerita eatenus propriè fuiſſe donatio exiſtimabitur, quatenus iuſtam remunerationis mercedem excedit[l]: quod & in qualibet remuneratione dicē dum eſt[m], quę modico precio facta proponatur[n]: 11 †quicquid enim vltra pretium receptum iuſti valoris ſupereſt, propriè donatio cenſebitur[o]. Idē in indebito quod ſciens ſoluerit. Et ex his conſequens eſt, vt ſolennitates, quæ aliqua conſtitutione in donationibus requiruntur, etiam in prędictis ſpeciebus neceſſariæ ſint[p], ne quatenus diximus veram eſſe donationem, contractus irritetur[q]. 12 †Sanè & donationis appellatione etiam legatum cōtineri dubium nō eſt[r]: q̄ procedit, ſi effectum cōſideremus: vſus enim ſeparatā eſſe ſpeciem obtinuit. 13 †Donationē aūt cauſa mortis ex Homeri carmine inductam Marcellus Iuriſconſultus[s] cenſuit, apud eum enim Odiſſ. ρ. Telemachus ſic donat Piræo. Eius carmina ſunt:

h l. j. ff. de don.
i l. filius. uerſic. ſed enim. de do.
k Cor. conſ. 237 pen. col. in iiij.
l Imol. l. Aquilius. de don.
m Alex. cōſ. 21. in iij.
n l. nō amplius. de leg. j.
o l. quod ſi adipiſ. de do. inter uir. Calca. conſ. 24.
p Imol. d. l. j.
q Cal. d. conſ.
r l. legatum. de leg. ij.
s l. j. de do. cauſa mor.

*Τὸν καὶ πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν.*
*Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,*
*ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.*
*τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.*
*Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,*
*εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι*
*λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,*
*αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.*
*εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,*
*δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.*

*Hoc ſermone virum Piræus cō monet vltro,*
*Telemache ad noſtras famulas agè dirige ſedes.*
*Vt tibi quæ dederat Menelaus dona reportent.*
*Ad quē Telemachus ſapiens ita farier orſus:*
*Piræe haud equidem hæc poſſum dignoſcere facta,*
*Namque proci ſi me ſpacioſa per atria furtim*
*Occidant, rapiantq; ſibi patrimonia fortes,*
*His te malo frui donis, quam quemlibet horum.*
*Quòd ſi illos fato merita & mulctauero morte,*
*Tum mihi gaudenti referes dona omnia gaudens.*

†Quorum carminum eò libentius mentionem 14 feci, quòd & in Inſtitutionibus corruptus locus ille pro Pyreo Pyrrhū habet, relicta inſigni lacuna, quam hiſce carminibus replendam duxi.

LEX LXVIII.
IDEM LIBRO 77.

ILla verba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

LEX LXVIII.

1 *Arbitrorum duo ſunt genera, arbitri & arbitratores.*
2 *Seruus nec arbiter nec arbitrator eſſe poteſt.*
3 *Lex ſeruos ad ea, quæ iuris ſunt, non admittit: & quare.*
4 *Arbitria quomodo iuris eſſe dicantur.*
5 *Deportati arbitratu an aliquid committi poßit.*
6 *Excommunicatus arbitrator eſſe non vetatur.*
7 *Excommunicatus ab omni iudiciario actu repellitur, præterquàm ſi ſe defendat.*

ILLA VERBA.) †Arbitrorū duo 1 ſunt genera: nam alij ex compromiſſo adeuntur[t], quorum ſententiæ metu pœna paretur: alij, quos arbitratores vulgò appellamus, ſunt qui tanquam boni viri arbitrari & conſtituere aliquid debent, iuris diſpoſitioni minimè obnoxij, nec comminatione pœnæ formidabiles: quorum ſententia magis tranſactioni, quàm iudicio conformis eſt[u]: videntur enim partes tranſigere arbitratu illius, cùm priores arbitria ſua inſtar iudiciorum dirigant, & non multum ab ordinariis differant[x]. 2 †Igitur in prima ſpecie indubitati iuris eſt, ſeruum arbitratum eſſe non poſſe, ſed nec arbitratorem[y]. Vlpianus ex communi omnium expoſitione hîc exiſtimauit: quoniā illa verba, arbitratu Titij fieri, ad ius referuntur. 3 †Lex autem non cenſuit ad ea, quę iuris ſunt, ſeruos admittendos, tum quòd in perſonam ſerui ius reſidere nequit, ſed merum factum[z], tū quòd quo ad ea quæ iuris ciuilis ſunt, ſerui pro nihilo habentur. Sed dubium eſt, quomodo huiuſmodi verba ad ius referantur: arbitrari enim videtur facti eſſe. 4 †& Accurſius ideo arbitria iuris eſſe exiſtimauit, quoniam nō niſi in legitimā ꝑſonam compromitti queat: itemq; quia arbitrator tanq̄ bonꝰ vir iudicare debet: q̄ ratio mihi magis placet: quis enim ſecundum iuris tramites incedere omnino arbitrator nō compellatur, tamē ex

t l. ſocietatē §. arbitrorum. ꝓ ſocio.
u c. quintanallis. de iureiur.
x l. j. de arb.
y l. Pedius. de arbit.
z §. ſed cum factum. Inſtit. de inutil. ſtip.



ex bono & æquo decidere negotium debet, vt effectus iuris ex eius ſententia oriatur: meritò hoc officium in ſeruum hominem conferri non debuit. 5 †Sed quid in deportato, an eius arbitratu aliquid committi poteſt? & omnes ſentiunt poſſe[a], niſi antequā deportaretur, mandatum ſibi fuerit: videntur enim partes propter ſtatus mutationem mandatum reuocaſſe[b]: quod tamen in teſtatore, qui electionem aliquā Titij arbitratu fieri iuſsit, non procederet[c]: cùm enim is teſtator mortuus ſit, fingi non poteſt reuocaſſe mandatum. 6 †Sed & q̄ in deportato diximus[d], ad excōmunicatū quoque communi calculo producit, vt quò minus arbitrator ſit, nō cenſeatur prohibitus: quod intellige, niſi ex municipalibus ſtatutis iudicialem aliquam formam arbitramenta 7 habeant: †ab omni enim iudiciario actu præterquam ſi ſe defendat, excommunicatus repellitur[e]. Idem ſi arbitria hæc paratam habeant executionem: videntur enim iudiciorum inſtar tunc obtinere.

a l. cū pater. §. hęre. de legat. ij.
b l. cum quis. de ſolut.
c l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ij. ad Trebel.
d Bar. l. ſi arbitratu. de verbo. oblig.
e c. ad probandum. in fi. de re iud.

LEX LXIX
IDEM LIBRO 73.
AD EDICTVM.

HÆc verba, cui rei dolus malus aberit, generaliter comprehendunt omnem dolū, quicunque in hāc rē admiſſus eſt, de qua ſtipulatio interpoſita eſt.

LEX LXX.
PAVLVS LIBER 77.

SCiendum eſt, hæredem etiam per

LEX LXIX.

1 *Facti ſpecies ad hanc legem adaptatur.*
2, 3 *Hæc verba, Cui rei dolus malus aberit, dupliciter accipi.*

1 HAEC VERBA.) †Finge: Promiſiſti mihi aliquid per ſtipulationem, & ab ea ſtipulatione dolum malum abeſſe: cui rei, niſi dolus malus abfuerit, promiſiſti centum: declarat 2 iuriſconſultus †hæc verba generaliter accipi: quod duobꝰ modis explicari poteſt. Etenim reſpectu perſonarum ſtipulatio hæc generalis eſt, quia non ſolùm factum ſuum hæredumque promiſiſſe contrahens videtur[f], ſed etiam cùm ſtipulatio pœnalis ſit, factum extranei[g]: & ita frequētius proditum eſt, licet diſſentiente Bartolo: nā & cùm quis Titium daturū & facturū promiſerit (quamuis ſtipulatio nō valeat, quia factū alienū videtur promiſiſſe) ſi tamē ſubdiderit, dolū malū abeſſe, abfuturúmue eſſe, nō ſimplex abnutium promiſſum lex interpretatur[h], ne corruat ſtipulatio, ſed potius, ex pręcedentibus curaturum eum promiſiſſe intelligit, q̄ Titiꝰ dabit & faciet: 3 alioquin ſtipulator deceptus remaneret. †Cæterū reſpectu quoq; rei ipſiꝰ ſtipulatio gēeralis eſt, quoniam dolus vox eſt generalis, dolū verum & præſumptum cōtinens, ſed & latiſsimā culpā, & plerunq; latiorem[i]. Fraudē quoq; dolo ineſſe Labeo ait, qua de re infrà latius diſputabo[k].

f l. nouiſsima. iudic. ſol.
g l. ſtipula. iſta. §. ſi quis dolum de uerb. oblig.
h l. inter. §. de verb. oblig.
i Bar. l. q̄ Nerua. dep.
k l. iuris gēt. §. ſed ſi. de pact.

LEX LXX.

1 *Hæredis appellatio proximum tantum continet in ſtipulatione impuberis: & quæ ſit huius exceptionis ratio.*
2 *De Sentia familia Romæ.*
3 *Lex alia Sentia.*
4 *In lege Aelia Sentia filius hæres tantū proximus poteſt libertum paternum ingratitudinis accuſare: huiusq; ratio traditur.*

L. 70. Sciēdum. §. Item.

multas ſucceſsiones accipi: nā paucis ſpeciebus hęredis appellatio proximum continet: veluti in ſubſtitutione a impuberis, quiſquis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto: vbi hæres hæredis non continetur, quia incertus eſt.

¶ Item[b] in lege Ælia Sentia, filius hæres proximus[c] poteſt libertū paternum, vt

5 *Operarum duplex ſpecies, officiales ſcilicet & artificiales.*
6 *Patrono operas ſibi præſtari ſtipulāti talis ſtipulatio ad hæredes hæredum non tranſit.*
7 *Obſequialis reuerētia, operæ fabriles, ad hæredem hæredis tranſeunt.*
8 *Quid obtineat in officialibus operis.*
9 *An in caſib. quib. teſtator mētione hæredis facta de filio cē ſetur intellexiſſe, eundem requiratur hæredem eſſe.*
10 *Verba hæc, Is ad quē ea res pertinet, quid importent. & num. 12.*
11 *Perſonalis actio ad particularem ſucceſſorē non pertinet.*

SCIENDVM.) Superius diffusè vidimus hæredum[l] appellationē per multas ſucceſsiones accipi, declarauimusq; quomodo hoc intelligendum ſit: hîc verò proſequitur Iuriſconſultus tres caſus, quibus ea regula non procedit.

a ¶ †Subſtitutione impuberis.) Sed quæ ra 1 tio eſt quòd hoc caſu à regula recedimus? & alibi dicitur, hæredis hæredē nō admitti[m], quia ex iudicio teſtatoris nō venit: per huiuſmodi autē ſubſtitutionē hi demū vocati videntur, quos affectione aliqua teſtator proſequitur. Quæ ratio vt vera ſit, indiget tamē ſecretiore doctrina, quæ hîc vnico verbo attingitur: cùm enim huiuſmodi verba de certa perſona intelligi poſsint, non debent extēdi, vt incertas quoq; contineant. Cùm ergo hæres aliquis inſtituitur, ſiue etiam ſeruus, ſiue filiusfamiliâs ſit, non debet intelligi de hærede hæredis, qui ipſi teſtatori incertus eſt. Eodē modo non intelligemus de patre aut domino, cùm potuerit filiusfamiliâs emācipari, & ſeruus vel manumitti, vel vendi, quo cauſa hæreditas patri aut priori domino lucrifacta non eſſet. non ergo verba teſtatoris accipiemus, vt ad incertos hoſce caſus porrigantur, ſed vt eas tantùm perſonas contineant, de quibus nominatim actum eſt.

b ¶ Item in lege.) †Sentiam familiam Ro 2 mæ fuiſſe oſtendunt Sentius Gallus, & Sentius Augurinus, quorum in epiſtolis meminit Cęcillius Pliniꝰ, & etiam Sentius Saturninus Vetulio 3 apud Valerium Maxi. libro VIII. †Igitur Aelius Sentius legem tulit, quæ ab eius nomine Aelia Sentia appellata eſt. Cuius Cicero in Topicis, & Boethius mentionem faciūt: ea plurima capita habuit, quæ hîc referre non attinet. Vide in eam Vlp. in Epitome tit. j. de libert.

c ¶ †Hæres proximus.) Interpretatio hæc 4 ex verbis legis deſcendit: cùm. n. filium hæredē proximum

l l. hæredis.
m l. qui liberis. §. j. de vulg.

proximum dixerit, conſequens eſt, de eo intelligi nō poſſe, qui poſt aliquas ſucceſsiones ſit hæres. Placuit autem legiſlatori hanc ingrati accuſationem coarctare, quæ tanquā libertatis perēptoria odio non caret, quod etiam libro hiſtoriæ XIII. Cornel. Tacit[b] tradit, vnde nō niſi proximo hæredi [a], eidemq; filio, id iuris conceſſum eſt, cùm etiam ſi proximus hæres non ſit, bonorū poſſeſsionē cōtra tabulas liberti filius impetret [b]: nec enim id beneficiū ita odioſum eſt: nā & qui manumittere compulſus eſt [c], ingrati actionem non habet & tamen pręteritus contra tabulas poſſeſsionem petit [d].

d ¶ Idem dicitur.) † Operarum duplex eſt ſpe-
5 cies, quæ officiales dicuntur, & quæ artificiales [e]: illæ perſonā patroni reſpiciunt, aut officioſum eſſe libertum naturalis ratio admonet, vt patronum comittari, cantu, ſono, ſaltatione oblectare, ſuntq; huiuſmodi vt plurimum incertę: hæ verò ad artificium pertinent, inde operæ pictoriæ, fabriles, & ſi quæ ſimiles, & ſunt plerunq; certæ, quia ſub certo numero ſolent promitti: alioquin incerta promiſsio arbitratu patroni ſecundum conſuetudinem, aut qualitatem liberti, declarabitur. Quæ autem exercitium aliquod, aſsiduitatemq; nō complectuntur, ad obſequium atti-
6 nent, nec operarū nomen habent. † Igitur ſi patronus operas ſibi præſtari ſtipulatur, regula eſt, vt ad hæredes hæredum talis ſtipulatio non trā-
7 ſeat [f]. † Obſequialis tamen reuerentia ad hæredem hæredis tranſmittitur [g]. Idemq; in his operis fabrilibus, quarum ęſtimatio hæredi ex iudicato pręſtanda fuit: eius enim hæres rectè eam
8 pecuniam petet [h]. † In officialibus verò operis hæc non procedunt, quoniam hæ ad extraneos hæredes regulariter non tranſeant [i], ſed ad filios tantum, etiam ſi non ſint hæredes [k], & ideo parū refert, quota parte hæredes ſint inſtituti [l]. Atque ita hanc materiam ego extrico, licet alij aliter.
9 Sed hîc quæri poteſt, † an in caſibus quibus teſtator mentione hæredis facta de filio cenſetur intelexiſſe, eundem requiratur hæredem quoque eſſe? & in contractibus dubium non eſt, filium non admitti, niſi ſit hæres: quapropter ſi quis ſibi & filiis & hæredibus emphyteoſim ſtipuletur, niſi filius ſit hæres excludetur [m]. In teſtamentis quoque idem crebriore calculo reſponſum eſt, in ea ſpecie, cùm teſtator filio, ſi ſine hærede moreretur, ſubſtituiſſet: nō enim ſufficit, ſi filium reliquerit, niſi ſi quoque hæres ſit: quod & in eo caſu Paulus Caſtrenſis reſpondit [n], cùm filio ſine liberis moriente Titius & eius hæredes ſubſtituti ſunt: nō. n. ad fideicommiſſum Titij filij admittentur niſi hæreditatem patris adiuerint [o]. Sed quid ſi legitimi hæredes vocati ſint? & cū de his intelligatur, qui inteſtato ſuccedunt, fortè etiam ſi Titio hæredes nō fuerint, admittētur, ne teſtator videatur fideicommiſſum Titij arbitratui reliquiſſe, quod infrà attingam.

10 f ¶ §. VERBA hæc) † Quoties in lege hæc verba reperiuntur, conſiderandum eſt ob quam cauſam ſint adiecta: nam ſi prætor actionem puta redihibitoriā emptori, eiq; ad quem ea res pertinebit daturum pollicetur, de particulari ſucceſſore intelligi non poterit, ſed de vniuerſali tantum, vt hîc dicitur: † perſonalis enim actio ad par- 11
ticularem ſucceſſorem non pertinet [p]. Quod ſi de ea quæ in rē ſcripta, vel ſimpliciter in rem ſit, loquatur, tunc aliud erit [q]: idēque cùm etiam particulari ſucceſſori vt ſuccurratur ea lēx æquitas ſuadet [r]: ſed & in iure exipiendi dubiū non eſt, quoniam id ad quemcūque indiſtinctè trāſit [s], vt etiam ſi beneficium ſit perſonale, nihilominus eo cui conceſſum eſt, viuente donatario proficiat [t]. † Accipient igitur hęc verba ſub- 12
iecta materia interpretationem alioquin ex ſui proprietate ſucceſſorem particularem comprędere putauerim: ad eum enim etiam pertinet, nedum ad hæredem. Quòd maximè erit obſeruandum, ſi materia ſit fauorabilis, vt beneficia principum, vel additū ſit generale pronomen, quicūque, & ſimilia, quę de nomine ſucceſſoris recentiores tradiderunt [u]. Sanè quæ iura ſucceſſoribus particularibus dentur, quæ ve contra eos competant, latior eſt articulus, quàm vt hîc perſtringi poſsit [x].

a §. illud. in authen. ut lib. de cæte.
b d. l. ſi filius. §. Paulus. de bon. lib.
c l. ij. C. de ope. lib.
d l. j. C. de bon. poſſ. cōtra tab. lib.
e l. ſi non fortè. §. libertus. de cō dict. indeb.
f l. cum patronus. §. j. de ope. lib.
g l. ſed & ſi hac. §. liberos. de in ius uoc.
h l. qui libertinus. §. pen. de oper. lib.
i l. fabriles.
k l. ſi operarū. eod. tit.
l l. vt ius. §. fi. e. tit.
m Barto. d. l. ut ius. §. fin.
n l. ex facto. §. fi. ad Trebel.
o Paul. d. l. gallus. §. j.
p l. ſciēdum. §. deinde. de æd.
q l. ſi Titius. §. ſi quis tert de aqua plu.
r d. l. his uerbis. de adopt.
s l. ait prætor. de iureiur.
t l. ſi tibi. §. pactum. de pact.
u Iaſ l. quædā. §. j. de edend.
x Bar. d. §. ſi qs tertius.

ingratum, accuſare: non etiam ſi hæredi hæres extitit. ¶ Idem dicit[d] in operarū exactione, vt filius hæres exigere poſsit, nō lōga ſucceſsione effectus. ¶ Verba hæc, is ad quē ea res pertinet, ſi intelligūtur, vt qui in vniuerſum dominiū, vel iure ciuili, vel pretorio ſuccedit, cōtineatur.

LEX LXXI.

VLP. libro LXXIX.

ALiud eſt capere [e], aliud Accipere. Capere cum effectu [a] accipitur: Accipere, & ſi quis non ſic accepit, vt habeat. Ideoq; non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus: ſicut peruenisse [b] propriè illud dicitur, quod eſt remanſurum.

¶ Hæc verba [c], His rebus rectè præſtari, hoc ſignificant, ne quod periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret.

LEX LXXI.

1 *Capere verbum ad acquiſitionis effectum pertinet.*
2 *Capere non videtur, qui reſtituere cogitur.*
3 *Capere dicuntur filiusfamil. & ſeruus quamuis reſtituere teneantur.*
4 *Qui accipit, non ſemper acquirit,*
5 *Capere quandoq; dicitur, qui aufert.*
6 *Accipimus aliena autoritate, capimus noſtra.*
7 *Legatarius fundum à teſtatore accipit.*
8 *Verba cum effectu accipienda.*
9 *Qui acceptum erogat, non capit.*
10 *Peruenit, quod remanſurum eſt.*
11 *Cautio, his rebus rectè præſtari, conuento rei vendicatione & emptori ſecuritatem præſtat.*
12 *Rectè periculum & damnum excludit.*
13 *Pro ſui defenſione cautio interponi poteſt.*
14 *Cautio ſtipulatoria emptioni indomitorum boum, apponi ſolita.*

ALIVD eſt capere.) a ¶ † Capere verbum ad effectum acquiſitionis referetur [y]: † atque ideo qui reſtituere tenetur, nō videtur capere. atque hinc eſt, qđ ſpurius ſubſtitutus pupillariter fratri legitimo, ipſo iure quidem vniuerſorum bonorum hæres erit, ſed quæ à patre prouenerunt reſtituet agnatis [z], quia eorum capax non eſt. † Filius tamen familiâs & ſeruus q̃uis reſtituere teneantur, capere dicuntur [a]: quia per eos ſtatim abſque alia reſtitutione patri, vel domino acquiritur. † Aſt verbum accipere non ita frequēter ad effectū refertur: vnde & plerūq; accepiſſe dicitur, qui tamen dominiū adhuc non acquiſiuit [b]. † Sed confunduntur hæc aliquando, & etiam capere dicimus eum qui rapit [c], vel ſimpliciter aufert. † Sūt & qui accipere de manu alterius, capere verò propria auctoritate intelligant [a]: quod mihi non diſplicet, vt præpoſitionē ad, pro iuxta interpretemur: † quamuis ſi teſtator Titio mandet, vt fundum accipiat [b], quia de teſtatoris manu capere videtur, non putem hæredis traditionem expectandam.

y l. nō videtur quiſquā. §. tit. j.
z l. ſi is qui. de vulg.
a l. cepiſſe. ſ. eo.
b l. naturalis. §. j. de pręſc. uerb.
c l. j. de fid. tut.



a Mod. d. l. nō videtur.
b Bar. l. centurio. 3. colum. de vulg.

8 a CVM EFFECTV.) † Adiuuatur hinc regula, quæ mandat cum effectu verba accipi debere: quapropter ſi exulem capienti certum præmium dari conſtituatur, non intelligetur cepiſſe, qui ad præfectum non traxerit [c]: vel cū armis reperiſſe, qui
9 non ceperit. † Qua ratione & qui tantū erogat, quantū acceperit, capere non dicitur [d], cùm in effectu nihil illi remaneat: illud enim datum, legatum, donatum, conceſſum dicitur, quod deductis omnibus expenſis reliquum eſt [e].

10 b ¶ PERVENISSE.) † Propria hæc huius verbi eſt ſignificatio, vt id quod remanſurū eſt, perueniſſe dicamus [f]: licet plerunq; ex ſubiecta materia aliter etiam non impropriè interpretemur, quod alibi attingam [g].

11 c ¶ §. HAEC VERBA.) † Quod conuentus rei vendicatione propter eam rem alteri promiſit, vt ab actore indemnis ſeruetur, ita cautionem accipit, quas res tibi tradidero, pro his rebus rectè præſtari ſpondes? quā cautionem etiam emptor recipit [h], qui redhibitoria aduerſus venditorem experitur, ſi eius rei nomine, quæ redhibenda eſt, alteri aliquid ſoluere damnatus eſt [i].
12 † Interpretamur enim rectè, id eſt, tutò & ſecurè, hoc eſt, ſine periculo & damno. Periculum autē ad perſonam, damnum ad res ſeu pecuniam re-
13 ferri Accurſius credidit. † Hincque argumentum accipitur, ꝓ ſui defenſione cautiones interponi poſſe. Quare ſi malè ab aduerſario tuo metuis, licitum erit iudicem adiri, qui eum ex officio compellet, vt caueat, per ſe non fieri, vt vis aliqua tibi inferatur [k], idque etiam ſub pœna, & datis fideiuſſoribus. Sanè & M. Varro rei ruſticæ lib. 2. ſolitos tradit eos, qui indomitos boues emunt, ſic
14 ſtipulari: † Illoſce iuuencos ſanos, deque pecore ſano eſſe, noxiſque ſolutos rectè præſtari ſpondes? atque hanc formam M. Manilij actionibus contineri, quæ verba hoc ex reſponſo interpretationem recipiunt.

c Iaſon l. j. §. fi. quod quiſq; iuris.
d l. ciuitatibus. in fin. de leg. j.
e l. non amplius. de leg. j.
f l. ſi ipſa. quod met. cau.
g l. perueniſſe. j. eod.
h l. ipſi. de rei vend.
i l. redhibere. §. cauendum. de ædil. edict.
k Mod. l. ſi ſuper. C. de tranſaction.

LEX LXXII.

1 *Quod de re quapiam conſtituitur, de qualibet eius parte conſtitutum cenſetur.*
2 *Totum non propriè de parte dicitur.*
3 *Fundus quandoque de parte dicitur, communi tamen & indiuiſa.*
4 *Argumentum de parte ad totum valet.*
5 *Pars trifariam dicitur.*
6 *Generalis enumeratio æquiualet particulari omnium partium.*



PAVLVS LIBRO 73. *ad Edictum.*

LEX LXXII.

APpellatione rei pars etiam continetur.

VLPIAN. LIBRO 80. *ad Edictum.*

LEX LXXIII.

HAec verba in ſtipulatione poſita, eam rem rectè reſtitui, fructus continent. Rectè enim verbum, pro viri boni arbitrio eſt.

APPELLATIONE.) † Qui de aliqua re quicquam conſtituit, vt de domo, inſula, fundo, de qualibet eius partē conſtituiſſe intelligitur, & id quidem propriè, ſicut in genere ſpecies, in maiori ſumma 1
minor continetur. † Alioquin quæ vox totū ſignificat, propriè de parte dici nō poteſt: quare ſi quis de domo loquatur, aut inſula, de toto, nō de parte locutus intelligetur [l]. † quapropter ſi teſtes actoris fundum ab eo poſsideri dicant, de integro accipiatur, niſi alij teſtes omnino prioribus æquales, idem de reo dicant: tunc enim, vt à periurio ſoluantur, fiet interpretatio tā actorē, quàm reum eum fundum communiter pro indiuiſo poſsidere [m]: atq; id plerique omnes tradidêre. † Sanè hinc colli- 4
gitur, de parte ad totum valere argumentum [n]: quod verum eſt, niſi alia ratio ſit in toto, quàm in parte. † Pars autē tripliciter accipitur, quædam 5
numeralis, alia integralis, alia quota. Exempli cauſa, tres arithmetica pars eſt nouem [o]: vſusfructus pars integralis dominij eſt, ſicut paries, domus: at triens, quadrans, ſemis, quota pars eſt aſſis. † Percipitur etiam alia hinc regula, nimirum 6
idem pollere generalem enumerationem, quod particularem omnium ſpecierum [p]: quod ita intelligimus, dum ſub generali ſermone ea non accipiamus, quorum ſpecialem mentionem fieri opus eſt [q]: etenim dubium nō eſt de generali ſermone multa accipi variis ex rationibus, quas hîc referre nimiæ curioſitatis eſſet [r].

L. 73. Hæc verba.
l l. Titia. §. j. de leg. ij.
m in l. ſi duo. vti poſsid.
n l. quæ de tota. de rei vend.
o Bart. l. ſi mater. §. ſi inter. de de exc. rei iud.
p l. omnes. C. de præſcr. xxx. annorum.
q l. quod tranſlationem. de officio leg.
r Rom. §. de viro. l. ſi verò. ſol. matr.

LEX LXXIII.

1 *Reſtituendi verbum ſimpliciter in ſtipulationibus poſitum, fructus non continet.*
2 *Rectè ad iuſtitiam cauſæ, ritè ad ſolennitatem refertur.*
3 *Cauſæ cognitio recta omnem quæſtionem continet.*
4 *Rectum eſt, quod ritibus traditur.*
5 *Rectè, verborum: verè, ſententiæ excludit vitium.*

HÆC VERBA.) † Reſtituēdi verbum ad fructus quoque pertinere, ſuprà oſtenſum eſt: quare cùm Iuriſconſultus in hac ſtipulatione, Eam rem rectè reſtitui, fructus contineri, propter dictionem, rectè, ſentiat, videtur in ſtipulationibus id verbum ſimpliciter poſitum, fructus non comprændere [ſ], quod Iacobus & Oldradus ſentiunt. Sed ita generaliter ſuprà ſequutus nō ſum: quamuis enim ex huiuſmodi contractus forma fructus debeantur, verbum tamen rectè, non parui momenti eſt, cùm deberi eos arbitrio boni viri oſtendat. † Sanè hinc probatur dictionem hanc rectè, ad iu- 2
ſtitiam cauſæ referri, ſicut ritè ad ritum, id eſt, ſolennitatem [t]. † Atque hinc aliqui exiſtimauerūt, 3
ſi iudici demandatum ſit vt cognoſcat, an Titius rectè captus ſit, non poſſe eum diſcernere, an ſe-

ſ l. in condem. §. j. ſ. tit. j.
t Bart. l. lecta. ſſ cert. pet.

riato licitóve tempore ſit captus, ſed an iuſta cauſa ſubeſſet, propter quam capi debuerit. Quæ deciſio prudentibus viris meritò diſplicet: demandantis enim mens fuit, omnē quæſtionem committere. Et Iuriſconſulti differentia hac nimis ſubtili abutūtur, & doctiſſ. grammaticorum aliter tradiderunt. Varro, Ritè à ritu, nam quod ſecundum ritus fit, id ratum & rectū eſt. Priſcianus: † Ritè pro
4 rectè, quia nihil traditur ritibus, niſi quod rectū eſſe creatur. Donat. † Re-
5 ctè dicitur, qđ nullo vitio verborum dicitur. Verè, ad rei ſeu ſententiæ veritatem refertur: hinc Terentius in Adelphis, Rectè & verè dicis.

**PAVLVS LIBRO 2.**
*ad Edictum ædilium curulium.*

**LEX LXXIIII.**

SIgnatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

**IDEM LIBRO 50.**
*ad Edictum.*

**LEX LXXV.**

REſtituere videtur is, q id reſtituit, quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.

A **IDEM LIBRO 51.**
*ad Edictum.*

**LEX LXXVI.**

DEdiſſe intelligendus eſt etiā is, qui permutauit, vel compenſauit.

**VLPIAN. LIBRO 49.**
B *ad Edictum.*

**LEX LXXVII.**

FRugem pro reditu[a] appellari, nō ſolùm quod frumentis, aut leguminibus, verùm & quod ex vino, ſyluis cæduis, cretiſodinis, lapicædinis capitur.

¶ Iulianus ſcribit, fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem, aut aues, feráſve, aut poma, fruges dici.

¶ Frumētum[a] autem id eſſe, quod ariſta in ſe teneat, rectè Gallum diffiniſſe.

¶ Lupinum verò & fabam fruges potius dici: quia non ariſta, ſed ſiliqua[b] continentur: quæ Seruius apud Alphenū in frumento contineri putauit[c].

**LEX LXXIIII.**

1 *Signatorius anulus quid.*
2 *Plurimus ſignatorij anuli vſus apud veteres.*
3 *Signatorius anulus inter ornamenta non refertur.*
4 *Quinque aurei hodie non leuis ſumma.*

1 SIGNATORIVS.) † Signatorius anulus eſt, q charactera, id eſt, ſculpturam habeat, quo vtimur, vt ſignum impri-
2 mamus[a]. † Erat autē id genus anuli plurimo in vſu apud antiquos: nam propter multitudinem ſeruitiorum recluſa omnia, obſignataq́; à dominis tenebantur, ſicq́; à rapina, vt Plinius in-
3 quit, vendicabantur. † Cùm ergo huiuſmodi nō ornamenti cauſa, ſed cuſtodiæ principaliter fierent, meritò appellatione ornamentorum non continebantur[b]: quod maximè in his procedit, qui leuis pretij eſſent, vtpote aureos quinq; non
4 excedentes, & ita iure cautū eſt[c]. † Sed hanc ego ſummam hodie leuem non arbitror, idq́; propter noſtrorum temporū paupertatem: nam conſtat veteres Romanos fuiſſe ditiſsimos.

a l. ad teſtium. §. pen. de teſta.
b l. arg. §. ornamenta. de auro leg.
c l. diuus. de bonis dam.

**LEX LXXV.**

1 *Reſtituit, qui rem retrò ſtatuit.*
2 *Propriè reſtituimus accepta.*
3 *Maritus tum datam, tum acceptam dotem lucratur.*

1 RESTITVERE.) † Reſtituere, eſt retrò ſtatuere, id eſt, in eum caſum rem conſtituere, in quem fuiſſet, ſi nihil aduerſus quod facienda eſſet reſtitutio eueniſſet: de quo verbo latiùs ſuprà attigimus. Generalius autem eſt, quàm reddendi: reddit enim qui retrò dat, id eſt, transfert dominium: at reſtitue-
2 re etiam ad facta pertinet. † Propriè autem reſtituere dicimur, quod accepimus: quapropter ſi lex dicat ſoluto matrimonio maritum tertiam partem dotis reſtituere debere, reliquam lucrari,
3 de dote data intelligetur, nō de promiſſa[d]. † Sed id ego nō probo, cùm nulla ratio ſit, cur promiſſam minus lucrari debeat, quàm datam: & reſtituere ſatis dicitur[e], qui actionem remiſit, remq́; in eum caſum conſtituit, ac ſi promiſſa non eſſet: atq; ita Salic.[f] cenſet, nec omiſit Iaſon[g].

d Angel. conſ. 158.
e infrà, l. ſeq.
f Sal. l. ſi cōſt. C. de do. ant. nup.
g Iaſ. rub. ſolut. mat. im.

**LEX LXXVI.**

1 *Dat propriè qui rei dominium transfert.*
2 *Qui permutat compenſátve, dare dicitur.*
3 *Qui remittit, acceptumq́; fert, dare dicitur.*
4 *Conditiones ad amuſſim implendæ.*
5 *Remiſsio vltra quingentos aureos inſinuanda.*
6 *Qui remittit ſine aliquo commodo, iure nō dicitur dare.*
7 *Faciliùs quis inducitur ad remittendū, quàm dandum.*
8 *Parata pecunia ſolutionis, facit remiſſionem dationi æquiualere.*

DEDISSE.) † Quāuis verbum dare propriè de eo intelligatur, qui per traditionē dominium 1
transfert[h], † tamen interpretatione legis etiam 2
qui permutat, vel compenſat, dare dicitur[i]. Vnde homo liber ſciens qui tanquā ſeruus veneat,
C emptori tenetur, non ſolùm in eo, quod datum eſt[k], vt verba legis indicant, ſed etiam quod ea cauſa permutatum, vel compenſatū fuit. † Nam 3
& qui remittit, ſeu accepto fert, dare dicitur[l]: æquiparantque Iuriſconſulti dantem accepto ferenti, qđ procedit etiam in conditionibus, † quæ 4
ad amuſsim implendæ ſunt[m]. & quamuis ex vi ſermonis qui remittit, non det, cùm tamen verba omnino nō repugnent, propter effectum lex dediſſe interpretatur[n]: † qua ratione remiſsio, quæ 5
D vltra quingentos aureos transfert, inſinuatione indiget[o], idq́; communiter approbatur. † Quan- 6
doque tamē non fit huiuſmodi interpretatio, vt cùm per remiſsionem nihil iuris ſeu commodi acquiritur[p]: vel aliam ob cauſam quis remittit, quàm vt donet: vel cùm debitum quod remittitur, liquidò non apparet[q]: id enim facto magis, quàm dationi accedit: nam & quandoque donare licet[r], remittere non licet, vt quia lex extorqueri remiſsionem præſumat: † quia facilius in- 7
E ducitur quiſque, vt remittat, quàm vt det[s], quod & Bartolus annotauit[t]. Sanè cùm pecunia ſolutioni præparata eſt, remiſsio alia quoque ratione vim dationis habet, quòd videlicet lex reſtitutā fingit, & incontinenti rurſus datam[u].

h l. vbi. in ff. de verb. oblig.
i l. ſi ei nup. de iur. dot.
k l. in tantum. de lib. cau.
l l. ſi mulier. de cond. cau. da.
m l. ſi fundum. §. Titio. de leg. j.
n l. Iul. de cond. & demon.
o l. creditori. C. de pact.
p Abb. cap. veniens. j. de teſta.
q Paul. l. cōtra. §. j. de pact.
r Bar. l. actio. C. de tranſact.
s gl. c. ſtatutū. §. notarium. de reſcrip. in 6.
t Bart. l. ſi duo. in fin. de verb. oblig.
u l. ſi ſponſalib. §. j. de iur. dot.

**LEX LXXVII.**

1 *Reditus omnia iura & vtilitates continet.*
2 *Fruges ſunt quibus homo veſcitur, præter poma & carnes.*
F 3 *Veteres fruges dixerunt fructus alimoniæ ſeruientes.*
4 *Fruges à fruendo dictæ.*
5 *Frumentum per excellentiam triticum intelligimus.*
6 *Siliquæ multiplex acceptio.*
7 *Sicilicus quarta pars vnciæ.*
8 *Siclus ſemuncia.*
9 *Frumentū et fruges nō compræhendūt in agro exiſtētia.*

FRVGEM.) a ¶ † Reditus nomen generale eſt, ſicuti prouentus[x], ſeu obuentiones: comprændit autē omnia iura ſeu vtilitates, quæ percipi poſſunt, 1

x Card. clem. j. de exc. præ.





quam ſignificationem etiam frugem habere ali-
2 qui dixerunt. † Contrà Iulianus, qui fruges eſſe, quibus homo veſcatur, cenſuit: præter carnes & poma: quæ ſententia verior eſt, atq; ita vſus obtinet. Vnde & Plinius duplex frugum genus agnoſcit, quod ariſtam habeat, vt frumenta, & quod ſiliquā,
3 vt legumina. † Antiquiores tamen latius accepêre, vt fruges ſint, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus: qua ratione idē Plinius frugiferas arbores omnes appellat, quæ fructiferæ ſunt, oliuam, pyrum, po-
4 mum. † Dicuntur enim fruges à fruendo, vt Varro: vel à frumine, quod ſumma pars gulæ eſt, p quam cibus in ventrem demittitur, vt Donatus & Seruius exiſtimarunt.

a ¶ FRVMENTVM.) Ariſtam habent triticum, auena, hordeum, ſiligo Laconica. Siliquā, id eſt, folliculum, omnia legumina. ſiſama verò & papauer vaſculis continentur: at milium & panicum nullis defenduntur integumentis, ob idque ſunt paruarum volucrum iniuriæ expoſita.
5 † Sanè quamuis frumenti appellatio amplior ſit, tamen κατ᾽ ἐξοχὴν de tritico intelligimus: atq; hoc communis loquendi vſus in Italia obſeruat, & ita etiam Iacobus & Bartolus exiſtimauêre.

6 b ¶ SILIQVA.) † Id eſt, membranula, ſeu folliculo. Significat etiam fructum arboris dulcis, longum & coloris atri, cuius Plinius quoq; meminit: & Horatius, Viuit ſiliquis & pane ſecundo. Luc. Columella fœnum græcum ſic appellari quoque cenſet. Capitur etiam in iure alio ſignificatu[a], nimirū pro certo pondere: nam quatuor grana ſiliquā pendūt[b], hoc eſt, qđ Græci vocant ceration, Aurifices noſtri corrupto ſermone caracton. eſt autem lxxiiij. pars ſolidi, & xviij. drachmæ. Theodoſiani codicis interpres, Centeſima, inquit, vſura eſt, qua in anno tres ſiliquas
7 pro ſolido habemus. † Sicilicus verò duplici drachma conſtat[c]: quo fit, vt quarta pars ſit vnciæ: licet plerique inemendati codices pro ſicilico ſili-
8 quam ſcriptum habeant. † Eſt & Siclus apud Hebræos maioris ponderis: ſic enim ipſi ſtateram, id eſt ſemunciam appellant: in quem ſenſum videtur etiam Luc. Columellæ capi, & Græcis quibuſdam autoribus.

9 c ¶ PVTAVIT.) † Et malè: colligitur autem hinc legato frumēto, vel frugibus, etiam contineri, qđ adhuc in agro, in ariſta, vel ſiliqua eſt.

a Auth. ſed hodie. C. de epiſc. & cler.
b Authent. ad hæc. C. de vſur.
c l. liberto. § filium. de an. leg.

**PAVLVS LIBRO 4.**
*ad Plautium.*

**LEX LXXVIII.**

INterdum proprietatem quoque ver-
B bum poſſeſsionis ſignificat: ſicut in eo qui poſſeſsiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

**IDEM LIBRO 3.**
*ad Plautium.*

**LEX LXXIX.**

C IMpenſæ neceſſariæ[d] ſunt, quæ ſi fa-

**LEX LXXVIII.**

1 *Poſſeſsio pro proprietate & prædio capitur.*
2 *Poſſeſsio legata proprietatem importat.*
3 *Poſſeſsio ad mobilium proprietatem non extenditur.*

INTERDVM.) † Nō ſolùm apud Iuriſconſultos[d], & in conſtitutionibus poſſeſsio p proprietate ipſa, ſeu prædio capitur, ſed etiam apud alios autores. Vnde poſſeſsiones vrbanæ & ruſticæ Ciceroni in Philip. Et idem in Paradoxis, Callidi, inquit, æſtimatores prata & areas magni æſtimāt, quòd ei generi poſſeſsionum à nemine noceri poteſt. 1
† Meritò igitur ſi quis dicit ſe poſſeſſiones ſuas legare, vel donare, vel aliter alienare, de ipſa proprietate intelligimus: nec enim de nuda poſſeſsione actum videtur, cùm ea non ſoleat à proprietate his verbis ſeparari: alioquin vſum quis, vel vſum fructum legaret, nō poſſeſsionem[e]. † Ad res tamen mobiles hoc legatū non extendetur: quoniam communis loquendi vſus repugnat, vt proprietatē mobilium poſſeſsionis nomine deſignemus: tametſi dubium non ſit etiam propriè mobilia poſsideri[f]. Ad hanc rem pertinet, quæ Feſtus quoque ſcribit: Poſſeſsiones appellantur agri latè patentes, publici, priuatique: quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque
D occupauerat, poſsidebat. 2 3

d l. fin. Cod. de præd. minor. l. cū res. Cod. de contrah. empt.
e Bart. l. vxorem. §. legauerat. de leg. iij.
f Iaſ. l. j. de acq. poſſeſ. in princ.

**LEX LXXIX.**

1 *Impenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſine detrimēto rei nō prætermittuntur.*
2 *Impenſas neceſſarias quilibet deducit.*
3 *Impenſæ vtiles rem faciunt meliorem.*
4 *Impenſæ vtiles non debentur marito, niſi conſenſus adfuerit.*
E 5 *Impenſæ vtiles deducuntur.*
6 *Malæ fidei poſſeſſor vtiles impenſas deducit.*
7 *Aedificans in alieno ſolo videtur donare.*
8 *Piſtrini & horrei impenſa in magno fundo eſt neceſſaria.*
9 *Voluptariæ impenſæ ad ornamentum pertinent tantùm.*
10 *Voluptariæ impenſæ à nemine deducuntur.*
11 *Auferri tamen poſſunt, quæ ſeparantur à rebus.*

F IMPENSAE.) d ¶ † Neceſſariæ impenſæ dicuntur, quæ impendendi neceſſitatem habent, ne res vel pereat, vel deterior fiat: ſed & quæ ex conſuetudine regionis ſine dedecore omitti non poſſunt, neceſſariæ exiſtimantur[g]. Harum plura exempla in iure habētur, vt ſi quis aggeres coërcendo torrenti faciat, in demortuarum locum alias arbores ſurroget, ædificium ruens inſtauret. Sed quid ſi iam caſu dirutum ſit, vt quia ab igne correptū, vel vi bellica? Et aliqui ſcribunt eſſe neceſſariam impenſam, quibus aſſentio, ſi ad villæ neceſsita- 1

g Bart. l. pec. in fin. §. de an. leg.

tem ille locus pertinebat. Quid enim ſi caſa agre
2 ſtis non neceſſaria vtilitati prædij eſſet? † Sanè has impenſas & maritus deducit, & quilibet bonæ fidei poſſeſſor, itemque malæ[a]: niſi ſint impenſæ quæ rei vtilitatem perpetuam non reſpiciant; ſed ſolummodó impendẽtis pro tempore commodum[b]: tunc enim nemo deducit, ſed frũctibus imputat.

a l.domum.C. de rei vend.

b l.iij.& ſeq.ꝟ. de impen.in rebus dot.

a ❡VTILES.)
3 †Impenſæ quæ rem meliorem faciunt, vt arbuſti paſtinatio, doctrina puerorum, ſtercoratio, nouelletum, piſtrinũ, horreũq; adiectitiũ, & his ſimilia. Eſt autem arbuſtum, locus quo certo ordine arbores vitium cauſa plantãtur: hæ ſunt, populus, vlmus, attinia, ornus. Debet autem ſaltẽ bis in anno paſtinari, id eſt, paſtino, qđ ferramentum bifurcum eſt, fodi: huiuſmodique impenſa neceſſaria eſt: quòd ſi tertiò quoque fodiatur, erit vtilis: atque ita M.
4 Columella libro iiij. capite xxviij. pręcipit. † Has vtiles impenſas maritus non conſequitur[c], niſi volente vxore fecerit, aut mulier eas commodè reſtituere poſſit aliunde, quàm ex fundo dotali: ſatisque eſt ſoluendo eam eſſe, vel tempore quo
5 impenſæ fiunt, vel quo repetuntur[d]. † In cæteris verò bonæ fidei poſſeſſoribus, quatenus dominus eſt locupletior, eatenus deducuntur, tanquã eorum negotium vtiliter ſit geſtum, idq; niſi dominus ipſe non fuiſſet eas facturus[e]. Quid enim ſi pauper erat, qui re qualiſqualis fuiſſet, erat vſurus? nec curaret pretioſiorem facere, vt qui venalem eam non haberet? Permittetur tamẽ poſſeſſori hoc caſu de impenſo id tollere[f], quod ſine detrimento domini poteſt, ſibique vtile futurum
6 ſit. † Idemque in malæ fidei poſſeſſore[g]: ſed in hoc differentia eſt, quòd prædo, ſi impenſa quàm vtiliter, vel etiam neceſſariò effudit, euaneſcat, vt quia res perimatur, nihil deducit[h]: quod in bonæ fidei poſſeſſore aliter obſeruatur, præterquã cùm rei vendicatione agit[i]. Sed & ſi ædificium aliquod à fundamẽtis conſtruat, ſciens ſe in alieno ædificare, videtur domino donare[k], & nil repetit, niſi tanquam negotiorum geſtor fecerit[l], vel dominus is ſit, in cuius perſona conſiſtere donatio nequeat, vt cùm vir in hæreditario vxoris fundo ædificat[m].

c l.j.§.ſed nec. C. de rei vxor. actio.

d Dyn.l.j.ꝟ.de imp.

e l.ſin autem. in fi. de rei ven.

f l.in fundo.ꝟ. de rei vend.

g d.l.domum.

h l.planẽ. de pet.hæred.

i l.vtique.ꝟ.de rei vend.

k §.ex diuerſo. Inſt. de rer.diu.

l d.l.domum.

m arg.l.in volupt.ꝟ.de imp.

8 b ❡HORREVM.) † Meritò addita eſt dictio plerunque: nam ſi magnus fundus eſt, & frugum ferax, & plurima familia colaẽ, & piſtrini & horrei impenſa neceſſaria eſt[n]: ſi verò modicus fundus ſit, piſtrinum & horreum ad vtilitatẽ ſolùm pertinet, quia locari poteſt.

n l.j.§.penult. de imp.

9 c ❡VOLVPTARIAE.) † Ad ornamentum ſolùm pertinent[o], præterquam in re promercali: quapropter in prædio vrbano ſi maritus cœnacula, quæ locari ſolent, picturis exornet, pictura erit vtilis, non ſimpliciter voluptaria: tanto enim pluris cœnaculũ locabitur, quia ornatius. † Has 10
impenſas niſi dominus ipſe facturus fuiſſet, nec maritus, nec bonæ fidei poſſeſſor deducit[p]: licitum tamẽ eis eſt auferre, quod commodè ſeparari poteſt. In malæ verò fidei poſſeſſore diſtinguimus, vt ſi impenſa in re facta ſit, † quæ 11
ſeparationem ſui natura non admittat, videatur donaſſe[q]: at ſi aliquo caſu ſeparentur, auferre tamen ei nihil liceat: ſi verò ſui natura res ſit ſeparabilis, licitum eſt ei auferre: nec enim donaſſe videtur[r], quod auferre poteſt: & ita ipſe extrico, licet alij differentiam in modo agendi conſtituãt[s].

o l.quod ſi hæres. de impen.

p l.pro voluntariis.eod.tit.

q d.§.ex diuerſo.

r l.vtiles.ꝟ. de petit.hæred.

s Bartol.d.l.in fundo.

ctæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit.

A ❡Vtiles[a] impenſas eſſe, Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, nõ deteriorem eſſe nõ ſinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur: ſicuti arbuſti paſtinatione vl-
B trà quàm neceſſe fuerat. Item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam nõ oportet, ne cogatur fun-
C do, aut mancipijs carere. In his impenſis & piſtrinum & horreum[b] inſulæ dotali adiectum plerunque dicemus.

❡Voluptariæ[c] ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, nõ etiam fructum augent: vt ſunt viridaria & aquæ ſalientes, incruſtationes[d], loricationes[e], picturæ.

IDEM LIBRO 9. *ad Plautium.*

LEX LXXX.

IN generali petitione legatorũ, etiam datæ libertates competunt ex mẽte legis XII. Tabularum.

d ❡INCRVSTATIONES.) Tectoria ſunt parietũ, ex cruſtis marmoreis.

e ❡LORICATIONES.) Sunt ſuperficies integendi cauſa, quę ad pauimenta maximè pertinent, fiuntq; ex calce & arena: qua de re Vitruuius lib. vij. plura. Eſt & lorica, quæ vallis caſtrorũ, vel podiis apponebatur alio ſignificatu.

LEX LXXX.

D
1 *Ex lege xij. Tabul. generaliter tributa poteſtas legatarijs, legata petendi.*
2 *Peti & libertas poteſt.*
3 *Generalis diſpoſitio etiam ſpecialia priuilegia continet.*

IN GENERALI.) Verba legis xij. Tabularum erant[t]: Vti quis legaſsit rei ſuæ, ita ius eſto. † Quibus verbis ge- 1
neraliter tributa eſt poteſtas legatariis, legata ſua petendi. † Sed an idem ſit in his, 2
E quibus libertas teſtamento legata eſt? & ex verbis videretur non eſſe idem: qui enim libertatem legat, rem ſuam non legat, quippe libertas in bonis teſtatoris non eſt: & id neque verè, neque vt Bart. inquit[u], cauſatiuè: ſed tamen ex mente legis idem dicendum eſt. Accurſ. hîc verbum petitione, intelligit pro repetitione, quod mihi non placet, quamuis in iure verũ ſit, ſub generali repetitione legatorum in ſubſtitutione facta etiam libertates contineri[x]. † Quæ res argumento eſt, 3
F generali in diſpoſitione etiam ea intelligi, quæ ſpeciali priuilegio inſignita ſunt, vt libertates, dotes, teſtamenta militum, & ſimilia[y]. Quod verum, niſi priuilegium illud tolleretur: non enim veriſimile eſt generalibus verbis voluiſſe legiſlatorem corrigere ea, quæ fauore ſpecialis cauſæ indulta ſunt: vt hac in re ridiculi ſint, qui contraria prodiderunt[z].

t l.verbis q.eo.

u Bar.l.j.de legatis j.

x l.cũ in ſubſt. de leg.iij.

y l.in fraudẽ. in fin. de teſt.

z Iaſon l.j.iij. not.ſol.matr.

LEX LXXXI.

1 *Vi clámve factum, & ſpreta nuntiatione, reſtituatur.*

2 *Reſtituit*



2 *Reſtituit qui nõ modò opus, ſed etiam omne damnum reſarcit.*
3 *Cui damnum debet reſtitui, omnis vtilitas reſarciri debet.*
4 *Lucri veriſimiliter facti ratio habenda eſt.*

CVM PRAETOR.) †
1 In interdictis (inqt prætor) quod vi aut clàm factũ eſt, reſtituas: item, qđ quis ſpreta nuntiatione noui operis fecit, reſtituat, & id genus
2 ſimilia. † Explicat Iuriſc. quid reſtituẽdum ſit, & nõ ſolùm opus[a], ſed etiam omne damnũ reſarciendum eſſe teſtaẽ: hãc enim eſſe vim huius verbi reſtitutionis[b]. Sed dubiũ eſt, cùm hîc dicitur damnũ reſtitui, an etiam ratio lucri ceſſantis habenda ſit. Et extat reſponſum apud Bald.[c] in ſimile ſpecie, eius qui conuenerat damnum reſtituere: exiſtimat enim huius lucri rationem non habendam: aliud eſt e-
3 nim damnũ, aliud ceſſatio lucri. † Sed hęc ſententia hoc reſponſo confutatur, quo omnẽ vtilitatem reſarciendam ei eſſe teſtatũ eſt, cui damnum debet reſtitui. Itaq; ego hæc verba ſecundum legis diſpoſitionẽ interpretor, vt in caſibus, in quibus de iure, ceſſantis lucri ratio habetur, qui damnum reſtituere promittit, etiam ad id lucrum te-
4 neatur. † Regulariter autẽ traditur, lucri qđ quis veriſimiliter feciſſet, rationẽ habendam, præterquàm ſi cum alterius iniuria lucrum illud acquireretur[d]. Idem in emptionis cõtractu ſeruatur[e]: cùm enim emptor, ſi pecuniam non det, in legitimis ſolùm vſuris condemnetur, non fuit æquum vt venditor, ſi rem nõ tradat, grauius puniretur, ceſſantisq; lucri rationem reſolueret.

a l.ſemper.§.in hoc.ꝟ.quod vi.

b l.antepen.§.ſiue.de ope.no.nunt.

c Bal.conſ.152.in j.

d l.ſi is cui.de furt.

e l.ſi ſterilis.§.cum per vend. de act.empt.

IDEM LIBRO 10. *ad Plautium.*

LEX LXXXI.

CVm prætor dicat, vt opus factum reſtituaẽ, etiã damnum datũ actor conſequi debet: nam verbo Reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

IDEM LIBRO 4. *ad Plautium.*

LEX LXXXII.

VErbũ Amplius, ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur. Sicut econtrariò minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

IABOLENVS LIB. 5. ex Plautio.

LEX LXXXIII.

PRopriè bona dici non poſſunt, quę plus incõmodi, ꝙ commodi habent.

PAVLVS LIBRO 3. *ad Vitellium.*

LEX LXXXIIII.

FIlij appellatione omnes liberos intelligimus.

LEX LXXXII.

1 *Comparatiua amplius & minus, ex ſubiecto argumento vim ſuam amittunt.*
2 *Amplius, partem continet.*
3 *Amplius, cum pronomine, rerum repetitionem facit: contrà ſimpliciter poſitum.*
4 *Minus cum poſitiuo, contrariũ comparatiuum deſignat.*

1 VERBVM AMPLIVS.) † Amplius, & minus, comparatiua quamuis ſint, tamen ex ſubiecto argumento vim comparationis quandoq; amittũt[f], poniturq; amplius pro toto, minus pro nihilo. verbi gratia: Quis promiſit ſe reſtituturũ, ſi quid legatorum nomine ceperit amplius, ꝗ per legem Falcidiam liceat: emergit ingẽs æs alienum ꝑ quod legata omnium extinguuntur[g], certè totum reſti
2 tuere debebit, † licet ea dictio ex proprietate ſermonis partem tantũ comprænderet. Finge conſtitutum eſſe, vt ſi prætor aliquẽ condemnauerit, amplius ꝗ debeat[h], ipſe certa pœna afficiatur: quãuis in tota ſumma quis indebitè fuerit dam-
3 natus, prætor verbis legis punietur. † Illud non prætereundum, hãc diſtinctionem ſi pronomen illi addatur, rerũ repetitionẽ facere[i]: veluti cùm dicitur, hoc amplius, vel eo amplius, vel amplius ꝗ talẽ rem. Si verò ſimpliciter apponatur, actum legandi ſolùm repetere, non ipſam rem[k]. † & ita 4
frequẽtius traditur. Cæterùm & minus aduerbium, poſitiuo adiunctum contrariæ ſignificationis comparatiuum demonſtrat: vt, minus ſtultus, i. prudentior. Terent. in Eunucho: Hoc nemo fuit minus ineptus, i. aptior, vt Priſcianus interpretaẽ.

f ꝟ.l.minus.j.l.ſi ita.

g l.j.§.hæc verba.ſi cui plus.

h Bart.l.ſi ſeruus.§.ſi ita.de leg.j.

i l.ſi ſic de leg.iij.

k d.§.ſi ita.

L.83. Filij appellatiõe.



LEX LXXXIII.

1 *Non omne æs alienũ, ſed etiam omne incommodum excludit propriè bonũ.*
2 *Aes alienũ & maioris incõmodi res nonnunquam in bonis ſunt.*
3 *Legata non ſunt æs alienũ teſtantis, quare nec deducũtur.*

C
PROPRIE.) † Cùm ſuperius dictum 1
ſit, bona intelligi ære alieno deducto, oſtendit hîc generaliter Iuriſconſultus, qualecunq; incommodum ſit, etiam ſi aliud ꝗ æs alienum, eius reſpectu propriè bona non dici. Quotieſcunque ergo alicui ſunt prædia maioris incommodi, ꝗ vtilitatis, is bona ea rectè non appellabit: & ideo permittitur eccleſiæ ſine aliqua ſolennitate huiuſmodi prædia a-
D lienare[l], tanquam bona non ſint: quod & in minore pleriq; ſenſerunt[m]. † Quandoq; tamen ap- 2
pellatione bonorũ etiam æs alienum comprænditur, itemq; ea, in quibus plus incommodi eſt, vt in bonorũ poſſeſſione. † Sed quid in legatis? 3
pone eũ qui lx. habet, aliis xxx. mihi tertiam partem bonorum legaſſe, xx. ne, an x. conſequar? & xx. me conſequi, nec quę aliis legata ſunt, deduci Bart. cenſuit[n], quamuis enim deducto ære alieno bona intelliganẽ, quę tamen legata aliis ſunt,
E æs alienum ipſius teſtantis non erant: quòd ſi ea huiuſmodi fuiſſent, vt in illis lex Falcidia locum nõ haberet, qualia ſunt, quę ad pias cauſas transferuntur[o], de mea ſolùm portione fiet deductio: vnde in propoſita ſpecie cæteris legatariis xxx. mihi x. hæredi xx. requirentur, & ita plerique tradiderunt.

l §.pen.in aut. de non alien.

m Iaſon l.ij.ꝟ. de offic.eius.

n in l.ſi quis ſeruum.§.fin. de leg.ij.

o auth.ſimiliter.C.ad l.Falc.

LEX LXXXIIII.

1 *Filius ab amore dictus.*
F
2 *Nomen filij nepotem per interpretationem continet.*
3 *Interpretatio in diſpoſitione legis generaliter procedit.*
4 *Diſpoſitio hominis loquens de filio, excludit nepotem.*

FILII.) † Filium plerique ab amore di- 1
ctum volunt, quaſi φίλιον, ſed ſyllaba refragatur. Ipſe magis à Gręco ſermone υἱὸς dictum arbitror, addito ex more Aeolico digammate ϝυἱὸς, ſicuti ϝελίνην ἑλένην dixerunt. Æolico autẽ ſermoni noſtrum ſimilimum eſſe Fab. Quintil. tradit. Prior tamen deriuatio à

cæteris approbatur, atq; hanc eſſe rationem exiſtimant, q́ etiam nepotes filij dicũtur, cùm & in
2 illis ſit mutuus aui amor. † Ipſe ex ſermonis proprietate appellatione filij nepotem contineri nõ
3 arbitror a, ſed ex interpretatione, † quæ in diſpoſitione legis generaliter procedit b, & id etiam in odioſis, niſi ratio diuerſa aliud ſuadeat. Ecce, miles à tutela præterquam filij commilitonis excuſatiõnem habet, quid ſi ſit nepos? certè in eo eſt diuerſa ratio: quia pater non militauit, licet auus fuerit miles c. Rurſus: Filij fideicommiſſo grauati tametſi volente teſtatore fructus in rationem quartę non imputant d, quod in ſolatium grauaminis lex illis ſpecialiter
4 indulſit, ergo ad alios trahendum non eſt. † At in diſpoſitione hominis, qui de filio loquitur, de nepote non intelligetur e: nec enim in eiuſmodi materia fit extenſio, niſi aliũde de mente conijciamus f, vt cùm alioquin dura ſeparatio induceretur g, vel extranei ſuis præponerentur, vel vſus teſtatoris hoc ſuaderet h. Idem ſi natura contra-C ctus, vt cùm cliens beneficiarium fundum pro ſe & filiis accipit i: natura enim huius cõtractus eſt, vt in nepotes transmittatur.

a l. quod dicimus nepotes. de teſta. tut.
b l. filius. ad Maced. l. ſenatus de rit. nupt. l. 19. § ſi mater. ff. ad Tertul.
c l. ſed & milites. de excu. tut.
d l. iubemus. C. ad Trebel.
e §. fin. Inſt. qui dar. tut.
f l. liberorum. ff. eod.
g l. Lucius. de hæred. inſt.
h l. alimẽta. de alim. leg.
i Iaſon § inſti. tucns. in l. Gallus.

MARCELLVS LIbro 1. Digeſtorum.

A LEX LXXXV.

NEratius Priſcus tres facere exiſtimat collegium: & hoc magis ſequendum eſt.

LEX LXXXV.

1 *Non duo, ſed tres collegium faciunt.*
2 *Voces vniuerſitatem ſignificantes multæ.*
3 *Collegia ſunt prohibita, niſi iure expreſſè permiſſa.*
4 *In dubio pro admiſſione in collegium pronunciandum.*
5 *Collegium trium cogi vt plures ſubſtituat non poteſt.*
6 *Negligentes & fures epiſcopus amouere poteſt.*

1 NERATIVS.) † Fuerunt fortaſſe, q́ crederent duobus conſtare collegium, quandoquidem & collegæ dicantur, duo ad idem officium electi. Neratius tamen tres mauult, cuius ſententiam tanquam probabiliorem Marcellus probat. Cùm enim collegium ſit vniuerſitatis nomẽ, aliquid vltra dualem numerum requirit. Sunt autem varia collegia, ſicut fabrûm, qui arcendis incendiis inſtituti ſunt: dendrophororum, qui arbores cædunt, & torrent: centonariorum, qui vilia artificia exercent, quorum artificium quamplurès alibi nominãtur k: qui q́ tenuiores ſint, poſſunt ſe collegiis congregare, & ſtipem conferre. Permiſſa etiam ſunt maſtigophororum, quos diſciplinatos vocant, collegia, q́ rei ſacræ cauſa conueniant: ea &
2 confratriæ appellantur, † quippe varia ſunt nomina, collegium, corpus, militia, commilitium, ſocietas, thiaſus, ordo, conuenticulum, ſodalitium, quæ eandem ferè vniuerſitatem ſignificãt.
3 † Sunt autem iure quæcunq; collegia prohibita, niſi permiſſa expreſsè reperiantur: habuêre enim maiores noſtri ea ſuſpecta, nec multitudinẽ coire ſine legitimo rectore voluerunt: nam vidimus plerunque etiam ſub ſacri conuentus prætextu, multos improbos aduerſus pudicitiam & leges moliri, quod T. Liuius lib. xxxix. eleganter proſequitur. Extat etiam hac de re Traiani Imp. reſcriptum ad C. Cæcil. Plinium. Sanè quod de collegio hîc traditur, de familia quoq; dici ſuprà vi-
4 dimus l. † Vbicunq; autem dubitatur, aliquis in collegium admittendus ſit, an id minus, pro admiſſione pronunciandum Bald. m reſpondit: id enim eſſe fauorabilius. Sed finge ſcholares ſeu collegas certę eccleſiæ neminẽ aliquo defuncto ſubrogare, vt quò pauciores ſunt, eò tutius in ſuos vſus reditus pios vertant, quemodo prouidebit?
5 † Et puto ſi non minori q̃ trium numero ſint, non poſſe cogi, vt alios ſubſtituant, vel eligant, & id huius reſponſi argumento, niſi tam ampli ſint reditus, vt rectè ad-
6 miniſtrari à tam paucis nequeát. † Illud conſtat, negligẽtes, vel fures ab epiſcopo amoueri poſſe n.

k l. fin. de iur. immun. & l. j. C de excu. artif.
l l. deteſtatio. §. fin.
m c. Bal. conſil. 153. in 2.
n l. nulli. vbi Bald. C. de epiſ. & cler.

CELSVS LIBRO 5. Digeſtorum.

LEX LXXXVI.

QVid aliud ſunt iura prædiorũ, quàm prædia æqualiter ſe habentia, vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

LEX LXXXVI.

1 *Iura prædiorum quorumlibet ſeruitutes ſunt.*
2 *Prædia cum iuribus reſtituit, qui æqualis bonitate, ſalubritate, amplitudine reddit.*
3 *Seruitus eſt accidentalis habitudo, & extrinſeca qualitas prædij. Bald. defin.*
4 *Seruitus eſt quoddam ius prædio inhærẽs, quod eius vtilitatem reſpicit, vicini diminuit. Bart. defin.*
5 *Ius qualitatem inhærentem, commoditatem, facultatem ſignificat.*
6 *Conceſſa alienatione omnium iurium prædiorum, etiam fructus licet diſtrahere.*

QVID ALIVD.) † Iura prædiorum ſeruitutes eſſe, ſiue de ruſticis, ſiue de vrbanis loquamur, dubium non
2 eſt. † Sed Iuriſcon. hîc interpretatur clauſulam, quæ in inſtrumẽtis apponi conſueuit, cùm quis prædia cum iuribus ſuis reſtituere promittit: intelligitur enim, vt eius æqualitatis reddat, cuius acceperit, eiuſdem ſcilicet bonitatis, ſalubritatis, amplitudinis. Quapropter legendum hîc eſt, æqualiter, non autẽ, qualiter: nam ratio ſenſus & recti ſermonis non conſtaret. Illud tamẽ nõ negauerim, ſeruitutes ipſas qualitatem prædiorum, non autem ſubſtantiam
3 reſpicere o: quapropter eas ſic deſcripſit Bal. p † vt ſeruitus ſit accidentalis habitudo, & extrinſeca qualitas prædij. Bart. verò ſubtilius definiuit q,
4 † Seruitus eſt quoddam ius prædio inhærens, q̃d
5 eius vtilitatem reſpicit, vicini diminuit. † Planè hoc in reſponſo ius pro qualitate rei inhærente ponitur, ſicut & alibi pro commoditate r. Sed & pro nuda facultate plerunque vſurpatur: vt ſi dicam; Ius mihi eſt per viam publicã eundi: vel filiusfamiliãs, ſeu ſeruus adeundi ius habent: ſit enim interpretatio, ius adeũdi, id eſt, facultatem,
6 vt Aretinus ſenſit s. † Sanè Alexander eum, cui ex iuribus prædiorũ quicquid vellet alienare, conceſſum erat, poſſe reditus ex fructibus perceptos diſtrahere, huius legis argumento reſpondit t.

o l. penult. de euict.
p Bald. auth. ei qui. C. de bon. auth. iud.
q Bar. l. j. de ſer.
r l. quod dicimus. ff. eod.
s Aret. l. legatum. de leg. j.
t conſil. 15. in 2.

LEX LXXXVII.

1 *Vrbs ſolum dicitur, quod muro clauditur, ab vrbo aratri parte.*
2 *Vrbs ſancta Roma dicitur.*
3 *Verba iuxta communẽ vſum accipienda etiam in pœnalibus & odioſis.*





4 *Vſus à peritis deducitur.*
5 *Vſus vnius anni non retrò trahitur.*

1 VT ALPHENVS.) † Quoniam vrbs ab vrbo parte aratri dicitur, quo ſolebant in condendis ciuitatibus maiores vti, ſicq; muros definiebãt, meritò vrbs ſolùm dicitur, quod muro tenus ambitur. Roma verò etiã continentia vrbi ædificia ſignificat, quod ſuprà latius attigimus a.
2 † Sanè cùm vrbẽ ſacram appellamus, ſunt qui Hieroſolymitanam accipiãt, vt Bal. b Ego Romã potius intellexerĩ, ſicut & cũ æternam dicimus. Auſonius,

*Vrbis ab æternæ deductam rege Quirino.*

Vt mirum ſit, q́ literatores quidam ita legũt, Hectoreæ. Oſtendit & id variis locis Ammianus.
3 † Cæterùm cùm Iuriſconſultus conſuetudinẽ loquendi in teſtimonium adducat, hinc apparet ſecundùm proprietatis originẽ: quod etiam in pœ-
4 nalibus & odioſis receptum eſt. † Sed hæc ita plérique declarãt, vt in diſpoſitionibus peritorum, eorum vſus attendatur d, ſicut in idiotarũ ſermone, conſuetudo imperitorum: quod nõ diſplicet. In dubio autẽ vnum eundemq; vſum eſſe credemus, nec aliter loqui plebem, q̃ patritios e. Sed & ſi conſtitutum ſit, vt verba ad literam intelligantur, vel propriè, tunc communẽ vſum imperitorum non attendemus, eruditorum verò obſeruabimus f: quandoquidem conſenſus eruditorum, vt Fabius ſcribit, cuicunq; proprietati præualet: penes enim eorum vſum, arbitrium eſt, & ius & norma loquẽdi, Horatio autore in Arte poëtica.
5 † Probato autem vſu præſentis anni, non ſequitur eundem retrò fuiſſe obſeruatũ: niſi ab eo tempore cœpiſſet, cuius initij nulla eſſet memoria: quod enim tandiu viguit, ſemper fuiſſe obſeruatum, etiam ante hominum memoriam, creditur: idque plerique omnes ſcripſêre.

a l. ij. ff. eod.
b l. ij. C. de nau. fœn.
c l. j. C. de ſuar. lib. xj.
d Bald. c. j. de ſuc. feud.
e l. ſi chorus. §. j. de leg. iij.
f Mod. in rub. de ope. no. nun.

MARCELLVS LIB. 5. Digeſtorum.

A LEX LXXXVII.

VT Alphenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingeret. Roma eſt etiam, quà continẽti ædificia eſſent: nam Romã non murotenus exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cũ diceremus, Romam nos ire, etiã ſi extra vrbem habitaremus.

CELSVS LIBRO 12. Digeſtorum.

LEX LXXXVIII.

PRopemodũ tantum quiſq; pecuniæ relinquit, quantũ ex bonis eius refici poteſt. Sic enim dicimus centum aureos eum habere, qui tantum in prædijs, cæteriſq; rebus ſimilibus habet. Non idem eſt in fundo alieno legato, quanq; is hæreditaria pecunia parari poteſt: neq; quiſquã eum qui pecuniã numeratã habet, habere dicit, quicquid ex ea præſtari poteſt.

LEX LXXXVIII.

1 *Res ſecundùm pecuniam æſtimantur.*
2 *Ex reperta pecunia res æſtimantur. (conſideratur.*
3 *In rerum æſtimatione, quanti vendi poßit res, nõ affectio*
4 *Iuſtum pretium ex valore rei, non affectu conſtituitur.*

1 PROPEMODVM.) † Quæcunq; res ſecundum pecuniam æſtimationem recipiunt, non autẽ pecunia ſecundũ res: etenim iure gentium ea de cauſa ſignatus eſt numus, vt commercia rerum facilius celebrarentur, functionemque ex eo reciperent: quæ in rebus nõ eſt, vnde minus in vſu cœpit eſſe permutatio g. Si igitur tu x. habeas, & pro his x. ego fide mea totidem modios tritici eſſe iubeã h, tanquã de alia re promiſerim, fideiuſsio non valet: nec enim res pecuniæ loco ſuccedit, ſed pecunia quibuſdam caſibus loco rei i. Planè dubiũ eſt, cùm quis in cenſu habere dicatur, quantum pecuniæ ex bonis refici poteſt, quomodo ineunda ſit ratio, an ducto valore ſecundum communẽ æſtimationem k, an ſecundum reditus, vt tanti res cenſeatur, quantum xx. annorum reditus conferunt l, an quãti vendi poteſt: quod verius videtur, reſpõſi enĩ huius verba hoc
2 indicant m. † Cùm enim res in pecunia functionẽ recipiãt, tanti æſtimari debent, quantum pecunię reperitur: niſi de reſciſsione propter læſionem agamus n, tunc enim is cenſetur læſus, qui
3 à cõmuni curſu aberrat. † Sed & quoties rẽ æſtimamus eius reſpectu, qui eã acquiſiuit ſiue titulo hæreditario, ſiue ex contractu, tantũ eum adeptum dicemus, quantum communi æſtimatione res vendi poteſt o: nec enim affectionis ipſius ratio eſt habenda, nec etiam quid alius tunc ſit oblaturus, cũ is qui eam eſt adeptus, ne licitãtis affectio deinde minuatur, nõ ſit compellendus eam
4 quamprimum vendere. † Vnde ſumma ratio eſt, vt tali caſu continuum valorem potius æſtimemus: in qua æſtimatione redituum quoq; ratio habebitur p: quod autem communiter reperitur, id iuſtum pretium eſt, vtpote quod ex valore rei, non ex affectu conſtituatur. Quapropter cùm in lege iuſti pretij ſit mentio, de eo quod communiter perciperetur, intelligamus q.

g l. j. de contr. empt.
h l. ſi ita ſide. de fideiuſ.
i l. Imperator. in fin. de legat.
k l. pretia. ad l. Falc.
l l. auth. perpetua. C. de ſacroſ. eccleſ.
m l. mercis. §. iij. in fin. & de dam. cau. mo. t.
n l. ij. C. de reſc. vend.
o d. l. pretia.
p gl. in d. auth. perpetua.
q Alexan. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig.

POMPON. LIBRO 6. ad Senatusconſultum.

C LEX LXXXIX.

L. 89. Boues.

BOues magis armentorũ, quàm iumentorum generi appellantur.

LEX LXXXIX.

1 *Iumenta à iuuando potius, quàm iungendo dicta.*
2 *Equi & muli iumenta, boues armentorum ſunt numero.*
3 *Sermo ſimplex primũ actum deſignat, affirmatiuè prolatus.*
4 *In fauorabilib. cauſis ad cæteros quoq; actus porrigitur.*
5 *Alimenta legata vxori ſecundam quoq; reſpiciunt.*
6 *Priuilegia ſunt perpetua, non ſtatim finiuntur.*
7 *Fraus Othonis Moguntini antiſtitis.*
8 *Periurium fraude aſtringitur, non ſoluitur.*
9 *Edit qui exhibet, reddit qui poſt calculũ reliquũ præſtat.*
10 *Vbi duo propter vnum, ibi vnum.*
11 *Argentarij in tabernis pecuniam volentibus dabant ſub fœnore.*
12 *Chirographa ſubſcripta, eáq; proxeneta agnita, res probatur.*

1 BOVES.) † Veteres à iungendo iumenta appellabant, quod currui iungerentur: ea erant equi, & muli. boues verò armenta potius dicẽbãtur, ab arando r, vt Varro inquit, quod principalis eorũ vſus is eſſet. † Igitur lega-
2 tis iumentis, non videtur de bobus actũ s. Sæ di-

r l. ſeruis. de legatis ij.
s l. legatis. § ſi. de leg. iij.

les cùm de iumento mentionem fecēre, ſubdiderunt etiam de pecoribus [a], vt boues compræhenderentur. Luc. tamen Columella libro vj. iumenta appellari credidit, quę noſtrum laboré, vel onera ſubuectãdo, vel arando iuuarēt. Sed aliter Iuriſconſulti ſentiunt: lege enim duodecim Tabularũ à iungendo, non à iuuando iumenta dicuntur, vt Aul. Gellius eſt autor. Videtur tamen nobis ex eruditorũ vſu Columellæ approbari ſententia.

a l. ædiles. §. iumentorum. de ædil. edict.

iumentorum nomine appellantur.

¶ Hoc ſermone, dũ nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur.

¶ Inter Reddere & Edere rationes, multum intereſt: nec is qui edere iuſſus ſit, reliquũ reddere debet: nam & argentarius edere rationem videt̃, etiam ſi, quod reliquum apud eum ſit, non ſoluat.

A VLPIAN. LIBRO 27. *ad Senatuſconſultum.*

LEX XC.

QVi, vti optimæ maximæ ſunt, ædes tradit, non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi, ſed illud B ſolùm ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

¶ §. HOC SERMONE.) Hęc dictio Dum, eam ſignificationem habet, quã donec, & quandiu: vnde propriè hæc verba interpretant̃, donec, ſeu quandiu erit nupta: referũtq́; vt Pomp. ait, ad primas nuptias. Cuiꝰ rei rationẽ arbitror, quia eis diſſolutis, verba ceſſant, amplius enim nupta non eſt: & quod ſemel deſinit, rurſus non conualeſcit [b]. Communi tamen calculo aliter traditur [c], videlicet regulam eſſe, 3 † vt ſermo ſimpliciter prolatus, de primo tantũ actu intelligatur [d], eam nõ procedere in ſermone negatiuo [e], vt ſi teſtator mandet, ne filiæ ſuæ mercatoribus nubant: nam neq; ſecũdas nuptias cum eis contrahere poterunt [f]. Idemque in diſpoſitione legis: nam ſi lex velit cauſas inter agnatos compromitti, compromittendum ſemper erit, donec lis finiatur [g]. Sed & ſi prior actus ſit nullus, de ſecundo ita ſuadēte æquitate intelligemus [h]. 4 † Quinetiam ſi materia ſit fauorabilis, interpretatione eam adiuuabimus, vt ſequentes quoque actus contineantur. 5 † Vnde ſi vxori ſuæ quis alimenta legauerit, etiam de ſecunda intelligetur. Et ex facto ita reſpondit Alexander [i]. Idem cùm pater filiæ, caſu quo vidua ſit, habitationem domus relinquat: nam ſi tertio & quarto vidua fiet, legatum conſequetur: quoniam verba hæc generalia ſunt, & ad rem natura ſui multiplicabilem referuntur [k]. 6 † Sed & generaliter ex ſubiecto argumento aliter interpretabimur: quid enim ſi natura rei iterationem requirit? vt ſi veſtitum teſtator vxori legauerit [l], vel princeps priuilegium aliquod mihi concedat: ſolent enim ea perpetua eſſe, non autem quamprimùm finiri [m]. Quid ſi ex primo actu menti diſponentis non ſatisfiat? vt ſi procuratorem ad appellandum conſtituam [n], an à prima ſententia ſolàm appellabitur? & non ſolùm vt à prima tantùm, ſed & ab vlterioribus appellet, cùm conſtitutum videri iure reſponſum eſt. & hæc quidem communiter approbantur. 7 † Hincque Othonis Moguntini antiſtitis fraus iniuſta detegitur: is Alberto Francorum Comiti ſub iuriſiurandi fide perſuaſit, vt relicta inexpugnabili, quam inſederat, arce, ſecum ad Ludouicum regem, cuius filium occidiſſe inſimulabatur, deſcenderet: ſe enim vel eum regi conciliaturum, vel ſoſpitem in arcem reducturum: vixque egreſſo, tanq̃ melius eſſet prius prãdere, iuſsit vt reuerteret̃: mox finito prandio ad regem duxit captiuum, cumq́; ad ſupplicium duceretur, antiſtitis periurium accuſanti reſpõdit, ſe datæ fidei ſatisfeciſſe, religioneq́; exolutũ, cùm eum prandendi cauſa in arcem incolumem perduxit. 8 † Dignus perpetua nota ſacerdos, qui ignorauerit fraude periurium aſtringi, non ſolui.

b l. ſtip. de dote. §. de iur. dot.
c Iaſon l. diuortio. §. qđ in anno. §. ſol. matr.
d l. dotis promiſsio. de iure dot.
e l. ſi ſic ſtipul.
f de verb. obl. Oldr. conſ. 16.
g Alex. l. ſi cum dotem. §. j. ſolu. matr.
h l. hæc conditio. §. de condit. & demon.
i conſil. 171. in 2. l. placet. §. de liberis & poſth.
k But. conſ. 30.
l Bald. l. j. C. de fideicom.
m Felin. c. ij. de treug.
n Bald. l. fideic. §. ſi quis decem. de leg. iij.

¶ §. INTER RED.) 9 † Edere, eſt rationes exhibere [o], & copiam deſcribendi facere. Reddere verò eſt cõputare, & reliqua reſtituere [p]. quòd ſi ad reliqua quis non tenetur, nec quidẽ rationes reddere debet [q]. 10 † Hincq́ue eſt, qđ vulgò dicimus, vbi duo propter vnum, ibi vnũ. 11 † Edere autem tenẽtur argentarij, tanquã fides eorum publicè approbata ſit: habebant enim argentarij tabernas in foro, & priuatorum pecunias ſub fœnore locabant, eligebanturq́; magnæ fidei homines, & eorũ codicibus fides dabatur. 12 † Hodie verò per chirographa debitorum manu ſubſcripta, & à proxeneta agnita res tractatur. at numularij, & trapezitæ, & menſarij, collectariiq́; C inferioris gradus erant, nec tantę autoritatis: qđ etiam ex Plauto facilè eſt dignoſcere.

o l. j. §. de eden.
p l. cũ ſeruus. de condi. & demonſtr.
q l. qui liberti. §. j. de euict.

LEX XC.

1. *Res immobiles hac clauſula alienamus, vti optimæ maximæ, &c.*
2. *Hæc clauſula aliunde debitas ſeruitutes non continet.*
3. *Emptor rei grauatæ obligatur, ſed damnum à venditore conſequitur.*

D QVI VTI.) 1 † Clauſula eſt in alienationibus rerum immobilium poni ſolita, cùm dicimus, nos prædium vti optimum maximumq́; eſt tradere: quę clauſula nihil de eius bonitate amplitudineq́; diminutum eſſe ſignificat, & ideo liberum dari: quia ſi ſeruitutem aliquam deberet, de eius iure diceretur diminutũ. 2 † quamuis ergo hac clauſula fundũ liberum eſſe oſtendamus, non tamẽ ideo deberi illi aliquam ſeruitutem ꝑ vicinos pollicemur [r]. E 3 † Sanè qui fundũ ſimpliciter vendit, ſi ſeruitutem debeat, talem, qualis eſt, præſtare debet [s]: competit tamen emptori actio quanti minoris, ſi ſeruitutis ignarus rem emit [t]: poterit etiam ex empto agere [u]. Quòd ſi additũ ſit optimum maximumq́; vendi, tanq̃ fides ſeruata nõ ſit, nec venditor parte ſua adimpleuerit, poſſe etiam ad reſciſsionem contractus agi verius eſt. Sed & ſi vicinus ſeruitutem imponi aduerſus emptoré obtinuerit, per actionem de euictione prouidebitur [x]: atq; ita ego F ſentio, licet Accurſius alitet, qui eo ſolùm caſu talem, qualis eſt, fundum præſtandũ credidit, cùm venditor expreſsè prædixit, ſe eum vti optimus maximus eſt nolle præſtare [y]: quæ interpretatio Iuriſconſulti verbis non quadrat.

r l. penult. §. de euict.
s l. cum venderes. de contrah. empt.
t l. quoties. de ædil. edict.
u l. in venditio. de act. empt.
x l. penult. de euict.
y d. l. cum venderes.

LEX XCI.

1. *Qui omnia ſua donat, etiam nomina debitorum donaſſe intelligitur.*
2. *Meum & tuum, dominium vel quaſi important.*
3. *Biantis dictum.*
4. *Orphei oraculum.*

MEORVM.)



PAVLVS LIBRO 2. *Fideicommiſſorum.*

LEX XCI.

MEorum & tuorũ appellatione actiones quoque contineri, dicendum eſt.

IDEM LIBRO 7. *Quæſtionum.*

LEX XCII.

PRoximꝰ eſt, quẽ nemo antecedit: ſupremus eſt, quem nemo ſequitur.

A CELSVS LIBRO 24. *Digeſtorum.*

LEX XCIII.

MOuẽtium, item mobilium appellatione idẽ ſignificamus: ſi tñ apparet defunctum animalia B duntaxat, quia ſe ipſa mouerent, mouentia vocaſſe: q̊d verũ eſt.

1 MEORVM.) † Quoniam meum dicitur id, quod vendicare poſſum [a], conſtetq́; actiones tanquam res incorporales non vendicari, videbatur hac appellatione eas non contineri: ſed Iuriſconſultus aliter cẽſuit. Qui ergo omnia ſua, vel omnes res ſuas donat, & nomina debitorũ donaſſe intelligetur, & ita communiter traditum eſt [b]: idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim, ſiué addito vniuerſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona mea dicam. 2 † Sed ſi generale ſubſtantiuum appoſitũ proponatur, vt ſi quis dicat, argentũ meũ, veſtes meas, hæc pronomina ad dominium, vel quaſi dominium referentur [c]: niſi ſubiecta materia aliud velit, vt cùm ſeruo vel monacho pecunia ſua legatur, nec enim illi quicquam in dominio habere poſſunt [d]: vel cũ de famulis ſuis quis loquitur: nam ſi in dominio eos ſuo haberet, ſerui eſſent, non famuli. Sed & cùm colonus vineas ſuas, armiger (quem hippagium vocant) equos ſuos dicit, ratione curæ intelligitur, non dominij [e]. Quoties verò ſubſtãtiuo particulari id pronominis iungitur, demonſtrationem facit, præterquam ſi futurum reſpiciat: vt cùm lego, Stichum qui meus erit, tunc conditionale legatum 3 eſt [f]. † Celebre eſt Biantis illud dictum, cùm patria ſua capta, omnes cũ rebus ſuis fugerent, ipſe interrogatus, cur ſolus bona ſua non aſportaret: D Ego, inquit, omnia mea mecũ porto. Inde oſtendens, bona animi ꝓpria & noſtra eſſe, non corporis. 4 † Scribit Philoſtratus, Cyrum Perſarũ regem, cùm exercitum in Odryſios moueret, oraculum Orphei conſuluiſſe, reſponſumq́; accepiſſe, τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σὰ, id eſt, mea ô Cyre tua: quod ille interpretatus eſt tanquã Odryſios, quibus Orpheus imperauit, ſubacturus: cùm ad genus mortis alluderet. Sicut enim Orpheus à mulieribus interfectus eſt, ita Cyrus à Maſſagetarum regina. Quibus exemplis conſtat has dictiones latiſsimæ ſignificationis eſſe.

a l. Quintus. §. de aur. & arg.
b l. ſi legatus. §. ſi quis. l. nam quod. §. fin. ad Treb.
c l. ſeruos autẽ. de leg. iij.
d l. iiij. de manumiſ.
e gl. l. ij. in pri. de orig. iur.
f l. iiij. de leg. j.

LEX XCII.

1. *Superlatiuus in iure non præſupponit poſitiuum.*
2. *Primogenitus dicitur, qui neminem ante ſe habet.*
3. *Primus caret anteceſſore.*
4. *Supremus eſt, quem nullus ſequitur.*
5. *Tertiogenitus primo mortuo fit ſecundogenitus.*

1 PROXIMVS.) † Superlatiuum nomẽ eſt, & ideo ex natura ſua poſitiuum præſupponere deberet [g]: ſicut optimus præſupponit cæterorum meliorem, & maximus ampliorem [h]: ſed tamen in iure hoc non ſeruamus. Et cùm lex proximo agnato hæreditatem deferat, ſi vnus ſolùm ſuperſit, is 2 ꝓximus dicetur [i]. † Quod & de dictione primus obſeruandum eſt: vnde primogenitus dicetur, quem nemo ſequitur, dum ante ſe neminem habeat [k]. Sed & lex, quæ primogenito regnum defert, in eo locum ſibi vendicabit, cuius fratres maiores natu ante delatam hæreditatem deceſſēre: quod etiam approbat Bald. [l] quoties quis ſibi & primogenito emphyteoticum ius acquirit [m]: ſatis eſt enim ne aliquẽ ante ſe habeat. Quod & in pluribꝰ recipiendum eſt, vt duo eiuſdẽ gradus, ambo ad ſucceſsionem admittãtur. Et ſi corona muralis ab Imperatore illi promiſſa ſit, qui primus murum aſcenderit, ſi duo eodem tempore aſcenderint, vtrique ſua debebitur: 3 † verum eſt enim eos primos, quos nemo anteceſſit. & ita obſeruaſſe Pub. Scipionem autor Titus Liuius eſt, libro xxvj. nec noſtrates Doctores omnino reclamant [n]. 4 † Et quod de proximo dictum eſt, eadem ratione in ſupremo receptum eſt, vt ſupremus dicatur, quẽ nemo ſequitur: vt cùm prætor bonorũ poſſeſsionem ſecun-C dum tabulas ſupremas pollicetur [o]: fitque hac ratione, vt ſi vnus ſupereſt, idem proximus & ſupremus ſit. Quod annotandum eſt, cùm quis ei, qui ſupremus morietur, ſubſtituit [p]. 5 † His conſequens eſt quæſtio, cũ filio teſtator ſubſtituit eum qui tunc ſecundogenitus erit filiorum ſororis ſuæ, & defuncto primo, collitigat ſecundus cum tertiogenito: putauerim enim tertium admitti, quia tunc is ſecundogenitus eſt filiorum ſororis: & ita ex facto conſultus reſpondi.

g l. vbi. de ver. oblig.
h l. illa verba. §. eod.
i l. j. §. proximi. vnde cogn.
k c. Ioſeph. extra, eod.
l Bald. l. ſi qs. §. talem. C. de ſec nupt.
m l. ij. col. ij. C. de iur. emphyt.
n l. qui filiabus. §. j. de leg. j.
o l. j. §. j. de bo. poſſ. ſec. tab.
p l. qui duos. de reb. dub.

L. 93. Mouentium.

LEX XCIII.

1. *Mouentia & mobilia pro eodem accipiuntur.*
2. *Caſtigata lectio.*
3. *Iura nec mobilia nec immobilia dicuntur.*
4. *Iura impropriè immobilia bona dicuntur.*
5. *Dictio, quæcunq́;, etiam impropria includit.*
6. *Reditus perpetui: bona immobilia: breui tempore duraturi, mobilia reputantur.*
7. E *Iura mobilia habentur.*
8. *Mobilibus legatis, aurum & argentum non debetur.*

MOVENTIVM.) † Licet mouentia actiuam ſignificationẽ reſpiciant, ſicut mobilia paſsiuam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mente conſtet: vt in edicto prætoris [q], in quo executionem rei iudicatæ non prius fieri debere in mouentibus, vt F equis, mulis, aſinis, bobus, & ſimilibus, oſtenditur, quàm in mobilibus facta ſit, dum tamen id debitori commodius videatur. 2 † Dum ergo in reſponſo legitur, ſi tamen apparet, caſtigatior lectio eſt, ſi non apparet, & id etiam Latini ſermonis ratio poſtulat. 3 † Sed an nòmina vel iura mobilium vel immobilium appellatione comprændentur? Et non comprændi certum eſt [r], ſeparata quippe eſt ſpecies. Sed ſi ſub altera prædictarum ſpecierum hæc quoq; collocanda eſſet, vt quia conſtet de omnibus bonis actũ, de eis iudicabimus,

q l. à diuo. §. ij. de re iud.
r l. quam Tuberonis. de pec. d. §. ij.

cabimus, quod de actionibus: vt ſi rem mobilem
petam, id nomen inter mobilia cõputetur: ſi rem
immobilem inter immobilia. Et hoc Dynus pro-
bauit [a], quod ex vi ſermonis non eſt, ſed ex inter-
pretatione legis: quoniam qui actionem habet,
rem ipſam habere
videtur. Sed & ſi cõ-
ſtitutione prohibi-
tum ſit, quæcunque
bona, ſiue mobilia,
ſiue immobilia, in
extraneos transfer-
ri, de iuribus quoq;
4 actum videtur: † iu-
ra enim impropriè
inter immobilia cõ
5 putantur. † At illa
dictio, quæcunque,
propter generalitatẽ etiam ad hoſce improprios
caſus trahitur [b]. Vnde, quicunque hæres, etiam
impropriè hæredem comprændit: & cũ de qui-
buſcunque contractibus loquimur [c], etiam de
abſiuis dicimus: quod tamen procedit, cùm nul-
6 la differentiæ ratio aſsignari poteſt. † Et quod de
nominibus diximus, in annuis quoq; reditibus
locum habet [d]: in quibus tamen fit huiuſmodi di
ſtinctio, vt ſi perpetuò debeantur, immobilibus
æquiparentur: ſi verò breui tempore ſint duratu-
ri, mobilibus [e]. Sed hanc ego diſtinctionem ita
intelligo, vt ſi dies ceſſit, incipiantque iam debe-
ri, mobilibus æquiparentur: nam cùm actio inde
competat, videtur res ipſa haberi, alioquin im-
mobilium potius ſimilitudinem in eis approbo.
7 † Illud non prætereundum, iura quandoque mo
bilibus potius adſcribi, quã immobilibus, quo-
ties ratio hoc ſuadet: vt ſi lex prohibeat bona mo
bilia curialium ſub cuiuſquam aſpectu diuidi [f],
ne paupertas alicuius detegatur: nam etiam iura
continebuntur: & illa enim latêre, in abſcondi-
toque eſſe poſſunt: quod de immobilibus dici
nequit. Sanè nec illud omittendum eſt, quod ſen
tentiarum receptarum libro tertio, titulo nono,
de vſufructu, ſcriptum Paulus Iuriſconſultus re-
8 liquit [g]: is, † Mobilibus, inquit, legatis, aurum vel
argentum non debetur, niſi de his quoq; manife
ſtè ſenſiſſe teſtatorem poſſit oſtendi.

a Dynus l. poteſt. de aut. tut.
b Roman. l. in temp. in fin. de vſucap.
c Mod l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſt.
d Clem. exiui. de verb. ſign.
e c. querelam. de elect.
f l. ij. c. quando quarta pars.
g l. ſi chorus. de leg. iij.

IDEM LIBRO 20. *Digeſtorum.*

LEX XCIIII.

A VErbum Reddendi, quanquã ſignificatum habet retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

LEX XCIIII.

1 *Reddit nonnunquam qui ſimpliciter dat.*
2 *Reddere propriè eſt retrò dare.*
3 *Dare eſt propriè reddere.*
4 *Dotem reddere ſtipulatus, quamuis nullam acceperit, dare cogitur.*

1 VERBVM REDDENDI.) † Red-
dere quandoque capitur ſimplici-
ter pro dare [h]: vnde ſi teſtator ali-
cui centum reddi iubet, quamuis
ipſe nihil accepiſſet, tamen lega-
2 tum deberi dubium non eſt. † Quod tamen Ac-
curſius ex interpretatione [i] legis eſſe arbitratur,
non ex ſermonis proprietate: reddere enim pro-
priè eſt retrò dare: nam plerunque per abuſum
hanc præpoſitionem ſuperfluè addimus: vt cùm
Lucilius dixit, Repudium remiſſum, id eſt, ſim-
pliciter miſſum. & Terentius, Renũtio futurum,
id eſt, nuntio: quod nec Grammatici omiſêre.
3 † Verbum autem dandi propriè reddendi ſignifi-
catum habet: quia qui reddit, vtique dat: qui re-
petit, petit. Hinc dicimus, ſoluto matrimonio
dotem peti [k]: quoniam id verbum generalius eſt,
& repetitionem quoque continet. † Sanè huius 4
legis argumento reſpondit Bartolus [l], cùm duo
fratres in diuiſione certum fundum excepiſſent,
pro dote vxori red-
denda, tametſi non
conſtet vllam dotẽ
eos accepiſſe, tamẽ
fieri interpretatio-
nem tanquam do-
tem dari ſimplici-
ter ſtipulati ſint: q̃
caſu abſenti mulie-
ri fauore dotis actio
quæritur. Quod &
in verbo, reſtituen-
di, quoſdam appro-
baſſe ſuprà retuli [m].

h l. Lucius. §. j. l. hæres. de lega. iij.
i l. j. §. elegãter. depoſ.
k Bart. in rub. ſol. matr.
l Bart. conſ. 123. incip. factũ ſic ſe.
m in l. reſtituere.

MARCELLVS LIB. 14. *Digeſtorum.*

LEX XCV.

POteſt reliquorum appellatio, etiam vniuerſos ſignificare.

B LEX XCV.

1 *Reliqui dicuntur reſtantes.*
2 *Reſiduum non dimidium, ſed id quod reſtat ſignificat.*
3 *Decem pro reſiduo ſufficiunt.*
4 *Reſiduum quandoq; nihil, quandoq; totum inducit.*

POTEST.) † Reliquorum appellatio 1
propriè ad partem reſtantem refertur,
à qua ſermonis proprietate in dubio
nunquam recedimus [n]. Vnde ſi ex fi-
C deiuſſoribus alter decem promiſerit, alter reli-
quum, ſi primus ſoluere nequeat, non tamen ſe-
cundus in totum condemnabitur. Sed & teſta-
tor qui illud quod reſiduum eſt pecuniarũ, apud
argentarium eccleſię legat, ſi deinde nouis lucris
eam ſummã auxerit, nõ tamẽ totam legaſſe vide-
tur [o], ſed id ſolùm qđ tũc erat. † Quapropter Bar 2
batij ſententiam non probo [p], qui cũ Rom. Ponti
fex cuidam præpoſito indulſiſſet, vt de reditibus
ſacerdotiorum liberè teſtaret, dum tamẽ de reſi-
D duo liberalem ſe erga eccleſiã exhiberet, reſpon-
dit ſaltẽ dimidiã partẽ appellatione reſidui con-
tineri: qđ ipſe nõ approbo, cũ reſiduum propriè
de quacunque reſtante parte dicatur: ſatis er-
go erit, ſi boni viri arbitratu munificus ſit. Sed &
eadẽ ratione factũ eſt, † vt qui x, pro reſiduo ſol- 3
uerit, cenſeatur liberatus [q]: cùm em̃ creditor eam
ſummam ſibi reſtare fateatur, conſequẽs eſt, vt ea
perſoluta debitor liberetur. † Recedimus tamen 4
quandoque à proprietate ſermonis, vt quia hoc
E materia ſuadeat, vel narrantis inuentio: fitque
eo caſu, vt reſiduum quandoque totum, quando-
que nihil inducat [r]. Finge teſtatorem ex ſemiſſe
ſpurium inſtituiſſe, ex reſiduo Titium: cùm ſpu-
rius ſit incapax, videt̃ Titius in vniuerſum inſti-
tutus: nec em̃ pro parte ſolùm voluit teſtatus de-
cedere. Qua ratione ſi quis partẽ domus vxori le
get, quã viuens ipſe ſolebat inhabitare, ſi integrã
inhabitabat, tota debebitur [s]: ſiue quia videt̃ par
tem dixiſſe reſpectu aliarũ domuũ, ſiue quia præ-
F ualet intẽtio, ex aliis verbis coniecta, proprietati
verborum. Finge è conuerſo Titium ex aſſe inſti-
tutum, Sempronium in reſiduo, certè nihil ei de-
bebitur, cùm nihil ſuperſit [t]. Non recedimus er-
go à priore ſignificatione, niſi ex coniectura vo-
luntatis: atq; ſic communiter dici conſueuit.

n Mod. l. ij. C. de hæred. inſtit.
o Paul. l. cũ ſtipulamur. ff. de verb. oblig.
p Barb. conſ. 33. in j.
q l. ſi ex plurib. de acce.
r l. ij. C. de hær. inſtit.
s l. vxori. de legat. iij.
t l. item quod. §. ſed ſi. & l. qui non. de hæred. inſtit.

LEX XCVI.

1 *Littus eſt quouſq; hybernus fluctus eludit.*
2 *A 3. Idus Nouemb. ad 6. Idus Martij clauduntur maria.*
3 *Auaritia noſtri temporis.*
4 *Præ-*



4 *Prædia etiam diuiſa fratrum eſſe dicuntur.*
5 *Verba de vniuerſo concepta, ad ſingulas partes aptantur.*
6 *Hæreditas pro eius parte capitur.*
7 *Tempus pro qualibet eius parte ſumitur.*
8 *Vel, multiplicem poteſtatẽ habet, declarat tamen vt plurimum.*

CELSVS LIBRO 25. *Digeſtorum.*

LEX XCVI.

LIttus [a] eſt, quouſque maximus fluctus à mari peruenit: id'q; Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter eſſet, primum conſtituiſſe.

B ¶ Prædia [b] dicimus aliquorum eſſe, non vtique communiter habẽtium ea, ſed vel alio [c] aliud habente.

1 LITTVS.) a ¶ † Lit-
tus ꝓpriè
maris eſt,
[illegible] fluminum. Ve-
teres tamen μεταφορικῶς littus de quacun
que extremitate di-
xerunt: qua ratione
Vergil. Iacet, inquit,
ingens littore trun-
cus. Illud ſic diffini-
uit Gal. Aquilius, vt
littus ſit quouſque
hybernus fluctus e-
luderet, vt apud M.
Ciceronem in Topi
cis relatum eſt. ita autem apud eum ſcriptum eſt:
ſolebat Aquilius collega & familiaris meus, cùm
de littoribus ageretur, quæ omnia publica eſſe
vultis, quærentibus iis ad quos ita pertinebat,
quid eſſet littus, ita definire, quà fluctus elude-
2 ret. † Sunt autem hyberni fluctus maximi, quòd
eo tempore circiter vergiliarum occaſum tempe
ſtatibus maria conturbantur: quamobrem ex die
tertio Iduum Nouembris, vſq; in diem vj. Iduum
Martij maria clauduntur, vt libro iiij. rei milita-
ris Vegetius ſcribit: quod tamẽ in præſentia non
3 obſeruatur: † Nihil enim inauſum reliquit no-
ſtrorum temporum auaritia.
4 b ¶ §. PRAEDIA.) † Tres fratres certa prædia
habent diuiſa, nec in alterius portione vllum ius
eſt alteri, an rectè dicemus, prædia illa eſſe illorũ
fratrum [a]? Et huiuſmodi ſermone videbatur po-
tius ſignificari, eſſe communia, & indiuiſa: ſed ta
men etiam facta diuiſione rectè ſic dici Iuriſcon-
5 ſultus ait: † debent enim verba congruè adapta-
ri [b], & ſecundum debitum ordinem intelligi: vt
quamuis de vniuerſo verba concipi videatur, de
6 ſingulis vniuerſi partibus actũ cenſeamus. † Nã
& ſi teſtator pluribus filiis inſtitutis [c], ſubiiciat,
ſi aliquis eorũ deceſſerit, volò hæreditatẽ meam
pauperibus diſtribui: aliquo decedente erogabi-
mus non hæreditatem totam, ſed eam portionẽ,
quæ decedentis fuerat: fitque vniuerſi interpre-
7 tatio pro ſingulis eius portionibus. † Qua ratio-
ne & quandoq; genus pro ſingulis ſuis partibus
accipimus, & pro tempore exponimus, pro qua-
libet temporis parte [d]. Sed & ſi lex aliquid pecu-
niæ indicat agenti ad domum, etiam qui partem
vendicat tenebitur [e].
8 c ¶ VEL ALIO.) † Id eſt, etiam aliò. Vel, con
iunctio quandoque augmentatiua eſt, vt hîc, &
apud Vergil. Vel Priamo miſeranda manus. Sicut
è conuerſo diminutiua, veluti cùm lex mandat
Chriſtianis [f], vt animum demittant, quòd vel ca-
pitis inclinatione teſtetur: capitur ibi vel, id eſt,
ſaltem. Quandoque diſiunctiua, vt, promittis Sti
chum, vel Pamphilum? Quandoq; coniunctiua [g],
vt in eo qui ſibi vel hæredibus ſtipulatur. Quan-
doque exemplaris, vt apud Terentium: Vel hic
Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, id eſt, velu
ti Pamphilus. Aliquando correctiua, vt ſi dicam,
Tiburi vel Romæ optimè viuitur: interpretamur
enim, vel potius Romæ. Plerunque declaratiua,
vel, pro id eſt, vt cũ
inter genus & ſpe-
ciem ponitur, velu-
ti in lege Aquilia,
quadrupedem, vel
pecudem.

a l. rectè. §. quintus. ff. eod.
b l. Gallus. §. j.
c Alex. l. Titia. ad leg. Falc.
d gl. c. generali. §. illos. de elect. in 6.
e Mod l. ij. §. ſi tamen. de verb. oblig.
f c. decet. de im. eccleſ. in 6.
g c. j. de eo qui ſib. in feud.

L. 198. Cùm biſſextus.

IDEM LIBRO 32. *Digeſtorum.*

LEX XCVII.

A CVM ſtipulamur, quanta pecunia ex hæreditate L. Titij ad te peruenit: res ipſas, quę peruenerunt non pretia earum ſpectare videmur.

LEX XCVII.

1 *Quanta pecunia ſpecies, nõ pretia rerum ſignificat.*
2 *In quantitatis voce idem obtinet, contra Alciatum.*
3 *Pecuniæ ſtipulatio iura quoq; continet.*

CVM STIPVLAMVR.) † Cùm 1
pecunię verbum ge
nerale ſit [h], ſi emptor hæreditatis ſtipuletur à ven
ditore quanta pecunia ex hæreditate ad eũ per-
C uenerit, ſpecies ipſas ſtipulatus videtur, nõ pre-
tia earum [i]. idem ſi quãtas ſummas ſit ſtipulatus:
qđ etiam in legatis obſeruatur: verba em̃ huiuſ-
modi de certis corporibus non impropriè acci-
pientur. † Sed quid ſi aliquis quantitatis nomine 2
vſus fuerit? Et ſpecies comprændi eodem argu-
mento proditum eſt [k]. Mihi res dubia videtur: di
ctio enim quantus ad amplitudinem refertur: at
quantitas nõ videtur ſecundum vſum accipi pro
certis ſpeciebus. Sed an hęc ſtipulatio etiam iura
D comprændet? † Et dubium non eſt comprẽndi [l]: 3
ſortiuntur enim nomina naturam rerum corpo-
ralium, & eius loci eſſe exiſtimantur, vbi debito-
res conueniri poſſunt [m].

h l. venditorẽ. de hær. ven.
i l. quiſquis. de leg. iij.
k Bart. l. j. in j. col. C. quod ſen. quæ pro eo.
l l. pecuniæ. ff. e.
m Alex. conſ. 16. in j.

IDEM LIBRO 28. *Digeſtorum.*

LEX XCVIII.

CVM biſſextus [d]

LEX XCVIII.

1 *Anni diſpar ratio.*
2 *Dies qui poſt ſextum diem calend. Martij intercalatur quolibet quadriennio, biſſextus dicitur.*
3 *Biſſextus Romæ infauſtus erat.*
E 4 *Menſis diuiditur in Calendas, Nonas, Idus.*
5 *Nonarum diuiſio, & cur ſic dictæ.*
6 *Idus vnde dictæ.*
7 *Dies menſium carminibus annotantur.*
8 *Calendæ dicũtur omnes dies, qui poſtridie Idus incipiũt, vſq; ad ſequentem menſem.*
9 *Intercalares dies Græci ἐμβαλλόμενας dicunt.*
10 *Cato M. Porcij filius.*
11 *Punctum conficiunt decem momenta ſecundum Accurſ.*
F 12 *Latini momẽtum & punctum ſimpliciter pro breui tempore accipiunt.*
13 *Hora conſtat LX. minutis.*
14 *Aliquando etiam biſſextilis dies computatur.*
15 *Iudex ſi menſtruam dilationem concedat, de quot diebus intelligatur.*
16 *Menſes à Luna dicti.*

CVM BISSEXTVS.) d ¶ † Habuêre 1
veteres Romani inſtitutum à Romu-
lo annum x. menſium, qui erat die-
rum ccciiij. incipiebatq; Martio men
ſe: quæ

ſe: quæ ratio cùm neque Solis neque Lunæ curſui conueniret, Numa duos menſes addidit, Ianuarium & Februarium, atq; ita dies diſtribuit, vt omnino ccclv.eſſent. Sed quia hæc quoq; conſtitutio non quadrabat, neceſſariò intercalaris menſis conſtitutus eſt, id eſt, menſis interpoſititius, arbitratu Pontificum, q alternis annis nunc xxij.dies, nūc xxiij. intercalabāt. Is menſis additiuserat, & prope finem Februarij, quia is vltimus anni, inſerebatur. 2 † Sed hunc quoque modū curſui Solis nō conuenire, cùm C.Iulius Cæſar animaduertiſſet, x. dies addidit, intercalariumque menſem ſuſtulit. Et quoniam Solis curſus annuus quadrantem quoque, id eſt, ſex horas occupat, ſingulis quibuſque quadrienniis diem inſeruit, qui Biſſextus dicitur: intercalatur em̄, id eſt, vocato populo inſeritur, is dies poſt eum, qui ſextus Calendarum Martij eſt, & duo loco vnius habentur. C Vera ergo eſt Mutij ſententia, qui menſem intercalarē, id eſt, in quo intercalatur, ſeu inſeritur biſſextus, dixit eſſe dierū xxix. Quæ verò M.Cato diſſeruit, computationi præſenti non reſpondent: floruit enim ille ante Cæſarem, quo tempore reformatus annus nondum erat, ſed alternis annis xxij. & xxiij. dies inſerebantur, qui dies totū menſem intercalarem faciebant, & non aliter quàm ſi ſolùm momentū temporis occuparent, obſeruabantur. Sed dum D illum menſem extremo die Februarij Cato attribuit, videri poteſt Græcos imitatus, qui ἐμβολιμοὺς ſuos, id eſt, exemptiles menſes ſub finem anni ſuperaddebant. Romani verò vj. diebus anteuertebant poſt celebrata Terminalia, ne veterem religionis ſuæ (vt Macrobius ſcribit) morem conturbarent. 3 † Nam, vt etiam lib. xxvj. Ammianus Marcellinus tradit, dies is Biſſextus, Romanis rebus infauſtus atque ater erat. 4 † Diuiditur autē menſis in Calendas, Nonas, Idus. Calendarum primus eſt dies: E tunc enim Pontifex calato, id eſt, vocato populo pronuntiabat, quot dies à calendis ad nonas ſupereſſent: καλῶ enim Græcè, idem eſt, quod voco. Confluere autem Nonarum die in vrbe populares oportebat, vt addiſcerent, quid eo menſe in diuinis humaniſque rebus faciundum eſſet. 5 † Erantq; Nonarum aliæ quintanę, aliæ ſeptimanæ: & ſic dictæ ſunt, quaſi nouæ obſeruationis initium, quæ ex noua Luna aſſumebatur: vnde ex eius ortu nunc celerius, nunc tardius 6 duorum dierūlapſu celebrabantur. † Idus verò F ab Hetruſco ſermone dicuntur, apud quos Iduare eſt diuidere. Is autē dies diuidit menſem: nam eo lapſo, computamus dierum numerum, quatenus à ſequentibus Calendis diſtant. Vnde cùm dicimus, ſexto Calendas, ſextum diem intelligi-7 mus, qui ante Calendas eſt. † Dies autem menſium his carminibus annotari poſſunt:

*Septembris Iunij Aprilis trigintaq; nono*
*Menſe dies, vnum adde alijs, duo Februus aufert.*

At Nonarum Iduumque ratio non abſimili diſticho ſic vulgò tradita eſt:

*Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars,*
*Quatuor at reliqui, tenet Idus quilibet octo.*

**Calendis a eſt, nihil refert, vtrùm priore, an poſteriore die A quis natus ſit: & deinceps ſexto Calendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro vno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur b, nō prior. Ideo quo anno intercala- B tum nō eſt, ſexto Calendas natus, cū biſſextus Calendis eſt, priorē diem natalem habet. Cato c putat menſem intercalarē addititium eſſe, omneſq; eius dies pro momento d tēporis obſeruat, extremoq; diei menſis Februarij attribuit e. Q. Mutius f, menſis, ait, intercalaris cōſtat ex diebus g XXIX.**

a ¶IN CALENDIS.) † Non ſolùm primus 8 dies Calendarū ſimpliciter Calendæ appellatur, ſed omnes dies, qui poſtridie Idus incipiunt, vſque ad ſequentem menſem: idque fortè exemplo Græcorum, qui primam partē menſis ἱσταμένου vocāt, ſecundam ἐπίδικα, tertiam quæ poſt vigeſimam diem eſt φθίνοντα.

b ¶INTERCALATVR.) Id eſt, inſeritur: & ſupra numerum additur: quod oſtēdit etiam Græcus ſermo, † qui 9 ὑπερβαίνοντας dies appellat, quos nos intercalares. Sic autē dicit, quoniam calato, id eſt, vocato populo, olim Pontifex pronunciabat, quādo menſis intercalaris habēdus eſſet: quod cùm quandoque propter gratiam negligeretur, annique ratio non conſtaret, C. Cæſar eum menſem ſuſtulit, & ſingulis quadriēniis vnam diem intercalariam fecit, vt ſ. retulimus.

c CATO.) † Hic eſt qui M.Porcij filius fuit, & 10 egregios de iuris diſciplina libros reliquit, vt ſcribit Gellius: & vt ex eius lectione conſtat, fuit longè antiquior Cæſare, vt meritò eius ſentētia præſenti computationi non quadret, ſed antiquiori, cùm mēſis intercalarius alternis annis inſereretur, quem Cæſar deinde ſuſtulit, additis vnicuiq; anno x. diebus, vt Tranquillus ſcribit.

d ¶PRO MOMENTO.) Cùm igitur omnes illi dies pro momento haberentur, meritò in vltima die computandi fuerant: ſicut hodie duo dies pro vno habentur. † Sanè ſcribit Accurſius, 11 decem momenta punctum conficere, & quatuor puncta horam. † Latini tamen autores momen- 12 tūm ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Horat. Quid enim concurritur horæ Momento. Terentius, Tum temporis mihi punctum ad hanc rem. † Minutis verò ſexaginta 13 conſtare horam receptum ex auctoritate prudentium eſt: at Boëthius libro Geometr. vlt. puncto minus eſſe minutum, rurſus minuto momētum, autor eſt.

e ¶ATTRIBVIT.) More Græcorum, Latini enim ſexto Calendas Martias inſerebant, ne ſtatæ eorum ceremoniæ confunderentur.

f ¶QVINTVS.) Mutij ſententia eſt vera, ſi intercalarem menſem accipiamus, id eſt, in quo fit intercalatio: ſi enim de toto intercalari menſe intelligamus, qui apud veteres fuit, is xxij. dierum erat, vt Macrobius eſt autor, alterniſque annis variabatur, quod latius ipſe attingit.

g ¶DIEBVS XXIX.) † Quamuis ergo 14 dies intercalaris pro eodem habeatur, cū eo qui eſt ſextus ad Calendas, neque computetur: ſi tamen diſpoſitio de certo dierum numero tractet, vt ſi liceat venditori intra xxx. dies redimere a, etiam biſſextilis dies cōputabitur. † Sed hîc con- 15 ſueuit dubitari, Iudex mihi dilationem menſtruam concedit, de quot diebus intelligemus? &

a l.ij.de diuerſ. præſcript.



& cùm menſis abſolutè fit mentio, traditum eſt XXX. dies computari a: tot enim diebus cū tardiſsimè à coitu ſolis luna remoratur, ad ſuas vi-16 ces redit, curſumque conficit. † Menſes autem à luna dictos ex Gręcis accepimus, apud quos mēſis μήν, Luna μήνη dicitur. Quòd ſi in materia fauorabili agatur b, vbi lex duorū menſiū mentionē facit, & qui LXI. die venerit, audietur: q etiam procedere exiſtimauerim, ſi lex duorum menſiū vtilium terminū ſtatuat. Quòd ſi à certa die terminus mēſis aſsignetur, vt ſi quinta die Auguſti iudex dicat, ſe mihi mēſis terminum conſtituere c, vſque ad V. Septemb. durabit, cōplectiturq; hac ratione vnū & xxx. dies.

a l. fi. C.de iur. deli. Alex. conſ. 114. inv.
b l. ubi ſ. tit. j.
c l. ij. l. ff. 4. j. de temp. app.

VLP. LIB. I. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

LEX XCIX.

**Notionē a accipere poſſumus, & cognitionē & iuriſdictionē. ¶ Continentes prouincias b accipere debemus eas, quæ A Italię coniunctę ſunt, utputa Galliā, & prouinciam. Siciliam magis inter cōtinētes accipere nos oportet, quę modico freto ab Italia diuiditur. ¶ Inſtrumentorū c appellatione quę cōpræn-**

L. 99. Notionē. §. Continentes.

LEX XCIX.

1 *Notionis verbū nō ſolùm ad eos pertinet, qui iuriſdictionē habent, ſed & qui ſimplicem cognoſcendi facultatē.*
2 *Arbitri notionem habent.*
3 *Arbitrorum ſententiæ executionem ſortiuntur.*
4 *Quod procedit etſi ſimpliciter electi ſint à partibus, & approbatio ſubſecuta.*
5 *Delegatus iudex an ſolam notionem habeat.*
6 *Is, cui cauſæ cognitio conceſſa eſt, an diffinire poſsit.*
7 *Prouinciæ vnde dictæ.*
8 *Prouinciarum aliæ continentes, aliæ tranſmarinæ.*
8 *Sicilia, an tranſmarina inſula vel continens.*
10 *Italorum appellatione non continentur Siculi.*
11 *Dilationes in continentibus inſulis breuiores, in tranſmarinis longiores concedi debent.*
12 *Hodie quælibet ciuitas merum imperium habēs prouinciæ æquiparatur.*
13 *In cauſis pecuniariis dilatio vnica debet concedi ad probandum.*
14 *Ad diuerſa capitula plures dilationes concedi poſſunt.*
15 *Fallit ſi generalis dilatio ſemel data ſit, vel etiam ſpecialis.*
16 *Secunda dilatio dari poteſt cum cauſæ cognitione.*
17 *Propter inſtrumenta cauſæ dilatio danda.*
18 *Inſtrumentorum appellatione propriè teſtes quoque continentur.*
19 *Ex cōmuni loquēdi uſu ſub inſtrumentis teſtes nō cōtinēt.*
20 *Scripturæ vſque ad concluſionem cauſæ produci poſſunt, ſecus in teſtibus.*
21 *Reſtitutus tex. legis noſtræ in uerſ. quæ enim.*
22 *Natura præpoſitionis In, iunctæ accuſatiuo caſui.*
23 *Liber homo & maior natu, an teſtimoniū ferre poſsint in his, quæ in ſeruitute, aut minori ætate cognorunt.*
24 *Infamis nunquam rectè dicit teſtimonium.*

1 NOTIONEM. a ¶ † Notionis verbū generale eſt, & non ſolùm ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habēt, ſed & qui ſimplicem cognoſcendi facultatem. Quare aſſeſſores ſiue amici, qui in conſilium Proconſulum adhibētur, cùm etiam ipſi cognoſcant, dicuntur habere no-2 tionē. † Arbitri quoq; quos ex compromiſſo adimus, habent notionē. Cùm enim ex pacto priuatorū iuriſdictio conferri nequeat, conſequens 3 eſt, vt ſaltem notionem habere dicantur. † Quare cùm Iuriſconſultus d, exequēdas eſſe eorū ſententias q notionē habēt, atteſtet, etiā de arbitris intellexiſſe videt, quorū ſentētiæ vel per pœnæ petitionem e, vel per exceptionē, vel etiā per actionem in factū, ſibi arbiter à iudice datus ſit, executionem ſortiuntur f. † Hodie etiā ſi à partibus ſimpliciter ſint electi, & ὁμολογία, id eſt, approbatio ſubſequuta ſit g. Sed & ſi ſub pœna etiā rato manente pacto cōpromiſſum ſit, oriri a- 4 ctionē in factū crebrius receptū eſt h. licet aliqui ſufficere pœnæ petitionē exiſtimauerit, quorum ſententia communi calculo locū ſibi tantūmodo vēdicat, cùm actū non eſt, vt ratum ſit pactū. † Sed an is, cui 5 mandata eſt iuriſdi- B ctio, notionē ſolū habeat? quod pleriſque videt i: nihil enim propriū habet. Nobis magis ea ſentētia probatur, vt habere iuriſdictionē dicat, licet alieno iure, & beneficio. † Sed nūquid is cui cau- 6 ſę cognitio conceſſa eſt diffinire poterit? & ſi à lege cōcedat, dubiū nō eſt poſſe k: ſi verò ab homine, Bart. negat: quoniam aliud ſit cognoſcere, aliud diffinire l. Nam etſi alicui mādetur, vt cauſam audiat, non iudicandi munus, ſed referendi mandatū videt m. Ego, ſi ordinario cognitio de- C mandata per principem ſit, putauerim etiam ius decernendi conceſſum: ſolent enim ordinarij ipſi iudicare, non autem referre n.

d l. ait. de re iud.
e l. diem. § ſtari. de arb.
f l. ab arbitro. qui ſatiſd.
g l. iij. & ſeq. C. de arbit.
h d. l. ait.
i l. j. in fi. de offic. eius.
k l. iij. § cognoſcit. de offic. præfe. uig.
l l. ubi. C. de fal.
m clem. auditor. de reſcrip.
n l. j. C. ſi contra ius. l. fi. C. ubi ſent.

b ¶ §. CONTINENTES.) Prouinciæ dictæ ſunt, q procul ab Italia armis victæ fuerāt: in has Proconſules & legati mittebant, qui ius redderent, & tributa exigerent. † Aliæ autē erant cōti- 7 nentes, alię tranſmarinę. Continentes, vt Gallia, Illyricū, Rhetia, Vindelici, Pannonia, Germania: Tranſmarinę, Aſia, Aphryca, Syria Cyprus, Achaia. † Sed dubitatum eſt, quid de Sicilia? videbat 8 D em̄ trāſmarina, quoniā ab Italia mari dirimitur. Sed tamē cum illud fretum modicum ſit, magis probat Iuriſconſultus, vt & ipſa inter continentes ſit. † Hincque apparent Italorum appellatio- 9 ne nō cōtineri Siculos, tametſi olim, priuſquam irrūpente freto dirimirēt, aliud eſſet. Nec obeſt, q cùm inſula ſit Italiæ vicina, pars potius Italiæ ſit o exiſtimanda, quā prouincia: nam cū in eam prætor deſtinaretur, ſicut in cæteras prouincias. eſſetq; amplisſima & viris & vrbib. maior exiſti E mata eſt, quā ut inſula appelletur. † Refert autem 10 plurimū, vt ſciamus, prouinciæ continentes an tranſmarinæ ſint: propter dilationes, quę in illis breuiores, in his, prolixiores cōcedi debēt p. Scribit Dion, edicto diuū Auguſtū prohibuiſſe, ne ſenatores iniuſſu principis extra terrā Italiā peregrinarent, prętenquam in Siciliā, & prouinciam Narbonenſem: illam, quia Italiæ cōtinēs, propinquaq; eſt: hanc, quia in bellis & nouandis rebus F minimè apta. Tacitus tamē lib. xij. egregiæ erga patres Narbonenſium reuerentiæ, hoc tributū à Claudio atteſtatur. † Sanè quantū ſit ad iuriſdi- 11 ctionem, hodie quælibet ciuitas, quæ merū imperiū habeat, ſuoſq; ſibi magiſtratus conſtituat, prouinciæ æquiparat p. In iure verò pōtificio prouincia pro diœceſi accipitur q, in qua decem vel vndecim ſint ciuitates, quibus is, qui dominat, rex dici poteſt.

c §. INSTRVMENTORVM.) † In cauſis pe- 12 cuniariis dilatio vnica debet concedi s, & ſecun-

o l. inſulæ. de iud.
p l. j. C. de dilat.
q l. cum in longi. C. de lon. tem. præſcr.
r 6. q. ij. ſcitote.
s l. j. C. de dil.

dum locorum diſtantiá temperari: in ea debet actor per omne probationum genus intentionẽ
13 ſuam adiuuare, † q; ſi ſpecialiter ad aliquod capitulum dilatio conceſſa ſit[a], nihil obſtat quin ad alia capitula plures dentur: † quod ſeruandũ non
14 eſt, vbi generalis dilatio ſit ſemel data, vel etiam ſpecialis: ratione enim eius ſpeciei, ſecunda dari non debet[b]: atq; ita oratione diui
15 Marci cauet. † Vtilitatis tamẽ cauſa receptum eſt, vt etiá ſecunda dari, cauſa cognita poſsit: vt ſi ſub ſacramenti religione allegetur aliquid inopinatum emerſiſſe, vel impedimẽtum affuiſſe[c].
16 † Sed & propter inſtrumenta cauſæ dilatio danda eſt, quod Iuriſcõſal. hîc declarat: veluti cùm pars allegat aliquem de ea re inſtructũ eſſe, & ideo certũ terminũ conſtitui petat, intra quẽ ille ſui copiam facere, adeſſeque poſsit: nam ſi veriſimile ſit eum eſſe inſtructum, vt quia allegetur ab eo negociũ fuiſ-
17 ſe tractatum, dilatio concedẽda erit. † Hinc ergo probatur, inſtrumentorum appellatione etiam teſtes contineri[d], & quidem propriè: & ipſi em̃ cauſam inſtruunt. vn de meritò inſtrumenta ap-
18 pellantur. Idemq; in ſcripturis priuatis. † Ex cõmuni tamen loquẽdi vſu aliud eſſe Doctores ſentiunt: vnde in ſtatutis municipalibus, quæ ſtrictã interpretationẽ accipere ſolẽt, ea appellatione, de teſtibus, huiuſmodiq; ſcripturis, nõ intelligemus[e], & ſi publicatis atteſtationibus, iudex dilationem inſtrumentorũ cauſa concedat, de teſti-
19 bus non accipietur[f]: † quoniã licet ſcripturæ vſque ad cõcluſionem cauſa produci poſsint[g], teſtes poſt publicationem non admittuntur[h].

a l. ſi. ubi Alex. de fer.
b l. oratione. de fer.
c d. l. fin.
d l. j. de fid. inſt.
e Imol. in rubr. extra, de fid. inſtru.
f Alex. d. l. oratione.
g c. cũ dilectus. de fid. inſtru.
h c. de teſtib. extra de teſtib.

dant, perq; difficile erit ſeparare[a]: quæ enim[b] propriè ſint inſtrumenta, propter quę dilatio dãda ſit, vnde dignoſcemus? ſi in præſentiã[c] perſonę, quę inſtruere poſſit, dilatio petat, puta qui actũ geſsit, licet in ſeruitute[d], vel qui actor fuit conſtitutus, putẽ videri inſtrumẽtorũ cauſa peti dilationem.

a Separare.) diſtingnere. Cùm enim arbitrio iudicis hoc tributum ſit, qui ex veriſimilibus cõiecturis ſubodoret, an is, cuius abſentia allegat, cauſam inſtruere poſsit, perquàm, id eſt, valde difficile eſt certam doctrinam tradere, cũ ex qualitate negotij in coniecturæ oriuntur.
20 b ¶ Quæ enim.) † Interrogatiuè legendum hoc modo: Quæ enim propriè ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, vnde cognoſcemus, non autem inde.
c ¶ In præſentiam.) Id eſt, donec ſit præſens:
21 † hæc enim eſt natura præpoſitionis iunctæ accuſatiuo caſui: vt cùm Vergil. dixit, In lucemq; tuliſſet, id eſt, vſq; ad lucem: quod à Seruio, Diomedeq; Grammaticis animaduerſum eſt.
22 d ¶ In ſeruitute.) † Poteſt ergo liber homo teſtimonium eius rei perhibere, quam cùm ſeruus eſſet, vidit: & maior xxv. annis, de eo atteſtari, q; cùm minor eſſet, cognouit[i]: dum tamen proximus pubertati. Sed quoties lex ad ſubſtantiam negotij certum teſtium numerum requirit, vt in teſtamentis neceſſe eſt tunc, cùm negotium aga-
23 tur eſſe liberũ[k]. † Illud conſtat, qui in præſentiarum infamis ſit, ſi teſtimonium dicat, fidem non facere, etiam earum rerum, quas inculpatus adhuc viderat[l].

i l. excipitur. §. j. ad Syl.
k §. ſed cũ. Inſt. de teſta.
l l. iij. §. duæ. de car.

LEX C.

1 *Quatuor dignitatum nomina in iure eſſe, communiter traditur.*
2 *Hanc communem ſententiam non eſſe veram.*
3 *Senatores dignitate clariſsimi fuere.*
4 *Senatores nonnunquam ſpecioſi, ſpectabiles, illuſtres dicti.*
5 *Fœminæ maritorũ dignitate illuſtrãtur.*
6 *Senatores olim veſte laticlauia ornabantur, & de variis dignitatũ ornamẽtis.*

IDEM LIB. II. DE OFFICIO PROCONSVLIS.

LEX C.

SPecioſas[f] perſonas accipere debemus, clariſsimas perſonas vtriuſque[g] ſexus. Item eas, quæ ornamentis[h] Senatorijs vtuntur.

SPECIOSAS.) a ¶ † Quatuor eſſe in iure dignitatũ nomina, recẽtiores tradiderunt[m]: Superilluſtres, vt Senatores, Conſules, Patritios, Dictatores. Illuſtres, vt præfectũ prætorio, Prefectũ vrbis, Quæſtorem. Spectabiles: Pretorem, Præfectum Vigilum, & Auguſtalem. Clariſsimos: Præſidem prouinciæ, & Procuratorem Cæſaris. † Sed hanc ſen- 2
tentiam ipſe nunquã probaui, & quãdoq; diffuſioribus annotationibus oſtendi[n], longè & latè à vero abeſſe. Nam & hoc reſponſo ſatis apparet, ſpectabilem, ſeu quod idẽ eſt ſpecioſum à clariſsimo non differre. Itaque ſciendum eſt, † Senato- 3
res dignitate clariſsimos fuiſſe[o]: q; in iure apertiſsimè variis ex locis pbatur[p], & oſtendit Lampridius in Seuero, qui Præfectis prætorij ſui eũ tribuiſſe ſenatoriam dignitatem tradit, vt clariſsimi dicerentur. Quapropter & in iure Opellius Macrinus, qui priuſquam imperaret, Præfectus præt. Seueri fuit, clariſsimus appellatur[q]. † Et qa 4
ex his Senatoribus, aliq conſularia pretoriaq; ornamenta conſequebãtur, vel principis indulgẽtia, vel quia eos magiſtratus geſſerant, omneſq; latũ clauum habebant, ſpecioſi, ſpectabiles, illuſtréſve, propter ornamenta ipſa propriè ſunt dicti. Deligebantur aũt ſorte ex Cõſularibus Proconſules, ſicut ex prætoriis Prætores, qui in prouincias populo Roman. attributas, cũ poteſtate mittebantur. Cęſar verò in prouincias, quas ſuæ curę reſeruauerat, pręſides vel legatos mittebat: qui ſi ex Senatu eſſent, Clariſsimi erãt, alioquin ſola Perfectiſsimatus dignitate fruebantur[r]. Meminit eius rei Ammianus Marcellinus libro xxj. Quæ autẽ eſſent conſulares, prætorięq; prouincię in calce operis ſui Strabo Amaſinus refert.
f ¶ Vtriuſque ſexus.) † Fœminæ enim marito- 5
rum dignitate illuſtrantur[s]. Vnde quæ clariſsimo viro nupta eſt, etiam ipſa fit clariſsima. Addit Angelus, fœminam naturalem, ſi legitimo viro iuncta ſit, effici legitimam[t]. Quod ita intellexerim, vt eas dignitates cõſeq poſsit, quas alię legitimo cõcubitu ortę ex mariti perſona habent[u].
g ¶ Ornamẽtis.) † Id eſt, veſte laticlauia. Gerebant enim Senatores latum clauum, idque am- 6
pliſsimi ordinis inſigne erat[x]. Concedebãtur etiam aliis conſularia, aliis prætoria, aliis præfectoria, aliquibus & quæſtoria ornamenta. Conſularium pretoriorumq; inſignia erant, ſella curulis,

m l. j. de offic. eius.
n diſpun. lib. 4. c. 4.
o l. fœminæ. de ſena.
p l. ij. C. de his qui uen.
q l. j. C. de ſent. paſſ.
r l. j. C. de perfect. dig. lib. xij.
s l. j. de ſenat.
t §. quod uerò. in auth. quib. mod. nat. effi. ſui.
u d. l. ſi quis. C. de nat. lib. in fi.
x l. ſi Rufinus. C. de teſt. mil.



rulis, & trabea veſtis[a]. Decernebantur & quibuſdam triumphalia ornamenta, ea ſunt tunica palmata, & toga picta: nam cùm omnia bella principis auſpiciis gererentur, legatis pretoribuſq;, vel ducibus, qui hoſtes ſuperaſſent, triumphus decerni non poterat, quia alienis auſpiciis vicerant: vnde repertum, vt ſaltem triumphalia ornamenta conſequerẽtur. Conceſsit tamẽ Beliſario Iuſtinianus, vt de Parthis triumpharet, quãuis non ſuis auſpiciis viciſſet.

a l. ſi. C. ut dig. ord.

MODESTNVS *lib. 8. Differentiarum.*

LEX CI.

INter ſtuprũ & adulterium[a] hoc intereſſe quidã putant, quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in uiduam cõmittitur, Sed lex Iulia de adulteriis, hoc verbo indifferenter[b] vtitur. ¶ Diuortium[c] inter virum & vxorem fieri dicitur, repudium verò ſponſę[d] remitti videt: q̃d & in vxoris perſonã nõ abſurdè cadit. ¶ Verũ[e] eſt, morbum eſſe tẽpo-

LEX CI.

1 *Adulteriũ in nupta, ſtuprũ in vidua vel virgine cõmittitur.*
2 *Horum criminum variæ pœnæ.*
3 *Si maſculus cũ maſculo coeat, quæ ſit pœna.* (paces.
4 *Ex damnato coitu nati, bonorum paternorũ ſunt incapaces.*
5 *In dubio an filius capax vel incapax ſit præſumendus.*
6 *Si quẽ inſtituã tanquã certæ mulieris filium, an capax præſumatur.*
7 *In pœnalibus interdum verba abuſiuè accipiuntur.*
8 *Diuortium & repudium differunt. & num 10.*
9 *Facto diuortio, an hodie liceat aliam ducere.*
11 *Morbus & vitium quomodo inter ſe differant.*
12 *Oculorum vitia declarata ab Vlpiano.*
13 *Myopes & nyctalopes qui dicantur.*
14 *Maſculinum quomodo concipiat fœmininum.*
15 *Seruis legatis etiam ancillæ continentur ex proprietate ſermonis.*
16 *Si filiis relinquat, ex proprietate ſermonis filias cõtineri.*

1 INTER STVPRVM.) † Adulteriũ propriè in nupta committitur, ſtuprum in vidua, vel virgine, ſeu qua liber alia muliere, quæ corpore q̃ſtum non faciat. In puero quoque perpetrari ſtuprum, alibi traditur[b]. Horum cri-
2 minum variæ pœnę cõſtitutæ ſunt. In adulteros gladius[c], niſi quòd nobiliores deportãtur[d]. Mulier hodie in monaſterium detruditur. Stupratores virginum vel viduarum ex lege Iulia coërtione corporali[e], vt fuſtium, flagellorum plumbatarum, verberibus, relegationeque affligunt. Honeſtioris ordinis viri, dimidia parte bonorum mulctantur: extra ordinẽm tamẽ ſolent omnes extremo ſupplicio affici[f]. Hodie iure canonico, qui virginis florem delibat, vel ipſe eã in vxorẽ accipere, vel dotẽ, qua cũ alij nubat,
3 præſtare compellitur[g]. † At cùm vir nubit in fœminam viris porrecturam, armãtur iura gladio[h], notaturq; ipſo iure vterq; infamia. Quapropter ex facto reſponſum eſt, etiam priuſquam accuſati ſint, ſi moriantur, ab eis cõditum teſtamẽtum non valere: hos enim improbos & inteſtabiles lex appellat, quòd Platus ciuis meus eleganter diſputauit[i]. Sanè hinc apparet, tã adulteriũ quã
4 ſtuprũ lege Iulia puniri, † quo fit, vt ex huiuſmodi damnato coitu nati, paternorũ bonorũ ſint incapaces[k]: quippe hos nec ali quidẽ leges Quiritium iubent, quæ pœna excipiũtur hi, qui propriè naturales ſunt, videlicet ex cõcubina domi retenta, vxoria quadã honeſtate. His addendi & ſpurij ſunt[l], quos ex meretrice ſuſcepimus. Sed

b l. ſtuprum §. j. de adult.
c l. quamuis. C. de adult.
d l. clau. de his quib. ut indi.
e §. ĩj. Inſtit. de pub. iud.
f l. j. in fi. de extraor. crim.
g c. j. de adult.
h l. cũ uir. C. de adult.
i In conſilijs. Barbat. l. ult. in j.
k auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.
l l. ſi ea. C. de adult.



& ſi ex pediſſequa, clientáve aliqua viliore orti ſint, idem iuris videt[m]: has em̃ propter vilitatẽ cõſtat legũ laqueis nõ innodari[n]. † Sed quid in dubio præſumemus, an capacẽ filiũ? & à Baldo reſpõſum eſt[o], nõ cenſeri naturales in dubio filios: quia ad licitũ cõcubinatũ multa requirũtur, quæ rarò in vnum conue-
5
niunt[p]. † Idẽ annotauit, ſi quẽ inſtituã tanquã filium certę mulieris, & probet ex me ortũ: incapacẽ præſumi. Ego edictum ad teſtamẽti factionẽ pertinẽs prohibitorium eſſe ſcio[q], & ideo quẽlibet capacẽ eſſe, qui nõ probet incapax: quamobrem alio nõ cõſtituto, putarem hũc admittendũ, idq; benignius eſt.
6
b Indifferenter.) † Alibi lex[r] græcè κατακρηστικώτερον appellat, id eſt, abuſiuius, vt inde colligatur, 7
in conſtitutione pœnali verba etiam per ſummũ abuſum accipi, quando ex ipſius lectione cõſtat, eius autorem indifferenter, & promiſcuè ea voce vti ſolitum, tanquam propria.
c §. DIVORTIVM.) † Diuòrtium propriè in 8
coniugibus eſt. Repudiũ ſponſę mittitur. Hodie iure pontificio neutrũ permittit, ſed ſolũ ſeparatio ex certis cauſis: nec interim licet aliã ducere, etiã ſi ſeparationi vxor cauſã dederit, veluti ſi ipſa adulteriũ cõmiſit, vel impietatis in deũ, quã hæreſim vocant, ſit rea. † Aliter tñ aliq ex antiqs 9
patrib. olim obſeruauere, inter quos Ambroſius, q ex iuſta cauſa marito ius facit diuertẽdi, atque aliam ducẽdi: nõ. n. hos homo ſeparat, ſed deus, quãdo ita optimis antiſtitib. ꝑpter malos fœminę mores videt: & q; latè diſputat Eraſm9 in priorẽ Pauli ad Corinth. epiſtola[s]: nec eſt veriſimile, Iuſtinianũ piiſsimũ Imperatorẽ, hunc tractatum nõ fuiſſe de iure ciuili amputaturũ, ſi paſsim tẽpeſtate ſua pontificius ille canon obſeruatus fuiſſet, vt fortè credendũ ſit, licere põtifici eos canones tollere, & ius Romanum obſeruari permittere, ſi velit. Nam & hodie filiuſfam. eo iure, etiã patre reclamãte, matrimoniũ cõtrahere poteſt. cùm tñ ius ciuile aduerſetur[t], & Euariſtus Ro. Pont. in vetuſtiſsimis decretis, vnde pleraq; Gratianus cõpilauit, illud expreſsim approbet.
d ¶ Sponſę.) † Vxorẽ tñ repudiari etiã alibi le- 10
gitur[u]: ſicut etiam aliquando diuortiũ dicitur, cũ de facto tantũ matrimoniũ fuit[x]. Res em̃ quãdoque legitimi actus appellationem ſortiuntur, quamuis de facto ſolùm tenuerint: vnde ſuprà annotaui, poſſe dici eũ emiſſe, qui de facto emit.
e ¶ §. VERVM. † Varia inter antiquos fuit opi- 11
nio, q̃d inter ſe morbus, & vitiũ differrẽt: & Modeſtinus hic verbũ temporalẽ, vitiũ perpetuũ dixit, cui ſententiæ etiam Nonius Marcellus accedit at Sabinus vitium generalius nomẽ eſſe definiuit[y], quod etiã ad animũ referat. Sed & Balbũ vicioſum eſſe, nõ morboſum. Vlpianus pro eodẽ accipi vitiũ & morbũ ait, quãuis in ædicto ædiliũ curuliũ tollendæ dubitationis cauſa bis κατὰ τὸ αὐτὸ idem dictũ ſit. M. Cicero morbũ totius corporis corruptionẽ exiſtimauit: ægrotationem, ſi ibecillitas accedat: vitiũ, cũ partes corporis inter ſe diſsident, vt diſtorſio mẽbrorum & defor

Inter ſtuprum. §. Verum.
m l. quæ adulterium. C. eod.
n Salic. d. auth. ex complexu.
o Cõſil. 262. in j.
p l. 3. de lib. & poſthum.
q l. ſi quæramus. de teſt.
r l. inter liberas. §. j. de adult.
s j. ad Corinth. cap. 7.
t §. j. Inſtit. de nupt.
u c. l. ſi quis [illegible] de rit. nupt.
x l. quod ſeruius. de cond. ob turp.
y l. j. §. ſed ſciendum. de ædil. ædict.

mitas. Extat Comi antiquum monumẽtum hac inſcriptione:

*Morborum vitia, & vitæ mala maxima fugi,*
*Nunc careo pœnis, pace fruor placida.*

Huius Iuriſconſultorum controuerſiæ etiã Gellius lib. Noct. Atti. iiij. cap. ij. meminit.

a ¶Luſcus.) Qualis fuit Annibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores, cùm tñ vnoculi & coclites eſſent. †
12 Sanè oculorũ vitia ſic declarat Vlpianus[a]. Sed & μύωπα morboſum eſſe cõſtat: idẽ vbi homo neq; matutino tempore, neq; veſpertino videt, ꝙ genus morbi Gręci vocãt νυκταλωπίαν, eluſcationem eã eſſe quidã putãt. vbi homo lumine adhibito nihil videt. hęc ille in
13 correctis exemplarib. † Sunt Miopes, quaſi minus videntes dicas: cuius vocis etiam apud Nonium eſt mentio. Nyctalopes verò Latini luſcioſos vocant, Feſto autore. Horum duplex ſpecies, alij interdiu vident, noctu nihil, quorum Paulus Aegineta, Alexander lib. j. Celſus vj. meminere: ſed & Plinius horum nocturnas cæcitudines cõmemorat. Alij parũ interdiu vident, veſpere aut noctu acie acutiore ſunt, vt Galenus in Iſagoge ſua teſtatur: horum quoq; Plinius aciem veſpertinam appellat. Vtrunq; id malum breuiter & eleganter Iuriſconſultus diffiniit, licet imperitis anſam calumniandi dederit, non nyctalopa, ſed cæcum ab eo deſcribi cauillantibus.

a l. itẽ Offilius. de ædil. ædict.

14 b ¶§. SERVIS.) †Satis ſuprà perſtrinximus[b], quando maſculinum concipiat fœmininum, oſtendimuſq; per extenſionem cõmuni vſu appro
15 batã, ex Baldi ſententia, id fieri.† At hoc reſponſo videt̃ poti⁹ ex ꝓprietate ſermonis eſſe[c], dũ nomen id commune appellat, & ita aliqui annotarunt: interpretaturque Angelus cõmune eſſe nomen in ſubſtantia[d], licet non ita ſit in prolatione ſermonis. Ipſe arbitror etiã in prolatione eſſe cõmune: ſerua enim, datiuũ habet pluralẽ ſeruis, ſicut ſeruus: vnde meritò ex ꝓprietate ſermonis etiã ancillas cõtinet, nõ ex ea regula, ꝙ maſculinũ cõcipiat fœmininũ: ſed ex alia, quę habet, verba generaliter accipiẽda, quatenus ex vi ſermo
16 nis inferre poſſunt[e]. †Et ꝙ de ſeruis dicit̃, idẽ de dictiõe filiis, dicẽdũ eſt: veteres. n. nõ filiab. ſolũ, ſed etiã filiis fœminino genere protuliſſe cõſtat. Ego cùm ius diceré, & in teſtamẽto patris cõditione filio appoſita, ſi ſine filiis deceſsiſſet, aliqui de maſculis tantũ intelligendũ putarẽt, quibuſdã coniecturis, ꝙ videlicet propriã filiã teſtator excluſerat, & ꝙ ex lege municipali maſculi fœminis ꝓferrent̃, cõſului q̈plurimos notæ prudẽtię patresfmiliâs, an ſi ipſi illis verbis teſtarẽt̃, decedẽte filio neptẽ ſuã excludi vellẽt: negauerunt oñes, & huiuſmodi ſermone, de vtroq; ſexu ſeu cõmunit̃ intelligere ꝓfeſsi ſũt, ſcrupuloſam recẽtiorũ interpretationẽ oñes vno ore dãnantes.

b l. j. §. eod.
c l. ſeruis. de leg. iij.
d Ang. l. quicũque. C. de ſer. fug.
e l. j. de aleæ luſ.

ralẽ corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuũ corporis impedimentum: A veluti ſi luſcus [a] ſit: nam & luſcus vtiq; vitioſus eſt. ¶Seruis[b] legatis etiam ancillam deberi quidã putant: quaſi cõmune nomẽ vtrunq; ſexum contineat.

IDEM LIB. VII. Regularum.

LEX CII.

DErogatur legi, aut abrogatur. Derogatur legi, cùm pars detrahitur: abrogatur legi, cũ prorſus tollitur.

IDEM LIBRO VIII. Regularum.

LEX CIII.

LIcet Capitalis, latinè loquẽtibus, B omis cauſa exiſtimationis videat̃, pœnæ tamen appellatio capitalis, vel mortis[d], uel amiſsionis ciuitatis, intelligenda eſt.

LEX CII.

1 *Leges olim per populi rogationem ferebantur.*
2 *Arrogatio adoptionis ſpecies.*
3 *Derogatio & abrogatio legis.*

DEROGATVR.) ¶ †Ferebãtur leges 1 per populi rogationem: quia Quirites vel à Cõſulibus, vel à Tribunis rogabãtur, vellẽt, iuberẽtne, quid fieri: qui ſi ſciuiſſent, id eſt, cõfirmaſſent, lata, ſancitaq; lex erat. Quę & alio nomine rogatio dici poteſt. † 2
Vnde & adoptionis ſpecies eſt arrogatio: quia vt A. Gellius ſcribit, non niſi lege lata, & per populi rogationẽ fieri poterat: hodie verò reſcripto principis opus eſt[f], poſtquã populus Romanus omne imperium in Auguſtum tranſtulit: quamuis hac in re aliter alij ſentiãt[g]. †Eadem ratione dicitur de- 3
rogatio, per quam aliquid diminuitur de vi & effectu rogationis, id eſt, legis: ſicut abrogatio, cùm tota penitus tollitur, vt etiam in ij. Rheticorum M. Ciceronis declarat Victorinus.

f l. j. de mand. princip.
g l. ij. de adopt.

LEX CIII.

1 *Capitalis cauſa quæ, & pœna capitalis.*
2 *Reſtitutus textus huius legis.*
3.5 *Si ſtatutum de pœna capitali loquitur, an exilium irrogandum.*
4 *Famæ periculum vitæ æquiparatur.*
6 *Hodie ex vſu loquendi pœna capitalis intelligitur, cum amputatur caput.*
7 *Membri amputatio an pœna capitalis ſit.*
8 *A principio vrbis pro delictis grauioribus pœna mortis ingerebatur.*
9 *Id mutatum fuiſſe lege Portia.*
10 *Pœnæ Romanorum in exteros.*
11 *Hodie in pœnis mera carnificina.*

LICET.) c ¶ †Capitalis cauſa quęlibet intelligitur, quæ ad exiſtima- 1
tionem refertur: ſed ſi pœnam capitalem dicimus, de ea intelligimus, cum vita, libertas vel ciuitas perditur[h]. †Corruptus autem eſt codex: in aliquib. e- 2
nim legitur, non tamẽ, in aliis deeſt negatio: ſed omnino legendũ eſt, pœnæ tamẽ. Hinc argumẽtum colligitur, †ſi in lege municipali pœna capi- 3
F talis, ſeu capitis ſimpliciter conſtituitur, non omnino de morte intelligendum, ſed vt in pœnis mitiora ſequamur, exilium irrogandum[i]. Fuere & qui ſolã infamiæ notam ſufficere exiſtimauerunt: vnde traditum eſt, ſicut beneficiarius cliẽs dñi vitam pro virili tueri debet, alioquin beneficio priuatur, ita etiã exiſtimationẽ: †quoniam fa 4
mæ periculum vitæ æquiparatur[k]. Sed & cùm ſacerdoti capitale ſupplicium decernitur, excõmunicationis pleriq; intellexerũt[l]. †Verùm hæc 5
ego iure conſiſtere non arbitror: capitalis enim cauſa,

h l. ij. de publ. iud. l. ij. de pœnis.
i gl. l. j. C. ne man. christ.
k l. iuſta. de manuind.
l c. j. de homicid.



cauſa, de infamia, vel relegatione nõ niſi impropriè accipitur, vt interpretes omnes huius reſpõſi argumento tradiderunt. At in inferendis pœnis etiam ſermonis proprietas maximè obſeruatur[a]. Quòd ſi delictum ita atrox ſit, vt iure cõmuni ſummo ſupplicio emendet̃, nõ eſt credẽdum legis municipalis autores, aliter capitalẽ pœnam accepiſſe, quàm mortis[b]. Qđ etiam fatẽdum eſt, quoties eo iure exilium nulli facinori pro pœna additur: necẽm de eo actũ
6 veriſimile eſt, †præſertim cum vulgaris loquendi vſus hodie pœnã capitalem intelligat, cùm amputatur caput. Et ideo Iuriſconſultus hîc ex latino ſermone latam illam ſignificationem cauſæ capitali tribuit, non
7 autem ex eo, quo vulgares & idiotæ vtuntur.† Sed an membri amputatio pœna capitalis ſit[c]? Et non eſſe receptum eſt, niſi fortè craſsiore ſignificatione id nomen accipiamus: non enim membrum amputari poteſt, quin reus exiſtimationis ſuæ detrimentum patiatur[d]. Iure aũt veteri huiuſmodi pœna nõ inferebatur, ſed hodie in quibuſdã caſib. ex cõſtitutionib. indicta eſt[e].

a l. cum lege. de teſta.
b Imol. d. l. ij.
c l. qui manus. §. de teſta.
d l. nullam. C. de infam.
e l. ij. de ſer. fug.

b ¶Mortis.) †A principio vrbis conditæ, pro
8 delictis grauioribus pœna mortis reis ingerebatur: verberib. eñ à lictoribus affecti necabantur, vel arbori infelici ſuſpendebantur. † Verùm M.
9 Porcius Cato legẽ tulit, ne quis ciuis Romanus verberibus necaretur, ſed ex delicto in exilium mitteretur. Solebãt tamen Senatores ex magna cauſa more maiorum, id eſt, eorum qui ante legẽ Porciam vixere, reos punire, vt in L. Catilinæ collegas obſeruatum fuiſſe Salluſtius tradit. Imperatoribus quoque, quoniam legibus ſoluti eſſent, ad necem ciuẽ Romanũ condemnare permiſſum erat, vt in Auguſto Diõ eſt autor. †In ex-
10 teros autem raro quoque pœna mortis conſtituta fuit, ſed damnatio in metallum, vel in inſulã ſufficere viſa eſt: aliquis enim eorũ vſus erat, cũ opus facere compellerentur, & tamẽ merita pœna afficiebantur. Siquidem vt C. Cęſar apud Salluſtium inquit, in luctu & miſeriis mors ærumnarum requies, nõ cruciatus eſt. †At hodie in pœ
11 nis mera carnificina eſt, & per leges municipales, vel ſtrangulantur, vel decollantur, vel exurũtur, vel mutilantur rei: qui ſi in opus publicum damnarentur, & perpetuam pœnam ſubirent, idcircoque acriorem, & maiori cęteris exemplo eſſent, publiceque vtilitatem aliquam afferrent: vt negare non poſsit, vt in pleriſque aliis rebus, ſic hac quoque in parte ab antiquis recentiores legumlatores ſuperari.

LEX CIIII.

1 *C. Herennij Modeſtini ſex libri de excuſationibus.*
2 *Per extenſionem filij nepotes appellantur.*
3 *Idem in vulgari idiomate obſeruandum.*
4 *Quod de natis hic dicitur, idem in prognatis ſeu progenitis obtinet.*
5 *Progenitores pro quibuſcunque aſcendentibus accipiuntur.*

MODESTINVS lib. 2. Excuſationum.

LEX CIIII.

Η Τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. Natorum appellatio & ad nepotes extẽdit̃.

IDEM LIB. XII. Reſponſorum.

LEX CV.

A MOdeſtinus reſpõdit, his verbis: libertis, libertabuſq; meis, libertum libertæ teſtatoris nõ contineri.

NATORVM.) † C. Herennius Modeſtinus libros de excuſationib. ſex conſcripſit, & hos quidem græco ſermone, quorum bonam partem in Digeſtis Iuſtinianus referri iuſ- 1
ſit, leguntur q; hodie inde excepta pleraque lib. xxvij. ſed ab indocto aliquo in latinum ſermonem tranſlata: in eorum ij. id reſponſum habet̃, ꝙ ſub hũc titulũ Tribonianus collocauit: Ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται. Veriſimile autem eſt à Bulgaro latinitatem conſecutũ fuiſ- 2
B ſe, eo, quo in ꝑlentia legitur, modo. † Sanè hinc notandum eſt, per extẽſionem filios nepotes appellari, idemque in græco ſermone eſſe: vt hinc argumentum ſit, †etiam in noſtro vulgari idio- 3
mate idem obſeruandum. Qua ratione, ſi in viri imperiti teſtamento mentio liberorum, quæ latior eſt quàm filiorum, reperiatur, putarim ſecundum iuris diſtinctionem intelligi: quod & Bartol. probat: veriſimile enim eſt tabularium
C eius emphaſeos verba latinè ſcripſiſſe, cuius fuerant vulgaria ab illiterato prolata. † Sed an qđ 4
de natorum appellatione hîc dicitur, locum ſibi vendicet etiam, cùm de prognatis, ſeu progenitis ſit mentio? Et horum appellatione propriè nepotes cõtineri magis crediderim: ꝓpoſitio. n. hoc inducere videtur, ſicut cùm pronurum, pronepotem, proſocerum dicimus: † nam & proge- 5
nitores, pro quibuſcunque aſcendentibus accipiuntur.

L. 105. Modeſtinus.

LEX CV.

*Liberti nomine, liberti libertorum non continentur.*
1 *Fallit quandoque.*
2 *Socij mei ſocius, non eſt meus ſocius.*
3 *Inimici mei amicus, mihi inimicus non eſt.*
Ibid. *Clientis mei cliens, clientulus mihi non eſt.*
Ibid. *Ratio deciſionis in tex. noſtro.*

E MODESTINVS.) Solent teſtatores veſtiarium, vel alimenta libertis, libertabuſque ſuis legare: quæri potuit, †an liberti libertorum intelli- 1
gerentur: & hîc traditur non contineri, quod dubium non eſt, † niſi cùm teſtator 2
eos quoque libertos ſuos conſueuiſſet appellare, quæ conſuetudo vel ex patrisfamiliâs epiſtolis, etiam nuntiatiuè prolatis verbis, probari poteſt[f]: vt ſi ſcriptũ ſit, Ρουφίνῳ ὁ μητρῴου ἀπελευθέρῳ. †hinc- 3
que argumentum ſumitur, ſocij mei ſocium, non
F eſſe ſocium meum[g]. itemque, inimici mei amicum, mihi inimicum non eſſe, niſi in perniciem meam vinculo amicitiæ ſeſe coniunxerint[h], ſimulque conſpirauerint. Qua ratione & clientis mei cliens, clientulus mihi non eſt. Si tamen beneficiarij fundi, quem à me quis in fidem acceperit[i], cauſa aliquem clientem acquiſiuerit, poteſt ille παχυμερέστερον cliens meus dici: ſicut colonus meus appellari poteſt is, qui à colono meo in re mea ius cõductionis accepit[k]. Quod & in ſecũ-

f c. alimenta. de alim. leg.
g l. ſocij §. tit. j.
h gl. l. j. §. cum patronus. de of. præfect.
i Gl. 81. diſtinc. legitur.
k Bal. l. j. C. cõmun. de leg.

do emphyteota dicendum videtur, & hoc ex lata interpretatiõe. Qua ratione ſudditi alicui purpurato regio, in quem Rex omne ſuum ius penitus tranſtulit, Regis ſubditi propriè non dicun-
4 tur[a]: impropriè verò ſecus eſt. † Quarum deciſionum eã eſſe rationem arbitror, quòd verba de eo, quod prius eſt, ꝓpriè accipiuntur: nõ de eo, quod poſterius, per quæ aliam perſonã aſſumunt[b].

a Mod. d. l. ſociũ.
b l. qui liberis. §. j. de uulg.

IDEM LIB. I. DE *Præſcriptionibus.*

LEX CVI.

A Dimiſſoriæ literæ dicuntur, quę vulgò dicuntur apoſtoli[a]: dimiſſoriæ autem dictę ſunt, quòd ꝑ eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, di-
B mittitur.

IDEM LIB. III. *Pandectarum.*

LEX CVII.

Aſſignare libertũ, hoc eſt, teſtari, cuius ex liberis libertum eũ eſſe velit.

LEX CVI.

1 *Apoſtoli dicũtur nuntij: & de alijs huius voculæ acceptionibus.*
2 *Apoſtoli dimiſſorij, refutatorij, reuerentiales.*
3 *Apoſtolos non petẽs, appellationi renũtiare intelligitur.*

DIMISSORIAE.) a
1 ¶ † Apoſtoli dicuntur nuntij, ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod eſt remittere. Sunt & de lemborum genere naues quędam Demoſtheni. Significãt etiam in iure dimiſſorias literas. Cùm enim à ſententia iudicis appellatur, debet is, qui appellat, inſtanter ab eo petere huiuſmodi literas, quib. ſecundus iudex de cauſa inſtrui poſsit: tenerurq; is, à quo periti ſint, eos apoſtolos dare:
2 † qui ſi appellationi detulit, dimiſſorij dicũtur[c]: ſi non detulit, refutatorij. Omnes autẽ obſequij aduerſus ſuperiorem teſtimonium præſtant: vnde & ſi dubitetur, an deferendum ſit, dari debent[d], & ideo reuerentiales quibuſdã appellan-
3 tur. † Sanè qui Apoſtolos non petit, appellationi renuntiare intelligitur[e]. Idem ſi in termino, quẽ ſibi iudex eorum accipiendorum cauſa ſtatuerit, non compareat. Succurri tamen in his caſibus ruſticitati quidam exiſtimauerunt: nec enim omnes hanc iuris obſeruationem nouerunt: ſed id ego affirmare non auſim[f].

c l. fi. C. de app.
d a j. de appel. in vj.
e Clem. quamuis. de appell.
f Guid. Pap. q. 436. iij. col.

LEX CVII.

1 *De aßignatione libertorum veteribus peculiari.*
2 *Verbum Aßignare, ambiguum eſt.*

1 ASSIGNARE.) † Velleio Ruffo, & Hoſtorio Scapula COSS. Senatuſcõſulto conceſſum eſt patri plures liberos habenti, cui filiorum velit, libertos ſuos aſsignare[g]: & licet huiuſmodi aſsignatio neque legati, neque fideicõmiſsi vim habeat, quæritur tamen ius patrona-
2 tus ei filio, cui fuit aſsignatum. † Sanè verbum aſſignare, ambiguum eſt, & ad tranſlationem dominij referri poteſt[h], & ad ſolam pignoris, vel cuſtodiæ conceſsionem[i]. Quapropter cauſa aſsignationis obſeruari debet: ſi enim tranſlationi dominij ſufficit, eum qui aſsignauit, dediſſe interpretabimur: ſi non ſufficit, ſolam cuſtodiã cõmiſiſſe[k]. Qđ & in dubio recipiẽdũ eſt, ne donatio pręſumat: & ita Bar. & plerięq; oẽs declarãt[l].

g l. j. de aſsig. lib.
h l iiij. de euict.
i l. j. §. antepen. ff. de uent. in poſſ.
k l. cũ pater §. pluribꝰ. de leg. ij.

LEX CVIII.

1 *Debitorem quomodo ſtrictè accipiamus.*
2 *Qui ſub cõditione vel in diem debet, propriè debitor nõ eſt.*
3 *An is, cui promiſſum fuit nõ petere per certum tempus, ſit debitor.*
4 *Lex à tutela debitorẽ generaliter reiiciens quomodo accipienda.*
Ibid. *Si conſtitutum ſit, ne debitor vectigalia redimat, de quo debitore accipiendum.*

IDEM LIB. IV. *Pandectarum.*

LEX CVIII.

Debitor[b] intelligatur is, à quo inuito exigi[c] pecunia poteſt.

IDEM LIB. VI. *Pandectarum.*

LEX CIX.

Sequeſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua cõtrouerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, ꝙ occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendũt, committitur.

DEBITOR.) b ¶ Suprà declarauimus quo ſignificatu accipiendus ſit creditor[m], & quo debitor, latio-
C remque harum vocũ expoſitionem oſtendimus:
1 † hîc Iuriſconſultus nos admonet, quomodo ſtrictè debitorem accipiemus: vt is ſit, à quo inuito
2 exigere poſsimus. † Qua ex diffinitione apparet, eum qui ſub conditione vel in diem debeat, propriè debitorem non eſſe: poſtquam autem conditio euenerit, retrò fingit, verè debitorẽ fuiſſe.
3 † Sed an is, cui promiſſum fuit, nõ petere per certum tempus, ſit debitor? interim enim exigi pecunia ab eo nequit[n]: & ſimilem eum illi crediderim, qui in diem debet. † Colligitur autem hinc
4 D argumentum: ſi lex à tutela debitorem generaliter reiiciat: ſi item conſtitutum ſit, ne debitor vectigalia redimere poſsit, eum cõtineri, qui propriè ſit debitor, non autẽ conditionalem, vel qui in diem debeat[o]. Sed hæc mihi ſententia nõ placet: ratio enim huiuſmodi legum eſt, vt magis cõſultum ſit Reipublicæ vel pupillo: vnde cùm cõditio ad tempus promiſsionis retrò trahatur[p], poſſet Reſpublica, vel pupillus à priore credito-
E re excludi: largè igitur debitoris nomen erit accipiẽdũ, cũ par ratio vtroq; in caſu hoc ſuadeat[q].

c ¶ Exigi.) Id eſt, ab inuito extorqueri: hæc enĩ huius eſt verbi ſignificatio, vt Accurſius probat[r].

m l. creditores. l. conditionalis. ff. eod.
n l. creditor. ff. eod.
o Iaſ. l. j. in fi. ſi cer. pet.
p l. is cui ff. de actio.
q Aret. l. ſi fideiuſſor. de leg. j.
r l. fideicom. §. ſi rem. de leg. 3.

LEX CIX.

1 *Sequeſter quis dicatur à Modeſtino I.C.*
2 *Modeſtinus taxatur in dictione Sequeſter.*
3 *Occurrere & ſequi quomodo differant.*
4 *Sequeſtres à depoſitarijs differunt.*
5 *Quæ actio aduerſus ſequeſtrum detur.*

F
1 SEQVESTER.) † Sequeſtrum hic dici proditum eſt, quaſi occurrentẽ controuerſiæ, ſequentemque litigatores. Lauinius tamen in libro quem ſcripſit de verbis ſordidis, ſequeſtrum dici mauult, quòd eius vtraque pars fidem ſequatur: idque etiam A. Gellius lib. XX.
2 probat, & mihi non diſplicet. † Etymologia enĩ à Iuriſ-



conſulto hîc tradita, ſubdura eſt, in quem & illud intorqueri poteſt, quòd occurrere & ſequi pro ſimilibus accipit, cùm penitus ſint diuer-
3 ſa. † Occurrit qui aduerſum tendit, ſequitur qui
4 pòſt venit. In hoc autem differunt[a] † ſequeſtres à depoſitariis, quòd illi plurium partiũ ſe medios gerũt, hi etiam ab vno diliguntur: hincq; apparet errare magiſtratus, qui ſub prętextu, vt iurgiis & ſeditionibus obuiã eant, fructus penes alteram partiũ ſequeſtro deponunt: debet enim ſequeſter eſſe medius, nõ ex collitigatoribus eligi[b]. Quòd ſi iudex vereatur, ne fructus rei controuerſæ diſsipentur, non eos ſequeſtro tradere, ſed deſcribere ſimpliciter
5 debet, vt finita lite victori conſultum ſit[c]. † Sed quæ actio aduerſus ſequeſtrum competit? & nemo dubitat, depoſiti actionem ſequeſtrariam[d]. Addunt quidã etiam præſcriptis verbis agi poſ-
C ſe, vt aduerſus eum, qui quos ſpõſionis cauſa annulos accepit, reddere negat[e]. Sed hîc ſequeſter non eſt: nec enim ab vtraq; parte annulus depoſitus fuit, nec de eo vlla erat controuerſia.

a l. propriè. de poſi.
b Bal. c. j. de ſeq. poſſ.
c l. pe. §. ex quadr. de doli except.
d l. ei apud l. ſi in Aſia. dep.
e l. ſi rem. in fi. de præſcr. uer.

A IDEM LIB. V. *Pandectarum.*

LEX CX.

Bonæ fidei emptor eſſe videtur, qui ignorauit eam rem alienam eſſe, aut eum qui vendidit,
B putauit ius vendendi habere, putà procuratorem, aut tutorem eſſe.

LEX CX.

1 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus lucratur, & longo tempore præſcribit.*
2 *Quis ſit bonæ fidei poſſeſſor.*
3 *Etiam iniuſta & fatua caſua officit, ne poſſeſſor cenſeatur eſſe malæ fidei, & vt lucretur fructus.*
4 *Bona fides regulariter præſumitur, quod & exemplis oſtenditur.*
5 *Bona fides an in eo præſumatur, qui nullũ habet titulum.*
6 *Quoties poſſeßioni ius ciuile reſiſtit, bona fides nõ præſumitur.*

BONAE FIDEI.) Multum intereſt ſcire, quando quis bonæ fidei poſſeſſor ſit: † is enim & fructus lucrat,
1 & longo tempore præſcribit[f]. Hîc
2 autem Iuriſconſultus † eum eſſe bonæ fidei oſtendit, qui titulum habet, ſeu ab eo quem dominium arbitratur ſeu ab eo quem domini procuratorem, aut tutorem exiſtimat[g]. Quòd ſi credulitati illi ſuę iniuſta fatuáve aliqua cauſa anſam dederit, nihilominus fructus lucrabitur[h]: quoniam vt eos ſuos faciat, ſufficit ſi dolo
3 careat. † Huiuſmodi autem cauſa, licet in bona fide poſſeſſorem non conſtituat, efficit tamen, ne malæ fidei videatur[i], idque ſatis eſt & fructuum acquiſitioni, & longiſsimæ præſcriptioni[k]: itéque ei poſſeſsioni, de qua ſummariè litis inſtruẽdæ cauſa ſolet tractari[l]. At vſucapioni, & X. vel viginti annorũ præſcriptioni non ſufficit[m]: hæc enim non niſi bonæ fidei poſſeſſorem adiuuant.
4 † Præſumitur autem regulariter bona fides[n], etiam in eo, qui iuris erroris lapſus ſit: niſi contractui lex ſpecialiter reſiſtat: veluti cùm cenſitorũ venditio abſque agro, cui aſcripti ſunt, celebratur[o]. Idem ſi in iure naturali, vel quaſi naturali, vel etiam in ciuili iure veriſimiliter omnibus explorato, euidentiſsimoque erretur[p]: atque ita pleriſque viſum eſt. Sed & qui domino contradicente emit, malæ eſt fidei[q]: & qui dolo venditorem pellexit[r], quique ab eo emit, quẽ vendendi ius nõ habere ſciebat[ſ].
5 † Sed an bona fides in eo præſumat, qui nullum habet titulum? Et niſi de poſſeſſore antiquiore conſtet, præſumi receptum eſt[t]. Quod verum arbitror, ſi is perſuaſum habet ad ſe rẽ pertinuiſſe: alioqn quod ſuum non eſt, ſcire debet, ad alios ſpectare[u]. Cęterùm
6 & † quoties poſſeſſioni ius commune reſiſtit, bona fides non præſumitur. Quapropter qui ius ſeruitutis præſcripſiſſe aſſeritur, bonam fidem probare debet[x], cùm pro cuiuſque rei libertate regulariter pręſumamus[y].

f l. ſi fur. §. j. de uſucap.
g l. quicunque. in fi. de pub.
h l. igitur. §. poteſt. de lib. cã.
i l. ſed & ſi. §. ſcire. de pet. hæred. Bart.
k l. j. C. ubi cau. ſtat.
l d. §. poteſt.
m l. fi. pro ſuo.
n l. pe. C. de euict.
o l. quemadmodum. C. de agr. & cenſ.
p Doct. l. ex cõſenſu §. fi. de appel. Ang. Imol. Raph.
q l ſi fundũ. C. de rei uend.
r l dolus. C. de reſcin. uend.
ſ d. l. qa q̃libet. de contrahend. empt.
t Bart. l. Celſus. de uſucap.
u l. fi. C. unde ui.
x c. j. de præſcr. in vj.
y l. altius. C. de ſerui.



L. 111. Cenſere.

IABOLENVS LIB. VI. *ex Caßio.*

LEX CXI.

Cenſere eſt cõſtituere, & præcipere: vnde & dicere ſolemus, cenſeo hoc facias, & ſenatum ali-
B quid cenſuiſſe: inde & cenſoris nomẽ videtur eſſe tractum.

C LEX CXI.

1 *Cenſere, eſt ſententiam ſuam exponere, & conſtituere.*
2 *Senatus cenſuit, populus iußit.*
3 *Cenſere interdum ſignificat præcipere.*
4 *De cenſoribus aliqua.*
3 *Principes, duces, pontifices, non habere abſolutam poteſtatem in ſubditos.*
6 *Ius Italicum à prouincialium iure diſtingui.*
D 7 *Liberæ ſeu francæ ciuitates in Germaniæ ſolæ antiquam libertatem obtinent.*

CENSERE.) † Cenſere propriè eſt ſententiam ſuam exponere[z], & cõ- 1
ſtituere. Solebant autem à Conſulibus Senatores interrogari, quid fieri placeret: Populus verò Romanus, vellet iuberétne. Quapropter † ſenatum cen- 2
ſuiſſe, populum iuſsiſſe, rectè dicimus. Hocq; lo-
E quendi modo plena ſunt antiquiorum autorum volumina: quamuis & † cenſere ſit præcipere: 3
quæ enim cenſuerat ſenatus, obſeruanda omnino erãt[a]. Hinc & † cenſores dicti, qui quinto quo- 4
que anno de ciuium moribus iudicarent, præſentis tranſactæq; vitę rationẽ perquirerẽt, indignos honorib. abdicarent, famoſos notarent, publica locarent, cenſum ciuium peragerent, perq̃ neceſſarius rectè inſtitutis vrbibus magiſtratus, qui tamen hodie nuſquam eſt, cùm ea quæ ad a-
F uaritiam, pecuniarumq; æruſcationẽ pertinent officia, mirum in modum coaluerint, vbique laqueos tendentib. Satrapis, hallucinantibus Theologis, adulantibus Iuriſconſultis, perſuadentibuſq;, omnia principibus licere, ſummáq; eorũ & liberam eſſe poteſtatẽ. † Qđ certè in Italia ve- 5
rum non eſt: Romani enim cæteris Italis fœdere in ſocietatẽ attractis, in Auguſtũ lege regia non niſi ius transferre potuerunt, quod ipſi ex fœdere habebant, vt ridiculũ ſit affirmare, Pontificib. Ducibus, & quos Germanica voce Marchiones

z l. item. § pridie. de pet. hæred.
a §. S. conſultũ. Inſtit. de iure natur.

vocant, abſolitam in ſubditos poteſtatem com-
petere, quæ nec ipſi Imperatori in Italos compe
a l. j. §. de cenſ. tit, vnde illi cauſam habent. Atque hinc eſt q̀ ſu-
6 prà in tractatu de cenſibus[a], †ius Italicum à pro-
uincialiū iure diſtinguit: illi in cenſum vniuer-
ſas facultates defer
re tenebantur, & tri
butum ſoluebant:
Itali liberi erant, ę-
quoq; cùm Roma-
7 nis iure agebāt. †So
læ antiquam indo-
lem retinuerunt in
Germania ciuita-
tes, quas illi francas
vocant: vt enim Im-
peratoris faſtigium
libenter agnoſcūt,
ita tributis ſe atteri,
violentia vrgeri, ty
rānide opprimi nō
patiuntur.

IDEM LIB. XI.
*ex Caſsio.*

LEX CXII.

A Littus publicū eſt eatenus, quatenus maximè fluctus exæſtuat. Idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt.

IDEM LIBRO XIIII.
*ex Caſsio.*

LEX CXIII.

Morbus ſonticus eſt, qui cuique rei nocet.

IDEM LIBRO XV.
*ex Caſsio.*

LEX CXIIII.

B Soluendo eſſe nemo intelligit, niſi qui ſolidum [a] poteſt ſoluere.

LEX CXII.

1 *Quod de littore dicitur, idem in lacu publico locū habet.*
2 *Lacus publicus quis ſit, & quomodo à priuato differat. & num. 4.*
3 *Lacus, ſtagnum, foſſa, differunt.*

1 LITTVS.) † Quod de littore maris
ſuprà vidimus, producitur per Iu-
riſconſultum etiam ad lacus, dum
b uerbo, flumē. in fin. tamē priuati non ſint: ſed & ſi Rei-
publicæ ſit, qui ſoleat piſcatorib.
locari, vt eſt Thraſimenus Peruſij, videtur priua-
torum naturam ſequi, idq; in alluuionis tractatu
2 [b] Bartolus probat. † Publicum ergo lacum pro-
priè acccipiemus, qui in vſu publico ſit, & in quo
3 vnicuique piſcari fas eſt. † Sanè lacus eſt, qui per- D
c l. j. ut in flum. pub. petuam habet aquam[c]. Stagnum, quod tempo-
ralem, vt ſi hyeme tantùm. Foſſa receptaculum
4 eſt aquæ, manu factum. † In eo autem priuatus la
cus à publico differt, quòd publicus eatenus pu-
d l. rutilia. de contrah. empt. blicum littus habet, quatenus hybernus fluxus
maximus exæſtuat: at in priuato id tantùm lit-
toris conſtituitur, quatenus actū eſt[d], & in eius
5 venditione tempus contractus obſeruamus.

LEX CXIII. E

1 *Morbus quomodo accipiatur in lege XII. tabul. & itē morbus ſonticus. & num 5.*
2 *Morbo ſontico impeditus, in ius venire non tenetur.*
3 *Dies fiſſus in iure qualiter intelligatur.*
4 *Diffindere pro differre.*

MORBVS.) Lege XII. tabularū, qui
morbo laborabat, in ius venire nō
cogebatur, niſi aduerſarius iumen-
tum illi dediſſet, vel plauſtrū, quo
1 veheretur. † Acccipit autem ea lex
morbum, pro aliqua imbecillitate, & inualētia:
alioquin vbi vitæ periculum vertitur, morbum
e l. ij. § ſi quis in iudic. §. ſi quis caut. ſonticum appellat, quaſi maiorem, vimque no-
cendi habentem, vt Sext. Cæcilius Iuriſcōſultus
apud Aulum Gellium interpretatur. † Hoc mor-
2 bo qui affectus erat, neque in ius venire, ſed nec
f l. quæſitum de re iud. procuratorem mittere cogebatur[e], ſententiaq;
aduerſus eum lata, nullius erat momenti[f]. iube-
bat enim lex iudicij diē eſſe diffiſum, cuius no-
minis rationem ex Seruio grammatico in vj. Ae-
neid. commentario colligere licet. † Is in iure di- 3
em fiſſum dici interpretatur, qui partim religio-
ſus, partim faſtus eſt. Idem opinor qui & interci
ſus à Macrobio ap-
pellatur. Cùm er-
go aliqua negotia
expedienda erant,
quæ propter reli-
gionem differre o-
portebat, dies dif-
findebat, id eſt, ſcin
debatur in ſequen-
tem. Meminit hui⁹
vocis præter A. Gel
lium, Liuius quo-
que ab vrbe con-
dita lib. IX. Sed & 4
Horatius lib. ij. Ser
mo. † Nihil hîc dif-
findere poſſum, ideſt differre, quo minus pro te
pronuntiem. Atque ita ipſe ſentio, licet in-
diſcuſſum id verbum Politianus in Miſcella-
neis cap. xl. reliquerit, idcircoque non omnes 5
ſuam in ſententiam trahere potuerit. † Sanè Iu-
riſconſultus hîc ſimpliciter ſonticum morbum
diffinit, qui cuiq; rei, intellige de qua agitur, no-
cet. Et ideo ne quis in ius veniat, ſonticus mor-
C bus accipietur, qui grauior eſt, nocetque ne ve-
nire poſsit, vt magna febris[g], ne verò mancipiū g d. l. quæſitū.
veneat, ſonticus accipietur, perpetuus, vel reſi- h l. fi. de ædil. edict.
duus[h]: non enim eſt veriſimile emptorem, ſi hu-
iuſmodi morbo laborare ſciuiſſet, fuiſſe em-
pturum.

LEX CXIV.

1 *Soluendo an quis ſit, attenditur, vt ſolidum creditori ſuo ſoluere poßit.* D
2 *Soluendo eſſe dicitur, cuius fideiuſſor ſoluendo eſt.*
3 *Soluendo eſt, qui in nominibus æs ſuum habet.*
4 *Regula, factum non videri, quod perfectum non eſt, in quibus procedat.*
5 *Indiuidua quatuor modis accipi.*

SOLVENDO.) a ¶ † An qs ſit ſoluē- 1
do creditori ſuo, hoc attenditur, vt i l. itaq; de fur.
ſolidū poſsit ſoluere. Quapropter
E cùm lex fulloni aduerſus furem a-
ctionem det[i], ſi is fullo domino ſol
uendo ſit, niſi poſsit ſolidum dare: concedenda
ei non erit actio, ne compellatur dominus ex v-
no iudicio duo facere: vt videlicet contra fullo-
nem ex locato agat, & quanto minus conſequēt, K d. l. ſi plures. §. præterea. de fideiuſ.
aduerſus furē condicat: id enim ei damnoſum
eſſet, ſed qui cum duobus contraxit, graue ſibi
exiſtimare non debet, ſi contra duos experiun- 2
dum erit: quâ ratione † vt quis ſoluendo dicatur, l l. nemo dubitat. ſ. tit j.
F etiam fideiuſſoris facultates ei aggregādæ erūt[k]:
ſatis enim eſt, ſi per alium ſoluendo ſit[l]. † Sed & 3
qûi in nominibus æs ſuum habet, ſoluendo di- m l. facere. ubi Alex. ſol. mat.
citur[m]: compelli enim poterit in executione cō- n l. à diuo § fi. §. de re iudi.
demnationis, vt nomina vendat, vel exigat: qđ
intelligendum, ſi debitores idonei ſunt, & bonā o l. tres tutor. in fi. de admi. tut.
fidem agnoſcunt[n]. Sanè is, cuius bona venierūt, p l. rei § fi. §. eod.
ſuſpectus eſt, tanquam ſoluendo non ſit[o].
b ¶ Solidum.) Annotat hinc Accurſius, fa- 4
ctum non videri, quod perfectum non ſit[p]: quæ q Bart. l. græcē. § illud. de fideiuſſ.
regula in his ꝓcedit, q̄ indiuidua appellamus[q].
† Ea



5 † Ea quatuor modis accipi receptum eſt: Natura,
vt ſeruitutes. Voluntate contrahētium, vt in eo
qui in binos arbitros compromiſerit, vel binos
ſymphoniacos emerit: nō enim veriſimile eſt al-
tero fuiſſe contentum. Forma, vt in fideiuſsione,
quę principali obli
gatione grauior eſ-
ſe nequit, aliàs pe-
nitus vitiatur. Ac-
ceſsione, vt cùm qs
Iudæo fundum cū
a l. quemadmodū. C. de agric. lib. xj. colonis Chriſtianis
vēdit: coloni enim
à fundo ſeparari
poſſunt[a].

IDEM LIBRO IIII.
*Epiſtolarum.*

LEX CXV.

Quæſtio eſt, fundus à poſſeſsione, vel agro, vel prædio, quid diſtet. Fundus eſt, omne quicquid ſolo tenetur. Ager eſt ſpecies fundi, quæ ad vſum hominis comparatur. Poſſeſsio ab agro iuris ꝓprietate diſtat: quicqd eñ appræhendimus, cuius ꝓprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt ꝑtinere, hoc poſſeſsionē appellamus. Poſſeſsio[a] ergo vſus eſt: Ager ꝓprietas loci eſt. Prædiū vtriuſq; ſupraſcripti generale nomen eſt: nam & ager & poſſeſsio huius appellatiōis ſpecies ſunt.

LEX CXV.

1 *Fundus, ager, poſſeſsio, prædiū, quomodo intra ſe differāt. & nū. 3. 4. 5.*
2 *Fundus trāslatiuè pro autore accipitur.*
6 *Lege XII. tabul. duplex tantum alienationis ſpecies.*
7 *Per vſucapionem lege XII. tabul. proprietas non acquirebatur, ſed iuris autoritate poſſeſſor defendebatur.*
*Ibid. Vſucapio dicitur autoritas.*
8 *Valla reprehenſus*
9 *Poſſeßionis definitio.*
10 *Poſſeßio quare dicatur vſus à iure ſeparatus.*
11 *Ex facto ius oritur.*
12 *Poſſeßio ſemper eſt facti, ſiue de acquirēda, vel acquiſita, vel amiſſa loquamur.*
13 *Poſſeßionis duplex qualitas, naturalis & ciuilis.*
14 *Ciuilis poſſeßio ſemper iuſta, naturalis quandoque iniuſta.*

QVAESTIO.) Declarat Modeſtinus,
1 † quid inter ſe differāt quatuor hæc
vocabula, fundus, ager, poſſeſsio,
b l. fundi. ſ. eod. prædium. Et fundum generaliter
2 accipit pro omni eo, quod ſolo cō-
tinetur[b], deduciturque à verbo fundere: hinc &
μεταφορικῶς fundus pro autore accipitur, vt Feſtus
inquit. Sic apud Cice. in oratione pro Cn. Cor-
nel. fundi populi, & apud Plautum in Trinūmo:
Fundus potior, id eſt, pes, & fundamentum pro-
3 miſsionis. † Ager verò nō tam latam habet ſigni-
ficationem, ſed eum fundum ſignificat, in quo a-
gatur, vnde & nomen ſumpſit ſecundum M. Var
ronem. Ager ergo eſt, qui colitur, & qui fructuū
cauſa habetur, cùm fundus quamlibet ſoli ſu-
perficiem, etiam incultam, & nulli vſui deſtina-
4 tam, in qua aliquid fundari poſsit, ſignificet. †
Poſſeſsio is eſt fundus, qui non iure ſeu mancipa
tione nobis comparatus eſt, ſed vſu & præſcri-
ptione quæſitus, vt etiam Feſtus ſcribit: & ideo
eius proprietas ad nos nō pertinet. Sed & ſi per-
5 tinere non poſsit, vt quia res ſacra, poſſideri ta-
men poteſt, poſſeſsioque dicitur. † Prædium tam
ad poſſeſsionem, quàm ad agrum refertur: vnde
ſiue quis per mancipationē, vel in iure ceſsionē,
agrū, ſiue per vſum poſſeſs ionem acquiſiuiſſet,
rectè ſuum prædium appellabit. Tradidit autē
Modeſtinus hanc differentiam, legem XII. ta-
6 bul. interpretans, † quo iure duplex tantummo-
c Cyn. l. j. C. de uſuc. tranſ. do alienationis ſpecies erat, quæ per nexum, &
quæ per ceſsionem fiebat[c]. vt Marc. Cicero in
Topicis declarat. † Per Vſucapionem verò pro- L. 115. Quæſtio eſt.
prietas non acquirebatur, licet iuris autoritate
poſſeſſor defenderetur. Hinc eodem in opere
Tullius Vſucapionem autoritatem appellat: Au
toritas, inquit, vſus fundi biennium eſt, ſic ergo 7
& ædiū. Idem Offi-
ciorum lib. j. Aduer
ſus hoſtem æterna
autoritas. In lege
quoque Attinia cu-
ius A. Gellius libro
xvij. meminit, dice-
batur, quod ſubre-
ptum erit, eius rei
æterna autoritas e-
ſto, id eſt, æternum
tempus antequam
vſucapiatur. Venu-
leius autoritatē ius
eſſe interpretatur,
quo autor, id eſt, do
minus rem ſuā ven-
dicare poteſt: vnde
amitti, inquit, auto- d l. ſi. de euict.
ritatē, id eſt, actio-
nem ꝑ euictione[d],
placet. Et ita accipiendum hoc reſponſum ipſe
arbitror: † quo ſenſu ridiculus ipſe Valla erit, qui 8
cùm vulgari interpretationi, vir alioqui non vul
C garis, adhæſiſſet, Iuriſconſultum noſtrum incre-
pat, muſca planè, quod dicitur, elephantum. Il-
lud non negauerim, in poſteriore iuris diſcipli-
na, hanc differentiam non fuiſſe obſeruatam, cu
ius rei nos etiam Accurſius admonet.
a ¶ Poſſeſsio.) † Colligi hinc poteſt diffinitio 9
poſſeſsionis, vt ſit vſus rei à proprietate, vel iure
ſeparatus. Hinc vſucapio, id eſt, acquiſitio, quæ e l. nec utilem. ff. ex quib. cauſ. maior.
per vſum, hoc eſt, poſſeſsionem fit. Aelius quoq;
Gallus, cuius reſponſa frequenter in Digeſtis ci-
D tantur[g], poſſeſsionem definiuit, eſſe vſum fundi,
vel ædificii: atque id Feſtus Pomp. refert. Sed &
Cor. Fronto: In habente, inquit, onus, in poſsi-
dente vſus eſt. † Idcirco autem à iure dixi ſepara- 10
ri poſſeſsionem, tum vt oſtenderem ab eo vſu,
qui ſeruitutis ſpecies eſt, differre: tum etiam, vt f d. l. nec utilem. l. j. § j. & ij. de acq. poſſ.
eos ſequerer, qui poſſeſsionem facti, non iuris eſ
ſe cenſuerunt: quod apertiſsimè multis in locis
Iuriſconſulti atteſtati ſunt[f]. Nec quicquam me
mouet, quòd etiam ius poſſeſsionis aliquando
legimus: † ex facto enim ius oritur, & ius habere 11
E is quoque qui ex pignore prætorio detinet, di- g d. l. ſi finita § pe. de dā. infect.
citur: nec idcirco cōſequens eſt, contrectationē
illam eſſe iuris. Summè autem ridiculi videntur,
qui inter acquiſitionem, retentionem, amiſsio-
nemque poſſeſsionis diſtinguūt, cū hi actus ma-
nifeſtè ab ipſa poſſeſsiōe nō differāt: ſicut nec ꝓ-
creatio, vita, mors hominis, ab homine differūt,
nec qui naſcendo homo fuit, moriendo eſt aſi-
nus. † Quapropter ſi cùm poſſeſsio acquirit̃ facti 12
F eſt, & acquiſitam & amiſſam cōſequens eſt facti h l. nemo. C. de acquir. poſſ.
eſſe[h]. † Ei⁹ poſſeſsionis duplex eſt ratio, ſeu qua- 13
litas: nā cū quis corpore poſsidet, vſumq; rei ap- i l. certè § j. de precar.
prænſæ percipit, naturaliter poſsidere dicitur,
q̀ ſi verè ipſe rei nō inſiſtat, neq; uſum percipiat, k l. j. in fi. §. de ope. no. nunt.
ſed per interpretationē legis, ciuiliter quoq; poſ
ſidet. Qua ratione ꝑ fructuariū, & eū q precariò
rogauit, poſsidem⁹[i]: & licet ipſi naturalit̃ fundo
inſiſtant, tñ ꝓpriè nō poſsidēt, qa nomine noſtro
ſunt in ꝑdio[k]. † Ciuilis igit̃ poſſeſsio ſemp iuſta
eſt, quoniā ex interpretationē illā, nō niſi iuſta 14
ex cau-

a l. quod Seruius. de acq. poſſ.
b l. iiij. §. fi. eo. tit.
c d. l. j. §. i.
d l. j. §. deiicitur. de ui. & ui arm.

ex cauſa adhibet. At naturalis quandoq; iniuſta eſt, ſiue quia res prohibita poſsideri [a]: vt liber homo: ſiue quia perſona incapax, vt ſeruus [b]: ſiue cauſa iniuſta, vt raptor: ſiue iure ciuili inualida[c], vt cùm pater filio, maritus vxori donat[d]. Et ita ipſe ſentio, licet alij aliter diffuſiſsimis tractatib9, & à quibuſdam recentioribus vſq; ad nauſeã auctis.

IDEM LIBRO VII. Epiſtolarum.

LEX CXVI.

QVisquis mihi alius filij, filiúsve hæres ſit: his verbis Labeo ait nõ videri filiam cõtineri. Proculus cõtrà: mihi Labeo videt̃ verborũ figuram ſequi, Proculus mẽtem teſtantis. Reſpõdi, nõ dubito, quin Labeonis ſententia vera non ſit.

IDEM LIBRO VIII.

LEX CVI.

1 *His verbis, Si quis mihi alius filij filiúſve hæres ſit, an filia contineatur.*

2 *In præſumptionũ cõcurſu illi adhæremus, quæ verborũ proprietate defenditur.*

3 *Si conſtitutum ſit, verba teſtamentorum ad literã accipi debere, relictum filijs an ſit præſtandum filiabus.*

4 *Filiis pro filiabus in caſu datiuo veteres dixere.*

1 QVIS QVIS.) †Cùm teſtator vnũ ex filiis exhęredẽ feciſſet, alios etiã poſthumos hac clauſula inſtituit: Quiſquis mihi alius filij filiúſue hęres ſit, dubitatum fuit, an filia contineretur, & ex proprietate verbi non contineri Labeo, ſed ex mente Proculus exiſtimauit: quapropter ſi aliquib. cõiecturis de cõtraria mẽte appareat, Labeonis ſententia obſcurabitur, veluti cùm teſtator propriis filiabus excluſis, filium inſtituit, & ſi ſine filiis deceſſerit Semproniũ: natis em̃ filiabus non deficere conditionẽ pleriq; exiſtimauerũt: nam cùm proprias filias pater excluſerit, veriſimile eſt multò fortius voluiſſe ab hæreditate neptes reiici. Sed hoc mihi non ſufficere videtur: proprias enim filias propter filij maſculi maiorem amorem excluſit: at Sempronium teſtator nõ ita amaſſe exiſtimãdus eſt, vt neptib. ſuis prętulerit: efficacior eſt igitur cõiectura, cùm ex lege municipali ab inteſtato ſuccedentes maſculi fœminas excludunt: videtur enim teſtator cùm de filiis mentionẽ fecit, eos ad ſucceſsionẽ vocaſſe, quemadmodũ à lege vocãtur: præſumpta enim teſtatoris mens, per quam maſculinũ concipit fœmininũ, illi præſumptioni cedit, qua

e Bar. l. hæredes. §. cũ ad Trebel.

2 ſecundũ leges voluntatẽ ſuã quemlibet regere[e], accõmodareq; dicimus, † & in præſumptionum cõflictu illi potius adhæremus, quæ verborũ ꝓprietate defenditur. †Cęterum & ſi conſtitutum

f Iaſ. l. qui filiabus. de leg. j.

3 ſit verba teſtamentorũ ad literã, & ſine interpretatione intelligi debere, quod filiis relictũ erit, filiæ non præſtabitur: atq; hoc Iaſoni [f] viſum eſt. Sed hac in quæſtione id ipſe nõ approbauerim, cũ potius credendum ſit antiquorũ exemplo de

4 fœmina quoq; actũ fuiſſe: †ſi quidẽ Nęuius Plautuſq; caſu dandi filiis, nõ filiab. dixerũt, vt Priſcianus lib. vij. probat: quapropter ſatis videtur ad literã poſſe accipi de fœminis, vt meritò ſententia Labeonis figurã verborũ conſiderantis, nihil nos moueat, cùm etiam vis verborũ expoſitioni huic non refragetur, tametſi ex frequẽtiore vſu fortè aliud ſit ſtatuendũ. Additur & à pleriſq; alia cõiectura, vt ſi in aliqua parte teſtamẽti filiorũ maſculorũ mẽtionẽ teſtator feciſſet, quis alio in loco ſimpliciter filios nominet, videat̃ ſemp de maſculis tãtùm intellexiſſe, ſed id non omnino verũ eſt, vt infrà attingã[g].

g .j. l. Hærennius.

Epiſtolarum.

LEX CXVII.

A NOn poteſt videri minus ſoluiſſe is, aduerſus quem amplioris ſummę actio non competit,

POMPONIVS lib 2. ad Quint. Mutium.

LEX CXVIII.

B HOſtes hi sũt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus: cęteri latrones, aut prædones ſunt.

LEX CXVII.

1 *Ad facti ſpeciem adaptata hæc lex.*

2. 3 *Extenſio tex. noſtri ad fideiuſſorem, actionis arbitrariæ nomine intercedentem.*

1 NON POTEST.)† Finge decem tibi ex ſorte debebam, ſed propter moram meam intererat tua plus accipere: Iudex me condemnauit in ſortem, vt ea ſoluta dicar minus

h l. v. C. depoſ.

ſoluiſſe? & hîc traditur non videri[h]: nam enim qđ

2 C ex more debebam, actio nulla tibi competebat ſed totum officio iudicis cõtinebatur, ꝗ lata ſententia amplius non interponitur. †Idemq; eſt in fideiuſſore, qui actionis arbitrariæ nomine in-

i l. fi. de eo. qđ cer.

3 tercedit: quod enim propter rei moram ex arbitrio iudex auget, ſi non ſoluerit, non tamen minus ſoluiſſe videri poteſt, cùm huius damni cauſa nulla aduerſus eum actio competat [i]. †Sed pone, aliquis fideiuſsit hoc modo, ex his quæ Titius tibi debet, quanto minus ſoluet, ſpondeo: is

k l. ſi cum de re iud.

D Titius miles eſt, ita quòd niſi in eo quod facere poteſt cõueniri nequit, an fideiuſſor tenebitur [k]? Et puto teneri: aduerſus enim Titium amplioris ſummæ actio mero iure cõpetit, licet per exceptionem illi conſulatur. Sed & ei cui pignoris retinendi ius eſt, minus ſolutum videtur, tametſi actio illi nõ competat, vt in chirographario [l] creditore, & eo qui ſub pignore mutauit, & nudo pacto cauit de vſuris [m].

l l. j. C. etiam. ob chirog.
m l. per retent. C. de uſur.

LEX CXVIII.

E
1 *Nationum aliæ Romanis ſubditæ, aliæ fœderatæ, aliæ liberæ, aliæ nec hoſtiles, nec coniunctæ. & num. 3.*

2 *Germani ſemper pro libertate aduerſus Romanos pugnarunt.*

4 *Omnes Chriſtianos hodie populum Romanum eſſe.*

5 *In bello cum Turcis ius poſtliminij locum habet, & capti efficiuntur capientium: ſecus inter Chriſtianos.*

6 *Capti libertatem hodie non amittunt.*

7 *Capta in bello inter Chriſtianos geſto, an fiãt capientium.*

F

1 HOSTES.)† Nationum aliæ populo Romano ſubditæ erant, vt prouinciales: aliæ fœderatę, quo iure quędã ciuitates, & in Aſia, & in Hiſpania, aliiſq; prouinciis vtebantur[n]: Sic etiã Aetolos ſe Romanis iunxiſſe, T. Liuius lib. XXXVII. eſt autor. aliæ penitus liberæ, & ſuis legibus relictæ, niſi quòd maieſtatem populi Romani comiter obſeruare tenebantur, vt Maſsilienſes: aliæ hoſtiles, vt Parthi & Germa-

n l. non dubito. de cap.



2 ni, quorum illi propter æmulationem, †hi pro libertate aduerſus Romanos ſemper pugnauerũt, donec tandem imperium euerterunt Turcæ, qui ex Perſide prouenerant, oriẽtale: Gothi, Hunni, Vandali, omnes ex Germania, occidentale: quod tamẽ Caroli Magni auſpiciis rurſus inſtaura-

3 tum eſt. † Aliæ nec hoſtiles, nec aliquo modo illis coniunctę, vt [a] Scythę, quos Tartaros vocamus, quique Męotim incolunt. At cùm Antonini conſtitutione omnes qui in orbe Romano [b] erant, ciues Romani effe-

a l. 4. §. j. de cap.
b l. in orbe. de ſtat. hom.

4 cti ſint, †ſequitur omnes Chriſtianos hodie populum Romanum eſſe: quo iure exciderũt, qui in Aſia, Aphricáve, cęteriſq; prouinciis fidem CHRISTI non agnoſcunt: hi enim hoſtes populi Romani ſunt, & ciuitatis Romanæ ius a-

5 miſerunt. †Hincq; eſt, quòd cum Turcis & Sarracenis indictum nobis eſt bellum: ſuntq; viciſsim iura poſtliminij, & capti in bello efficiuntur capientium. At inter Chriſtianos aliud eſt: cùm enim ex lege CHRISTI omnes ſint fratres [c], quæ inter eos mouẽtur arma, plus quàm ciuilia ſunt, vnde

c xj. q. iij. c. ad menſam.

6 ius poſtliminij in his non eſt [d]. † Hincque videt̃ antiquiſsima conſuetudine introductum, vt capti libertatem non amittant, ſed præſtita victori pecunia (λύτρον Gręci vocãt) veniam recedendi

d l. ſi quis. §. fin. de cap.

7 impetrent. † Qua ratione etiam arbitror, capta in huiuſmodi bello, capientium non fieri: & id præſertim in eo, quod forum conſcientiæ vocamus, licet Theologi, vel ματαιόλογοι potius, quidã aliter ſenſerint, niſi ab his capta ſint, qui libertatem ſuam tuentur, & iniuſto ab aliquo tyranno vexantur: vnicuique enim iure naturali permittitur defenſio, quã nec Chriſtiana lex nobis abſtulit: alioquin ſi duo principes de imperio belligerẽt: ridiculum eſt credere permiſſum eſſe militibus, altervtrius ſubditos ſpoliare, cùm eorũ nihil interſit, vter regnet: paratiq; ſint illi victoris imperio obſequi: & quod Petrus in priori epiſtola præcipit, ὑποτάγητε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ ἢ τε βασιλεῖ εἴτε ἡγεμόσιν διὰ τὸν κύριον.

IDEM LIBRO III. ad Quint. Mutium.

LEX CXX.

A HÆreditatis appellatio, ſine dubio continet, & damnoſam hæreditatem: iuris enim nomẽ eſt, ſicuti bonorũ [a] poſſeſsio.

IDEM LIBRO V. ad Quint. Mutium.

LEX CXIX.

1 *Nomina iuris alia particularia, alia vniuerſalia.*

2 *Vniuerſalia tripliciter aſſumuntur.*

3. 4 *Hæreditas eſt iuris, & hæres dicitur, etſi nihil ſit in hæreditate.*

5 *Peculium, dos, patrimonium, vt nomen ſuum habeat, aliquid requirit.*

6 *Quæ corporũ vniuerſalia, vniuerſaliter vendicantur, nõ particulariter: ſecus in his, quæ iuris cõmunionem habent.*

7 *Bona deducto ære alieno intelliguntur.*

1 HAEREDITATIS)† Nomina iuris alia ſunt particularia, vt obligatio, ſeruit9, dominium: alia vniuerſalia, † ea tripli-

2 citer aſſumuntur: aut enim vniuerſitas ſolius facti ſeu corporum eſt, vt grex, chorus, familia: aut iuris & facti mixtim, vt peculium, dos, patrimonium: aut ſolius iuris, vt hæreditas: †ea enim nomen ſeruat: etiam ſi nulla corpora hæreditaria ſint [e]: idemque arbitror, ſi nihil ſit in hæreditate. Vnde ſi quis nec alienũ, neque ſuum æs habẽs decedat, poterit ſe ꝓximus agnatus ei9 hæredem appellare, quamuis in hæreditate nihil omnino ſit: †nomẽ em̃ hęreditas eſt iuris, per quod perſona defuncti repræſentatur, nõ aũt facultatum. †At peculium, cùm ſolius iuris nõ ſit, vt nomen ſuũ habeat, aliquid requirit. Idem in dote & patrimonio. In his vniuerſalibus propter ęs alienum non fit deductio corporũ: vnde ſi ſeruus debeat domino plus, quàm ſit in peculio, corpora tamen pecunia remanent [f]: et ſi vxor debeat marito, propter expenſas neceſſarias in fundo dotali factas plus quàm fundus valeat, remanet tamẽ

L. 120. Verbis legis.
3
e l. hæreditas. de peti. hæ.
4
5
f l. peculium. §. pen. de pecul.
g l. ꝙ dicitur. de impen.
h l. ſi is qui. §. j. de iure dot.

LEX CXX.

VErbis legis XII. tabularũ his: Vtiquiſq; legaſsit rei ſuę, ita ius eſto, latiſsima poteſtas tributa videt̃, & hęredis inſtituẽdi, & legata & libertates dandi, tutelas quoq; conſtituendi.

B Sed interpretatione coãguſtatũ eſt, vel le-

C ex Pomp. Vlpianique ſententia fundus dotalis, licet Scæuola omnino deſinere [g], Paulus ſoluta pecunia reuerti in cauſam dotis [h], cenſuerunt. Diminuitur tamẽ vniuerſitas ipſa, licet corpora nõ diminuantur, cenſebiturque tanto minus in peculio & dote eſſe. †Sanè quæ corporum vniuer-

6 ſalia ſunt, particulariter vendicari nequeunt, ſed vniuerſaliter: vt grex [i]. At quæ iuris communionem habẽt, in vniuerſum non vendicantur, ſed particulariter: quamobrẽ nec peculium, neque

i l. uendicatio. de rei uend.

D dotem vendicamus, ſed rem peculiarem, & fundum dotalem [k].

k l. ſi peculium. de pec. leg.

a ¶ Bonorum poſſeſsio.) Atqui aliud dicendũ ex vi verbi videbatur [l], †cùm bona deducto ære

7 alieno intelligantur, nec damnoſa eſſe poſsint: ſed in hac cõpoſitione propriã naturã nõ ſeruãt: cùm enim vniuerſas facultates bonorum poſſeſſione proſequamur, abſurdum eſſet cõmoda ad nos omnia pertinere, & nulla incõmoda [m].

l l. princeps. §. eod.
m l. iij. de bon. poſſ.

E

LEX CXX.

1 *Verbum Legare, ſtrictè & latè accipitur.*

2 *Verbum Legandi, in teſtamentis obliquum eſt.*

3 *Subſtitutio facta per verbum Lego, eſt fideicommiſſaria.*

4 *Fallit ſi ex alia parte teſtamenti aliud appareat.*

5 *Facultas teſtandi ex lege XII. tab. conceſſa, quomodo deinde coanguſtata fuerit. & num. 7.*

6 *Libertatum conferendarum ius reſtrinxit Aelius Sentius, & Fuſius Caninius.*

F 8 *Nemo facere poteſt, quo minus in teſtamento ſuo leges locum habeant: & quomodo hoc debeat accipi.*

VERBIS.) In XII. tabulis lex hęc poſita his verbis fuerat: quis legaſsit, id eſt, legauerit, ſuę rei ita ius eſto. Quã legẽ Iuriſcõſultus interpretat̃, vt liberã facultatẽ teſtatori reliquerit, nõ ad legata ſolũ, ſed etiã in hæredis cõſtitutione, libertatũ datione, tutelarũ cõſtitutione. †Legare.n. verbũ, licet ex frequentio- 1

quentiore uſu ſimpliciter de his, quæ particula-
riter verbis directis in teſtamento relinquuntur,
intelligatur, tamen latiorem etiam ſignificatio-
nem habuit, idemque eſt legare, quod decerne-
2 re, & mandare: vnde & delegare dicimus. †In te-
ſtamentis tamen,
in quibus verba ſe-
cundum teſtatorũ
conſuetudinem ac-
cipiuntur, verbum
legandi obliquum
3 eſt. † Vnde in ſub-
ſtitutione, quã his
verbis filio pupillo
pater facit, Quan-
docunque deceſſerit filius meus, omnia bona
mea Titio lego: receptum eſt [a], vt omni tempo
4 re pro fideicommiſſaria accipiatur: † niſi ex alia
parte teſtamenti aliud appareat [b]. Quid enim ſi
aliquando Titium hæredem appellat? quid ſi di
xerit. Seium in dimidia parte hæredem facio,
Titium aliam dimidiam lego [c]? Quid ſi dictum
eſſet, Si filius in pupillari ætate deceſſerit, om-
nem eius hæreditatem Titio lego [d]? Arguitur
enim his caſibus mens teſtatoris directè non per
fideicommiſſum inſtituere volentis. Idem ſi ne-
mine inſtituto hæreditatem ſuam ſe legare dixe
rit: videtur enim tunc verbum legare ad inſti-
tutionem referri, quod pleriq; probãt [e]. Sed & ſi
conſtitutũ ſit, ne maritus habẽs filios aliquid v-
xori legare poſsit, crediderim inſtitutionẽ quoq;
vetari: eadem enim eſt ratio, & verba inferre hoc
poſſunt [f]: tametſi aliter Cornęus reſponderit [g].
Quomodocũq; igitur de re ſua quis decreuiſſet,
ex XII. tabularum verbis obſeruandum fuerat.
Vnde cũ eo iure pater in filios plenã poteſtatem,
iuſq; necis & vitæ haberet [h], ſi tutores illis conſti
5 tuebat, & de re ſua decernere dicebatur. †Coan-
guſtata aũt fuit hęc poteſtas variis legibus & Se-
natuſconſultis: & in primis Auguſti tempore, vt
Dion ſcribit, C. Falcidius Tribunus plebis legẽ
tulit, ne quis plus teſtamẽto legaret, quã vt quar
ta pars hæredibus ſupereſſet. Addit Hierony-
mus in Chronica Euſebij quartam partem hære-
dibus neceſſariò relinqui debuiſſe, ſi quatuor aut
minus eſſent: ſi autem plus quatuor, medietatẽ:
eo tenore, vt ſiue liberis, ſiue propinquis, vel ex-
teris pater ſua legaret, illa pars, quam Falcidius
conſtituit, niſi pater interdixerit, & legatis fru-
entibus, & eiſdem carentibus æqualiter diuide-
6 retur. † Aelius quoque Sentius, & Fuſius Ca-
ninius libertatem conferendarum ius reſtrinxe-
runt [i]. Nam ille in fraudem creditorũ manumit-
ti vetuit, minoribuſque vigintiquinque annis, ni
ſi cauſa cognita hoc ius nõ conceſsit. At lege Fu-
ſia [k], quoniam plerique nimis liberales, prodigi-
que, cùm morerentur, erant, certus fuit conſtitu-
tus numerus, vltra quem teſtamento libertas ſer
uis dari non poterat: quam rem diffuſe Caius In-
ſtitutionũ libro primo proſequit̃. Sed Iuſtinia-
7 ni cõſtitutione aliter cautũ eſt: † Pegaſiano quo-
que Senatuſconſulto: & Trebelliano, eadem po
teſtas, quæ ex lege XII. tab. cõpetebat diminuta
fuit: tum etiam aliis legibus, quæ teſtamenti fa-
8 ctionem certis perſonis auferebant. † Sed & ge-
neraliter proditũ eſt, neminem facere poſſe, quò
minus in ſuo teſtamento leges ſibi locum vendi
cẽt, vt quamuis teſtatoris volũtas poteſtati legis
æquiparetur, non tñ iuri publico derogare poſ
ſit: q; his legibus conſiſtit, quæ bonos mores re-
ſpiciunt, vel certã formam inducunt, vel clauſu-
lam derogatoriam habent [m].

a Bart. l. centurio. in v. col.
b c. Raynaldus. de teſta.
c l. mulier. §. fi. ad Trebell.
d Bald. l. fin. C. fam. erc. in fin.
e Bal. Cornæ. l. ij. C commun. de leg.
f l. filium. §. ſed ſi portio. de lega. præſt.
g conſi. 186. in j.
h l. in ſuis. de li. ber. & poſth.
i Inſt. qui man. non poſſ.
k tit. d. l. Fuſia. can. tol.
l §. diſponat. in auth. de nupt.
m l. nemo. de leg. j.

gum, vel autoritate iura conſtituentiũ.

IDEM LIBRO VI. *ad Quint. Mutium.*

## LEX CXXI.

V Suræ pecuniæ, quam percipimus, in fructu non eſt: A quia non ex ipſo corpore eſt, ſed ex alia cauſa eſt: id eſt, ex noua obligatione.

LEX CXXI.

1 *Vſura quid.*
2 *Vſura iure ciuili, ad legitimum modum permiſſa fuit, ſed à Chriſto omnino prohibita.*
3 *τόκος bella quædam apud Ariſtoph. in Nubibus.*
4 *Vſuram in fructu nõ eſſe, quomodo accipiendum.*
5 *Vſuræ ex contractu principali non debentur, ſed opus eſt ſtipulatione.*
6 *Quoties ex mora fructus non debentur, nec vſuras deberi.*
7 *Vſuræ, quas filius ex peculio profectitio lucratur, an ſint peculij.*
B 8 *In generali peculij conceſsione non præſumitur pater mandaſſe filio, vt fœneret.*
9 *Vniuerſa fœnerandi ratio damnata.*
10 *Publicè intereſſet, à fœnerantibus ius ciuile obſeruari.*

VSVRA.) † Vſura ſortis acceſsio eſt, quę 1
ꝓpter mutuò datæ ꝑecunię vſum, vel
etiã morã, exigitur. †Ea iure ciuili vſq;
ad legitimum modum permiſſa fuit [n], 2
ſed diuinis CHRISTI traditionibus omnino
C prohibita. Cùm enim non niſi ab indigentibus
ex quadam neceſsitate, ſub fœnore mutuò pecu
niæ acciperẽtur, accidebat plerunq;, vt ipſi pro-
pter certitudinem promiſsionis ſoluere tenerẽ-
tur, cùm nullos fructus rerum ſuarum percepiſ-
ſent, ſicq; ad inopiam redigebantur: quapropter
legibus fœnebre hoc malum temperatũ eſt. At
CHRISTVS non conuenire exiſtimauit mutua,
quæ amicorum cauſa inducta ſunt, in lucri certi-
tudinẽ vertere: atque ideo vetuit, ex mutuo quic
quam ſperari. †Apud Ariſtophanem in Nubibus
D deſcribitur τόκος (ſic eñ à partu vſura dicitur, ſic- 3
ut à fœtu fœnus) eſſe belua quæpiam, quæ ex ꝓ-
ceſſu temporis argẽtum ſemper numeroſiore fœ
tura progeneret. † Eam in fructu nõ eſſe, hoc eſt,
naturaliter ex re non oriri, Iuriſconſultus hîc tra 4
dit, ſed extrinſecus prouenire. Debetur enim ex
alia cauſa, id eſt, obligatione: †quãdoquidem v-
ſuræ ex contractu principali non debentur [o], ſed 5
opus eſt ſtipulatione: ſunt enim odioſæ, & ideo
E ex pacto nudo non debentur, ex earum ſolutio-
ne obligatio nõ arguit̃ [p], ex lapſu tẽporis earũ re
miſsio faciliter præſumitur [q]: debentur tamẽ ex
quorundam contractuum natura [q]: illud conſtat,
† quoties ex mora fructus non debentur, nec v- 6
ſuras deberi. †Sanè vſuras, quas ex peculio pro-
fectitio filius lucratur, nõ eſſe peculij Oldradus,
Albericuſque exiſtimant, quoniam hîc perueni- 7
re extrinſecus dicantur. Sed non dubito contra-
riam ſententiam veriorem eſſe: qualecunque e-
F nim lucrũ peculio accedit [r]: atq; ideo ſi pater pe-
culiũ petat, eas cõſequi debebit, & reſtituere: ſed
ſi tanquã vſuras petat, improbè petit [ſ], vt pleriſq;
viſum eſt. † In generali tamen peculij cõceſsio-
ne non eſt exiſtimandum, mandaſſe patrem fi- 8
lio, vt fœneret: id enim turpe eſſet, & reprobũ [u],
quod genus mandati in dubio præſumendũ nõ
eſt. † Extat Plutarchi libellus περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζε-
σθαι, quo vniuerſam fœnerandi rationẽ damnat, 9
q; cõtra naturę regulã ſit, q̃ eſt ex nihilo nihil gi
gni: q; paupertati vnicũ ei⁹ ſolatiũ nempe animi
ſecurita-

n l. eos. C. de vſuris.
o l. iij. C. de uſu.
p l. creditor. eo. tit.
q l. cũ quidam. §. j. ẽ. eod.
r l. uideamus. eod. tit.
ſ gl. Bal. in l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib. t46. diſt. ſicut.
u l. ſi procurator. de cond. indeb.



ſecuritatem, aufert: quòd nondum natos fructus
deuoret: quòd qui accipiunt ſub vſuris, vorſu-
ram ex vorſura facientes, nunquam ſe extricant:
quòd ſimiles Phinei ſint, cui Harpyię victum
deuorabant: quòd vt plurimum ex luxu æs
illud alienum con-
trahatur: conſulit
que potius heredij
quodlibet venden-
dum, quàm mutuò
à daniſta quicquã
10 accipiendũ. † Apud
nos certè publicè
intereſſet legem ci-
uilem obſeruari [a],
quæ certum modũ
fœnerantibus con-
ſtituit, vt qui eum
excederent, plecte-
rẽtur: nam propter
Canonum prohibi-
tionem, nõ niſi peſ-
ſimus quiſq; & im-
pudentiſsimus fœ-
nerat, qui Cambij vel eius q; intereſt, nomine vel
alio ficto titulo indigẽtem, atque neceſsitate, q;
humaniores nõ reperiat, compulſum, deglubit:
nec epiſcopi & ſacerdotes id hominum genus vl
lo modo coercent, ſed adiuuãt potius, ſuis quo
que pecunijs daniſtæ in id lucrum clàm credi-
tis, quod & diuus Cyprianus conqueritur.

a l. eos. C. de vſuris.

## LEX CXXII.

IDEM *lib. 8. ad Q. Mutium.*

H Erennius ait, ſi ita ſcriptum ſit, filio filijſq; meis hoſce tutores do, maſculis duntaxat tutores datos: quoniã à ſingulari caſu hoc filio, ad pluralem videtur tranſiſſe, continentẽ eundem ſexũ *a*, quẽ A ſingularis prior poſitus habuiſſet. Sed hoc facti *b*, non iuris habet quæſtionem: poteſt enim fieri, vt ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde B plenius omnib. liberis *c* proſpexiſſe in tutore dãdo voluerit:

LEX. CXXII.

1 *Si teſtator ſcribat, filio tutores do, de omnib. ſenſiſſe cenſetur.*
2 *Si dicat teſtator, filio filijſq; tutores do, an de fœmina ſenſiſſe videatur.*
3 *Si teſtator ſimpliciter filios nominet, etiam fœminæ continentur.*
4 *In hac ſubſtitutione, Filios meos maſculos inſtituo, ſi ſine filijs deceſſerint, Sempronius hæres eſto, nata filia ſubſtitutum excludet.*
5. 6 *Quando prædicta doctrina non obtineat.*
7 *Filijs in datiuo, etiam de fœminis intelligitur.*
8 *Ius ſemper certum eſt.*
9 *Dictio, liberis, in textu, pro filijs ponitur, nec ad hæredes protenditur.*

1 HERENNIVS. † Cũ teſtator plures fi-
lios impuberes habẽs, ſimpliciter ſcri
bit, filio tutores do, ꝓpter incertitudi-
nẽ de oĩbus ſenſiſſe videt̃ [b]: nõ enim
2 eſt ratio, cur magis de vno, q̃ de alio accipiamus,
meritò omnes cõtinent̃. † At ſi dixerit, filio filijs
que meis, quidã fœminas nõ cõprændi dixerũt,
quaſi nominũ maſculini generis geminatio mẽ-
tẽ eius arguat eiuſmodi eſſe, vt de fœminis non
intellexerit. Sed id Põponio nõ placet, quãdoq-
dẽ huius geminationis alia potius cõiectura aſ-
ſumẽda ſit: nimirũ cũ de ſingulari dixiſſet ad plu-
ralẽ numerũ tranſitũ feciſſe, vt omnib. filijs cõſu-
leret: & ideo à regula nõ eſſe recedendũ, vt filio-
3 rũ appellatione filię quoq; contineãtur. † Et hinc
ſumi argumentũ poteſt, cũ in teſtamento filiorũ
maſculorũ mẽtionẽ teſtator fecit, ſi alia in parte
ſimpliciter filios nominet, etiã fœminas cõtine-
4 ri. † Quapropter in hac ſubſtitutione, filios meos
maſculos inſtituo, ſi ſine filijs deceſſerint, Semꝓ-
nius hæres eſto: nata filia, Sempronius cõditio-
ne defectus cenſebitur: ſi enim neptes excludere
teſtator voluiſſet, vtrique qualitatem, priorem
repetiiſſet, vt Ancharanus [c], Ananiaſq; reſpõdit:
idemq; Iaſoni [d], recentioribuſq; quibuſdam vi-
ſum eſt. Alijs tamen non idem videtur, maxima-
q; controuerſi iuris
hęc eſt quæſtio: ſed
priorem ſententiã
ego magis probo, † 5
niſi aliqua verba ad-
dita proponantur,
quæ vim repetitio-
nis habeant, vt cùm
conditio ſic conci-
cipitur, Si deceſſe-
rit ſine filijs maſcu-
lis, vel nepotibus:
videtur enim maſ-
culis repetitũ [e]. Idẽ
ſi filiab⁹ in re certa
inſtitutis, & maſcu-
lis hæredibus reli-
ctis ſcriptũ ſit, om-
nes filios meos in-
uicẽ ſubſtituo, intelligemus de maſculis [f]: ſubſti-
tutũ.n. in portionibus hæreditarijs, videtur, quæ
nullæ apud filias erãt. † Quod & in ea ſpecie tra-
ditum eſt, cùm dictum eſt, Si quis eorum deceſ-
ſerit, portio ſuperſtitibus relinquatur [g]: eorum 6
C enim, id eſt maſculorum, accipimus, qui ipſi hę-
redes fuere. Sed & in ea conditione, Si filij mei
ſine filijs morientur, vel ex eis vnus tantum re-
maneat, & filios non habeat, tunc ille, qui re-
manſerit filius maſculus, centum Titio det. Re-
ſpondit Nicolaus [h] Abbas, ſi fœmina ſuperſit, nõ
videri conditionem eueniſſe: quoniam licet
prius filium ſimpliciter appellauerit, dum ta-
men paulò inferius addidit, maſculum ſatis
D oſtẽdit de fœmina non intellexiſſe
a ❡ † Eundẽ ſexũ). Atqui filijs, in dandi caſu,
etiam de fœminis intelligitur, vt ex Næuij Plau-
tiq; autoritate Priſcianus lib. VII. docet. Sed Iu-
riſcõſultus ad temporum ſuorũ frequentiorem 7
vſũ reſpexit, quo filiab. plerũq; dicebãt nõ filijs.
b ❡ Facti quęſtionẽ.) Propter incertitudinẽ
volũtatis teſtatoris, quæ ex coniecturis colligit̃,
† ius verò ſemper certũ eſt: vnde & articulis iuris
reſpõdere nõ cogimur [i]. Probabilis tamẽ id iure
eſt dubitatio, ꝓpter altercationẽ ſentẽtiarũ, ſuc- 8
E curriturq; in eo erranti, ſicut ſi in facto erraret [k].
c ❡ Liberis.) † Sed an nepotibus? & hîc videt̃
probari de eius quoq; intelligi: quod tamen fal-
ſum eſt [l], cũ teſtator filijs tutores dedit: nec Iuriſ- 9
cõſultus hîc vult idem eſſe, ſiue filijs, ſiue liberis
dictũ ſit: ſed ideo dixit liberis, vt elegantius lo-
queretur, nec idẽ verbũ repeteret. Si tamen ſo-
los duos filios teſtator haberet, & ex alio præ-
mortuo plures nepotes, putarẽ de eis quoq; ſen-
F ſiſſe eum videri, ne ſubijciendo dictionem filijs,
videatur incontinenti ſe correxiſſe.

L. 122. Herenni
b l. ſi quis ita. de teſt. tut.
c Anch. 120.
d Iaſ. l. qui filiabus. Alexan. 46. in 4.
e Com. con. 12.
f Bar. l. Lucius. pe. col. de vulg.
g Bart. l. fin. ad Treb.
h Abb. 37. in j.
i l. ornamentorum. de aur. leg.
k Soc. in rubr. de reb. dub.
l l. ſed ſi nep. de teſt. tut.

## LEX CXXIII.

1 *Verbum, erit, quomodo ad præteritum trahatur.*
2 *Verbum, eſſe, atq; erit, ex Gellio declaratur.*
3 *Quando ad futurum tempus incerta diſpoſitio producenda ſit, ambigua quæſtio eſt.*
4 *Tempus indefinitũ omnia tempora cõpræudere poteſt.*
5 *Tempus indefinitum propriè de præſenti intelligitur, & regulariter.*

6 *Fallit aliquoties.*
7 *Exemplum ponitur ex T. Liuio.*
8 *Legata codicillis olim non dabantur.*

quod magis rationabile eſſe videtur.

LEX CXXIII.
IDEM LIB. 26. *ad Q. Mutium.*

VErbum erit[a], interdum etiā preteritū, nec ſolùm futurum tēpus demonſtrat: quod eſt nobis neceſſarium ſcire: vt
B cū codicilli ita cōfirmati teſtamento fuerint, q̄d in codicillis[b] ſcriptū erit, vtrū'ne futuri tēporis demōſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos q̄s relinquat: quod quidē ex voluntate ſcribētis interpretādū eſt.
A Quēadmodum autē hoc verbum eſt, non ſolùm præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum erit, nō ſolùm futurum, ſed interdum etiam præteritum tēpus demōſtrat. Nam cùm dicimus, L. Titius ſolutꝰ eſt ab obligatiōe, & præteritum & præſens ſignificamus: ſicut hic, L. Titius alligatus eſt. Et idem erit, cùm ita loquimur:
C Troia capta eſt: non enim ad præſentis facti demonſtrationē refert hic ſermo, ſed ad præteritum.

1 VERBVM ERIT.) a ¶† Explicat Iuriſconſultꝰ, quomodo verbū erit, ad præteritum trahatur: in quo articulo dubitaſſe veteres legis Attiniæ interpretes lib xvij. c. 7. Aul. Gellius tradit: qua de re P. Nigidius in hunc modum diſſe-
2 ruit†: Verbum, eſſe, atque erit, quando per ſe ponuntur, habent atque retinent tempus ſuum: cum verò præterito iunguntur, vim temporis ſui amittunt, & in præteritum contendunt: cum enim dico, in campo eſt, in comitio eſt, tempus inſtans ſignifico: item cum dico, in campo erit, tempus futurum demōſtro: at cum dico, factum eſt, ſcriptum eſt, ſubreptum eſt, quāquam verbum, eſt, temporis ſit præſentis, confunditur tamen cum præterito, & non minus præſens quàm præteritum oſtendit. Idem cùm dico, ſubreptum erit, non duo, ſed vnum verbū eſt, quod vnica patiendi declinatione non ſolum futurum, ſed & præteritum indicat. hæc ille. Vnde apertiſsimè
3 Iuriſconſulti reſponſum hoc declaratur.† Cæterùm in iure perquam ambigua quæſtio eſt, quando ad futurum tempus incerta diſpoſitio producenda ſit: & in his caſibus, quibus ſuprà retuli, præſens tempus etiam ad futurum referri[a], dubium non eſt, multò magis indefinitum referri
4 debere:† id enim omnia tempora comprændere
5 poteſt,† propriè tamē de præſenti actum potius intelligitur, idq; regulariter obſeruat̃. Quapropter in contractu emptionis, tempus præſens inſpicitur[b]: in reſcriptis, compromiſsis, renuntiationibus feriarum, conceſsione ſacerdotiorū, de futuris[c], litibus, ferijs, ſacerdotijs nō accipie-
6 tur: & publicatio bonorum[d], immunitas ædicularum, bona pręſentia, ædiculaſq; continebit[e].† Non obſeruatur tamen hæc regula certis caſib. veluti in vniuerſalibus, vt ſi quis gregem leget, vel peculium: capita enim, quæ accedunt, etiam gregi imputantur[f]. Idem ſi me familiamque meam hoſpitari promiſeris: ſi enim mihi familia iuſtè augeatur, nihilominus eam recipere debebis[g], niſi magnum tibi damnū immineret[h]. Sed & ſi generaliter omnia bona ſua, vel eorum vſumfructum quis legauerit, in vniuerſum diſpoſuiſſe intelligetur, & idcirco futura bona comprendet[i]. In priuilegijs quoque ne contra naturam ſuam temporalia ſint, de ſubrogatis intelligemus: vt ſi antiſtiti conceſſum ſit, vt quatuor eius clerici, tametſi ab eccleſia abſentes, ſacerdotiorum fructus acquirant[k]. Idemq; quoties de ſolo concedentis damno agitur: fit enim pleniſsima interpretatio, atque ideo de futuris quoque actum cēſetur, ne diuerſum ius hiſdem de rebus conſtituamus[l]. Cæterùm & ſi contrahentes futura prouidere potuerunt, generaliter de eis quoq; promiſsio accipietur: vt ſi quis promiſerit luminibus non officere[m]. Quod etiam alia ratiōe niti poteſt: qui enim ſibi ita cauet, non idcirco renuntiare intelligitur, quò minùs ſibi liceat ampliores feneſtras facere: abſurdumq; eſſet, ſi illis per vicinum obſtrui luminibus liceret:† 7
quam rationem in non diſsimili caſu T. Liuius lib. xxj. affert: In fœdere Romanorum Carthaginienſiumq; cautum erat, ne alteri alteris, ſociiſve bellum inferrent: deinde Romani Sagūtinos in ſocios adſciuerūt quibus Carthag. intulere bellū: quæſitū fuit, an id ex fœdere liceret, videreturq; futuris ſocijs ea cōuentione proſpectū: qua in re Liuiꝰ, Si in prio-
D re, ait, fœdere ſtaret̃, ſatis cautū erat Saguntinis, ſocijs vtrorūq; exceptis. Nā neq; additū erat, his, q̃ tunc eſſēt: nec, ne qui poſtea aſſumerent̃. Et cū aſſumere nouos liceret ſocios, q̃s æquū cēſeret, aut ob nulla quenquā merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidē nō defēdi? Tantū ne Carthagin. ſocij, aut ſolicitarentur ad defectionem aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur. Angelus[n] in ꝓpoſita ſpecie ideo ad futuros ſocios fœdus trahi exiſtimauit, quoniā mutuo promiſ-
E ſio eſt, quæ vtriq; vtilis eſſe poteſt. Sed ipſe etiā, ſi ab altera tantum parte promiſſum ſit, idem opinor[o], ꝙ & frequentius[p] receptum videtur[q].
b ¶ Codicillis.)† Legata codicillis iure veteri 8
dari nō poterāt, vt Inſtit. lib. 2. Caius ſcribit, & ex recentiorib. aliqui[r] tradiderunt, niſi hi codicilli teſtamento confirmati eſſent. Pone ergo ſic in teſtamēto dictū, ꝙ in codicillis ſcriptum erit, vel ꝙ quibuſq; tabulis reliquero, valere volo: intelligētur hæc verba, cùm moriar quodcunq; codicillis
F vel tabulis reperietur ſcriptum[s], ſiue ante teſtamentum ſcriptæ ſint tabulæ, ſiue poſt.

a .uerbum oportet. §.
b l. Rutilia. de contrah. empt.
c ſal. l. ſi ſtipul. ſic. §. j. §. de ver oblig.
d l. ſi tibi. §. is cuius. §. mand.
e c. cum capella de priuileg.
f l. grege. de legat. j.
g Alexan. 178. in ij.
h c. quanto de cenſib.
i l. quoties. §. fi. de vſufr.
k Gem. c. fi. eo. tit. in 6.
l c. quia circa. de priuil.
m l. ſi ſeruitus. §. de ſer. urb.
n conſ. 260. 292.
o arg. d. l. ſi ſeruitus.
p Ioan. And. in rub. de treug. in Spec.
q Iaſ. d. §. cū ſtipulamur.
r Raph. Aret. l. j. de leg. j.
s l. Plotiana. de iur. codic.

1 *Diſiunctiua & ſubdiſiunctiua quæ dicatur.*
2 *Contraria & diuerſa differunt.*
3 *Alternatiuā vulgò vocant tam diſiunctiuam, quā ſubdiſiunctiuam.*
4 *Quoties diei fit mētio, ad differentiam noctis, de naturali intelligitur, non ciuili.*
5 *Naturalis dies eſt ab ortu ad occaſum ſolis.*
6 *Natura oppoſitorum quæ.*
7 *Contrariorum contraria iuris diſpoſitio eſt.*
8 *Termini ſunt partes prædicatiuarum, verbaq; quibus propoſitio connectitur.*



9 *Accumbere, & occumbere, & incubare.*
10 *Accurſius reprehenſus.*
11 *Dialecticorum decem prædicationes.*
12 *Hiſtoriæ narrationis argumenta ex Plutarcho.*

LEX CXXIIII.
PROCVLVS LIB. V. EPISTOLARVM.

A HAec verba, ille aut[a] ille, non ſolùm diſiunctiua, ſed etiam ſubdiſiūctiua oratiōis ſunt. Diſiūctiuū eſt, veluti cùm dicimus, aut dies[b], aut nox eſt: quorum
B poſito altero[c], neceſſe eſt tolli alterū: itē ſublato altero, poni alterum. Ita ſimili[d] figuratiōe verbū aut, poteſt eſſe ſubdiſiūctiuū. Subdiſiunctiuorum autē genera
C ſunt duo: vnum, cùm ex ꝓpoſitis finibus[e] ita nō poteſt vtrūq; eſſe, vt poſsit neutrū eſſe: veluti cùm dicimus, aut ſedet, aut ambulat: nam vt nemo poteſt vtrunq; ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrū, veluti is, qui accūbit[f]. Alterius generis eſt, cùm ex propoſitis finib. ita non poteſt neutrum eſſe, vt poſsit eſſe vtrunque, veluti cùm dicimus omne animal, aut facit[g], aut patitur: nullum enim animal eſt, quod nec patiatur: at poteſt ſimul & facere & pati.

LEX CXXV.
IDEM LIB. V. EPISTOLARVM.

NEpos Proculo ſuo S. Ab eo, qui ita dotem tibi promiſit, Cum commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei c. putás ne, protinus nuptijs factis dotem peti poſſe? quid ſi ita ꝓmiſiſſet, cùm potero doti ti-
D bi erūt[c]? quòd ſi aliquam vim habeat poſterior obligatio,

1 HAEC verba, ille.) a ¶ † Diſiūctiua eſt, quæ inter contraria ponitur, quorum vno poſito alterum tollitur, ſublato ponitur. Subdiſiunctiua eſt, quæ diuerſa diuidit, ſiue ea ſimul eſſe poſsint, ſiue nō
2 poſsint. † Intelligo aūt hoc in loco contraria, quę nullo medio inuicem repugnant: diuerſa quæ medium habent, vt ſedere, & ambulare: medium enim eſt accumbere, & ſtare. Idem ſi inuicem nō repugnent, vt in homine actiua & paſsiua qualitas: ſed & quoties ſenſus coniungitur, licet verba diſiungantur, ſubdiſiunctiua eſt, vt Alexander, ſiue Paris[a]. Idemque ſi aurum vel argentum à te petam: non enim alterum peto, vt alterū excludam, cùm vtrūque ſim paratus ac-
3 cipere. † Communi autem vocabulo tā diſiunctiuam, quàm ſubdiſiūctiuam, recentiores alternatiuam vocant, quam vocem non omnino barbaram exiſtimo, vel veteribus quibuſdam vſitatam.
b ¶ Aut dies.) Hinc argumentum colligitur
4 † quoties diei fit mentio, ad differentiam noctis,
5 de naturali intelligi, non de ciuili.† Eſt autē naturalis ab ortu ad occaſum ſolis, vt Cenſorinus tradit: quapropter poſt occaſum, tametſi lux aliqua adſit, nox dicitur, ſicut & ante ortum albe-
6 ſcente cœlo: idque pleriſque viſum eſt[b].
c ¶ Poſito altero.)† Natura enim oppoſito-
7 rum eſt, vt ſe inuicē tollant, non vt ponant, hincque ſolemus dicere,† contrariorum contrariam iuris diſpoſitionem eſſe: quod verum, ſi contraria inuicem ratione nitantur[c], alioquin ſi eadem vtriuſque eſt ratio, tunc eadem contrariorum, vt vulgò dicitur, eſt diſciplina.
d ¶ Ita ſimili.) Caſtigatior lectio, item.
8 e ¶ Finibus.) Id eſt terminis. Sunt autem termini prędicatiuarū partes, verbaque quibꝰ propoſitio connectitur. Sed hìc finibus vſus eſt Iuriſconſultus, vt oſtenderet, inter has propoſitiones mediū quiddam eſſe, atq; ideo inter diuerſa, nō inter contraria ſubdiſiunctiuam poni.
9 f ¶ Accumbit, qui iacet.) † Occumbit, qui in faciē cadit: hinc milites, qui morietēs mordicus humū captabāt, occumbere dicebant̃. Incubat, ꝗ fouet, hinc gallina incubatrix.
g ¶ Aut facit.) † Accurſius ridiculè ad coitum 10
hæc refert, cùm Iuriſcōſultus velit in quocunq; animali eſſe affectus ſeu qualitates actiuas & paſsiuas, ꝙ à dialecticis acceptū eſt,† qui in ſubiecto 11
has X. prędicationes cōſtituunt, Subſtantiam, Qualitatē, Quantitatē, Relationē, Locū, Tempus, Situm, Habitum, Actionē, Paſsionem: quę ſi quis intelligere cupit, librum Ariſtotelis περὶ κατηγορίας conſulat. † Sanè & 12
Plutarchus hiſtoricæ narrationis argumenta hæc eſſe prodidit, Perſonā, Cauſam, Locum, Tempus, Inſtrumentum, Actionē, Perpeſsionē, Modum. Qua in diſtinctione Ariſtot. videtur imitatus.

a Bar. in rub. C. de nauic. lib. xj.
b Bar. l. aut facta. §. tempus. §. de pœna.
c l. fuit. de acq. hæred.

L. 125. Nepos.

LEX CXXV.
1 *Cùm ſocer generod otē promittit, cum poterit, vel cōmodum erit, quando eam debeat.*
2 *Promiſsio, cùm potero, & commodū erit an omnino idem polleat.*
2 *Fauor dotis.*
4 *Verbum, poſſe, quid ſignificet.*
5 *In fideicommiſsis non attenduntur verba, dum mens colligi poſsit.*
6 *Verbum Poſſe, interdum præciſam neceſsitatem inducit.*
7 *Verba ambigua in cōtractibus pro qua parte intelligēda.*
8 *Verbum ambiguum ex A. Gellio declaratur.*
9 *Verbum ambiguum & obſcurum differunt.*
10 *A verborum proprietate regulariter nō eſt recedendum.*
11 *Militi relinquenda arma, ſcholari libri.*
12 *Ei, qui beneficium competentiæ habet, relinquendum eſt pro ſua dignitate.*

NEPOS.) † Cùm ſocer genero dotē ꝓmittit, cùm poterit, vel cōmodum erit, 1
vel cōmodiſsimū[d]: intelligitur cùm deducto ære alieno, & ſalua dignitatē poterit: atq; ita omnes hoc reſponſū interpretant̃: 2
F † quis Proculus apertè non explicet, an illa promiſsio, cùm potero omnino idē polleat, ꝙ, cùm cōmodū erit: potuitq; ꝓbabiliter dubitari: quoniam ſocer, ꝗ ſimpliciter dotē ꝓmiſit, nō fini ni id, ꝙ facere poteſt, dānatur, nec tñ æs alienū deducitur[e]: ergo huiuſmodi ꝓmiſsio eadē ratione extāte ære alieno videbat̃ intelligēda. † Accedit 3
his, ꝙ de fauore dotis hìc agit̃, quā ſolidā ſolui publicè intereſt, & ꝓ qua in ambiguis ꝓnunciandū eſt. Sed tamē ex coniectura mētis aliter Proculo viſum eſt, vt plerique omnes interpretantur. 4

d l. auus. de iur. dot.
e l. ſunt qui. l. ſi cut. §. de re iud.

4 a ¶ POSSIT.) † Significat id verbum ſimplicem potentiam, nulli neceſsitati ſubiectam, idque ex ſermonis proprietate, à qua tamen ex cõiectura mentis quandoque recedimus: vt cùm teſtator hæredi diligentem agrorum curam mandat, vt ad filios peruenire poſsint: his enim verbis fideicommiſsi neceſ-
5 ſitàs inducitur [a]: † quoniam in fideicommiſsis nihil refert, quemadmodũ verba concipiantur, dum mens colligi poſsit. Sed & ſi quis ſeruum liberum eſſe velit, cùm decem hęredi dare poterit, niſi res ipſa detur, libertas non competet [b]: non enim conditio ſolidus dilationis cauſa adiecta videtur, ſed vt hæredi quoque conſultum ſit. In caſu quoq; noſtro, cùm quis daturum ſe ſpondet, cùm poterit, interpretatione promiſsionem moderamur: quoniam non videtur promiſiſſe, quod cum ſummo incómodo
6 facere poteſt [c]. † Quoties verò negatiua coniunctio id verbum pręcedit, præciſam neceſsitatem inducit, generaliterque modum omnem remouet, vnde effici diſpoſitio poſſet [d]. Quod tamen ex ſubiecti argumenti natura quandoque non recipitur, vt cùm Rom. Pontifex ſe non poſſe diſpenſare ait [e]: intelligitur enim, niſi ex iuſta cauſa vel cùm id quod ad ſuam notitiam perueniſſet, nõ potuiſſe vicinos latêre affirmat [f]: accipiemus enim, nõ potuit, id eſt, non potuiſſe pręſumitur. Sed & quamuis lex pupillum nó obligari dicat [g], vel alteri ſtipulari alterum non poſſe [h], naturalẽ tamen obligationem non prohiberi interpretabimur.

b ¶ Id quod actum.) Cùm enim verba ſenſum noſtrum exprimant, is in primis ſpectandus eſt.
7 † Vnde in cõtractibus illud obſeruabimus, quod veriſimile eſt à partibus fuiſſe actum. quod ſi verba huiuſmodi ſint, vt veriſimile ſit, alteram partium vno modo, alteram alio intellexiſſe, contra eum fiet interpretatio, qui legem potuit apertius dicere. Quapropter contra venditorem [i], locatorem, ſtipulatorem [k] in dubio intelligemus, vt ei faueamus, qui ſe obligat: ſatis apertè locutus tamen videtur, qui generali vſus eſt verbo, lege. in lege locati.

c ¶ Ambiguè.) † Chryſippus omne verbum
8 ambiguum natura eſſe ait, quoniam ex eodem duo, vel plura accipi poſſunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit: Nullum ait, verbum eſt ambiguum, nec quiſquam ambiguum dicit, aut ſentit, nec aliud dici videri debet, quàm quod ſe dicere ſentit is, qui dicit: at cùm ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud accepiſti, obſcurè magis dictum, quàm ambiguè videri poteſt: ambigui enim verbi natura illa eſſe debuit, vt qui diceret, duo, vel plura diceret: nemo autem duo vel plura dicit, qui ſe ſentit vnum dicere. Hæc A.
9 Tullius lib. vndecimo capite duodecimo. † Sed ego ambiguum eſſe accepi, quod in ambas partes agi poteſt: obſcurum, quod in quamplurimas: vt ſi quis leget fundum: q̃plures enim ſunt fundi, confunditur tamen ab autoribus plerunque hæc differentia.

poſsit [a] verbum quo modo interpretaris? vtrum ære alieno deducto, an extante? Proculus putat, cum dotem quis ita promiſit, cùm potero, doti tibi erunt c. exiſtimo ad id, quod actum [b] eſt interpretationem redigendam eſſe: nam qui ambiguè [c] loquitũ, id loquitur, quod ex his quæ ſignificãtur, ſenſit [d]. Propius eſt tamen, vt eum hoc ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno potero [e]. Poteſt & illa accipi ſignificatio, cũ ſalua dignitate [f] mea potero: quę interpretatio magis accipiẽda eſt, ſi ita promiſſum eſt, cùm cõmodum erit, hoc eſt, cũ ſine incõmodo meo potero.

LEX CXXVI.

IDEM LIB. 6 *Epiſtolarum.*

SI cùm fundum ti-

d ¶ Senſit.) † In primis tamen conſiderãda ſunt verba, 10
à quorum propria ſignificatione non eſt recedendũ [l], niſi de mẽte conſtet expreſſa, vel etiam pręſumpta [m]. Idem cum in ſuperuenienti caſu, ſi de eo cogitatũ eſſet, veriſimile fuerit teſtatorẽ aliquo modo diſpoſiturũ [n]. id enim in teſtamẽtis obſeruatur, dum verba nó repugnẽt. Quòd ſi verba certa ſint & clara, ab eis nunquam recedimus [o]: tametſi alia voluntas teſtatoris allegetur [p]: non enim ſufficit voluntas, niſi diſpoſitio, ſeu actus ipſe accedat.

e ¶ Potero.) Sed hoc non ſufficit, cùm euenire poſsit, vt deducto ære alieno, adhuc cómodè ſoluere nequeat: vnde prior hæc interpretatio, ei quæ ſubſequitur coniungenda eſt.

f ¶ Dignitate.) Id eſt, commodo. † Nam ſi miles eſt, ei relinquenda ſunt arma, ſicut ſcholaſticis libri, quod Accurſius tradit: nec enim huiuſmodi inſtrumenta in obligatione generali comprænduntur, nec in his Seruiana locum ſibi vendicat [q]. † Hincque argumentum accipitur, quo- 12
ties priuilegium quis habet ne condemnetur, niſi quatenus facere poſsit, debere ita fieri deductionem ne egeat, relinquendumque ei eſſe, vnde ſecundum dignitatem ſuam, honeſtè cùm familia ſua viuere poſsit, quod plerique viſum eſt [r]: poterunt tamen, quæ ad mollitiem pompámve pertinent, omnia auferri, vt mulæ inſtratæ, quæ vrbem perambulandi cauſa ſolùm habentur ſerica veſtis, tapetia, idque genus ſimilia: nec enim apud ſeueros & graues viros quiſquã minoris autoritatis eſt, quia huiuſmodi non habeat.

LEX CXXVI.

1 *Vendens rem, liberam vendere debet, vel admonere emptorem.*
2 *Quid obtineat ſi venditor dicat, ſe fundum, vti optim. maximuſq; eſt, vendere.*
3 *Clauſula Notariorum, pro dato & facto ſuo.*
4 *Et quid operetur hæc clauſula, ſi in contractu apponatur.*
5 *Subſequens clauſula præcedentem generalem reſtringit.*
6 *Quibus caſibus hoc non procedat.*
7 *Ex ſcripturæ proximitate rationis mentiſq; coniectura ſumitur.*

SI CVM FVNDVM.) † Cum quis rem vendit, liberam vendere tenetur, vel emptorem 1
admonere

a l. fidei. §. hæc verba. de leg. 3.
b l. 3. §. ſi quis ſic accep. de ſtatulib.
c gl. l. §. de ann. leg.
d gl. c. j. de reg. iur. in 6.
e c. literas. de reſti. ſpol.
f c. quando. de præſu.
g l. obligari. de aut. tut.
h §. alteri. Inſti. de inutil. ſtip.
i l. ueteribꝰ. de pac.
k l. quicquid. de uerb. oblig.
l l. nõ aliter. de leg. iij.
m l. cum auus de cond.
n l. tale. in fi. de pac.
o l. Labeo. de ſup. leg.
p l. quidam. de hæred. inſt.
q Iaſ. §. itẽ Seruia. Inſt. de act.
r Aret. conſ. 17. pen. col.



2 admonere: † quod ſi ſe vti optimus maximuſq; eſt, fundum vendere dixerit, fit huiuſmodi verborum ea interpretatio, vt ab omnibus ſeruitutibus liberum tradere videatur: ſed ſi ſubdiderit clauſulam illam, quæ in pleriſque inſtrumentis ſolet apponi, videlicet, Ius fundi deterius per dominum factum non eſſe præcedentia ſecundum hanc declarantur, generaliſque clauſula à ſubſequẽti declarationem accipit. Cùm enim conſtet hoc actum, vt ius fundi diminutũ non ſit, ſi tradatur vti optimus maximꝰ eſt fundus, fit relatio ad id quod actũ eſt: dictio enim, vti, ad aliud relatiua eſt, non ex ſe diſpoſitiua [a].
3 a ¶ Ius fundi.) † Clauſula hæc eadẽ eſt cum ea, quam tabelliones barbarè, pro dato & facto ſuo tantum
4 appellant: † quam ſi venditor in contractu appoſuit, nihilominus ſucceſſori quoque ſui factum promiſiſſe videbitur: cenſetur enim is eadẽ perſona: qua ratione ſi res ex facto quoque autoris ſui euincatur, venditor obligatus erit [b]: videtur enim ſolùm euictio, quæ ab extraneis fieret, excepta [c]. Quapropter & ſi ex facto autoris ſingularis euincatur venditor non tenebitur: is enim venditori extraneus cenſetur, cùm in eum perſonales actiones non tranſierint [d].

b ¶ Non eſſe per dominum.) Concepit Iuriſconſultus verba clauſulæ in tertiam perſonam, alioqui venditor ſolet dicere, ius deterius per ſe factum non eſſe.

c ¶ Præſtabitur.) Alij codices, id pręſtabitur, & caſtigatius.

5 d ¶ Poſterior) † Subſequens ergo clauſula pręcedentem generalem reſtringit: quod verum eſt quoties præcedens ad ſequentem ſe refert [e], vt in hoc reſponſo, vel aliàs ambigua incertaq; eſt. idem ſi vtraque clauſula ab eodem verbo regimen determinationemque accipiat [f]. Sed & ne poſterior ſpecialis diſpoſitio fruſtra adiiceretur,
6 præcedãtem generalẽ arctari dixit Bal. [g] † Quod tamen non omnino verum eſt, attendimuſque in vniuerſum rei geſtæ rationem, à qua dubium non eſt, quamlibet diſpoſitionem regulari, vt vbi ceſſet ratio, & diſpoſitio quoque ceſſet: ceſſare autem non dicetur, ſi aliquo modo applicari negotio poſsit. Ecce, Lex Iulia quò facilius per quæſtionem explicari de adulterio dominæ poſsit, vetuit intra certum diem ſeruo manumitti, an de eo quoque ſeruo intelligemus, qui abſens fuit? Et receptũ eſt, hunc etiam contineri [h]: non enim omnino ratio ceſſat, cùm is de priori vita atteſtari poſsit: vnde ſubſequentis indicia aſſumuntur [i]. Adde, quòd ſi dubitaretur, abſens an præſens fuiſſet, iudices vt libertati fauerent, potius abſentem pronuntiaſſent, exemiſſentq; quę-
7 ſtioni [k], quod præter legiſlatoris mentem acciſſet. † Sanè & illud cõſtat, ex ſcripturę proximitate ſumi plerunque rationis mentiſque coniecturam [l].

bi darem, legẽ ita dixi, vti optimus maximusq́ꝫ eſſet: & adieci, ius fundi [a] deterius factũ nõ eſſe [b] per dominũ, præſtabitur [c]: amplius eo præſtabitur nihil, etiã ſi prior pars, qua ſcriptũ eſt: vti optimus maximus'qꝫ ſit, liberũ eſſe ſignificat: eo'qꝫ ſi poſterior [d] pars adiecta non eſſet, liberũ præſtare deberem: tamẽ inferiore parte ſatis me liberatum puto, q̊d ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non eſſe.

LEX CXXVII.

CALLISTRATVS LIB. 4. DE COGNITIONIBVS.

VEſtis [e] appellatione tam virilis, quàm muliebris, & ſcenica, etiã ſi tragœdica, aut citharœdica ſit [f], continetur.

L. 127. **Veſtis.**

LEX CXXVII.

1 *Veſtimentorum varia genera. & nũ. 5.*
2 *Veſtis vnde deriuatur.*
3 *De veſtibus tragicis & comicis.*
4 *Thymelici, tibicines qui.*

VESTIS.) e ¶ † Veſtimentorũ alia virilia, alia muliebria, alia communia viris mulieribuſque ſunt: ea igitur oĩa veſtis ap- 1
pellatione continẽtur. † Sumpta autem videtur hæc vox à græco ſermone ἐσθὴς. Addit Iuriſconſultus etiam ſcenicas, tra- 2
gœdicas, comœdicaſque contineri. Solebant em̃ in ſcena vſui eſſe pleraq; indumenta, quæ à choragis aſſumebantur, quęque præbenda ędiles locabant, vt eſt apud Plaut. in Perſa. De huiſmodi veſtimentis non pauca prodidit Iul. Pollux Onomaſticon lib. IIII. † vbi tragicas veſtes his deo- 3
rum hæroumque perſonis aptas refert, quæ repræſentabantur: ſicut & comicas, quales in ſeruis palliolũ album, coquis duplum & rude, aniculis veſtis gilua, vel cœleſtis coloris, iuuenib. byſsina, lenonibus tunica florida, & circumplexa, paraſitis nigra vel fuſca, ruſticis pellis caprina, adoleſcentibus purpurea.

f ¶ Citharœdica.) Suas citharœdis veſtes, ſuaſq; itẽ aulœdis tragœdiſq; fuiſſe, Lucianus in Cynico oſtendit. Intelligi autem hinc poteſt, thymelicorum ornamenta, à cæterorum indumentis diuerſa extitiſſe. † Thymelici verò ſunt fidicines 4
citchariſtæ, lyriſtæ. Tibicines, qui in orcheſtra actiones ſuas peregabant, ſicut hiſtriones in ſcena, vt M. Vitruuius eſt autor. †, Quamuis igitur 5
hæc indumenta certis ſolùm actibus vſui ſunt, veſtium tamen appellatione continentur. Quapropter cùm hodie ſub veris initio, ex antiquorũ conſuetudine, cuius hiſtoriæ libro primo Herodianus meminit, ſoleãt iuuenes perſonati choreas & ludicra exercere, legatis veſtibus, de eis quoque intelligetur, quæ in eum vſum paratæ ſunt, ſiue verſicolores, ſeu virgarę, ſeu quoque alio modo ſint.

LEX CXXVIII.

1 *Spadonum varia genera.*
2 *Spadones apud veteres fuiſſe in pretio.*
3 *Quibus vnus teſtis relictus eſt generare poſſunt.*
4 *Qui dicantur Græcis* [illegible]
5.6 *Caſtrati, quaſi caſti facti: & qui dicantur caſtrati.*
7 *Lege cautum olim fuiſſe, ne pueri caſtrarentur.*
8 *Eunuchi aliqui apud veteres inſignes viri.*
9 *Spadones eunuchoſq; ad quamcũq; dignitatẽ aſſumi poſſe*
10 *Spadones vnde dicti.*
11 [illegible] *quaſi excecti.*

a l. j. uti poſſ.
d ſtipu. iſta in princ. de verb. oblig.
c Bar. l. ſi ſeruꝰ. de cond. furt.
d Crem. ſingu. 157.
e l. legatorũ. in fi. de leg. ij.
f nam q. §. fi. de pe. leg.
g Bald. l. q̃tics. C. fam. erciſc. l. quæſitum in fi. de fund. inſtru.
h l. proſpexit. § qui & à quib.
i c. mandato. de præſcr.
k l. 3. §. j. de ali. iud. mu.
l l. ſi ſeruus pl. §. ſi. de leg. j.

SPADONVM.) a ¶ † Spadonum varia ſunt genera: Caſtrati qui penitus
non arrigũt, ſiue quia naturaliter ſine
teſtibus progeniti ſunt, ſiue quia ante
pubertatem omnino exciſi. Thlaſiæ, quibus te-
ſtes fracti ſunt, θλάω
emfrango ſignificat:
hi & θλαδίαι dicũtur.
Thlibiç, qui attritos
eos habẽt, ἀπὸ τοῦ θλίβειν
Eunuchi, qui τὴν εὐ-
νὴν, id eſt, lectum
virginum cuſtodi-
unt alij quòd bo-
næ ſint mentis, εὔνοι,
& à venereis ſemo-
tç, dictos autumant:
his enim non ſolùm

## LEX CXXVIII.

VLPIANVS *libro* 1. *ad Legem Iuliam et Papiam.*

SPadonũ a generalis appellatio eſt, quo nomine tam hi qui natura b ſpadones ſunt, itẽ thlibiæ thlaſiæq́; ſed & ſi q̃d aliud genus ſpadonum eſt, continetur.

## LEX CXXIX.

PAVL. LIB. 2. AD LEGEM IVLI. ET PAPI.

QVi mortui c naſcuntur, neque

teſtes, ſed & totus coles ipſe ſolebat amputari.
Lucianus in Pamphilo hoc diſtare eunuchos à
ſpadonibus ait, quòd Eunuchi ab ipſo ſtatim or-
tu execti, nihil virile vnquam experiri potuerũt,
quo ſenſu videntur hi Græcis eſſe Eunuchi, qui
apud Latinos ſunt caſtrati. Sunt & qui aliqua æ-
gritudine teſtium vſum amiſerunt: ſunt qui vno
tantùm teſte nati ſunt: ſunt & quibus cùm vterq;
adeſſet, altero execti ſunt. Caſtrari quoq; mulie-
res in Lydia repertum eſt: has autem omnes ſpe
cies ſpadonis appellatione compræhendi, Iuriſ-
2 conſultus hîc tradit. † Erant planè apud veteres
in pretio hi ſpadones, habebanturq́; pueri in de
litiis, vt Bagoi regibus Perſarum Ligdus Druſo,
Sporus Neroni: quod & in Aſia hodie frequẽta-
tur. Sed & mulierib. quoque ſubſeruiebant, quæ
iniri volebant, non parere, quod Satyra VI. Iuue-
nalis conqueritur: nec enim rei venereæ ſpado-
3 nes omnes abſtinentes ſunt: † nam quibus vnus
teſtis relictus eſt, etiam generant a: ſed & qui pu-
beres execti ſunt, & hepate ſunt feruentiore, va-
ſaque genitalia capaciora poſſident, hi coeunt,
4 licèt non generent, † vocanturque Græcis ἡμιτε-
λεῖς ἄνορχοι. Qui igitur coire queunt, hi & vxorem
ducere poſſunt b, & adoptare c, & pohumum d
5 inſtituere: at qui non poſſunt, † hi caſtrati, id eſt,
caſti facti dicuntur, qui cùm non arrigant, nec du
cere vxorem, nec adoptare queũt. Accurſius &
6 eum ſequuti cæteri recẽtiores, † caſtratos ſolùm
intelligunt, qui naturaliter ſine teſtibus ſunt: vn-
de & vulgatum extat carmen:

*Caſtrato natura facit, violenta ſpadones*
*Improbitas, amor Eunuchos, & fœda libido.*

Sed ex Latinis autoribus apertiſsimè oſtẽditur,
etiam caſtratos dici, quibus ferro diminuta ſunt
virilia e: vnde rectius eſt caſtratos interpretari ca
ſtos, ſiue natura non arrigant, ſiue quia omnino
ſpadones ſint. Habenturque hi pro vitioſis f, &
7 in his locus eſt redhibitioni. † Sanè vetuit Do-
mitianus Imp. edicto, ne pueri caſtrarentur g: q̧
& Conſtantij lege eſt cautum: eſtq́; inde publi-
cum iudicium ex lege Cornelia conſtitutum, q̧
& in his, qui Thlibias faciunt, locum ſibi vendi-
cat h, ſiue libidinis, ſiue commercij cauſa factum
8 proponatur. † Fuere autem apud veteres Eunu-
chi aliqui inſignes viri, vt Phauorinus philoſo-
phus Arelatẽſis, quæ vrbs eſt iuxta Eridanum, vt
eſt apud Philoſtratum. Sed Opianus ἁλιευτικῶν lib.
IIII. oſtendit, Eridanum à Græcis quoque dici,
qui apud nos Rhodanus eſt. Narſes quoque Iuſti
niani dux, qui Gothos Italia expulit, ſpado fuit.
Celebrat & Ammianus Marcellinus libro XVI.

a l. Pomp. in fi. de ædil. edict.
b l. ſi ſerua. in fi. de iur. dot.
c §. ſed & illud. Inſti. de adopt.
d l. vj. §. de lib. & poſthum.
e l. ſi ſeruus. §. & ſi puerum. §. ad l. Aquil.
f d. l. Pomp. & l. ſeq.
g l. j. C. de eunuch.
h l. iiij. iiij. v. de ſicar.

Enterium cubiculo Conſtantij Cæſaris præpoſi-
tum, qui ſicut inter vepres roſæ naſcuntur, & in-
ter feras nonnullæ miteſcunt, ita ipſe inter ſpa-
dones recti exempli fuit. † Quapropter poſſe ſpa 9
dones eunuchoſque ad quamcumque dignita-
tem aſſumi non du-
bitauerim, tametſi
Lucianus tempore
ſuo, an ad doctoris
officium deligi poſ-
ſent, dubitatum tra-
dat, & propter iudi-
cum varias ſenten-
tias rem ampliatã.
Sed & Suidas iratũ
Theodoſium Antio
cho præpoſito, ſcri-
bit edictũ protuliſ-
ſe, ne inter patritios eſſent eunuchi.
b ¶ Natura.) Cùm his diuulſi teſtes non
ſint, videbatur ſpadonis nomen non conueni-
re: † deducitur enim hæc vox παρὰ τοῦ ἀποσπᾶσθαι, 10
id eſt, ab euellendo, vt eſt in etymologico ma-
gno: † qua ratione & ἐκτομίαι appellãtur, quaſi exe- 11
ctos dicas, ſicque eos Paulus Aeginera lib. VI. ap
pellat: quibus verò colliſi ſunt, eunuchos. Infan-
tes enim, inquit, pelui inſidere faciunt, & flac-
ceſcentibus ob calidæ aquæ calorem corpuſcu-
lis, digitis teſticulos collidunt, quoad euaneſcãt,
nec contrectari amplius poſsint.

## LEX CXXIX.

1 *Qui mortui naſcuntur, nunquam nati videntur, nec teſtamentum eorum præteritione rumpitur. & num. 4.*
2 *Quid ſi viui quidem nati ſint, ſed non vitales?*
3 *Abortiui præteriti teſtamentum non rumpunt.*
5 *Quid ſi hærdes abortiuum, mater vitalem natum fuiſſe dicant?*
6 *Octauo menſe natus, ſecundum naturam viuere non poteſt.*
7 *Mortui nati pro viuis, habentur in fauorem matris.*

QVI MORTVI.) c ¶ † Eos qui 1
mortui naſcuntur, non videri vn-
quam natos conſtat, & ideo teſta-
mentum eorum præteritione non
rumpi certum eſt. Sed illud eſt du-
bium: † quid ſi viui nati ſunt, eiuſmodi tamen vt 2
ſecundum naturam viuere non poſſent, vt ſi an-
te ſeptimum menſem i? Et crebrius receptũ eſt
non rumpere, † quoniam lex abortiuos præteri 3
tos non rumpere teſtamentum ait: nec dubium
eſt, quin arbortiui dicantur k, tametſi viui nati
ſint: nam & conſtat huiuſmodi filios non eſſe
perfectos l, qui tamen, vt rumpant, perfectè de-
buerint naſci m, & ad orbem deuolui. † Sed quid 4
ſi legitimo tempore infans natus eſt, ſed ante-
quã omnino de ventre extraheret, putà cùm pe-
de adhuc retineret, extinctus eſt? Et idẽ eſſe re-
ceptum eſt: non enim perfectè natus eſt, niſi inci
ſo aliquo membro viuus extractus eſſet n: perfe-
ctus enim dicitur, ſicut & vir manu amputata,
non ideo manus perfectam hominis ſubſtantiã
in ſe habet o. † Quid ſi mater legitimo tempo- 5
re editum contendat, & hæredes teſtamento
inſtituti abortiuum dicant? Et non arbitror
matri credendum, niſi ex medicorum obſte-
tricumque ſententia p. † Sanè qui octauo men- 6
ſe naſcitur, ſecundum naturam viuere non po-
teſt,

i in l. quod dicitur. §. de lib. & poſthum.
k l. vxoris. C. de poſth. hæred.
l Soc in l cum auus. in fin. de cond. & demõ.
m l 3. C. de poſt hu. hæred.
n d. l. iij.
o d. l. q̧ dicitur.
p Bar. l. Gallo. in prin. de lib. et poſth.



teſt, idque medicinæ autoribus receptiſsimum
eſt: hoc autẽ in tractatu ex curſu lunæ conſide-
randi videntur menſes, non autem habito re-
ſpectu anni quem Cæſar ordinauit: nõ. n. de eo
Hippocrates cçterique antiquiſsimi medici di-
uinare potuerunt.
7 a ¶ Liberi.) †
Non procedit ta-
men hoc cum con-
ditio fauorem ma-
tris reſpicit, veluti
in illa, Arethuſa, ſi
liberos pepererit,
libera eſto: cùm e-
nim etiam ſi mon-
ſtrũ enixa ſit, liber-
tatem conſequatur,
quia non eſt quod
ſibi imputetur a. Idem cenſendum ſi mortuũ, vel
debilem, vel imperfectum pariat.

a l. quæreret. j. eod.

nati neque procreati uidenẽt: quia nunquam liberi a appellari potuerunt.

## LEX CXXX

VLPIANVS *libro* 11. *ad legem iuliam papiam*

LEge obuẽire hereditatem, non impropriè quis dixerit, etiam eam, quæ ex teſtamento defertur: q̧a ex lege XII. tabularũ teſtamentariç hæreditates cõ firmantur.

## LEX CXXX.

1 *Legitima hæreditas eſt quæ ab inteſtato defertur.*
2 *Quid de ea, quæ ex teſtamento defertur.*
3 *Iuſta hæreditas quæ.*
4 *Nomen, iuſtus, emphaſim habet, quod exemplis oſtẽditur.*
5 *Qui ſibi & ſuis legitimis hæredibus ſtipulatur, an ad extraneos trahi poßit.*
6 *In contractibus ſtipulans ſibi & ſuis hæredibus legitimis, non cenſetur agnatis ſtipulatus.*
7 *Confirmans dare videtur, quando hoc procedat.*
8 *Confirmatio irriti priuilegij non prodeſt à principe emanata, niſi ex certa eius ſcientia facta ſit.*

LEGE obuenire.) a ¶ † Legitima
1 hæreditas propriè dicitur, quæ ab
inteſtato defertur b: quoniam eam
lex ipſa abſque hominis defert. †
2 Sed & quç ex teſtamẽto defertur,
legitima quoque non impropriè, latiore tamen
ſenſu dicetur: ea enim à lege XII. tabul. confir-
matur, dum illa conſtitutum eſt, vti quis rei ſuæ
3 legaſſet, ita ius eſſe c. † Eſt & iuſta hæreditas,
quæ iure ſanguinis gentilitatiſque defertur d:
ea enim omni æquitate ſuggerẽte, & omni iure,
tam naturali, quàm ciuili debita eſt, & ideo iu-
4 ſta dicitur: † quoniam id nomen emphaſim quã-
dam habet, quale apud Græcos ἀκριβὲς vel ἐνδύ-
μενον. Inde dicimus teſtamentum e eſſe iuſtam
ſententiam, id eſt, perquàm ſolennem & ple-
nam: iuſtos liberos f, ex vera vxore genitos: iu-
ſtam vxorem g, omni legum perfecta ſolennita-
te ductam: iuſtum pactum, quod vulgò veſtitũ
dicimus h, & ſtipulatione roboratum: iuſtum
amorem, apud Tibullum, immenſum, & om-
nes Cupidinis vires complectentem: iuſtum
prælium, Liuio magnum, & ſtataria pugna cer-
tatũ. Sic & Apuleius in Apologia ſecunda: Scie-
bat, inquit, inteſtati pueri legitimum magis
quàm iuſtum hæredem ſe futurum: quod & Pa-
radoxorum libro IIII. latius proſequutus ſum.
Igitur ſi de iuſta hæreditate qualiſcunque diſpo
ſitio mentionem faciat, de ea intelligemus,
quæ ab inteſtato defertur. Si uerò de legitima
dictum ſit, vtranque contineri ex ui verborum
conſtat. † Et ideo qui ſibi & hæredibus ſuis legi-
5 timis ſtipulatur, etiam de his ſenſiſſe videtur qui
tametſi extranei, teſtamento hæredes inſtituti
fuerint: licet Alexandro i aliter viſum ſit, cuius

b l. j. de ſuis & leg.
c l. verbis. §. eo.
d l. 3. §. pro ſoc.
e l. j. de teſt
f l. cum qui. C. de nat. lib.
g l. ſi vxor. de adult.
h l. Stichum. §. naturalis. de ſolut.
i Alex. conſ. 56. in ij.

ſententia vera non eſt, niſi ex ſubiecto argumen-
to hoc perſuadeatur, vt ſi quis in regno Titium
& eius legitimam ſucceſsionem inſtituat k: acci-
pietur enim de filijs primogenitis hæredibus,
quoniam natura ſucceſsionis huiuſmodi hoc
indicat. Idem ſi te-
ſtator veriſimiliter
aliquo modo affici-
tur hçredis ſui agna
tis, quos prima ſpes
ſucceſsionis attin-
git: his enim verbis
de huiuſmodi pro-
pinquis intellexiſſe
videtur l. Quãpro-
pter filio inſtituto, ſi
ſine liberis deceſsiſ-
ſet, cum Titius pa-
ter bona ſua ſe fratri & illius hæredibus legiti-
mis maſculis relinquere dixiſſet, & poſt con-
ditionis euentum is teſtatoris frater hærede ex-
traneo inſtituto deceſsiſſet, reſpondi ad fidei-
commiſſum agnatos, qui eiuſdem cum Titio fa-
miliæ erant, videri vocatos: verborum enim
proprietas, & ſuæ gentis affectio, hanc in ſen-
tentiam me trahebant. nec mouebar, quòd à
ſubſtituto extranei, non autem legitimi, id eſt,
agnati, eſſent inſtituti: † quia licet in contracti- 6
bus ſtipulans ſibi & ſuis hæredibus legitimis,
non cenſeatur agnatis ſtipulatus, niſi ſint hære-
des, quia non eſt veriſimile velle aliquem alteri
quàm hæredi ſtipulari, in præſenti tamen fidei-
commiſſo aliud eſſet dicendum, ex Titij volun-
tate, quem non eſt veriſimile voluiſſe in bonis
ſuis fideicommiſſum facere eluſorium, & cuius
uires ex grauati voluntate penderent, vt ſi alios
quàm legitimos inſtitueret: onus fideicommiſ-
ſi extingueretur. Illud non diffiteor, quoties te-
ſtator ipſe & tabellio ignari & idiotç probaren-
tur, ex vulgari uſu illa verba de filijs accipi, non
de agnatis.
b ¶ Confirmantur.) † Qui ergo confirmat, 7
dare videtur. In quo tractatu ſic cenſeo di-
ſtinguendum, vt ante omnia penſemus, con-
firmantis intentio qualis fuerit. Si ẽm actus qui
fit, ſubſtantiam à mera confirmantis voluntate
ſumit, confirmans actum nullum dare dicitur m.
Idem ſi actus ſit validus, ſed tamẽ confirmãs hoc
ègit, vt nouum actũ induceret n. At ſi ex ſola vo-
luntate confirmantis negotium non pendeat,
qui cõfirmat nõ dat: vt cùm hæres centũ, quç au-
tor ſuus Titio legauerat, rurſus ipſe legat o. Sed
& prætor qui alienationem pupilli confirmat,
alienare ipſe nõ videt, quoniã natura huius cõ-
ſenſus hanc interpretationem nõ admittit p, nec
id actum eſt. Quòd ſi Præfectus præt. defenſorẽ
à popularibus electũ confirmat q, dare videbitur:
principale enim robur eius actus à Prefecto ini-
tium ſumpſit, cùm magiſtratum ſibi eligere, &
iuriſdictionem conferre, ſoli priuati nequeant. †
8 Illud annotandũ eſt, cõfirmationem irriti priui
legij à principe emanatam non prodeſſe, niſi ex
certa eius ſcientia facta ſit, quæ tunc præſumi-
tur, cùm cauſa cognita confirmatio impetrata,
vel ſerie libelli totus tenor declaratus, vel ge-
minata iuſsio ſubſequuta ſit. Idẽ ſi ex certa ſciẽ-
tia ſe hoc facere princeps atteſtet, vel çquè pol-
lentibus verbis vtatur: quamuis ſi probet prin-
cipi obreptum fuiſſe, nihilominus confirmatio
nullius effectus eſt, vt pleriq; omnes credidere r,

L. 130.
Lege.
k Abb. conſ. 3. in iij. dub. in ij. lib.
l l. ex facto. in fi. ad Treb.
m l. adoptio. §. de adopt.
n l. quærebat. de teſt mil.
o l. unũ. §. ſi de ſ. de leg. ij.
p Bart. l. more. de iur. om. iud.
q §. decreto. in auth. de def.
r c. porrecta. de confir. vtil.

## LEX CXXXI.

1 *Fraus differt à dolo.*
3 *Fraus pro pœna veteribus, & pro periculo, & læſione.*
4 *Fallacia, calliditas, machinatio, differunt.*
5 *Sontes rariſſimè pœnas euadunt.*
6 *Inquiſitio priuſquã fiat, cõſtare oportet perpetratum eſſe crimen.*
7 *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniẽdus.*
*Quandõ hæc regula non procedat.*
9 *Filij quoque inijcientes violentas manus in principem, puniuntur.*
10 *Mulcta, quale nomen.*
11 *Mulcta ex vſu pecuniariam tantum pœnam ſignificat.*
12 *Mulcta & pœna varijs modis differunt.*
13 *Generalis delicti nomen quomodo intelligatur.*
14 *Speciale delictum, ſiue innominatum.*
15 *Mulcta olim ex pecude pendebatur.*
16 *Mulcta quomodo ex arbitrio eius veniat, qui eam dicit.*
17 *Certari mulcta quid.*
18 *Quandoq; certa pœna eſt, & mulcta dicitur.*
19 *Vbi à iure nõ eſt conſtituta certa pœna, tunc arbitraria imponitur.*
20 *Adiudicare quid ſignificet.*
21 *Olim corpus debitoris adiudicabatur creditoribus.*
22 *Illis tantum ius mulctæ eſſe, qui imperium habent.*
23 *Delegatus iudex mulctam non indicit.*
24 *Ius mulctæ dicendæ inductum ex lege XII. tab.*
25 *Municipales magiſtratus ius dicendæ mulctæ nõ habent. & num. 22.*

### LEX CXXXI.

IDEM *lib. 3. ad Leg. Iul. & Papiam.*

Aliud eſt fraus[a], aliud pœna: fraus enim ſine pœna[b] eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt[c]. pœna eſt noxæ uindicta, fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædã præparatio. ¶ Inter mulctam [d] autem & pœnam multum intereſt: cùm pœna generale nomen ſit, & omniũ delictorũ coertio: mulcta ſpecialis [a] peccati, cuius animaduerſio hodie [b] pecuniaria eſt: pœna aũt nõ tantum pecuniaria, verũ & capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet: & mulcta quidem ex arbitrio [c] eius venit, qui mulctã dicit: pœna non irrogatur, niſi quę quacũque lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt [d]: quinimò mulcta ibi dicitur, vbi ſpecialis [e] pœna non eſt impoſita. Item mulctam is dicere poteſt, cui adiudicatio [f] data eſt: magiſtratus [g], enim ſolos & præſides prouinciarũ poſſe mulctã dicere, mandatis permiſſum eſt: pœnam aũt vnuſquiſq; irrogare poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio competit [h].

1 ALIVD eſt fraus.) a ¶ † Fraus differt à dolo, quòd dolus ſit alterius circumueniendi cauſa: fraus propriè dicitur etiam ſi decipiendi conſilium non adfuerit[a], ſed is qui deceptus eſt, à ſeipſo, vel ex euentu fraudatus eſt: vnde quatenus alter circumuentus ſit, fraus dolo ineſt[b]. Aliqui tamen ex grammaticis dolum in faciendo conſiſtere crediderunt, fraudẽ in verbis, argumẽto græci ſermonis φράζειν, quod
2 eſt loqui. † Dixere etiam veteres fraudem pro pœna[c]: quos & Vergil. imitatus eſt Aeneid. XI.

*Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria fraudem.*

3 † Dixere & pro periculo, & ita in iure legi atteſtatur Seruius, vt cũ dicimus, ne ea res fraudi ſit. Hinc & Verg. Quis deus in fraudem egit? Accipitur & pro læſione, vt apud Horat. in carmine ſeculari:

*Iuuit ardentem ſine fraude Troiam.*

4 quod Acron interpretatur. † Differunt autem fallacia, calliditas, machinatio, impoſtura, videnturque fraudis ſpecies eſſe. Fallaciã loquẽdo committi, calliditatem tacendo, Accurſius[d] exiſtimauit. Ego fallaciam ſimulationi annexã arbitror, calliditatẽ ad ingenium referri, machinationẽ ex præcogitata aliqua inuentione, manuq; & arte confici, ἀπὸ τῆς μηχανῆς, vnde & techna dicitur, ἀπὸ τῆς τέχνης impoſtura ab impoſtoribus, id eſt, deceptoribus,[e] quos etiam planos vocant, nomen ſumpſit: ductaque videtur metaphora ab his, qui operimentum rei imponunt, vt vitium tegant.

a l. fraudis. ff. tit. j.
b l. iuris gentiũ. § ſed ſi. ff. de pact.
c l. cum autem. §. excipitur. de ædil. edict.
d d. l. iuris gẽt.
e l. j. §. j. de var. cog.

b ¶ Sine pœna.) Vt quia fraus eiuſmodi ſit, quæ pœnam non mereatur: vel etiam, quia delictum tametſi graue probari nequiuerit[f]. † Sciant tamen ſontes rariſſimè accidere, vt pœnas 5
euadant: quandoquidem vt græco verſiculo admonemur,

*ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.*
*Eſt iuſtitiæ oculus, qui vbique conſpicit.*

c ¶ Non poteſt.) † Quapropter antequam inquirere iudex incipiat, cõſtare prius perpetratũ fuiſſe crimen oportet: tum enim quærendum deinde eſt, quis perpetrauerit. Sanè huic dicto conformis eſt iuris 6
regula[g], † Sine culpa, niſi ſubſit cauſa nõ eſt aliquis puniendus †. Quod tamen non procedit, cum in conſequentiam quis punitur, vt in eo q ſeruum noxæ cauſa dat. Sed & fauore publico etiam quandoque receptum eſt, vt vbi fraus non fuerit, pœna ſit: veluti cùm ex Senatuſconſulto ſumebatur ſupplicium de ſeruis omnibus, qui ſub eodem tecto fuerant, cùm dominus à ſeruo occiſus eſſet[h]: quamuis enim aliqui in eis inſontes eſſe potuiſſent, tamen atrocitate pœnę ſecuritati domuum conſulendum fuit, quod eleganter C. Caſsius apud Tacitũ lib. XIIII. diſſeruit, vbi, Nã & ex fuſo (inquit) exercitur, cùm decimus quiſque fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur: habet aliquid ex iniquo omne magnũ exemplum, quod contra ſingulos vtilitate publica rependitur. † Qua ratione introductum 7 8 9
arbitror, cùm quis in principem violentas manus infert[i], etiam filios puniri: veriſimile eſt pleroſque fore qui vel liberorum ſuorum charitate ab huiuſmodi conſilijs abſtineant.

f l. abſentem. de pœn.
g l. j. §. item. ad Syllan.
h l. j. ad Syllan.
i l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma.

d ¶ §. INTER MVLCTAM.) † Mulcta 10
Oſcum verbum eſt, quo pœna ſignificatur, licet Grammatici quidam à mulcendo per antiphraſim dictam putent: vnde mulctare verbum condemnare eſt & punire: ſic Plautus mulctare matrimonio: Terentius. & Vergil. Aenid. libro XI. mulctare morte: Tranquillus, mulctare gentilitijs hæreditatibus: Cor. Tacitus, mulctare verberibus, dixerunt. † Ex vſu tamen anguſtiore 11
ſignificatione vox hæc pro pecuniaria tantũ pœna, recepta eſt: † ſicque variæ differentiæ in- 12
troductæ ſunt, q; pœna quælibet coercitio eſt, mulcta ſolius pecuniæ: quòd pœna certa eſt, legeque expreſſa, mulcta ab ius dicentis arbitrio pendet: quod pœna à quocunque iudice infligi poteſt, cui criminis executio demandata ſit, mulcta ab ordinarijs tantummodo, hiſque qui pro tribunali ſedent: quod mulcta fiſco datur[k], pœna etiam parti applicari poteſt: quod mulcta infamiam non irrogat[l], pœna quandoque irrogat: quod à pœna irrogatione, cùm quis criminis conuictus eſt, prouocatio non eſt[m]: at mulctæ indictio per iudicem appellationis reuocari poteſt: ſed & ſi vltra modum à lege conſtitutum Præſes prouinciæ mulctam dicat, ipſo iure reſciſſum eſt: ſi pœnã, appellatione opus eſt[n]: is quoque qui mulctam dixit, officio ſuo functus non eſt, & ideo eam reuocare poteſt[o]: at qui pœnam conſtituit, amplius ea de re non aditur. Sunt autem pœnæ per leges & S. conſulta certis delictis conſtitutæ, mulcta ſpecialibus quibuſdã:

k l. penul. C. de mod. mul.
l l. j. C. eod.
m l. ſi qua. ff. eo.
n l. certa. C. quando prouõ.
o l. illicitas. in fi. de off. Præſ.



quibuſdam: vt cùm quis in ius vocatus iudicem negligit[a]: cõtumaciæ enim infligitur. Pli. epiſt. lib. IIII. Licinius Nepos prætor acer & fortis mulctam etiam dixit ſenatori, qui ad iudicandum non venerat: egit ille in ſenatu cauſam ſuam, egit autẽ ſic, vt deprecaretur: remiſſa eſt mulcta, ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus venia fuit.

a l. j. §. ſi quis in ius voc.

a ¶ Specialis.) †
13 Generalis delicti nomẽ intelligit Iuriſconſultus illud, quod certa appellatione plurima eiuſdem naturæ crimina complecti poteſt, vt furtum, homicidium, falſum[b]: quod & Doctores noſtri nominatum
14 delictũ appellant. † Speciale verò delictum videtur, quod innominatum dicunt, vt cùm quis in ius vocatus non paret[c], cùm temerè appellat, cùm ius dicentem contemnit, cùm in munere ſibi impoſito per deſidiam quis ceſſat[d]: eiuſmodi enim facta pluribus verbis ſpecialiter deſignantur, non vno generali.

b l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn.
c l. ij. C. de epiſc aud.
d l. ij. C. de ſpor.

15 b ¶ Hodie.) † Olim enim ex pecude mulcta pendebatur, maximaque erat XXX. boum, & duarum ouium: minima, vnius ouis: deinde in pecunia cœptum eſt mulctari, & bos centuſſe, ouis decuſſe æſtimata eſt. mentio huius rei eſt A. Gellio, & Sex. Pompeio. quod è legibus Solonis deſumptum eſt, vt apud Plutarchum. l. in Solone tractatum ſcio.

16 c ¶ Ex arbitrio.) † Siue quia arbitrarium ei ſit, quam mulctam dicat, dum legitimum modum non excedat, qui hodie in Pręſidibus prouinciarum vſque ad duas auri vncias eſt, in Procõſulibus ſex, idemque Præfectis Agypti[e]: at in alijs ſpectabilibus vſque ad tres: ſiue quia poſtquam dicta eſt mulcta, adhuc in arbitrio iudicis eſt eam remittere[f]. Olim ex lege XII. tabul. prouocabatur ad populum, † dicebaturque cer-
17 tari mulcta, cùm petebatur eius remiſsio, vel modus: quod ex T. Liuio lib. XXV. & M. Cicerone in Philippica XI. cognoſcere in promptu eſt.

e l. eos. C. de mo. mul.
f d. l. illicitas. §. fin.

18 d ¶ Impoſita.) † Quandoque tamen certa pœna eſt, & mulcta appellatur, vt in eo qui X. HS. argenti punitur[g], quia temerè appellauit. Sed hoc caſu mulcta impropriè dicitur, vt quidam ſentiunt: vel quod eſt verius, cùm prius huic delicto certa pœna conſtituta non eſſet, propriè dicebatur mulcta: vnde quamuis certitudo vltionis addita ſit, antiquum nomen tamen ſeruauit.

g l. ij. C. de epi. aud.

e ¶ Specialis.) Intelligendum eſt, cùm pœna
19 pecuniaria infligitur: † alioquin vbicunque à iure determinatum non eſt, quę pœna delinquenti conſtituenda ſit, arbitrarium iudici eſt, nec huiuſmodi pœna ideo mulcta dicitur[h].

h l. j. §. quib. de effract.

20 f ¶ Adiudicatio.) † Adiudicare eſt iudicio peracto rem controuerſam actori addicere.
† Olim ex lege XII. tab. ſi debitor ſoluendo nõ erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, quibus fas erat membra artuſque partiendi, qd deinde tacito conſenſu abrogatum eſt, cœptũque eſt pecunia trãſigi, & bona ipſa, non corpus adiudicari: quod apud A. Gellium lib. XX. Cæcilius Iuriſconſultus eleganter diſputat. † Cùm ergo adiudicatio merum mixtumq; imperiũ reſpiciat[i], ſequitur hîc probari, eis tantummodo ius mulctæ eſſe, qui imperium habeant: quod & alibi proditum eſt[k]. Quapropter inde conſequens eſt, vt defenſores ciuitatum[l], magiſtratusq; municipales, item duumuiri[m] (hi ſunt ipſius ordinis duo præfecti) mulctam dicere nequeant, licet aduerſus contumaces alijs remedijs vti eis permiſſum ſit. † Sed 23
& eos, quibus mandata eſt iuriſdictio, mulctam nemini irrogare poſſe conſtat, niſi is ſit delegatus principis: & ita frequentius proditum eſt[n].

L. 13. Aliud fraus eſt.
21
22
i l. iubere. ff. de iuriſd. om iud.
k l ij. in fin. de iud.
l l. ij. C. de def. ciuit.
m l. j. ſi quis in ius vocat. dicem.
n cle. de cauſ. de offic. del.

g ¶ Magiſtratus.) † Ius mulctæ dicendæ ex 24
lege XII. tabul. introductum eſt, & ſolis magiſtratibus populi Romani conceſſum. eius verba ſunt: Iuſta imperia ſunto, ijſque ciues modeſtè àc ſine recuſatione parento. Magiſtratus nec obedientem & nocuum ciuem, mulcta, vinculis, verberibúſue coercento: ni par maiorúe poteſtas, populusq; prohibeſsit, ad quos prouocatio eſto. Cum magiſtratus iudicaſsit, irrogaſsitúe, per populum mulctæ certatio eſto. Referuntur hæc à M. Tullio lib. de legibus III. † Cùm 25
ergo id ius à XII. tabul. magiſtratibus conceſſum ſit, nõ poteſt de muncipalib. intelligi, quibus lex XII. tabul. ſcripta non eſt, & qui non ſimpliciter magiſtratus, ſed cùm additamento, municipales dicuntur. Præſidibus verò prouinciarum id ius competit: quia mandatis, quæ ſolent Imperatores legatis ſuis, cùm eos in prouincias deſtinant, dare, hoc permittitur.

n §. & audiens. de defen. ciui.

h ¶ Competit.) Vnde & defenſores ciuitatis leuium criminum cognitionem habent[o], & quos ſontes reperiunt, pœnis afficiunt.

## LEX CXXXII.

1 *Anniculus infans, ſiue vniennis quis.*
2 *Legislatori de conſuetudine atteſtanti creditor.*
*Ibid.* *Quid in doctore?*
3.4 *Aliud eſſe, decimo Calendas, aliud decimo die Calendarum, contra Paulum Iuriſconſultum.*
5 *Quibus modis defendatur hoc Pauli reſponſum à Doctoribus.*
6 *Non Alciati declaratio ad hoc reſponſum.*
7 *Alia noua Alciati expoſitio ad hanc legem.*
8 *Non aduerſari teſtes, quorum aliqui ante bellum, aliqui*

*poſt belllum rem geſtam dicunt.*
9 *Ante ad initium: poſt, ad finem refertur.*
10 *Verbum, parere.*

1 ANNICVLVS.) † Anniculus infans dicitē anniculus, quem quidam vniennem vocāt, exemplo græci ſermonis ἐνιαυσιαῖος: diciturque hoc nomine, qui extremum anni diem attigit, tametſi integrum eum non vixerit: comprobatq; id Paulus ex cōſuetudine ſermonis, q̊d mirū eſt in hac vo-
2 ce, præſertim repertu rara, † verùm legislatori de conſuetudine atteſtanti credi par eſt. Sed an cuilibet doctori egregio? & Bartolus [a] credi exiſtimauit, ſi ab eo in ſcriptis redacta ſit, cuius ſententiam probare ipſe nequeo: cùm enim ſit facti, quis plenam fidem adhibebit[b]? cùm etiam prudentiſsimos huiuſmodi prætereant, idque crebrius receptum mihi videtur.

a Bar.l.de quibus.in 4.q.prin
b Iaſ.d.l.de quibus.

## LEX CXXXII.

PAVL. *lib. 2. ad Legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus amittitur, q̄ extremo anni die moritur, & cōſuetudo loquendi id ita eſſe declarat.

A ¶ Ante diē decimū Calendarū, & poſt diē decimū Calendarū, vtroq; ſermōe vn

¶ §. ANTE DIEM.) Variè hic locus accipitur: apud veteres enim videntur non eodem ſenſu hæc verba intelligi. Nam qui promittit ante X. diem Calendarum, videtur perinde ac ſi dixiſſet, decimo Calendas: ſicut qui ante Calendas ſtipulatur, perinde eſt, ac ſi Calendis ſtipularetur [c]: nam ratio hoc ſuadet, cùm decimo Calendas compendio verborum dicatur, pro decimo die ante Calendas. † Sed tamen ipſe aliud opi-
3 nor decimo Calendas, aliud decimo die Calendarum. Cùm enim ante Calendas dicimus, ipſæ Calendæ non compræenduntur. Cicero ad Lentulum: Senatus haberi ante Calendas Februarias per legem Papiam, id quod ſcis, nō poteſt, neque menſe Februario toto, niſi perfectis, aut reiectis rogationibus. Verum in aliam ſententiam nos vrget, quod per hæc verba dies, qui eſt nono Calendas, ſignificari videtur: idque probatur Ciceronis autoritate, qui Philippica v. Ante diem, inquit, XIIII. Calen. Ian. decretis eum ueſtris concidiſtis, conſtituiſtisque, vt hæc ad vos Cal. Ian. referrentur. Rurſus Philippica vltima: Memoria tenent, mea ante diem XIIII. Calen. Ian. principem reuocandæ libertatis fuiſſe, me ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilaſſe. His autem verbis de eo die intelligebat, eſt XIII. Calend. Ian. quod oſtenditur in dicta Phlilipp. V. in principio. Cùm enim eam orationem, vti cenſuerat Senatus, Calen. Ian. haberet: Recordamini, inquit, qui dies nudiustertius decimus fuerit. Et paulò inferius: Hoc dies XII. profuerunt, vt quem nemo prætor Cotylam, &c. Idem apertius oſtendit lib. Epiſt. famil. XII. ad Cornificium: nam eius diei mentionem faciens, ad XII. Calen. (inquit) Ian. Senatus frequens mihi eſt aſſenſus. Et iterum: Ad XIII. Calend. Ian. fundamenta reipublic.
4 ieci. † Quomodo ergo Paulum hîc defendemus, penitus his cōtraria ſentientem, cùm ſignificari his verbis cenſet eum diem, qui XI. Calend. eſt? Adde quod etiam ante Calendas, & poſt, idem eſſe exiſtimat, quod falſum eſt, imò, vt apparet, apertiſsimè diſsident. Sed & Cælius Ciceroni: Dicebat, inquit, Pompeius ſe ante Calēdas Martias non poſſe ſine iniuria de prouin-

c l.qui ante. de verb.oblig.

cijs Cæſaris ſtatuere, poſt Cal. Mar. ſe non du-
5 bitaturum. † Sunt qui his difficultatibus adducti ſcripturam inuertant, & legendum exiſtiment, non poſt diem X. ſed poſt diem XII. Qui ſenſus indubitatus eſt, redditque reſponſum hoc ſuperfluū, pręterea que aduerſus veterum omnium codicum fidem fit huiuſmodi mutatio. Alij neutro ſermone legunt, nō vtroque: ſed hęc inſolentior eſt correctio, & non ſatis vera. Alij craſsiore minerua intelligunt, vt ante diem decimum Calendarum, de vndecima die actum putemus menſis lapſi, ſi retrò, & menſis inſtantis, ſi porrò computemus. Qua ratio-
B ne ante diem decimum Cal. Ian. vigeſima erit Decembris, quia ab ea ad Calendas vndecim interſunt dies, poſt diem decimum Calendarum erit vndecima Ianuarij, & hîc enim vndecim interſunt dies. Sed certè Iuriſconſultus ludere nos hoc ſenſu potius, quàm docere voluiſſe
6 videretur. † Ego dupliciter declarari id reſponſum poſſe ſentio: & in primis, ſi de die præterita loquamur, vt quia me quicquam feciſſe poſt diē decimum Calendarum dicam, id intelligi arbi-
C tror XI. Calendas eſſe factum. quòd ſi ante diem decimum dicam, intelligitur nono Calendas: ſicut apud Ciceronem, ante XIIII. diem Calend. intelligitur XIII. Cal. Et ratio ea eſt, quia in computatione præteriti, vndecima poſt decimā eſt. ſicut XIIII. ante XIII. quòd ſi de futuro verba faciam, vt quia poſt X. diem Calend. ſpondeam tibi centum, nono Cal. intelligitur: ſi ante X. diem ſpopondero, vndecimo obligabor. Vnde meritò Iuriſconſultus vtroque ſermone vndeci-
D mam diem ſignificari dixit: quod intellige diuerſis tamen caſibus. Ante decimam diē, ſignificat vndecimam, ſi de futuro loquar: poſt decimā diē, ſignificat vndecimā, ſi de præterito agatur. †
7 Altero modo poteſt etiam accipi: ſiquidem illud ſcire debemus, apud Græcos conſuetū fuiſſe, vt dierum computatio retrorſum à ſequente menſe duceretur, fiebatque vti menſis, quem tum φθίνοντα id eſt deficientē appellabant, ἀπὸ τῆς εἰκάδος, hoc eſt, à uigeſima die inciperet retrò numerari
E ad ſequentem: quod in Nubibus Ariſtophanes oſtēdit, & Homerus, τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ' ἱσταμένοιο. Eum morē & Latini ſeruauerūt, & poſt pręcedētis mēſis Idus, ſubſequētis Calendas numerare cœperūt. Quapropter quartuſdecimus Decembris dies, decimuſſeptimus eſt Calendarum Ianuarij: ſicque deinde procedimus ſextum decimum, quintumdecimum, quartum decimum, ab augmento in diminutionem vſque ad ipſum Calendarum diem computando. Si ergo ſcriptū
F ſit, poſt diem decimū Calendarū aliquid factum, vndecimo Calendas cenſetur factum: quoniam ab inſtante menſe retrò cōputando, vndecimus dies poſt decimum numeratur. quòd ſi ante diē decimū dicatur, idem ſignificari poteſt: reſpectu enim deficientis menſis, vndecimus ante decimū eſt. Et ſic diuerſis rationib. ſermo q hîc repugnās videt, idē denotare poteſt. Sanè hinc ar-
8 gumentū ſumit, † nō videri inuicem aduerſari teſtes, quorū aliqui ante bellū, aliqui poſt bellū rē geſtam dicant: cum enim hæc res tractum habeat,



beat, poterunt intelligi ante bellum perfectum [a], & poſt bellum cœptum, idque frequentius traditum eſt [b]. † Ego accepi hanc dictionem,
9 ante, ad initium, & poſt, ad finem referri, idque ex ſermonis proprietate, à qua, vt teſtes à periurio tueantur, recedere permiſſum eſt. Sed & qui ante Calendas promittit, ſolis Calendis cōuenietur [c]: antè enim dies nō venit: alioquin momenti illius ratio eſſet habenda, quod Calendarum initium anteceſsit: at in diebus momenta temporum non cōſiderari, infrà traditur [d]. Quapropter ſi tibi ſpondeam ante menſem Februarium centum aureos me daturum, initio eius menſis conueniri poterō, idque receptius eſt.

a Bar.l.ij.§.creditū.ſi cer.peta.
b l.ij.C.ne de ſtat.def.
c d.l.qui ante.

decima dies, ſignificatur. ¶ Falſum eſt eā peperiſſe, cui mortuæ filius exect⁹ eſt. t

## LEX CXXXIII.

VLPIANVS *lib. 4. ad leg. Iuliam & Papiam.*

SI quis ſic dixerit, ut intra a diē mortis eius aliquid fiat b,
B ipſe quoq; dies, quo

10 ¶ §. FALSVM.) † Parere verbum, enitentis mulieris actum ſignificat: quapropter ſi execto vtero infans ei detrahatur, peperiſſe non videt. Hincque eſt, quòd ſi Titio legauerim, ſi Arethuſa pepererit, cum conditio volūtaria ſit, execto vtero non eueniet [e]: ſi neceſſaria, ſecus eſt: vt cùm quis, ſi vxor ſua pepererit, filium inſtituit, & ſi deceſſerit, Titium: non enim reſpexiſſe modum videtur, quo filius in lucem prodeat, ſed quomodocunque natus ſit, illi conſuluiſſe: & ideo ex coniectura mentis fit interpretatio, etiam ſi conditionis verba omnino nō quadrēt: & ita Baldo Salicetoque [f] viſum eſt, quod & nos contra Iaſonis [g] ſententiam probauimus.

d l.ij.j.eod.
Bar.l. Gallus. §.& quid ſi.
f Sal.l.fin.C.de poſt.hær inſtit.
g Iaſ.l.quod dicitur. de lib.& poſth.

## LEX CXXXIII.

1 *Antiquæ præpoſitiones, in, uls, cis, poſtea additionem receperunt, vt dicitur, vltra, citra, intra.*
2 *Intra Calendas, quomodo accipiendum.*
5 *Præpoſitio, intra, accuſatiuo iūcta, etiā pro vſq; accipitur.*

1 SI QVIS SIC.) a ¶ † Apud veteres res erant præpoſitiunculæ diuerſo ſenſu, in, uls, cis: quę quoniā obſcuro ſonitu promebātur, euphoniæ cauſa additionē eandem receperūt, diciq; vltra, citra, intra, cœptum eſt: ſicque intra idē ſignificat, quod in: vnde rectè dicemus, Brigantiū intra Alpes eſt, id eſt in Alpibus ipſis:
2 ſicut Seguſium citra Alpes, Vocontij vltra. † Sic & qui, dicit ſe intra Calendas facturum, in ipſis Calēdis dicere videt, vt apud A. Gelliū lib. XII. cap. XIII. Sulpitius Apollinaris diſſeruit. Vſus tamē obtinuit, vt nō ſolū diē Calendarū, ſed omne tēpus, q citra eum diē eſt, cōtineat, qua ppter ſi libertas ſic relicta ſit: Stichus intra annū poſtq̄ mortuus fuero, liber eſto [h]: ſtatim poſt mortem liber eſt. Cuius cōſuetudinis loquendi ratio eſt, quia tempus cōceſsionis vſq; ad extremū diem, quo negotiū explicari poteſt, pro vno habet: vnde quicquid citra extremū diem factum eſt intra illud tempus factum dicitur. In hac ergo verborum conceptione, intra diem mortis, dubium non eſt, quia etiam dies, quo quis moritur, compræenſus ſit, perinde ac ſi in diem mortis dictum eſſet: † præpoſitio enim iſta, accuſatiuo iuncta, etiam pro uſque accipitur, vt in diem interpretemur, vſq; ad diem: quod & ſuprà [i] ex Grammaticis annotauimus. Quapropter qui intra Ca-
3 lendas pronunciare iuſſus eſt, Calendis ipſis rectè atque ordine pronunciaturus eſt.

h l.ſi ita. in fin. de manu.teſt.
L. 134. Anniculus.
i l.notionem. in fi.§.eod.

quis mortuus eſt, numeratur.

A

## LEX CXXXIIII.

PAVLVS *lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.*

ANniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecentesimo ſexageſimoq̄nto die dicitur, incipiēte pla-
B nè, non exacto d die:

b ¶ FIAT.) Si ergo Titio legauero, vt intra diem mortis ſuæ mihi monumētum ſuis ſumptibus faciat, etiam Titio defuncto, de eadē die fiat, legatum debebitur: idque Accurſius probat, quoniam id factum eius naturæ eſt, vt per alium explicari poſsit [k].

k l.j.§.ne autē. C.de cad.toll.

## LEX CXXXVI.

1 *Lex anni mentionem ſi faciat, de perfecto intelligitur.*
2 *Sufficit ad perfectionem anni vltimum diem cœptum eſſe.*
C 3 *In odioſis de momento ad momentum fit computatio.*
4 *Quandoq; ſufficit cœptum fuiſſe annum.*
5 *Taxatiua, Tantum, ſæpe ſubauditur in legibus.*
6 *Biſſextus quare inſtitutus ſingulis quatuor annis.*

ANNICVLVS. c ¶ † Quoties in lege certi anni mentio habetur, in- 1
telligimus de perfecto, qui CCCLXV. dierum eſt: † nec ideo mi- 2
nus perfectus eſt, quòd vltimus
D dies nondum ſit exactus, cùm ſatis ſit eſſe cœptum: idq; in his, quæ fauorem reſpiciunt, vt in vſucapionibus [l], in teſtamentis [m], in libertatib⁹.
† Quod ſi de re odioſa agatur: de momento ad 3
momentum fit computatio. Hincque eſt, quòd qui vltimo die vigeſimiquinti anni contraxit, & læſus eſt, in integrum reſtituetur [n]. Idem & in
præſcriptionibus [o] †. Quandoque etiam fit latiſ- 4
ſima interpretatio, & ſatis eſt cœptum fuiſſe annum, vt eſt in municipalibus muneribus [p], quæ
E curam Reipublicæ non expoſcant. Idem ſi verba hoc inferant, ueluti ſi ſcriptum ſit, in XX. anno licere aliquem ad ſacros ordines promoueri [q]: ſufficiet enim vigeſimum annū eſſe cœptum. Idem ſi intra vigeſimum dicatur [r], vel (q fermè idem eſt, vt A. Gellius lib. XII. cap. XIII. tradit) ante vigeſimum: hæc enim verba magis initium quàm finem reſpiciunt.
d ¶ Non exacto.) Id eſt, perfecto, & ſubaudi- 5
F ditur taxatiua: qui modus loquendi Iuriſconſultis eſt frequens [s]. vt cùm dicitur veteratorem non ex tempore, ſed ex genere & cauſa æſtimādum. Item, domus appellatione [t] non proprietatem, ſed domicilium contineri: interpretabimur enim non ex tempore tantum, & non proprietatem tantum: & id, quoniam ſubiecta materia hoc indicat: alioquin certum eſt, ſi quis debere ſe quinque dicat, tum quoque taxatiuam ſubinduci [u], quod omnes ferè admittunt. Eadem ratione hîc intelligemus, non tantum exacto, ſed etiam incipiente die.

l l. & ideo. de uſucap.
m l.de ætate de teſt.
n l.3.§.minorē. de min.
o l.in omnib⁹. de act.& obl.
p l.ad remp. de mun.
q Cle.ſi de æta. ubi Card.
r l. qui filiū.§. ſi.ad Trebel.
s l.ſ. de ædi.edi.
t l.lex Corn.§. domū.de iniur.
u l.rogaſti.§.ſi cert.pet.

a ¶ Ciuiliter.) Secundum iura ciuilia: nam naturaliter vltimus dies integer anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc eſt, ſex ho-
6 ræ: † vnde inſtitutus ſingulis quibuſque quadriennijs eſt biſſextus.

quia annũ ciuiliter [a], nõ ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus.

LEX CXXXV.

VLPIANVS *lib. 4. ad legẽ Iuliam & Papiã.*

QVęreret aliquis, ſi portentoſum, vel mõſtroſum [b], vel debilem mulier ediderit, vel inæqualẽ [c], viſo vel vagitu nouum, nõ humanæ figurę, ſed alterius magis animalis, quàm hominis partum, an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat? Et magis eſt, vt hęc quoque parẽtibus proſunt: nec enĩ eſt, quod eis imputetur, qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerunt: neque id, quod fataliter acceſsit, matri damnũ iniungere debet.

LEX CXXXVI.

IDEM *lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.*

GEneri appellatione & neptis

*1, 2 Monſtroſorũ partuum duæ ſpecies in muliere.*
*3 Vlpianus fataliter naſci monſtroſos partus cenſuit.*
*4 Variæ referuntur opiniones, vnde progenerentur partus mõſtroſi.*
*5 Defenſæ mulieres ab adulterio ratione picturarum, &c.*
*6 Filij communiter legitimos patres referunt.*
*7 Adulterini partus adulteris ſimiles.*
*8 Plumbini dux ridiculo habitus ob Aethiopem ex cõcubina natum.*
*9 Partus aliquatenus ampliora membra habens, pro monſtro non habendus.*
*10 Philelphus tres teſtes habuit.*
*11 Emendatus huius legis locus.*

QVAERERET aliquis.) b ¶ † Monſtroſorũ partuũ duę videã-
1 tur in mulieribus eſſe ſpecies. Prima eſt, cũ quid aſpectu inæquale naſcit: cũ enim ita homo à natura format9 ſit, vt ſumma ſit in eo proportio, reſpódeátq; viciſsim ſingula mẽbra, quoties aliquid deficit, vel præter cæterorũ naturã augetur, monſtrũ eſt: vt cũ magnitudinẽ corporis nimia, vel paruitate quis naſcit, vt quos pumilios vocamus. Idẽ ſi ſuperfluis mẽbrorũ partibus, vt bicipites & trimani: vel deficientib9 aliquibus, vt qui vnica tantũ manu prodeũt, vel qui ſine capite: itemq; in quib. ſuo loco mẽbra non ſunt, vt qui oculos in pectore, vel in frõte, aures ſupra tẽpora habẽt. Hos partus prouenire Empedocles exiſtimauit ex defectu vel augmento ſeminis: alij ob verſam, vel ſpiritu in-
2 terceptã matricem. † Alia ſpecies eſt, quam Gręci ἑτερομορφίαν vocant, cum mulier partũ producit, in animalis alicuius naturã deformatũ, vt Minotaurus. Legit & bellis ciuilibus Hetruſcã mulierẽ ſerpẽtem peperiſſe: nati etiã tradũtur caninis capitibus quidam, alij & aſininis auribus: fuere & qui uagientes ruderent. Traditum eſt, cùm Thales in Periandri armento ex equa natum monſtrum conſpicatus eſſet, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera beſtiã, ſurridentẽ admonuiſſe, ne paſtorib. quibus vxo-
3 res deeſſent, vteret. † Sed Vlpianus fataliter, id eſt diuinæ voluntatis, inclinante in id præſtituta ſerie, naſci huiuſmodi naturæ ludibria exiſti-
4 mauit: † cui facilè Aſtrologi cõſenſuri ſunt, ex quibus Alchabitius quoſdã gradus cõmemorat, in quibus ſi luna ſit, dũ aliquis cõcipit, monſtroſum naſci opinatus eſt: quod & ex Iulio Materno cognoſcere poſſumus. Accurſius in cogitationem mulieris cauſam refert, ſi dum iniretur, de aliquo animali cogitauit. † Nam & Hip- 5
pocrates mulierem ſuſpicione adulterij laborantem, quod marito penitus diſsimilem filium procreaſſet, hac ratione liberauit, quòd in cubiculo picturam ea mulier habebat, cui ſimilẽ infantem pepererat, idq; Hieronymus in quæſtionibus ſuper Geneſim refert. Quo argumento & Quintilianus matronã defendit, quę Aethiopẽ enixa erat, cùm eius coloris icunculã in thalamo haberet. Meminit etiã nõ abſimilis rei Auguſtin9 lib. de Ciuitate Dei X. Vbi & Iacob Hebræi inventũ approbat, qui vt verſicolorẽ gregẽ haberet, in canalib. variegatas virgas ponebat, vt tales fœtus progignerẽt, quales erãt virgæ, quas potum ducta pecora contẽplabant, vt Geneſeos ca. XL. habet. Quæ ratio vt quandoq; vera ſit, † frequentius tamen accidere vſu videmus, 6
vt legitimos patres filij referant: alioquin qui ex adulterio concipiuntur, maritis maximè ſimiles eſſent, cùm in huiuſmodi coitu ſollicitari de mariti aduentu mulierem verſimile ſit, & tamen experiẽtia cognitum eſt, adulteris † ſimiles eſſe 7
adulterinos partus, † quod & Plumbini dux 8
patrum noſtrorum memoria re ipſa expertus eſt: is, cùm de ſe prægnantem concubinam crederet, inuitaſſetque ad baptiſmi ſacra quamplurimos primarios viros, ea Aethiopem peperit, coquo ſuo ſimilimum: quapropter ridiculo habitus dux, quæſtionem veritatem deprændit, cuius ſententiæ fuiſſe etiam Phocylidem poetam eius carmen indicat.

ὁ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.

*Diſsimiles gignunt ſtuprata cubilia natos.*

† Sanè hoc ſciendum, pro monſtro non haberi 9
partum, qui aliquatenus ampliora membra habet, vt qui ſenis ſunt digitis, vel tribus teſtibus [a], quos Græci ῥύγχει vocant: † qualem fuiſſe Phi- 10
lelphum ætatis ſuæ doctiſsimum, ſed eundem libidinis indomitæ, vulgò ferunt.

a l. non ſunt. de ſtatu hom.

c ¶ Vel qualem.) † Ratio latini ſermonis ar- 11
gumento eſt, corruptum eſſe locum, & inæqualem legendum videtur, & ſequalis dici poſſe, quem Græci ἄποιον appellant, quaſi ſine vlla qualitate dicas. Alij codices ſimpliciter, vel viſu ſcriptum habent.

LEX CXXXVI.

*1 Generi appellatione qui contineantur.*
*2 Præpoſitio Pro, in compoſitione uariè accipitur.*

GENERI.) † Generi appellatione hîc tra- 1
dit progeneros, & ſi qui vlteriores ſunt cõtineri: quod ex proprietate ſermonis eſſe Bar. credidit, at alij cõtrà. Ipſe ex interpretatione eſſe nõ ambigo, cui tamẽ interpretationi larga vocabuli ſignificatio, nec omnino impropria accedit: & ideo in quacunque materia hoc procedere, niſi rationis diuerſitas aliqua reddatur, qua aliud in genero, aliud in progene-
2 ro ſtatui debere appareat. † Præpoſitio enim, pro, in compoſitione variè accipitur: quandoq; vt ordinem quendam deſignet, qui porrò, proculue ſit: vt ſi pronepotem, proauum, progenerum, proſocerum dicamus, quòd in gradu diſtantior nepos, auus, gener, ſocer ſit. Quandoque vt improprietatem oſtendamus, eumq; qui loco alicuius habetur, vt cùm dicimus, protutorem proregem, proconſulem. Quandoque vt extra ordinem rem geſtã denotemus: vnde Proprætor dicitur, non ſimpliciter qui loco Prætoris eſt, ſed quilibet extra ordinaria prætura inſignis.

b l. Gallus. § inſtituens.



& proneptis, tam ex filio, quàm ex filia editarum, cæterarumque maritos contineri, manifeſtum eſt.

PAVLVS *lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXXXVII.

TEr enixa videtur etiam, quę tergeminos peperit.

IDEM *libro 4. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXXXVIII.

HAereditatis appellatione, bonorum quoque poſſeſſio continetur.

VLPIANVS *libro 7. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXXXVII.

*1 Multa fœcundis mulieribus præmia à Romanis conſtituta. & num. 3.*
*2 Ancillæ olim propter multos partus libertatem conſequebantur.*
*4 Hodie virginitas à fœcunditate nihil differt.*
*5 Ter enixa mulier quæ dicatur.*
*6 Quod argumentum ex hac lege ſumi poſsit.*

1 TER ENIXA.) † Procurabant veteres Romani, quantum poterant, vt filiis ciuitas repleretur, multaq; fœcundis mulieribus præmia conſtituebãt. Hinc cautum Tertulliano S. conſulto, vt quę mulier ingenua tres liberos enixa eſſet [a], filio defuncto ſuccederet: traditq; Gellius profuiſſe hoc ma-
2 tribus, etiam ſi filij ſtatim deceſsiſſent. † Lucius quoq; Columella moris antiquorum fuiſſe autor eſt, vt ancillis quæ tres liberos peperiſſent vacationem, quæ plures libertatem concederent. Vnde fortè illa cõditio in iure emanauit, Arethu-
3 ſa ſi tres peperit, libera eſto [b]. † Apud Euſebium quoq; proditũ eſt, matronis quæ filios progenuiſſent, lecticarum vſum, margaritarumq; permiſſum, cũ aliis eſſet lege ademptus. Opinor & hac de re aliquid lege Papia Popæa fuiſſe cõſtitutũ: quapropter Trãquillus teſtatur, cũ eius legis Claudi9 vacationẽ certis ex cauſis permiſiſſet, latinæ conditionis viris ius Quiritium conceſsiſſe, fœminis verò ius quatuor liberorũ. Quod enim Romanæ mulieri priuilegiũ ex tribus filiis cõpetebat, libertinæ, vel latinæ cõditionis, ex quatuor dabatur: cuius rei in S. conſulto Tertulliano ex-
4 emplum ſumi põt. † Hodie tñ & Honorij & Iuſtiniani conſtitutionibus [c] extincta huiuſmodi priuilegia ſunt: nihiloque differre à fœcunditate virginitatẽ voluerũt: quod gręcus autor Procopius admodum improbat, cauſamq; euerſionis Rom. imperij inde ortam arbitratur, quòd cùm homines propagationi prolis non conſulerent, infrequentiores factæ ciuitates à barbarorum ingentibus exercitibus ſe tueri nequiuerint. † Igitur 5
oſtendit hîc Iuriſconſultus, ter enixam mulierem dici, etiam quæ vno partu tres edit: nihilq; refert diuerſis temporibus, an vno vtero tres peperit: cùm enim non eodem nixu plures infantes naſcantur, ſed vnus poſt alium, proprietas verbi hanc interpretationẽ neceſſariò recipit. † 6
Qua ratione ſumi hinc argumentum poteſt: ſi ei, qui tribus vulneribus aliquem affecerit, certa pœna ex lege cõſtituta ſit, qui cum tridente, ſeu triſixili telo vulnerauerit, teneri [d]: vt nihil referat, an diuerſis tẽporibus, an eodem nixu, tres plagas incuſſerit: quod vtique crebrius receptum eſt, præterquam cùm verba legis actum percutientis reſpiciunt: vt ſi ita concepta ſint, Si quis ter aliquem vulnerauerit, vel ſi quis telum contorſerit, itemque ſi quis in cuiuſq; crura ſagittas iecerit.

a §. j. Inſtit. ad S.C. Tertull.

b l. Arethuſa. de ſtat. hom.

c l j. & ij. C. de iur. lib.

d Bart. l. fin. §. arb. fur. cæſ.

L. 138. Hæreditatis.

LEX CXXXVIII.

*1 Bonorum poſſeſsio pro iure ipſo hæreditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur.*
*2 Bonorum poſſeſsio & hæreditas differunt.*
*3 Bonorum poſſeſſor an propriè hæres appelletur.*

HAEREDITATIS.) † Bonorum 1
poſſeſsio pro iure ipſo hæreditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur: vt tametſi res ipſas hęreditarias poſsideamus, bonorum tamen poſſeſſionem, id eſt, ius ipſum à iudice impetrare no-
bis neceſſarium ſit. † nihil eà ab hæreditate dif- 2
fert, niſi quòd ſolo animo hæreditas aditur: bonorum poſſeſsio, vt acquiſita videatur, ius dicentis officium requirit. Qui ergo bonorum poſſeſſionem agnouit, hæreditatem habere, vel pro hęrede gerere, etiam propriè dicetur [e]. † Sed an bo- 3
norum poſſeſſor propriè hæres appellabitur [f]? Et loco hæredis eſſe traditum eſt: quo fit, vt propriè hæres non ſit [g]: nam & prætor hæredem ipſe facere non poteſt: ſed cùm omnino hæredi ſubrogatus ſit, quælibet diſpoſitio de hærede verba faciens, eum quoq; comprændet [h]. Quòd opinor obſeruandum, etiam ſi materia odioſa pœnaliſq; ſit [i]: quamuis quidam aliter ſentiant, eo potiſsimum argumento, quòd in huiuſmodi materia nec pater, qui iure peculij caſtrenſia filij occupat [k], nec fideicommiſſarius pro hæredibus habentur [l]. Sed illi quo ad effectum ſolùm hæredibus æquiparantur, bonorum poſſeſſor etiam quo ad nomen.

e l. puberem. C. de iur. delib.

f l. j. §. de bono. poſſeſſ.

g §. quos autẽ. Inſtit. de bon. poſſeſſ.

h l. in condit. §. ſi patronus. de cond.

i Soc. l. j. ij. not. de vulg.

k l. Pap. §. j. de inoff.

l l. ſi ante. l. ſeq. ad Syl.

LEX CXXXIX.

*5 Aedificiorum penſiones olim Romæ indictæ.*
*2 Munus colonarium quid.*
*3 Quæ intelligantur ædificia Romæ eſſe.*

4 *Caſus ad hanc legem ſecundum Accurſium.*
5 *Alia ſpecies applicata ad hanc legem.*
6 *Perfectum quid dicatur.*
7.8 *Perfectum ædificium quomodo accipiatur.*
9 *Factum non dicitur ante conſummationem rei.*
10 *Stante lege, quòd volente lautè ædificare vicinus ad proximæ rei venditionem cogi poſsit, an hoc pro ſit, qui perfecto ædificio addere velit.*

LEX CXXXIX.

AEdificia Romæ fieri etiam ea videntur, quę in continentibus Romæ ædificijs fiunt. ¶ Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita cõſummauit, vt iam in vſu eſſe poſsit.

1 AEDIFICIA.) † Cùm populo Roman. aduerſus Antonium in Mutinę obſidione belligeranti pecuniæ deeſſent, ſcribit Dion, Senatorij ordinis viris indictum, vt quatuor obolos ſoluerẽt, in ſingulas quasq; tegulas ædificiorũ, quæ Romæ incolerẽt: Idem à triumuiris compulſos ciues ait, vt ædificiorum, quæ Romæ habebãt, penſiones
2 penderent: † quod munus colonarium appellari à M. Cicerone ad Atticum Epiſt. lib. XIII. & C. Cæſare bellorum ciuilium commẽtario III. ipſe arbitror, cuius vocis etiam in authenticis [a] mentio habetur, tametſi & columnarium legi poſsit.

a §. cuidam. in Auth. de non ali.

3 † Igitur potuit dubitari, quæ intelligantur ædificia Romæ eſſe: & hîc traditur, etiam quæ extra muros in continentib. vrbis fiunt, contineri: Roma enim mœnibus non terminatur, ſed cõtinen
4 tibus ædificijs. † Accurſius caſum in hac lege ita fingit: Si conſtitutum eſſet, vt qui ædificium Romę feciſſet, ciuis Romanus haberetur. Addit Bartolus, talem verè & propriè ciuem eſſe: quoniam quoties lex ea confert, quæ ſolius iuris ciuilis ſunt, propriè confert, non per fictionem: vnde conſequens eſt, vt etiam in odioſis huiuſmodi
5 receptitius pro ciue exiſtimetur [b]. † Ipſe in ea quoq; ſpecie interpretationem hanc intellexerim, cùm cautum eſt, vt ædificia Romę vltra certam altitudinẽ non erigantur [c], vel nõ deſtruantur, & ſi qua ſimilia: intelligẽtur enim Romæ eſſe, & quæ in ſuburbijs ſunt. Sanè quod ad ædificantium inſtructionem attinet, gręcum elegans extat carmen:

b l. cùm ex oratione §. de excuſat. tut. vbi Bal.
c l. j. & ij. C. de æd. pri.

*Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ᾽ ἀνεγείρειν,*
*ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.*

*Aedificare domos, multorum & paſcere ventres,*
*Pauperiem in miſeram prompta frequensq; via eſt.*

6 ¶ §. PERFECISSE.) † Perfectum dicitur, cui nihil addi vel minui, ſalua integritate, poteſt [d]: idq; propriè. Quandoque tamen ex ſubiecta ma
7 teria aliter iudicamus, † & perfectum ædificium interpretamur, quod in tali vſu eſſe poteſt, qualem paterfam. hic deſtinauit: ſicque Vlpiani verba hîc accipiẽda ſunt: alioquin quodlibet imperfectum ædificium, aliquo in vſu eſſe poteſt. Scribit M. Vitruuius architectonices lib. X. Epheſi antiquam legem fuiſſe, Architectus cùm publicum opus curandum recipit, polliceatur quanto ſumptu ſit futurum: ædificio perfecto, ſi quod profeſſus eſt, omne impenſum fuerit, & vltráquartam eius partem etiam aliquid, quod
8 præterea excurrerit, de ſuo ſuppleat. † quomodo hîc accipiemus perfectum ædificium? an ſimpliciter, vt Vlpianus hîc ait? minimè verò: ſed perfectum intelligemus, cùm factum eſt illud, quod fieri inter partes conuenit: † antè enim, 9
quàm res conſummationẽ acceperit, factum nõ dicitur: quæ ſi acceſſerit, non ſolùm factum, ſed etiam perfectum dicetur. † Sed finge, cõ 10
cedit lex volẽti lautè ædificare, vt vicinũ ad proximæ rei venditionẽ cogere poſsit, an eum quoque adiuuabit, qui lautum ædificium perfecit, ſed addere illi aliquid deſiderat, puta hortum ampliare, vel impluuiũ? Qua in re, cùm

d l. iuriſperitos de excuſ. tut.

PAVLVS LIB. VI. AD legem Iuliam & Papiam.

LEX CXL.

A CEpiſſe quis intelligitur, quamuis alijs acquiſiuit.

VLPIANVS *lib. 7. ad legem Iul. & Papiam.*

LEX CXLI.

ETiam ea mulier, cũ moreretur, cre-

B ego impeterer, negabam adiuuari: cùm enim ornatus vrbis ratione ita conſtitutum eſſet, & quò ciues ad expolienda ædificia incitarentur, in eo, qui iam perfeciſſet, hæc ratio locum non habebat: nam incitandus non erat, qui iam perfeciſſet, nec volebat ædificare, qui iam ædificaſſet: quandoquidem & modica illa ampliatio ciuitati ipſi ornamento non erat, ſed ædificium, quod ſatis iam perfectum fuerat: reſtringendumq; interpretatione decretum dicebam, quod non ſo-
C lum aduerſus legem ciuilem inductum erat, ſed etiam ius gentiũ tollebat, quod lib. Regum III. cap. XXI. habetur: nam & Tranquillus tradit, Auguſtum Imp. forum feciſſe anguſtius, cũ poſſeſſorib. proximas domos extorquere auſus non fuiſſet: aiebãtq; optimi principis Auguſti exemplum imitandum, nõ cuiuſuis alterius, qui eius decreti autor fuiſſet. Verũ cùm nõ tam iuri meo, quàm iudicibus diffiderem, tranſegi: ut veriſsimum ſit illud Heſiodi.

D *Μηδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.*

Quod, vt L. Columella ait, non ſolùm de boue dicitur, ſed etiam de omnibus partibus rei familiaris: adeò refert non habere malum vicinum.

LEX CXL.

1 *Facti ſpecies applicata ad hanc legem, vnà cum dubitandi, decidendiq; ratione.*
E 2 *Cepiſſe an intelligatur, qui alijs acquiſiuit.*
3 *Non videtur receptum, quod receptum non durat.*

CEPISSE.) † Cùm filio vel ſeruo aliquid relictum eſt, & præſtitũ, quamuis eius rei dominium incontinenti in patrem, vel dominũ transferatur, nihilominus ipſe filius vel ſeruus cepiſſe videtur: † qua in re potuit meritò dubitari, cùm cepiſ 1 2
ſe non videatur, qui reſtituturus ſtatim eſt [e]. Sed hæc diſsimilia ſunt: pater enim vel dominus ex
F iure ſubiecti ſibi hominis nituntur [f], qui etiam potuit illud ius non agnoſcere [g]. Sed is cui quis reſtituere debet, proprio iure innititur, & vt ſibi reſtituatur, actionem habet. Quamuis igitur effectum acquiſitionis attendamus, vt acquiſiuiſſe non videatur, niſi is, cui quæſitum durat, tamen & filius vel ſeruus acquiſiuiſſe videntur, cùm tale ius ex eorum perſona conſideretur, ſicut quod pater cùm moritur, acquirit, acquiſiuiſſe videtur, quia illud in hæredem tranſmittendi ius habet [h]. Idem in eo, qui incõtinenti reſtituere

e l. aliud. §. eod.
f l. qui hominẽ. §. quidam. de ſolut.
g l. cum propo nas. C. de hæred. inſtit.
h Bart. l. fin. de cond. inſtit.



ſtituere non habet neceſſe: commoditas enim medij temporis non modici effectus eſt [a]. Et ex his decìdi poteſt quæſtio: ſi lege municipali quicunque aliquid iure contractus receperit, dominio tranſlato, teneatur Reipub. vectigalis nomine decem pendere, qui rẽcepit: ſed contractus deinde reſolutus eſt, an debeat? Et extat reſpõſum,
3 non debere [b]: † quoniam non videtur receptum, quod receptum non durat [c]. Quod vtique verum eſt, cùm recipientis ius extinctum eſt: alioquin ſi non extinctũ, ſed tranſlatum proponatur, ex hoc reſponſo receptum videtur.

a l. Sulpitius. de iur. dot.
b Abbas conſ. lx. in j.
c gl. c. nam & extra eod.

ditur filium habere, quæ exciſo ventre edere poſsit: necnon
A etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore nõ habuit, vtputa eum, qui ab hoſtibus captus remeauit.

LEX CXLI.

1 *Duo exempla, quibus mater cum moritur, filium non habet, quem poſt mortem habet. & num. 2.*
3 *Si mater aliquid ſibi filiiſq;, quos cum morietur habebit, acquiſierit, etiam cæſi ex vtero continentur.*
4 *Cæſo ex vtero, omnia, quæ cæteris filiis indulgentur, competunt.*

1 ETIAM.) † Referuntur hîc duo exempla, quibus mater, cùm moritur, filiũ non habet, quem tamẽ poſt mortẽ habet. Primum eſt, cùm ex fictione iuris habet, verè non habet: qui cum execto ventre natus eſt, verè mortua matre naſcitur: ſed lex eum,
2 qui in vtero eſt, fingit viuere. † Secundum eſt è conuerſo, cùm verè filium habet, ſed lex interpretatur non habere: vt quãdo filius ab hoſtibus ca-
3 ptus eſt. † Et hinc conſequẽs eſt, ſi mater aliquid ſibi filiisq;, quos cùm morietur habebit, acquiſiuerit, eos etiam contineri, qui cæſo vtero naſcuntur [d]: quod ex proprietate verborũ non eſſe Baldus ſentit [e], ſed ex coniectura mentis, quæ in actũ filiis ipſis fauorabili cum primis obſeruanda eſt: cui ego facilè aſſentior. Hincq; fit, vt quis fratribus inſtitutis, à matre præteritus, pro inſtituto habeatur: at extraneis inſtitutis, querelam
4 inofficioſi teſtamenti habeat [f]. † Generaliter enim proditum eſt, quæcunq; cæteris filiis indulgeantur, huic quoq; cæſo competere [g].

d l. fi. C. de ſuis & leg.
e l. cum mater. de inoffi. teſta.
f l. poſthumus. §. de inoff. teſt.
g l. quod dicitur. de lib. & poſth.

LEX CXLII.

1 *Epitome huius legis.*
2 *Cognito quod mixtum eſt, ſimplicium natura cognoſcitur.*
3 *Coniuncti verbis.*
4 *Re & verbis coniuncti.*
5 *Re & verbis coniunctus cæteris præfertur.*
6 *Verbis tantum coniunctus, excludit re tantum coniunctum.*
7 *Quibus caſibus præcedens doctrina fallat. & numero 8.*
9 *Verbis coniuncti ab initio ſibi partes faciunt, re coniuncti per concurſum.*
10 *Explicatus Seruius Iuriſconſult. in l. item. §. j. de hæred. inſtit.*
11 *Confutata ſententia eorum, qui putant, ſi teſtator Titio & Seio leget fundum, non eſſe re coniunctos.*
12 *Tacitus intellectus in coniunctionis materia non conſiderandus.*
13 *Hæc verba, In qua parte Titium inſtituo, in ea Seium inſtituo, quid operentur. & num. 14.*
15 *Re tantum coniuncti, à Iuſtiniano ſemper diſiuncti appellantur.*



L. 142. Triplici.

PAVLVS *lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXLII.

A TRiplici modo intelligi coniunctio poteſt: aut enim re per ſe coniunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tã-

TRIPLICI.) a ¶ † Explicat hîc Iuriſconſultus triplicẽ coniunctionis ſpeciẽ, proſequiturque exempla coniũctorum re, & verbis: † 1 2
B quoniam cognito quod mixtum eſt, ſimplicium natura cognoſcitur. demum exemplum affert, quo ex tribus cohæredibus duo re coniunguntur, tertius nullo modo. Sciendum itaq;, † coniunctos verbis di- 3
ci, qui vna ſtructura in eiuſdem rei partibus coniunguntur: vt ſi ita dixerim, Titio fundum Seianum lego, Seio eundem fundum æquis portionibus: nã ſi Titius & Seius à diuerſo verbo regerentur, dubium non eſſet coiunctos non videri.
C Idem ſi reſpectu diuerſarum rerum coniungerentur, vt ſi dictum eſſet, Titio fundum & Seio centum lego [h]: licet enim verbis copulentur, quia tamen non ad eiuſdem rei certas partes vocantur, huiuſmodi coniunctio modici effectus eſt. † Quòd 4
ſi ad eandem rem, non diuiſam, ſed ſolidã à principio coniunctim aliqui vocentur, etiam re coniuncti dicuntur: vt in propoſito caſu, ſi dictũ ſit, Titio & Seio fundum Seianum lego: videtur enim quilibet ad integrum fundum vocatus, vnde per
D concurſum partes ſibi faciunt, & altero excluſo, alter totum habet: non quia collegæ portio ſibi accreſcat, ſed iure proprio: quia cum à principio ſolidum videatur ſibi legatum, collega non concurrente portio decreſcere non debet. † In hac 5
coniunctione, qui re & verbis connexus eſt [i], cæteris præfertur: duplex enim vinculum fortius alligat. † At qui verbis tantum iungitur, eum ex- 6
cludit qui ſolum re cõiunctus eſt: cùm enim verbis coniuncti ad eandem rem, licet certis porti-
E onibus, vocati ſint, portionum illarum à teſtatore mentio facta videtur, reſpectu coniunctorum inter ſe, qui vnum corpus cenſentur: vnde ſi eorum aliquis excluditur, perinde cæteri admittũtur, ac ſi quo ad eum partium mentio nulla fuiſſet facta: coniunctiq; illi non verbis ſolùm, ſed & & re forent [k]: quapropter qui re ſolùm coniungitur, ab eis excluditur [l]. † Quæ interpretatio 7
quandoq; ex aliis coniecturis ceſſat, & re cõiunctus æqualiter cum coniuncto verbis ſuccedit:
F veluti cum apparet re coniunctum à teſtatore cæteris prædilectum eſſe: vt ſi quis ita ſcripſit [m], Titius hæres eſtó, Caius & Mæuius ex æquis partibus hæredes ſunto. In hoc enim exemplo, cumprimũ ſolidum Titio datum ſit, quã Caius & Mæuius verbis coniuncti nominarentur, non videtur fuiſſe mens teſtatoris, in deficientis portione eum penitus excludi, interpretamurq; intentionis eius fuiſſe ſingulos ſeparatim inſtituere, ſed vt celerius ſcriberet, duos poſtremos coniunxiſſe: quod & Salicet. probat [n]. † Ideq; ſi ſcri- 8

h l. huiuſmodi. §. quibus. de lega. j.
i l. re cõiunctis de leg. iij.
k l. j. §. hæc ita. C. de cad. toll.
l l. planè in prin. de lega. j.
m l. ſi ita quis. de hæred. inſti.
n l. Mæuio. de leg. ij.

ptū ſit, Mæuio fundi partē dimidiā, Seio partē dimidiā lego, eūdem fundū Titio lego: quāuis enī Titius re cõiunctus ſolùm ſit, tñ in Seij deficiētis parte cū Mæuio ſuccedet, qui Męuius ſeparatim eſt vocat⁹, & iuris intellectu, ſeu in abſtracto tantùm coniunctus eſt.

a ❡ Nec dubium.) Potuit tñ dubitari, 9 † quoniam qui verbis coniunguntur, ab initio ſibi partes faciunt: qui re, per cõcurſum: vnde tanquam qualitates hę inuicem aduerſarētur, non videbūtur poſſe iungi: qđ falſum eſt: vt enim qs verbis cõiungatur, ſatis eſt ſi nominū complexu copulatus ſit.

10 b ❡ Veniāt.) † Atqui cùm ſine partibus inſtituti in hoc exēplo proponantur, portio vacans etiā Sempronio accreſcere deberet, ex Seruij ſentētia, qui quantum ad ius accreſcendi non eſſe cõiunctos ait [a], qui ſine partibus inſtituuntur: ſed intelligendus eſt Seruius in his hæredibus, q ſeparatim inſtituti ſunt: cum enim partes expreſſæ non ſint, coniuncti re nõ videntur: ſed quoties verbis iūcti ſunt, non eſt dubium ius accreſcendi viciſsim eſſe [b].

a l. item. §. j. de hæred. inſtit.

tùm. nec dubium eſt [a], quin cõiuncti ſint, quos & nominū & rei cõplexus iungit: veluti Tit. & Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto: vel ita, Tit. Mæuiusq; hęredes ſunto: vel ita, Tit. cum Mæuio ex parte dimidia hæredes ſunto. Videam⁹ autē, ne etiā ſi hos articulos detrahas, &, q;, cum, interdum tamen cõiunctos accipi oporteat: veluti, L. Titius, P. Mæuius hæredes ſunto ex parte dimidia: vel ita, P. Mæuius, L. Titius hæredes ſunto, Sempro. ex parte dimidia hæres eſto: vt & Titius & Męuius veniāt [b] in partē dimi- D diam, & re & verbis coniuncti videant [c].

11 c ❡ Videantur.) † Confutatur hinc aliquorum ſententia, qui exiſtimauerunt, ſi teſtator Titio & Seio leget fundum, non eſſe re coniunctos, quia per copulam ab initio videtur in viriles portiones facta diſtributio [c]: quod ſi verum eſſet, Mæuius hîc non coniungeretur re Titio: vnde meritò eorum opinio recepta non eſt: nam & copula ex propria natura ſolum coniungit, licet tacitè & per interpretationem diſtribuere viriliter 12 cenſeatur. † Sed tacitus hic intellectus in coniunctionis materia nullius conſiderationis eſt [d]: quippe hoc in ea potiſsimum attēdimus, an expreſsè eadem ſtructura plures vocentur, an id minus: arbitror tamen in his, quæ pondere, numero, menſuráue conſiſtunt, prædicto caſu coniunctionem nullam re fieri [e]: cùm enim diuiſio abſque creditorum alio facto in eis protinus fiat, nõ videtur ſolidum ab initio vnicuique datum, ſed viriles ſolùm portiones.

13 d ❡ Ex parte qua.) † Videretur his verbis partem Titij omnem adimi, & Seio dari: ſicut cùm dicimus, Quod Titio legaui, id Seio do [f]: ſed in legato aliud eſſe quidam reſponderunt: quod plerique reprobant [g]: non enim differre hac in re legata ab hæreditate videntur: vnde communiter tradunt, in propoſito caſu non omne legatum transferri, ſed Titium Seiumque coniungi [h]: quod mihi à Iuriſconſulti mente abeſſe videtur: igitur forma verborum conſideranda eſt: ſi enim dixero, † In qua parte Titium inſtitui, in 14 ea Seium inſtituo, verba translationē non inferunt, cùm abſurdum non ſit in eadem parte duos inſtitutos eſſe. at ſi dixero, quod Titio legaui, id Seio do, in perſona Titij ademptio neceſſariò infertur: non enim dari potuit Seio, niſi Titio auferatur [i]: vt enim nouum nõ eſt, eandem rem pluribus legari, qui per concurſum ſibi partes faciant, ita quod vni legatum eſt, alteri dari nõ poteſt, niſi illi adimatur: q̊niam ſi per concurſum admitteretur, non haberet ſecundus, quod primo legatum eſt, ſed partem: quod contra teſtatoris verba induceretur.

b l. hæredes. ff. de hær. inſtit.
c l. j. C. ſi plu. vna ſent.
d Bald. l. ſi fortid. C. de leg.
e l. ſi mihi. de verb. oblig.
f l. ſicut. de adi. leg.
g Bartol. d. l. re coniuncti. ij. oppoſ.
h In d. l. ſicut.
i l. Mæuio. de leg. iij.

L. Titius ex parte dimidia hæres eſto: Se- A ius ex parte qua [d] L. Titium hęredem inſtitui, hæres eſto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto. Iulianus poſſe dubitari ait, an tres ſemiſſes [e] ſint facti, B an Titius in eundem ſemiſſem cum C. Seio inſtitutus eſt: ſed eò [f] quòd Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſſe, C in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim [g] hæredes ſcriptos eſſe.

VLPIANVS. *libro 9. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXLIII.

ID apud ſe quis habere videt̃, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti poteſt.

e ❡ Semiſſes.) Et cauſa dubitationis ex relatiuo erat: ſi enim ad quātitatem ſimpliciter referretur, tres ſemiſſes faciendi erant: ſed magis eſt, vt ad eādem ſpeciem trahatur, ideoq; cenſeatur vterq; in vnum ſemiſſem coactus, ſintq; re coniuncti: addunt aliqui, etiam verbis coniunctos videri, tantamq; relationis emphaſim eſſe, vt quamuis duæ ſint orationes, vna videatur: quæ ſententia recepta non eſt.

E f ❡ Sed eò.) Quid ſi hæc ratio ceſſaret, vt quia Sempronius ex triente ſolùm inſtitutus eſſet? Et putarim in eundem ſemiſſem Seium nihilominus admitti [k]: nec enim hac ſe ratione Iulianus tuetur, ſed propt̃ naturam relatiõis. Quid ſi etiā Titius in triente inſtitutus eſſet? & hoc caſu fortè à natura relationis recederemus, tum vt oẽs hæredes eſſent æquales, tum ne videretur teſtator de parte ſolùm hæreditatis prouidiſſe.

F g ❡ Coniunctim.) Re tantum, vt creberrima ſe habet ſententia: † tametſi Iuſtinianus huiuſ- 15 modi, qui ſolùm re coniunguntur, diſiunctos ſemper appellet [l].

k l. Iul. quoq. de hæred. inſti.
l l. j. C. de cad. toll.

LEX CXLIII.

1.3 *Qui actionem habet, rem habere videtur.*
2 *Actiones ad mobilia competentes, inter res mobiles numerantur.*

ID APVD.) † Qui actionem habet, rem habere videtur: † hincque eſt, quod actiones, quæ ad mobilia competunt, inter res mobiles computantur [a]. Procedit autem hæc regula non ex veritate, ſed ex interpretatione legis [b]: alioquin minus eſt actionem habere, quàm rem, quod propt̃ litium anfractus introductum eſt [c]. Hinc eſt quod in odioſis vel correctoriis ſuprà diximus regulam hanc non obſeruari, quod etiam dicendum eſt, cùm de reſciſsione contractus agitur. Quapropter cùm tranſactionem ex eo reſcindimus, quia in dimidia iuſti pretij parte erratum ſit [d], iuſtū pretium non intelligemus, quod actione etiam legitima petitum eſt, ſed quod ex dubio euētu colligi poteſt. Inde etiam eſt, quòd poſſeſſor in cenſum rem ipſam deferre debet [e], non qui interim actione aduerſus eum experitur: prodeſtq; huiuſmodi poſſeſsio, ne ſatiſdare quis ex edicto compellatur [f].



a gl. l. j. C. ſi aduerſ. tranſ.
b l. minus. ff. titul. j.
c l. Labeo. §. fi. ff. eod.
d Bar. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.
e l. forma. § ſi eum. de cenſ.
f l. pen. § pen. qui ſatiſ. cog.

PAVLVS *lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXLIIII.

MAſurius ſcribit libro Memorialium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor nõ eſſet, cum aliquo tamẽ viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulò honeſtiore concubinā appellari C. Flaccus in libro de iure Papyriano ſcribit, pellicē A nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat: q̊ſdam eā quę vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quā Gręci παλλακὴν vocant.

B VLPIANVS *lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.*

LEX CXLV.

VIrilis appellatione interdum etiam totam hæredi- C tatem cõtineri dicendum eſt.

LEX CXLIIII.

1 *Pellicis ſignificatio explicatur ex ſententia Maſurij.*
2 *Latinè à viris non dici, hæc eſt pellex mea, ſed ab vxoribus.*
3 *Defenſus Maſurius ab impugnatione Vallæ & Perotti.*
4 *Pellex eſt, quam Græci* παλλακὴν *dicunt.*
5 *Accurſij ſententia de amica & concubina.*
6 *Concubinæ nomen apud veteres non fuit inhoneſtum.*
7 *Amicæ nomen quaſcunq; meretrices continebat.*
8 *Meretrices à Solone publicitus inſtitutæ.*
9 *Meretrix quæ ſit.*

1 MASVRIVS.) ❡ † Explicat Iuriſcõſultus pellicis ſignificationem, oſtēditq; E ex Maſurij Sabini ſententia, eo nomine accipi, quæ citra matrimoniū cum aliquo conſueſcat, domiq; retineatur: ſubiicitq; vulgò ſic accipi, quæ cum eo ſe miſceat, cui ſit vxor. Sed priorem interpretationem nobiliſsimi Grammaticorum Valla & Perottus non recipi- 2 unt: † quoniam latinè à viris dici non arbitrantur, hæc eſt pellex mea, ſed ab vxoribus potius. Hinc philomela apud Ouidium in Metamorph. ſe pellicem ſororis dicit: & apud Senecam Tra- F gicū Iuno ſe cedere pellicib. ait: vt manifeſtè appareat, pellicē nõ dici niſi vxoris reſpectu, forteque à pellendo, q, maritos ad expellēdas vxores cõpellat. q, ſi apud aliq̊s autores aliter legatur, vt apud Plinium, Curtiū, Tranq. corruptos codices vitio librariorum contendunt, & non pellices, ſed pallacas, quæ græca vox eſt, legendum 3 autumant. † Verùm penes me antiquior eſt Maſurij autoritas, quē & in Satyra Perſius celebrat, & apud Græcos Athenæus: † nā & Nonius Marcellus pellicem eſſe, quam Græci παλλακὴν vocāt, 4 cum Iuriſconſulto opinatur, vt meritò eiuſdem ſignificationis vtraq; vox ſit. Sed & Martialis Ponticum deludit, pellice læua vtentem: quem locum ne corruptum credamus, ratio carminis manifeſto argumento eſt: qui, ſi Vallæ ſententia probaretur, nimis dura & barbara tranſlatione vſus eſſet. Satius ergo Iuriſcõſulti eſt expoſitionē ſequi, & vtranq; interpretationem defendere. † Quòd autem vero nomine 5 amicam, paulò honeſtiore concubinam appellari hîc traditur, Accurſius non probat, vt honeſtius nomen concubinę cēſeatur, quâm amicę, & ideo non reſpectu amicæ, ſed pellicis comparationem fieri exiſtimat: quæ interpretatio cum ſermonis ipſius ductu non admodum conuenit. † Igitur 6 ſciendum apud veteres concubinę nomen inhoneſtum nõ fuiſſe, ſolumq; ſic appellatas, quę extra legis pœnam, & ſine metu criminis haberentur: † at amicæ nomen, etiam quaſcunq; mere- 7 trices continebat, quod ex Terētio Plautoq; variis in locis conſtat: idq; Græcorum exēplo, qui ἑταίρας, id eſt, amicas, quæcunq; ſcortilla vocant, D etiam ignobilia. Hinc Ariſtophanes in Pluto, καὶ τὰς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας, & quæ ſequūtur. † Inſti 8 tutas aūt publicit⁹ meretrices à Solone Philemõ eſt autor, vt ea Venere cõtēti iuuenes, à pudicis ſolicitandis abſtinerent. † Sanè meretricem non 9 eſſe, quæ cum vno aut altero, etiam pecunia accepta, ſe commiſcet, dubium nõ eſt: ſed eam quę palàm & pluribus ſe proſtituit, ſolamq; huiuſmodi de vicinia poſſe expelli exiſtimauerim, ne probis mulieribus malo ſit exemplo.

L. 45. Virilis appellatione.

E

LEX CXLV.

1 *Virilem portionem pro æquali intelligi.*
2 *Aliquando dictio, Virilis, naturam ſuam amittit.*
3 *Excuſſa l. pater. §. filiam. ff. de hæred. inſtit.*

VIRILIS.) † Virilis portio pro æquali intelligitur: vnde ſi Titium & Se- 1 ium in viriles partes inſtituero [g], æ- F qualiter admittentur. Sed finge Titium hæredem eſſe non poſſe, an totū Seius habebit [h]? Et hîc probatur habiturum, † & hoc ca- 2 ſu dictio illa virilis, naturam ſuam non ſeruabit, quod & ſuprà de dictione, reſiduū, tractauimus [i]. Et ex hoc reſponſo ſunt qui conſequentē quæſtionem decidant: † Filia hærede inſtituta, vetue- 3 rat [k] quis ædificium de nomine ſuo exire, ſed ad vernas quos nominauerat, pertinere iuſſerat: defuncta hærede & legatariis, cùm vernarum vnus ſupereſſet, reſpondit Scæuola ei virilem partem

g l. virilis. de leg. præſt.
h l. ij. C. de hæred. inſtit.
i l. poteſt. ff. eo.
k l. pater. §. filiam. de legat. iij.

præſtandam. Interpretatur Accurſius, pro virili portione omne fideicommiſſum comprændi: atque ita à cæteris traditum eſt. Sed negari non poteſt, quin expoſitio hæc impropria ſit, nec verbis Iuriſconſulti quadrans: vnde ego propriè de virili portione intelligo. & cùm ex ordine contextus appareat prius hærede deceſsiſſe quã legatarios, ſtatim ab eius morte ipſo iure virilis portio translata eſt: vnde quamuis alij deceſſerint, ſuperſtiti ſola ſua pars remanet, quoniam cæteri collegatarij legatum ſuum ad hæredem tranſmittunt, nõ enĩ ipſi quicquã reſtituere grauati fuerant, ſed filia: & licet prohibitio ne de nomine ſuo exiret, vim aliquam fideicommiſsi habere videatur, quia tamen nominauerat, quibus legatum reſtitui vellet, ſatis eſt ipſis ſemel acquiſitum fuiſſe: quæ deciſio in fideicommiſſo vniuerſali nõ procederet, cùm illud neceſſe ſit agnoſci nec ipſo iure quæratur[a].

a Bar. l. j. de lega. ſ.

TERENTIVS CLEMENS *libro* 11. *ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CXLVI.

SOceri & Socrus appellatione, auũ quoq; & auiam vxoris vel mariti contineri reſpondi.

IDEM *libro* 3. *ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CXLVII.

QVi in continentibus vrbis nati [1] ſunt, Romæ nati intelliguntur.

A

CAIVS *libro* 8. *ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CXLVIII.

NOn eſt ſine liberis, cui vel vnus filius vnáue filia eſt: B hæc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, ſemper plurali numero profertur, ſicut & pugillares, & codicilli.

C

## LEX CXLVI.

1 *Soceri nomine ſocer magnus continetur: idem de ſocru.*
2 *Patrui nomine continetur patruus magnus, & quando hoc obtineat.*
3 *Soceri ſocruſq; deriuatio.*
4 *Antiqui ſoceram pro ſocrum dixere.*

1 SOCERI.) † Cùm ſuprà explicuerim[9], an appellatione generi & nurus,
progener & pronurus cõtineatur[b],
conſequens eſt idem in ſocero dicen
dum: correlatiua enim ſunt, nec abſq; altero alte
rum eſſe poteſt. Illud hîc tantùmmodo admo
nendus eſt lector, ſicut ſoceri nomine ſocer ma- E
2 gnus continetur, † ita dicẽdum de patruo, vt de
eo lex verba faciens, etiam patruum magnum
comprændat. In quo articulo magna eſt contro
uerſia, videturq; crebrius recipi[c], vt in materia
fauorabili comprẽdatur, in ſtrictà verò vel aliàs
odioſa non comprændatur: in quam ſententiam
& ipſe accedo: quandoquidem in fauorabilibus
cùm amplior fiat interpretatio, veriſimile eſt de
vtroque patruo actum: nec nouum eſt aliquam
3 dictionem duplici de ſpecie intelligi[d]. Sanè † ſo F
cer à græco ſermone deducitur ἑκυρὸς, ſicut ſocrus
4 ἑκυρὰ, vt Mõdeſtinus ſcribit[e]: † quo exemplo &
aliqui ex antiquis ſoceram pronuntiauerunt,
non ſocrum.

b l. nurus. l. generi.
c l. j. C. de ſuc. edi.
d l. in lege. loc.
e l. iiij. de grad.

## LEX CXLVII.

1 *Continentia pro ſuburbiis accipi.*
2 *Natus in continentibus, in vrbe natus dicitur.*
3 *Oriundum quomodo accipiamus.*

QVI IN continentibus.) † Continen- 1
tia pro ſuburbiis accipiuntur[f], quod
cum ipſa vrbe ſe teneant, contiguaq;
ſint: † qui ergo in his naſcitur, Romæ 2
natus dicitur. Quid ſi in vico aliquo qui vrbi Ro
manæ reſpódeat[g]? Et licet is patriam Romam habeat, nõ tamen Romę natus intelligitur. Quid item ſi lex eum, qui Romæ natus non ſit, à dignitatibus excludat, an is cuius mater extra domiciliũ peregrè peperit, recipiendus ſit? Et certũ eſt verbis legis eũ excludi licet ex intpretatione aliud fortè ſit[h]: in eo enim loco is eſſe intelligitur, in quo domiciliũ conſtituit: & non receſſiſſe videtur, qui animum reuertendi habet[i]. Quid ſi lex nõ de nato, ſed de oriundo loquatur? † Et 3
vulgò traditum eſt, oriundum eſſe[k], qui ipſe na
tus eſt, vel qui inde originem duxit: puta quia pa
ter vel eius maiores ex eo loco antiquitus pro
gnati ſunt. Sed peritiores oriundum nõ eſſe qui
ipſe natus ſit, exiſtimant, ſed qui genus dixit. Sic
Titius Liuius: Nati, inquit, Carthagine, oriundi
à Syracuſis.

f l. ij. ſ. eod.
g l. qui ex vico. ad mun.
h Pet. Cyn. l. huiuſmodi. ſ. legatum. de leg. j.
i l. plerique. de ritu nup.
k c. j. de vſur. in vj.

## LEX CXLVIII.

D

1 *Dictio, Liberi, de vnico filio dicitur.*
2 *Liberum etiam ſingulariter dicimus pro filio.*
3 *Pugillares quid.*
4 *Sine liberis non decedit, qui vnicum filium relinquit.*
5 *Conditio, Si ſine liberis deceſſerit, relicto nepote ex filia deficit.*
6 *Si conditio de filiis loquatur, an ad excludendum ſubſtantiuum vnicus ſufficiat.*
7 *Si lex dicat, Extantibus liberis filiæ excludantur, vno exiſtente excludi debent.*

NON eſt ſine liberis.) ¶ † Hæc dictio, Li 1
beri, etiam de vnico filio dicitur: ſolet
enim latinè loquentib. plurali nume
ro proferri, ſicut pugillares, & codicil
li: † quãuis quandoq; etiam ſingulariter liberum 2
dicam[9]: & vt Iuſtinianũ omittã, cuius autoritas,
qm̃ ad rem latinã attinet, nõ multum pollet: Mo
deſtinus[l], Non põt, inquit, quis nolle ſuum libe
rum eſſe. Vlpianus quoq;[m], Locupletior non eſt
factus, qui liberũ acquiſiuit. Addit Valla ſe ean
dem vocem Quintilianũ obſeruaſſe. Pugillares
quoq; († ſunt hi libelli vel tabulæ ceratæ, in qui 3
bus ſcribebant, quos Græci, vt opinor, ἐγχειρίδια
vocant) ſingulari numero reperiuntur, vt apud
Auſonium: Bipatens pugillar expedi. quod & de
codicillis frequentius inuenitur: ſed tñ qui caſti
gatius loquuntur, Caij ſententiã hîc approbant:
† vt dubiũ non ſit, qui cum vnico filio filiáue de 4
cedat, ſine liberis nõ decedere. Sed hoc amplius
conſti-

l l. ius autem. de pact.
m l. nemo prædo. ſ. tit. j.



5 conſtitutum eſt, † conditionem, ſi quis ſine libe
ris deceſſerit, relicto nepote ex filia, deficere[a]: re
ceptumq; eſt idem eſſe, ſi additum eſſet, ſine libe
ris ex ſe natis: quoniam per continuationem ſan
guinis, nepos vel neptis ſatis dicitur ex auito corpore naſci, vt Bald. & Cor. exiſtimarunt, licet reclament aliqui[b]. † Sed 6
quid ſi conditio de filijs loquatur? videtur enim in eo caſu ſaltẽ duos requiri propter pluralem numerum. Sed in deſcendentibus dubium non eſt, etiam vnico filio extante ſubſtitutum excludi, idq; coniectura pietatis[c], ne alienos ſuo ſanguini præpoſuiſſe teſta
tor videatur. Dubitari igitur poteſt, cùm condi
tio illa extraneo adiecta eſt: nam tunc etiam ra
tio Caij hîc ceſſat. Sed tamen vnico nato defice
re conditionẽ verius eſt[d], & receptius, vt ex prę
ſumpta mente pluralis numerus in ſingularem
7 reſoluatur. † Sicut in lege municipali, qua extan
tibus liberis, fœminæ excludantur: non enim eſt
ratio, cur vno exiſtente, excludi non debeãt. Qđ
& in ea ſpecie proditum eſt, cum pontifex mihi
ſacerdotium conferri mãdat, ſi pro aliis non ſcri
pſit: nam vt ſubmouear, vel pro vno ſcripſiſſe ſa
tis eſt: & ita pleriſque huius reſponſi argumen
to viſum eſt[e]. His accedat, quod ex facto reſpon
dit Calderinus[f], cùm hæredes ſi ſine liberis de
cederent, ædiculam conſtruere à teſtatore iuſsi
eſſent, altero defuncto ſine liberis, non tamen al
terum interim teneri, nec conditionem ſcindi.
Sunt & id genus pleraque, quæ à recentioribus
coacta legere eſt[g].

a l. j. C. de cond. inſer.
b Guid. Pap. q. cclij.
c l. cum auus. cond. & dem.
d Bald. d. l. j.
e Bald. Card. c. mandatum. de reſcript.
f Cald. conſ. 42. de teſta.
g Felin. c. omnes. ſ. diſtinct.

IDEM *libro* 10. *ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CXLIX.

NAm quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt, vt dicamus liberos habere.

IDEM *lib.* 8. *ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CL.

A SI ita à te [a] ſtipulatus fuero: quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum de- B beas[b], quod Titius debuerit.

L. 150. Si ita à te.

## LEX CXLIX.

1 *Argumentum per locum à contrariis ſemper concludit.*
2 *Cùm pluribus ſubſtitutum eſt, ſi ſine liberis legitimè natis deceſſerint, etiam pupillo ſubſtitutum videtur.*

1 NAM quem.) ¶ † Argumentatur Iu
riſconſultus per locum à contra
riis: repugnant enim, habere libe
ros, & non habere, vt altero cõceſ
ſo, alterum neceſſarium ſit negari:
quod genus argumẽti ſemper concludit, niſi ex
mente loquentis aliud colligatur: verbi gratia,
hæc conditio, ſi Titius & Seius hæredes erunt,
altero repudiante deficit; ergo iſta, ſi Titius &
Seius hæredes non erunt, hoc caſu euenit, & ta
men his verbis aliquis ſubſtitutus non admitti
tur[h]. Sed primus hæres ſolidum habet, quod ꝑ
pter mentem teſtatoris eſt, qui videtur primum
2 magis dilexiſſe, quàm ſubſtitutum[i]. † Sed dubi
tari põt, cũ pluribus ſubſtitutũ eſt, ſi ſine liberis
legitimè natis deceſſerint, an pupillo ſubſtitutũ
videatur: & videri Bart. ſenſit, idque verius eſt[k].

h l. quamuis. C. de impub.
i Imol. ſ. cũ ita l. hæredes. ad Trebel.
k in l. Centurio. v. col.

## LEX CL.

1 *Promittens quanto minus à Titio exigetur, ſi nihil exigatur, ſolidum debet.*
2 *Dictio, minus, etiam ad nihilum referri poteſt.*
3 *Comparatiuum nomen propriè naturam ſuam ſeruat, & poſitiuo confertur, deq; eadem ſpecie intelligitur.*
4 *In ſubſidium promittens, videtur ſub conditione debere, nec propriè fideiuſſor eſt.*
5 *Cautela, vt à promittente in ſubſidium totum exigi poßit.*

SI ITA A te.) a ¶ † 1
Qui promittit quanto min⁹
à Titio exigetur, ſi
nihil exigatur, ſolidum debet, quia dictio hæc minus, ex mẽte contrahentiũ vim comparationis amittit, & perinde
eſt ac ſi promiſiſſet, etiam ſi nihil à Titio haberi
poterit, quod etiam ſuperius à nobis tractatum
eſt. Hinc eſt quod cùm Iuſtinianus conſtituerit
coniugem inopem coniugi locupleti in quar
tam partem bonorum ſuccedere, ſiue plures ſiue
minus filij fuerint, interpretabimur conſtitutio
C ni locum eſſe, quamuis filij nulli adſint, † quoniã 2
dictio illa minus, etiam ad nihilum referri põt[l]:
idq; Alex. & Iaſ. probant. Sed & Bal. cùm conſti
tutum eſſet, vt qui centum libris cenſerentur, ſol
uant decem: qui minus, ſoluãt quinq;: etiã eum
quinq; debiturũ ſcripſit, cuius cenſus eſſet nul
lus[m]. Cæterum quãuis hæc interpretatio admit
tatur, † propriè tamen comparatiuum nomẽ na 3
turam ſuam ſeruat, & poſitiuo confertur, & de
eadem ſpecie intelligitur. Quapropter cùm lex
D verberantem mulcta x. aureorum afficeret, vul
nerantem maiore, arbitrio iudicis: reſpõſum eſt,
non poſſe iudicem aliam quàm pecuniariam pœ
nam pro vulnere indicere: comparatiuum enim
maiore ratione mulctæ collationem facit[n]: idq;
Cynus, Baldus, Iaſon ſcripſerunt.
b ¶ Debeas.) † Is enim, puta Seius, qui in ſub 4
ſidium promiſit, videtur ſub conditione de
bere[o], quatenus à Titio conſequi non potero,
& ideo propriè fideiuſſor non eſt, & ante euen
E tum conditionis, id eſt, priuſquam conſtet à Ti
tio me non poſſe conſequi, vtiliter cum eo agi
non poteſt. † Arbitror tamen poſſe me ab eo to 5
tum petere, dum tempore accepti iudicij, id eſt,
quo lis conteſtatur, excuſsionem fieri procu
rem, & per iudicis interlocutionem declarari,
quatenus Titius ſoluendo ſit: nam quanto mi
nus ſoluendo erit, tanto petitionem totius, pri
us præſtitam moderabor, idq; à Seio conſequar:
nec ideo in aliquo puniar, quòd à principio plus
petierim: quam ſententiam Celſus probat[p], li
F cet in vulgatis codicibus cùm prius legeretur,
tanto minus poſtea petere poſſum: additum ex
iſtimem, à Titio: & inde maxima inter Doctores
altercatio orta ſit.

l Authen. præterea. in fin. C. vnde vir.
m l. fin. ſ. ſi cer. pet.
n l. vbi. de verb. oblig.
o l. x. de verb. oblig.
p l. fi. ſi cer. pet.

## LEX CLI.

1 *Vt adire quis poßit hæreditatem, quæ ſint neceſſaria.*
2 *Quæ dicitur delata hæreditas.*
3 *Si ſtatutum mandet, hæreditatem delatam in quemcunq;*

*ſucceſſorem tranſmitti, an ea tranſmittatur, quam ſibi quis delatam ignorauit.*
4 *Infanti propriè dicitur delata hæreditas.*
5 *Quid in furioſo.*
6 *Ratio, cur nondum delatæ hæreditatis repudiatio non valeat ſecundum Alciatum.*
7 *Vnde ſit, quòd decretalis bonorũ poſſeſſio repudiari nequeat.*
8 *Bonorum poſſeſſiones edictales, & decretales.*

TERENTIVS CLEMENS *lib. x. ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CLI.

Delata[a] hæreditas intelligitur, quã quis poſsit adeundo conſequi[b].

CAIVS *lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CLII.

Hominis appellatione tam fœminã, quàm maſculum contineri nõ dubitatur.

1 DELATA.) a ¶ † Vt adire hæreditatẽ quiſquam poſsit, neceſſarium eſt eum ſcire hæreditatem ſibi delatam, & delationis cauſam. Et ideo ſi neſciat teſtatorẽ mortuũ, vel dubitet de iuribus teſtamenti, vel quomodo ſit inſtitutus, purè an ſub conditione, vel an aliquis eũ præcedat: itẽq; an teſtator iure teſtatus ſit, vel ex qua cauſa ſibi hæreditas deferatur, ex teſtamento, an ab inteſtato, vel ex quota parte ſit hæres[a], ſuúſne & neceſſarius an volũtarius, adire non põt, quapropter nec repudiare.
2 † Explicat igitur Iuriſconſultus quæ dicatur delata hæreditas: & propriè ſic dici arbitratur, qñ eam hęres adire põt, ita q; nihil neque ex parte hæreditatis, neq; ex parte hæredis impedit, quò minus eam cõſequi poſsit. Quòd ſi aliquid impediat ex perſona ipſius hęredis, putà quia ignoret, huic propriè hæreditas, vt quidam exiſtimant, non dicitur delata. Hinc eſt q; furioſo non dicimus delatam[b]: largè tamen accipiendo ſecus eſt.
3 † Hincq; dubitatum fuit, Si lex municipalis hæreditatem delatam in quemcunq; ſucceſſorem tranſmitti mandet, an ea traſmittatur quam quis ſibi delatam fuiſſe ignorauit: Aliqui negant[c], ſed Alexand.[d] & plerique aiunt, quibus ego accedo, & quãuis hæres ignoret, hæreditatem propriè delatam dici arbitror: poteſt enim eam quis adeundo conſequi[e]: quod
4 in dubitante non procedit. † Quapropter & infanti propriè dicitur delata[f], qui quãuis in præſentia ius ſuum ignoret, tamẽ præſumitur quòd
5 factus adultior ſciet: † at furioſus nec ſcit, nec ſciturus præſumitur, vnde illi non pleno iure, ſed miſerationis cauſa ratione fructũ prouidetur[g].
6 b ¶ Conſequi & repudiando amittere.) † Sed cur nondum delatæ hæreditatis repudiatio nõ valet[h], cùm facilius videatur ſpem ipſam à nobis ſegregare, quàm ius ſemel quæſitum? Alciatus reſpondet, eum qui repudiat, nihil iuris ſibi acquirere, nec in aliũ transferre: nec enim traſferre poteſt, quod ipſe adhuc non acquiſiuit[i]: & ideo quamuis pendente conditione repudiauerit, nihilominus lex ei ius defert: ſed quando iure delato repudiat, ſubit incontinenti qui gradu proximus eſt: vnde qui repudiauit, excluditur, pendente verò conditione nemo ſubit, cùm interim vocetur nemo. quòd ſi quis futurũ pacto remiſit, vel in iudicio publicæ perſonæ abſentis nomine acceptanti renunciauit, licet nihilominus lex ei hæreditatem legatúmue deferat, ex pacto tamen non agnoſcere id lucrum tenetur, ſi modò paciſcentis intereſt: & in hoc Raph.
7 Paul. Iaſ. conſenſerunt[k]. † Sed vnde eſt, quòd decretalem bonorum poſſeſſionem repudiari non poſſe lex ait[l]? quoniam antequam decreta ſit, non eſt delata: poſtquam autem decreta eſt, ſerò repudiatur, quod iam acquiſitum eſt. Cùm enim id ſit delatum, quod adeundo poſſumus conſequi, ſi in caſu à lege permiſſo, decretalem petam, cùm eam cõſequi cur delata dici non debet? Et ſi communẽ ſententiam ſequamur, qua traditum eſt, eandem bonorũ poſſeſsionem antequã decreta ſit dici edictalẽ, põſt verò decretalem, nõ video quid reſponderi eleganter poſsit: † ſed exiſtimo edictales bonorũ poſ. 8
eſſe, quas ordinarias vocamus, & quæ ius tribuunt: decretales verò extraordinarias, quæ ſunt facti, vt Carboniana, & quæ ventris nomine, vel litis inſtituendæ gratia[m]: itemque, quæ furioſo decernitur. Nam vt demus etiam in ordinariis hoc iure decretum neceſſarium fuiſſe, ſolæ tamen extraordinariæ decretales dictæ ſunt, quoniam hę potiſsimum à decreto pendent: priores enim etiam antequam cõcedantur, aliquid ſunt, & ius in ſe continent, quo defuncti perſona repræſentatur: ſed poſteriores omnem ſubſtantiam ex prætoris decreto accipiunt, & eodem momento oriuntur, petentique acquiruntur: non ergo ante decretum poteſt dici ius aliquod delatum eſſe, cùm ius nullum adhuc ortum ſit, ſed ſperemus vt ex decreto prodeat.

a l. is poteſt. de acquir. hæred.
b l. j. §. furioſi. de ſuc. edict.
c Math. notab. 194.
d Alexan. d. l. is poteſt.
e l. Pantonius. eod. tit.
f l. ſi infanti. C. de iure delib.
g l. j. §. de bon. poſſ. inf. fur.
h l. is qui hæres. de acq. hær.
i l. fuit. eod. tit.
k d. l. is qui.
l l. j. de ſuc. edi.
m l. ij. §. ſi quis ex lib. ad Tertyll.

## LEX CLII.

1.4 *Homo tam maſculum quàm fœminam continet.*
2 *Adam, quaſi terra natus.*
3 *Homo vnde dictus.*
5 *Qui in vtero eſt, homo non dicitur.*
6 *Veterum ritus, vbi quis primum natus eſſet.*

HOMINIS.) ¶ † Homo commune nomen eſt, & tam maſculum quàm fœminam continet, idque exemplo græci ſermonis, ἄνθρωπος: 1
nam & Hebræi † Adam, quo nomine terra natum hominem ſignificant, ad vtrunq; ſexum referunt, vt habetur Geneſeos v. Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam. Ridiculi verò ſunt antiquiores Græci, dum neſcio quem Adamũ finxerunt Cœli & Terræ filium, qui Adameæ regioni nomen dederit, vt apud Stephanum περὶ πόλεων legere eſt. † Dicitur autem homo ſiue ab humo, 3
vt Varro exiſtimauit: ſiue à concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, q, nullum animal ſit ſocialius. † Et hinc ap- 4
paret, legem quæ de hominibus loquitur, etiam de fœminis accipiẽdam eſſe, & quidem ppriè[n], qđ arbitratur Bar. etiã ſi articulus ſit præponatur. In qua tamen re dubito, moueorq; exemplo Græcorum, qui per articulos ὁ καὶ ἡ ſexum diſtinguunt. Illud conſtat, cùm hominem dicimus, quemcunq; cõtineri, nõ ſolùm ſiue maſculus ſiue fœmina ſit, ſed ſiue liber ſiue ſeruus[o], ſiue pubes ſiue impubes[o]. † Sed an is qui in vtero eſt, homo dicatur[p]? Et cõſtat non dici: expectari igitur lex 5
iubet poſtquam natus eſt, & in terram ceciderit[a]: quæ verba ex antiquorum conſuetudine
6 interpretari debemus. † Siquidem ſolebant veteres, vbi quis natus eſſet, nudum protinus in terra ſtatuere, opemque Deûm inuocare, vt naſcẽti auxilio eſſent: cuius rei meminit Auguſtinus Ciuitatis diuinæ lib. IIII. & Plinius lib. VII. Macrobiusq;. Hinc Statius: Tellure cadentem Excepi, fouique ſinu.

n l. ij. §. eodem.
o l. iij. §. j. de lib. ho. exhib.
p l. cum inter. de fid. lib.



a l. penult. C. de poſt hær.

TERENTIVS CLEMENS *libro II. ad legem Iuliam & Papiam.*

## LEX CLIII.

Intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

1 *Qui in vtero eſt, pro nato habetur, in ſui fauorem. fall. num. 3. 4.*
2 *Lex fingit impoſsibilia, dum ſubſit æquitas.*
5 *In computatione annorum ortum hominis attendimus.*
6 *Aduerſus eum qui in vtero eſt, vſucapio procedit.*
7 *Lex in eadem ſpecie bis non fingit.*

1 INTELLIGENDVS.) ¶ † Qui in vtero eſt, in ſui fauorem pro nato habetur, idq; per fictionem legis, quæ licet per naturam impoſsibile ſit ante ſeptimum menſem eum
2 naſci, & viuere, hoc fingit: † vt omnino verum non ſit, quod vulgò traditur, legem nunquam fingere impoſsibilia, fingit enim dum ſubſit æquitas. Igitur ſi auus cuilibet nepoti, qui tempore mortis ſuæ viuat, centum relinquat, etiã eum, qui in vtero eſt admitti, Dyn. reſpõdit. Qui enim in vtero eſt, cùm de ſuo commodo agitur, natus
3 exiſtimatur. † Quod tamen ſemper non procedit, veluti cùm damnum nullum partui infertur, ſi natiuitas expectetur. Cur enim lex fingat, cum neceſſaria nulla cauſa hoc ſuadeat? & ideo poſthumo non confertur[b], antequam ſit natus: item ad partem hæreditatis interim non admittitur[c], neq; præteritus rumpit teſtamentum[d], neque interim ſuus eſt hæres: nam & propter incertitudinẽ his in caſib. aliud conſtitui non potuit. †
4 Cæterum & ſi decretum ſit, in demortuorum decurionum locum filios ſubrogari[e], Oldradus exiſtimauit eius qui in vtero ſit, rationem non habendam, cùm huiuſmodi fictio ad id trahi nõ debet, quod iure ſtatuti vel conſuetudinis defertur. Sed id ego vix probo, niſi protinus vel ſine dilatione ſubrogandum lex diceret. Cùm enim appareat moram vllam fieri non debere, haudquaquam videtur interim infantis natiuitas expectanda. Sed & ſi verba legis partui non conueniunt, vt quia de homine loquantur, tunc de eo non intelligemus. ſi tamen eiuſmodi ſit lex, quæ ex ficta interpretatione extendi nequeat, veluti ſi ſancitum ſit hominis occiſorem decollari: conſtat enim qui prægnantem abortire fecerit, ea lege non puniri: quoniam, vt ſuprà quoque diximus, hominis appellatione, qui in vtero eſt, non comprænditur: quod in hac ſpecie eà quoque ratione obſeruandum eſt, quoniam hic de eius commodo directè non tractatur, & in
5 hoc omnes conſentiunt[f]. † Illud quoque certum eſt, in computatione annorum, eius temporis calculum non duci, quo quis in vtero fuit, etiam ſi eius vtilitas hoc ſuaderet: ab hominis enim ortu ſolemus annos numerare, idq; & Bal. prodidit[g]. Verum & quamuis dubitetur, an contra infantem ipſo iure currat præſcriptio, dubium non eſt, † aduerſus eum qui in vtero eſt, vſucapionem procedere[h], licet reſtitutionem prætor polliceatur. Cæterum & ſi mater prægnans apud hoſtes enixa ſit, nec infans reuerſus ſit, non videtur in vtero tempore captiuitatis fuiſſe, nec aliquod legis Corneliæ caput ei patrocinabitur, † ne bis in eadem ſpecie fingere lex videatur. 7

b l. ſi. §. de col.
c l. antiqui. de petit. hæred.
d l. a l. poſthumo. C. de contra tabul.
e Alb. in l. pen. C. de aduoc. di iudi.
f Felin. c. ſicut. de homicid.
g c. cum in cunctis. de elect.
h l. etiam. ij. de min.

L. 154. Mille paſſus.

MARCELLVS *lib. I. ad legem Vicenſimam.*

## LEX CLIIII.

Mille paſſus[a] non à muro vrbis[b], ſed à cõtinẽtibus ędi-

## LEX CLIV.

1 *Menſurarum aliqua nomina.*
Ib. *Digitus palmus, pes.*
2 *Dimidius pes, ſemis vulgò appellatur.*
3 *Spithama græcè, latinè dodrans dicitur.*
4 *Cubitus, greſſus, paſſus.*
5 *Vlna, pertica, plethrum, iugerum.*
6 *Stadium, diaulus, milliarium, dolichus, & leuca.*
7 *Paraſanga triginta cenſetur ſtadiis.*
8 *Schœnus, & ſtathmus, & manſum quid.*
9 *In dimenſuratione vnde incunda computatio.*

MILLE PASSVS.) a ¶ Vt ſciam quã longitudine ſit Paſſus, † præfari nos oportet menſurarũ aliqua nomina, ex quibus minima eſt Digiti, quorũ quatuor Palmum cõficiunt, XVI. pedem. Eſt autem Pes tanquam as in numeris, & † ideo dimi- 2
dius pes, ſemis etiam vulgò appellatur, quantũ videlicet pugno, extẽſoq; pollice metimur: † ſi- 3
cut Spithama vox græca, quæ & ipſa vulgò fertur nomẽ, quantũ extẽſis articulis à minimo ad pollicẽ amplecti poſſumus: latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior qbuſdã: † at cubitus ſeſquipedalis eſt. Greſſus verò, duos pedes, & ſemiſſẽ 4
cõtinet: Paſſus quinq; pedes, ſic dictꝰ, qđ paſſis, i. dilatatis brachiis & manibus hãc dimenſionẽ cõficiamus. † Vlna (ſic enim Orgyiã interpretor) 5
ſex pedib. vt Herodotus ſcripſit, cõſtat. Pertica duos paſſus in ſe habet, hoc eſt, pedes decẽ: vnde & decẽpeda dicitur. Plethrũ pedes centũ. Iugerũ longitudine pedib. ducẽtis quadraginta, in latitudine dimidio minus cõficitur, duosq; in ſe Actus cõtinet. † Stadiũ paſſus centũ vigintiquinque habet, qui ſunt plus paulò pedes ſexcẽti. Di- 6
aulꝰ duo ſunt ſtadia. Milliariũ ſunt mille paſſus, hoc eſt, ſtadia octo. Dolichus ſtadiorũ eſt duodecim. Leuca dictio eſt gallica, cuius tamẽ Ammianus Marcellinus meminit: mille & quingẽtos etiam ipſa paſſus habet, vt Antonius in Itinerario oſtendit, licet pleriſq; in locis ſit amplior. † 7
Paraſanga vocabulum Perſarum, triginta cenſetur ſtadiis, quæ mẽſura paulò minor eſt milliario Germanico. † Schœnus apud Aegyptios ſexa- 8
ginta eſt ſtadiorũ. Stathmus, i. manſio, milliaria habet vigintiocto ſemis: huius in Authenticis[i] mentio habetur. Eſt & vulgaris vox Mãſum, qua tantum agri ſignificatur, quantum ſingulis annis par boum arare, colereq; poteſt[k].
b ¶ Vrbis.) † Quapropter cùm præfectus vrbis,

i l. §. ſi igitur. in authen. vt om. obe.
k c. j. de cenſib.

vrbis, de his, quæ intra centeſimum lapidem
perpetrata ſint [a], cognoſcat, inibitur computa-
tio à continentibus, quod & in dubio ſemper ſer
uandum eſt: alioquin diſtinguimus quemadmo
dum concepta ſint verba, vt ſi prohibiti ſint ci-
ues capras retinere
prope vrbem, com-
putetur à muris: ſi
prope Romam, à
continentibus, vt
plerique hîc ſen-
tiunt.

a l.j.§.cum vrbem. de offic. præf.

ſonis ſolummodo deferri copiam de adulterio
accuſandi [e]: non enim dubium eſt, licere pa-
truo accuſare, licet frater extet. Itemq; cùm lega
tum rei alienæ ab ignorante factum, traditur nō
valere, niſi proximæ perſonæ relictum ſit [f]: intel
ligemus proximā,
etiā qua aliquis pri-
or in gradu ſit. †Ad-
didit Baldus [g], hoc 6
differre proximum
à conſorte, quod ꝓ-
ximus per conſan-
guinitatem dicitur,
conſors ſocius eſt,
& dñij particeps.
Sed ego à peritio-
ribus intellexi, con
ſortem eiuſdem ſor
tis & conditionis
hominem ſignifica-
re, ſed ex ſubiecta
materia aliter atque
aliter μεταφορικῶς ac-
cipi.

e l quamuis adulter. C. de adult.
f l.cum rem. C. de leg.
g Bal. l. dudum. C. de contrahen. empt.

ficijs numerādi ſunt.

LICINIVS RVPHINVS *libro 7. regularum.*

LEX CLV.

PRoximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt.

IDEM *libro 10. regularum.*

LEX CLVI.

MAiore parte añi poſſediſſe quis intelligitur, etiamſi duobus menſibus poſſederit: ſi modò aduerſarius eius aut paucioribus diebus aut nullis poſſederit.

AELIVS GALLVS *de verb. quæ ad ius pertinent, ſignificatione.*

LEX CLVII.

QVantum ad iuris pertinet largam ſignificationē, paries eſt, ſiue murus [a], ſiue maceria eſt.

LEX CLV.

1 *Cùm lex agnato proximo hæreditatem defert, an hæredem ſe aſſerēs, eam qualitatem probare debeat.*
2 *Proximus dicitur etiam ille, qui ſolus eſt.*
Ib. *Is præſumitur ſolus, cuius ſocij nulli apparent.*
3 *Deriuatio voculæ proximus.*
4 *Ius proximitatis ex communi vſu, de cognatione ſpeciali intelligitur.*
5 *Proximus interdum dicitur, qui priorem ante ſe habet.*
6 *Proximus à conſorte differt.*

PROXIMI.) ¶ Quemadmodū ꝓxi
mus intelligatur, qui ſolus eſt, ſu-
1 prà à nobis tractatū eſt: † ſed dubiū
eſt, cùm lex agnato proximo hære
ditatē deferat, an neceſſe habeat eā
qualitatem probare, is qui ſe hæredem aſſerit. Et
ſi non poſſideat, aliusq; agnatus ei contradicat,
non eſt dubiū ꝓbari debere. q, ſi in iudicio alius
agnatus non appareat, durū eſſet ſi eum ad id co
geremus, vt ꝓbaret, neminē quā ipſe ſit, defun-
cto propinquiorem eſſe: idq; Cornæo [b] placuit,
2 cui & nos aſſentimus: † cū ꝓximus ſit, vt hîc di-
citur, qui ſolus eſt: eumq; præſumamus ſolum
cuius ſocij nulli appareant, cùm veriſimile ſit, ad
lucri partem omnes conuolaturos, ſi extarent.
Teren. in Phor. At ſi talentûm rem reliquiſſet de
cem, primus eſſes, memoriter progeniem veſtrā
vſq; ab auo, atq; atauo proferens. Hinc & prouer
biale apud Græcos carmen:

*Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.*

*Omnes virorum diuitum ſunt proximi.*

Sufficit igitur, ſi intra eum gradū eſſe ſe probaue
rit, vnde legitimos prætor vocat: idq; & Alexan.
probat [c]: hunc enim eſſe proximum agnatū cen-
ſebimus. Cæterū hîc ſupereſt videre, & quæ pri-
3 ma ſit huius vocis ſignificatio: † & conſtat à ꝓ-
pè fieri proximum, & ideo vox valde eſt genera-
lis: vnde vicinus proximus dicitur, & amicus:
transfertur & ad ſanguinis iura, & proximi, tam
4 agnati, quàm cognati dicuntur. † In vſu aūt ma-
gis eſt, vt cùm ius proximitatis dicimus, de co-
5 gnatione ſpecialiter intelligamus [d]: † quo ſenſu
etiam qui ante ſe aliquem habent, nihilominus
proximi dicuntur: q̄d eius cōſtitutionis exēplo
apparet, qua traditur, proximis, neceſſariisq; per

b Conſil. 194. in iiij.
c in l. ſi is poteſt. de acq. hæred.
d l. ad inteſtati. C. de leg. hær.

LEX CLVI.

1 *Maiore parte anni poſſediſſe quis dicatur.*
2 *Interdictum Vtrobi, & Vti poßidetis, ſunt exæquata.*
3 *Aduerbia, vtrobi, alibi, inibi, necubi, ſicubi, nuncibi.*

MAIORE.) Interpretatur hîc Iuriſcō-
ſultus interdictum [h], quo cauebatur,
vtrobi quis maiore parti anni fuiſſet,
ibi & maneret: † oſtenditq; maiorem 1
partem anni intelligi, reſpectu poſſeſsionis ad-
D uerſarij: hodie tamen hoc in interdicto id ſolùm
attendimus, vtrobi litis conteſtatæ tempore ea
res ſit [i], de cuius poſſeſsione litigatur: idq; exem
plo interdicti, Vti poſsidetis: † exæquata enim 2
hæc ſunt. † Eadem autem ratione dicimus, vtro- 3
bi, vtro in loco: quia alibi, alio in loco: & inibi, in
eo loco: necubi, ne quo in loco: & ſicubi, ſi quo
in loco. Ouidius:

Sicubi Colchorum Minyis regina vacaui. Ita
enim cenſeo legendum. Nuncubi, num quo in
E loco. Terentius in Eunucho: Nuncubi meam be
nignitatem ſenſiſti in te claudier? Conciſa autē
ſunt hæc ex dictione alicubi, vt etiam Vallæ pla-
cere video.

h l.j.§ vtrobi.
i §. ſed hodie. Inſtit. de interd.

LEX CLVII.

1 *Murus propriè eſt, qui vrbem munit.*
2 *Murus pro pariete priuati ædificij.*
3 *Maceria.*
4 *Parietum varia genera.*
5 *Via, iter, actus differunt.*
F 6 *Via ſi de ſeruitute non accipiatur, etiam ſemitam cōtinet.*
7 *Iter diſtat à ſemita.*
8 *Varia viarum genera.*
9 *Via publica de regalibus an ſit.*
10 *De eo, qui in via publica deliquit, quiuis ſuppliciū ſumere pōt, cui ex generali principis conceßione cōpetit.*

QVANTVM.) a ¶ † Murus propriè di- 1
citur publicus, qui vrbem munit, &
mœnia continet: † impropriè hîc vi- 2
detur accipi de priuato ædificio,
quod



quod paries dicitur: quo ſenſu aduerſus Vallæ
traditionem etiam Cornel. Tacitus lib. XV. vti-
tur. Oſtendit autem Iuriſconſultus parietem eſ-
3 ſe etiam maceriam: † ſic appellatur paries ſine
calce aliáue compactione formatus. Erant au-
tem parietum varia
4 genera, † lateritij, la
pidei, cæmentitij,
teſtacei, cratitij. Fu-
erant lateritij, ex la
teribus duriſsimæ
ſoliditatis, vtpote
qui crudi ſub ſole
diutiſsime perman
ſerant, vt exiccaren
tur. Teſtacei ex la-
tere cocto, qui eti-
am nunc ſunt in v-
ſu. Cæmentitij fi-
unt ex temerè con-
iectis lapidibus cal
ceq; commixtis, &
imbricum modo hę
rentibus. Cratitij,
quos concratitios
Papinianus [a] appel
lat, ligneis cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus
arrectis tranſuerſisq; in modū cratis: vocanturq;
alio nomine intergerini, vt etiam Feſtus oſtēdit,
quod videlicet vicinorum cœnacula his dirime-
rentur: quod diffuſius explicat M. Vitruuius.
5 a ¶ Via.) † Cùm de priuata via loquimur, qua-
tenus ſeruitutis ſpecies eſt [b], ab itinere actuque
diſtat: quæ differentia ex vocabulorum etymo
accipitur. Iter enim ab eundo dictum eſt, & ideo
iter ius eſt eundi hominis. Actus ab agendo: vn-
de ius iumentum agendi actus eſt. Via à vehen-
do, & ideo ius in ſe continet etiam vehiculum
ducendi: tametſi & qui habet actum, in conſe-
quentiam iumentorum etiam vehiculum addu-
cere poſsit. Sanè lege XII. tabularum ea menſu-
ra viam confici traditum eſt, vt in porrecto pedū
octo eſſet, in anfractu XVI. cuius dimidium a-
6 ctui tributum eſt. † Cùm verò de ſeruitute non
accipitur, aliter viam intelligimus, continetque
7 non ſolùm iter, ſed etiam ſemitam. † Hoc autem
diſtat iter à ſemita, quòd iter latiùs eſt, ſemita an
guſtior, & quidam quaſi callis. Videtur etiam i-
ter propriè dici de via publica, quæ populo de-
betur: quod ex Iulio Frontino libro de coloniis
Italicis intelligi poteſt, quo ſenſu ſemitam tra-
mitem priuatum interpretabimur: Græci ἀτραπὸν
dicunt, vnde parœmia, cuius Euſtathius Odyſſ. ν.
meminit, ὁδοῦ παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς, Cùm præ-
ſtò via ſit, tu requiris ſemitam. Plaut. in Curcul.
ſemitam accipere videtur pro ea viæ parte, per
quam incedunt homines, in cuius medió agun-
tur currus & iumenta: quapropter apud eum pa
raſitus minatur ſe facturum, vt obuij capite ſiſtāt
in viam de ſemita. M. Seruius in IIII. Aeneidos
cōmentario aliť explicat, nimirū vt ſemita ſit ſe-
mis via, via actus dimidius, qua poſsit ire vehicu
lum: actum aūt duo capere propter euntiū & ve-
nientium vehiculorum occurſum, in qua re diſ-
8 ſentit à Iuriſconſultis [c]. † Sunt autem viarum a-
liæ βασιλικαὶ, quas conſulares vocant, aliæ vicina-
les, quæ ad vicos ducunt, & ex his vtraq; publi-
cā eſt: ſicut priuatarum duplex quoq; eſt ſpecies,
agrariæ, & quæ ad ſeruitutes ſpectant. Sed dubi-
9 um eſt, † via publica ad quem pertineat. Et extat

a l. ſi fratres. ff. pro ſoc.
b Inſti. de ſeru. in prin.
c l. ij. ne quid in loc. pub.

relatū eſſe de regalib⁹ [d], & ideo videretur in ſim
plici conceſsione caſtri eam non transferri. At a-
libi creberrimè proditur ad ciuitates pertinere
[e], & idcirco licere decurionibus lata lege eam in
priuatum redigere. Ipſe cenſeo viæ publicæ ſecu
ritatem ad principē
ſpecialiter pertine-
re, eius fundum ad
municipes, iuriſdi-
ctionem verò ad e-
um, cui caſtrum i-
pſum cōceſſum eſt.
† Et ideo ſi quis in 10
via publica delique
rit, poſſe ſuppliciū
de eo ſumere quē-
cunq;, cui ex gene-
rali principis con-
ceſsione hoc com-
petat: & ita quidam
ex antiquis ſenſe-
runt, & ego ex fa-
cto conſultus re-
ſpondi.

L. 158. In vſu.
d c. j. quæ ſint reg. iur.
e Bar. l. continuus. §. cum quis. de verb. oblig.

Item via [a] eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

CELSVS *libro 35. digeſtorum.*

LEX CLVIII.

IN vſu iuris frequēter vti nos Caſſelius ait ſingulari appellatione, cùm plura generis eiuſdem ſignificare velimus: nam multum hominem veniſſe Romā, & piſcem vilem eſſe dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus heredi cauere, ſi ea res ſecundum me, hæredē'ue meum iudicata erit. Et rurſus, quod ob eam rem te hæredem'ue tuum: nempe æquè ſi plures hæredes ſint, continentur ſtipulatione.

LEX CLVIII.

1 *Orationum alia particularis, alia ſingularis, alia indefinita.*
2.3 *In legibus indefinita æquipollet vniuerſali: ſecus in diſpoſitione hominis.*

IN VSV.) † Orationū alia eſt particula- 1
ris, vt cùm ſignum particulare præpo-
nitur, quale eſt, quidā, aliqs, vnus: alia
ſingularis, vt ſi nomē ꝓpriū ei inferat:
alia eſt indefinita, vt cui nullus termin⁹ ꝓpoſit⁹
eſt. vnde eius ſignificatio valde ambigua eſt par
D ticulariť ne, an in vniuerſum accipiēda ſit. Et cū
ex ꝓferētis mēte id pēdeat, eā ex ſubiecto argu-
mēto cōiiciemus. Conſtat aūt neceſſariò huiuſ-
modi ſermonē vniuerſalē ſenſum nō accipere,
& idcirco in teſtimoniis nō fiet hæc interpreta-
tio [f], ſed potius aduerſus eū, qui produxit, vt nō
ꝓbatū ſit, intelligemus [g]. † In legibus aūt non ita 2
eſt, & ideo in his indefinita æquipollet vniuerſa
li, cū legū natura ſit, vt de vniuerſis cōſtituātur.
Sed & ſi lex velit homicidam ſummo ſupplicio
E affici, niſi ab hærede pacē impetrauerit, omnium
cōſenſum ſi plures adſint, requiri exiſtimo [h]: idq;
frequētius receptū mihi videtur. † At in diſpoſi- 3
tionib. hominū nō æquipollet, niſi verba ex ſui
natura generalitatē quādā ſignificēt, vt piſcis, au
rum, argentū, lana. Idem in hærede ex communi
vſu loquēdi: cum enim plures ſunt hæredes, hæc
dictio, hæres, vni ſoli omnino non conuenit [i], cū
in ſolidum non ſit hęres, ſed vnà cum aliis admit
tatur, meritò inualuit vſus, vt de omnibus intel-
ligeretur: ſed & ſi hæres indiffinitè prohibitus
F ſit, ne alienet, exiſtimauerunt plerique de omni-
bus ſucceſſoribus actum videri. ſi tamen genera-
le id nomē certis finib. cōtineret, vt homo, par-
ticulariť potius propť ſermonis proprietatē in-
telligeremus, & mediocris poſſet accipi [k]. In di-
ſpoſitiōe quoq; ipſi proferēti fauorabili, veriſimi
le eſt tali ſermone eū vniuerſaliter prouidiſſe: vt
cùm pater filium ſuū ſe inſtituere, vel filio tuto-
res dare ꝓfeſſus eſt [l]. quòd ſi pluraliter id nomi-
nis proferat, tunc vniuerſaliter, & ideò collecti-
uè

f l. non hoc. vbi laſ. C. vnde leg.
g Bar. l. ſi pluribus. de leg. ij.
h l. iiij. §. Cato. de verb. oblig.
i Bar. l. Lucius. §. Sempró. de leg. ij.
k l. legato generali. de leg. j.
l l. ſi quis ita. de teſta. tut.

uè ſemper accipitur: vt ſi filios exhæredare ſe dicat, vel cognatis legare [a].

a Raph. d. l. ſi pluribus.

LEX LIX.

1 *Aes metalli ſpecies nntiquior ferro.*
2 *Qualiſcunque pecunia, æris appellatione contimetur.*
3 *ἐξαργυρίζειν græcè, latinè exargẽtare.*
4 *Numus aureus cuius olim valoris.*
5 *Solidus idem quod aureus.*
6 *Græci χαλκὸν, id eſt, æs, pro quacunque pecunia accipiunt.*

VLPIANVS *libro 1. ad Senatusconſult.*

LEX CLIX.

A

ETiam aureos numos æs dicimus.

IDEM *libro 2. ad Senatusconſult.*

LEX CLX.

B

CÆterorum & Reliquorum appellatione etiam Omnes continentur, vt Marcellus ait, circa eum, cui optio ſerui legata eſt, cæteri Sempronio. Nam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

C

1 ETIAM aureos.) † Aes ſeparata ab auro argentoq; metalli ſpecies eſt, apud antiquiſsimos quoque prius in vſu, quàm ferrum, vt Heſiodi poëtæ carmen indicat: vnde & pecunia ſolo ære cudi cœpta eſt, hinc
2 que paulatim factum eſt, † vt qualiſcunque pecunia, æris appellatione comprænderetur: ideq; in tranſalpina Gallia de argento: qualemcunque enim numorum ſpeciem, ſimpliciter argen
3 tum vulgò appellant: † nam & Græcis ἐξαργυρίζειν, quod M. Cicero exargentare tranſtulit, in pecu-
4 niam redigere ſignificat. † Numus autem aureus, cuius hic mentio eſt, ſeſtertios æris centum valebat, quod in Diſpunctionibus annotaui, hoc eſt, denarios argenteos XXV. Idem autem eſt denarius quod drachma. Sed deinde minoris ę-
5 ſtimationis aureus fieri cœpit, † & in Cæſarum conſtitutionibus ſolidus appellari, quorum ſeptuagintaduo auri libram conficiunt: qua ratione cùm aureus, quo hodie vulgò vtimur, drachmam auri pendat, conſequens eſt, ſolidũ drachmam pependiſſe, eiusq; præterea tertiam partẽ,
6 hoc eſt, ſiliquas ſex. † Sanè & Græci χαλκόν, id eſt, æs, pro quacunq; pecunia accipiunt: vnde ἀχαλκεῖ apud Lucillium epigram. 11.

Ἑρμοδότου τὸ δὲ δόγμα τὸ πάνσοφον, ὅς τις ἀχαλκεῖ,
μηκέτι πεινήτω δεῖ τὸ χιτωνάριον.

*Hermodoti hoc dogma eſt, Quiſquis miſer, indiget ære,*
*Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.*

LEX CLX.

1 *Cæterorum appellatione omnes contineri.*
2 *Dictio, cætera, vnde deducatur.*
3 *Clauſula, Et cætera, abbreuiationis cauſa appoſita, quid operetur.*

1 CAETERORVM.) † Sicut ſuprà vidimus has dictiones, amplius, reliquũ, virilem partem, etiam de toto dici: ita de dictione cæterorum, admittendum eſt. & ideo legata Titio optione ſeruorum, & cæteris Sempronio relictis, ſi Titius non optet, vel alio modo à legato excludatur, omnes ad Sempronium pertinebunt [b]: non quòd portio Titij ad illum per ius accreſcendi deuoluatur, ſed ex vi ipſorũ verborũ: & ita Pontan⁹ [c] id reſpõſum declarat, & in eo, cui ſuperfluum relictum erat. Raphaël [d] ex facto conſultus idem reſpondit. † 2
Deducitur autẽ hęc dictio, cætera, à græco, καὶ ἕτερα, id eſt, & alia: † & ideo cum 3
abbreuiationis cauſa apponitur, eius virtute cẽſentur alia repetita, quæ ex natura & conſuetudine actus requirebantur, obſeruabimusq; hac in re notarij ipſius conſuetudinem: vnde in re dubia non licebit eius ſucceſſori abſque iudicis mandato eam clauſulam extendere, vt Bart. ſenſit [e]. Sed & vbi de iure neceſſaria eſt ſcriptura, vel expreſsio verborum, non eſt exiſtimandum ſufficere, quod eius clauſulæ inuolucro tabelliones implicant [f], & ideo nec iuramentum, nec ſtipulationem in ſe continere videbitur. Sunt & qui plu-
D rimum referre putent, extenſim cętera ſcriptum ſit, an præſcriptis notis, &c. quod ridiculum ego arbitror.

b l. cum optio. de op. leg.
c Rom. ſing. xxxv.
d Com. conſil. cv.
e Bar. l. Gallus. §. ij. §. de libe. & poſt.
f l. j. de his quæ in teſta.

PAVLVS *libro 2. ad Sabinum.*

A LEX CLXI.

ILla verba, OPTIMVS, MAXIMVSQVE, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt: ſic & circa edictum
B prætoris ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ.

¶ Pueri appellatione etiam puella ſignificatur: nam & fœminas puerperas appellant re-
C centes ex partu: & Græci communiter ὁ καὶ ἡ παῖς appellant.

LEX CLXI.

1.3 *Fundus opt. maximusq;, in eum cadere poteſt, qui ſolus eſt.*
2 *Superlatiua de pluribus dicuntur regulariter.*
4 *Puer vnde dictus, & ſub puero etiam puellam contineri.*
E
5 *Reprehenſus Paulus Iuriſconſultus.*
6 *Veteres, pueras dixerunt.*

ILLA VERBA.) † Legauit teſtator fundũ ſuũ, quem optimũ maximũq; habet: dubitatum fuit, ſi in vno verba 1
hæc locũ ſibi vendicaret: † ſuperlatiua enim de pluribus ſolent dici. † Sed quoniam 2 3
qñq; etiã ſimpliciter pro poſitiuis accipiuntur,
F verius eſt ad vnum quoq; referri, idq; prætoris exẽplo, qui cũ ſe daturũ bonorũ poſſeſsionẽ ſecundũ ſupremas tabulas edixiſſet, eũ quoq; admittit, q ſolis tabulis inſtitutus ſit [g]. Cui exẽplo & illud cõuenit, q̃d Fabius Quint. quadã declamatione refert. Is cùm lex vltima teſtamenta rata eſſe debere mandaret, vltimũ interpretat̃ primũ, poſt quod tamen aliud factũ erat, quod iure non valebat: hocq; ex voluntate legis eſſe autumat, licet non ex verbis.

g l. j. §. j. §. de ſecund. tab.

§. PVERI.) † Puerum à puritate dici quidam exi- 4



ſtimauerunt, quam dictionem etiam de fœminis prædicari, Paulus hîc tradit, ſententiæq; ſuæ duo argumenta adducit, quòd etiamnum fœminas à partu recentes puerperas vocemus, itemq;
5 quòd Græci vtroq; genere ὁ καὶ ἡ παῖς dicunt. † Sed iudicio meo hæ rationes non conſiſtunt, cùm puerpera nõ à puero, ſed à
6 puera dicatur. † Veteres enim pueras dixiſſe, vt in Caligula Tranquillus autor eſt, & M. Varro Noniusque Marcellus indicant, vnde diminutiuum puella. nec Græcorum exemplo quicq̃ moueri poſſumus, cùm apud eos παῖς commune nomen ſit, vt ipſe ait, & Theocriti carmine in Syracuſis admonemur:

καλλίστα παίδων πέρα θῶ παντα τελεῖται.

Latinorum nemo puerũ fœminino genere protulit. Satius eſt ergo id reſponſum per eam interpretationem ſimpliciter accipere, qua maſculinum concipit fœmininum.

IDEM LIBRO 7. *ad Sabinum.*

LEX CLXII.

NOn eſt pupillus qui in vtero eſt.

POMPON. LIBRO 7. *ad Sabinum.*

LEX CLXIII.

IN vulgari [a] ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituit̃, rectè ſubſtitutũ etiam vnico intelligit̃ exemplo legis XII. Tabularum, ex quibus ꝓximus agnatus etiã
A ſolus habetur.

¶ Si quis ita [b] in teſtamento, ſi quid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto: mortuo filio, Damas liber erit.
B licet enim accidat & viuis, attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.

L. 163. In vulgari. §. Si quis ita.

LEX CLXII.

1 *Pupillus non eſt, qui in vtero eſt.*
2 *Ancilla non ideo pretioſior, quia prægnans.*
3 *Parturiens mulier in periculo mortis cenſetur eſſe.*
4 *Hæreditas in lege Falcidia propter ventrem ancillæ non augetur.*
5 *Si mulier prægnãs in exilium acta ſit, filius ibi natus non eſt exul.*

1 NON EST PVPILLVS.) † Qui in vtero eſt, pupillus nõ eſt, ſed viſcerum matris quædã portio: & ideo ancilla prægnante vendita, ſi partus euincatur, non agitur duplæ: quia non videtur magis in contractu ad partum habitus reſpectus, quàm ad quoduis aliud inte-
2 ſtinum [a]. Hinc eſt conſequens, † vt non ideo pretioſior ſit ancilla, quòd prægnans ſit: quamuis enim aliqua ſpes lucri inde domino ſubeſſe videatur, contrario tamẽ detrimenti periculo eliditur.
3 Quid enim ſi ancilla abortiret? † cùm præſertim parturiens mulier cenſeatur in periculo mortis
4 eſſe [b]. † Meritò ergo in legis Falcidiæ computatione propter ancillæ ventrem hæreditas nõ augetur [c], quod periculum in brutis tam frequens non eſt. Si tamen cariore pretio propter partum quis ancillam emat, quod ex ea natum erit titulo oneroſo habere videbitur [d]. Sed & ſi fur matrem ſuſtulerit, partum quoq;, qui apud eum conceptus eſt, contraxiſſe videtur, vnde neque eum vllo tempore per poſſeſsionem acquirit, quod ſu-
5 prà attigimus [e]. Et ex his conſequens eſt, † ſi mulier prægnãs in exilium acta ſit, filium ibi natum nõ videri exulem [f]. Sed & legem Corneliam aduerſus homicidas latam, verius eſt non procedere in eo, qui abortionem procurauit: tametſi alij aliter ſenſerint [g]. Illud quoque traditum eſt, ſi lex portorij vectigal pro quocunque animali imponat, pro eo, quod in vtero eſt, nihil ſoluendũ eſſe: nã & huiuſmodi in cenſum nõ refertur, & in hoc omnes conſentiunt. Sanè Iuriſconſultus pupillum hîc videtur lata ſignificatione accipere, pro quocunque infante. Accurſius tamen etiam propriè accipit, & ideo infert, tutores pupillis ſuis datos nõ videri ventris tutores fuiſſe, ſi infans non naſcatur: cuius ſententia vera eſt [h].

a l. ſi prægnãs. de euict.
b Abb. c. paſtoralis. in fi. de officio ord.
c in l. Falc. placuit. ff. ad l. Fal.
d l. quod ſi ex Pamphil. de legatis ij.
e l. partum. §. eod.
f l. in ſeruorũ. de ſtat. hom.
g Felin. c. ſicut. de homic.
h l. cum pater. de neg. geſt.

LEX. CLXIII.

1 *Applicata facti ſpecies ad hãc legem.*
2 *Supremus dicitur, qui vnicus fuit.*
3 *De qua ſubſtitutione textus ſit accipiendus.*
4 *Quid ſi dictum ſit, Mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hæres eſto?*
5 *Humanitus accidere, non eſt mori.*
6 *Conditio illa, Si quid acciderit, de morte intelligitur.*
7 *Et an mors ciuilis hoc caſu ſufficiat.*
C 8 *Imperiti teſtatoris verba ex vulgi conſuetudine declaranda.*

IN VVLGARI.) a ¶ † Inſtituit teſtator filium quem habebat, & quoſcunque habiturus eſſet, eique qui ſupremus morietur, Seium ſubſtituit: dubitari potuit, ſi alios filios nõ habuerit, an Seius illi ſaltem quẽ tum, cùm teſtaretur, habebat, rectè ſubſtitutus videretur. Et exemplo legis xij. 1
D Tabul. rectè ſubſtitutum defendit [i]: † quoniam in ea lege ſupremus dicitur, qui vnicus fuit: ſatisque eſt, vt vltimus quis cenſeatur, qui poſt ſe neminem habeat, etiam ſi à nemine quoq; præcedatur, quod & ſuprà latius attigimus. Sed in hac ſpecie dubium eſt, ſi plures ille filios haberet: an inuicem ſubſtituti viderentur [k]? & receptum eſt, cenſeri legitimæ ſucceſsionis inter plures cohæredes ius reſeruatũ, niſi vltimo decedẽti in omni hæreditate ſubſtitutio facta ſit [l]: non em̃ q ſupre- 2
E mus moritur, omnẽ hęreditatẽ reſtituere poteſt, niſi ipſe eã habuerit: at habere eã non poteſt, niſi viciſsim eos grauatos dicamus. Sunt qui idẽ eſſe opinantur [m], cùm ita verba concepta ſunt, vt poſt mortem omnium reſtitutio facienda ſit, tametſi expreſsè dictum nõ ſit, vt qui vltimus moriatur, reſtituat [n]: quod rationem in ſe vllam non habet: non ergo vltimus omnium portionem, ſed eo in caſu vnuſquiſque ſuam reſtituet.

a ¶ VVLGARI.) † Accurſius interpretatur, id 3
F eſt, pupillari. Ego aliter ſentio: cùm enim teſtator filiis inſtitutis, ei, qui ſupremus morietur, ſubſtituit, ſi vnicus ille ante aditam hęreditatem decedit, ſubſtitutus ex vulgari admittetur: ſi poſt aditam, antè tamen, quàm pubes eſſet, ex pupillari: vnde à principio ea ſubſtitutio ſatis poteſt vulgaris appellari. nec obſtat quòd ex vulgari ei nõ ſuccedatur, ſed teſtatori, quia pronomen illud prò ſuperuacuo habetur, idque Alber. probat [p]. † Sed quid ſi dictum ſit, mihi & ei, qui ſupremus morietur, Seius hæres eſto? Et adhuc opina- 4

i l. qui duos. de reb. dub.
k l. vel ſingulis. §. de vulg.
l l. Titia Seio. §. ij. de leg. ij.
m Soc. l. hæredes. §. cũ ita. ad Treb.
n arg. l. codicillis. de vſufruct. leg.
p l. j. in prin. de vulg.

ri quis poſsit, de vulgari & pupillari ſubſtitutione ſolùm egiſſe teſtatorem, vt ordinem coniuncta denotet, quaſi ſibi ſubſtituerit, ſi filius hæres non erit, & filio ſi hæres erit. Quidam etiam fidei commiſſariam contineri aiunt, vt Pontanus & Iaſon [a], & in electione ſubſtituti eſſe, directè an per fideicommiſſum hæreditatem vendicet: quæ ſententia propter veriſimilem teſtatoris volũtatem adiuuanda eſt.

a Iaſ. l. pen. C. de impub.

b ¶ §. SI QVIS 5 ITA.) † Humanitus accidere, eſt mori [b]: & ita docti ſolent loqui. Sed teſtatores ex vulgi ſermone, qui conciſior eſt [c], & breuior, ſimpliciter accidere & cõtingere, pro vita defungi accipiunt: vltimus enim qui homini euenire 6 poſsit caſus, eſt mors: † meritò illa conditio, ſi quid acciderit, de morte intelligitur [d]: alioquin propter generalitatem nullius ferè momenti eſſet. 7 † Sed an mors ciuilis hoc quoque caſu ſufficiat, vt quia in exilium quis miſſus ſit? & Baldus [e] 8 de ea ſentire contrahentes nõ arbitratur. † Hincque argumentum ſumi poteſt, imperiti teſtatoris verba ex vulgi conſuetudine declarari: quod & Socinus [f] in ea ſpecie annotauit, cũ filium quidam viuum & mortuum relinquere ſe Titio in teſtamento dixiſſet: interpretatus eſt enim, Titium viuẽti tutorem datum, mortuo hæredem [g]. Sed huiuſmodi verbis hæreditatem dari periculoſius eſt, quàm vt ego affirmare auſim, cùm & curam mortui gerere quis poſsit, dum pompam funeris, ornatum ſepulchri, parentaliaque huiuſmodi procurat.

b Inſtit. de do. in prin.
c l. publica. de poſ.
d l. vxorem. §. Seia de leg. iij.
e Bald. in rubr. C. de poſ.
f l. qui duos. de reb. dub.
g Lanc. l. centurio. in fin.

VLPIAN. LIBRO 15. *ad Sabinum.*

LEX CLXIIII.

NOmen filiarum & in poſthumã [a] cadere, quæſtionis non eſt, quãuis poſthumæ non cadere in eam, quæ iam in rebus humanis ſit, certum eſt.

¶ Portionis [b] nomen nõ ſemper dimidiam ſignificat, ſed prout adiectum eſt. poteſt A enim iubere aliquis, & maximam partem partiri poſſe, & viceſimam, & tertiam, & prout libuerit: ſed ſi nõ fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

B ¶ Habere [c] ſicut peruenire cum effectu accipiendum eſt.

LEX CLXIIII.

1 *Poſthumus propriè quis.*
2 *Teſtator de filiabus diſponens, an de poſthumis ſenſerit.*
3 *Propria ſignificatio ex interpretatione reſtringenda: & quando id locum non habeat.*
4 *Portio de qualibet parte dicitur.*
5 *Quando hoc non obtineat.*
6 *Quibus caſibus etiam de minima portione actum fuiſſe intelligatur.*
7 *Regulariter verba cum effectu accipienda.*
8 *Habere quis dicatur.*
9 *Vis pro effectu accipitur in iure.*

1 NOMEN FILIARVM.) a ¶ † Poſthumus propriè intelligitur, qui patre humato natus eſt: ſed & ꝗ poſt teſtamentum natus eſt, largo modo poſthumus dicetur [h]. 2 † Sed pone teſtatorem de filiabus aliquid diſpoſuiſſe, an de poſthumis quoq; actum cenſebimus? Et dubium non eſt ex proprietate ſermonis poſthumas ea appellatione contineri: ſed quia earum meminiſſe non videtur, neque cogitaſſe vt poſthumæ naſcerẽtur, ad futuros poſt mortem ſuam 3 filios reſpexiſſe nõ creditur [i]: † & ideo propriam ſignificationẽ ex interpretatione reſtringimus: quæ interpretatio locum nõ habet, cùm contrariis coniecturis prior præſumptio tollitur, vt ſi in parte teſtamẽti poſthumarum mentionem fecerit: non enim oblitus videri poteſt, qui aliqua in parte poſthumam commemorauit. Idem ſi neceſſariò poſthuma admitti deberet, vt in inſtitutione, teſtamentum enim corrueret. Quod & dicendum eſt, cùm filiabus tutores [k] quis deſignat: vtilis eñ hic actus poſthumę eſt, nec hæreditati damnoſus: vnde ꝓpter fauorẽ de poſthumis quoq; actum credimus, & vim verborum obſeruamus. Sanè qui poſt teſtamentum naſcitur, indiſtinctè admittendus eſt, ſi tamen teſtator eum natum eſſe ſciuit: cũ enim nihil mutet, declarare videtur, de eo quoque ſe intellexiſſe: & hoc Bartolus probat [l].

h l. iij. §. j. de iniuſt. rup.
i l. qui filiabus. de leg. j.
k l. ſi quis filia. de teſtam. tut.
l l. ſi cognatis. de reb. dub.

b ¶ §. PORTIONIS.) † Portio videtur mihi 4 de qualibet parte dici: quapropter cùm lex in toC tum, vel pro parte aliquid recipi vetat, qui vel minimum recipit, pœnæ reus eſt [m]. Et emphyteota qui particulare damnum tolerare, ſuoque periculo ferre debet, qualecunq; erit, feret [n]. Et facultas rem à ſocio venditã luendi, illi, qui in ea partem habeat competens, vel ei cuius ſit, milleſima non denegabitur [o]. † Quoties autem veriſi- 5 mile non eſt, de minima re actum eſſe, vt quia diſpoſitio nullius redderetur momẽti, veluti in eo, qui partem fundi promittit [p], vel alio ſimili duD bioque caſu, de dimidia accipiendum eſt [q]. Vnde qui partis bonorum vſumfructum legat, de dimidia intellexiſſe videtur [r]. Et cùm quis ab altera ſe parte electum ait, non minus, quàm dimidia ſit, intelligemus [s]: alioquin quæ in pauciore numero eſſet, cùm nullius momẽti haberetur, alteram nihil impediret. † Quòd ſi portiunculæ mentio 6 fiat, vel alicuius, vel quantæcunq;, vel certæ partis, verius eſt etiam de minima intelligi [t]. Idem ſi quantula, vel minuſcula ſcriptum ſit [u]: niſi ad cer E tam aliquam iuris diſpoſitionem ſe referant, ex ſubiecta enim materia interpretationẽ recipiũt. Quapropter qui in teſtamento ſextam partẽ hæreditatis ſuæ relinquit, ſextam aſsis legaſſe intelligetur, idque Bartolo viſum. Quod in hæreditate procedit, quam lex in duodecim partes diuidit: in aliis verò rebus Angelus diſſentit [x], qđ & nos probamus. Quapropter ſi duas partes rei petieris, non duas ex aſſe, ſed ex tribus partibus petiiſſe videberis. quòd ſi ſex partes dari teſtator F voluerit, dubium non eſt ſemiſſem deberi. Qua ratione ſi vnam partem hęreditatis relinquere ſe dixerit [y], de vna vncia intelligendum videtur.

m c. auaritię. in fi. de elect. lib. 6.
n l. j. C. de iure emphyt.
o Bal. l. j. C. de com. ſer. ma.
p gl. l. cũ poſt. §. gener. de iur. dot.
q l. planè. in fi. de leg. j.
r l. etiam de vſufruct.
s gl. c. ſi prius quàm.
t Bar. l. ij. Cod. quand. & quib. lib. x.
u l. qui cõcub. §. j. de leg. iij.
x Ang. l. defuncta. de vſufr.
y Bart. l. interdum. de hæred. inſtit.

c ¶ §. HABERE.) Regula eſt generalis, quam alibi attigimus, † Verba cum effectu accipienda 7 eſſe [z]. † Is autẽ eſt effectus, vt ex perſona ſua quis 8 habeat: vt deductis oneribus, lucrum illi ſuperſit: vt momentanea non ſit acquiſitio: quæ ſi non interueniant, habere quis propriè & ſtrictè non videtur. Effectum quoque ea reſpicere exiſtimantur, quibus actus alicuius ſit momenti, nõ autem

z l. aliud. l. cepiſſe hoc tit.



eluſorius remanet [a]. Sed & vt lex rebus ipſis, nõ verbis impoſita cenſeatur, ad effectum pertinet [b]. 9 † In iure quoque lectum eſt, vim pro effectu accipi: vt apud Marcellum [c], ei qui hominem ſtipulatus eſt, promiſſor eum dando, qui tunc illi ſeruierat, liberatur vi ipſa. Sic & Cornel. Tacitus lib. XIII. Veſtigal mancipiorum remiſſum magis ſpecie, quàm vi. Cuius locutionis ratio eſt, quia vis à græco βίη deſcendit, cuius contrariũ & κατ᾽ ἀντιστοίχιον eſt ius. Vnde ad differẽtiam eius, quod ipſo iure fit, dicimus aliquid in effectu, vel vi ipſa factum.

a c. ſi dultas. de ſent. excomm. in 6.
b l. ij. C. com. de leg.
c l. qui decem. §. Stichum. de ſol.

POMPONIVS *lib. 5. Ad S. C.*

LEX CLXV.

VEniſſe ad hæredem nihil intelligitur, niſi deducto ęre alieno.

IDEM *Lib. 6. ad Sabinum.*

LEX CLXVI.

VRbana familia [a] & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur: poteſt eñ aliquis diſpenſator [b] non eſſe vrbanorum A ſeruorũ numero, veluti is qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibiq́; habitet, & non multum abſit à villico [c]. Inſularius [d] autem vrbanorum numero [e] eſt: Vi B dendum tamen eſt, ipſe dominus quorũ loco quenque habuerit: quod ex numero familiæ, & ex

LEX CLXV.

1 *Ad hæredem perueniſſe dicitur, quod deductis oneribus peruenit.*
2 *Quid in legatario obtineat.*
3 *Regula, Eatenus habuiſſe quilibet videtur, quatenus deductis oneribus remanet. Fallit hæc regula, vt num. 4.*

1 V ENISSE.) ¶ † Ad hæredem id perueniſſe exiſtimãdum eſt, quod deductis oneribus peruenit: hocque exemplo legis falcidiæ rationem 2 inibimus. † Ad legatarium verò, qui fundum accipere, & decem hæredi dare iuſſus eſt, totum fundum iure legati perueniſſe interpretabimur [d], & hoc quantum ſit ad hæredis falcidiam, qui X. illa conditionis implendæ cauſa ſibi data computare non tenetur, alioquin verum eſt, huiuſmodi legatarium in toto fundo lu3 cratiuum titulum non habere [e]. † Et hinc generalis regula colligitur, eaten⁹ habuiſſe quemlibet videri, quatenus deductis oneribus remanet [f]. Hinc ſi quis ſacerdotium valoris centum aureorum impetrauerit, illud obtinere poterit, quod ducentis cenſeatur, ſi deductis oneribus ſola centum ſint reliqua: quod & in portoriorum legib. obſeruandum eſt. Habetur autem in his onerib⁹ & medij temporis vſurarum ratio [g], & cuiuslibet pecuniæ, quæ pro re ipſa effundatur, quale eſt ἑρμηνευτικὸν, id eſt, proxenetæ merces; haſtarumq́; 4 ſolennium impẽdia, & ſi qua ſimilia. † Sanè cùm lex exactionis effectum non reſpicit, ſed petitionis modum, aliud dicendum eſt: vt ſi actorẽ mandet duos aureos in ſingula centum, quæ petat ꝓ ſportulis, deponere, ſacramentoq́; ſic contendere [h]: nihil enim refert, ꝙ reus ita inops ſit, vt etiã ſi vincatur, petitam ſummam ſoluere nequeat.

d l. ad veterani. ad leg. falcid.
e l. non amplius. de leg. j.
f Deci. conſi. 156.
g Iaſ. d. l. nõ amplius.
h l. cum quædã. de iuriſd. om. iud.

LEX CLXVI.

1 *Vrbana mancipia à ruſticis quomodo ſeparentur.*
2 *Diſpenſator quis, & vnde dicatur.*
3 *Seruus villicus.*
4 *Seruus inſularius.*
5 *Inſulæ pro domibus accipiuntur.*
6 *Numerus etiam ordinem & turmam ſignificat.*
7 *Serui ordinarij & vicarij.*
8 *Qui prouinciæ præeſt, extra eam pernoctare nõ poteſt.*
9 *Quid ſit pernoctare.*
10 *Dictio, Per, in cõpoſitiõe ad totũ ſiue integritatẽ refertur.*
11 *Pernox luna.*
12 *Peregiſſe reum.*

L. 166. Vrbana familia. §. Pernoctare.

V RBANA.) a ¶ † Vrbana mãcipia nõ 1 loco, ſed genere vi⁹ cognoſcuntur [i], & à ruſticis ſeparantur: vnde qui rationes villicas diſpẽſat, & de cibarijs ꝓuidet, in ruſticis computabitur: at qui inſulas cuſtodiunt, vrbani exiſtimabuntur. cũ tamen dubitamus, quid paterfamiliâs ſenſerit, ex eius conſuetudinẽ depræhendemus [k]: cui⁹ rei & ex rationibus libelliſq́; eius, aut vicariorũ, qui vel ruſtica curant, vel vrbana, certiores fieri poterimus.

i l. quemadmodum. de ſupp. leg.

b ¶ Diſpenſator.) † Seruus eſt qui impẽdia do 2 C mus curat, & victui præeſt: huic obſonatores, piſcarij, coqui, idq́; genus ſerui parent. Sumpſit nomen ab expendendo pecuniam, vel ꝙ rationes diſpendat, id eſt, procuret, & conſideret, calculumq́; ducat. ui vt plurimum in vrbe degunt.

k l. ſeruis vrbanis. de leg. iij.

c ¶ Villico.) † Villicum M. Cato, & L. Columel 3 la ꝓ eo ſeruo accipiunt, qui ruri pręeſt, & agriculturam ruſticaſq́; operas curat, eiſque ſecundum domini vtilitatem præcipit: huic ſerui ipſi agricultores ſubijciuntur.

D d ¶ Inſularius.) † Recentiores quidam inſula 4 rium accipiunt ſeruum, qui propter aliquod delictum in compedibus opus faciat, in inſulaq́; relegatus ſit: ꝙ falſum eſt: inſulari⁹ enim ſimpliciter ſeruus accipitur inſulæ cuſtos, cuius rei Pomponius autor eſt [l]. † Inſulas aũt Feſtus interpretatur 5 domos quæ vicinorum cõmunib. parietibus nõ coniungũtur, ſed quoquouorſum vel priuata vel publica area ambiuntur. Quam ſententiam ſunt ex recentioribus qui improbent: quoniã ex P. Vi E ctore conſtat, longè plures Romæ inſulas, quàm domos fuiſſe: ꝙ veriſimile non eſſet, ſi hoc ſignificatu inſulæ acciperentur: quapropter ipſi interpretãtur inſulas eas ædes eſſe, quæ inquilinis locari ſolerent: ꝙ & ipſe probarem, ſi aliqua hoc etymologiæ ratio ſuaderet. Feſti igitur opinionẽ ſequor, quæ ex Corn. Taciti libro XV. confirmatur. Is propter crebra incendia, cũ multi aquę ductus in vrbem deferrentur, à Nerone excogitatũ tradit, vt aqua priuatorũ licentia intercepta, quò F largior & plurib. in locis haberetur, in publicum flueret, ædificiaq́; non cõmunione parietũ, ſed proprijs quæq́; muris ambirẽtur, canalibus, vt opinor, eis in parietibus additis, vt reprimendis ignibus aqua facilius decurreret: hinc inſulæ nomen deductum. Erant autem non modò ab incẽdijs tutiores [m], ſed etiam à furibus, qui per tegulas commeare in eas non poterant: ideoq́; in eis pretioſiora quæque reponebantur, vt quę ſolius effracturæ periculo ſubijcerentur.

l l. ſi ita. de vſu & hab.
m l. iij. §. effractarij. de offi. præf. vig.

e ¶ Numero.) † Numerus etiam ordinẽ & tur- 6

mam ſignificat[a]: vnde numeri militum dicũtur: hinc & numerus familiæ. Obſeruandum igitur erit, an paterfamil. in ordine & conſortio ruſticorum ſeruorum aliquẽ haberet, an verò vrbanorũ.

a l.j. in ff. de bono poſſ. ex teſt. mil.

7 a ¶ Vicarijs.) † Serui ordinarij dicuntur, quib. peculium domin⁹ conceſsit, negotiariq́; ſinit[b]. Vicarij ſunt, qui ordinarij vices gerebãt, quidamq́; quaſi ſubinſtitores. Igitur ſi ordinarius vrbana ruſticaq́; negotia pertractaſſet, habuiſſetque alios vicarios vrbanis, alios ruſticis, qui ſeruus in ruſtici vicarij famulitio erit, ruſticus cẽſebitur. Martialis: Eſſe ſat eſt ſeruum, iã nolo vicari⁹ eſſe: Qui rex eſt, regẽ Maximenõ habeat.

b l. ſi ſeruus. §. de pecul.

8 b ¶ §. PERNOCTARE.) † Qui prouinciæ preeſt, extra eam etiam voti ſoluendi cauſa pernoctare non poteſt[c]. Quæritur, 9 † quid ſit pernoctare: & integram noctem ſignificari Iuriſconſultus ait. Sic Flamen Dialis quoties valetudo aduerſa incidiſſet, non vltra binoctium pernoctare poterat, vt Tacitus lib. III. ſcribit. Sic & in lege XII. tab. quæ trinoctio abnoctaſſet, vſurpabatur, vt ex Q. Mutio A. Gellius li. 10 III. tradit. † Id autem dictio per, in compoſitione demonſtrat, quæ vox ad integram noctem refertur, vt hîc ait Iuriſconſultus. Quo argumento ſi lex prætori in delictis ſui officij tempore perpetratis iuriſdictionem mandet, cùm prioris tempore quis vulneratus à ſicario eſſet, & ſub ſucceſſore perijſſet, reſponſum à quibuſdam eſt, neutri ius cognoſcendi eſſe, cùm integrum delictũ neutrius tempore factum ſit, perpetrare autem ad totum refertur[d]. Sed hæc deciſio vera non eſt: qui enim letiferè percuſsit[e], quod in ſe eſt, omne delictum perfecit, & ideo ad primum magiſtratum 11 ius coërcitionis pertinet[f]. † Sanè hoc exemplo & pernox luna dicitur, quam Græci παννύχιον vo- 12 cant. † Sic & peregiſſe reum dicitur, non qui ſolummodo detulit, ſed qui condẽnauit[g]: quo exemplo & perennare dicimus, & perhibere, & perlegere, & perferre, & percipere: hæc enim omnia ad quandam integritatem, perfectionemq́; referuntur. Tametſi non negauerim in compoſitione eam dictionem aliter quoque accipi, vt cùm perfidum periurum dicimus: itemque perpluere, perſpicuus: & ruſus perpauci, pertinax: ſed & perorare dicitur, cui finis orandi demandatus tantummodo eſt.

c l. illud. de off. præf.
d Alb. hîc.
e l. fin. §. ſicut. de bon. cor.
f l. diuortio. §. ſi vir. ſol. matrim. Alex.
g l. ij. de adult.

vicarijs[a] apparebit. ¶ Pernoctare[b] extra vrbem intelligendus A eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt: per, enim totam noctem ſignificat.

VLPIANVS *lib. 25. ad Sabinum.*

LEX CLXVII.

CArbonũ appellatione materiã[c] B non contineri, ſed an lignorũ? & fortaſsis quis dicet, nec lignorum[d]: nõ enim lignorũ gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum A faciãt, vtrũ ligno, an carboni, an ſuo generi annumerabimus? & magis eſt, vt propriũ genus[e] habeat. Sulphurata quoque de ligno æquè eandẽ habebunt diffinitionem. Ad faces quoq; B parata, non erunt lignorum appellatione comprænſa, niſi hæc fuit voluntas. Idem etiam de nucleis[f] oliuarũ: ſed &

LEX CLXVII.

1 *Materia rei appellatione, quæ ex ea conficitur, non venit.*
2 *Appellatione materiæ, quod ex ea factum eſt, non venit, ſi ſpeciali nomine vocetur.*
3 *Ligni appellatione quid contineatur.*
4 *Carbonarij à Græcis dendrophori dicti.*
5 *Ligna propriè quæ.*
6 *Sulphurata quid.*
7 *Nuclei oliuarum pro lignis non habendi.*
8 *βάλανος quid ſignificet.*
9 *Bellaria ſunt ſecundæ menſæ.*
10 *Palma arbor alia mas, alia fœmina.*
11 *Pinus quid.*
12 *De ſtrobylis aliqua.*

CARBONVM.) ¶ † Materia 1 rei appellatione, quæ ex ea conficitur, non venit. Vnde qui carbones dicit, de lignis non intelligit: qui libros, de chartis, q̃ calcem, de lapidib. quamuis ex lignis carbones, ex chartis libri, ex lapidib. calx conficiatur: idque & Accurſius, & quadã diſputat o- C ne Pylleus probat. † E conuerſo nec appellatio- 2 ne materiæ, quod ex ea factum eſt, comprændit, ſi ſpeciali nomine nuncupetur, niſi eiuſmodi ſit quod effectum eſt, vt in materiã ſuam redigi rurſus poſsit[h], quale eſt argentum factum, vel aliter mentem teſtatoris conijciamus. † Hinc eſt quòd 3 ligni appellatione, id ſolùm continetur, q́ comburendi cauſa paratum eſt[i], & à ſolo diuulſum, & alio ſpeciali nomine non appellatum, niſi vel teſtatoris voluntas, aut conditio, vel regionis na- D tura aliud ſuaderent. Quo exemplo cùm omnia nemora quis locaſſet, reſpondit And. Siculus[*], de eo non cenſeri actum, quod materiæ cauſa haberetur, cùm id in alium elegantem vſum deſtinatum eſſet. Sed hac in re planè ματαιος eſt, & Siculis gerris vaniora conſcribens.

h l. queſitum. §. illud. de le. ij.
i l. ligni. de leg. ij.

c ¶ Materiam.) Sic propriè ligna appellantur, quæ ædificiorum cauſa, vel alterius operis habẽtur: inde materiarij fabri. Hîc autem de materia intelligit, quam idcirco quis præparauerat vt car- E bones conficeret: † hi in antiquorum eulogijs[l] 4 græca voce dendrophori appellantur, quòd arborem ferunt & torrent.

k Barba. conſil. 26. in 1.
l l. fin. de iur. immun.

d ¶ Lignorum.) † Sunt ligna propriè, quę comburendi cauſa habemus: vnde materia carbonũ, cùm in alium vſum principaliter habeatur, non intelligitur lignum eſſe.

e ¶ Genus.) Cùm enim ſpeciale nomen titiones, ſulphurata, faces, & nuclei habeant, non videtur quiſquam ligna nominans, de eis intellige- F re. † Sunt autem ſulphurata tenuiſsima ligna ſul 6 phure vtrinque illita, ad accendendas lucernas, quorum & Martialis meminit, nos vulgò ſulphureros vocamus.

f ¶ Nucleis oliuarum.) † Hi enim ab antiquis 7 oſſa oliuarum appellantur, vt meritò pro lignis habendi non ſint. quod & in cæteris dicendum eſt, quales ſunt glandium, nucum, amygdalarũ, & ſi qua ſimilia. Idemq́; in vinacijs ſtatuendum, cùm acini non ignibus tantùm, ſed & paſcendis columbis vſui eſſe ſoleant.

Bel-





de balanis[a] idem eſt, vel ſi qui alij nuclei ſunt. De pinu[b] aũt integri ſtrobyli ligni appellatione cõtinent. A

IDEM *lib. 4.* AD SENATVSCONS.

LEX CLXVIII.

PAli & perticæ in numerũ materiæ redigendi ſunt: & ideo lignorum appellatione nõ continẽt. B

IDEM *lib. 5. ad Sabinum.*

LEX CLXIX.

NOn tãtùm in traditionibus, ſed C etiã in emptionibus, & ſtipulationibus, & A teſtamentis, adiectio hæc, vti optimus, maximusq́; eſt: hoc ſignificat, vt liberum præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

B VLPIANVS *lib. 30. Ad S.C.*

LEX CLXX.

HAeredis appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credẽdum eſt, etſi verbis non ſint expreſsi. C

a ¶ Bellarijs.) Antiqui codices balanis habent, 8 & caſtigatius. † Significat βάλανος glandem generali nomine, ſed ſpecialiter de palmulis, quas vulgò dactylos vocamus, accipitur: palma enim in Aegypto & Syria eos fructus fert, guſtu ſuauiſsimos, vt bellaria o- 9 mnia præcellant. † Sunt bellaria, q̃ ſub finem conuiuij affe runtur, & ſecundæ menſæ appellãtur. 10 † Iulius Pollux palmam aliam marem aliam fœminam arbitratur: & fœminæ fructus ex Herodoti Xenophontisq́; ſententiã ꝓpriè balanos dici: propendent autem ab inuolucro, corticoſoue operimento, qđ elaten ſeu ſpathen vocãt, & ipſum magni in medicina vſus, vt Galenus oſtẽdit, tametſi hodie in eis regionib. nullum alium, quàm ignibus vſum præſtet.

11 b ¶ Pinu.) † Nil aliud eſt pinus, quàm picea excultior: eius nuces ſtrobyli, coccali, coni, & Latinis nuclei vocantur: qui pinei ſunt detrahuntur, guſtatu idonei, & medicina vtiles. At Iuriſconſultus hîc, cùm integros ſtrobylos dixit, de pinu agreſti, vel picea intellexiſſe videtur, qui caſsi & cibo inutiles ſunt, ideoque à cono non diuelluntur, ſolis ignibus aptiſsimi. Poteſt & de nuce ipſa pinea domeſtica intelligi: in quibuſdam enĩ regionibus ita abundat, vt eius fructus nulla ſit 12 æſtimatio: † nam de ea ſtrobylos ſpecialiore ſignificatione dici ex Dioſcoridis lectione obſeruatum eſt, qui lib. I. cap. LXXXV. itemque cap. LXXXIX. στρόβιλον pro pinu accipit, πίτυν pro picea, πεύκην pro tæda, quæ congeneres omnes arbores ſunt. Sanè vbi nucis pineæ fructus in precio ſit, non opinarer legatis lignis ſtrobylos eius integros contineri: ſed tum deberi, cùm fructus exempti fuerint.

LEX CLXVIII.

1 *Pedamentorum tria genera.*
2 *Pedamenta lignis legatis non continentur.*
3 *Quando hæc deciſio non habeat locum.*

1 PALI.) † Pedamentorum, quæ vitium adminicula ſunt, tria ſunt genera: vnum robuſtum ſeu fiſsile ex F quercu, vel iunipero, quod appellatur ridica: alterum eſt è pertica, qui palus dicitur, hicque teres eſt: tertium ob inopiam ex harundineto ſumitur, ſicque M. Varro, & 2 L. Columella tradiderunt. † Hæc pedamenta, quæ & ſtatumina vocantur, lignis legatis non continentur, quoniam in materia ſunt, & alium vſum quàm ignis præſtant: † putauerim tamen, cum propter vetuſtatem amplius in vineæ vſu eſſe non poterunt, præſtanda: nam ratio Pauli tunc locum non habet: nec enim amplius in numerum materiæ rediguntur, imò tunc ſolent patres familiarum eos palos comburere.



LEX CLXIX.

1 *Si fundus, vti optim⁹ maximusq́; eſt, ſit venditus, isq́; obligatione aliqua propter munera publica ſit affectus, an venditor teneatur.*
2 *Clauſula hæc, Vti optimus maxim⁹que eſt: & in contractibus & teſtamentis adponi olim ſolita.*

NONTANTVM.) ¶ Qui fundum tradit, vendit, legat, ita vti optimus maximusque eſt, non illi quidem ſeruitutem deberi ait, ſed nemini eum debere: qua de re ſuprà à nobis tractatum eſt. † Sed 1 quid ſi fundus ea cum clauſula venditus, obligatione aliqua propter munera publica affect⁹ ſit? Et ſi venditor ſciens emptorem eius obligationis non admonuerit, Aretinus[a] reſpondit, quanti minoris emptor comparaturus rem erat, poſſe venditorem conueniri, nec eius adiectionis prętextu excuſari. Sed & Paulus Caſtrenſis[b] non im- D putari hoc caſu emptori exiſtimauit, ſi cùm generaliter ſciret fundum obligatum, minimè diligẽtiam adhibuit, vt quantitatem, ſummamq́; debitæ pecuniæ certius exploraret: cùm enim eius declaratio ad venditorem pertineat, tutò negligere potuit, qui ius ſuum non diminui ſciebat[c], niſi ſpecialiter fuiſſet admonitus. † Erat autem 2 clauſula hæc & in contractibus[d], & in teſtamentis apponi ſolita, quod & antiqua inſcriptio oſtẽdit, quæ in Gratiano oppido Montisferrati ita le- E gitur: V. F. T. Vectius T. L. Hermes Seplaciarius, mater genuit, mater recepit, hi horti ita vti optimi maximiq́; ſunt, cineribus ſeruiant meis: nam curatores ſubſtituam, qui veſcantur ex horum hortorum reditu, natali meo, & præbeant roſam in perpetuum: hos neque diuidi, neque abalienari volo.

a conſi. 105. in fi.
b conſil. 195. in j. in nouiſſ.
c l. ſicut. §. non videtur. §. quibus mod. pig.
d l. Iuli. §. idem Iulia. de actio. empt.

LEX CLXX.

1 *Si hæres grauatus ſit legato, nec adeat, an ſubſtitutus illi ſoluere teneatur.*
F
2 *Hæredis nomen ad quoſcunq; gradus pertinet, omnesq́; ſucceſſores continet.*
3 *Sibi, & quibuſcunq; hæredibus paciſcens, de particulari ſenſiſſe intelligitur.*
4 *Idem ſi hæredibus & ſucceſſoribus dictum ſit.*

HAEREDIS.) † Hæres meus Seio 1 centum dato; primus hæres non adiuit, an ſubſtitutus, ſi adeat, tenebitur? Et dubium nõ eſt † ad quoſ- 2 cunque gradus hæredis nomen

a l. hæreditatis. §. eod. pertinere [a], tum omnes quoq; ſucceſſores intel-
ligi, ſiue Iure Ciuili, ſeu prætorio, ſiue directè, ſi-
ue per fideicommiſſum ſuccedant: ſed & qui par
ticulariter ſuccedit, ſeu in certa re, hęredis appel
b l. in cōuentionalib. tit. j. latione continebitur [b], dum vel materia fauorabi
lis ſit, vel res eiuſ-
modi ſit naturæ, vt
in ſingularem ſuc-
3 ceſſorem tranſeat. †
Sed & cùm quis ſi-
bi & quibuſcunque
hęredibus paciſcit,
de particulari quo-
que accipiēdum e-
4 rit [c]. † Idem ſi hære-
c Rom. l. in tempus de vſuca. d l. inuminū. §. j. de dam. inf. e l. aſ. l. quidam. § j. de eden. f l ſtipu. iſta, habere in prin. de verb. obli.
dibus & ſucceſſori-
bus dictum ſit [d], vt
geminatio alicuius
ſit effectus, nec alte
rum videatur ſuperfluum [e]. Sed in hoc quidam
diſſentiunt, cùm hæredes de iure ciuili, ſucceſſo-
res de prætorio intelligere poſsimus [f], quod nō
probo: qui enim ſic contrahit, non modò ſucceſ-
ſiones, ſed effectum conſideraſſe videtur. Adde,
quòd cùm hodie eo iure prætorio ferè nunquam
ſuccedatur, non eſt veriſimile infrequentis caſus
mentionem factam: nam & ſi hęredis tantùm mē
tio facta eſſet, ſatis hoc reſponſo apparet bono-
rum poſſeſſoris habitam rationem. Verior itaq;
g conſ. 193. in 2. prior eſt ſententia, quam de facto conſultus, A-
lex. approbauit [g].

POMPONIVS *lib. 16. Sabinum.*

LEX CLXXI.

PEruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit, vt in hęreditate à liberto per patronum filiumfamilias patri eius adoptiuo acquiſita, reſponſum eſt.

VLPIANVS *lib. 38. ad ad Sabinum.*

LEX CLXXII.

LIberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

LEX CLXXI.

1 *Facti ſpecies præſenti legi adaptata.*
2 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
3 *Decidendi rationes.*
4 *Perueniſſe ad me quid dici poſſit. & num. 5.*
6 *Verbum, Peruenire, in ſubſtitutionibus an ſit directum vel obliquum.*
7 *A liberto, pro, de liberto.*
8 *Accurſium ignoraſſe huius legis hypotheſin.*

1 PERVENISSE.) ¶ † Per rogationem
adoptauerat quis filium, qui cuiuſ-
dam liberti patronus erat, cauerat-
que, quod ad eum filium perueniſ-
ſet, eo impubere defuncto, his ad
quos ea res pertinere potuiſſet, reſtituturum: de-
h l. placet. de acq. hæred. inde is filius liberto ſuo ſucceſsit, quæ hęreditas
ex regula iuris nec momento quidem in eius
perſona non conſtitit [h], ſed protinus patri quæſi
ta eſt: fuit dubitatum, an ad filium hęreditas per-
2 ueniſſe diceretur? † Et dixiſſet aliquis, non vide-
ri perueniſſe: huiuſmodi enim verbum cum effe-
ctu accipitur, & dictio Per, illi addita, perfectio-
3 nem quandam acquiſitionis denotat [i]. † ſed ta-
i l. qui concubinam. §. ij. de lega. iij. men in propoſito caſu aliud dicendum fuit, non
eo ſolùm argumento, quòd etiamſi cautio nulla
interpoſita fuiſſet, nihilominus ea hæreditas re-
ſtituenda erat, quia ipſius filij reſpectu, non autē
patris delata videretur [k]: ſed hac etiam ratione,
4 quia verba ſtipulationis hoc inferūt: † perueniſ-
k l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. ſe enim ad me dicitur, quod per me ad alium perue-
nit, dum ille iure meo nitatur, vt ſuperius à no-
bis expoſitum eſt. Idem ſi culpa mea peruenerit.
Exempli cauſa: Conſtitutum eſt, vt præfectus pro
apparitorib. ſuis in id teneatur, quod ad ſe peruene-
rit: ſi aliquid peruenerit, quamuis amplius non
habeat, vt quia per iniuriam amiſit, nihilominus
tenebitur [l]. † Alibi quoq; proditum eſt, id ſolùm 5
l Paul Clem. j. §. cæterum. de priuil. perueniſſe videri, quod deductis expenſis ſuper-
eſt, idq; in venditore hæreditatis [m], qui, quod ad
ſe peruenit, tradere tenetur, reſponſum eſt. Dubi
ratum quoq; extat, † an, peruenire, uerbū in ſub- 6
m d. l. ij. §. j. de hęred. vend. ſtitutionibus dire-
ctum ſit, an ſolùm
fideicōmiſsi vires
habeat? & non eſſe
n Mod. l. centurio. in fin. ff. de vulg. directum frequenti
us traditū eſt [n], niſi
additum eſſet, vt eo
ipſo perueniat, vel
pleno iure, vel libe
rè: huiuſmodi enim
verba eius ſunt effe
ctus, vt hæredis ma
nus expectanda nō
ſit. † Sanè hoc in cō 7
B textu annotanda eſt conſtructionis forma, qua
Iuriſcōſultus acquiſitam à liberto hæreditatem,
id eſt, de liberto dixit: ſicut cum nos à quæſtori-
bus acquiſiuiſſe mancipium dicimus, hoc eſt lu-
crifeciſſe, vel comparaſſe. † Accurſius cōſtructio- 8
nis huius nouitate motus, ὑπόθεσιν, ſeu facti ſpeci-
em aliam fingit: quam adeò non probo, vt eam
referre diſtædeat.

C

LEX CLXXII.

1 *Liberti appellatione etiam liberta continetur.*
2 *Libertorum tres fuiſſe olim ſpecies, ex Caio: Ciues Romani, Latini, Dedititij.*
3 *Manumiſſi per vindictam efficiebantur ciues Romani.*

LIBERTI.) ¶ Solebant teſtatores
veſtiaria, vel cibaria libertis liber-
tabuſq; ſuis relinquere [o], quod & o l. iiij. de alim. leg.
de iuribus ſepulchrorum obſerua-
D tum fuiſſe, ex quamplurimis inſcri
ptionibus conſtat. † Pone teſtatorem ſolùm men 1
tionem libertorum feciſſe, exiſtimat Vlpianus e-
tiam de libertabus accipiendum: quod etiā in fidei-
commiſsis proditum eſt. Cuius rei ea eſt ratio, quod p l. cum pater. §. cum inter. de leg. ij.
maſculinum ſemper ſub ſe fœmininum comple-
ctitur [p], vt ſuperius tractauimus. † Tres autem li- 2
bertorum fuiſſe ſpecies Caius Inſtitutionum lib.
1. tradit: Alios enim Ciues Roma. alios Latinæ
cōditionis, alios eſſe Dedititios. Ciues Ro. ſunt,
E qui teſtamento, aut in æde ſacra, aut ante conſu-
lē fuerint manumiſsi. Latini ſunt, qui aut per epi
ſtolā, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione
manumittuntur. Dedititij verò ſunt, qui poſt ad-
miſſa crimina ſupplicijs ſubditi, & publicè pro cri-
minib. cęſi ſunt: aut in quorum facie vel corpore
quęcūq; indicia aut igne, aut ferro impreſſa ſunt,
& ita impreſſa, vt deleri non poſsint. Hi ſi manu-
miſsi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter
hæc tria genera libertatum ideo Ciues Romani
F meliorem ſtatum habent, quia & teſtamenta fa-
cere poſſunt, & ex teſtamento quibuſcunq; perſo-
nis ſuccedere: nam Latini & Dedititij nec teſta-
menta condere, nec ſibi ex teſtamento aliorū ali
quid dimiſſum poſſunt vllatenus vendicare: ta-
metſi Latini certis reb. priuilegia Ciuiū Rom. li-
bertorum conſequi poſſunt: Dedititij verò nulla
ratione poſſunt ad Ciuiū Rom. libertorum bene
ficium peruenire. Nam Latini patronorū benefi-
cio, id eſt, ſi iterum ab ipſis aut teſtamento, aut
in ęde ſacra, aut ante conſulem manumittuntur,
Ciuium



3 Ciuium Romanorum priuilegia conſequuntur.
hæc Caius. Quę verba referre placuit, quod Iuſtinia-
a in §. vlt. Inſt. de libert. nus [a], qui has differentias ſuſtulit, nimis conciſe,
& ſuſpenſa, vt dicitur, manu, eas declarauit, ta-
metſi ad multorum in iure veteri locorum inter-
pretationem perti-
3 nerent [o]. † Nam cū
b l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. oblig. de manumiſsis vin-
dicta mentionē re-
perimus, ciues Ro-
manos intelligim [9]:
eo enim modo ante
Conſulem, ſeu quod
idem eſt, Proconſu-
lem, vel Prætorem
manumittebantur,
fiebantq; ciues Ro-
mani, niſi aliter con
c l. j. §. illo. C. de lat. lib. toll. uentum eſſet [c]. Perſ.

*Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi.*

Hinc Corn. Tacitus lib. xiij. eos tradit, qui vindi-
cta manumiſsi non eſſent, aliquo velut ſeruitu-
tis vinculo teneri. Auſonius in Grypho:

*Triplex libertas, capitiſq; minutio triplex.*

Meminit & Boëthius in Topica Mar. Ciceronis.

IDEM LIBRO 38. *ad Sabinum.*

LEX CLXXIII.

COllegarum appellatione hi cō tinent, qui ſunt eiuſdem poteſtatis.

¶ Qui extra continentia vrbis eſt, ab-
A eſt: cæterùm vſq; ad continentia non abeſſe videbitur.

IDEM LIBRO 40. *ad Sabinum.*

LEX CLXXIIII.

ALiud eſt promittere furē nō eſſe, aliud, furto noxaque

LEX CLXXIII.

1 *Collegæ qui propriè dicantur.*
2 *Ab eligendo collegæ dicti.*
3 *Eccleſia collegiata dicitur, etſi Canonici eius ſimul non habitent.*
4 *Collegia quæ dicantur.*
5 *Vt collegium dicatur, non eſt neceſſe aliquem ei præfici.*
6 *Collegæ poſſunt de his, quæ ad artem ſuā pertinent, conſtituere, dummodo alijs præiudicium non inferant. & num. 7.*
8 *Collegæ an conſtituere poſſint, vt aliquis non recipiatur, niſi omnibus conſentientibus. & num. 10.*
9 *Id in collegijs maior pars poteſt, quod totus ordo.*
11 *Quæ dicatur eſſe maior pars.*
12 *Abeſſe quis dicatur.*
13 *Emendatus locus huius legis.*

1 COLLEGARVM.) ¶ † Collegas Iuriſ-
periti noſtrates eos propriè dici opi-
nantur, qui ſimul habitant, quaſi vnà
ſe colligant: cui ſententiæ veterum
2 autoritas aduerſatur, † à quibus proditum eſt, ab
eligendo collegas dictos, quaſi in idem munus
coëlectos diceremus: quod & Iuriſconſultus hîc E
ſentit, cùm eiuſdem eſſe poteſtatis ait, ſicut erant
Conſules, Prætores, Tribuni plebis, & ſimiles.
3 † Quapropter And. Siculi rationem non appro-
d Barb. conſil. 17. in j. bauerim [d], eccleſiam collegiatā (vt ipſe ait) negan
tis, quoniam eius Canonici ſimul nō habitarent:
nam hoc nil referre verius eſt, dū aliter de eorum
iure conſtet: ſufficitq;, ſi eligere actorem conſue-
e Abb. c. à nobis. de iur. pat. uerunt [e], & ſigillo communi vti, aliaq; eiuſmodi
4 facere, quę vniuerſitatum propria ſunt. † Eadem
ratione collegia dicuntur, in quibus, qui dent no F
f l. Neratius. ff. eod. men, eliguntur, dum pauciores tribus non ſint [f].
Sic collegium Doctorū dicimus, ſic & nauicula-
riorū, ſic cæterorū artificū. Fuit & collegiū olim
poëtarum. Solentque hi aliquos ſibi pręficere, vt
g Innoc. c. cum non. de præb. plurimum duūmviros, quos voce parum Latina
h l. fin. de alb. ſcrib. Abbates vocamus. Sunt & quæ vnicum rectorem ha
beant, ſunt & quæ nullum: † nec enim vt collegium
5 dicatur, neceſſarium eſt aliquē ei pręfici [g]: imò eo
caſu congregādi collegij, referendiq; ius ad eum
6 pertinebit, qui in albo prior antiquiorq; ſit [h]: † Poſ-
ſe autem eos collegas de his, quæ ad artem ſuam L. 174.
pertinent, conſtituere, ſeq; viciſsim illis decretis Aliud eſt.
alligare, euidentiſsimi iuris eſt, † dum tamē aliis 7
præiudicium nullū inferāt [i]: vt ſi monopolium
i l. fin. C. de iur. om. iud. ſapiant, vel ambitioſa ſint. Vnde cū ſemel conſti-
tuiſſent, ne qui ſacris
initiatus eſſet, ad-
mitteretur: reſpon-
ſum eſt, decretū nō
valere. Quod tamē
in collegio iudicū,
quale eſt Mediola-
ni, non cenſetur ſer-
uandum: nec enim
huiuſmodi decreto
libertas eccleſiaſti-
ca imminuitur, cùm
iure quoq; Canoni-
co à ciuilibus iudi-
B ciis abſtinere eos honeſtas ſuadeat [k]. † Sed nun- 8
k c. ij. ne cle. vel mon. quid conſtituere poſſint, vt aliquis non recipiat,
niſi omnibus conſentientibus? Et licet conſtitu-
tio ex ſe valeat, præſertim ſi iuramentū acceſſe-
rit, putauerim tamen, quod à maiore parte admiſſus
ſit, iure admiſſum videri. Nec enim legem ſibi impo
nere potuerunt, à qua recedere non poſsint, ta-
metſi periuri efficiantur [l]. † Id enim in collegiis ma 9
l c. dilecto. de præb. ior pars poteſt [m], quod totus ordo [n]. Et hoc maxi
m l. quod maior. ad munic. mè annotandum aduerſus eos eſt, qui ſinguli plu
C rima promittunt, munificosq; ſe exhibent, cùm
vniuerſi eius legis prætextu nihil extricent, fi-
demque violent. † Si tamen à principe eiuſmodi 10
conſtitutio confirmata eſſet, nō diffiteor omnem
conſenſum neceſſarium eſſe [o]. † Sed quam maio- 11
n Bal. l. fi. C. de aut. præſt. rem partem eſſe dicemus? & receptum eſt, duas
o gl. c. vbi. veri ſingulis. de elec. in 6. partes ex tribus neceſſariò requiri: ſi tamen auto
ritate ordinarij iudicis omnes citati ſint, & quia
nō aduenerint contumaces habiti, in his qui pa-
ruerint, ſolis ius vniuerſitatis reſidet, tametſi mi
D nima pars adſit. Secus ſi à collegis ſimpliciter fue
rint vocati, vt quia collegium præfectis careat,
p Dec. cap. eū omnes. de cōſt. vel præfecti iuriſdictionem non habeant [p]. Et ita
ego cenſeo, repugnantiumq; ſentētias concilio.
¶ §. QVI EXTRA.) Abſentium procurato-
q gl. l. præſentis de procur. res rem ratam haberi [q], aut iudicatum ſolui, ſatiſ-
tiſdare debent, præſentis non debent. † Quæri- 12
tur ergo, quis abeſſe dicatur: Et Iuriſcon. reſpon-
det, eum abeſſe, qui extra continētia vrbis eſt, id
eſt, ſuburbia, & quatenus ſe vrbs continet. † Vul- 13
E gati codices continentiam fœminino genere ſcri
ptum habent, ſed ratio Latini ſermonis hoc non
patitur: neutro itaq; genere pronuntiandum eſt.
Sanè verbum id, abeſſe, variis modis in iure acci-
pi ſuprà [r] oſtendimus, vt minimè operæpretium r l. mulierem.
ſit ea quæ diximus, repetere: tametſi & infrà Iu-
riſconſultus de eodem nonnihil ſcribat.

LEX CLXXIIII.

1 *Mancipium vendens, tenetur id præſtare, eum furto noxaq; ſolutum.*
F
2 *Et quomodo ea verba accipi debeant.*
3 *Admittitur excuſatio, qua dominus rei, vt furem liberet, ſua ſponte rem ablatam atteſtatur.*

ALIVD EST promittere.) ¶ † Qui ven 1
dit mancipium, tenetur id præſtare [ſ],
eum furto noxaque ſolutum: † quæ 2
ſ l. j. in prin. de ædil. edict. verba hoc ſignificant, vt tempore, quo
venditur, ſolutus ſit. Vnde quamuis aliquan-
do furtum fecerit, ſi tamen ea noxa ſit liberatus,

redhibitioni locus non eſt. At qui furem non eſ-
ſe dicit, de moribus dixiſſe videtur, & ideo hoc
præſtare debet, quòd nunquam furtum commi-
ſerit[a]. Sed & ſi ipſi venditori quandoque fura-
tus fuerit, non dubitatur, quin ex ſtipulatione
emptori ſuccurra-
tur[b]. Sed finge ven-
ditorem, vt iudiciũ
euitet, aſſerere, nul-
lum furtum ſibi à
ſeruo vnquã factum
fuiſſe, ſed ſeruum ſe
volẽte accepiſſe: &
propter familiari-
tatem, quàm cum
ſeruo dominus ha-
buit, fortè creden-
dum ei videretur,
cùm traditum ſit,
3 † admitti eam excu
ſationem, quâ do-
minus rei, vt furem
liberet, ſua ſponte
rem ablatam atteſtatur[c], ſi ex amicitia vel fami-
liaritate, quam cum domino is, qui furti reus eſt,
habebat, veriſimile id ſit. Qua ratione deprænſi
in concubitu, & adulterij accuſati, ſe excuſant,
ſi coniugium contraxiſſe aſſeuerent, eorumque
affirmatio veriſimilis ſit[d]. Sed in propoſita quæ-
C ſtione eam aſſertionem emptori non obeſſe exi-
ſtimauerim: cùm enim integritatem morum, &
propoſiti, id eſt, voluntatis ſerui pollicitus ven-
ditor ſe præſtiturum videatur, non ſufficit ſi ſua
ſponte ablatam rem dixerit, niſi & hoc probe-
tur crediſſe ſeruum, qui abſtulit, ſe volunta-
te domini auferre.

a l.quod ſi no-lit.§.j. eod.tit.
b l.furtum. eo. tit.
c Bart.l.inter. §.rectè. de furt.
d glo l.pen.C. de fideiuſ.fel.c. j.de præſcrip.

ſolutum: qui enim dicit, furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur: qui furto noxaq; ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

A

POMPON. LIBRO 23. ad Sabinum.

LEX CLXXV.

B Faciendi verbo reddendi cauſa etiam continetur.

## LEX CLXXV.

1 *Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, reſtitui prætor iubet.*
2 *Factum dicitur, quod eſt redditum.*
3 *Stipulatio quæ de reddendo eſt, ſi actum ſit, vt incontinenti reddatur, magis facti quàm dationis dicitur.*
4 *Qui dat, facere dicitur.*

1 FACIENDI.) ¶ † Quæ in fraudem
creditorum facta eſſent, reſtitui
prætor iubet[e]. Finge in fraudem
creditorum illud quod ſub condi
tione, vel in diem debebam, me
creditori ante tempus reddidiſſe,
an creditoribus conſuletur? Et indubitati iuris
2 eſt conſuli: † factum enim dicitur, quod eſt red-
ditum. Quapropter & cùm prætor, ſi quid metus
cauſâ factum affirmaretur, auxilium pollicitus
eſſet[f], D. Marcus edicto declarauit, id quoque fa-
ctum videri; cùm per metum ſibi rem ſuam non
adito iudice aliquis debitorem reddere compu-
liſſet. Sanè cùm ſtipulationes aliæ[g] in facto, aliæ
3 in dando conſiſtant, † ea quæ de reddendo eſt, ſi
actum ſit, vt in continenti reddatur[h], magis facti
4 ꝙ dationis exiſtimatur[i]: † tametſi & negari non
poſsit, verbum facere, tam generale eſſe, vt & da-
tionem comprændat, quod infrà ſuo loco dice-
mus: qui enim dat, procul dubio aliquid facit.

e l.omnes. in fi.quæ in fraud. cred.
f l.extat. quod met.
g l.ij.§.de ver. oblig.
h l.ſi pœnã.de verb.oblig.
i Bal.l.cũ alle-gas.de viur.

## LEX CLXXVI.

1 *Procurator ſolutioni recipiendæ conſtitutus, ſi delegationem aliámve ſatisfactionẽ recipiat, debitorẽ nõ liberat.*
2 *Mandans ſolutionem recipi, mandaſſe id intelligitur, vt ſpecie debita recipiatur.*
3 *Quoties lex pecuniam ſolui vult, de alia ſatisfactione intelligi non poteſt.*
4 *Procurator recipiendæ ſolutioni conſtitutus, ſi confiteatur ſe recepiſſe, debitorem non liberat, niſi de vera numeratione conſtet.*
5 *Contraria ſententia defenſa.*

VLPIANVS LIB. 45. ad Sabinum.

LEX CLXXVI.

Solutionis verbo ſatisfactionẽ quoque omnẽ accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui facit, quod facere promiſit.

SOLVTIONIS.) ¶ Quid ſo
lutionis,
liberationis, ſatiſda
tionis, ſatisfactio-
niſque verbo conti
neatur, ſuperius à
nobis traditum eſt.
Hîc ſolùm admo-
nendi ſumus, † pro- 1
curatorem, qui ſolutioni recipiendæ conſtitutus
ſit, ſi delegationem aliámve ſatisfactionem reci-
piat, debitorem non liberare: vt enim ſolutionis
verbo verum ſit omnem ſatisfactionem accipi, ta
men cùm aliud pro alio inuito creditore pręſtari
non poſsit; † qui mandat, vt ſolutio recipiatͨ, man 2
C daſſe id intelligitur, vt in ſpecie debita recipia-
tur: & ideo abſque domini conſenſu, procurator
reum debendi liberare non potuit, idq; Alex.[k] in
facti quæſtione reſpondit, qđ & nos probamus.
Dum ergo hîc omnem ſatisfactionẽ contineri di
citur, ſubinferendum eſt[l], quam tamen creditor
acceptare voluit. Addit Bart. † quoties lex pecu- 3
niam ſolui vult, de alia ſatisfactione intelligi nõ
poſſe: quod à nobis ſuperius explicatum eſt. † Il- 4
lud conſtat, procuratorem ad recipiendum ſolu-
D tionem conſtitutũ, ſi confiteatur ſe recepiſſe, de-
bitorem nõ liberari, niſi vera de numeratione ali
ter cõſtaret: idq; frequẽtius receptũ eſt: quoniam
ſi de numeratione non appareat, qui confitetur,
donare videtur: at huiuſmodi mandato non eſt
exiſtimandum id actum, vt donare liceat[m]. † Fuê 5
re tamen, qui hoc in articulo diſſentirẽt, quorum
ſentẽtia hac mihi videtur ratione defendi poſſe:
nam cur non ea fit interpretatio, vt de donando
mandatum videatur, ratio illa prodita eſt, ꝙ qui
E donat, perdit, remq; ſuam prodigit: qđ in noſtro
caſu nõ eſt, cùm poſsit dominus aduerſus procu-
ratorem agere, vt rationes reddat, reſtituatq; qđ
ſe recepiſſe confeſſus eſt. ꝙ ſi ſoluendo ꝓcurator
non ſit, æquius eſt, vt dño id imputetur, ꝙ huiuſ-
modi procuratorẽ elegit, ꝙ creditori, qui bonam
fidem ſequutus ei ſatisfecit, & apocham recepit.
Et ſatis durum videtur ad debitorem id pertine-
re, vt probare debeat veram numerationẽ inter-
ueniſſe, vt ſic in domini facultate ſit procuratorẽ
F eligendo, duriorem debitoris conditionem fa-
cere. Et fortè verior hæc opinio eſt, niſi quòd vt
in cæteris rebus, ſic in iure numerantur plerunq;
ſententiæ, non ponderantur.

k conſ.95. in 3.
l l.item liberatur.in fin.quib. mod.pign.
m Bar.l.ij.in fi. ſi cert.pet.

## LEX CLXXVII.

1 *Cauillari, varijs modis in iure accipi.*
2 *Cauillari dicitur, qui eo aſſumpto, quòd euidenter verum eſt, diſsimiliter, acceptis terminis, quod falsũ eſt infert.*
3 *Tribus id modis fieri, ex Ariſtotele probatur.*
4 *Syllogiſmus ſophiſticus.*
5 *Reſtituta græca dictio in hac lege. & num. 7.*
6 *Διαβολὴ definitur.*
8 *Sophiſtæ nomen apud veteres honeſtum.*
9 *Mutato facto etiam ius mutari.*
10 *Ex facto ius oritur, quo variato, & ipſum variari neceſſe eſt.*
11 *An cauillationibus vti aduocatũ deceat.*

IDEM LIBRO 42. ad Sabinum.

LEX CLXXVII.

Natura cauillationis, quam σόφισμα Gręci appellauẽrũt, hæc eſt, vt ab euidẽter veris per bre
A uiſsimas mutationes diſpoſitio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, producatur.

NATVRA.)
1 † Cauilla-
ri varijs
modis accipitur. Cauillatur, ꝙ calum-
nioſè agit. cauillatur, qui breuiter & falſè aduer-
ſarium ſermone captat, aut irridet. cauillatur, qui
ſciens, vt ſuam ſententiam tueatur, falſa prodit.
2 † Specialius verò, & vt ita dicam, ἐμφατικωτέρως cauil B
lari dicitur, qui eo aſſumpto quod euidenter ve-
rum eſt, diſſimiliter, acceptis terminis, quod fal-
3 ſum eſt, infert. † Id tribus modis fieri Ariſtoteles
in Elenchis tradit: aut enim argumentum in ma-
teria peccat, aut in forma, aut in vtroque. In ma-
teria, vt ſi dicam: Quæ in nullius bonis ſunt, oc-
cupanti conceduntur: res ſacræ in nullius bonis
ſunt, ergo occupanti conceduntur. Is autem ſyl-
4 logiſmus † ꝓpriè σοφιστικὸς appellatur, de quo Ac-
curſius Iuriſconſultũ hîc intellexiſſe exiſtimat, C
cui & ipſe aſſentior. In forma: vt, Omnis ſeruus in
poteſtate eſt, filiusfamil. eſt in poteſtate, ergo fi-
liusfamil. ſeruus eſt. nomenque huic argumento
παραλογισμὸς eſt. In vtroq; peccat, cũ dicimus, Qui-
libet ſeruus pro mortuo habetur: nemo alieni iu-
ris eſt, qui ſeruus nõ ſit: qui igitur alieni iuris nõ
eſt, pro mortuo non habetur. Sed hæc latius ab
Ariſtotele, eiuſq; interpretibus accipienda ſunt.
5 † Quomodo autem cauillatio Græcè appellatur,
Iuriſconſultus hîc oſtendit: ſed in vulgatis codi- D
cibus vox illa deficit. Fuêre igitur qui διαβολὴν re-
6 ponendum exiſtimauerũt. † eam ſic definiendam
Lucianus arbitratus eſt, vt ſit criminatio ἐκ [illegible],
id eſt, nocumẽto orta, cùm reo nihil ſciente,
nedum ad contradicendum nõ admiſſo, ſoli dela
tori fides adhibeͭ. Qua ex definitione apparet,
eam vocem hoc in loco nõ eſſe reponendam: hîc
enim non de calumnia agitur, ſed de ſophiſtico
7 argumento. † Antiqui codices hîc γοητείαν habẽt,
& j. de regul. iur. vbi idem reſponſum legitur, σόφι E
σμα, quæ lectio vtraq; conuenit, poſteriorq; plus
mihi arridet, quæ magis ſpecialiter rẽ exprimit,
quandoquidem γοητεία pro quacunq; cauſa videͭ
8 poſſe accipi. † Apud antiquiores tamẽ ſophiſta-
rum nomen honeſtum fuit, & qui philoſophiæ
Doctores erant, vulgò ſophiſtæ dicebantur, idq;
ex Philoſtrato, & Mar. Victorino palàm eſt: ſuſpi-
corque propter malos eorum mores, nominis
quoque dignitatem conuerſam: nam & Plutar-
chus, grauis autor, à maiorum inſtitutis eos de- F
generaſſe oſtendit; & pro philoſophis, planos,
ſycophantaſque quoſdam fuiſſe. Sanè hinc ap-
9 paret, ex breuiſsima mutatione veritatem ob-
nubilari: † vnde proditum eſt, mutato facto, e-
tiam ius mutari: nec ideo Iuriſconſultus repræn-
di poſſe, qui varia reſponderit, cũ aliquantulum
10 mutatæ ſibi facti ſpecies eſſent propoſitæ: † ex fa
cto enim ius oritur, quo variato, & ipſum variari
11 neceſſe eſt. † Sed an huiuſmodi cauillationibus
vti aduocatũ deceat? Et graui viro conuenit nun
quam vti[a]: nec eñ debet quis de victoria magis,
ꝙ de veritate eſſe ſolicitus: quoniam id vitium,
vt Cic. inquit, maximè cõtra prudentiam eſt. Sed
recentiores pleriq; ambitione præcipites, om-
nes diſciplinas puerilibus hiſce nugis peruertẽ-
re, & cũ paucis veri-
tatem explicare poſ
ſent, per argumenta
& oppoſitiones, ar-
tem in verborũ con
tentionem deduxẽ
re. Sic magno Reip.
Chriſtianæ detrimẽ
to Theologi, ſic &
Philoſophi, ſic deni
que & legũ interpretes fecêre: receptiſsimumq;
apud omnes eſt, licere aduocato bonam cauſam
falſis rationibus tueri, & fraudẽ fraude trudere.
Imò pro conſilio proditũ eſt, plurimas ſemper ra
B tiones iudicibus afferendas, veriſq; falſas immi-
ſcendas, cũ indocti pleriq;, qui iuſto argumento
fidem nõ adhibuerũt, futili moueanͭ. Sed & ne-
ſcio cuius Pontificis factum laudatur, ꝙ nocenti
impunitatẽ promiſerat, vt delicti confeſsionem
extorqueret: huiuſmodi ego dolũ ꝓbare nõ poſ-
ſum, nec ex ſimili confeſsione damnari reum de-
bere arbitror, cùm ea fiducia fateri potuerit, vt ꝙ
primũ litium carceriſve moleſtiam euitaret, cùm
crederet fore, vt ſibi fidem iudex ſeruaret: niſi er-
C go ſpe huiuſmodi defectus reus, priorem confeſ-
ſionem ratam habeat, liberabitur: atq; ita Imola
& Dec. ſcripſerunt[b], licet in contrariam ſenten-
tiam frequentius itum ſit, pro qua apud Græcos
extat hic Æſchyli ſenarius,
Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός: id eſt, A fraude
iuſta nec deus quidem abſtinet.

L.177. Natura cauillationis.
a 23.q.ij.dominus.
b l.ea eſt.ff.tit.j.

## LEX CLXXVIII.

1 *Pecunia vnde dicta.*
2 *Pecuniæ appellatio ad omnem cenſum refertur.*
3 *Pecuniam pro numis ſimpliciter accipi.*
4 *Hæreditatem vendens, rebus hæreditarijs euictis nihil præſtat.*
5 *Diminuta hæreditate, ſi grauatus reſtituere, tantũ ex fructibus percepit, reſtituere eos cogitur, quatenus diminuta eſt.*
6 *Hæreditas quibus modis augeatur.*
7 *Iure gentium nullæ erant actiones, ſed in xij. tabul. repertæ ſunt.*
8 *Formulæ actionum olim variæ.*
9 *Formula rei vendicationis pro re immobili.*
10 *Forma rei vendicationis pro re mobili.*
11 *Actionis in perſonam formula antiqua.*
12 *De interrogationibus & vinditijs.*
13 *Propoſita olim actionis formula, quæ fuerint iudicis partes.*
14 *Sacramento vincere apud M. Varr. & Cic. quid.*
15 *Sportulæ iudicum.*
16 *Vadimonium facere, ſiue vadari.*
17 *De legis actione.*
18 *Cùm lex de magiſtratu, apud quem legis actio eſt, verba facit, de ordinario iudice intelligit.*
19 *Actionum variæ ſpecies.*
20 *Interdicta dicuntur, quaſi interim dicta.*
21 *Officij iudicis imploratio, propriè perſecutio dicitur, & ad mixti imperij cauſas pertinet.*
22 *Officium iudicis quoq; competit, quod in executionibus exerceri ſolet.*
23 *Fideicommiſſa antiquo iure an ordinariè per actionem peti potuerint.*
24 *Verbum, Debere, ſi ad omnes actiones refertur, etiã realem comprændet.*

PECVNIAE.)

1 PECVNIAE VERBVM.) a ¶†Pecu-
niam dictam eſſe à pecu receptum eſt,
quòd in pecoribus omnis veterũ cen-
2 ſus eſſet: hincq; tractum eſt, † vt appel
a l.ſi. C. de conſtit. pec.
latio pecuniæ [a], cùm latiſsimè accipitur, ad om-
nem cenſum referatur,

IDEM LIBRO 49. *ad Sabinum.*

LEX CLXXVIII.

PEcuniæ a verbum nõ ſolùm numeratam pecuniã complectitur, verumetiã omnem omnino pecuniam, hoc eſt, omnia corpora: nam corpora quoque pecuniæ appellatione cõtineri, nemo eſt qui ignoret. ¶ Hæreditas b nomen iuris eſt, quod & acceſsionẽ, & deceſsionem c in ſe recipit: hæreditas autem vel d maximè fructibus augetur.

A ¶ Actionis e verbum generale eſt, & ſpeciale: nã omnis actio dicitur ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio: ſed plerunque actiones perſonales ſolemus dicere. Petitionis autem verbo, in rem actiones ſignificari videntur. Perſecutiõis verbo extraordinarias perſecutiones puto cõtineri: vtputa fidei commiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habẽt iuris ordinarij executionem.

B

C

quo ſenſu & ſpecies, & corpora & iura quoq; continẽtur: in fauorabilibusque propius eſt,
vt ita intelligamus.
3 † Plinius tamen pecuniam pro numis
ſimpliciter accipit,
quòd pecudum nota antiquitùs moneta ſignaretur; q ſenſus in materia odioſa probabilior eſt [b],
b l. ſed Iuli. §. mutui. ad Macedon.
hocq; & vulgarem loquendi vſum ſecuti plerique tradiderunt. quòd ſi ſubiectum argumentũ,
nec omnino fauorabile [c], nec odioſum ſit, mediã viam
c l. ſi verò. in fi. ſol. matr.
deligemus; pecuniamq; ad id, quod
in numerato eſt, referemus [d]. idemque
d Bart. l. talis. de leg. j.
ſi pondere vel menſura conſiſtat, vt in legatis & contractibus: niſi aliud ex coniectura voluntatis appareat, vel ratio
legis æquè in corporibus procedat, atque in
quantitate [e].
e l. j & ſeq. de calum.

b ¶ §. HAEREDITAS.) Ipſum ius eſt, perſonam defuncti referens, ideoq; ab ipſis rebus hæ-
4 reditariis differt: † vnde qui hæreditatẽ vendit [f],
f l. ĳ. in princ. de hæred. vend.
rebus hæreditariis euictis nihil præſtat. ἀναφορικῶς
tamẽ ſuprà dixi pecuniam ipſam hæreditariam,
hæreditatis nomine accipi poſſe.

c ¶ DECESSIONEM.) Id eſt, diminutionẽ:
5 † plerunq; enĩ accidit, vt diminuatur hæreditas,
quo caſu grauatus reſtituere, ſi tantũ ex fructibus
percepit, reſtituere eos cõpellitur, quatenus deceſsit hæreditas, vt Celſus & Metianus ſcribũt [g].
g l. ſi is q cccc. ad Treb.
6 d ¶ VEL.) † Id eſt, etiam fructibus. Augetur enĩ
& aliis modis, vt partu ancillarũ [h], itemq; penſionibus: intereſtq; hoc ſcire, vt omne hęres habeat:
h l. ancillarũ. de pet. hæred.
nam & fideicommiſſario huiuſmodi fructus reſtituendi ſunt: nec diſtinguitur, coactus hæres, an
ſponte adierit: pars enĩ hæreditatis ſunt, nihilq;
à cæteris rebus hæreditariis differunt [i]. Sed quid
i l. ita tamen. §. j. ad Treb. vbi Alex.
ſi iacente hæreditate ſeminatũ eſt, & ea adita ab
hærede fructus percepti? & exiſtimauerim eatenus computandũ, quatenus in agro ſpes, quę aditionis tempore ſuberat, vendi potuiſſet. Et ita
accipi, quod vulgò dicitur in lege Falcidia, fructus pendẽtes hæreditatis eſſe [k], quodq; alibi traditur, hoſce fructus filium ſibi in legitimam iure
naturæ debitam imputare [l]: licet alij aliter.
k l. in lege. ad leg. Falc.
l l in fideicom. ad Trebel. vbi Alex.

7 e ¶ §. ACTIONIS.) † Iure gentiũ olim actiones nullæ erant, ſed manu regia controuerſiæ dirimebantur: deinde in xij. tabul. actiones repertę
ſunt, & certis verborũ formulis concluſæ, quas à
Pontificibus litigaturi accipiebãt: qui formulam
8 malè concepiſſet, cauſa cadebat. † Huiuſmodi autem quæſtiones in hoc genere, vt Quintil. lib. 3.
ait, verſabantᷣ, an huic, an cum hoc, an hac lege, an
apud hũc, an hoc tempore agere liceat: quas nũc
dilatorias, declinatoriasq; exceptiones appellamus: Hæ formulæ ex natura actionũ variæ erãt.
† In petitione fundi, huiuſmodiq; rei immobilis, 9
hæc ex parte vendicãtis verba recepta
fuiſſe traditũ eſt: Fũdus qui eſt in agro,
q Sabinus vocatur,
meus eſt: eũ ego ex
iure meum eſſe aio:
ibi ego te ex iure manu conſertũ voco.
Cui is, à quo vendicabatur, ſic præſcribebat: Vnde tu me
ex iure manu conſertum vocaſti, inde
ego te reuoco. Quorum verborum Cic.
in oratione pro Muræna meminit, vimque eorum lib. vlt.
cap. ix. Aul. Gel. explicat. † Rei verò 10
mouentis vendicatio ſic fiebat, apud
magiſtratum populi Romani, vel prætorem, vel præſidẽ.
Is qui vendicat, in
iudicio rem exhibitam tenens dicebat: Hanc ego rem ex iure Quiritium meã eſſe aio. Cui aduerſarius: At ego eam
contrà vendico. Quòd ſi aduerſarius contrà non
vendicabat, ſed actui aſſentiebatur, ceſſio in iure
dicebatur [m]: fiebatq; vt plurimũ, cùm filium quis
m l. j. §. j. de rei vend.
adoptionis cauſa vendicaret: imaginaria enĩ hæc
D vendicatio obſeruabatᷣ, prætorq; vendicanti addicebat, idq; legis actio vocabatur: cuius rei lib.
Inſtit. ij. Caius eſt autor. † Actionis in perſonam 11
verba erant in vſu, Aio te mihi dare oportere [n],
n l. verbum oportere. ff. eod.
itemque oportere facere, quorum Val. Probus in
libello de præſcriptis notis meminit. † Harum 12
actionum præparatoriæ erãt interrogationes &
vindiciæ. Interrogatio ſic fiebat: Q. T. I. I. C. P. A.
T. F. A. id eſt, Quando te in iure conſpicio, poſtulo an te facias autorẽ. Vindiciæ erant ius poſſeſ-
E ſionis, quo diſceptabatᷣ pendente iudicio, penes
vtrum res, quæ vendicabatur, deberet remanere:
ſic dictæ, vt Pedianus ait, q qui in his obtineret,
vindicem, id eſt, prædem dare deberet, nil in re
poſſeſſa deterius interim facturũ. Pompon. [o] Cũ
o l. ĳ. de orig. iur.
animaduertiſſet, inquit, Virginius Ap. Claudium
vindicias filiæ ſuę à ſe abiudicaſſe, & ei, qui in ſeruitute ab eo ſuppoſitam petierat, addixiſſe. Quę
verba adduxi, quoniã in vulgatis codicibus corrupta circunferuntur. † Cæterùm propoſita for- 13
F mula, Prætor de ea primũ cognoſcebat, vt an formula vel actione actor excidiſſet, perſpiceret, vt
ſic actionẽ, quod Vlpian. quoq; [p] vſurpat, eximeret: ſi verò negotio conueniẽs [q], iuſtaq; ea formula videretur, actionem dabat, quã quoniam certis verbis partes petebant, impetrare dicebantur. Interrogabat enim, an ſibi de ea re iudicandi
p l. ſed & ſi. §. ait. ff. ex quibus cau. maior.
q l. j. C. de ſer.
poteſtatem facerent, ipſique ſe facere reſpondebant; ſicque iudicium accipiebatur, id eſt, lis conteſtabatur: deponebantq; in æde ſacra ſportulã,
in quã pecunia erat, quã, q viciſſet, lucrabatur: ea
pecunia



14 pecunia ſacramentum dicebatur. † Inde eſt aapud M. Varronem, & Ciceronem, Sacramento
15 vincere. † Et quia deinde cœptum eſt ex huiuſmodi ære iudicibus honoraria perſolui, ſportulæ iudicum inde nomen traxerunt. Erant & qui
re ipſa non deponerẽt, ſed ſimpliciter
ſponderent: vnde
ductum, vt ſponſione contendere dicerentur, tractabantᷣque huiuſmodi ſacramenta, & ſponſiones, vt ego arbitror, ſponte partiũ:
16 † inuiti verò cõpellebãtur vadimonium facere, id eſt,

¶ Hoc verbũ a debuit, oẽm omnino actionẽ cõprẽdere intelligitᷣ, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicõmiſſaria fuit perſecutio.

IDEM *Lib. 51. ad Sabinum.*

ſub certa pœna ſe iudicio ſtaturos promittere. Id
etiam vadari dicitur, quòd videlicet ea de cauſa,
qui multæ fidei poſſeſſor non erat, vadem, id eſt,
17 fideiuſſorem dare tenebatur. † Supererat poſtremò legis actio, cùm prętor negotium definiebat:
id tribus verbis explicatur, Do, Dico, Addico.
Primùm ad actiones, quibus rem dari petimus:
ſecundum ad facta, vel rei vendicationem: vltimum ad executiones pertinet, ſicut & adiudico.
18 † Cùm igitur lex de magiſtratu, apud quem legis
a l. iiij. de adop.
actio eſt, verba facit, de ordinario iudice intelligit [a], qui non ſolùm iudicare, ſed etiam exequi
poſsit. Idemque eſt, cum de eo meminit, cui ad-
19 iudicatio data ſit, vt ſuprà vidim9 [b]. † Sanè actionum variæ ſunt ſpecies: non enim in rem, aut in
b l. aliud. ff. eod.
c §. quædam. Inſtit. de actio.
d l. iij. §. eſt aũt. & §. fi. ad exhi.
e l j. §. interdicta. de interd.
perſonam tantùm ſunt, ſed etiam mixtæ, quibus
vtrunque perſequimur [c]: qualis eſt familiæ erciſcundæ formula: ſicut & perſonales in rem ſcriptæ, vt quæ ad exhibendum datur [d], omniaque
ferè interdicta: licet enim in perſonam ſint, tamẽ
20 ratione rei competunt [e]. † Dicũtur autem interdicta, quaſi interim dicta: cùm enim poſſeſsionẽ
reſpiciant, totam litem non perimunt, quin de
dominio quæri poſsit: quapropter & pręiudicia
quandoq; appellantur. Interdicere autem apud
veteres id ſignificat, quod interim dicere. Cicero
in Rhetoricis ad Herennium lib. II. cap. XI. Verùm pueriles horũ opiniones rectiſsimis rationibus, cùm voles, refellemus: in præſentiarũ hoc
f l. actionis. ff. de act.
21 interdicere non alienum fuit [f]. † Eſt & officij iudicis imploratio quã Perſecutionem propriè vocamus [g], ſolaq; æquitate ſuggerẽte cõceditur, &
g l. actionis. ff. eod.
ideo extraordinarium eſt iudicium. Pertinet aũt
ad mixti imperij cauſas, ſicut Accuſatio ad meri [h], Actio ſimpliciter ad nudam iuriſdictionem: ſic
h l. imperiũ. de iuriſd. om. iu.
res iudicata executioni mandatur: ſic de damno
infecto cauetur [i], tutores conſtituuntur, iudices
i l. iubent. eo. ti.
dantur, decretum ſemel iterumq; interponitᷣ: ſic
& fideicommiſſa olim effectum habebant, licet
k l. j. C. com. de leg.
hodie Iuſtiniani conſtitutione actio conceſſa ſit
22 tam perſonalis, quã hypothecaria [k]. † Addit Angelus [l], officium quoq; iudicis competere, q in
l Ang. §. fin. in auth de hær. & fal.
executionib. exerceri ſolet: quoniã ſi in teſtamẽto non cancellato nec abolito ſcripta ſint, executionem in ꝓmptu habeant [m]: cui ego aſſentior, li
m Mod. l. fin. C. de edict. diui Adria.
cet alij contrà, quorum ſententia hoc iure verior
23 eſſet. † Sunt & qui hoc iure fideicõmiſſa ordinariè per actionem peti crediderint: nam plerunq;
ex fideicõmiſſo rem peti, agi, vendicari, in ipſis
n l. j. de leg. j.
digeſtis reperitur. Accedit his, q Vlpianus [n] ſcribit, ꝑ omnia exæquata eſſe legata fideicõmiſsis,
videturq; crebrior hæc eſſe ſententia, cui tamen
nos minimè aſſentimur: nec enim Vlpianus è cõ-
L. 179. Inter hæc verba.
uerſo dicit fideicommiſſa legatis exæquari, ut ſicut ordinario iure legata petuntur, ita & fideicõmiſſa peti neceſſariò fateamur: annotauimusque
pleriſque in locis, verba illa, peti, agi, vendicari,
ad officium iudicis
referri: qua de re Paradoxorum lib. II.
cap. X. diffuſius diſputauimus: ſentitque nobiſcum [o] Petrus, Cyn. Bal. Imola, Raphael, & quandoq; idem aſſeruit
Bartolus cum Accurſio.
o l. etiam. C. de compenſat.

LEX CLXXIX.

A INter hæc verba, quanti ea res erit, vel quanti eam rem eſſe apparet, nihil intereſt: in vtraq; enim clauſula placet verã rei æſtimationẽ fieri.

a ¶ §. HOC verbum.) † Verbũ, de- 24
bere, ſi ad omnes omnino actiones refertur, pro-
B culdubio etiam eam, quæ in rem eſt, comprændet: quam ſententiam veriorem eſſe, etiam ſuprà
teſtatus ſum [p], & Accurſius hîc probat: atq; ideo
p l. creditores. ff. eod.
conſequens eſt, vt lex municipalis aliquid aduerſus eum, qui q ſibi debetur petere negligit, conſtituens, etiam de eo intelligatur, qui vendicare
rem ſuam noliț, licet aliqui diſſentiant. Qua ratione etiam arbitror, ſi quis liberationem ab eo,
q Bal. Iaſ. Inſtit. de act. in prin.
quod ſibi debetur, legauerit, etiam legata videri,
quæ vendicari potuiſſent, niſi cùm probatur te-
C ſtatorem hoc non egiſſe, vt donaret, ſed quia verè redditas ſibi rationes exiſtimabat [r]: tunc enim
r Bal. l. cum neceſſ. C. de fid. [illegible] comm. l. pa[illegible] C. de coll. q. xij.
ne furtum committere quiſquam tutor impunè
poſsit, propius eſt, vt in rem actio hæredi detur.
Sed & ſi quis vetet rationem repoſci, clarum eſt,
s l. fin. §. pen. de lib. leg.
his verbis non eſſe rei ſuæ dominium remiſſum [s]. Sed num is, qui id, quod Titius debet, fide ſua
t l. quæro. ff. loc.
eſſe iuſsit, promiſiſſe etiam videbitur, q officio
iudicis acceſſoriè debetur, quales in contractib.
bonæ fidei ſunt vſuræ? Et non teneri verius eſt,
D niſi in omnem caſum promiſerit [t].

LEX CLXXIX.

1 *Hæc verba, quanti ea res eſt, ad veram rei æſtimationem referuntur.*
2 *Plerunq; tamen etiam ipſum intereſſe continent.*
3 *Item hæc verba interdum ad pœnam referuntur.*
4 *Clauſula, In quantum iudici æquum videbitur, quid contineat.*
E 5 *In iudicijs id dicitur eſſe veram, quod ex actis verum eſſe probatur.*
6 *Iudex ſecundum acta iudicare debet, non ſecundum conſcientiam.*

INTER HAEC VERBA.) ¶ † Hęc 1
verba, quanti ea res eſt, ad veram
u l. arbitrio. ff. de dol. l. pretor. ij. vi bon. rapt.
x l. iiij §. in eum de dam. infec.
rei, de qua agitᷣ, æſtimationem referuntur [u], nõ etiam ad id q intereſt: illud enim plerũq; rei pretium
F excedit. † Quandoq; tñ etiam id, q intereſt, con 2
tinẽt: verbi gratia, in magiſtratum qui damni in-
y l. fin. ff. ſi quis ius di.
fecti caueri non curauerit, lex, quanti ea res eſt,
actionẽ dat [x]: eius enim culpa non minus damnũ
z l. iij. in fin. qui ſatiſd. cog.
rei, quàm acceſsiones quoq; reſpicit: vnde meritò omnis vtilitas actori reponẽda eſt, quoniã ea
res, id eſt, detrimentum de quo agitur, tanti eſt.
Sed & hæc clauſula ad eam, quę petita eſt, quantitatem quandoq; refertur [y], licet veritas æſtimationis alia ſit, vt quidam ſentiunt [z]: quod tamen
ipſe omnino non probo, intelligimusq; quanti
ea

3 ea res eſt, ſcilicet quę petita eſt [a]. † Referẽ & quan
a l. hæc verba. ij. cod.
doque ad pœnam, vt cũ quis ſtipulatur, ſi dolus
malus nõ aberit, quãti ea res erit dare ſpondes [b]?
4 † Eſt & alia clauſula huic ſimilis, In quantũ iudici
b. l. nouiſsima. iud. ſol.
æquũ videbitur [c]. quæ ſine dubio idq́;, quod in-
c l fin. de var. cog.
tereſt, cõtinet. Hinc
autem notandũ eſt,
nõ differre quãti eſt,
vel quãti eſſe appa-
ret: id eñ eſſe dici-
5 mus, qđ probatum
eſt. † Vnde in iudi-
d l. fin. de pro.
ciis id verum eſſe
proditum eſt [d], non
quod ex ſe ſimplici-
ter verũ eſt, ſed qđ
ex actis verum eſſe
6 probatur. Qua ra-
e l. illicitas. §. veritas. de offic. præf.
tione inferẽ, † debe
re iudicem [e] ſecun-
dum acta iudicare,
non ſecundum con
ſcientiam ſuam: niſi
is legibus ſolutus
ſit, vt princeps, vel
qui abſque actorum
confectione ius di-
cere poſsit, vel exploratiſsimũ habeat, nihilq́; pe
nitus dubitet, quin veritas aliter ſe habeat, q̃ pro-
batum fuerit: tũc eñ principẽ admonere debet,
cũ probabiliter dubitet, illudq́; exequetur, quod
f §. fin. in auth. de iudic.
ſibi reſpõſum fuerit [f]. Crediderim & poſſe eũ mu
nere iudicandi abſolui, ſi ſibi non liquere iuraue-
rit: cùm enim per conſcientiam ſuam probatio-
nes infirmentur, non iniuria quid agere debeat,
dubitare poteſt: & ideo more maiorum iurabit
g l. Pomp. de re iudic.
N.L. id eſt, nõ liquere [g]. Quod & A. Gellius, cùm
iudex à prætore allectus eſſet, ſe in caſu nõ æquè
dubio feciſſe autor eſt, lib. xiiij. cap. ij.

POMPON. LIB. 30. *ad Sabinum.*

LEX CLXXX.

TVgurij appellatione omne ædificium, quod ruſticæ rei magis cuſtodiendæ conuenit, q̃ quod vrbanis ædibus, ſignificatur. Ofilius ait, tugurium à tecto, tanquam regularium eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur.

LEX CLXXX.

1. 4. *Tugurium quid, & vnde dictum.*
2 *Res ab eo denominandæ, quod ſibi ſpecialius eſt.*
3 *Vnumquodq́; ab eo, quòd potẽtius eſt, denominari debet.*
5 *Mapalia & attegiæ apud Vergil. & Iuuenal.*

1 TVGVRII.) † Tugurium, ruſtica eſt
caſa, à tegendo dictum, quòd vide-
licet maximum in eo vſum prꝗſter,
quòd ab aëre & pluuiis nos tegat:
propter fragilitatẽ enim cratium,
nec à frigore ſatis defenditur, nec à calore, neque
admodum à furibus, effractoribúſve tutum eſt.
2 † Hincq́; apparet, debere quaſcunq; res ab eo po
tius denominari, quod ſibi ſpecialius eſt, q̃ quod
cum aliis cõmune habeat. Sic ſtipulatio potius
à verborum firmitate, q̃ à conſenſu nomen ſum-
h l. j. in prin. de verb. oblig.
pſit [h]. Sic hominem negat Fab. Quintil. ab humo
dictum, cùm id omnibus animantibus commu-
3 ne ſit: † nam & ab eo, quod potentius eſt, vnum-
quodque denominari debet: potentius autem id
4 cenſetur, quod magis ſpecialiter conuenit [i]. † Sa
i l. quæritur. de ſtat. hom.
nè videtur Iuriſcõſultus tugurium accipere pro
quacunq; domo ruſtica: quod ita ſimpliciter ve-
rum non eſt: quæ enim parietibus & tegulis la-
teritiis conſtat, tugurium non eſt: igitur de gur-
guſtiolo intelligendum eſt, quod vel arundine,
vel vlua paluſtri, ſtramentiſve, vel etiam, vt Verg.
ſcribit, ceſpite contectum ſit, cuius parietes vi-
minei, luto vel huiuſmodi materia cruſtati ſint.
videturque prius dictum eſſe tugurium à tegulo,
quaſi tegularium: non autem à tecto, vt vulgati
hîc habet codices. Plinius, Tegulo aquaticarum
arundinum domos ſuas ſeptentionales populi
operiũt. † Hunc in 5
modum domuncu-
las ſuas habebant
Aphri, quas Vergil.
mapalia, Iuuenalis
attegias vocat.

IDEM LIBRO 35. *ad Sabinum.*

LEX CLXXXI.

A VErbũ illud pertinere, latiſsimè patet: nã & eis rebus petẽdis aptũ eſt, quæ dominij noſtri ſint, & eis, quas iure aliquo poſsideams, q̃-
B uis noſtri dñij non ſint. pertinere ad nos etiã ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſsint.

LEX CLXXXI.

1 *Verbum, Pertinere, latiſsimam habet ſignificationem.*
2 *Pertinere ad me dicitur, quod nullo iure pertinet, ſed pertinere poteſt.*
3 *Articuli dicũtur pertinentes, ſi quoquo modo etiam leuiſsimè cauſæ adminiculentur.*
4 *Petens rem in libello, cum his, quæ ad eam pertinẽt, petiſſe intelligitur quicquid ad eam ſpectat.*
C 5 *Furti aliquem accuſans, ſi ſimpliciter dicat, rem ad ſe pertinere, obtinebit.*
6 *Verbum, Pertinere, in ſubſtitutionibus commune eſt.*

VERBVM ILLVD PERTINE-
RE.) ¶ † Verbum pertinere latiſsi- 1
mam habet ſignificationem: ſiue e-
nim res aliqua ad me iure dominij,
ſiue etiam iure poſſeſsionis tantũ
ſpectet, pertinere dicitur: idem ſi iure pignoris.
D † ſed & ſi nullo iure pertineat, ſed pertinere poſ- 2
ſit, idẽ dicendũ eſt. Quare ſi quis mihi Stichũ da-
re ꝓmiſerit, quo caſu ſola perſonali actione con-
ueniri poteſt, verè potero dicere Stichum ad me
pertinere. † Quapropter dicunẽ articuli ad cau- 3
ſam pertinere, q quoquo modo vel leuiſsimè ad-
miniculentur [k], atq; ideo admittẽdi ſunt. † Sed & 4
q̃ quamcunq; in libello rẽ petit, cũ his quæ ad eã
k Bald. c. iij. extrà, de teſti.
pertinẽt, petiiſſe intelligeẽ quicqd ad eã ſpectat,
l Dd. c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.
ſeu ex iuris cõmunis, vel municipalis forma [l], ſeu
E ex conſuetudine, ſeu ꝑ ſe, ſeu ꝑ aliũ [m]. Vnde q fun
m gloſ. c. fin. de elect. in 6.
dum cum his, quæ ad fundũ pertinent, vendidit,
n Soc. l. j. de rebus dub.
ius quoq; incidendi nemoris ꝓ illius fundi vſu
vendidiſſe intelligeẽ [n], ſi ex dñi conſuetudine id
nemus in hoc deputatũ erat: atq; id Soc. placuit.
Sed & ſi Rom. Pontifex epiſcopo cõcedit, quæ-
cunq; ad legatos pertinent, ea quoq; tribuiſſe vi-
debiẽ, quę ſpeciali priuilegio legati conſequunẽ,
vt Dec. reſpondit [o], & mihi placet: quoniã id be-
o conſil. 128.
neficiũ tanq̃ fauorabile interpretatione adiuuan
F dum eſt. † Cæterũ dubitari poteſt, cũ is, q furti ac- 5
cuſat, debeat aſſerere in libello, an res ablata iure
ꝓprietatis, vel quaſi dominij ad ſe ſpectet: ſi ſim-
pliciter ad ſe pertinere dicat, an cauſam obtinere
poſſit? Et quidã negãt, ꝓpter eius verbi incertitu
dinẽ [p]. At ipſe aio: debet eñ ad iuris diſpoſitionẽ
p Soc. conſil. 8. col. ij.
referri, vt de eo intelligatur, qđ ſuſtinendę inten
tioni neceſſarium erat [q]. Illud non omittendũ, id
q l. ſi quis intentione. de iud.
verbum in ſubſtitutionibus cõmune eſſe, & tam
ad directam, q̃ fideicommiſſariam ſubſtitutio-
r l. licet. Cod. de pact.
nem referri [r], idque frequentius proditum eſt.

LEX



LEX CLXXXII.

1 *Peculij lata ſignificatio.*
2 *De quo peculio Iuriſconſultus hic loquatur.*
3 *In filiusfam. peculium quadruplex.*
4 *Peculium ſeruorum.*
5 *Serui præter peculiũ nihil proprij habere poſſunt.*
6 *Seruus iure gentium bona habere poteſt.*
7 *Seruus naturaliter poſsidere potuit, nõ etiã ciuiliter.*

LEX CLXXXII.

VLPIAN. LIB. 27. *ad edictum.*

PAterfam. liber peculiũ habere non poteſt, quẽadmodũ nec ſeruus bona.

IDEM LIB. XXVIII.

PATERFA-
miliâs.)
1 ¶ † Peculiũ lata ſignificatione pro pa-
a l. cogi. ad Trebel.
trimonio omni accipitur [a], ea quoque
b l. chorus. de legat. iij.
pecunia, quam repoſitam quis in ſubitos caſus
habet, peculium dicitur. Quapropter Proculus
ſe audiſſe ruſticos ſenes refert, aſſerentes pecu-
2 niam ſine peculio fragilem eſſe [b]. † Sed hoc ſen-
c l. fi. C. de inof. teſt.
ſu minimè id reſponſum intelligi poteſt. Eſt &
peculium, de quo hîc Iuriſconſultus loquitur,
quod niſi his, qui in aliena poteſtate ſunt, quæri-
tur: & cùm extrà poteſtatem mittuntur, ampliùs
3 peculium non eſt [c]. † In filijsfamiliâs profecti-
tium dicitur, quòd propter patrem habent: Ad-
uentitium, quod aliunde: Caſtrenſe, quod mili-
tibus acquiritur: Quaſi Caſtrenſe, his qui priuile
gia militum habent, quales ſunt ſacerdotes, &
4 aduocati. † Habent & ſerui peculium, quod illis
dominus adminiſtrandum permittit: vnde etiã
5 exercitoria inſtitoriaque actio prodita eſt: † alio-
d l. rectè. §. ex quib. cau. maio.
quin proprium nihil habere poſſunt ſerui [d], præ-
terquàm ſi quid conniuentibus oculis domini
6 acquirant [e], vel ex dimenſo ſuo, vel aliunde. † Iu-
e l. 4. de manumiſs.
re tamen gentium non ambigo ſeruum bona
habere poſſe, quod in Hebraica Regum hiſtoria
cap. 9. & cap. 16. probatur. Vnde ſi paulò opulen-
tiores eſſent, ad munera quoque publica eligebã
tur, quod ab Ariſt. lib. Politicorum 4. cap. 15. pro-
ditum eſt. Nã & eo iure dominis ſine legitima ꝓ-
le decedentibus, ſuccedebant, vt ἐν τοῖς βιβλίοις Ge-
neſeos cap. 15. habetur: & ideo Cornel. Tacitus
non multum à liberis apud Germanos differre
7 eos tradidit. † Vnde non dubito, ſeruum natura-
f l. ꝗ ſeruus. de acq. poſſ.
liter poſsidere potuiſſe [f]: licet ciuiliter ſecus ſit, [g]
g Bar. l. ſi id ꝗ. de cond. indeb.
Nec mihi placet quorundam ſententia, duplex
ius gentium diſtinguentium, vt ex antiquiore
ſerui ſibi acquirerent, ex poſteriore non acqui-
rerent, ſed pro nihilo reputarentur: hæc enim di
h l. q̃d attinet. ff. tit. j.
ſtinctio iure probari nõ poteſt, & lex expreſsim
i l j. de acq poſ.
iure ciuili incapaces eos eſſe [h], non autem gen-
tium dicit: mecumq́; Archid. & Aret. ſenſerunt [i].

LEX CLXXXIII.

1 *Taberna vnde dicta.*
2 *Argumentum ab etymologia quando valeat.*
3 *Cùm etymologia vim definitionis habet, argumentum et affirmatiuè & negatiuè concludit.*
4. 5. *Cùm etymologia naturam ſuam ſeruat, argumentum affirmatiuè non valet, negatiuè valet.*
6 *Quod non procedit, ſi ratio inuentionis vocabuli aliud inducat.*
7 *Monachi, tutores, pontifex, Auguſtus, vnde dicti.*
8 *Si ab eo, quod olim obſeruabatur, nomen deductum ſit, argumentum ab etymo non concludit.*
9 *Alluſio ad ſolius vocis ſimilitudinem refertur.*
10 *Vera poſſeſsionis, magiſtri, furis, teſtamẽti, ſacelli, interdicti, deriuatio.*
11 *Argumentum ab alluſione quando ſit validum.*
12 *Alluſio quid ſit.*



L. 183. Tabernæ appellatio

*ad edictum.*

LEX. CLXXXIII.

A TAbernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo, quòd tabulis claudatur.

TABERNAE.)
¶ † Taberna dicta 1
eſt, quod tabulis vt
Feſtus interpreta-
tur, conficeretur, nõ
quòd tantummodo
clauderetur: omne
tamen ædificium, li
cet tabulis non con
ficiatur, vel claudatur, taberna dici poteſt. Et
B hinc apparet, argumẽtum ab etymologia, etiam 2
negatiuè aſſumendo, non valere. † In quo arti-
culo inextricabiliter ferè diſputatum eſt. Sed
hanc rem ego ſic finire ſoleo. † Cùm etymolo- 3
gia vim diffinitionis habet, quam κατ' ἀντίληψιν
Victorinus appellat, argumentum & affirmati-
uè & negatiuè concludit: vt, donatio, eſt doni
datio: exceptio, eſt actionis excluſio: inſtru-
mentum, quod inſtruit cauſam. Appellarunt
autem veteres id genus non etymologiam, ſed
C aduerbium. † Cùm verò etymologia naturam 4
ſuam ſeruat, argumentum affirmatiuè non eſt ef
ficax: cùm enim generalius id ſit, vnde fit dedu-
ctio, quàm ipſum quod deducitur [k], poſita aliqua
k l. ſi quid. §. inter. de leg. iij.
generis parte, non ſequitur, eam ſpeciem, de qua
agimus, poni: vnde qui dicit, id de meo fit tuum,
non ideo concludit eſſe mutuum. † Negatiuè ve 5
rò efficax eſt, quia à quo remouetur genus, ab eo
l l. j. de acq. poſ.
& quælibet ſpecies remouetur. exempli cauſa:
Fur à ferendo, id eſt, cõtrectando dicitur: verum
D erit, ſi dicamus, res non fuit contrectata, igitur in
ea furtum factum non eſt [l]: & id pro regula prodi
tum eſt: † Quæ hanc exceptionem patitur, vt nõ 6
procedat, cùm ratio inuentionis vocabuli aliud
inducit. Quid enim, ſi quid inductum eſt ab eo,
quod fieri deberet? Non ſequitur ſi id minus fiat,
nomen non competere. † Tutores dicti ſunt, qđ 7
pupillum tueri debent: idq́; ex rerum definitio-
ne à Seruio tradita apparet. Monachi, quòd ſoli-
tarij eſſe deberent: nõ conſequitur, eum tutorẽ,
E qui pupillum negligit, non eſſe tutorem: nec aſ-
ſiduum in frequentibus locis, nõ eſſe monachũ.
Quod & in Pontifice, & Auguſto ex recẽtium in-
terpretatione dicendum eſt: iamdiu enim eſt, cũ
nec Pontifices ad vitam æternam nobis pontem 8
faciunt, nec augent imperium Auguſti. † Quid i-
tem, ſi ab eo, quod olim & frequentius obſerua-
m Inſt. de pat. pot. in prin.
batur, nomen deductum ſit? vt nuptiæ, quòd in
his ſolerent obnubi capita [m]: tametſi non obnu-
bantur hodie mulieres, ſunt tamen nuptiæ. Sic
F taberna prius dicta, ꝗ ex tabulis fieret: vnde etiã
n c. cum dilectus. de conſ.
ſi alio modo conficiatur, nihilominus ſeruat no-
men. Sic monaſterium nomen retinet, etiam ſi à
monachis derelictum ſit [n]. Putarem tamen in du-
o Abb. c. j. in fi. de iudic.
bijs propius eſſe, vt arbitremur, ab eo, ꝗ de ſub-
p Bald. c. j. §. ſi quid. de contr. inueſt.
ſtantia in præſentiarum ſit [o], fieri deriuationem,
quàm ab eo, quòd eſſe deberet, vel olim fuerit.
q l. tutor. de adm. tut.
Et ideo conſequens erit, Caret molis, ergo non
eſt molendinum, vt Baldus ſcripſit [p]. Item, non
inuenitur in bonis pupilli, ergo in inuẽtario de-
ſcribendũ non eſt [q], vt Bar. exiſtimauit, & hæc in

9 etymologia procedunt, quam veroloquium Cicero appellat.† In alluſione verò aliud eſt: hæc enim nec ad ſubſtãtiam rei, nec ad deriuationem omnino reſpicit, ſed ad ſolius vocis ſimilitudinẽ refert: vt, poſſeſsio quaſi poſitio, magiſtri quòd monſtrent, furtum quaſi furuum, teſtamentũ teſtatio mentis, ſacellum ſacra cella, interdictum
10 inter duos dictum:† vera eñ poſſeſsionis etymologia eſt, à ſedibus: magiſtri, quòd curam magis cæteris pręſtare debeat: furis à græco φῶρ, quæ vox ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, auferẽdo, contrectandoq; deducitur: teſtamenti ſacelliq; à ſimplici teſtatione, & ſacro: interdicti, quaſi interim dicti, vt ſuprà oſtendimus.† Vnde conſequens eſt, vt cum
11 alluſio ad ſimilitudinem vocum ſolùm referatur, argumentum ab ea non ſit iuſtum, niſi ſimilitudini nominis ſimilitudo quoque rationis accedat. Damnantur pleriſque huiuſmodi alluſiones, vt à Donato, Fabioque Quintil. lib. 1. Sed & Hieronymus quadam epiſtola interpretem Lucæ damnat, qui alludit in verbis, friget in ſenſu.†
12 Videtur alluſio eſſe, quam Græci, vt Martianus, inquit, παρίσον vocant, vel παρονομασίαν, id eſt, adnominationem.

LEX CLXXXIIII.
PAVL. LIB. XXVIII.
*ad Edictum.*

INde tabernacula, & contubernales a, dicti ſunt. A

LEX CLXXXV.
VLPIAN. LIB. XXVIII.
*ad Edictum.*

INſtructam autem tabernam ſic accipimus, quę & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat.

LEX CLXXXVI.
IDEM LIB. XXX.
*ad Edictum.*

COmmendare nihil aliud eſt, quàm deponere.

LEX CLXXXIV.

*Taberna pro omni habitatione.*
*Contubernales ſunt, qui ſimul habitant.*
*Taberna ex vſu loquendi dicitur, in qua merces venduntur.*
4 *Tabernarij apud Ciceronem.*
5 *Conturbernales qui ſint in re militari.*
6 *Contubernium.*

INDE.) a ¶ Contubernales.) Ædificia antiquorum ſolis tabulis conſtabant, claudebanturq;:† vnde taberna
1 generaliter poteſt accipi pro omni
2 habitatione, & tabernaculo.† Inde & contur-
3 bernales, qui ſimul habitant.† Vſus tamen poſteriorum obtinuit, vt tabernam ſimpliciter dicamus, in qua merces venduntur. Sicque Catullus dixiſſe videtur: Salax taberna vosque contuber-
4 nales, A pileatis nona fratribus pila.† Sic & M. Cicero tabernarios accepit pro his, qui negotiationes in tabernis faciunt, dum inquit: Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatis, quid eſt negotij concitare? Addit Nonius Marcellus, tempeſtate ſua tabernas appellari ſo-
5 litas vinarias, quod & vulgò nũc obtinet.† In re militari contubernales a dicuntur, qui in iiſdem
6 tabernaculis ſeu tentorijs militant.† Hinc & cõtubernium. Sanè quod in Quiritibus matrimonium eſt, in ſeruis contubernium quandoque appellatur. b

a l. rem. §. j. cõmod.
b l. liberorum. §. eod.

LEX CLXXXV.

1 *Tabernam vendens vel legans, de ſolo loco intellexiſſe videtur: tabernam verò pignorans, etiam merces pignoraſſe dicitur.*
2 *Si tabernam cum inſtrumento dicat, quid in ea contineatur.*
3 *Inſtructam tabernam quomodo Vlpianus accipiat.*

INSTRVCTAM.) † Qui tabernã vẽdit, vel etiam legat, de loco ipſo intellexiſſe videtur c, non de inſtrumento vel mercibus. qui verò pignorat d, etiã merces pignoraſſe intelligitur: nullũ enim inde detrimentum debitori affertur, cũ non ideo plus de- 1
B beat. Idemque ſi quis de taberna pannaria ſeu pannorum contrahat e: videntur enim merces cauſa demonſtrationis adiectæ.† Quòd ſi taber- 2 nam cum inſtrumento dicit, non contineri inſtitores Paulus reſpondit f: ſunt enim illi negotiationis ipſius, non autem loci inſtrumenta: vnde tabernæ cauponiæ inſtrumento legato, loci tantùm inſtrumenta præſtabuntur, vt doliaria vaſa, vectiones, ancones, calices, trullæ, quæ circa ahenum ſolent traiici, congiaria, ſextaria.† Nec 3
C obſtat, quòd inſtructam tabernam hîc Vlpianus appellet, quæ non ſolùm rebus, ſed etiam hominibus ad negotiationem parata eſt: quia quamuis taberna hominib. inſtructa dici poſsit g, non tamen inſtitores ipſi tabernæ inſtrumenta propriè ſunt, niſi cùm tabernam pro vniuerſitate iurium ipſius negotiationis, nõ autem ſimpliciter pro loco accipere nos conſtat. de cæteris igitur ſeruis accipiendum hîc eſt, cùm eiuſmodi eſt negotiationis genus, vt ſine operis non conſiſtat h.

c l. qui tabernas. de contr. empt.
d l. qui tabernam. de pig.
e Bar. l. cum pater. §. menſæ. de leg. ij.
f l. tabernæ. de fund. inſtr.
g l. liberorũ. §. ſed ſi biblioth. de leg. iij.
h l. cum quæritur. de fundo inſtr.

D LEX CLXXXVI.

1 *Commendare in iure variè accipi.*
2 *Commendatio generalibus verbis facta non obligat.*

COMMENDARE.) † Commendare varijs modis in iure accipitur. 1 Commendamus amicum, quem laudibus, vt charior alicui ſit, proſequimur. Commendamus rem, quam deponimus: vnde qui centum tibi cõmen
E dat, vſuras exigere non poteſt: id enim notiſsimos depoſiti terminos excederet. Commendat i, & Rom. Pontifex ſacerdotia, cùm adminiſtratorem generalem alicuius opulenti templi aliquem conſtituit, cenſeturque is liberam habere procurationem, modo nimirum reperto, quo citra ius irreuocabilis tituli ex ſacrorum fructibus οἱ ἀκοιτητάλοι luxuriarentur. Commendat etiam qui cuſtodiam mandat.† Sanè verbis generalib. 2
F facta commendatio k non obligat l: & teſtator qui libertum ſuum hæredi commendat, nõ ideo alimenta legaſſe exiſtimatur. Sed & ſi Seium tibi commendem, iubeamq; ei plenam fidem adhiberi, non tamen meo periculo illi credes, cum aliquid perſuadere tibi voluerit m, quod ad ſuam vtilitatem vel honorem pertineat: vt ſi ſe conſtitutum à me procuratorem dicat.

i c. nemo. de elect.
k Bar. l. Lucius de fideiuſ.
l l. fideicom. §. j. de leg. iij.
m l. fi. C. quod cum eo.

LEX CLXXXVII.

1 *Verbum, exigere, variè accipi.*
2 *Exegiſſe propriè dicitur, qui id recepit, quod inſtituta actione petebat.*



3 *Exactam pecuniam quomodo Vlpianus intelligat.*
4 *Delegatio vicem ſolutionis habet.*
5 *Procurator ad exigendum conſtitutis, etiam præſente domino voluntariam ſolutionem recipere poteſt.*
6 *An mulier, cui vſusfructus legatus eſt, donec dotem nõ exegerit, ſi alteri actiones cedat, legato excludatur.*

LEX CLXXXVII.
IDEM *lib. 22. ad Edictum.*

A VErbum exactæ pecuniæ, non ſolum ad ſolutionẽ referendum eſt, verum etiã ad delegationẽ.

LEX CLXXXVIII.
IDEM *lib. 23. ad Edictum.*

HAbere duobus modis dicit: altero iure dominij, altero obtinere ſine interpellatione id quod quis emerit. ¶ Cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

LEX CLXXXIX.
IDEM *lib. 34. ad Edictum.*

B FAcere nõ oportere, & hanc ſignificationẽ habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod cõtra conventionem fieret, & curare ne fiat.

1 VERBVM EXACTAE.) ¶ † Exigere variè accipit. exigit qui extra agit, id eſt expellit: inde exacti reges vrbe Roma Pomponio a. Exigit, qui requirit, qui perficit, qui in-
2 iuſtè petit b.† Sed ſtricta ſignificatione propriè exegiſſe dicitur c, qui id recepit, quod inſtituta actione petebat: vnde exigere ab inuito accipitur. Iuriſconſul. tamen latius id verbum
3 patêre exiſtimauit,† & exactam pecuniam intelligit, quæ perſoluta eſt: ſiue enim volens, ſiue C inuitus debitor dederit, non eſt dubium dici eum ſoluiſſe. Sed & exegiſſe dicitur, cui per
4 delegationem ſatisfactum eſt,† cùm delegationem vicem ſolutionis habere receptum ſit d: hincque arbitror in dubijs hunc ſenſum admittendum eſſe, exegiſſe dicamus, etiam quod ſponte debitor obtulit, cùm alioquin inuitum
5 potuiſſemus cogere:† vnde qui procurator ad exigendum conſtitutus eſt, etiam præſente domino voluntariam ſolutionem recipere poterit D
6 e, idque crebrius probatum eſt. † Sed an mulier, cui vſusfructus à marito legatus eſt, donec dotem non exegerit, ſi alteri actiones cedat, legato excludetur f? Et non excludi verius eſt: qui enim cedit, non ideo exigit. quòd ſi ceſsionarius ipſe exegerit putauerim vſumfructum amplius non deberi: non enim à teſtatore hæredem in tantum voluiſſe grauari credendum eſt: atqui ideo vſumfructum legauit, quia interim dotem hæres poſsidebat. Sibi igitur imputet E mulier, ex cuius facto conditio deficit g.

a l. ij. de orig. iu.
b x. qu. ij. quia. Archid.
c l. fideic. §. ſi rẽ. de leg. iij.
d l. quamuis. §. interdum. ad Vell.
e l. non ſolum. ſol. mat.
f Bar. authẽ. quod locum in fin. C. ſimul. ſec. nupt.
g l. qui per aliũ j. tit. j. Bar. l. amplius. in fi. rem rat. hab.

LEX CLXXXVIII.

1 *Habere tam ad dominium, quàm poſſeſsionem refertur.*
2 *Is qui de facto detinet, habere dicitur.*
3 *Hæc verba, Habere licere, in venditionis contractu eum ſolum intellectum recipiunt, emptori liceat ſine interpellatione obtinere.*
4 *Venditorem non teneri ad dominij translationem.*
5 *Hæc ſtipulatio, habere, licere, eſt indiuidua.*
6 *Cauere dicitur, qui vel fideiuſſores, vel pignora dat.*
7 *Si lex ideo caueri velit, vt creditor reddatur ſecurior, ſimplex ſtipulatio non ſufficit: ſecus ſi eum cauere uelit, quem adhuc debitorem eſſe non conſtat.*

1 HABERE.) ¶ † Habere generale verbum, quod & ad ius dominij, & ad
2 poſſeſsionẽ refert.† qui etiã de facto detinet, vt ſeruus habere dicit h. Cornelius Frõto, in libro quem de Verborũ differẽtijs ſcripſit: Habere, inquit, poteſt etiam fur, nequam: poſsidet nemo niſi qui aut relictæ aut donatæ, aut emptę rei dominus eſt ita inhabente onus, in poſsidente vſus eſt. Quibus verbis à iure antiquo proditam differentiam declarare videtur, non autem id iuris quod hodie receptum eſt i.† Solebant autẽ in 3 vẽditionibus emptori promitti habere licere: quę verba cùm ex ſe duplicem habeãt intellectum, in hoc contractu alterum tantummodo recipiunt, vt videlicet emptori liceat ſine interpellatione obtinere: in eo enim contractu de iure dominij actum non videtur k:† quoniam verior 4 eſt eorũ ſententia, qui non teneri ad dominij translationẽ venditorem exiſtimauerũt, & ideo tradendo liberari, quod, & Iuriſconſultus hîc ſentit l, & nos quandoque diſputando demon-
C ſtrauimus m, licet in contrariam partem frequentius itum ſit. † Sanè hæc ſtipulatio, habere li- 5 cere diuiſionem non recipit n: accedit enim cõtractu venditionis, qui pro parte valere non debet: vnde ſi rei diuiduæ accederet, aliud dicendum eſſet: quod plerique probant o.
¶ §. CAVTVM.) † Siue fideiuſſores quis dederit, ſiue pignora, cauiſſe dicitur: verbum enim 6 cauere, idem ſignificat, quod ſecurum facere. Is autem ſecurus eſt, cui vel pignore, vel fideiuſsione cõſumptum eſt.† Et ideo quoties lex ea cau-
D ſa caueri poſtulat, quòd ſecuriorem reddere 7 creditorem velit, exiſtimarem ſimplicem repromiſsionem quid per ſtipulationem fieri ſolet, non ſufficere. ſi verò eum, quem adhuc debitorem eſſe non conſtat, cauere velit, ſecus eſt: quoniam Iuſtinianus ſanxit p cautionis nomine, vel ἀσφαλείας (ita enim ille ſcripſit, licet in vulgatis codicibus græca vox, quæ ſecuritatem ſignificat, deficiat) nudam promiſsionem ſignificari. Satis
E quippe illi cautum dicitur, qui per ſtipulationẽ iuri ſuo conſuluit. Quòd ſi is debitor pauper ſuſpectusué ſit, ſola ſtipulatio non ſufficeret q: non enim ſecurus creditor eſſet: qua de re ſuperius r à nobis latius diſputatum eſt.

L. 188. Habere:
h l. ſtipula. iſta. §. hi qui. de ver. oblig.
i §. e. l. quæſtio.
k l. ſi ita. de cõtrah. empt.
l l. ſi ſtipul. de uſur.
m l. j. C. de eo quod inter.
n l. cum ex cauſa. de verb. obl.
o l. iij. §. de ver. oblig.
p l. ſancimus. C. de verb. ſign.
q l. pen. de pet. hæred.
r l. ſatiſdatiõis.

LEX CLXXXIX.

1 *Promiſsio, vt aliquis non faciat, duplicem habet ſenſum.*
2 *Facti appellatione, etiam ne fiat continetur.*
3 *Et quomodo eo in tractatu ſit diſtinguendum. & nu. 4.*

F FACERE.) ¶ † Promiſit aliquis nõ facere s, quò minus domo mihi lo- 1 cata frui poſsĩ: habent ea verba duplicẽ ſignificationẽ. Altera eſt, vt abſtineat ab omni facto, per quod vſus meus impediretur. Altera eſt, vt etiam curet, ne à quouis alio impediat: & hîc ex vulgari ſcriptura ſenſus elicit. Alij tamẽ codices, facere oportere abſque negatiõe ſcriptum habent: qua ex lectio- 2 ne colligitur, facti appellatione etiam ne fiat contineri. † In quo tractatu ſic diſtinguendum 3

s l. ſi fundus. loc.

opinor: aut facta accipimus, quatenus ab his, quæ iuris ſunt differunt, & propriè obligationẽ, ne quid fiat, facti eſſe dicemus: cùm enim in dando non conſiſtat, conſequens eſt, vt facti ſit [a]. Aut in naturalem ſenſum id verbum accipimus, & qui nõ facit, propriè facere nõ dicitur: quapropter lex perduellionis, quæ eos inſequitur, qui aduerſus principis perſonam aliquid faciũt, in eo locum ſibi non vendicabit [b], qui conſpirationẽ ſciens, non reuelat, idque receptius eſt: punietur enim mitius: & hoc ex proprio ſenſu dicendum eſt: nam ex interpretatione legis aliquando vltra vim verbi aliud reſpondemus. Vnde fraudem facere creditoribus intelligitur, qui ſeruitutes per negligentiam amittit, vel rem pro derelicto babet [c]. †

4 Cæterùm cùm in lege de eo ſit mentio, qui contrà facit, obſeruabimus qualis ſit iuſsio: ſi enim affirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eam facere dicitur [d]: rurſus ſi prohibitiua, ne quid fiat, ſit, aduerſus eam negligendo non facimus, ſed faciendo tantùm. Hincque apparet, ſi à teſtatore ei hæredi pœna conſtituatur, qui aliqua in re aduerſus teſtamentum fecerit, pœnam committi, ſi legata ſoluere hæres neglexerit, idque indubitati iuris opinor, tametſi quidam aliter exiſtimauerint [e].

a l. ij. ff. de verb. obl.
b l. j. & ij. ad legem Pomp.
c l. 4. ff. quæ in fraud. cred.
d l. ſi quis maior. C. de tranſ.
e Alex l. vbi. §. qui id quod. de verb. oblig.

## LEX CXC.
VLPIANVS LIB. 34. ad Edictum.

PRouinciales eos accipere debem⁹, qui in prouincia domicilium habent, nõ eos qui ex prouincia oriundi ſunt.

## LEX CXCI.
PAVLVS LIB. 35. ad Edictum.

A INnter diuortiũ & repudiũ hoc intereſt, quòd repudiari etiã futurũ matrimoniũ poteſt: non rectè aũt ſponſa diuortiſſe dicitur, quòd diuortium ex eo dictũ eſt, quod in diuerſas par-

B tes eũt, qui diſcedũt.

## LEX CXC.

1 *Prouinciales qui dici poßint.*
2 *Ex iure domicilij patria acquiritur.*
3 *In prouincia ortos, & alibi domicilium habentes, prouinciales non eſſe, quomodo accipi debeat.*
4 *Ortus & oriundus inter ſe differunt.*
5 *Appellatione Florentinorum non ſolùm hi continentur, qui Florentiæ originarij incolæq; ſunt, ſed etiam qui altero tantum iure nituntur.*
6 *Ius prænſionis à veteribus Clarigatio dicebatur.*
7 *Prouincialem eſſe, & de prouincia eſſe, idem ſignificat.*

1 PROVINCIALES.) ¶ † Vario modo videtur accipi prouincialem poſſe: & qui origine incolatuque ex prouincia eſt, is omnino abſq; vlla dubitatione prouincialis eſt: ſed & qui in prouincia domicilium habent, id nominis ſortiuntur. Hinc Apollonius Rhodius dictus eſt, quamuis patria Alexandrinus eſſet, vt Suidas ſcribit. Agrippinẽſes quoque apud Cornel. Tacitum lib. XX. deductis, inquiunt, olim alienigenis, & nobiſcũ per connubia ſociatis,
2 quique mox prouenere, hæc patria eſt: † vt minimè dubitari oporteat, ex iure domicilij patriam
3 acquiri, & id propriè, licet aliqui diſſentiant. † Qui verò in prouincia orti ſunt, & alibi domiciliũ habẽt, ſentit Iuriſcõſultus ex recentiorũ ſentẽtia nõ eſſe prouinciales: quod interpretatur Iacob. Oldra. Alberic. ex cõmuni loquẽdi vſu. Sed ipſe prouinciales eſſe magis ſentio, ne minus natiuitas, q̃ domiciliũ poſsit: deceptiq; in eo ſunt interpretes † quod oriũdum, exiſtimauerũt idẽ 4 ſignificare quod ortum, cùm ſuprà ex Latinis autoribus docuerimus, oriundum dici reſpectu originis maiorum ſuorum, non reſpectu ſuæ. Quamuis igitur originẽ patris filius ſequatur [f], non tamen eius patriæ nomine cenſetur, cùm aliò pater habitatum conceſſit, & liberos ſuſtulit: & ita noſtrę opinioni reſpõſi huius verba nõ obſtabũt. Accurſius Bartolusque dictionem dũtaxat in verbis Iuriſconſulti ſubaudiũt, quam & aliqui ipſi contextui inſeruerunt: nec exemplo caret, vt ita ſubaudiamus, quod à nobis ſuprà demonſtratum eſt [g]. † Et ex his infertur, appellatione Florentinorũ, 5 non ſolùm eos contineri, qui Florentiæ originarij incolæque ſunt, ſed etiam qui altero tantum iure nituntur. Recipit tamen id ex materiæ qualitate aliquam reſtrictionem. Finge cõceſſum aduerſus Florẽtinos † ius prænſionis (clarigationem veteres dixere) iniquum eſſet eos, 6
C qui Florentiæ nõ habitant, nec munera ſubeũt, comprændi, tametſi inde orti proponantur [h]: cũ enim Reipublicæ munera ibi non ſubeant, non debent in eas pœnas incidere quæ propter Reipublicæ delictum irrogantur, quales ſunt huiuſmodi prænſiones, manuumque iniectiones. † 7 Sed an idem eſt, ſiue prouincialem dicamus, ſiue eum qui de prouincia ſit [i]? & idem eſſe cõmuniter traditum eſt, niſi quòd illa verba, de prouincia, aliquanto magis ad originem, quàm ad do-
D micilium referuntur [k].

f l. aſſumptio. ad municip.
g In l. anniculus. ff. eod.
h Alex. in rub. ſol. matr.
i c. j. de ſponſ.
k l. j. in fi. de tutorib. & curat. dat.

## LEX CXCI.

1 *Repudiare propriè ad ius quærendum refertur.*
2 *Repudium & diuortium quomodo differant.*
3 *Diuortium etiam de ſponſis dici poſſe.*
4 *Fribuſculum quid apud Vlpianum ſignificet.*

INTER DIVORTIVM.) ¶ † Repudiare generale verbum eſt, quod propriè 1 ad ius quærendum refertur: quæſita
E enim propriè non repudiantur: atque hinc dicimus hæreditatem delatam repudiari. † 2 Hinc etiam repudium dicitur, cùm futuri matrimonij ſponſalia dirimuntur. Diuortiũ verò non niſi inter coniuges eſt [l]: † quamuis pinguiore mi- 3 nerua putem etiam de ſponſis dici poſſe, qua ratione & P. Vergilius diuortia aquarũ dixit: nec etymologia omnino repugnaret, cum etiam decedant ſponſi, in diuerſasque eant partes. Non
F diffiteor tamen ἐμφατικωτέρως in coniugibus dici: cùm enim cõiuncti prius fuerint, miſſo repudio, verè in diuerſas partes eunt. † Eſt & apud Vlp. 4 [m] fribuſculum, dictio à me nuſquam alibi lecta, cùm propter iram ſubitariam breuem coniuges recedunt, non tamen diuortunt, ſed ceſſante fribuſculo, & quieſcente ira reuertuntur.

l l. inter ſtuprũ. §. j. ff. eod.
m l. cum hic. §. ſi diuortium. de don. inter vir.

## LEX CXCII.

1 *Hæc clauſula, pluriſvé, vel plus minus, certo numero adiecta, ad modicam ſummam refertur.*



2 *Si quis fundi veram æſtimationem neſciens, eum centũ aureis vendat, & ſi plus valeat, illud ſe donare dicat, nõ intelligitur donaſſe, niſi cum aliquid modicum plus valet.*
3 *Quicquid illud eſt, quod dimidium excedit, tametſi modicũ & incertũ, ſufficit vt contractus reſcindatur.*
4 *In teſtimonijs hæc adiectio, pluriſue nullius eſt effectus, quoties de certa quantitate deponendũ fuit.*
5 *Probationes neceſſariò cõcludere debent.* (ſtræ.
6 *Ampliatio legis no-*
7.9 *Ad iudicem pertinet conſtituere, quæ minuſcula ſumma ſit.*
8 *Modica ſumma in iure variè accipitur.*
10 *Textum huius legis variare.*

## LEX CXCII.
VLPIANVS lib. 38. ad Edictum.

HAec adiectio plúriſue, nõ infinitã pecuniã cõtinet, ſed modicã dũtaxat. Adiectio hęc ſolidorum X. pluriſue, ad minuſculam ſummã refertur.

## LEX CXCIII.
IDEM lib. 38. ad Edictum.

HÆc verba quanti eam rem ap-
A paret eſſe, non ad id quod intereſt, ſed ad rei ęſtimationem referuntur.

## LEX CXCIIII.
VLPIANVS lib. 43. ad Edictum.

B INter donũ & munus hoc intereſt,

L. 194. Inter donum.

1 HAEC ADIECTIO.) ¶ † Hęc adiectio, pluríſve, quæ ſolet numero certo adijci, ad modicam ſummam refertur: quod & dicendum eſt, cùm quis plus minus dicit [a], qua clauſula duabus notis P. M. antiqui ſcribere ſolebant. † Hincq; argumentari poſſumus, eum 2 qui veræ ęſtmimationis neſcius fundũ centũ aureis vendat, & ſi plus valet, illud reliquũ donare ſe aſſerit, nõ intelligi donaſſe, niſi cũ aliquid modicũ plus valet [b]. Quapropter ſi multò pluris res vendita valeat, poterit cõtractus reſcindi. Sed & ſi me vltra iuſti pretij dimidiũ deceptum, vel rẽ eius pretij, quòd accepi, duplo pluriſque valere probauero, contractus reſcindetur: † quoniam 3 quicquid illud eſt, quod dimidium excedit tametſi modicum & incertum ſufficit vt contractus reſcindatur [c]. Qua ratione in interdicto retinendæ, ſi cæteris probationibus paribus, alter litigantium ſe tãto tempore quanto aduerſarius intendit, poſſediſſe, pluſque probauerit, obtinere debebit: ſufficit enim etiã tempus incertũ, vt longiore poſſeſsione vſus videatur, & ex eo aduerſariũ ſuperet [d]. † In teſtimonijs verò hæc adie- 4 ctio nullius eſt effectus [e], quoties de certa quãtitate affirmare teſtes debẽt: ſi eñ incertũ afferũt, pro ſuperuacuo habẽt, † quoniã probationes ne- 5 ceſſariò concludere debẽt [f]: idq; crebrius receptũ eſt, niſi teſtẽ iudex rurſus interroget, vt certius teſtimoniũ perhibeat, & de quanta ſumma ſenſerit declaret [g]. † Et hęc nõ ſolũ in hac dictio- 6 ne obſeruãda ſunt, ſed etiã in præpoſitiõibus vltra, citra, circiter, penè locum ſibi vendicant, & ſi quæ aliæ ſimiles, quæ tamẽ ex ſubiecta materia aliter atq; aliter accipiunt [h]. Vnde in his cũ certa ſignificatio afferri nõ poſsit, arbitrio iudicis erit deferendum [i], † cuius partes etiã in eo verſabun- 7 tur vt cõſtituat, quę minuſcula ſumma ſit, † quan- 8 doquidem in iure pro modica ſumma quandoque duo aurei accipiuntur [k], quandoque quarta pars eius de quo agitur [l], quandoq; q̃ intra ſextã eſt, vt cũ ab arbitro nos læſos dicimus [m], quãdoque q̃ minus centũ aureis eſt: huiuſmodiq; lites ideo breuiores ſunt [n]: quandoq; q̃ X. libras non 9 excedit [o]. † Ex qualitate igitur per perſonarũ ius dicentis religio, quid conſtituendum ſit diſcernet: nam & pauperi viro maximum erit, quod locupleti & aſsiduo modicum. † Sanè in antiquis quibuſdam codicibus aliter, quàm in vul- 10 gatis reſponſi huius verba concepta ſunt, hoc ſcilicet modo: Hæc adiectio, pluríſve, non infinitã pecuniam continet, ſed modicam: vt taxatio hæc ſolidorum decem, pluríſue, ad minutulam ſummam refertur.

a l. publica. in fin. depoſ.
b Bar. in l. ſi q̃s cũaliter. de ver. oblig.
c l. ij. C. de reſc. vend.
d l. licet cauſam de probat.
e Ial. l. & ſi poſt. ſi quis caut.
f c. in præſentia de prob.
g §. illud. in authen. de teſt.
h iij. q. 7. qui ſine.
i l. j. ff. de iur. de ib.
k l. idem. ff. de dolo.
l l. ſi q̃s in ſuo. ff. de inof. teſt.
m l. ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ubi Bar. ff. pro ſo.
n Bar. in auth. niſi. C. de ſentẽ. paſſ.
o l. ſed & ſi. §. j. ff. de iudic.

## LEX CXCIII.

1 *Verbum, eſſe, ad veritatem refertur.*
2 *Hæc verba, quanti ea res ſit, verã æſtimationem continent.*
3 *Facta quia difficulter æſtimari poſſunt, tutius eſt pœnam certam comprændere.* (le.
4 *Triplex intereſſe in iure, ſingulare, cõmune, et cõuẽtiona-*

AEC verba, quanti.) ¶ † Verbum, 1 eſſe, ad veritatem refertur: † vnde 2 ſi prætor quanti ea res ſit, actionẽ
C det, de ea quantitate quæ veram æſtimationem complectatur, intelligemus, non autem de eo quod præterea intereſt. & cùm de re danda agitur, facillimè cognoſcitur, quanti ea res ſit: ſed cùm ideo datur actio, quia aliter quàm debeat, fiat, difficilius ratio initur: † quoniam pleraque facta in promptu 3 æſtimari nequeunt, & ideo conſultius tunc eſt, certam pœnam comprendere: quod in prætorijs ſtipulationib. obſeruãdum Venuleius [p] inquit,
D alioqui ex qualitate negotij diſcernemus, quanti ęſtimatio ducenda ſit. Finge ius dicenti me nõ paruiſſe [q], in eo cõdemnabor, quod habita ratione iudicis & mea æquum videbitur, vt quò grauior & dignior eſt iudex, vel contemptus iniquior, eò grauius, & in maiorem quantitatem puniar: non autem eius quod intereſt, tali caſu ratio ducetur. † Tripliciter autẽ noſtra intereſt, 4 ſingulariter, cõmuniter & ex conuentione: quæ qui apertius dignoſcere velit, is eum librum le-
E gat, quem de eo, quod intereſt, inſcripſi: nec vlterius hoc in reſponſo à nobis elucubrandũ eſt, cùm in eiuſdem argumenti lege ſuprà explicata ſint, quæ ad rem pertinere viſa ſunt.

p l. fin. de præt. ſtipul.
q l. j. in fin. ſi q̃s ius dic.

## LEX CXCIV.

1 *Differentia inter munus et donum quæ ſit, variatum à Grammaticis.*
2 *Iuriſconſultorum interpretatio de munere et dono.*
3 *Munera nuptiarũ & natilitia, Græ. ἐπαύλια & γενέθλια.*
F 4 *Varia munerum nomina apud Græcos.*
5 *φυτίον, emphyteutica penſio, corruptè Fictum dicitur.*
6 *Cœnacularium apud Vlpianum quid.*
7 *Cœnaticum quid.*
8 *Varia munerum nomina apud Latinos.*
9 *Xenium in iure quomodo accipiatur.*
10 *Xenicon quomodo apud Ariſtophanem ſumatur.*
11 *Verba textus, Quod inter genus & ſpeciem explicãtur.*

INTER DONVM.) † ¶ Quid inter 1 munus & donum intereſſet, non Iuriſconſulti tãtum, ſed & Grammatici

**quod inter genus & ſpeciem: nam genus eſſe donũm Labeo ait, vel à dando, vel à donando dictum: munus ſpeciem: nã munus eſſe donum cum cauſa, vtputa natalitium, nuptiarum.**

plerunque dubitauere, alijs opinantibus dona ad deos pertinere, vt Seruio & Donato: alijs ad homines etiam, quibus à potentiore donatur, vt cùm pauperibus diuites, Imperator militibus
2 donat, quod Cornelio Frontoni placuit. †Sed verior eſt Iuriſconſultorum interpretatio, donum latiore ſignificatione accipiatur, quàm munus: eſſe enim munus, quod ex neceſsitate officij, iuſtáve aliqua cauſa præſtatur, vt cùm patrono donatur qui nuptias contraxerit, vel qui filium ſuſtulerit. Terentius in Phorm. Nam herilem filium eius duxiſſe audio vxorem, ei credo munus hoc corraditur. Et rurſus, Porrò autem ferietur alio munere, vbi hera pepererit: Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies. Erat enim hæc veterum conſuetudo vnde & ΣΩΤΗΡΙ noſtro recens nato, Magi reges aurũ,
3 thus, mirrham obtulerant. † Suntque hæc munera quæ nuptiarum & natalitia hîc dicuntur, Græcis ἐπαύλια, & γενέθλια. † Apud eos enim uarijs ex cauſis varia munerum nomina habentur,
4 ob inuentionem εὕρετρον, ob redemptionem rei amiſſæ [a] λύτρον, ob nũtium μήνυτρον, ob victoriam νικητήριον, ob certamen ἔπαθλον, ei qui nos duxerit ἡγεμόσυνον, qui ſono demulſerit κρούσιον, qui nutrierit θρέπτρον, vel τρόφιμα, qui medium ſe vel interpretem pro nobis geſſerit [b], ἑρμηνευτικὸν, qui rem mihi meam attulerit φέρετρον. † Arbitror & φυτίον di-
5 ci poſſe emphyteoticam penſionem, ſeu mercedem meliorationis quæ pro plantis penditur: vnde vulgus corruptè Fictum dicit, vt quod in prædijs vrbanis eſt ἐνοίκιον, in ruſticis ſit φυτίον, viderurque vtrunque latinè dici poſſe Colonari-
6 um. † Eſt & Cœnacularium Vlpiano [c], pro penſiõe quá inquilini ꝑ cõducto cœnaculo ſoluũt.
7 † Cœnaticum verò Sportulam ſignificat, quam cœnæ nomine extorquebant à prouincialibus milites. Sed & quæ medico præmia præſtantur, Soteria, vel Iatrea dicuntur: quæ præceptori, Didactra vel Didaſcalia latinè Minerualia: quę artifici, Epichera: aliquid ferenti, Comiſtra: be-
8 neficio, Chariſteria: † quo exẽplo & Latini quod iudicib. dat, Sportulas vocãt: quod Iuriſcõſultis, Honorariũ: quod militibus, Stipendiũ: quandoq; & Solatium, Græci & obſoniũ dicũt, Lucæ in Euangelio: vnde & Iſelaſticorum obſonia Plinio X. in epiſt. quod extra ordinẽ exercitui, Donatiuum: plebi, Congiarium: quòd Reipublicæ pro ſolo occupato, Solarium [d]: quod magiſtratui pro ſupellectile, cæteriſq; ad cõmeandum neceſſarijs, Vaſarium: quod vbi cõmeauerit, pro præmio geſti honoris, Salariũ: quod nutricibus in mercedẽ, Nutritium: quod nautis, Naulam: quod præconi, Præconium, Plauto in Menæch. quod aduocatis, vel amicis Strena: quod principi in nouæ dignitatis honorem, Coronarium: quod Commentarienſi ob diligentis cuſtodiæ ſignificationem, Carceraticum [e]: quod Reipublicæ ob Cloacarum purgationem, Cloacarium: quod abſenti vt alere ſe poſsit, Viaticum: quod vt quis ſingulis diebus ſe alat, Diarium: quod pro calceis impenditur, Calciarium: pro ueſtitu, Veſtia-
9 rium: idque genus ſimilia. † Eſt & Xenium propriè munus, quòd hoſpitibus datur, ſed in iure pro munuſculis accipitur, quæ iudicibus ſolent, ad eorum gratiam aucupandam mitti [f], de quo extat prouerbium, οὔτι πάντα, οὔτι πάντῃ, οὔτι παρὰ πάντων. Teſtatur Plinius Cęcilius quadam epiſtola in cauſis dicendis ſe omni dono, munere, xenijs abſtinuiſſe, quæ verba à Iuriconſulti noſtri diſtinctione nõ diſsident. † Xeni- 10
con verò apud Ariſtophanem pro militari nutritio accipitur, quod Corinthij aduenis militibus pendebant. Laurentius tamen Valla etiam cum cauſa donum dici exiſtimauit, Iuriſconſultoſque inſectatur, quòd pugnantia ſimul ſcripſiſſe videantur: ſed hanc ego litem infrà dirimam. † Quòd autem hîc dicitur, intereſſe 11
inter hæc verba, hoc quod inter genus & ſpeciem: non aliud ſignificat, quàm ſicut latior eſt generis quàm ſpeciei ſignificatio, ita eſſe latiorem doni notationem quam muneris: nec.n. propriè donum genus eſt. Similiter & alibi ſcriptum eſt, Plebs à populo differt, quod ſpecies à genere, quod videlicet latius populi nomen pertineat [g].

a l.falſus.§.plerique.de furt.
b l.5.§.de proxen.
c l.ſolutum.§.fi.de pig.act.
d l.ne quid in loco publ.
e l.pen.de bon.dam.
f l.ſolent.§.pe.de off.proconſ.
g §.plebs.Inſtit.de iur.nat.

## LEX CXCV.

1 *Sub maſculino continetur fœmininum ex extenſione, non ex proprietate ſermonis.*
2 *Regulariter in quacunque materia ſub maſculino comprændetur fœmininum: & quando fallat.*
3 *Familia ad res & perſonas refertur.*
4 *Familia de perſonis quinque modis poteſt accipi.*
5 *Verba legis XII tabul. relata.*
6 *Quomodo dignoſcendum cum familiæ ſit mentio, de rebus an perſonis actum ſit.*
7 *Accurſij intellectus ad hoc reſponſum non quadrat.*
8 *Alciati intellectus ad hanc legem.*
9 *Liberti olim parentela patroni cenſebantur.*
10 *Perſonæ ſubiectæ ſunt & naturali & ciuili iure.*
11 *Vxor eſt in familia viri.*
12 *Legato facto familiæ, etiam vxor admittetur, item & vidua.*
13 *In odioſis vxor nomine familiæ non veniet.*
14 *Familiæ appellationem vltra quartum gradum in deſcendentibus intelligi ex Vlpiano hîc probatur.*
15 *In prohibitione alienationis hæredi facta, vt res in familia perpetuò remaneant, Iuſtinianus ſecus ſtatuit.*
16 *In fideicommiſſo familiæ agnati ad decimum vſq; gradum admittuntur.*
17 *In fideicommiſſo, quod duobus antiquioribus de domo relictum eſt, etiam vlteriores admittuntur.*
18 *Domus pro familia.*
19 *Dominium pro præeminentia.*
20 *Paterfam. vt quis dicatur, ſufficit vt familiæ ſuæ ſit dominus.*
21 *Emancipati ſunt extra patris familiam.*
22 *Eamãcipati hodie in fauorabilib. de familia eſſe dicũtur.*
23 *Familiam etiam pro agnatione accipi, & cognatione.*
24 *Cum familiæ teſtator reliquit, admittẽdi ſunt qui proximiores gradu tempore teſtamenti vel mortis erãt, cõceptis poſt mortem excludendis.*
25.27 *Caſus vbi etiam concepti poſt mortem admittuntur.*
26 *Prohibita hærede alienatione extra familiã, illi cenſentur vocati qui tũc in familia proximiore gradu erũt.*
28 *Si cuilibet ex familia relinquatur, omnes promiſcuè admittentur vſque ad decimum gradum.*
29 *Si quis ſimpliciter iuſſus ſit fundum in familiam relinquere, poteſt eligere de familia quem velit.*
30 *Filius illegitimus an ſit ex familia.*
31 *Gens pro agnatione, vnde gentiles agnati.*
32 *Seruientium appellatio latior quàm ſeruorum, & ſeruientium familiam dici.*

33 Dominus



33 *Dominus liberatur, ſi ſeruum pro noxa det.*
34 *Nobiles qui in famulitium improbos homines accipiũt, puniuntur arbitrio iudicis.*
35 *Caupones & nautæ pro familia ſua tenentur.*
36 *Si hoſpes ab aliquo ex familia cauponis vulneretur, an dominus teneatur.*
37 *Quomodo cognoſcẽdũ, de qua familiæ ſignificatione intelligere nos oporteat.*
38 *In viris familiæ nomen durat per omnem deſcendẽtium ſeriem.*

## LEX CXCV.

IDEM *lib. 46. ad Edictum.*

**PRonuntiatio ſermõis in ſexu maſculino ad vtrunque ſexum plerunq; porrigitur.**

**¶ Familiæ appellatio [a] qualiter accipiatur, videamus: & quidẽ variè accepta eſt: nam & in res, & in perſonas diducitur [b]. In res, vtputa in lege xij. tabularũ his verbis: Agnatus proximus familiam [c] habeto. Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio ita, cũ de patrono & liberto loquit̃ lex, ex ea familia [d], & ex ea inquit, in eam familiam: & hic de ſingularib. perſonis legem loqui conſtat. Familiæ appellatio refert̃ & ad corporis cuiuſdam ſignificatiõem, quod aut iure proprio [e] ipſorum aut cõmuni vniuerſę cognatiõis cõtinetur. Iure enim proprio familiã dicimus plures ꝑſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate: aut natura, aut iure ſubiectæ: vtputa patrẽfam. matremfa. [f] filiũfa. filiãfa. quiq; deinceps vicẽ illorũ ſequunt̃, vt nepotes, & neptes [g], & deinceps. Pater au**

PRONVNTIATIO.) ¶ † Sub maſculio nomine contineri fœmininum, nõ ex proprietate ſermonis eſt, ſed ex extenſione: quod verbũ, porrigitur, hîc oſtẽ-
2 dit. † quia tamẽ extenſio hæc cõmuni vſu recepta eſt [a], in quacunq; ferè materia regula hęc obſeruabit, niſi cùm aliã loquentis intentionem eſſe apparebit, vt quia diuerſa ratio diuerſũ ius ſuadeat. quapropter ſi filij exulum lege lata extra vrbem expellẽdi ſunt, de filiab. actum non videbit: propter enim ſexus imbecillitatem, ab eis nihil periculi imminet [b], qua de re à nobis latiùs ſuprà tractatum eſt [c].
3 a ¶ §. FAMILIAE.) † Familia ad res & perſo-
4 nas refertur. † cum de perſonis intelligitur, quinque modis poteſt accipi. Primò, vt certas perſonas, puta libertum cõtineat. Secundò, vt corpus quoddam, cuius caput iure proprio mẽbra ſubiecta habet, vt filiorum, nepotum, pronepotumque ſoboles, qui in patrisfamil. poteſtate ſunt. Tertiò, corpus in quo nõ pręeminet alicuius poteſtas, ſed communi omnes iure vtũtur, vt agnati inter ſe. Quartò, ſeruientium turba, qui vetuſtiſsimus huius vocis ſignificatus eſt: antiqui enĩ, famuli, ſeruum dicebant: vnde Famulari verbũ, à quo familia. Quintò, nec ad ius ꝓprium, nec ad commune, neq; ad ſeruos refertur, ſed ad originem, & memoriã: vt cùm dicimus, Hic eſt ex Iulia familia, id eſt, originem à Iulio traxit.

b ¶ Diducitur.) diuiditur. Quo verbo ſæpe vtitur M. Fabius in libris Inſtit. Oratoriarum.

5 c ¶ Familiam, id eſt, hæreditatem.) † Cicero ad Herennium libro Rhetoricorum primo, cap. xxvj. verba legis xij. tabularum ſic concipit: Paterfamiliâs vti ſuper familia pecuniáve ſua legauerit, ita ius eſto: ſi inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque e-
6 ſto. † Sed quomodo dignoſcimus, de rebus, an perſonis actum ſit? Et proditum eſt, cùm familiæ relinquitur, de perſonis actum cenſeri [d]: cùm à teſtatore de familia diſponitur, tunc de rebus agi. Nec enim poſſumus tunc de perſonis intelligere, quæ cùm liberæ ſint, ad nullius diſpoſitionem pertinent. Ego arbitror, & cùm de familia diſponitur, de famulitio ſeruorúmve choro actum videri: obſoleuit enim ex communi vſu illa, quæ in duodecim tabulis eſt ſignificatio: quapropter de ea in dubio accipiendum non eſt, niſi cum aliqua nos in hoc coniectura adigit, vt quia teſtator rogat hæredem, vt familiam ſuam reſtituat: ſi enim de ſeruitio intelligeretur, non erat opus hæredem rogare in eo, quod directè legari potuit [e].

d ¶ Ex ea familia.) † Accur- 7
ſius verba legis ſic adſcribit: Ex ea familia in eam patroni familiam liberti bona veniant. Intelligitque de bonorum poſſeſsione, quæ patrono in liberti bonis datur [f]: qui ſenſus non quadrat, quoniã huiuſmodi bonorum poſſeſsio ex edicto prætoris deſcendit: at hîc de duodecim tabularum lege agitur. † Ipſe igitur aliter ſentio, & opinor 8
verba legis hæc fuiſſe: Ex ea familia, vnde Titius miſſus manu eſt, in eam familiam adſcribatur. † Liberti enim nomine, ſeu, vt ita 9
loquar, parentela patroni cenſebantur, vt in Diſpunctionibus docuimus, accipiturque tunc familia pro ſingularibus ipſorum perſonis: nec enim communia cum cæteris cognationis iura habent, nec aut ſerui, aut domus habitatores ſunt: meritò igitur hæc ſignificatio à cæteris diſtinguenda fuit.

e ¶ Iure proprio.) † Perſonæ ſubiectæ na- 10
tura ſunt, id eſt, æquitate naturali, vxor marito, gener, nuruſq; ſocero, deniq; quilibet familiaris domino. Filij verò & nepotes, cæterique deinceps qui in poteſtate ſunt, etiam iure ciuili ſubiiciuntur [g].

f ¶ Matremfam.) † Videtur hîc probari, v- 11
xorem in familia viri eſſe [h]: habet enim maritus dominium, id eſt, quandam præeminentiam in illam. † Quapropter legato facto familię, etiam 12
vxor admittetur [i]: quod & in vidua obſeruandũ eſt: iuris enim interpretatione adhuc in matrimonio eſſe exiſtimatur. † In odioſis tamen for- 13
tè aliud obſeruandum eſſet. Et ideo ſi quis in exilium cum familia mittatur, vxor ea lege non tenebitur: idq; Oldradus, & Albericus probant.

g ¶ Neptes & deinceps. † Hîc conſtat fami- 14
liæ appellationem vltra quartum gradum in deſcendentib. intelligi: † in prohibitione aũt alie- 15
nationis hæredi facta, vt res in familia ꝑpetuò remaneant [k], Iuſtinianus ſanxit, vltra quartũ gra-

L. 195. Pronuntiatio.

a Bal.c.ad audientiam.de reſc.
b Bal.l.quæcũq. de ſer. fugit.
c l.j.§.
d Bart.l.fin. C. eod.
e l.nam quod in ff. ad Treb.
f §.quinto.Inſt. de bon. poſſeſs.
g l.in ſuis.de lib.& poſth.
h l.quicunque. C.de re mil.
i d l.fin.
k in authen. de reſti.fidei.

dum deſcendentium prohibitionem non exten
16 di: cuius rationem alij viderint. † Illud conſtat, in fideiconmmiſſo familię vſque ad decimum gradum agnatos admitti: quoniam gradatim, inſtar ſucceſsionis, quæ ab inteſtato defertur, vocan-
17 tur: † in fideicommiſſo verò q̃ duobus antiquioribus de domo relictum ſit, cùm non ſanguinis coniunctio, ſed ſolùm familiæ nomen in teſtatoris conſideratione fuiſſe videatur, etiam decimi gradus vlteriores non excludi,
a Dec. conſ. 321. in fin. quidam ſenſerunt[a].
18 a ¶ Domo.) † Quãdoque tamen domus pro familia accipitur, idque præſertim in vulgari ſer-
b l. pen. de teſt. mone: videturque μετωνυμικῶς continẽs pro cõtento poni[b]: quapropter propriè de his, qui vnà ha-
c l. cũ vnus. de alim. leg. bitãt, intelligitur[c].
b Dominium.)
19 † id eſt, præeminentiam. Alioqui alio ſenſu dominium eſt ius perfectè diſpo-
d Bart. l. ſi quis vi. §. differẽtia. de acq. nendi de re ſua corporali[d]. Sanè qui ſo-
e Cle. paſtoralis. §. deniq;. de re iud. lo huiuſmodi pręeminẽtiæ iure etiam principib. ſubſunt, in eos delinquẽdo, perduellionis crimine non notantur[e].
20 c ¶ Sed, & ius.) † Vt quis paterfamiliâs dicatur, ſatis eſt, vt familię ſuę dominus ſit: quoniam hæc vox non ſolùm in eis locum habet, qui verè patres ſunt, filioſque habent, ſed etiam in eis qui ſine prole ſunt, dũ iura in domo ſua habeãt, quæ cæteri patresfamil.

d ¶ Quotquot capita.) De ſuis hæredibus intelligendum: quia qui in aliorum poteſtate recidunt, familias non habent.

21 e ¶ Emancipatus.) † Extra patris familiam
f l. tutelas. de capi. dim. emancipati ſunt, vt hîc traditur, alioqui propriam familiam non haberent: quod hoc iure maximè procedit, quo emancipati agnationem
22 non ſeruant[f]: † ſed cum hodie inſtar ſuorum re-
g l. meminimus. C. de leg. hæred. dacti ſint[g], putauerim in fauorabilibus eos con-
h d. l. fi. & l. qui ſe patris. C. vnde lib. tineri, ſiue de familia lex verba faciat, ſiue de agnatione[h]. Quod in legibus quoq; municipalibus obſeruandum eſſe arbitror, quibus agnati
i Bal. in l. fin. C. de emanc. lib. maſculi cæteros excludunt: non enim in his vin-
k Dec. conſ. 13. culum patriæ poteſtatis in animaduerſione eſt, ſed id ſolùm, quòd cognomen familiæ, eiuſque inſignia ſeruent[i]: quod etiam emancipatis conuenit, licet alijs aliter viſum ſit[k].

23 f ¶ Agnatorum.) † Accipitur ergo familia etiam pro agnatione: quod dubium eſſe non debet, cum huius vocabuli ſignificationem Iuſtinianus in cognatis quoque, cæteriſque propinquis acceperit: quod ideo eſſe ab eo conſtitutum arbitror, quoniam agnatis cognatos

tem famil. appellat̃, qui in domo[a] dominium[b] habet, rectéq; hoc nomine appellatur, quãuis filiũ nõ habeat: nõ enim ſolam perſonã eius, ſed & ius[c] demõſtramus. Deniq; & pupillum patremfam. appellamus: & cũ paterfam. moritur, quotquot[d] capita ei ſubiecta fuerunt, ſingulas famil. incipiũt habere: ſinguli enim patrumfamil. nomẽ ſubeunt. Idẽq; euẽiet & in eo, qui emãcipatus[e] eſt: nam & hic ſui iuris effectus, ꝓpriã familiã habet. Communi iure familiã dicimus omnium agnatorũ[f]: nam etſi patrefamil. mortuo ſinguli ſingulas familias habẽt, tamen oẽs qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdẽ familiæ appellabunt̃, qui ex eadẽ domo[g] & gẽte proditi ſunt. Seruiẽtium[h] quoque ſolemus appellare familiam, vt in edicto prætoris oſtẽdimus, ſub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicãorum: ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum cõtinet̃: quod demõſtratur eius rei cauſa paratum eſſe, id eſt, vectigalis cauſa. Alia autem parte edicti omnes ſerui continẽtur, vt de homini-

æ quales in ſucceſsionibus fecerat. † Cùm igi- 24
l l. cũ ita. §. fin. de leg. ij. tur familiæ teſtator relinquit, qui proximiores
m l. Titius. de ſuis & leg. in gradu tempore teſtamenti, vel mortis erant, admittendi ſunt[l]: quippe illi propriè agnati ſunt. Qui verò poſt eius mortem concepti ſunt[m], cum agnati non ſint, non admitterẽtur, † niſi a- 25
liter de voluntate teſtatoris appareat: veluti in fideicommiſſo conditionali: cum enim dies temporeexiſtentis conditionis cedat, eos admittemus q tunc in familia proximiore gradu erunt[n]. † Vnde fit, 26
n Io. And. rub. de teſt. in Spec. vt prohibita hæredi alienatione ex-
o Soc. in l. ſi cognatis. tra familiam, illi cenſeantur vocati, qui propinquiores ipſi hæredi ſupererunt, cum alienabitur, tametſi alij extent ipſi teſtatori coniunctiores: idque, quamuis doctiſsimis quibuſdam reclamantibus[o], receptius apud recentiores videtur, quoniam de manu hæredis fideicommiſſum accipitur. Sed in directis ſubſtitutionibus, cùm ab ipſo teſtatore continenter hæreditas deferatur, eius
p l. fi. C. de inſt. & ſubſt. proximiores cenſentur vocati[p]. † Sed & ſi quis 27
velit fundum in familia remanere, ſatis conijcitur, mortuis his, quibus fideicommiſſum reſtitutum eſt, eorum propinquiores deinde admitti, licet poſt teſtatoris ſupremum diem natos[q]. † 28
q Corn d. §. fin. Sed quid ſi cuilibet ex familia relictum ſit? &
r l. vnum. de leg. ij. promiſcuè inobſeruato gradu quicunque admittentur[r], dum intra decimum gradum ſint, vt etiam Paulus Caſtrenſ. reſpondit[s]. † Quid i- 29
s Paul. cõſ. 385. not. in j. tem, ſi ſimpliciter quis iuſſus eſt fundum in familiam relinquere? Et poſſe eum, quem velit
t Conſ. 32. proprietarius. in j. l. volũtas. C. de fideicom. de familia eligere, idem reſpondit[t]. Quid rurſus, ſi familiæ alicuius extranei, cùm ille iam fato functus eſſet, reliquero? Et admitti eius deſcẽdentes omnes æqualiter, pleriſq; viſum eſt[u].

g ¶ Ex eadem domo & gente.) † Sed nunquid 30
u Bart. d. l. ſi cognatis. in fin. filius illegitimus ex familia erit? Et cum agnatus non ſit, non erit, ſi familiam hac quarta ſigni-
x d. l. fin. ficatione accipiamus: † gens enim hîc pro agna- 31
tione ſumit̃: vnde Gentiles agnati. Sed cùm hodie in fauorabilibus Iuſtinianus omnes contineri ſanxerit[x], qui ab eodẽ ſanguine proficiſcũtur, cognatosq; etiam admiſerit, dubitandũ non eſt, quin naturales hoc caſu ex familia cenſeant̃: quod aliter in ſpurijs eſt, quoniam illorum patrẽ incertum lex exiſtimat, odioq; inſectatur.

h ¶ Seruientium.) † Non de ſeruis ſolùm intel- 32
ligendum eſt, ſed etiam de quibuſcunq; famulãtibus, & operã ſuam in id, quod demõſtratũ eſt, præſtan-



præſtãtibus. Sic in edicto familia publicanorum
a l. j. §. familiæ. de publ. accipitur[a]. Sic & quid raptum, vel vi factum, cũ
b l. ij. §. hæc actio. vi bono. rap. familia dicitur[b]. Sic ædiles emptorem, qui redhibitoria experitur, reſarcire venditori voluerunt, quatenus ſeruus culpa ſua, familiæue ſuæ
c l. j. l. addes etiam. de ædil. ed. deterior factus eſt[c].
Sed cùm in prædictis caſib. dominus ex delicto familiæ obligetur, an in cæteris quoq; idẽ generaliter conſtituemus? Et non obliga-
33 ri dicẽdũ eſt[d]: † qua-
d l. ij. §. de noxal. propter liberabit̃, ſi ſeruum pro noxa det, niſi eum delinquenti cõſenſiſſe cõſtet, quod ex coniecturis quoq; deprę̃ndet̃, vt qa conſultus de delicto tacuit, vel
e ca. Petrus. de homicid. cùm poſſet, non ꝓhibuit[e]. † Sed & no-
34 biles, q in famulitiũ ſuum ſicarios, lenones, idq; genus improbos retinent, ex
f Clem. ne in agro. §. porro. de ſtat. mona. eorum delictis, arbitratu iudicis puniendi ſunt[f]: præſumuntur. n. eorum conditionẽ notã habuiſſe, nec eis licuit deteſtabiles hoſce domi habe-
g c. conſtitutis. de teſtib. re[g], & fauorib. ꝓſequi: & ideo etiã ſi dolo careãt,
35 culpa nõ carent. † Caupones quoq; & nautas ꝓ
h l. j. §. naut. cau. familia ſua teneri conſtat[h], ſi dãnum in re cõmiſſum eſt, cuius cuſtodiã pręſtare debuerunt. † Sed
36 finge hoſpitẽ ab aliquo ex familia cauponis vulneratũ, quid erit? Et ſi in diuerſorio, dum cauponum curæ confidit affectus eſt, putarim dominũ obligari, damnumq; ab eo emendandum, alioquin cauponem abſoluendum[i].

a ¶ Filij.) Siue in poteſtate, ſiue ſui iuris ſint, ſi-
i Iaſ. l. j. col. iij. C. de ſer. fug. ue vnà cũ patre habitent, ſiue ſeparatim: eademque interpretatio in ædilitio edicto capitur[k].
k l. quod ſi nolit §. idem.

b ¶ Vltimi.) Retrò cõputando. Et hæc vltima ſignificatio intelligitur, cùm propter antiquitatem originis, gentiles iſti nullo gradu ſe contingunt: ſic enim hoc caſu ab agnatione differet fa-
37 milia, & ita cæteri interpretes ſentiunt. † Sed cũ in hoc reſponſo tot familiæ ſignificationes proditæ ſint, quomodo cognoſcemus, de qua intel-
l d. l. fin. ligere nos oporteat? Et ex ſubiecta materia arbitror diiudicandum eſſe, vt in relictis familiæ, conſtitutionem[l] Iuſtiniani ſeruemus: ſi lex captum à familia prætoris certa pecunia condemnet, de ſeruientibus, iureque officij capientibus
m Ray. d. l. ædiles. intelligamus, qua ratione filius ex familia non
n l. tria onera. de excu. tut. cenſebitur[m]. Si piſtor panem coquere Titio, eiuſque familiæ promiſit[n], de cohabitantibus
o Cepol. de ſer. vrb. c. 50. accipiamus. Videtur enim paterfamil. curæ domui ſuæ tantùm prouidiſſe, vt quibuſdam videtur[o]. Quem ſenſum & accipere lex debet, quæ ciuem cogit cũm familia ſua in vrbe habitare. Idẽ & dicendum, cum lex alicui & eius familiæ priuilegium concedit[p].
p l. ij. C. de epiſ. & cler.

c ¶ Mulier.) Caput, id eſt, principium. Refertur autem hoc ad vltimam familiæ ſignificatio-
38 nem: † in viris enim familiæ nomen per omnem deſcendentium ſeriem durat. Vnde Aſcanius, qui Iulus dictus eſt, Iuliæ familiæ primus autor, deſcendentes ſuos Iulios appellatos ſemper ha-

bus coactis, & vi bonorũ raptorum. Itẽ redhibitoria, ſi deterior res reddatur emptoris opera, aut familię eius: & interdicto vnde vi, familiæ appellatio om̃es ſeruos cõprændit, ſed & filij[a] continentur. Itẽ appellat̃ familia plurium perſonarũ, quæ ab eiuſdem vltimi[b] genitoris ſanguine ꝓficiſcunt̃: ſicuti dicimus, familiã Iuliã, quaſi à fonte quodam memoriæ. Mulier autẽ familię ſuæ & caput[c] & finis eſt.

## LEX CXCXVI.

CAIVS *lib. 16. ad Edictum prouinciale.*

FAmiliæ appellatiõe & ipſe princeps familiæ cõtinetur. ¶ Fœminarum liberos in familia earum non eſſe, palàm eſt: quia qui naſcuntur, patris nõ matris familiam ſequuntur.

## LEX CXCVI.

1 *Familiæ appellatio et dominum compræhendit.*
2 *Collectiua ſeu vniuerſitatũ nomina & membra & caput includunt.*
3 *Epiſcopus in ſtudio vniuerſali ſcholaſticorum nomine cenſetur.*
4 *Legitimi filij patris familiã ſequũtur.*
5 *Quidam ex priuilegio, matris originem ſequuntur.*
6 *Nobilitas ex patre deducitur, cuius & inſignia gentilitia geruntur.*
7 *Illegitimi nõ patrem ſed ventrem ſequuntur.*
8 *Qui pendente ſtatus cõtrouerſia natus eſt, ventrẽ ſeqtur.*

buit. Sic Appius Claudius, Claudios, quorum Nero vltimus fuit. At mulierum filij earum nomina non ſeruant, ſed patrum ſuorum: vnde in eis nulla familiæ origo propagatur, ſed cum eis extinguitur.

L. 196. Familiæ. § Fœminarum.

FAMILIAE.) ¶ † Cùm familia à famulando, id eſt, ſeruiendo deducatur, vt ſuprà oſtendimus, nõ videbatur eius appellatione poſſe dominum contineri, tanquam etymologia repugnaret, & tamen aliter Caius hîc cẽſuit: † qm̃ nomina hæc collectiua, vel vniuerſitatum, non mẽbris ſolùm, ſed & capite conſtant, ideo illud quoq; comprændere debẽt. Sic appellatione militum, Imperator[q]: appellatione po- 1
q l. j. de teſt. mil. puli, Senatus continebitur[r]. Qua ratione cùm 2
r §. plebs. Inſtit. de iur. nat. curiam dicimus, etiam de cardinalibus[s]: cũ mo-
s Oldr. hîc. nachos, de Abbate[t]: cum capitulum, de Decano
t c. fin. de ſimo. quoq; intelligemus[u]. Sic & ſcholaſticorum no-
u c. quia. §. j. de conceſſ. pb. in 6. mine, rector admittetur: † nam & epiſcopus, qui ſtudiorum cauſa in Academia ſit, nihilominus 3
x In prœm. decret. in 3. col. ſcholaſticus dicetur, idque Baldus tradit[x].

¶ §. FOEMINARVM.) † Hoc regulariter pro- 4
ditum eſt, vt filij legitimi patris famil. ſequãtur, non matris: † niſi ſpecialiter aliud indultũ ſit[y], vt 5
y l. j. ad mun. Ilienſib. Delphis, & Põticis, quib. ex priuilegio competit, vt ex alienigenis & eorum mulierib9 nati, matris originẽ ſequantur. Ex hacq; regula traditũ eſt, nobilis matris filium non idcirco nobilem eſſe, † qm̃ ex patre ſolũ deducit̃ nobilitas: 6
z l. exemplo. C. de decur. vnde nec gentilitia matris inſignia filio gerere conceſſum eſt: nec præter principem quiſquam cõſtituere poſſet, vt originem matris filij ſequerentur[z]: quoniam, ne id ab aliquo decernatur, lege expreſsim prohibitum eſt. † Et id in legitima 7
prole ſibi locum vendicat: alioquin ſpurij, cæteriq; illegitimi ventrem ſequũtur[a]. † Sic & natus 8
a l. cum legit. §. de ſtat. hom. pendente ſtatus controuerſia cum matre, euen-
b l. fi. C. de lib. cauſ. tum litis maternæ ſequetur: quod in eis non ſeruatur, qui ante litem motam nati ſunt[b].

## LEX CXCVII.

1 *Defert, qui coram iudice nocentem nominat, cauſamq; cognoſci petit.*

2 Delatio

2 *Delatio libello fiebat, ſubſcripto delatoris nomine.*
3 *Delator ſi obtinuiſſet, præmium: ſin ſuccubuiſſet, pœnam ferebat.*
4 *Cognitio de iudicijs delationem ſequebatur.*
5 *Accuſabant olim aduocati continuis orationibus, de cauſa cum partibus diſputantes.*
6 *Accuſatoris præmium erat, quarta pars bonorũ rei.*
7 *Indicat reum, qui defert, arguit accuſat, & conuincit.*
8 *Non dicitur arguiſſe, qui non & conuicerit.*
9 *Arguere, & demonſtrare ſignificat.*
3 *Vrbana prædia, ſunt omnia ædificia habitandi cauſa facta.*
4 *Diuerſoria ac tabernæ hic ſtabula dicuntur.*
5 *Stabula pro ſeptis in ruſticis prædijs habentur.*
6 *Meretur, qui mercede operam præſtat.*
7 *Prætorium domus Imperatoris, vt Principia, tabernaculum principis.*
8 *Olim quicunque Imperator prætor dicebatur.*
9 *Prætoriũ dicitur hodie ornatior domus ruri poſita.*
10 *Villa triplex eſt.*
11 *Vrbanam inhabitat dominus.*
12 *Ruſticam villici, operæq; ruſticæ incolunt.*
13 *Fructuaria, in quam fructus reponuntur.*
14 *Aedificium in vſum hominis extructum, vrbanum eſt prædium, licet caſa vel tugurium ſit.*
15 *Pecorum habitatio domui proxima, vrbani prædij pars eſt.*
16 *Horti voluptuarij cum ædificijs contiguis cenſentur.*
17 *Horti ob reditus conſtituti, ruſticis prædijs connumerantur.*
18 *Olitor ab olere dicitur.*

LEX CXCVII.
VLP. *lib. L. ad Edictum.*

INdicaſſe reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, et cõuiciſſe

LEX CXCVIII.
*Idem lib. 2. de omnib. tribunal.*

VRbana prædia a omnia ædificia accipimus, non ſolùm ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula b ſunt, vel A alia meritoria c in villis, & in vicis, vel ſi prætoria d voluptati tantùm deſeruientia: quia vrbanum prædium locus non

1 INDICASSE.) † Deferre reum idem eſt, quod poſtulare a, id eſt coram iudice nocentem nominare, & vt cognitionem ſuſcipiat petere. † Fiebat autem id libello, cui
2 ſubſcribere neceſſe habebat, qui detuliſſet, † vt
3 ſi obtinuiſſet, præmijs afficeretur: & ſi ſuccubuiſſet, ex Turpiliano Senatuſconſulto puniretur.
4 † Hoc peracto diſputabatur, an ſuſcipienda cognitio eſſet, de indicijſque cognoſcebatur: id C erat arguere reum, id eſt, demonſtrare, & ex argumentis probare, ab eo commiſſum crimen. quòd ſi ſubeſſe legitimas coniecturas iudex vidiſſet b, vlterius procedendum eſſe interloquebatur, ſicque eius nomen, qui delatus erat, inter
5 reos recipiebatur c: † tum iudex oratores, aduocatóſve admittebat, qui vnà cum partibus continuis orationibus de cauſa diſputabant, tumq; propriè Accuſare dicebantur, & hinc Accuſator,
6 inde reus eſſe. † Si reus conuictus eſſet, præmi- D um accuſatori decernebatur quarta pars bonorum rei, vt in crimine læſæ maieſtatis Cornel. Tacitus libro III. autor eſt: Silio, inquit, condemnato, M. Lepidus quartam accuſatoribus, ſecundum neceſsitudinem legis, cętera liberis conceſsit. † Igitur oſtendit Iuriſconſultus in-
7 dicare reum id ſignificare, cùm non ſolum delatus, argutuſque reus, ſed accuſatus conuictus que eſſet. Quapropter cùm ei præmium debeatur, qui famoſi libelli autorem indicauerit, vt E conſtitutioni locus ſit, reum oportet eſſe conuictum d. Et quæ diximus, ex ſtricta ſignificatione procedunt: nam latius quandoque ea verba accipiunutur: † & arguiſſe quoque non vi-
8 detur, niſi & qui conuicerit. Vnde cùm ex Senatuſconſulto libertas pro pręmio ſeruo debeatur, qui cædem domini arguerit, arguiſſe intelligemus, qui oſtenderit d, & damnari fecerit. †
9 Sic & in quibuſdam conſtitutionibus reſponſum à prudentibus eſt, cum præmia his decer- F nerentur, qui impietatis reos arguerunt f: id enim verbum generaliter pro oſtendere demonſtrareque accipitur, vt in carmine Vergiliano:
*Degeneres animos timor arguit.*

a l. deferre. de iur. fiſc.
b l. Senatus. in fi. eod. tit.
c Barto. l. is qui reus. iiij. col. de pub. iud.
d l. lex Cornelia. in fi. de iniur.
e l. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipul. ad Syll.
f Alb. l. j. C. ob. ex cauſ. ſer. pro præ.

LEX CXCVIII.

1 *Seruitutes à prædio denominantur cui debentur.*
2 *Seruitus eundi & agendi ad domum per fundum, vrbana eſt.*

VRBANA.) a ¶ † Seruitutum aliæ 1
ſunt vrbanę, aliæ ruſticæ, quæ ſic nomen ſumunt, quod prædio vrbano, vel ruſtico debeantur: obſeruamus enim nõ ſimpliciter ſeruitutem ipſam, ſed prædium cui debetur g. † Vn- 2
de quamuis uia cenſeatur ruſtica ſeruitus, ſi tamen per fundum tuum eam mihi debeas, vt ad domum meam ire agere poſsim, verius eſt vrbanam ſeruitutem tunc eſſe, quoniam vrbano prædio debetur. † Quæ autem ſint vrbana præ- 3
dia, ſic explicat Iuriſconſultus, vt ſit omnia ædificia habitandi cauſa facta, vbicunqe ſint, ſiue in vrbe, ſiue extra vrbem, in vicis villiſue, & conciliabulis: vrbanum enim prædium materia, non locus facit.
b ¶ Stabula.) † Diuerſoria, & quas taber- 4
nas vocamus, veteres ſtabula appellarunt. Sed & hæc vox pro ſeptis accipitur, quibus iumenta vel greges ſtabulantur. In priore ſignificatu hîc capienda eſt, quòd arguunt ſubſequentia verba: tumque certiſsimum eſt, vrbanum prædium ſtabulum eſſe. † In poſteriore ſenſu videtur acce- 5
piſſe Neratius h, cùm numero vrbanorum non ſe, quoniam à cæteris ędificijs ſeparata ſint, ſcripſit. Cùm enim non pro hominum habitatione, ſed pro pecorum, quæ in rei ruſticæ fructu ſunt, commoditate ſtructa fuerint, naturam ruſticorum ſequuntur, tametſi ædificijs conſtent.
c ¶ Meritoria.) † Mereri eſt mercede operam 6
præſtare: vnde loca meritoria, quæ mercede locantur, fortè viatoribus, vel peregrinantibus. Hinc & meritoria ſcorta, meritoriæ rhedæ, & muli meritorij, idque genus ſimilia.
d ¶ Prætoria.) † Prætorium domus impera 7
toria eſt, † quòd quemcunque militum impera- 8
torem antiqui prætorem dicebant i. Sic & principia, pro principis tabernaculo accipiuntur 9
Vegetio. † Cœpit tamen prætorij appellatio pro ornatiore domo accipi, in qua paterfa. ruri habitat.

g l. j. §. area. de ſer. ruſt. præ.
h l. eo iure. §. in quib. cau. pig.
i l. officium. in fi. §. de re mil.



10 bitat. † Tripartitò enim nulla diuiditur. Prima † vr
11 bana, quam dominus ipſe ad inhabitandum ſumit a: ea & prætorium dicitur Palladio, Tranq. Papinio in Pollij Surrentino, & Iuriſconſultis. †
12 Altera ruſtica, quam villici operæque ruſticæ
13 incolunt b. † Tertia fructuaria, in q̃ fructus deuehũtur: vnde & à uehẽdo villa dicta, autor Columel.
14 a ¶ Materia.) † Quid ergo ſi quis tugurium, vel caſam ex ſtramentis ædificet? Et ſi pro vſu hominis ſit, vrbanum eſſe prædium receptum eſt: quapropter in ea aliquis capi, & in ius duci, nõ magis poterit, quã
15 ex domo c. † Si uerò boũ, pecorumq; habitationi præparata ſit, aliud eſt, niſi domui coniuncta vel proxima ſit: nã tunc vrbani ædificij pars cenſebitur d.
16 b ¶ Hortos.) † Cùm horti propter amœnitatem vrbani prędij, cui contigui ſunt, cõ-
17 parentur, æquũ eſt vrbanis eos contineri. † quòd ſi plurimum in reditu ſint, id eſt, principaliter propter ruſticos reditus conſtituti, ſecus eſt. Quid enim ſi olitorib. locentur, vel vineas includunt? arguitur inde mens patris familiæ non minus vtilitatis, vt fructus vendat, quàm amœnitatis cauſa, eos colentis.
18 c ¶ Olitorij.) † Ab olere fit olior, non ab oliuis, vt Accurſius exiſtimauit.

a l. plenum. de vſu & hab.
b l. videamus. locati.
c l. plerique. de in ius voc.
d Cepol. ca. xj. de ſer.

facit, ſed materia a. Proinde hortos b quoque, ſi qui ſunt in ędificijs cõſtituti, dicendũ eſt in vrbanorũ appellatione cõtineri. Planè ſi plurium horti in reditu ſunt, vineari forte, vel etiam olitorij c, magis hęc nõ ſunt vrbana.

LEX CXCIX.
IDEM *lib. 3. de omnibus tribunalibus.*

ABſentem accipere debemus eum, qui non eſt in eo loco, in quo loco petit: nõ enim trans mare abſentem deſideramus: ſed ſi fortè extra cõtinentia vrbis eſt, abeſt. cæterùm vſque ad cõtinentia nõ abeſſe videbit, ſi nõ latitet. Abeſſe non videbit, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed quia latronibus detinetur.

LEX CC.
IVLIANVS LIB. 2. *Digeſtor.*

HAec ſtipulatio, noxis d ſolutum præſtari e non exiſtimatur ad eas noxias

LEX CXCIX.

1 *Abſentiæ cauſa quadruplex.*
2 *Abeſt, quem vrbis continentia non habet.*
3 *Reus in faciem citandus ſub initium cauſæ.*
4 *Semel iudicium ingreſſus, ad domum citatur.*
5 *In cauſis quibus mora nocet, ad domum denuntiatur.*
6 *Abeſt nonnunquam, qui in iure non eſt.*
7 *Ab hoſtibus captus, non dicitur abeſſe.*
8 *Mortui quoque abſunt.*
9 *Succeſſor eius qui captus eſt ab hoſtibus, citandus eſt.*
10 *Captus à latronibus, abeſſe dicitur.*

1 ABSENTEM.) † Abeſſe quis dicitur varijs modis: ſunt enĩ qui ex cauſa neceſſaria probabiliq; abſunt, vt milites e: qui probabili tãtùm, vt qui ſtudiorum cauſa peregrè agunt: qui neceſſariò tantũ, vt relegati: ſunt & q ſponte, vt mercatores. Accipitur autem abſentia uarijs modis, vt ſuprà à nobis annotatum eſt. †
2 Hoc verò in reſponſo is traditur abeſſe, qui extra vrbis contiẽtia eſt. † Quapropter cùm lex ve-
3 lit in iudicijs ordinarijs f, ſub ipſum cauſæ initiũ reum coràm & infaciem, niſi abſens ſit, citari: non valebit citatio ad domum facta, niſi proponatur et probetur reũ extra cõtinentia vrbis fuiſ
4 ſe g, vel niſi latitet, vt hîc dicit: † poſtquã verò ſemel in iudicium venerit, ſufficiet ſi denuntietur domum h. † Sed & in cauſis, quę celeritatem requirunt, vt quia periculoſa ſit mora i, ſatis erit etiam à principio libellum vocationis domum deferre k: diceturq; tunc abeſſe, qui in iure non 5
eſt. † Quod autem 6
hîc ſubicijcitur, ab- 7
eſſe non videri, qui ab hoſtibus captus eſt, eam habet ex veterum interpretũ ſententia rationem l, quia capti ab hoſtibus pro mortuis habentur: in quo ipſe dubito, † quoni- 8
am etiam qui mortui ſunt abeſſe dicũtur. † Verius igitur 9
eſt, abſentem ſecundum ſubiectam materiam accipi: & cũ hîc reſpectu petitionis loquamur, non poterit captus ab hoſtibus neque tanquã abſens vocari, citatione in domũ ſuã delata, ſed eius ſucceſſor vocandus erit. † In capto verò 10
à latronibus aliud eſt, licet ei propter iuſtam cauſam prætor ſuccurrat m.

e l. ſi. de reſti. in integ.
f §. ſi vero etiã. in auth. de exhi. reis.
g l. Fulcinius. §. illud. ex quibus cauſ. in poſſ.
h l. & poſt. de iudi.
i c. cauſam. de dolo.
k l. 4. §. abeſſe. de dam. infect.
l l. mulieris. §. e.
m l. ſuccurritur. §. ex quib. cauſ. maior.

L. 200. Hęc ſtipulatio.

LEX CC.

1 *Noxa omne delictum continet.*
2 *Stipulatio, noxis ſolutũ eſſe mancipiũ, excludit fraudem capitalem.*
3 *Ex legis diſpoſitione contractus cenſetur.*
4 *Maſculi fœminis præferebantur.*
5 *Promiſsio legata ſoluere, deducta falcidia intelligitur.*
6 *Verba contrahentium ſunt generaliter accipienda.*
7 *Crimen famoſi libelli, publici eſt iudicij.*
8 *In publicis iudicijs facta arguebantur, dicta impunè erant.*
9 *Auguſtus primus de falſis libellis cognouit ſecundum legem maieſtatis.*
10 *Publicum crimen nonnunquam id eſt, quod tamen publicis indicijs non connumeretur.*

HAEC STIPVLATIO.) d ¶ † Li- 1
cet noxæ appellatione omne delictum contineri verum ſit n, † cùm 2
tamen emptor mancipij à venditore ſtipulatur noxis ſolutũ eſſe, non de omni delicto intelligitur, nec de capitali fraude actum cenſetur. Cuius rei illa eſt ratio, quoniam ædiles, qui conſtituerant, quibus caſibus redhibitioni locus ſit o, noxam ab huiuſmodi fraude diſtinxerant. † Vnde creditur contrahentes verba ſua ſecundum legis ſenſum de ea re loquentis intellexiſſe: qua ratione affirmandum videtur, generalis verbi ſignificationem reſtringendam eſſe, vt ſecundum legis diſpoſitionem contractum cenſeatur. † Sic qui 4
poſteris & ſucceſſoribus hęreditatem relinquit, maſculos fœminis prætuliſſe exiſtimandus eſt, quando ex lege municipali præterebantur p. † Sic hæres, qui legata generaliter ſoluere promittit q, deducta falcidia promiſiſſe intelligitur. 5

n l. plebs. §. fin. ff. eod.
o l. j. l. quis ſit. §. quod aiunt. de ædil. edict.
p Bar. conſil. 2. de conteſt.
q l. ſi C. ad leg. Falcid.

telligitur: quòd hanc, quoque rationē habet: cū enim huiuſmodi cautio ex neceſsitate præſtetur, non videtur vlterius cautum, quàm quatenus ex legis iuſsione cauendum fuerat: quod
6 & in huius reſponſi ſpecie dicendum eſt, † alioquin verba contrahentium generalia ſatius eſt generaliter accipi[a].

a gl. l. ſi prior. ſol. matr.

pertinere, quæ publicam executionē[a], & coercitionē capitalē habent.

a ¶ Publicam executionem.) De quibus delictis ſuprà habetur ſub rubrica, de publicis
7 iudicijs. † Crimen quoq; famoſi libelli publici iudicij eſt[b], quam rem Corn. Tacitus lib. hiſt. I. ſic exequitur: Legem maieſtatis Tiberius reduxerat, cui nomen apud ueteres idem: ſed alia in iudicium veniebant, ſi quis proditione exercitum, aut ple-
8 bem ſeditionibus, † denique malè geſta Repu. maieſtatem populi Ro. minuiſſet, facta argue-
9 bantur, dicta impunè erant. † Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis eius tractauit, commotus Caſsij Seueri libidine, quà viros, fœminaſque illuſtres procaci-
10 bus ſcriptis diffamauerat. † Quæ verba referre placuit, vt ambigere deſinerent Doctores, quomodo crimen illud publicum ſit, quòd tamen in tractatu publicorum iudiciorum non connumeretur[c]: apparet enim ſub lege maieſtatis contineri, cùm ad eius exemplum iudicetur[d].

b l. ꝗ Senatus. de iniur.
c l. j. de public. iud.
d l. famoſi. in fi. ad leg. Iul. maie

LEX CCI.
IDEM LIB. XXXI.
*Digeſtorum.*

IVſta interpretatione recipiendum eſt, vt appellatiōe filij[b], ſicuti filiamfam. cōtineri, ſępe repſondimus, ita & nepos videatᷓ comprændi: & patris nomine[c], auus quoq; demonſtrari intelligatur.

LEX CCI.

1 *Filij appellatio non propriè, ſed ex rationis ſimilitudine ad filiam nepotem neptemq; extenditur.*
2 *Nepotes potius ſub deſcendentium nomine, quàm filiorum continentur.*
3 *Filiæ per appellationem filiorum tantum ex interpretatione continentur: propriè enim fœminæ dicitur.*
4 *Patris nomine & auus continetur, niſi ratio diſpar, aut odium impediat.*
5 *Quæ gradu longius diſtant, minus deſcendētes afficiunt.*
6 *Dedecus filiæ magis patrem quàm auum reſpicit, vtpote iunctiorem ſanguine.*
7 *Certa perſona patris excludit auum.*
8 *Dictio reſtrictiua, ſolus, in dubio non excludit à patre auum.*
9 *In matris & auiæ appellatione, & proauia continetur.*

1 IVSTA.) b ¶ † Sicuti filius etiam filiam continet, ita & nepotem, eademque ratione opinor & neptem: cumque conformes eſſe has regulas Iuriſconſultus hîc oſtendat, conſequens eſt, vt ſicut maſculinum non niſi per interpretationem fœmininum ſexum continet, ita & filius ad nepotem ex ſermonis proprietate non referatur, ſed tantummodo ex interpretatione, per quam ex ſimilitudine ra-
2 tionis fit extenſio: & ita communiter receptum eſt. † Hincque ſi teſtator filijs Titij, & eius deſcendentibus fundum per fideicommiſſum relinquat ſi aliqui filij ſuperſint, prius admittentur[e], tanquam ſub illo nomine, filijs, cenſeantur nominatim vocati: nec cum eis vnà nepotes Titij, ex alijs filijs præmortuis ſuccedent, illi enim ſub nomine deſcendentium potius quàm filiorum comprændentur: quippe appellatio filiorū non niſi per extenſionē, deſcendentium verò etiam propriè, ad ad eos refertur. Donec ergo ſuperſunt filij, qui prius nominati ſunt, non erit locus cęteris deſcēdētibus poſteriore loco ſcriptis: & ita quidam ſentiunt[f]. †
3 Idemque dicendū in ea ſpecie, cum exiſtentibus filijs, fœmminæ à ſucceſsione repellantur: cenſebitur enim filias fœminas excluſas: quoniam ſub dictione, filijs, per quam vocarentᷓ, nō niſi per interpretationem continentur: at ſub verbo fœminæ, per quod excluduntur, propriè habētur.

e l. cum ita. §. fi. de leg. ij.
f Dec. conſ. j. in fin.

LEX CCII.
ALPHENVS VARVS
*lib. 2. Digeſtorum.*

CVm in teſtamēto ſcriptū eſſet, vt hæredes in funere, aut in monumento duntaxat aureos centū conſumerent, nō licet minus conſumere: ſi amplius vellent, licet: neq; ob eā rem cōtra teſtamentum facere videntur.

c ¶ Patris nomine.) † Sicut filij nomine ne- 4
pos, ſic & patris auus continetur: quòd generaliter verum eſt, niſi cùm materia odioſa eſt: & non omnino tantum rationis eſt in auo, quantū in patre. † Hinc lex Iulia, quę Senatori prohibet, 5
ne eam vxorem ducat, cuius pater artem ludicram fecerit[g], non videtur prohibere, ſi non pater, ſed auus fecerit: quoniam quò magis ille gradu diſtat, eò minus artis infamia deſcendentes afficit. † Eadem quoque patri concedens, 6
vt depręnſam in adulterio filiam occidere poſſit, tantum iuris auo dediſſe non videbitur[h], ad cuius dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, ſicut ad patrem ſanguine iunctiorem. † 7
Sed & quoties certam perſonam patris appellatione intelligimus[i], ad auum non fiet extenſio. † Quid ſi lex aliquid ſoli patri concedere ſe 8
dicat, an propter eam dictionem reſtrictiuam auus excludetur? Et ex ſubiecta materia faciendam interpretationem plerique ſenſerunt, & in dubio caſu propius eſt vt nō excludatur: † nam 9
& lex contra veteris iuris regulas ſolis matri & auiæ tutelam defert[k], & tamen frequentius proditum eſt, proauiam non excludi[l].

g l. lege Iul. de ritu nupt.
h l. patri. §. de adult.
i Bar. l. liberorum. in fi.
k Auth. vt matri & auiæ.
l Mod. in l. Gallus. §. inſtitués.

LEX CCII.

1 *Hæres plus expendendo, quàm certam ſummam teſtatoris, non derogat vltimæ voluntati.*
2 *Maior ſumma minorem continet.*
3 *Nec taxatiua duntaxat hæredem ſtringit.*
4 *Fauori ſuo quiuis renuntiare poteſt.*
5 *Hodiæ tamē taxatiua ſtringit in odiū auaritiæ ſacerdotalis.*
6 *Impia ſacerdotum exactio circa mortuorum ſepulturam.*
7 *Ex neceßitate legis pars deducitur in legato ſepuchri loco.*
8 *Executor, mandata ſibi cura ſepulchri, ſi præter iuſſum plus impendat, nulla actione ab hærede conſequetur.*
9 *Minus mandato impenſum, hæredi proficit.*
10 *Fauor aut induſtria executoris, hæredi commodat.*
11 *Vltima voluntas pro modo facultatum obſeruanda eſt.*

CVM IN teſtamento.) † Cùm teſtator certam ſummam in funere erogari mandat, poteſt & plus 1
expendi: † in maiore enim ſumma etiā minor continetᷓ. † q; ſi eā ſummam duntaxat conſumi voluit, adhuc idem eſt: 2 3
videtur enim taxationem additam, vt ei, qui grauatus eſſet, conſuleret: † vnde licitū eſt fauori ſuo 4
renūtiare, & quicquid vlterius velit, impendere.
5 † Quod hodie fortè aliter eſſet obſeruandum, cū plerunque accidat, vt prudentes teſtatores mandent ſe duobus tantùm cereis, totidéq; preſbiteris præſentib. ſepeliri: propter enim auaritiā quorundam ſacerdotū coercēdam, ita pręcepiſſe vidétur, qui contra Chriſtianæ legis ſimplicitatē, mille ſtrophas inuenerūt, vnde hoc nomine pecunias ex-
6 torquerent. † Quid enī ipſi propter pallia, propter cruces, propter æris campani ſonitus, ꝑpter denique ſacræ humationis, vel defodiēdi cœmiterij ius remiſerunt, quod aliquo colore poſſét exigere? ad hęc, candelas, cantores, ſandapilarios, parochos, pannos? Quid de his cōtrouerſiis dicam, quæ ad quartam canonicam pertinent?
7 † vt ſi quid ſponte loco ſepulchri legatum eſt, ex neceſsitate legis contra volūtatē teſtatoris pars deducatur[a]. Cùm igitur in propoſita ſpecie, non tam vt hæredi conſuleret teſtator, ita mandaſſe videatur, quā vt auaritiæ ſymonicoque ambitui ſacerdotum obuiam iret, nō putarem licere plus impendere, nec reſponſum hoc Alpheni obſer-
8 uandum. † Illud conſtat, executorem, cui ſepulchri cura mandata ſit, ſi præter iuſſum plus impēderit, nulla actione ab hærede cōſequi poſſet[b]:
9 quòd ſi minore pretio induſtria ſua mādato defunctus eſt, hæredi qđ ſupereſt, proficere[c]: tametſi enim non poſſe minus quā iuſſum ſit impendi hîc dicatur, ſi tamen per induſtriam, † vel quia 10
apud artificem, quis gratia valeat, aliáve ratione minore pretio quis id conſequetur, quod ſecundum communem ęſtimationem deſignata à teſtatore pecunia fuiſſet cenſendū, ſatisfeciſſe mādato videbitur, accreſcetq; hæreditati illud lucrum, vt Dinus, Albericuſq; prodiderunt. † Quid 11
ſi vltra modum facultatis ſuæ iuſſerit quis ſumptum fieri? Et hanc facultatem non eſſe ſequendam, recepti iuris eſt[d].

a c. j. de ſepul.
b l. qui aliena. §. j. de neg. geſt.
c l. Lucius. §. j. de leg. ij.
d l. & ſi quis §. quid ergo de relict.

IDEM LIBRO VIII.
*Digeſtorum.*
LEX CCIII.

L. 203. In lege cenſoria.

IN lege cēſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat: Seruos quos domū quis duceret ſuo vſu, ꝑ his portorium ne dato. Quærebatur, ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, vtrùm pro his hominibus portoriū[a] dare deberet, nec ne? Reſpondit, duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones. Primā, qđ eſſet domū[b] ducere: alterā, qđ eſſet ſuo uſu ducere. Igitur quęri ſolet, vtrū vbi quiſque habitaret, ſiue in prouincia, ſiue in Italia, an dūtaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe rectè dicetur? Sed de ea re rectè conſtitutū eſt, eā domū vnicuiq; debere exiſtimari, vbi qſque ſedes[c] & tabulas haberet, ſuarumq; rerum conſtitutionem

LEX CCIII.

1 *Vectigal quatenus exigundum cenſores ſtatuebant.*
2 *Vectigal à rebus inuectis.*
3 *Portorium à mercibus in portu datur.*
4 *Exactor portorij, portitor eſt.*
5 *Domicilium eſt, in quo frequentius paterfam. habitat.*
6 *Sedes eſt perpetua habitatio.*
7 *Poſſeßio à potis & ſede dicitur.*
8 *Vſus ſemper generaliter accipitur.*
9 *Vectigal non ſoluitur de his quæ in vſu ſunt.*
10 *In dubio contra fiſcum reſpondetur.*
11 *Fiſco publicani hactnaus æquiparantur.*
12 *Vſus impropriè ad victui parata reſtringitur.*
13 *In vſu eſt, quod domini eſt vſui.*
14 *Verba ex præcedentibus coarctantur.*
15 *Vectigale iuri cōmuni de ſeruis vſuariis penditur.*
16 *Lex de aſportando tritico quo ad vſū non prohibet.*
17 *Iuramento aſportantis ſtatur, ni cōtrarium appareat.*
18 *Atrienſes domini negotia procurabāt.*
19 *Atrienſes ab atrio dicti, in quo cibaria ſeruis diuidebāt.*
20 *Textores ſerui à texendo.*
21 *Operarij ſunt operæ ruſticæ.*
22 *Tolero pro ſuſtento.*
23 *Vectores ſerui dominos vehere ſolebāt.*
24 *Cubicularij, qui cubiculi præſunt.*
25 *Adminiſtratores mēſæ curam agebāt.*

IN LEGE CENSORIA.) ¶ † 1
Solebant cēſores publica locare, & ideo pacta cum publicanis inibant, quibus ſtatuebanᷓ, quatenus vectigal exigundum eſſet. Cùm igitur in lege cenſoria portus Siciliæ cautum eſſet, ne pro ſeruis quos quis domum pro vſu ſuo duceret, vectigal ſolueretur, fuit apud Alphenum dubitatū, quomodo eiuſmodi verba accipienda eſſent. 2
a ¶ Portorium.) † Id eſt, vectigal, qđ quia de rebus inuectis ſoluatᷓ, nomen ſumpſit. ſic † & por- 3
toriū, quòd pro his mercibus, quæ in portu ſunt, detur: † cuius exactor & manceps Portitor appel- 4
latur antiquis autoribus.
b ¶ Domum.) † Vbi igitur domicilium aliquis 5
conſtituerit, domum habere dicitur: vt la[illegible] ſit, quòd aliquo in loco quis habiter, animo [illegible] tè recedendi, ſed neceſſarium eſt domicilium eſſe conſtitutum, id eſt, rerum ſuarum ſummam ibi eſſe, frequentiuſq; à patrefamiliâs incoli.
c ¶ † Sedes.) Id eſt, habitationem perpetuam. 6
Vergilius: Nec verò hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes. Et rurſus: Priuſquàm ſedibus oſſa quierint. Potes etiam intelligere agros, ſeu 7
fundos: † vnde poſſeſsio non à pedibus, vt vulgò legitur[e], ſed à dictione pos: vnde fit impos, & compos, & potis: itemque à ſedibus dicta eſt. Hinc capere ſedes, mutare ſedes, occupare ſedes, & ſimilia apud veteres exempla. Ille ergo poſsidet, qui ſedere, id eſt, ſedem ponere potis eſt: à ſeſsitando Galli etiamnum vulgò continuare poſſeſsionem ſaiſire vocant.
d ¶ Magnam dubitationem.) † Et ratio dubi- 8
tationis eſſe poterat, tum quia cùm de vſu loquimur[f], generaliter accipimus, ita vt familia quoque ipſa vti poſsit: tum etiam quia iure commu-

e l. j. de acquir. poſſeſſ.
f l. ij. & iij. de uſu.

ni de hîs, quæ patresfamiliâs ad vſum proprium reuehunt, vectigal nō ſoluitur a. Vnde vt lex cenſoria aliquid induceret, debuiſſet latior interpretatio ſumi. † Accedit his, quòd ſicut in dubiis quæſtionibus aduerſus fiſcum facilius reſpondendum eſt b, † ita & aduerſus publicanos, qui cauſam à fiſco habent. † Et certè negari nō poteſt, quin aduerſus proprietatem verbi ex hac interpretatione fiat reſtrictio.

a l. vniuerſa. C. de vectig.

10

11

b l. non puto. de iure fiſ.

12

e ¶ Victus ſui.) 13 † Ratio deciſionis eſt, quia immunitas ei concedebatur, qui domum ꝑ vſu ſuo duceret. quibus verbis apparet, non illud cōſideratum fuiſſe, ꝗ vſui domino quoquo modo eſſe poſſet, ſed quod vſui in domo eſſet: id autem eſt, quod victꝰ patrisfamiliâs cauſa habetur, vt ſerui, qui ad domini perſonam tuendam, eiuſque cultum pertinent. 14 † Non igitur nouum eſt, ex præcedentibus verbis ſubſequentia coarctari. 15 † Satiſque priuata portus Siciliæ lex operabitur, cū iure communi etiam de ſeruis, quos ibi vſurarios quis duxit, vectigal pendatur: licet aliud ſit in cæteris rebus c.
16 † Vnde communiter receptum eſt, ſi lex triticū extra territorium abſportari vetet, qui pro ſuo
17 vſu ducat, non cenſeri prohibitum d. † Addunt plerique iuramento eius qui abſportat, ſtare publicanum debere e: quod intellexerim, dum nullæ ſint ex aduerſo coniecturæ f.

c l. ſ. §. quoties. de publica. d Bar. l. cætera. §. ſi. de leg. j. e Clem. fin. de cenſib.

f ¶ Diſpenſatores.) Qui ſint hi ſerui, ſicut & inſularij, & villici, à nobis ſuprà expoſitum eſt.

18 g ¶ Atrienſes.) † Horum ſumma erat autoritas, quòd domini negocia procurarent, res venales diſtraherent, debita exigerent, & in alios ſeruos non parum iuris vſurparet, quod ex Plauti Aſinaria cognoſci poteſt: 19 † arbitror & alimenta cęteris ſeruis diuidere ſolitos, & inde ab atrio nomen ſumpſiſſe: conſtat enim in atrio ſportulas cibariáve diſtribui.

f l j. C. de litt. & itin. cuſto. lib. 12.

20 h ¶ † Textores.) Serui à texendo dicti.

21 i ¶ † Operarij.) Qui ruri operabantur: vnde & antiquis autoribus ſimpliciter operæ appellantur. affirmat M. Cicero ab operis Clodianis Milonem inſidias paſſum fuiſſe.

22 k ¶ † Tolleraret.) Id eſt, ſuſtentaret: nouus modus loquendi. Cæſ. Equos tolerari, cætera iumenta interiiſſe. Sic & Tacitus, tolerare vitam, Græci διαζῆν dicunt.

23 l ¶ † Vectores.) Solebant Veteres vel lecticis deuehi, vel curribus: inde ſerui vectores dicti, quo genere lecticarij, agaſones mulioneſq; ſunt, quos tamen vſu ſuo habent.

m ¶ Cubicularij.) † Qui cubiculo vel ad limina aſsident. 24

n ¶ Adminiſtratores.) † Miniſtri ipſius patrisfamiliâs in menſa: ſic enim propriè miniſtrare accipimus, à manib. ducto ſermone. 25

feciſſet. Quid autem eſſet, vſu ſuo, magnā eſſe dubitationē d: & magis placet, quod victus ſui e cauſa paratum eſt, tantū contineri. Itemq; de ſeruis eadē ratione quęri, qui eorum vſus ſui cauſa parati eſſent, vtrū diſpenſatores f, inſularij, villici, atrienſes g, textores h, & operarij quoq; ruſtici, qui agrorum colēdorum cauſa haberētur, ex quibus agris paterfamiliâs fructꝰ caperet, quibus ſe toleraret k: omnes denique ſeruos, ꝗs quiſque emiſſet, vt ipſe haberet, atq; eis ad aliquam rē vteretur, neq; ideo emiſſet, vt venderet. Et ſibi videri, eos demū vſus ſui cauſa patrefamiliâs habere, ꝗ ad eiꝰ corpus tuendum, atq; ipſius cultū prępoſiti deſtinatiq; eſſent: ꝗ in genere vectores l, cubicularij m, coqui, adminiſtratores n, atque alij, qui ad eiuſmodi vſum parati eſſent, numerarentur.

PAVLVS LIB. II. *Epitomarum Alpheni.*

## LEX CCIIII.

PVeri appellatio tres ſignificationes habet: vnā, cùm omnes ſeruos pueros appellaremus: alterā, cùm puerum cōtrario nomine puellæ diceremus: tertiā, cùm ætatē puerilem demonſtraremus.

LEX CCIIII.

1 *Puer tria ſignificat, ſeruum, maſculū, minorē quatuordecim annorum.*
2 *Puer propriè impubes dicitur.*
3 *Pueritia in poſtulando, decimū & ſeptimum annum, in legatis alimentis ad pubertatem, decimumoctauum deſignat.*
4 *Ars vel induſtria propria alimoniæ puerorum, non ſufficit ante decimūoctauum annum.*
5 *Puer in ſacris exactā ætatem ſignat.*
6 *Macrobius ſeptē ætates facit.*
7 *Seruius Tullus tres.*
8 *Ariſtoteli corpus deficit poſt trigeſimumſextum, animus poſt quadrageſimumoctauum annum.*
9 *Varro quinque gradus facit.*
10 *Iureconſultis infans ad ſeptimum, adoleſcens decimum quartum, iuuenis donec ſenuerit, ſenex maior quinq; & quinquaginta annis aut ſuprà ſeptuaginta habetur.*
11 *Cum adultus, & cùm vir factus fuerit, diſpares conditiones ſunt.*

PVERI.) ¶ † Explicatur hîc triplex pueri ſignificatio. Prima eſt, cùm ſeruos pueros appellamus, cuiuſcunq; ætatis ſint. Sic Perſius: *I puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.* Qui ſermo in vulgari idiomate etiam hodie eſt in vſu. Altera eſt, cùm contrario puellæ nomine vtimur, vt videlicet ſexum diſcernamus: tametſi dubium non eſt pueris legatis g, etiam puellas contineri: qua de re ſuprà dictum fuit. Tertia eſt, qua ætatem iudicamus: vnde propria ſignificatione, cùm puerum dicimus, impuberem intelligemus, id eſt, qui quatuordecim annos non explenerit. † Accipitur tamen aliquando aliter ex ſubiecta materia: vnde cùm prætor à poſtulando pueritiam excuſauit h, excuſatus cenſebitur qui decem & ſeptem annos nondum compleuit. Sed & legatis vſq; ad pubertatem alimentis i, donec ad decimumoctauum annum quis peruenerit,

1 2 3

g l. ſeruis. §. 6. pueris. de leg. 3. h l. j. §. 5. pueritiam. de poſtul. i l. mella. de al. ij. leg



rit, debebuntur: quod propter alimentorum fauorem conſtitutum eſt, & rationem habet: tante enim eam ætatem, vt plurimum videmus non ſufficere pueris ſuam ipſorum artem, vel induſtriam, vt ſe alant: meritò interpretatio in id tempus proferēda fuit, nam & tunc plenæ pubertatis eſſe incipiunt a. † Accipitur & in ſacris literis pleniore ſignificatione hæc vox, vt apud Eſaiam: Maledictus puer centum annorum b. Sed hoc ἀναφορικῶς accipiendum eſt, id eſt, per relationem ad tempus, quo quis puer fuit. Sanè quemadmodum ætates diſtinguantur, varia fuit apud veteres ſententia. † Nam Macrobius gradus omnes humanæ vitæ ſeptenario numero diuidit: Bis ſeptem annis pueritia perficitur, incipitque pubertas: Poſt ter ſeptem genas flore iuuenta veſtit, idemque annus finem in longum creſcendi facit, Poſt quatuor ſeptem in latum quoque creſcere deſinimus: Quinquies ſepteno virium incrementum abſoluitur: Sexta hebdomas antè collectum robur conſeruat: A ſexta in ſeptimā fit occulta paulatim diminutio: Septima totius hominis maturitatem adfert, etiam animi: Decima vitæ metam præſcribit. † At Seruius Tullus rex Romanorum cùm claſſes cenſum faciendi gratia inſtitueret, Pueros exiſtimauit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: abinde vſque ad annum quadrageſimum ſextum, Iuuenes, & militiæ idoneos: qui ſuprà eum annum erant, Seniores: idque ex Tuberonis hiſtoria Aul. Gellius lib. x. refert. † Ariſtoteles verò in Politicis, corporis vigorē poſt annum trigeſimumſextum minui putat, animi verò poſt duodequinquageſimum. † Sed M. Varro, cui propémodum conſentiunt Arabes medici, quinque ætatis gradus cōmemorat: Pueritiam, ad quintumdecimum: Adoleſcentiam, ad trigeſimum annum: Iuuentutem ad quadrageſimumquintum: Virilitatem, ad ſexageſimum: qui vlterius viuendo progrediuntur, Seniores eſſe. † Cæterum prudentius exiſtimaſſe Iuriſconſulti nobis videntur, qui infantiā ad ſeptimum vſque annum acceperunt c: Pubertatem, ſeu adoleſcentiam, à quatuordecimo initium ſumere, vigeſimoquinto ꝑfici: Iuuentutē inde appellari, cui certus terminus non ſit cōſtitutus, ſed ex habitu corporum, & conſuetudine eum, ad cuius notionem pertinet, exiſtimaturum: vt qui adhuc inter ſeniores numerari nō cœpit, pro iuuene habeatur: atque ita Marcellus reſpondit d. Eodem modo & de Senecta iudicandum, niſi quod ab oneribus perſonalibus maiores quinque & quinquaginta annis tanquam ſenes excuſantur e. à tutela verò & cura, qui ſuprà ſeptuaginta annos vixere. † Exiſtimauit Bartolus, qui verū dicit, de adulto intelligere: perinde ac ſi eadem ſit conditio, cùm vir factus erit, vel cùm adultus erit: ſed hanc ego ſententiam Diſpunctionum lib. iiij. cap. xij. confutaui.

4 5 6 7 8 9 10 11

a l. arrogato. §. non tantum. de adopt. b ij. q. vij. Paulus. c l. j. §. j. de admin. tut. l. j. de minor. d l. non aliter. §. de leg. j. e l. fi. C. qui ætate.

LEX CCV.

1 *Omnis fructus edendo paratus pomum eſt.*
2 *Pomum in ſpecie accipitur hic.*
3 *Verba in dubijs ſecundum ſpeciem accipiuntur.*
4 *Pactio ambigua venditori nocet.*
5 *Paulus indefinitè pomum accipit.*
6 *In pactione non ambigua, verbis ſtatur.*
7 *Vuæ in eſcam repoſitæ, pomo continentur.*
8 *Duracinæ contra frigora durant.*
9 *Purpureæ vuæ in ollis condiuntur, vt fiat omphaciū antequam nigreſcat.*
10 *Vua græca dicitur Maßilienſis.*
11 *Vuæ eſui deſtinatæ decem & tres habent ſpecies.*
12 *Ex pretio fundi vuarumq; quantitate contrahentium voluntas æſtimatur.*
13 *In re planè dubia contra venditorem pronuntiandū eſt.*
14 *Recipit qui excipit, & præſtaturum pollicetur.*

IDEM LIB. IV. *Epitomarum Alpheni.*

## LEX CCV.

L. 205. Qui fundum vendidit.

QVi fundum vendidit, pomum a excepit: nuces, & ficus, & vuas dūtaxat duracinas b, & purpureas, & quæ eiuſdem generis c eſſent, quas non vini cauſa habe-

QVI FVNDVM.) a ¶ † Appellatione pomi, omnis fructus edendi cauſa paratus, continetur: non ita ſi ad potum pertineat. Et dubium in hoc caſu faciebat: quoniam pomum dupliciter accipi poteſt, ſpeciali ſignificatione, qua mâla intelligimus, itemq; generali †. Videbatur autem potius ſpecialiter capiendum, † ū quia verba in caſib. dubiis ſunt potius ſecūdū ſpeciē, ꝗ ſecūdū genus interpretāda f, tū ꝗa cū exceptio hęc à venditore facta fuerit g, æquū erat pactionē ambiguam ei nocere, qui legem potuit apertius dicere. † Adde quòd indefinitè prolatus fuit huiuſmodi ſermo, & in contractibus indefinita oratio propriè vniuerſali non æquipollet h. † Sed tamen aliud Paulo viſum eſt: non enim aliter, quā in vniuerſū, exceptio illa indefinita intelligi poteſt, alioquin nullius effectus eſſet: nec in ſpecie de mâlo tantummodo fuit accipiendum, cùm non minus propriè nuces, cæterique fructꝰ, pomi nomine comprændantur, quàm mala, licet hodie in vulgari vſu loquentium aliud ſit. † Non ergo tam ambigua eſt pactio, vt quid actum ſit, intelligi nequeat: vnde verbi ſtandum eſt, nec contra venditorem interpretatio ſumenda.

1 2 3 4 5 6

f l. hoc legatū. de leg. ij. g l. veteribus. de pact. h Bar. l. ſi plures. de leg. ij.

b ¶ † Duracinas & purpureas.) Oſtendit Iuriſconſultus eas vuas, quas non vini cauſa habemus, ſed eſus, poma dici poſſe: eas Græci τρωξίμους, quaſi comeſtibiles dicas, appellant: atque ita in antiquis eſt codicibus. † Sunt autem duracinæ, vuæ duriores, quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent, & ideo ſeruarentur. ſunt qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numeſianas credant. † Purpureas verò appellaſſe Iuriſconſultus eas videtur, quæ in ollis condirentur: quoniam cùm adhuc rubeſcunt, ante videlicet perfectam maturitatem, decerpi debent, vt Cato præcipit: Qua ratione etiam omphacium fit Diſcoridi, vuę videlicet μήπω περκαζούσης, id eſt, nondum nigreſcentis, vt ego interpretor. Poteſt & hîc intelligi de vitis ſylueſtris, quam Gręci τὴν ἄμπελον ἀγρίαν vocant, vuis: hæ enim πυρροί, id eſt, ruffi coloris ſunt, vt Plinius inquit, cocco ſimiles. † Sunt & ſatiuæ aliquæ purpureæ, eſui aptiſsimę, quas græcas in prouincia Maſsilienſi vulgò appellant. Ouidius Metamorphoſeos libro octauo non vuas, ſed vites ipſas purpureas appellat:

*Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.*

Meminit & Plinius lib. xiiij. cap. iij. & iiij.

7 8 9 10

11 c ¶ Generis.) † Vuarum quæ eſui ſeruantur,
quaſque aliqui ſuburbanas vocāt, hæ ſpecies ab
autoribus proditæ ſunt: Præcoquæ, quas & La-
goas, quaſi Leporarias dicunt: Duracinę, Purpu-
reæ, Digitales, Rhodiæ, Libycæ, Ceraunię, Ste-
phanitæ, Tripedia-
næ, Vnciariæ, Cydo
nię, & ex his aliquę
etiā vinis conficien
dis vſui eſſe poſsūt.
12 † Vnde ſi venditor
edules eſſe aſſerat,
emptor verò tāquā
vinarias ad ſe perti-
nere contendat, pu
tarem id, quod ve-
riſimiliter actū eſt,
obſeruādum, & ex
pretio fundi, vua-
rumque quantitate
æſtimandum, quid
contrahētes ſenſe-
13 rint: † in re verò pla
nè dubia contra vē-
ditorē pronuntian
dum.

remus, & Græci τρωξίμους appellāt, recepta[a]
videri.

IVLIANVS LIB VI.
*ex Minutio.*

LEX CCVI.

Vinaria vaſa[b], propriè vaſa torcularia eſſe placet: do-
A lia aūt, & ſerias tandiu in ea cauſa eſſe, quandiu vinum ha-
berēt: cùm ſine vino eſſe cœperint, deſinere in eo numero eſ-
ſe, quoniam ad aliū vſum transferri poſ-
ſent: veluti ſi frumentum in his abdatur. Eandem cauſam am
phorarū eſſe, vt cùm vinū habeāt, tunc in
B uaſis vinarijs: cùm inanes ſint, tūc extra numerum vinariorū
ſint, quia aliud in his claudi poſsit[c].

14 a ¶ † Recepta.) Id eſt, excepta. Inde recepti-
tius ſeruus, quem mulier de dote excipit, vt Gel
lius interpretatur. Eſt etiam recipere, præſtaru-
rum promittere, quod Græci ἀναδέχεσθαι dicunt, et C
vterque ſenſus hîc quadrat.

LEX CCVI.

1 *Vinaria vaſa multifaria.*
2 *Torculari muſtum fiebat.*
3 *Serijs & doliis deferueſcebat.*
4 *Seriæ figulini erant operis.*
5 *Promercalia vina minoribus vaſis continebantur.*
6 *Amphora, vrnale, cadus, minora vaſa.*
7 *Vrnale vrnam continet.*
8 *Vrna vigintiquatuor ſextarios continet.*
9 *Sextarius congij pars.*
10 *Modius ſextarij ſedecim.*
11 *Medimnus modij ſex.*
12 *Amphoro duæ vrnæ.*
13 *Cadus tres vrnæ.*
14 *Cupæ incertæ menſuræ vaſa.*
15 *Vino legato vaſa non debentur.*
16 *Vaſa tantum vino parata ſeruando, cum vino debentur.* E

1 VINARIA.) b ¶ † Varia apud veteres
2 vaſorum nomina, quibus vina im-
ponebantur: † & in primis ea erant,
quæ conficiundo muſto vſui habe
bantur, & torculari coniuncta e-
3 rant, vnde Torcularia dicta ſunt. † Eo perfecto,
in dolia & ſerias inferebatur, in quibus defer-
ueſceret: erant hæc vaſa maiora, & capacia, & nō
minùs quàm Culeum, id eſt, vicenas amphoras F
continebant: † videturque ſerias figulini fuiſſe
4 operis, nec ſolebant ea de cellis vinariis abſpor-
tari, licet alij quoque vſui eſſe poſſent, quàm vi-
no continendo. † vbi deferbuiſſet, quod promer-
5 cale effici volebant, vt melius inueteraſceret, in
minora vaſa, & certæ menſuræ diffundebatur:
conſueuerantque patresfamiliâs illud ſic diffu-
6 ſum vendere. † Ea vaſa erant amphoræ, vel vrna-
7 lia, aut cadi, dicta ſunt † vrnalia, quòd vrnam con
8 tinerent: † hęc eſt mēſura ſextariorū vigintiqua-
tuor. † Eſt autem ſextarius quinædenæ vnciæ, ſic 9
dictus, quòd ſexta ſit pars congij. † Sextarij ſede- 10
cim conficiunt modium, † modios ſex continet 11
medimnus: † at amphora idem eſt quod quadrā- 12
tal, quia pedem quadratum recipiat: id duarum
vrnarum pōdus eſt,
† ſicut cadus vel me 13
treta triū. † Diffun- 14
debatur etiam quā-
doque in cupas, vel
cupulas, quę & ipſa
vaſa modica erant,
ſed nō certę menſu
rę vt arbitror. Quę l.iij. eod. tit.
ſitū igiť fuit, quę ꝓ-
priè vinaria vaſa eſ
ſent: & ea ſolùm Vl
pianus reſpondit,
q̄ torcularia ſunt:
dolia enim, & ſerię,
& amphoræ, etiam
in alium vſum, quā
vini habentur: vt ſi
tritico, vel pecunia
impleantur. Sic Ho
ratius, amphoram
mellis: Perſius, argenti ſeriam dixit: Cicero
quadrantal tritici. Et hæc ex proprietate verbi
locum ſibi vendicant. † Sed ſi legatum ſit vinum, 15
C vel venditum amphoræ & cadi debebuntur, do-
lia non debebūtur: quoniam ea non ſolent loco d.l.iij. & vj.
moueri, ſed patribusfamiliâs remanēt. Sic apud
Terentiū Chremes vir locuples: releui, inquit,
dolia omnia, omnes ſerias. At Horatius ſe em-
pto vino vti oſtēdens, Torquatum vocat, vt ſecū
vina bibat, Tauro iterum conſule diffuſa.
c ¶ Poſsit.) † Si tamen vini ſolùm cauſa eis pa- 16
terfamiliâs ſemper eſt vſus, vinariorum vaſorū
numero erunt, vt veteres probauere. Idem ſi in
D eum tantummodo vſum comparata fuiſſe huiuſ
modi vaſa conſtet. Sed hæc interpretatio ex mē
te, non ex verbis deſcendit: Iuriſconſultus autē
hîc de vi verborum diſputat.

LEX CCVII.

1 *Mercator emit quæ reuendat non abſq; quæſtu.*
2 *Vnus actus emendi vt reuendas, non conſtituit mercatorem.*
3 *Conductæ poſſeſſiones & locatæ non ſunt merces.*
4 *Qui ſibi nata vendit, non mercatur.*
5 *Vſurarij non ſunt mercatores, nec fœneratores.*
6 *Pecunia non eſt merx.*
7 *Mercator eſt qui ampliorem ſubſtantiæ partem in mercimonijs habet.*
8 *A principaliori exercitio quis denominatur.*
9 *Sine fraude in album mercatorum aſſumptus non excluditur.*
10 *Venalitiarij emunt minutatim, vt reuendant alijs.*
11 *Serui in mercibus non ſunt, ſed venalitio.*
12 *Mango à manu & ago dicitur.*
13 *Artifex eſt, qui à ſe elaboratum reuendit.*
14 *Merx non eſt artificium.*
15 *Magnarij negotiatores, mercatores ſunt propriè.*
16 *Mercator non eſt, qui non ipſe quandoq; negotiatur.*
17 *Tabernaria non cenſetur vilis, ſi per alios tantum exerceat.*
18 *Qui exercet, non qui imperat vilia, notatur.*
19 *Mercatores inhonoratæ perſonæ ſunt.*
20 *Qui ergaſterijs adhærent, à militia & dignitatibus arcebantur.*



21 *Hodie ſordida dicuntur, quæ vrbis conſuetudine vilia habentur.*
22 *Honeſta, quæ ab honeſtis geruntur.*
23 *Sordidi quæſtus ſunt, qui in hominum odio ſunt.*
24 *Opifices voluptatis & gulæ viles habentur.*
25 *Miropolæ animos effœminant.*
26 *Qui negotiatores lucrum mentiendo faciunt, ſordidi habentur.*
27 *Literator menſtrua mercede ſeruiens vilis eſt.*
28 *Factores, qui priuatas res adminiſtrant, indecores ſunt.*
29 *Scribæ & tabelliones non ſunt hodie ignobiles.*
30 *Scribæ conſiliorum ſunt participes omnium.*
31 *Preco ignobilis eſt.*

AFRIC. LIB. IIII.
*Quæſtionum.*

LEX CCVII.

Mercis appellatione homines non contineri, Me-
la ait: & ob eam rem
A mangones, non mercatores, ſed venalitiarios appellari ait:
& rectè.

L.207. Mercis appellatione.

1 MERCIS.) † Mercator eſt, qui nego-
tiationis exercendæ, quæſtuſque
faciendi cauſa merces emit, vt ven
2 dat. † Quapropter qui ſemel emit
pannos, vt venderet, mercator non
3 eſt: quia in eo deficit exercitium. † Idemque &
cùm quis poſſeſsiones conducit, & locat: hæ em̄
4 merces non ſunt[a]. † Sed & cùm quis triticum, vi- C
a l.mercis.§.eo. num, oleum, in agris ſuis collectum vendit, non
ideo mercator eſt: non enim ab alio emit, vt ven
5 dat[b]. † Vſurarij quoque mercatores non ſunt, qa
6 † pecunia in mercede nō eſt: imò ſi quis ſit merca
b Bar. l.legatis. de leg.iij. tor, & fœnus etiam exerceat, mercatorem priui-
legiis non fruetur: quoniam non eſt veriſimile,
legiſlatorem tam improbo homini quicquam
7 voluiſſe indulgere. † Cęterum & qui amplum pa
trimonium habens, in re modica negotiatur, li-
cet eius reſpectu mercator ſit, non tamen huiuſ- D
8 modi priuilegio fruetur[c]. † Cùm enim quilibet
c l.ſemper.§.negotiatores. de iur.immu. ab eo nomen ſortiatur, quod principaliter a-
git, non videtur lex mercatorem accepiſſe, qui
principaliter non ſit, & ampliorem partem ſub-
9 ſtantiæ in mercimoniis non habeat. † In qua ta-
d Bal.in rub.C. de conſt.pec. col.fin. men quæſtione, quæ ratio legis ſit, in primis at-
tendemus[d]: & ſi citra fraudem in album merca-
e l.ſi quid.in fi. de ædil.edict. torum quis fuerit aſſumptus, eiuſq; negotiatio-
nis ſe profiteatur, mercator propriè exiſtimādus
erit, tametſi nō magnā fortunarū ſuarum partem
10 in quæſtum deduxerit[e]. † Venalitiarij ſunt, qui E
quęſtus cauſa venalitiarum rerum negotiationē
exercēt. Sunt autem venalitiæ res, quæ in vſum
indigentiū venales propoſitæ ſunt: quapropter
qui ipſi à mercatorib. minutatim emunt, vt rur-
ſus vendant, venalitiarij ſunt: hos vulgò reuen-
ditores appellamus. Sic & Propolæ & Annona-
rij, quique à ruſticis eſculenta emunt, vt deinde
vendant, venalitiarij ſunt. Mangones quoque
venalitiarij ſunt, quoniā venalitia, id eſt, ſeruos
venales expoſitos ipſi emere præoccupant, vt F
11 carius vendant. † Cùm enim mercis nomen in
f l.ſeruos.in fi. de leg.iij. huiuſmodi ſeruis locum non habeat[f], tametſi
mercis loco ſint, conſequens eſt, vt ſaltem vena-
12 litij appellatione cenſeantur. † Dicuntur autem
mangones, quòd homines agant in manum, id
13 eſt, poteſtatem. † Artifices ſunt, qui rem à ſe in a-
g 88. diſtin. eiiciens. liam formam elaboratam vendunt[g], quales ſunt
cerdones, fabri, pelliones, ſutores, textores, ſar-
14 cinatores, fullones, bractearij: † mercis enim ap-
h l.j.§.j. de trib. pellatio ad hos nō pertinet[h]. quod & in pigmen
tariis dicendum eſt, qui ipſi mendicamenta con-
ficiunt, & contuſas ſpecies minutatim vendunt:
† nam magnarij negotiatores, qui trans mare ad
ſe deuehi ſpecies curant, verè, &, vt ita dicā, ἐμπο-
ρικωτάτως mercatores ſunt. Sed quid ſi vtrunque a-
liquis faciat, vt quia 15
trās mare negotie-
tur, & etiam domi
pharmaca cōficiat,
officiniſq; aſsideat?
Et mercatorem eſſe
dicendum eſt, ſi id
principalius agit[i].
† Quid itē ſi ipſe nō 16
exerceat, ſed inſti- i l.legatis.§.ſi unus. de leg.iij.
torum ſeruorumque opera vtatur? Et ſi nullo mo
do ipſe negotium tractet, verius eſt mercatorem
vel artificem non eſſe: ſed ſi aliquando non ſolū k l.iij.§.ſi procurator. qui ſat. cog.
rationes excutiat, ſed & ipſe negotium curet, a-
B liud eſſet. Illud non negauerim, leges quæ reſpe
ctu exercitij, propter vilitatem aliquem notant,
in eo non procedere, qui per alios artem exer-
ceat[k], licet ipſe rationes deinde à ſeruis exigat.
† Sic tabernaria, licet inter viles & abiectas per- 17
ſonas connumeretur, ſi tamen per alios ſolum l l.humilem.ubi Alb. de inceſt.nup. l. quæ adul. C. de adul.
exerceat, vilis nō cenſebitur[l]. Sic & clericus, qui
præſens ipſe eam artem non exercet[m], vbi taber
narius non notabitur. Tradit Philoſtratus in ſo- m Com.c.j. de uita.cler. in vj.
C phiſtarum vitis, lege fuiſſe prohibitum, ne quis
artifex, ſeu, vt ille inquit, τῶν βαναύσων καὶ ἐντελῶν ἐργά-
ζων, ſtatuam in Olympijs habere poſſet: quo ar-
gumento Iſocratis Rhetoris patrem Theodorū
oſtendit inſtrumenta muſica non confeciſſe, cū
ipſius ſtatua in Olympiis conſpiceretur. † Potuit 18
igiť nō ipſe qdē cōfeciſſe, ſed aliorū opera in eo
artificio vſus eſſe. Sic & Ariſtoteles in tertio Po-
liticorum accipiendus eſt, dum in bene inſtru-
ctis ciuitatibus tradit, à ciuium conſilio exclu-
D di τοὺς βαναύσους, id eſt, ipſos uilium artium opera-
rios: poterunt ergo eorum domini admitti, ſi i-
pſi non operentur: in qua tamen re vrbis ipſius
conſuetudo obſeruabitur, an eos quoq;, qui his
imperant, inter uiles & mechanicos habeat. Eiuſ
modi legem apud Hebræos quoque fuiſſe, oſten
ditur Eccleſiaſtici cap. xxxviij. vbi de pigmenta-
riis, pictoribus, fuſoribus, architectis, fabris, & fi
gulis verba faciens: In eccleſiā, inquit, non tranſ-
ilient, & ſuper cathedram iudicis non ſedebunt.
† Conſtat autem iure ciuili non venalitiarios & 19
E artifices ſolùm, ſed etiam mercatores inter inho
noratas perſonas cenſeri[n]. † Quapropter lex tra- 20
pezitas, id eſt, menſarios, gemmarumq; & argē- n l. ſi cohortalis. C. de cohor. lib. xij.
ti, & veſtium diſtractores, omneſque apotheca-
rios, & quibuſcunque ergaſteriis adhærentes, à
dignitatibus & militia ſubmouet. † Sed hodie a- 21
liud dicendum videtur: non enim ea eſt in pro-
uinciis populi Romani opulentia, diuitiarumq;
copia, quæ olim florente Imperio fuit, & ideo
mercatores paſsim inter viles non habentur: &
F cùm huiuſmodi artium, negotiationumque au-
toritas & honor ab ipſius populi exiſtimatione
depēdeat, ea exercitia ſordida interpretabimur,
quæ ex vrbis conſuetudine pro ſordidis habē-
tur[o]: † ea verò honeſta, quæ ab honeſtis cōmu- 22
ni ſententia perſonis geruntur: videturque com
munē vrbium in Italia opinionem ab eo non re- o Bar. l.j. C. de dig.
cedere, quod M. Cicero Officiorum lib. j. cenſuit:
is illiberales & ſordidos quæſtus eorum eſſe ſcri 23
pſit, qui in hominum odia incurrunt, vt portito-
rum (hi ſunt qui vectigalia portibus inſidentes

exigunt,& magnariis publicanis ſubſeruiunt)& fœneratorum, itemq́; eorum, quorum opera,nõ quorum artes emuntur. † In quo genere etiam
24 ſunt opifices, qui in rebus ſordidis verſantur,& maximè qui voluptati & gulæ ſubſeruiunt,vt cetarij,lanij, coci,fartores , piſcatores. Sed & vnguentarij eodem pertinent, quos vrbe expulſos à Lacedemoniis,autor eſt Seneca Naturaliũ queſtionum lib iiij.
25 †Himyropolæ Græcis dicuntur,
26 effœminandorum animorum artifices. †Saltatores quoque in eadem cauſa ſunt: ſed & mercatores tenues,ſicut & venalitiarij,qui à mercatoribus emunt,vt ſtatim vendant (vulgò retaliatores dicuntur) ſordidi ſunt, quòd videlicet lucrũ mentiendo faciant. Et ex hac Ciceronis diffinitione apparet egregios pictores & ſtatuarios viles non cenſeri, ſicut nec copioſos mercatores.
27 Sed an literator pædagogus vilis ſit? †Et non eſſe arbitrarer: profitetur enim ſtudia liberalia. ꝗ ſi menſtrua mercede in domo aliena conductus deſeruiat, Luciani teſtimonio,in libello,cui titulum fecit,περὶ τ ἐπὶ μισθῷ συνόντων,tanquam indeco
28 ri muneris affectator,reiiciendus eſt. † Eos quoque qui rem alicuius priuatam adminiſtrant(vulgò Factores vocant)veluti indecores à perfectiſſimatus dignitate leges repellunt[a] : huiuſmodi enim procurationem ſuſcipientes,tanquam im-
29 memores libertatis & generis, lex notat[b]. † Sed quid de Scriba,aut Tabellione cenſebimus ? Et cùm eis merces hodie,non tam pro opera,quàm pro induſtria & publico autoramento conſtituta ſit,non videntur pro ignobilib. habendi,idq́; ex Ciceronis diffinitione:licet conſtitutionibus Cæſarũ aliud cautum ſit[c].Scribit Aemilius Probus, apud Graios honorificentius eſſe Scribarũ
30 officium,quàm apud Romanos:†hi eñ mercenarios exiſtimant:at Græci ad id munus neminem admittunt,niſi honeſtis natalibus,fideque & induſtria cognitum, quòd neceſſe ſit eos omnium conſiliorum eſſe participes: quem morem etiãnum ſeruari vbique cõſtat.† Quid rurſus de Pre-
31 cone dicemus? & M.Cicero epiſt.lib.vj.ex autoritate Balbi Iuriſconſulti ignobile munus arbitrari videtur, vnde vetari eum in decurionib. eſſe [d], ad Leptam ſcripſit: quam ſententiã & nos probamus:non enim ſimpliciter hic muſicã profitetur, ſed voce & clamore populum alloquit. Iuuenal. Quondã hi cornicines & municipalis arenę Perpetui comites,notęq́; p oppida buccę.

a l.j.C.de perfect.dig.lib.xij.
b l.ſi quis procurat.C.de decurio.
c l.uniuerſos.C.de decur.
d l.cos.§.de decur.

## LEX CCVIII.

1 *Bona hæreditaria æs quoq; alienum includunt.*
2 *Regulariter nomina in bonis non ſunt.*
3 *Dos materna in ære alieno patris continetur.*
4 *Emphyteuſeos bona ad filios hæredes pertinent.*
5 *Hæreditas & nomina continet.*
6 *Legatis debita non compenſantur.*
7 *Dos datur alieno ære deducto.*
8 *Hæreditati omne augmentum debetur.*
9 *Bona augmenta poſt mortem excludunt.*
10 *Legitima filij de bonis præſtatur.*
11 *Legitima filij in hæreditate eſt:ſecundũ quoſdã,ſed malè ſentiunt.*
12 *Filius honoratiore titulo ſuccedit.*
13 *Pater filium in certo fundo rectè hæredem ſcribit.*
14 *Legitima deducto ære alieno debetur.*
15 *Filius perceptos fructus non reſtituit,deductionem æris alieni non moratus.*

IDEM LIB. IV.
*Quæſtionum.*

## LEX CCVIII.

A Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis , vniuerſitatẽ quandam ac ius ſucceſsiõis, & nõ ſingulas res demonſtrat.

BONOrũ.) †Cùm bonorũ appellatio ad ſucceſsionẽ refert, ꝑ hæreditate capit, ſeu iure vniuerſali, quo etiã æs 1
alienum continetur. Cuius rei exemplum accipi poteſt,cùm quis bonorum poſſeſsionẽ petit, vel bona ſua Titio reſtitui mandat [e] : declara- 2
uimuſque ſuprà quando id locum habeat , vt cenſeatur appellatione bonorum de vniuerſitate agi: regulariter enim eo ſermone æs alienum
B non ſignificari conſtat , in eoque ab hæreditate non modico interuallo differunt bona: tumque hoc Iuriſconſulti reſponſum non procedit,qđ quibuſdam exemplis explicari poteſt. Finge cẽtum filię relicta hac conditione,ne quid amplius ex bonis paternis petat,an dotem maternã,quã reſtituere pater tenebatur , petere poterit? † Et 3
cùm huiuſmodi dos æs alienum ſit, conſtat non 4
prohiberi[f]. †Idemque in emphyteuticis bonis, quę ex forma initi contractus neceſſariò ad filios
C hæredes pertinerent [g].quòd ſi prohibita eſſet de hæreditate petere,aliud conſtitueretur: tametſi enim vt quodlibet æs alienum debeãtur, † non 5
eſt dubium hæreditatis appellatione æs alienũ contineri. † Finge rurſus, maritum vxori de bo- 6
nis ſuis centum legaſſe, an compenſare voluiſſe credemus, quod vxori debebat[h] ? Et negant plerique : cùm enim ea verba hoc velint, vt æs alienum prius deducatur, reſtituẽdum erit vxori omne debitum, deinde eo amplius legatum præ-
D ſtandum. †Qua ratione ſi mulier ære alieno op- 7
preſſa,bona ſua in dotem dat, etiam in detrimẽtum mariti creditores exequentur: quoniam id actum videtur, vt id ſolùm,quod ære illo deducto ſupereſt,ſit doti[i]. †In eã quoque ſpecie aper- 8
ta inter hæreditatem bonaque differentia eſt, ꝗ cùm hæreditas ſit vniuerſitas quædam, augmentum omne illi accedit:vnde quadranti quem deduci de hæreditate poſſe C.Falcidius conſtituit, is ſeruus amputabitur [k], qui in hæreditate tempore mortis non erat, ſed pòſt fuit,vt quia ab ho
E ſtib. reuerſus ſit. † At in bonis aliud eſt: quapro- 9
pter cũ legitima , quę patrono debetur,nõ quota pars hæreditatis,ſed bonorũ ſit,quod augmẽtum vndecunque poſt tempus mortis prouenit, nihil patrono proficiet[l], ſed hæredi. † Sed quid 10
iuris in legitima quæ iure naturæ filio debetur? & cùm ea quoque ex bonis præſtanda ſit, videt augmentum nullam rationem ducendam [m]: & ita pleriſque viſum, & ex facto reſpondit Cur-
F tius[n]. † Contrà videntur ſentire alij: cùm enim 11
iure inſtitutionis debeatur, & ideo in ipſis corporibus hæreditariis accipi poſsit,augmentum nõ minus filio quàm hæredibus proderit [o]: nam & filius in legitima hæres eſt.†Sed hæc ego non 12
probo, cùm clariſsimi iuris ſit, ex bonis,non ex hæreditate legitimam deberi : & inſtitutio ſolũ 13
requirit [p], vt honoratiore titulo filius ſuccedat, †alioquin nõ poſſet pater in certo fundo filiũ pro legitima ſua inſtituere, cũ fundꝰ quota hæreditatis pars non ſit[q], & tamẽ conſtat poſſe: & hic enim

e l.iij. de bono. poſ.l.nam §.in fi.ad Treb.
f Bart.l. at iuriſiuran.in fi.de oper.lib.
g Iaſ. auth.unde.C. de inoff. teſt.
h Iaſ.auth.pręterea.col.pen. C.unde uir.
i Guid.Pap.q.447.
k l.ſerui qui. ad l.falcid.
l l.ſi patronum. in fin.de bo. lib.
m Iaſ. in auth. nouiſsima.C.de inoff.teſt.
n Cur.conſ.ult.
o Corn.conſil.265.in j.
p l.Pap.§.quarta.de inof.teſt.
q §.cæterũ.in auth. ut cũ de appel.



ex corpore rerum hæreditariarũ eſt[a]. Sibi ergo imputet, qui ſtatim fundũ pro legitima nõ
14 periit. †Hincq́; etiam conſequens eſt, vt cùm legitima hæc portio, non niſi deducto ære alieno debeatur.† ſi hęres mor noãn fecerit,quò minus
15 deducatur, non eſſe compellendũ vt reſtituat fructus,interim dũ ad liquidum res perducitur perceptos [b]: qđ & in ratione legis falcidiæ obſeruamus, in qua tamen quæſtione aliter atque aliter altercatũ eſt[c].

a l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoff.
b Ang.con.101. l. in fideicõmiſſi.de uſu.
c Fab.d.auth. q.9.uerſ.7.

## LEX CCIX.

1 *Corã & præſens eſt, qui corpore præſtò eſt.*
2 *Coram Titio fit,etiam id quod non intelligit.*
3 *Plerunq; res & præſentiam & intelligentiam requirunt.*
4 *Fruſtra præſens eſt, qui rem quæ agitur non intelligit.*
5 *Mens,non oculus, videt.*
6 *Notarius conſcribens inſtrumentum teſtibus non intelligentibus rem , punitur.*
7 *Coram cliente ſi poſitionibus reſponſum ſit, non intelligente,non dicimur coram eo feciße.*
8 *Crimen falſi committit notarius qui doloſe agit.*
9 *Præſens habitu intendentis,intelligere præſumitur.*
10 *Præſumptionem legis tutò notarius ſequitur.*
11 *Quod impunè inuitus fit,multò magis neſciis vel abſentibus.*
12 *Vbi conſilium alterius requiritur,accepiſſe ſufficit.*
13 *Imperitus non tantum accipere, ſed etiam ſequi conſiliũ debet.*

FLORETINVS LIB. XI.
*Inſtitutionum.*

## LEX CCIX.

A Coram Titio aliquid facere iuſſus, nõ videt præſente eo feciſſe,niſi is intelligat. Itaq; ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non videt coram eo feciſſe.
B Scire autẽ, non etiã velle is debet : nam etiã inuito [b] eo rectè fit, quod iuſſum eſt.

1 CORAM TITIO.) a ¶†Coram & in præſentia, idem eſt,referturque ad
2 corporalem præſentiam. † Vnde ſi teſtis aliquid coram Titio factũ dicat, quamuis Titius non intelligeret, non ideo mendax erit, dum corporaliter adeſſet[d].Sic & lex quæ ſolennia teſtamenti in præſentia teſtium fieri requirit[e],non tamẽ in hoc adigit,vt intelligãt,ſed ſatis eſt,vt ſciant,cui rei ſint
3 adhibiti[f]. †Ex natura tamen rei plerunque illud corã factum non videtur,cui intelligentia nõ ac-
E ceſſerit[g], vt cùm quis coram Titio facere iubet: nam niſi eo intelligente fieret,huiuſmodi præce
4 ptum nullius effectus eſſet. †Quid enim opus erat eius præſentiam adhibere, qui, quod agatur,
5 non intelligat? †ſiquidẽ aiebat Epicharmus philoſophus, mentem eam eſſe, quæ videat,non autem oculos:qui igitur animo non adeſt,abeſſe vi
6 detur.†Sed & notarius,qui intelligentibus teſtibus cõficere inſtrumẽta debet,ſi ſimpliciter ſcribat,rem coram illo & illo geſtam, niſi intellexe-
F rint,puniri poteſt:cùm enim oporteat, vt teſtes negotium percipiant, id verbum ſecundum naturam actus accipietur, vt nõ corpore ſolùm,ſed etiam animo præſenti eſſent:vnde ſi aliter repe-
7 riat,tabellio ipſe reus agi poterit.† Quapropter cùm aduocatus in præſentia clientis poſitionibus latino ſermone reſpondet,non debet notarius in actis profiteri coram cliente reſponſum
8 fuiſſe, niſi ſciat eum latini ſermonis peritiam habere,vt intellexerit[h]. † Sed an in prædicta quæſtione notarius reus,crimine falſi puniri poterit? Et non putauerim , niſi doloſe ẽgiſſe aliter probetur:vt quia data opera tẽpus obſeruauit, quo qui præſens erat,non attenderet:vel ſcienter affirmaſſe eũ ſcripſit, qui ſomno allectus capite an
9 nuebat:† alioquin qui præſens negotio, habituque intendẽtis eſt, intellexiſſe quoq; præſumit:†nec frau 10
di notario eſſe debet, qui pſumptionem legis ſequutus eſt[i].

d Bar.l.j.in fin. de auth.tut.
e l.ſi unus.C.de teſta.
f l.qui teſta. in fi.de teſta.
g l. diem .§. coram. de arbit.
h Bal.l.j.C de er.aduo.

L.110. Is qui natus.

b ¶Inuito.) † Et hoc caſu non procedit quod dici ſolet, qui poteſt inuitis 11
facere,multò magis & ignorantibus, & abſentibus:& ratio eſt: quia vis verborũ ita ſuadet. † Qua 12
ratione & qui cùm conſilio alicuius facere tenetur, ſatis eſt ſi conſilium accipiat[k],licet non ſequatur:tametſi & hoc perpetuum non ſit. Quid enim ſi expreſsim mãdatum eſt,vt ſequatur? Quid ſi tacitè ex cõiecturis hoc colligamus? vt quia cõſultor idem & adminiſtrationis collega ſit. †Item quia is, qui re- 13
C quirere cõſilium debet, inhabilis & idiota alioquin ſit: vt cum lex adoleſcentib. permittit [l] ſuſpectos facere curatores, dum ex conſilio neceſſariorum id faciant [m]. Quã ratione cùm princeps cauſam difficilem & maximè cõtrouerſi iuris cuidam legum imperito mandaſſet,vt non niſi me conſulto iudicaret: reſponſum fuit,mandatum non obſeruaſſe, qui ſimpliciter conſiliũ petiit,niſi & ſequutus fuerit[n]. Idemque dicendum eſt,quoties aliæ coniecturæ hoc ſuadeãt, nec e-
D nim omnes enumerare poſſumus.

i Bal.l.ſi tutor. C.de peri.tut.
k c.cum olim. de arbit.
l l.Titium.de admin.tut.
m l.impuberib. de ſuſp.tut.
n Raph.Com. conſ.55.

MARTIANVS *lib. 7.*
*Inſtitutionum.*

## LEX CCX.

1 *Locus deſignatus ad tempus,non cenſetur perpetuus.*
2 *Omni ſupellectile vrbana legata , etiam ea continentur quæ ad tempus in villam miſſa ſunt.*
3 *Legatis omnibus, quæ in villa ſunt quoquo modo,etiam ibi nutriendos continet.*

## LEX CCX.

A Is qui natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villã nutriendus,in vrba-
B nis ſeruis conſtituet.

IS QVI NATVS.) ¶†Qui in villam mittitur, vt interim nutriatur, non ideo in ruſticis ſeruis conſti- 1
E tuitur:quia quæ ad tempus in aliquem locum delata ſunt[o],nõ cẽ-
ſent ibi eſſe,ſed potius in loco,in quo adeſſe cõſueuerunt[p]. †Quapropter ſi quis omnem ſuppel 2
lectilem , quam in vrbe habet,legauerit,ea quoque continebuntur, quæ in villam miſſa ſunt eo animo,vt diutius ibi non æſſent,ſed in vrbem referrentur,vt Paulus Caſtrenſis reſpondit:Hincq́; conſequens eſt,ſeruis ruſticis legatis,eum qui in
F villam nutriendus miſſus eſt,nõ cõtineri[q]. Idéq́; arbitror,ſi oẽs ſerui, qui in villa ſunt, legati fuerint,l q, ſi dictũ fuerit,qui in villa quoquo modo 3
ſunt,ſecus eſſe Bar.ſentit, & ratione non caret[r].

o l.j.C.de uerb. ſignif.
p l. quæſitum. §.fi. de leg. iij.
q l. ſeruis urba. de leg.
r Bar.l. generaliter.§. uxori. de uſufr.leg.

## LEX CCXI.

1 *Fundus omne ædificium continet.*
2 *Quæuis res ſuper fundum poteſt fundari.*
3 *Veteribus agri quàm fundi ſignificatio latior erat.*
4 *Villa receptaculum eſt frugum.*
5 *Aedes ſolo & ſuperficie conſtant.*
6 *Superficie continetur quicquid ſuper terræ faciem eſt.*

7 *Aedes ſine tecto, domus minimè eſſe poteſt.*
8 *Area ſine ædificijs eſt ab ariditate dicta.*
9 *Area ruri tantum eſt.*

FLORENTINVS *lib.* 8. *Inſtitutionum.*

LEX CCXI.

FVndi appellatione omē ædificiū, & omnis ager continetur: ſed in vſu vrbana ædificia ædes, ruſtica villæ dicunt̃. Locus verò ſine ædificio, in vrbe area, in rure autem ager appellatur: ideq́; ager cum ędificio, fundus dicitur.

FVNDI.) ¶ Explicat Iuriſcóſultus, q̃d fundus, q̃d ager ſit, quid villæ, quid ædes, itemque quid area. 1 † Fundus omnē agrum, omnequе ædificiū ſignificat [a]: 2 † quia vt ſuprà vidimus, ab eo nomen ſumpſit, quod fundari ſuper eū quæque res poſsit: vt minimè Iouiani Pontani ſententiá probem, qui dictū opinatur, quòd fructus patrifamiliæ fundat, id eſt, præ- 3 ſtet: quod & M. Varro tradidit. † In formulis veterum Iuriſconſultorum videtur latiorem fuiſſe agri, quàm fundi ſignificationem, dum ita verba concipiebant: Fundus qui in agro eſt, qui Sabinus vocatur. Sed forte in ea formula ager, pro ipſo territorio accipitur, non pro prædio. de qua 4 ſignificatione ſuo loco dicemus. † Villæ domus ſunt, in quas fructus deuehuntur, quod & ſuprà oſtendimus: vulgò tamen in Gallia villas etiam ciuitates dicunt: ſed hanc ſignificationem ſer- 5 mo latinus non admittit. † Aedes vrbana ſunt 6 prædia, quæ ſolo ſuperficieque conſtát. † Eſt autem ſuperficies, omne quod ſupra faciem terræ eſt: quapropter in prędiis vrbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbę, frutices, ſuperficiei adſcribuntur. Latiorem eſſe ædium quā domus 7 appellationē plerique ſenſerunt [b]: † ædes enim pro omni ſpecie ædificij capi, etiā ſi nulla adſint tecta: at domū non dici, quę adhuc cōtecta nō ſit. Sed ꝓmiſcuè hęc accipi ego magis ſentio, exéplo gręci ſermonis: vnde apud Homerū Odyſ. αἰθαλόεντα δώματα ἔχοντες. 8 † Area, locus ſine ędificio eſt, ab ariditate dictus, q; in ea fruct⁹ are?cāt: alii q; ſolo ſit nimio ſolis ardore arido: qdā q; ſicut ara in tēplis pura eſt, ita hęc ab ędificiis pura, nec obtecta ſit. ſunt & qui ab aere dictam credāt. Ego priorē etymologiam probo, & aream propriè pro ruſtico loco interpretor [c], de quo P. Vergilius:

*Area quamprimum ingenti eſt æquanda cylindro.*

9 † nec in vrbe ſibi nomen vendicare arbitror, niſi μεταφορικῶς. Videtur enim quod veteres impluuiū, cohortem, plateam, hypetriumque dixerunt, vnico nomine ꝑ tráſlationē areā appellari poſſe.

a l. quæſtio. l. loci.
b l. j. §. deinde. de don.
c l. fi. C. de ſeruit. in fin.

VLPIANVS LIB. I. *de adulteriis.*

LEX CCXII.

PRæuaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donāt, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à varicādo enī præuaricatores dicti ſunt.

PRAEVARICATORES.) ¶ † Varices noxiæ venulæ ſunt in cruribus, 1 quæ propter atrā bilem turgeſcunt, & ferro adustioneq́; curant. Græci κιρσοὺς vel cirſos appellant, qui eo morbo laborāt, recta ire nequeunt: † 2 inde varicari verbū, in tranſuerſum ire ſignificat, & præuaricari. † Sunt autem 3 pręuaricatores, qui cū aduerſa parte colludunt: qđ frequētius ab accuſatoribus fit, q ſubornati vera crimina abſcōdūt, & diuerſam partem ꝓd a cauſa adiuuant [d]: & inde nomen traxerūt, quaſi varicentur, id eſt in aduerſam partem eant. In hos ex legi- 4 bus grauis pœna conſtituta eſt [d], condemnatiq; etiam infamia notantur. † Labeo à varia certa- 5 tione id nomen tractum aiebat: ſed eius ſententiæ etiam ratio ſyllabæ refragatur, quæ in præuaricatore quandoque producitur, cùm varius primam corripiat. † Sanè exiſtimauerunt aliqui [f], eū 6 aduocatum, qui viſis alicuius iuribus, aduerſæ parti acceſsit, cùm priori renuntiaſſet, præuaricatorem non eſſe: non enim cauſam prodit, qui apertè aduocaturum ſe negauit: quod & ipſe ꝓbo, dum ſciamus, † qui cauſæ alicuius ſecreta iá 7 cognouerit, non debere in alias partes tranſire, quoniam ea aduerſariis prodens, lege Cornelia falſi coercetur [g]. Quid ergo ſi nihil ſecreti in cauſa, ſed omnis quęſtio iuris eſt? † Et licere ei defen- 8 dere, qui ſciat iuſtiorem cauſam habere, verius eſt, dum tamen honorarium, quod ab alio cauſæ tuendæ gratia recipit, reſtituat: ſicque in ſenatu damnatum Tuſcilium nominatum, Vicentinorum cauſę deſertorem, Plinius Cæcilius ad Valerianum ſcripſit.

d l. j. de pręuar.
e l. athletas. §. pe. de his q̃ not.
f Bart. d. l. j.
g l. j. §. qui depoſita. de ſal.

LEX CCXII.

1 *Varicantur qui in tranſuerſum eunt.*
2 *Varicari à varice deriuatur.*
3 *Præuaricatores ſunt, qui prodita ſua cauſa aduerſarium adiuuant.*
4 *Præuaricator infamia notatur.*
5 *Præuaricator à vario certamine non dicitur.*
6 *Non præuaricatur qui viſis aliorum iuribus priori renūtiat & aduerſæ parti accedit tanquam iuſtiori.*
7 *Prodēs ſecreta alterius partis, alterius falſi pœna coercet.*
8 *Honorario reſtituto iuſtiori accedere cauſæ parti licet.*

LEX CCXIII.

1 *Dies cedit, quo ius alicuius incipit.*
2 *Venit, quo obligatio & actio orta eſt.*
3 *Licet dies & ceſſerit & venerit, actionis tamen exercitium ſuſpenditur paruo tempore.*
4 *Suſpenſi exercitij tempus decendium eſt.*
5 *Dos poſt annum exigitur.*
6 *Executio rei iudicatæ quadrimeſtri ſuſpenditur.*
7 *Qui anticipat hoc tempus, nullam pœnam ſuſtinet.*
8 *Pœna celeritatis eſt, duplicatæ induciæ.*
9 *Præſcriptio dilationis nec exceptioni nec compenſationi obſtat.*
10 *Obligationi in diem exceptio obſtat.*
11 *Tempus nō eſt modus tollēdæ vel inducēdæ obligationis,*
12 *Promiſsio vſusfructus in diem, nec obligationē nec actionem parit ante diem.*
13 *Lex nihil fruſtra inducit.*
14 *Actio in rem poſt diem naſcitur.*
15 *Legatum ante diem fruſtra repudiatur.*
16 *Vbi tacita dies ſubauditur, actio prius non oritur.*
17 *Perperàm agi, & non peti poſſe, actionis verba ſunt.*
18 *In die incerta tantum obligatio oritur.*
19 *Maxima incertitudo conditionem ſapit.*

20 Die &



20 *Die & obligatione poſt mortem collata, ab hærede incipit obligatio.*
21 *Dies multiplicans, obligationem, & actionē ſuſpendit.*
22 *Dies in contractibus multiplicans, non ſuſpendit obligationem, nec actionem.*
23 *Conditio obligationem & actionē ſuſpendit.*
24 *Conditio quæ præſens tempus reſpicit cenſetur pura.*
25 *Aes pro pecunia capitur.*
26 *Aes transfertur & ad facultatem.*
27 *Aes nonnūquā profeſsionem ſignat.*
28 *Lata culpa eſt negligentia, per quam non intelligimus, quæ omnes intelligunt.*
29 *Negligentia & culpam & factum reſpicit.*
30 *Is non intelligens punitur, qui ſi uoluiſſet, intelligere potuiſſet.*
31 *Is negaſſe dicitur, qui conſentire potuit.*
32 *Medicis tantum ignorantia medicinæ imputatur.*
33 *In ſua quiſq; profeſsione negligens dicitur.*
34 *Qui in iure errat, in lata culpa eſt.*
35 *Error iuris propriè ad iuriſprudentes reſtringitur.*
36 *Ignorās, quæ omnib. eius artis conſtant, in lata culpa eſt, eſt, quæ excellētes, in leui: excellentiſsimi, in leuiſsima.*

IDEM LIB. I. *Regularum.*

LEX CCXIII.

CEdere diem, ſignificat, incipere deberi pecuniam: venire diem, ſignificat eum diē veniſſe, quo pecunia peti poſsit. Vbi purè quis ſtipulat⁹ fuerit, & ceſsit, et uenit dies, vbi in diē ceſsit dies, ſed nōdum venit: vbi ſub cōditione, neq; ceſſit, neq; venit dies, pendente adhuc conditione.

L. 213. Cedere diem.

1 CEDERE DIEM.) ¶ † Cedere verbum variæ ſignificationis eſt: accipitur autem quandoque pro incipere in ius alicuius venire; vnde & accedere dicimus: ſic cedit dies hoc in reſponſo, cùm incipit ea die res ad ius ali- 2 cuius pertinere, licet agi adhuc non poſsit. † Venit verò dies, quando perfectè pertinet, vt quia & obligatio & actio efficaciter & verè orta eſt. Referuntur autem hîc exempla ſtipulationis puræ & quæ in diem, itemque eius quā ſub conditione concipimus. Videndum igitur eſt ſpeciali- 3 ter de ſingulis. † In prima ſpecie quando debet purè, & ceſsit, & venit dies, quia obligatio & actio efficaciter eſt orta, ſuſpenditur tamen actionis exercitium [a], ἐν πλάτει, & modico tempore, arbitratur iudicis [b]: non enim creditor ſtatim cum 4 ſacco venire debet [c]. † Aliquibus tamē caſibus id tempus quale ſit, expreſſum eſt: in conſtituto, vt ante decimum diem nō conueniatur [d]: † in dote, 5 quę cùm olim annua, bima, trima die deberetur, hodie poſt annū ſoluenda eſt [e]: in re iudicata, cuius olim xxx. dies iuſti ex lege xij. tabul. erant, vt 6 Aul. Gellius ſcribit, † hodie verò ei executioni quadrimeſtris dilatio indulta eſt [f]: poſſetque qui pro tribunali ſedet, huiuſcemodi terminos ex 7 cauſa mutare [g]. † ſi qs tñ huiuſmodi tēpus humanitatis cauſa indultū non obſeruaret, ſed ſtatim 8 teret, non ideo ante diem diceretur agere, † nec 9 illi in nimiæ celeritatis pœnam duplicarent̃ induciæ [h]. † Hincque eſt, quòd in præſcriptione eius dilationis rationem nō habemus [i]: vnde nec compenſationi impedimento eſt [k], neque exceptioni, cùm videatur dolo facere actor, qui id petit, quod poſt eum terminum reſtituere compellitur [l]: & hæc communiter approbata ſunt [m]. † In 10 ſecunda ſpecie, cùm de obligatione in diem agitur, receptior eſt opinio, ante diem & obligationem & actionē eſſe ortam, ſed obſtare exceptionem: cuius ſententię illa eſt ratio, quia cùm dies addita obligationis executionem reſpiciat non debet interim eius ſubſtantia impediri [n], vnde obligatio, actioq; format, † cū non ſoleat tempus adiectū ipſo iure, effectū obligationis auferre [o]. 11 † Non procedit tñ hæc cōcluſio in promiſsione vſusfructus: in ea enī ante diē nec obligatio, neq; 12 actio naſcitur [p], ſiue quia cùm ad hæredes vſusfructus nō tranſeat, ſi antequā dies veniret, moreret creditor, fruſtra obligatio eſſet orta: 13 † lex aūt plurimū cauet, ne quicquā fruſtra inducatur: ſiue quia vſusfruct⁹ antequā dies veniat, in rerum natura nō eſt, ſed in ipſa proprietate permanet, nec operæpretium fuit ſeparatā à proprietate rationē eius haberi prius, quā cōſtaret omnino eſſe reipſa præſtandum, vt quia & ceſsiſſet, & veniſſet dies. † Nō procedit rurſus 14 in actione in rem [q]: nam in ea ante diē actio nulla orit̃: translatio enī dominij vel iuris in re per executionem legis fit, quā lex ante diē nō facit, vnde huiuſmodi actio competere non poteſt: vendicatio enim propter dominiū in re dat̃. † Qua- 15 propter cū repudiatio ad dominiū referatur, qui legatū in diem ante eā diē repudiat, nihil agit [r]; adhuc enī ad eum non pertinet. † Et hinc etiá cō- 16 ſequēs eſt, vt quoties ex diſpoſitione legis tacita dies ſubauditur, ante eius aduentum actio non oriatur [s]. † Lex enim quandoque perperam agi 17 dicit [t], quandoque peti non poſſe: quæ verba ad actionem ſolùm referuntur, licet hoc caſu aliqui etiá obligationē nō naſci crediderint [u]: q̃ ſentētia recepta non eſt. † Nam & in die incerta, veluti 18 cùm moriar, crebrior eſt eorum opinio, qui idem iuris eſſe opinantur, vt ante diem ſolū oriatur obligatio, poſt diem verò actio: vnde qui ante diem ſoluit, nō repetit [x], cùm verè interim deberet, licet agi non poſſet. Nec nos mouet, quòd medij temporis vtilitas incerta eſt: nō enim hoc obeſſe poteſt, quò minus in id quod principaliter deductū eſt, obligatio proueniat. † Quapro- 19 pter ſi vltra diei incertitudinē alia quoque, quę in promiſsionem deducuntur, incerta ſint, vt cum quis fructus, qui ex fundo percepti fuerint, promittit, neque olbigatio, neque actio interim oritur [y]; hæc enim maxima incertitudo conditionem ſapit. † Idem cùm non ſolùm dies, ſed 20 obligationis quoque ſubſtantia poſt mortem confertur: tunc enim obligatio ab hærede incipit [z]. † Sanè & in diem, quæ multiplicandæ ob- 21 ligationis cauſa additur, ſolet diſtingui, vt in legatis annuis ante diem nec obligatio, nec actio competant: quoniam tacitam in ſe, ſequentium annorum reſpectu, conditionem habeāt [a], † in contractibus verò competat [b]: cuius rei ra- 22 tio à nobis libro Paradoxorum I. cap. XVI. diſputata eſt. In tertia ſpecie, quando ſub conditione aliquid debetur, certiſsimum eſt, neque obligationem, neque actionem vllam eſſe antè, quàm conditio euenerit: † idemque eſt, ſiue ex- 23 preſſa ſit conditio, ſiue tacita, vt quæ à lege ſub- 24 inducatur [c], † dum tamen propriam conditionis naturam habeat, ſubſtantiamque rei, non autem ſolam executionem reſpiciat [d]: conditio enim quam certū eſt, exiturā, vel q̃ tēpus præſens reſpicit,

a §. fi. Inſtit. de inutil. ſtipul.
b l. j. de iu. deli.
c l. quod dicimus. de ſol.
d l. promiſſor. §. j. de conſti. pec.
e l. j. §. exactio. C. de rei uxo. actio.
f l. fi. C. de uſu. rei iud.
g gl. l. 2. de re iud.
h §. hodie. Inſt. de actio.
i l. in rebus. C. de iur. dot.
k l. ſi cū militi. in fin. de compenſ.
l l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſol. mat.
m Bar. in l. ita ſtipul. in j. q.
n l. ex his C. quand. di. leg.
o l. oblig. ferè. §. placet. de act. & oblig.
p l. j. in fi. quādo di. leg. ulu. ced.
q l. Sempronius Attal⁹. de uſuf. leg.
r l. ſi ita ſcriptū. §. j. de leg. 2.
s l. interdū. de uerb. oblig.
t l. iij. §. ſi quis. ij. de eo. quod cert. loc.
u l. continuus. §. ij. de uerb. ob. ubi Aret.
x l. ſub conditione. de cond. indeb.
y l. j. de cond. & demonſt.
z l. j. C. ut act. ab hæred.
a l. ſi in ſingulos. de an. leg.
b l. ſi Stich. §. j. de uerb. oblig.
c l. item quia. §. j. de pact.
d l. ita demum. in fi. de arb.

ſpicit, propriè cõditio nõ eſt, ſed ꝓ pura habet[a].

25 ¶ §. AES ALIENVM.) †Vetuſtiſsimorũ Romanorum pecunia in ære conſiſtebat: quoniam propter eorum paupertatem, rarus illis argenti, rarior auri vſus fuit: indeq; æris appellatio, pro pecunia accipi conſueuit: & quamuis domitis nationibꝰ in maximas diuitias excreuiſſẽt, ſeruauerũt tamen antiquum nomen, & ſiue pecunia aurea, ſiue argentea eſſet, æs appellabat̃. quapropter ęs alienum dicitur, omnis pecunia aliena, id eſt, q̃ noſtra nõ eſt, ſed aliis debet̃: ſicut æs noſtrũ eſt, quod no

26 bis alij debent. †μεταφορικῶς verò latius quoque accipitur, vt cũ dicimus, quicquid in ære noſtro eſt, id in tua manu

27 eſſe ſcito: †intelligitur enim, non ſolùm in noſtris numis, ſed etiam in omni facultate & poteſtate. Trahitur etiam quandoque latiſsimè ad profeſsionem, vt cùm Iuriſconſultus de ſophiſmate dialèctico interrogatur, reſpondet, id in ære ſuo non eſſe, id eſt, ad profeſsionem ſuam nihil attinere. Sanè notandus eſt hîc loquendi modus, æs ſuum eſt, quod alij nobis debent: rectius enim ſcriptum fuiſſet, æs noſtrum, niſi ea verba ex aliqua lege deſumpta credamus, quàm hîc Iuriſconſultus interpretetur, vt ἀποφαντικῶς appoſita ſint, vel (vt Accurſius ſolet loqui) materialiter.

28 ¶ §. LATA CVLPA.) †Explicat Iuriſcõſultus, quid ſit lata culpa, & eam ita diffinit, vt ſit nimia negligentia, per quam nõ intelligimus, quod omnes intelligunt: aduerſus quam Doctores noſtri nouas argutias confinxerunt[b], vt aliquid ipſi ſcire viderentur, quod Iuriſconſultum latuiſſet, fiuntque hac ratione ex interpretib. accuſatores, vel potius calumniatores.

29 † Aiunt primò, non in negligendo ſolùm eſſe culpam, ſed etiam in faciẽdo, cùm id fit, quod fieri non debet[c], quaſi negligere etiam ad factum non referatur, cùm aliquam rem nõ adhibita cura, ſed cùm neglectu pertractamus. Aiunt iterum, dementem vel pupillum non intelligere, quod omnes intelligũt,

30 & tamen in culpa ideo non eſſe. †Sed hi non idcirco non intelligunt, quia negligentiæ eorum aliquid imputetur, ſed quia in altero naturæ vitium, in altero ætatis defectus eſt: nã & cùm lex aliquid non intelligenti imputat, de eo accipiẽdum videtur, qui ſi voluiſſet intelligere, potuiſ

31 ſet. †Sicut cũ neganti aliquid damni irrogat, de eo accipitur, qui conſentire potuit[d]. Sicut & ꝓpriè ſilere ſolùm dicitur, qui poteſt loqui. Et ꝓpriè excuſat̃ q̃ põt acceptare[e]: vnde & generalis eſt regula, Eius eſt nolle, q̃ poteſt & velle[f]. Argumentantur rurſus, Medicus propter imperitiam & latam culpam tenetur[g], & tamen non omnes

32 medicinam intelligunt. †Sed & hoc eadẽ ratione tollitur: non enim in aliis, quã medicis, igno

33 rantia medicinæ negligentiæ imputatur: †negligens enim dicitur in ſua quiſque conditione, & ꝓfeſsione, non in aliena.

34 †Subdunt etiã errorem iuris latæ culpæ aſsignari[h], & tamẽ pauci iuriſperiti ſunt.

35 †Sed hoc in pœnam ignorantiũ conſtitutum eſt, cùm omnes prudentes viri, quæ ipſi ignorãt, ab aliis peritioribus ſcrutẽtur: qui igitur ipſe nec ſcit, nec peritiores conſulit, in lata eſt culpa: nam & idem hominum genus Heſiodi carmine improbatũ eſt: quamuis & generalis hæc dictio ſecundum ſubiectam materiam reſtringatur, vt de eis ſolùm intelligatur, qui eiuſdem conditionis vel profeſsionis ſunt[i].

36 †Et ex hac diffinitione infertur, quòd nõ omnis imperitia latæ culpæ aſsignatur, ſed ſi in eo quis errat, quod cõmuniter eius artis intelligunt, eſt lata culpa: ſi in eo, quod ſoli excellentes, eſt ſolùm leuis: ſi in eo, q̃ nõ niſi rariſsimus quiſq; ſciebat, vt quia excellentiſsimis ſolũ erat cognitum, leuiſsima videtur culpa, vt pleriq; ſenſerunt. Sed quia hic tractatus iterum & iterum in cognitionem reuocabit̃, infrà q̃d ſentẽtiæ nobis ſit, differemus[k].

a l. ſi pupillus. §. de noua.
b l. q̃d Nerua. depo.
c l. ſi ſeruum. §. j. de uer. oblig.
d l. ab adminiſtratione. C. de leg.
e Abb. conſi. 22. in 2.
f l. iiij. §. tit. j.
g l. illicitas. §. fi. de offi. præſ.
h l. reg. §. pe. de iur. ignor.
i l. j. §. ñ. de op. no. nunt.
k l. latæ. l. magna. l. hoc. tit.

Aes alienum eſt, ꝙ nos aliis debemus: æs ſuum eſt, q̃d alij nobis debent. Lata culpa, eſt nimia negligentia: id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt.

MARTIANVS LIB. I. *Publicorum iudiciorum.*

LEX CCXIIII.

MVnus propriè eſt, q̃d neceſſariò ſubimus, lege, more, imperio've eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona aũt propriè ſunt, quę nulla neceſsitate iuris, officióve, ſed ſpõte præſtant̃: quæ ſi nõ præſtentur, nulla repræhenſio eſt: & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. Sed in hoc vẽtum eſt, vt nõ quodcunq; munus, idẽ donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

LEX CCXIV.

1 *Munus pro onere capitur, & cogimur ſubire.*
2 *Munus pro largitione vſurpatur, ex cauſa tamen non neceſſaria.*
3 *Conſuetudo longa ſufficit ad impoſitionẽ muneris, quod vectigal concernit.*
4 *Præſumptio firmiſsima eſt pro longa conſuetudine pariformi.*
5 *Conſuetudo longa omnium iuri officit.*
6 *Vſucapio aduerſus vectigal non principis, procedit in bonæ fidei poſſeſſore.*
7 *Qualiſcunque largitio vel donum, munus vocatur ex vſu communi loquendi.*

1 MVNVS.) ¶ †Duplex eſt muneris ſignificatio, de qua hîc agitur: altera onus officiũmve quodcũque intel

2 ligitur, quod neceſſariò ſubimus: †altera largitiones accipiuntur, quæ ex cauſa aliqua, non tamen neceſſaria fiunt. In priore ſignificatione quemadmodum ſoleat diſtingui, ſuperius[l] à nobis tractatum eſt.

3 †Illud ſupereſt addendum, exiſtimaſſe Accurſium non licere munera, quæ ad vectigalia pertinent, ex ſola cõſuetudine imponi, niſi etiã lex acceſſerit[m]: & ideo dũ hîc dicit̃, munus lege, more ſubiri, cõiunctim accipit: ſed crebrius receptũ eſt, vt diſiunctiuè hęc ſoluta oratio accipiatur, ſufficiatq; alterum, ſiue lex iubeat, ſiue conſuetudo, dum vetuſtiſsima, & poſt hominum memoriam ſit: ea enim priuilegij ius habet, & qualis nunc eſt, præſumitur ſemper retrò fuiſſe[n]:

4 † eſtque illa firmiſsima præſumptio, quam vulgò iuris & de iure vocant.

5 †nec in ea conſuetudine introducẽda videt̃ principis ſcientiã neceſſariò requiri, cũ nõ ſimplicit̃, ſed in vniuerſũ iuri oĩum officiat[o].

l l. munus. §. ho.
m l. ſi publi. §. fi. de publ.
n c. ſuper. §. j. extraord.
o Imol. d. §. fi. Alex. conſil. vij.



Qua ratione & aduerſus Imperatorẽ, ex tali iure potuerũt plerę; vrbes Italiæ p̃ſcriptione ſe tueri, tametſi Imperator ignoraſſe ſe alleget: idque uerius videtur, præſertim cùm ex fama ſatis potuerit hoc Cæſar ſcire, ſi modò res Italas curaſſet. Curat aũt minimũ, vt qui tot egregias vrbes, eius fidẽ implorãtes, in ſummas calamitates incidere permittat, cũ ipſe interim, uel ſacrificulorum preculis, vel aliis nõ ęquè neceſſariis rebus o

6 peram inſumat. †Sanè aduerſus vectigal, quod ad alium, quã ad principem pertineat, nõ eſt dubium vſucapionem procedere, etiam breuioris temporis, dum titulus & bona fides poſſeſsioni præſcribtis ẽ acceſſerint[a]. Quod ad alteram muneris ſignificationẽ attinet, à nobis latius ſuprà diſputatum fuit. †Il

7 lud in præſentia omittendum non eſt, exiſtimaſſe Vallam, Martianum hîc Vlpiano aduerſari[b], quòd ille tradit, doni ſignificationem latius, quã muneris patére: at hîc aliter diſtinguatur, nimirum munus ad neceſsitatem pertinere, donum ſpontè dari: rurſus in hoc uentum eſſe, vt omne donum munus dici poſsit. Sed has obiectiones ipſe ſic extrico, vt munus, ſi generaliter accipiatur, cùm ad onera officiáve etiam pertinet, uerũ ſit non quodcunq; munus donum eſſe: ſed ſi pro largitione accipiatur, tunc id ſignificare, quod ex neceſsitate alicuius officij, vel ex cauſa datur: niſi q̃, in hoc ex cõmuni loquẽdi vſu ventũ eſt, vt qualiſcunq; largitio ad donum, munus dici poſſit. Vlpianus igitur rationem ſermonis, Martianus vſum conſiderat.

a Bart. d. §. fin. Barba. conſil. 8.
b l. inter donũ. §. cod.

PAVLVS *lib. Singulari ad legem Fuſiam Caniniam.*

LEX CCXV.

POteſtatis verbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratuũ, imperiũ: in perſona liberorũ, patria poteſtas: in perſona ſerui, dominiũ. At cũ agimus de noxæ deditione, cũ eo qui ſeruũ non defendit, præſentis corporis copiã facultatẽq; ſignificamus. In lege Attinia in poteſtatẽ domini rem furtiuã veniſſe videri, & ſi eius vendicãdæ poteſtatẽ habuerit, Sabinus & Caſsius aiũt.

LEX CCXV.

1 *Poteſtas pro mero imperio accipitur.*
2.4 *Merum imperium quid, & vnde dictum.*
3 *In quibus mixtum imperium exerceatur.*
5 *Poteſtatis ſignificatio in perſona liberorum.*
6 *Patria poteſtas hodie ad omnes Chriſtianos pertinet.*
7 *Poteſtatis ſignificatio in perſona ſerui.*
8 *Poteſtas pro facultate.*
9 *In lege Attinia quãdo in poteſtatem domini res veniſſe dicatur.*
10 *Nimia Accurſij reſtrictio ad hoc reſponſum.*
11 *Poteſtatis plures eſſe ſignificationes, quàm hic Paulus recenſeat.*
12 *Poteſtates pro magiſtratibus accipi.*
13 *Poteſtas pro cura & adminiſtratione, item pro autoritate ſumitur.*
14 *Poteſtas pro copia.*
15 *In poteſtate conſiſtere dicitur, quod in actu non eſt, ſed eſſe poteſt.*

L. 215 Poteſtatis.

POTESTATIS. Poteſtatis varię ſunt ſignificationes, ex quib. quinq; hîc cõnumerantur.

1 †Prima eſt, cùm de magiſtratu dicimus, eũ habere poteſtatem: intelligimus enim merũ

2 imperium, † quod nihil aliud eſt, quàm poteſtas animaduertendi in facinoroſos homines[c]: dicitur autem merum, quaſi liberum: quoniam cùm delicta ex variis cauſis vel aggrauentur[d], vel eleuentur, in arbitrio ius dicentis reſidet, quam potiſsimum pœnam irroget: quod non eſt in cauſis pecuniariis, in quibus certam proferre ſententiam ſecundum ea quæ probata ſunt, debet.

3 †Vnde in his quæ officio iudicis expediũtur, quoniam ſummo iure non debẽtur, plurimumq; in arbitrio eius conſiſtunt, & tamen priuatam vtilitatẽ reſpiciũt, imperiũ mixtũ exercet̃.

4 †Merũ igitur imperium in inquiſitionibus, accuſationibúſve cõſiſtit mixtũ, perſecutionib. ſimplex iuriſdictio actionib.

5 †Secunda ſignificatio eſt in perſona liberorũ, vt patriam poteſtatem intelligamus: hoc ius proprium ciuium Romanorum eſt, quoniam à lege XII. tabularum introductum:

6 †ſed cùm conſtitutione Antonini[d], qui in orbe Romano ſunt, ciues Rom. effecti ſint, ſequitur, ad omnes Chriſtianos hodie illud pertinere. Quapropter & Francis communicatum eſt, qui licet regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani Pontifices inſigniuerunt, non ſubſint, Romani tamen imperij & ipſi pars ſunt, eoque iure viuunt.

7 †Tertia ſignificatio eſt in perſona ſerui, & ad dominium refertur: vt cùm dominus ſe ſuos ſeruos in poteſtate habere dicit, vel de poteſtate dimittere. Id autem ex iure gentium deſcendit, quo iure capti in bello, capientiũ fiebant: vnde & mancipia dicuntur. Sic Auſonius:

*Capta manu, ſed miſſa manu neſciuit herile*
*Imperium dominæ, vult domina eſſe manus.*

8 † Quarta accipitur pro facultate, quæ in præſentia & ad manum ſit: vnde cùm lex[f], niſi dominus ſeruum pro noxa det, cogat eum ad ſuſcipiendũ iudicium, ſi modo in poteſtate ſua ſit, intelligemus poteſtatem, id eſt, facultatem exhibẽdi: q̃d enim ſi ad aram confugerit?

9 †Quinto in lege Attinia in poteſtatem domini res veniſſe videtur, ſi eius vendicandæ ſibi facultas data ſit: & ipſe neglexerit: non enim amplius cenſet̃ inuito domino ablata: vnde tanquam furtiua non ſit, poterit vſucapi.

10 †Accurſius non ſufficere exiſtimauit, quòd dominus rei vendicandæ facultatem habuerit, niſi etiam apprænderit, vel litis æſtimationem ſit conſecutus: quæ interpretatio reſpõſi huius verba nimis coarctat. Et hæ ſunt quas huic verbo ſignificationes Paulus refert:

11 †veriſimile autem eſt, noluiſſe eum plures recenſere: ſunt enim & aliæ,

12 † veluti cũ ipſos magiſtratus ſimpliciter poteſtates appellamus[g], vt eſt apud Plinium & Apul. Sic & Iuuenalis:

*An Fidenarum Gabiorumq; eſſe poteſtas.*

quod μετωνυμικῶς dictum videri poteſt, cùm generaliter poteſtas[h], ꝓ qualibet iuriſdictione quandoque accipiatur: nam & quod Paulus ad Rom. ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Latini, poteſtatib. ſublimiorib. habent[i], quibus omnis anima ſubdita eſſe præcipitur. Antiquiores tamen, cùm poteſtatem dicebant, de maiorib. magiſtratib. intelligebant, qui merum imperium haberent[k]: quod & Paulꝰ Caſtreñ. annotauit,

13 †Dicit̃ etiã Epiſcopꝰ eccleſię fundos

c l. imperium. de iur. om. iud.
d l. aut facta. de pœn.
e l. qui in orbe. de ſtat. hom.
f l. quoties. de noxal.
g l. fideiuſſ. de pig.
h l. ij. de reb. eo. C. ſi. de iudi.
i ij. q. j. magnũ
k d. l. eum qui de iur. om. iud.

a ò.j. de rebus eccleſ.
b Inſtit. de tu. in prin.

fundos in poteſtate habere[a], id eſt, in cura & ad-
miniſtratione. Tutor quoq; in pupilli caput po-
teſtatem habet[b], id eſt, autoritatem. Vnde & ali-
bi ſua poteſtate quis feciſſe dicit, quod propria
14 autoritate fecit[c]. † Sed & in edicto prætoris po-
teſtatem ſui non facere intelligitur[d], qui ſui copiã, vt cõueniatur, non facit: quales ſunt abſentes, vel qui latitant.
15 †Illud quoq; in poteſtate cõſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, vel eſſe poteſt, quod Græci δυνάμει dicunt, quo ſenſu & Iulianus[e]: nam δυνάμει, inquit, qui à fideiuſſore petit, à reo petit.

c auth. ne det. in princ.
d l.iij. ex quib. cau. in poſſ.
e l. aduerſus. de arbit.

ULPIANUS LIB. I. *ad legem AeliamSentiam.*

LEX CCXVI.

VErũ eſt, eum qui carcere claudit, non videri, neq; vinctũ, neq; in vinculis eſſe, niſi corpori eius vĩcula ſint adhibita.

IABOLENUS LIB. I. *ex poſterioribus Labeonis.*

LEX CCXVII.

INter illã conditionem, cũ fari potuerit, & poſtq; fari potuerit, multũ intereſt: nã poſteriorẽ ſcripturam, vberiorem eſſe conſtat: cùm fari potuerit, arctiorem: & id tantũmodo ſignificari tẽpus, quo primùm fari poſsit. ¶ Ita data conditione, illud facito in diebus, ſi nihil preterea fuiſſet adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

LEX CCXVI.

1 *Corporali pœna adficiendus, in vinculis teneri debet.*
2 *Reus in graui delicto in vinculis cauſam dicat.*
3 *Qui in carcere eſt, non cenſetur vinctus.*
4 *Quomodo incluſus tantum, vinctus dicatur impropriè.*
5 *Vincula multiplicia ſunt.*
6 *Boiæ torques damnatorum eſt.*
7 *Collaria infamiam irrogant.*
8 *Numellæ incuruus quis includitur, tantum pedes & caput exærens.*
9 *Mulieres caudici allegatæ opus faciebant.*

f l. ſi confeſſus. de cuſt. reor.
g l. diuus. eo. tit.
h l. ſuccurritur. ex quib. cau. man.

1 VERUM.) † Quoties reus in carce-
rem conijcitur, & corporali aliqua
pœna afficiendus eſt, in vinculis te-
neri debet, ſi de crimine conuictus
eſt[f]: ſed & ſi conuictus non fuerit,
2 †verùm grauiſsimum delictum cõmiſiſſæ argua
tur, veriſimiliaq; extent indicia, in vinculis quo-
que cauſam dicere debet[g]. Meritò igitur hic du-
bitatum fuit, quemadmodum in vinculis quis eſ
3 ſe intelligatur. †Et quamuis in carcere ſit, non ta
men idcirco vinctus cenſet. In edicto tamen prę-
toris, quo is qui in vinculis eſſent, per in integrũ
reſtitutionem ſuccurritur[h]: etiam qui ſimpliciter
4 inçluſi ſunt, continentur. †Sed id ex ęquitate per
interpretationem extenſum eſt, non ex verborũ
5 proprietate, de qua hîc agitur. † Sanè varia ſunt
vinculorum genera: nam & Cõpedes, & Pedicę,
& Manicæ leguntur: tum Catenæ, Nerui, Boiæ.
6 † Sunt autem Boiæ damnatorum torques, quaſi
iugum boum: vnde locus Plautinus in ſeruum
7 vinctum, Boius boiam terit. †Ad hęc ſunt & vin-
cula ad infamiã magis & pœnam, quã cuſtodiam
pertinentia, vt Collaria, quibus in publico blaſ-
phemi, & lenæ etiamnum alligantur, vt deriſui
8 viatoribus ſint. †Eſt & Numella ligneum inſtru-
mentum, quo quis incuruus & quadrupes caput
& pedes exerit, hocque modo impeditur: vulgò
Berlinam dicunt, at Græci κυφῶνα, cuius mentio
9 Ariſtophani quoque in Nubib. eſt. †Solebant &
mulierculę ſic notari, vt caudici ſiue ſtipiti alicui
alligatæ opus facere cogerentur. Propertius:
*Codicis immundi uincula ſentit anus.*
Iuuenalis:
*Horrida quale facit reſidens in codice pellex.*
Serui quoque in compedibus opus faciebant,
ne facilè fugam poſſent capeſcere. Idem:
*Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.*
Inde etiam in latomiis, hoc eſt lapicidinis cuſto-
diebantur, idem & in ergaſtulis.

LEX CCXVII.

1 *Cum fari potuerit, naturalem potẽtiam ſignificat.*
2 *Poſtquam fari potuerit, ad actum refertur.*
3 *Legatum ſub conditione poſtquã, ſine actu non cẽdit.*
4 *Nemo poteſt quod non reducit in actum.*
5 *Diſcrimen inter Cum & poſtquam, non tenet, contra Bar.*
6 *Et Cum & poſtquã, conditionem important.*
7 *Pluralis elocutio duobus contenta eſt.*
8 *Incertitudo numeri per errorem omiſſi vitiat conditionẽ.*
9 *Promiſſio, In illis diebus, nihil operatur.*
10 *Iudex de promiſſione ex coniecturis cognoſcit incerta.*

INTER ILLAM.) † Illa conditio, 1
Cũ fari poterit, citius venit, quã illa,
Poſtq; fari poterit: quoniã prima
ſtatim cùm primũ quis poteſt pro-
loqui, adimpletur, at alia ſucceſsi- 2
uum aliquod tempus deſignat. † Oldradus pri-
mam referri ad potentiam naturalem exiſtima-
uit: vnde cùm ſeptimo anno infantiam pueri ex-
eant, ſequit vt eo tempore dies veniat: at ſequẽs 3
ad actum ipſum refertur. † Quapropter cui lega-
tum eſt, poſtq; fari poterit, ſi mutus eſſe pſeueret,
legatum non conſequetur. & hanc interpreta-
tionem, licet hîc vacillet, tamen alibi Bartolus
approbauit[i]. Mihi non placet, quia non video,
cur & in priore caſu nõ debeat expectare, donec 4
actu fari quis poſsit: † non enim poſſe propriè di 5
cimus, quod actu facere non poſſumus: † nec vlla
eſt ratio, cur hæc coniunctiua, cùm, ad potentiã
ſolam referatur, & poſtquam, etiam actum reſpi-
ciat. Alibi Bartolus[k], cùm, non ita expreſſam cõ-
ditionem facere atteſtatus eſt, ſicut poſtquam: et
ideo legatum Titio, cùm hęres certę ætatis eſſet,
non videri conditionale, cùm tamẽ legatũ poſt-
quam certæ ætatis erit, conditionale ſit[l]. † Sed 6
hæc ſententia recepta non eſt: vtranque enim eſ
ſe conditionem hîc dicitur, niſi quòd hęc poſte-
rior aliquanto vberior eſt.
¶ §. ITA DATA.) † Quoniam pluralis elocutio 7
duorum numero contenta eſt[m], ſi quis conditio-
nem hanc apponat, illud facito in diebus, & vlte
rius aliud nõ exprimat, in duobus diebus faciẽ- 8
dum erit, † quod tamen non procedit, quando
per errorem omiſſus eſt numerus: tunc enim ob
incertitudinem vitiatur[n]. In odioſis quoq; pro-
pius eſt, vt imperfectã ſentẽtiam exiſtimemus[o], 9
& huiuſmodi oratio nullius ſit effectus. † Sed &
ſi quis promiſerit aliquid dare in diebus illis, ni-
hil

i l. j. de iniuſt. rup.
k l. ſi cui legetur. §. j. de uerbor. oblig.
l l. libertis. quos. §. ab hæred. de ali. leg.
m l. libertas §. ſi. de manu. teſt.
n l. ita ſtipul. de uerb. oblig.
o arg. d. §. ſin.



hil agit: videtur enim ſe retuliſſe ad communem
vſum loquendi, quo ita ſolemus tempus infini-
tum ſignificare, tranſlatione à myſticis fidei
Chriſtianæ libris accepta, in quibus, quæ vel
olim fuerunt, vel poſt innumera annorum cur-
ricula erunt, additur, in diebus illis eſſe facta, vel futura. Et ita aliqui[a] exiſtimauerunt, licet articulus controuerſus ſit.
10 † Ego in arbitrio iudicis conſiſtere opinor, qui ex coniecturis colligat, qua mente promiſsio huiuſmodi facta ſit.

a in l. cum qui cal. de verb. obl.

LEX CCXVIII.

PAPINIANUS *lib. 37. Quæſtionum.*

VErbum facere, omnem omnio faciẽdi cauſã cõplectitur: dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

LEX CCXVIII.

1 *Facere, ad omnia facta refertur.*
2 *Facere pro dare capitur.*
3 *Facere pro ſoluere.*
4 *Facere pro numerare.*
5 *Facere interdum iudicare ſignificat.*
6 *Facit furem qui eum ſolicitat.*
7 *Facere pro procurare.*
8 *Facit damnum ſæpe qui patitur.*
9 *Facit reum qui accuſat.*
10 *Scripta, dicta cõſulta criminoſe, pœnali lege continẽtur.*
11 *Conuicia in maleficijs non ſunt.*
12 *Maleficos, nocturnos incantatores lex intelligit.*

b l. ſi hæres. de leg. j.
c l. ſunt qui. de re iud.

1 VERBUM FACERE.) † Verbum
Facere, perquàm generale eſt, &
2 ad quæcunque facta refertur. † &
quandoque facere interpretamur,
id eſt, dare: vnde qui facere iuſſus
eſt vt centum habeam[b], eam ſummam dare cogi
3 poteſt. † quãdoque ſignificat ſoluere, vt cùm di-
cimus quaſdã eſſe perſonas, à quibus exigi plus
non poteſt, quàm facere poſsint[c]: intelligitur
4 enim, quàm commodè ſoluere poſsint. † Inter-
dum idem eſt facere, quod numerare: vnde pa-
ria feciſſe dicitur, qui pecuniam quam accepe-
5 rat, numerauit, & id quod debet reddidit. † Sic
& iudicare hoc verbo cõtinetur vt cùm dicimus,
factum eius rei eſſe iudicium. Sed & iter facere
dicitur, qui ambulat[d]: vnde & ſtipulatio, iter fi-
eri[e]. Et hæc quidem hîc Iuriſconſultus. † Cæte-
6 rùm alijs quoque modis accipitur, vt cùm paciſ-
cimur, ne ſeruum facias furem, aut fugitiuum, id
7 eſt, ne ad furtum fugámve ſolicites. † vel cùm
mandat lex, vt ſoboles, quam cenſiti fecerint,
non alienetur[f], declaramus fecerint, id eſt, p-
8 curauerint. † vel cùm quis promiſit damni infe-
cti vicino: in ea enim ſtipulatione damnum fa-
9 cere intelligitur[g], id eſt, pati. † vel cùm aliquem
reum facturos nos pollicemur: id enim eſt, reum
facere, quod accuſare[h], & indicare: ſicut facere
ſuſpectum tutorem, eſt detegere, & iudici ap-
probare ſuſpicionis cauſas[i]. Sed finge conſti-
tutum, pœnas maleficiorum quæ noctu com-
mittãtur, duplicari, quomodo intelligentur ma-
leficia? Et cùm dicantur quaſi malefacta, viden-
tur non contineri, quæ dicta, ſcripta, conſulta
malè ſint. Qui igitur noctu conuiciatus fuerit,
in eam pœnam non incidet[k], & id frequentius
10 probatur. † Ego non dubito, etiam in lege pœ-

d §. Cato. l. 4. §. de verb. obl.
e d. l. j. de his q deic.
f l. cum ſatis. de agr. lib. xj.
g l. Proculus. de dam. infect.
h l. ſi vteris. de fid. inſtr.
i l. ij. de vſu. pup.
k Bar. l. aut facti. de pœn.

nali malefacta dici[l], quæ ſcripta, dicta, conſulta
criminoſe ſint, cum verba generaliter, & quate-
nus ſermonis proprietas fert[l], tum quoque ac-
cipi debeant. † Sed ne conuicia hoc caſu com-
prændantur, ratio legis ſuadet, ex qua de his de- 11
lictis ſignificari oſtẽditur, quæ ex tenebris nocturnis vel facilius, vel grauiore cum noxa fieret: quod in iniuriarum crimine non eſt. 12
† Sanè cùm antiqui maleficos ſpeciali nomine incantatores intellexerint[m], huiuſmodiq; diuinatores, de eis potius eſt, vt legis ver-
ba accipiantur, cùm, noctu præſertim ſoleant
vmbras euocare, & animas reſponſa daturas, vt
Canidia apud Horatium. Quo ſenſu & Exodi
XXII. ſcriptum eſt: Maleficum ne patiaris ui-
uere, id eſt, ſortilegum & carminibus veneficia
facientem.

L. 219. In conuẽtionibus.
l l. cum lege. de teſta.
m Rubr. C. de maleficis.

LEX CCXIX.

IDEM *lib. 2. Reſponſorum.*

IN conuentionibus cõtrahentiũ volũtatẽ potius, q; verba ſpectari placuit. Cũ igit ea lege fundum vectigalem munici-

LEX CCXIX.

1 *In contractibus, quod actum eſt obſeruatur.*
2 *Cùm de voluntate ambigitur, verbis ſtandum eſt.*
3 *Voluntas colligitur ex præcedentibus, aut contractus natura.*
4 *Actiones in perſonam, neque rem neque ſingularem ſucceſſorem ſequuntur.*
5 *Hæres in perſonam conueniri poteſt.*
6 *Voluntas contrahentium in primis ſpectatur.*
7 *Verba operantur ſecundum naturam actus.*
8 *Legatarius à locatore in poſſeſsionem introducitur cum obligatione quinquageſimæ.*
9 *In donatione petitio introductionis, & ſolutio quinquageſimæ ſufficiunt.*
10 *Conductor ius ſuum alienat non requiſito locatore, ſaluo eius iure.*

IN CONVENTIONIBUS.) † 1
Certiſsimi iuris eſt, in cõtractibus,
ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris
ſint, id in primis obſeruandũ, quod
actum eſt, etiam ſi verba impropriè
accipiantur: † alioquin niſi de voluntate conſter, 2
à verbis non recedimus. † Conſtat autem quan- 3
doque expreſsè[n], puta ex præfationibus, vel prę
cedenti tractatu: quandoque tacitè[o], vt quia na-
tura contractus, qualitas rei, perſonæ contrahẽ-
tium conſuetudo, eius quod actum eſt, conie-
cturam inducant. poteſtque hoc in reſponſo
exemplum accipi: fundus enim emphyteotica-
rius, vel vectigalis, & ad hæredem conductoris,
& ad ſucceſſorem particularem, niſi aliud actum
ſit, transferri poteſt. Quid ergo ſi contrahen-
tes pacti ſint, vt ad hæredes tranſeat? Et uideba-
tur eam pactionem propriè intelligi debere, tũ
ex communi regula, qua cauetur, in caſibus
dubijs à proprietate ſermonis non eſſe receden
dum[p]: tum quia aliàs pactio eſſet ſuperflua: cùm
enim ex tali contractu & hęredes & legatarij ad-
mitterentur, niſi per huiuſmodi pactionem di-
ceremus cenſeri legatarios excluſos,[q] nónne
nullius eſſet momenti? quæ interpretatio fugi-
enda eſt. † Accedit his, quod magna ſubeſt ratio, 4

n l. Titia l. ita ſtip. de verb. oblig.
o l. ſemper in ſtip. j. tit. j.
p l. nõ aliter. de leg. j.
q l. ſi quando. de leg. j.

cur hæres ſolùm admittendus ſit non autem legatarius: eſſet enim non modicum detrimētum domino, qui aduerſus legatarium nullam actionem perſonalem haberet, cùm actiones in perſonam, neque rem ipſam, neque ſingularem ſucceſſorem ſequātur

a l.fin. de cont. empt.

pes locauerint, vt ad hæredē eius, qui ſuſcepit, pertineret, ius hæredum ad legatariūm quoque transferri potuit.

5 a. † de hærede ergo ſolùm debuiſſet intelligi, qui ipſe in perſonam conueniri poteſt.
6 † Sed tamē Papiniano aliter viſum eſt: quoniam voluntas contrahētiū ante omnia ſpectanda eſt, etiam quòd aliud dictum ſit.
7 † Voluntatis autem coniectura ex natura contractus colligitur. Nec enim præſumendum eſſe contrahentes in plus contrahere voluiſſe Papinianus ait, quā actio ex contractu eos compelleret. B
& licet debeant verba intelligi, vt effectus alicuius ſint, non tamen operantur niſi ſecundum naturam actus: idque & Baldus [b] & Alex. [c] reſponderunt.

b Pal. rub. C. de co. ra. empt.
c Alex. conſil. 21. col. ij in j.

8 † nec probabile aliquod damnum locatori infertur, cùm non poſsit legatarius ꝓpria autoritate poſſeſsionem ingredi, ſed ab ipſo introducendus ſit: quo tempore eum in dominum agnoſcet [d], ſeque obligabit, quinquageſimamque illi, quod præmium vulgò Laudemium, vocant, præſtabit.
9 † Et quod in legato dicitur, in donatione quoque locum habere receptum eſt: C nec enim tunc aliqua denuntiatione opus eſt, ſed ſatis eſt petitio introductionis, & ſolutio, quinquageſimę. Nec diſtinguit, locator emphyteotici fundi ſit priuatus aliquis ciuis [e], vel reſpublica, vel eccleſia:
10 † poterit n. conductor ius ſuum per legatum vel donationem transferre, etiam eis irrequiſitis, dum ſaluo eorum iure & citra fraudem alienet [f]: & ita crebrius approbatum eſt. Qua autem ratione vectigales agri ciuitatum locari ſolerent, ex Iul. Hygino de limitibus agrorum à nobis traditum eſt Diſpunctionum libro III. cap. X. D Sed & quibus caſibus appellatio hæredis ad ſingulares ſucceſſores pertineat, ſuprà attigimus [g].

d L. ij C. de iu re empt.
e l. j. C. de fund. patr. lib. xj.
f l. ij. C. ne rei dom.
g l. hæredis. ff. eod.

## LEX CCXX.

1 *Liberorum nomine omnes deſcendentes continentur.*
2 *Liberorum nomen ſtrictè ad trinepotes porrigitur.* E
3 *Filiorum appelatione, propriè deſcendentes non compræhenduntur.*
4 *In fauore, filij nomen etiam nepotes continet.*
5 *Vbicunq; verſatur fauor, largè verba accipienda ſunt.*
6 *Beneficia principum largam interpretationem recipiūt, priuilegia ſtrictam.*
7 *Semper actus interpretari debet, vt valeat.*
8 *In vltima voluntate, filij nomine & nepos continetur.*
9 *In ſtatutis filius nepotem continet.*
10 *Nepotes filiabus præferuntur, quia & filij.*
11 *Sicut filia non ſuccedit, ita nec ex ea nepos.*
12 *In dando tutore, filiorum appellatione nepotes minimè veniunt.*
13 *Vbi verſatur odium ibi filiorum nomine nepotes non cōtinentur.*
14 *Odium non directum nepotes non excludit.*
15 *Cum filij interdicta alienatione grauētur, etiam nepotes intelliguntur, ſi & inſtitutione non contineantur.*
16 *Verba eadem, eandem quoque recipiunt interpretationem.*
17 *Vbicunque iiſdem verbis inſtitutio & ſubſtitutio concepta eſt, filij & nepotes continentur, contra Decium.*
18 *Prohibitio in rem concepta per filios & nepotes complectitur.*
19 *Quoties ratio diſpoſitione generalior eſt, filiorum nomē & reliquos deſcendētes continet.*
20 *Diſpoſitio de filijs, alterius reſpectu, non compræhendit nepotes.*
21 *Coniectura nepotes à filio excludit.*
22 *Quoties conditio vel cauſa fauorem reſpicit filiorum, & nepotes continentur.*
23 *Cùm principaliter fauor filiorum ſpectatur, non ueniunt nepotes.*
24 *Verborum proprietas in conditionibus maximè attenditur.*
25 *Vſus loquendi nepotes à filijs ſeparat.*
26 *Filius nepotes excludit, dū eius ſignificatio reſtringitur.*
27 *Vbi qualitas inhærens, diſpoſitioni cauſam præbet, filium non egreditur.*
28 *Cùm nepotes alio quàm filiorum nomine propriè dici poterat, non procedit extenſio.*
29 *In contractibus aduerſus eum interpretamur, pro quo pactio concepta eſt.*
30 *Conductus fundus pro ſe & hæredibus, legari poteſt.*
31 *Hæres legatarium impropriè continet.*
32 *Beneficiarius fundus dicitur feudum.*
33 *Feudum conceſſum filijs, & nepotibus competit.*
34 *Contractus feudi latè interpretamur.*
35 *Sanguinis continuatio & in nepte eſt.*

### LEX CCXX. CALLISTRATVS lib. 2. Quæſtionum.

A Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes, cęteriq; qui ex his deſcēdūt, continenť: hos enim oēs liberorū appellatione lex XII. Tabul. cōprendit. Toties enim leges neceſſariū ducūt, cognationū ſingularū nominibus vti, veluti filij, nepotes, ꝓnepotes, cæterorumúe qui ex his deſcēdunt, quoties non omnibus, q post eos ſunt, præſtitum voluerint, ſed ſolis his ſuccurrent, quos nominatim enumerent. At vbi nō ꝑſonis certis, non quibuſdā gradibus præſtatur, ſed omnibus qui ex eodē genere orti ſunt, liberorum appellatione

1 LIBERORVM.) † Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cęteroſque deſcendentes contineri certum eſt, idque exemplo XII. tabularum, quæ primam ſucceſsionis cauſam liberorū eſſe volebāt, & de omnibus deſcedentibus intelligebant. Quo ſenſu & prætores in edictis acceperunt, vt cùm patroni liberos in ius ſine venia vocari prohibuerunt [h].
2 † ſtrictè tamen hæc vox quandoq; accipitur, & vſque ad trinepotem ſolùm intelligitur, & ita veteres exiſtimabant, q̃ Pomp. & Paul. refert [i]. E Sed C. Caſ. & Vlp. & in hoc reſponſo Calliſtr. latius pertinere exiſtimauerūt, & in infinitum dici, idque tanquam honeſtius meritò obtinuit. Cùm igitur nomen liberorum ſit collectiuum plurium graduum, q fratrem & eius liberos inſtituit [k], ordine ſucceſsiuo uocaſſe videbitur: quod non eſt receptum, ſi filios dixiſſet [l]:
3 † propriè enim appellatione filij, nepotes & deinceps deſcendentes non contineri verius eſt, ſed ex interpretatione tantùm: quo in tractatu F quid ipſe ſentiam, ſuprà explicaui [m]. In præſentia, quod ab alijs communiter traditum ſit, recitabimus: & quadrupliciter in hoc diſtingui à maioribus ſolet, aut enim filijs prouidetur, aut grauantur, aut de eis verſus alium ſit mentio, aut in conditione ponuntur.
4 † In prima ſpecie appellatione filiorum compraendi nepotes receptius eſt [n]:
5 † cùm enim actus hic fauorabilis ſit, debet lata ſignificatio accipi, & hoc ſiue in teſtamentis, ſiue in legibus, ſiue in beneficijs principum loquamur:
6 † ſit enim in his amplior inter-

h l. ſed ſi. §. ff. de in ius voc.
i l. Iuriſconſ. de grad.
k c. Raynutius. de teſt.
l l. Gallus. §. j.
m l. filij. l. iuſta. l. natorum.
n l. Lucius. de hæred. inſtit.



7 interpretatio [a], licet in priuilegijs ſit contrà. † Si igitur pater filios ſuos inſtituat, etiam nepotem ex filio præmortuo inſtituiſſe videbitur, quod tamen variè acceptum eſt, aliquibus ideo inſtitutum cenſentibus, quia niſi ita interpretaremur, præteritione teſtamentum rumperetur: interpretamur autem ſemper vt actus valeat.
8 † alijs, ne durum, abſurdūue aliquid cōſequatur, quale eſt cùm à parentibus filij ſepararentur, vel melioris fierent conditionis nepotes quā filij, idque genus ſimilia. alijs, quoniam diſpoſitio in futurum confertur: cùm enim veriſimiliter dubium ſit, an in id tempus filij vel nepotes exiſtant, debet mens teſtatoris largius accipi, vt non exiſtentibus filijs, nepotibus prouiſum videatur, vt etiam in facti quæſtione conſultus Alexan. [b] reſpondit: quæ declarationes dubitationem nullam habent, cùm generaliter propter fauorem ea interpretatio ex Doctorum frequentiore ſententia procedat:
9 † vnde & in municipalibus ſtatutis idem obſeruatur. Finge cautum eſſe [c], vt
10 filij maſculi excluſis fœminis ſuccedant, nunquid nepotes etiam ipſi præferentur? † Et reſponſum eſt, præferri: ratio enim eius legis eſt, vt agnatis ſaluæ ſint facultates: quæ ratio in nepotibus locum habet, & tametſi in lege expreſſa non ſit, ab ea tamen argumentari nos poſſe receptius eſt [d]: cum enim hoc beneficiū à lege patri conferatur, vt fœminam excludat, debet etiam in nepotem eiuſdē ſexus perpetuari [e], qui in ſucceſsione patris ſui locum tenet, eique ſubrogatur: nam & cum filia propter fauorem filij maſculi excludatur, maſculo ipſo ſuperſtite nepote defuncto, idem fauor durat: vnde etiam ſi ipſa maſcula ſobole relicta decederet, nihilominus frater, eiúsve filius ei ſoboli præferrentur: quonaim fauor propter quem ipſa excluſa fuit,
11 non extinguitur: † & ſicut filia ipſa ſuccedere non potuit, ita & ex ea nepos repellitur, vt amputata radice, rami quoque decidunt [f]. Et huius interpretationis: vti diximus, cauſam præſtat fauor, quo ceſſante, interpretatio quo-
12 que non admittitur. † Et ideo cùm quis tutorem filijs dediſſet, non cenſeri nepotibus prouiſum Vlpianus reſpondit [g]: tum quia reſpectu tutorum nullus eſt fauor, imò oneroſa eſt tutela: tum quia non multum inde commodi nepotibus oritur, cum ceſſante teſtamento, de tutore illis per iudicem prouidendum ſit: & ita Bar-
13 tolus ſentit. † In ſequenti ſpecie, filiorum verbo non contineri nepotes certius eſt: vnde qui filios exhęredat, nepotes exhæredes feciſſe non videbitur [h]: odioſum enim hoc eſt: quod & in diſpoſitione legis proditum eſt. Et ideo lex Iulia, quæ ius patri facit filiam adulteram occidendi, in nepote non habet locum [i]: idemque dum prohibet Senatori filiam eius ducere, qui artem ludicram exercuerit: poterit enim in nepotis matrimonium conuenire [k]. Nám

a l. ſed & ſi §. j. de excu. tut.
b conſ. 9. in j.
c Alexā. conſil. 27. in 3.
d l. quamuis. C. de fideicomm.
e l. Gallus. §. videndum. de liber. §. poſth.
f l. ſi viua. C. de bon. mat.
g l. ſed ſi nep. de teſt. tut.
h l. j. §. quærit. de ven. inſpic.
i l. patri. de adult.
k l. lege Iul. de ritu nupt.

L. 220. Liberorū appellatione.

cùm leges huiuſmodi merum odium filiorum & quidem principaliter ſapiant, meritò nepotes non continebuntur. † Quòd ſi directò odioſæ non eſſent, aliud reſpondendum fuiſſet: vt in Senatuſconſulto quo tutor pupillam ſibi vel filio ſuo nuptui col-
14 locare prohibetur: nam nec nepoti quidem impunè collocabit [l]. Sed quid iuris eſſe dicemus, cùm teſtator filijs alienatione bonorum interdixit, an nepotibus quoque vetitū credemus [m]? Et non videri traditum eſt: huiuſmodi enim prohibitio odioſa eſt. ſed hæc cōcluſio aliquo modo reſtringenda eſt.
15 † Pone inſtitutos filios, & ne alienent grauatos: ſi enim in verbis inſtitutionis nepotes contineantur, cur non & in verbis prohibitionis compraendi debent?
16 † Conſentaneum certè eſt, eadem verba eandem recipere interpretationem, nec eſt veriſimile voluiſſe patrem minus oneris nepotibus C imponi, quàm filijs impoſuerit.
17 † Et quod in hac prohibitione diximus, in fideicommiſſo quoque reſpondendum eſt, vt fideicommiſſo filijs iniuncto, nepotes non contineantur [n], niſi ſub iiſdem verbis inſtitutio ſubſtitutioque concepta ſit: tametſi imprudenter hac in re labi mihi Decius videatur [o].
18 † Pone rurſus, verba prohibitionis, hæredibus filijs inſtitutis, in rem concepta eſſe: vt quia dictum eſt, veto bona mea vendi, quia volo vt ad illos & illos perueniant: videtur D enim hoc caſu eſſe etiam nepotibus interdictū, & ita etiam cenſuit Alexander [p]:
19 † quod multò magis dicendum eſt, cùm ratio diſpoſitione generalior eſt: vt cùm quis prohibuit alienationem filijs, quia volebat bona perpetuò in familia remanere: hoc enim caſu omnes deſcendentes prohibiti cenſebuntur [q], quod & reſponſum eſt cum teſtator fratris fideicommiſiſſet, vt hæreditatem filijs reſtitueret, quia mentis ſuæ erat, ne bona extra familiam peruenirent: petent E enim fideicommiſſum nepotes quoque, & cæteri deſcendentes: & ita contrà quam Iaſon reſpōderat, ex facto iudicari vidi.
20 † In tertio caſu, cum de ſilijs alterius reſpectu diſponitur, non compraendi nepotes conſtat, niſi dura aliqua ſeparatio induceretur, vt cùm quis ancillam cum filijs legat: tūc enim Papyrij Frōtonis reſponſum, cuius hîc Calliſtratus meminit attendendum eſt: cùm non ſit veriſimile, voluiſſe teſtatorem à patribus ſuis filios ſeparari [r].
21 † Idem ſi aliqua F alia coniectura hoc ſuadeat, quales ſunt quas ſuprà retulimus, quando aliàs actus effectum non ſortiretur, vel abſurdum aliquid conſequeretur, vel conſuetudo ſermonis ita ſuaderet, & ſi quæ aliæ ſunt ſimiles [s].
22 † In vltima ſpecie concludendum eſt, quoties conditio vel cauſa fauorem filiorum reſpicit, etiam nepotes eo ſermone contineri: verbi gratia, Lex dicit [t], ſi mater filijs tutores non petierit, ius vendicandorum bonorum non habeat: illis enim verbis etiam quæ nepotibus tutores non petierit, ab hę-

l l. S. conſultū. de rit. nupt.
m Gl. §. nos igitur. de teſt. ſi.
n Dec. conſil. 218. verſ. vlt.
o Con. 95.
p l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. j. arg. l. peto. §. fratre. de leg. ij.
q l. pater fil. §. fundum. de legat. iij.
r l. vxorem. §. concubinæ. de legat. iij.
s l. alimenta. §. libertis. de ali. leg.
t l. ij. §. ſi mater. ad Tertul.

reditate repelletur: nam actus hîc filijs ipsis fa-
23 uorabilis eſt. † quod ſi de fauore filiorum principaliter non agatur, aliud eſt: vt in eo exemplo, cùm lex à tutela eum excuſat, qui tot filios habuerit: non enim nepotes excuſationis cauſam præſtarent, niſi lex liberorū verbo vteretur[a]: principaliter enim hoc caſu de patris, non autē filiorum fauore agi-
24 tur: † vnde cùm filiorum fauor non vrgeat, à proprietate verborum non recedimus, quę in cōditionibus maximè attenditur, & primum locum in caſibus dubijs tenet[b]. Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus filiorum appellatione generaliter dicendum eſt, nepotes nō ſignifica-
25 ri. † Primus eſt in communi loquēdi vſu: ex conſuetudine em̄ aliter filios, aliter nepotes appellamus: & ita ſentit Accurſius[c]. Sed Doctores non adducunt, niſi probaretur huiuſmodi conſuetudo, nec ex ſermone vulgari ad Latinum probabile argumen-
26 tum deduci poteſt[d]. † Secundus caſus eſt, quoties lex ex aliqua cauſa ſignificationem eius dictionis coarctat: vt cùm fructus in quartam, quæ ex Falcidia debetur[e], non imputari, quamuis teſtator iuſſerit, lex Iuſtiniani præcepit, ſubijcitque eo præcepto nepotes non alligari. Idemque in hoc reſponſo, cùm leges neceſſarium ducunt cognationum ſingularum nominibus vti, quia non omnibus præſtitum voluerint, ſed his ſolis quos nominatim enumerant: vt cùm diuus Pius conſtituit[f], ne liberi decurionum vſque ad pronepotes torqueri poſſent: vel cùm vſque ad eum gradum concedit lex ei ſuccedi, qui inceſtas nuptias contraxerit[g], & ſi qua simi-
27 lia. † Tertius caſus eſt, cùm de filio non diſponitur, ea ſolùm ratione, quia ſit filius, ſed etiam reſpectu alicuius qualitatis ei inhærentis: nam diſpoſitio huiuſmodi ad eum non refertur, cui ea qualitas non inſit: veluti cùm lex filium ſpurium inſtitui prohibuit: non enim exſtimabitur vetita inſtitutio legitimi, ex filio ſpurio, nepotis: in eo enim qualitas illa deficit[h]. Idem in municipalibus ſtatutis, quæ excluſa filia, filios maſculos ad ſucceſsionem admittunt, non erunt admittendæ neptes, cùm qualitas maſculina illis deſit: quod & ab Alexandro[i] reſpon-
28 ſum eſt, in eo qui filium primogenitum ad fideicommiſsi petitionem vocauerat. † Quartus caſus eſt, cùm ſub alio nomine poteſt cenſeri magis propriè nepotes vocatos, quàm ſub nomine filiorum: vt ſi fatri meo, & eius filijs, & deſcendētibus fideicommittam: admittūtur enim prius filij quàm nepotes[k], tanquam prius nominati, cùm de nepotibus potius verbo deſcendentis, quàm verbo filij actum cenſeatur: ſub illo enim propriè, ſub hoc non niſi per interpretationem continerentur: idque Decius reſpondit[l], & mihi non diſplicere ſuprà atteſtatus ſum.
29 † Quintus caſus eſt in contractibus: in eis enim fit interpretatio aduerſus eum pro quo pactio concepta eſt[m]: & ideo ſi quis accipiat emphyteoticū fundum pro ſe & filijs, nepotes non admittentur[n]: & ita quāplurimis viſum eſt.
30 † quæ ſentētia apertiſsimè falſa eſt, cū ſuprà traditum legerimus, eum qui pro ſe & hæredibus huiuſmodi fundum conducit, etiam le-
31 gare poſſe: † atqui magis impropriè appellatione hæredis legatarius compræditur[o], quàm filij appellatione
32 nepos. † Illud receptiſsimū eſt, clientem, cui beneficiarius fundus (feudū vocant) †
33 pro ſe & filijs conceditur, etiam nepotibus, cæ-
34 terisque deſcendentibus relinquere poſſe: † hic enim contractus latiſsimam interpretationem propter beneficij naturam recipit[p]. Qua ratione idem & in donationibus dicendum eſſet: fauorabilis enim hic contractus eſt. Sextus caſus eſt, cùm de filijs ſit mentio ex proprio corpore natis: nam videtur nepotes non contineri, & hos præſertim qui ex filiabus nati ſunt: & ſic ab ali-
35 quibus reſponſum comperi[q]. † Sed in hoc opinatiſsimi ſcriptores diſſentiunt: ſanguinis enim continuatio in nepte quoque eſt[r]: niſi igitur alia coniectura adſit, quæ nos in aliam partem deducat, promptius eſt vt pro nepotibus pronuntiemus[s].

a l. ij. §. hoc autem. de excuſ. tut.
b l. Meuius. de cond. & dem.
c gloſ. Inſt. qui teſt. dar. tut.
d Alex. d. conſ. xxvj.
e l. iubemus. C. ad Trebel. Dec. conſ. 87.
f l. à diuo. C. de quæſt.
g l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.
h l. fin. de natu. lib.
i conſ. 123. in 1.
k l. cum ita. §. ſi de leg. ij.
l conſ. j. in fi.
m l. veteribus. de pact.
n Iaſ. §. inſtituens. l. Gallus. de lib. & poſt.
o §. l. prox.
p Iaſ. d. §. inſtituens.
q Guid. Pap. q. 353.
r Alex. l. ex facto. §. fi. ad Tre.
s d. l. Lucius.

compræunduntur.

¶ Sed & Papyrius Fronto lib. IIII. Reſponſorum ait: Prædio cum villico, & cōtubernali eius, & filijs legato, nepotes quoque ex filijs contineri, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat: filij enim appellatione ſæpe & nepotes accipi, multifariam placere.

¶ Diuus quoque Marcus reſcripſit, non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem reliquit.

¶ Præter hæc omnia natura, nos quoque docet, parētes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis deſcendūt, contineri: neque enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij appellare: etenim idcirco filios filiáſue cōcepimus, atque edimus, vt ex prole eorū, earū'ue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

### LEX CCXXI.
PAVLVS. *lib.* 10. *Reſponſorum.*

PAulus reſpondit, falſum tutorē eū verè dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutorem datus eſt, ſiue non: ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamentū non eſt, & modius iniquus, qui modius non eſt.

### LEX CCXXI.

1. *Pupillus à falſo tutore læſus, reſtituitur.*
2. *Falſus tutor quis.*
3. *Quod nullum eſt, actus nomen non habet.*
4. *Iuramentum de obſeruandis ſtatutis, vera tantū intelligit.*
5. *In facto inutiliter actum, nomen actus retinet.*
6. *Libellus licet inutilis, libellus tamen dicitur.*
7. *Epiſcopus hæreticus, tanquam non ſit, habetur.*
8. *Actus iuris vel propter enuntiationem vel affectum, quāuis inutilis, nomen retinet.*
9. *Rex, Cæſarem dominum non cognoſcit, facti, non iuris eſt.*

PAVLVS.) † Quod falſo tutore autore geſtum eſt, per in integrum reſtitutionem emendat prætor, & quanti ea res eſt aduerſus eū qui dolo fecit, actionem dat[t]. † Declarat hîc Iuriſcōſultus, quis dicatur falſus tutor: & eum eſſe interpretatur, qui verè tutor datus non eſt, vel qui datus eſt, ſed perperàm & inutiliter, vt qui habenti alium tutorem datus eſt[u]: ſicut &

t l. j. l. nouiſsi. quod fal. tut.
u §. interdict. & Inſtit. de cur.



ſicut & falſum teſtamentū dicitur, quod nullum, vel
3 inutile eſt: idemque in modio iniquo. † Et hinc accipi argumētum poteſt tutorem inutiliter datum, propriè tutorem non dici[a], & ideo adiectione illa falſi diſtinguitur: vnde conſequens eſt, vt hîc probetur quòd communiter traditum eſt, quod nullum eſt actus nomē, propriè non habere, ſi actus iuris ciuilis ſit: qua ratione teſtamentū nullum, non eſt propriè teſtamētum[b]: ſtipulatio nulla, non eſt ſtipulatio[c]: ſententia nulla, nō eſt ſententia[d]: quod non in iudicijs ſolū, ſed & in cōpromiſſis procedit. Sic & electio nulla, non dicitur electio[e]: & ceſsio per-
4 peràm facta, non habet ceſsionis nomen: † & qui iurat ſe ſtatuta obſeruaturum[f], de his quæ nullo iure valent, iuraſſe non intelligitur. Sic & alienaſſe emphyteuta non dicitur[g], qui vendi-
5 tione nulla, & non ſolenni diſtraxit. † Quòd ſi
6 nomina facti, non autem iuris ſint, quod inutiliter actum eſt propriè nomen ſeruat. † Vnde libellus incertus, vel citatio inutilis[h], nomen
7 ſuum ſeruant licet in effectu non obligent[i]. † Sic & epiſcopus inutilis, vel hæreticus, epiſcopus propriè eſt, tametſi perinde habeatur[k] ac ſi non eſſet. Eadem ratione etiam inutilis maritus[l], nomen mariti ſeruat, quomuis legis interpreta-
8 tione eius vxor orbata exiſtimetur. † Sanè plerunque accidit, vt etiam actus iuris ſub vero nomine deſignentur, licet caſsi & inutiles ſint: quod quandoque fit enunciationis cauſa, vt cùm lex matrimonium nullum, vel diuortium ſimpliciter ſuo nomine appellat[m]: quandoque per locum qui ex affectu dicitur[n], vt cùm Titium rem ſuam emiſſe ſcribimus, nimirum indicantes, hoc eum egiſſe, vt rem emeret: quandoque actus ſuſtinendi cauſa, vt cùm iuſſus eſt quis hæreditarium ſeruum manumittere, & deinde hęres eſſe[o]: ſufficiet enim vel de facto manumit-
9 tere, vt adire poſsit. Sed & lex Pontificia[p]: † Rex, inquit, Cæſarem in dominum non recognoſcit: quod de facto interpretantur plerique: hoc enim verbum magis ad factum quàm ad ius refertur.

a l. iij. de teſt. tu.
b l. ij. §. j. quemad teſt. ape.
c l. j. §. ſed ſi mihi. de verb. obl.
d l. iiij. §. condēnatum. de re iu.
e Bar. l. filium. de leg. præſt.
f Fel. c. ex tenore. de reſcript.
g Bal. l. ij. C. de epiſ. aud.
h l. j. in prin. de fer.
i c. j. de præſcr.
k cap. inter. de tranſ. præl.
l l. fin. C. ad leg. fal. de plag.
m l. quid Seruius. de cōd. cau. dat.
n l. Labeo. §. e.
o l. mulier. §. j. de cond. inſt.
p c. per venerabilem. qui filij ſint leg.

### LEX CCXXII.
HERMOGENIANVS *lib.* 2. *Iuris Epitomarum.*

PEcuniæ nomine non ſolùm numerata pecunia, ſed omnes res, tam ſoli, quā mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur.

### LEX CCXXII.

1. *Pecunia mobilia & immobilia, etiam iura continet.*
2. *Iuſſus pecuniam omnem reſtituere, etiam de actionibus intelligitur.*
3. *Numi & pecuniæ non eſt vna ſignificatio.*
4. *Pecunia ſtrictè, numerata dicitur.*
5. *Denarius eſt argenti drachma.*

1 PECVNIAE nomine.) † Pecuniæ ſignificationem vario modo accipi[q], ſuprà demonſtrauimus: & quādoque latius patere, quā vt id quod in numerato eſt ſolum compræendat: mobilia em̄ & immobilia cōplectitur, atque etiā iura cæteraſque huiuſmodi res incorporales: quapropter ſi tibi pecuniā, quā Titius debet, donauero, actionem quoque donaſſe videbor[r]: †
2 hincque apparet, pecuniæ verbum vniuerſale eſſe, vt meritò Senatuſconſultum Trebellianum in eo locum habeat[s], qui pecuniam omnem reſtituere rogatus ſit: de iuribus enim actum quoque intelligetur. cuius rei rationē aſsignat hanc Accurſius, quia omnes res in pecuniam conuerti poſſunt, idque IIII. Ethicorum Ariſtoteles
3 ſenſit. † Sed hac ratione etiam cùm numum dicimus, aliud quàm quod in moneta eſt, ſignificaremus, parque eſſet numi & pecuniæ notatio[t], quod falſum eſt. Verius igitur[u] quod Auguſtinus in lib. de doctrina Chriſtiana tradit, dum[x] Totum, inquit, quod homines in terra habent, quorumque domini ſunt, pecunia dicitur: quia antiqui quod habebant, in pecoribus habebant. Sanè reſtringitur hæc ſignificatio
4 quandoque ex ſubiecto argumento. † Pone, in ſermone hominis illiterati & idiotæ[y], facta eſt pecuniæ mentio, intelligamus anguſtè de pecu-
5 nia numerata[z], quam & vulgares denarios vocant, † cùm denarius propriè ſit decem aſſes, hoc eſt, argenti drachma[a].

q l. pecuniæ. §. eod.
r Bar. l. ſi ſeruus. §. fin. de ſtip. ſer.
s l. nam quod. in fi. ad Treb.
t l. litigatores. §. quod ait. de arbit.
u Iaſ. l. talis. de legat. iij.
x j. q. iij. totū.
y Bar. l. vxorē. §. legauerat. de leg. iij.
z l. j. ad Mace.
a Card. cl. exiui. §. porro. eo. tit.

L. 223. Latæ culpæ.

### LEX CCXXIII.
PAVLVS LIB. III. *Sententiarum.*

LAtæ culpæ finis eſt, non intellige-

### LEX CCXXIII.

1. *Culpa nomen generale eſt, & dolum continet.*
2. *Culpa ſimpliciter de leui accipitur.*
3. *Lata culpa dolo proxima.*
4. *Gratia & facilitas nimia, excuſat à dolo.*
5. *Qui dolum præſtat, de lata quoque culpa accipitur.*
6. *Leuis culpa quid.*
7. *Amicitiæ triplex conditio.*
8. *Amicus alter ipſe.*
9. *Amicitiam, honeſta conſuetudine initam, leges accipiunt.*
10. *Cognationis fauor ad arctiſsimos amicos extenditur.*
11. *Effectus arctiſsimi amoris.*
12. *Amici filij, ſubſtituto per fideicommiſſum ſimpliciter præferuntur.*
13. *Amicus ſine ſpeciali mandato agit.*
14. *Amici fides numero teſtium conualeſcit.*
15. *Iudex de amicorum teſtimonijs arbitrabitur.*
16. *Magna affectio veritatem impedit.*
17. *Viſus ad amicitiam non requiritur neceſſariò.*

LATAE CVLPAE.) † Culpæ nomen generale eſt, & dolum quoque compræendit: qui enim dolo fecit, vtique in culpa eſt. Vnde qui promiſerit damnum præſtare, quod ſerui mei culpa contigerit, ſi quid doloſe deliquerit, vt quia furtum fecerit, reſarcire quo- 1
que tenebitur. † Solent tamen Iuriſconſulti[b], 2
cùm culpam non præſtandam ſimpliciter dicunt, de leui intelligere: lata enim cùm dolo proxima ſit, ferè ſemper præſtanda eſt. † Dici-
3 tur autem dolo proxima duobus modis, aut quia præſumptam in ſe fraudem contineat[c], vt cū non eā diligentiā in rebus alienis quis adhibuit, quā in ſuis: aut quia tā ſupina & inexcuſabilis culpa eſt, vt tametſi nō præſumatur fraus, parū tamē ab ea di-

b l. contractus. ſ. tit. j.
c l. quid Nerua. depoſ.

ſter a: veluti cùm quis in gratiam amici negligés
4 fuit:† licet enim gratia & nimia facilitas excuſet
5 à dolo, proxima tamen illi eſt. † Et ideo regu-
a l. ſi procur. in ſi. mand.
lariter proditum eſt, cùm lex aliquem dolum
præſtare teneri dicit, etiam de lata culpa intelli-
gi: quod tamē quē-
admodum accipiē-
b l. magna.
dum ſit, infrà tracta-
bimus b. Quis autē
huius culpę ſit finis,
id eſt definitio, ſu-
perius diſputaui-
6 mus.† At leuis cul-
pa ſic definiri po-
teſt, vt ſit negligen-
tia, qua quis in re-
bus alienis eam cu-
ram non adhibet,
quam cęteri patres-
familiâs ſolent, tametſi in ſuis minimè diligen- B
tior ſit.

re id, quod omes intelligunt. ¶ Amicos appellare omnes debemus, non leui no- A titia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cū patrefamilias honeſtæ familiaritatis quæſita rationibus.

7 ¶ §. AMICOS.) † Pluribus modis accipitur
amicitia: eſt enim quædam maxima, & penitus
inhærens animis inuicem ſe amantium, cuius
multa exempla commemorat Lucianus in dia-
8 lógo qui Toxaris inſcribitur, quamque Græci
† ſic explicant, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία, vt eadem
anima duob. in corporibus eſſe, videatur, quòd
9 idem vterque velit, nolitque. † Alia eſt, quæ hîc
deſcribitur, non quidem tam ardens, ſed tamen C
non leuiter coniūcta, & honeſta conſuetudine
introducta: & de hac proditum eſt leges acci-
piendas eſſe, quæ cauſa amicitiæ aliquid indul-
c l. ſciēdum. §. ſi alicuius. ff. de legatio.
gent c, vel vetant: prior enim illa, cùm Heſiodi
Erigone ad ſuperos, opinor, receſsit, & nuſ-
quam in humanis habitat. Eſt & alia vulgaris,
qua congerrones, idque genus ſocij etiamnum
vulgo amicos ſe inuicem appellant: ea ex leui
notitia contingit, & inter improbos quoque ple
10 runque eſt. † Sunt autem arctiſsimæ illius amici- D
tiæ cauſa pleraque conceſſa, & quicquid cogna-
d c. requiſiſti. de teſt.
tionis fauore introductum eſt, id omne ad huiuſ
modi amicos extenditur d: quæ enim maior po-
11 teſt eſſe coniunctio ? † Hinc aliqui tradiderunt,
e Bal. l. ſi iure. C. de teſt. manūiſ.
liciti eius amoris ardorem, vim clauſulæ codi-
cillaris habere e: aliqui reuocationem clauſulæ
derogatoriæ inducere, quæ in priore teſtamen-
12 to adiecta ſit f: † aliqui in ſubſtitutione fideicom
miſſaria ſimpliciter facta hoc operari, vt amici
13 ſui filij ſubſtituto præferantur g. † Sunt & qui ſi- E
f Rom. conſ. 179.
g Bar. l. cum a cutiſs. col. 17. C. de fideicomm.
cut coniūctum, ita & amicum abſque mandato
ad agendum admitti crediderint h. Quæ omnia
vera eſſe ego arbitror in priore illa amicitia, quæ
vſqueadeò noſtris temporibus rara eſt, vt cuiuſ-
dam prodigij loco ſit, ſi vſquam gentium repe-
14 riatur. † Sed nunquid amicus ad teſtimonium
h Iaſ. l. ex ingēdi. C. de procur.
i l. ij. de teſtib.
k Fel. c. quoties de teſt.
l Bal. l. eos. C. de teſt.
admiſſus pro amico probet i? Et de fide dimi-
nui illi conſtat, & ideo ex numero teſtium con-
ualeſcere poſſet, vt ſi, vbi aliàs duo ſufficerēt, tres
amici reciperentur. Addunt aliqui tam immen- F
ſam amicitiam poſſe deprændi, vt non ſolùm di-
minueretur, ſed omnino eleuaretur k. Contrà
Bal. l cùm amicitia virtutis & fidei nomen ſit,
non eſſe admittendum, vt propter eam fidei mi-
15 nus teſti adhibeatur. † Sed in hoc deuentum
eſt, vt amicitiæ cauſam iudex inſpiciat, & ſi ex
ſocietate ocioſa, vel non multum egregia, nec
ſeueris uiris laudare conſuetudine proueniſſe
deprēnderit, ſummamq; eſſe, nihil eis fidat, & ita
16 arbitret: † magna enim affectio veritatē prorſus
impedit m. † Nec refert ad amicitiā ſe inuicē vn- 17
m 3. q. 5. accuſatores.
quam viderint aliqui, vel id minus, cùm ex fa-
ma & bonis operibus ſæpius accidat n, vt inter
n 29. q. 1. c. j.
ignotos quoq; non vulgaris dilectio exoriatur.
o 3. q. 5. c. nō omnis.
Sanè non omnis qui parcit, amicus eſt o, nec om-
nis qui verberat,
inimicus, vt Augu-
ſtinus ait.

LEX CCXXIIII.
VENVLEIVS LIB. 8.
*Stipulationum.*

A Vinculorum appellatione, vel priuata, vel publica vincula ſignificantur: cuſtodiæ verò, tantùm publica cuſtodia.

LEX CCXXIV.

1 *Vincula tam publica quàm priuata cēſentur.*
2 *Cuſtodia publici iuris eſt.*
3 *Iudex ex leuiſsima ſuſpicione præuia, qualicunque veſtigatione ducit in carcerem.* B
4 *Iudex nullam pœnam ſuſtinet, innocentem uinciens.*
5 *Actio in iuriarum iudicem punit ciuiliter, qui temerè innocentem capit.*
6 *Reus captus, à religione ſacramēti veritatis nō liberatur.*
7 *Rei carcere tantum cuſtodiæ cauſa concluduntur.*
8 *Ob debitum fiſcale, & qui condemnatus eſt, carceri mancipatur.*

VINCVLORVM.) † In vinculis eſſe 1
C dicitur, quicunque vinctus eſt, ſi-
ue publicè à magiſtratu, ſiue pri-
uatim, vt ſeruus à domino. † Cu- 2
ſtodia verò ad ius publicum perti
net, cùm quis in carcerem detruſus, vel ſub cu- 3
ſtodia magiſtratuum eſt. † Poteſt autem qui tri-
bunali præeſt, ex qualibet leuiſsima ſuſpicione
eum, quem nocentem arbitretur, in carcerem
p Sal. l. nullus C. de exh. re.
ducere p: oportet tamen qualemqualem veſti-
gationem præceſsiſſe, ne iniuriam faciendi cau-
D ſa hoc mandaſſe videatur q: † quo caſu grauare- 4
tur eius opinio, licet pœnā aliquam non ſubeat.
† Solùm enim in ciuilibus receptum eſt, vt iu- 5
q gl. c. ſi. de accuſ. in 6. Bal. l. ſi. C de his. q lat.
dex iniuſtè aliquem in carcere retinens, actione
iniuriarum conueniri poſsit r. † Hincque appa-
ret, cùm iudex ordinarius à captura nocentis 6
r l. pen. C. qui bo. ced.
s Bar. l. Marcellus. rer. amot.
cœpit, non excuſari reū quò minus in examine
interrogatus ſub ſacramenti religione reſpon-
dere teneatur s, deliquerit, an non deliquerit:
alioquin lex ius capiendi non concederet, ſi nō
E niſi præcedentibus indicijs interrogari poſſet. †
Accipitur autem cuſtodia pro carcere t: quoniā 7
t l. ad cōmentarienſem. C. de cuſt. reor.
in illum rei non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi
mittuntur: vnde ſi effugient, cuſtodes ipſi te-
u l. carceri. in ſi. de cuſt. reor.
x Aret. conſ. 38.
nentur: quoniam lex præſumit, non poſſe pa-
rietes effringi u, nec inſtrumenta huiuſce rei
cauſa haberi ſine eorum culpa: idque & Areti-
nus x reſpondit. Accipitur etiam cuſtodia pro 8
ipſis incarceratis apud Modeſtinùm, idq; obſer-
uatè annotauit Accurſius. † An autem ob æs alie
F num capi, & in carcerem detrudi quiſquam poſ-
ſit ? Peritiores negant, niſi fiſcale ſit nomen y,
contumaciaque acceſſerit: vel niſi aliquis iam
y l. nemo car. C. de exact. trib.
z l. j. C. qui bonis. ced.
condemnatus ſit, quo caſu cedendo bonis libe-
ratur z. At olim lege XII. tabularum aliud erat,
cui per deſuetudinem rectè derogatum fuiſſe,
apud Gellium Cæcilius Iuriſconſultus diſputat.

LEX CCXXV.

1 *Venditor mancipij, uitia indicare cogitur.*
2 *Errones poſt vagationes reuertuntur.*

3 Fugitiuus

3 *Fugitiuus eſt, qui actum fugæ adhibuit.*
4 *Verba iactatoria non obligant.*
5 *Iactator cædis quæſtioni tantum poteſt ſubijci.*
6 *Nemo ex confeſsione extra iudicium facta, torquetur.*
7 *Voluntas ſæpe pro exercitio capitur.*

LEX CCXXV.
TRYPHONINVS LIB. I.
*Diſputationum.*

FVgitiuus a eſt, non is qui ſolū fugiendi conſiliū dn̄o ſuſceperit, licet id ſe facturum iactauerit b, ſed q in ipſo facto fugæ vitiū mentis deduxerit: nā & furē, & adulterū, & aleatorē, quāquā alia ſignificatione c ex animi propoſitione cuiuſque ſola dicere quis poſſet, etiam hunc qui nunquam alienam rem inuito dn̄o ſubtraxerit, qui nunq̄ alienā matrēfamilias corruperit, ſi modò eius mētis ſit, vt occaſiōe data id commiſſurus ſit, tamen oportere hæc eadē crimina aſſumpto actu d intelligi: ideo fugitiuū q̄que & erronē, nō ſecūdum ꝓpoſitionē B ſolā, ſed cum aliquo actu intelligi cōſtat. C

LEX CCXXVI.
PAVLVS LIB. I.
*Manualium.*

MAgna negligentia, culpa eſt: magna culpa, dolus eſt.

VGITIVVS.) a ¶ † Qui 1
a l. j. l. quis ſit de ædil. edict.
mancipia
vendunt, ex edicto
Aedilium curulium
certiores facere em
ptores debent, ſer-
uus fugitiuus, an er
2 ro ſit a. † Sunt autem
Errones, hi qui à
domino recedunt,
vt cū vagati aliquā-
diu fuerint, reuertā-
tur. ſic apud Ouidiū
Sappho Phaonem
appellat:

*Nec vos erronem tellure admittite noſtrū.*

Licet eius loci inter
pretes grammatici
id iuris verbum nō
perceperint. † Sanè
3 oſtēdit Iuriſconſul-
tus, ſolam mentem
propoſitumque fu-
giendi non ſufficere, vt fugitiuus quis dicatur,
niſi & aliquis actus fugæ acceſſerit.

b ¶ Iactauerit.) † Verba enim iactatoria non
4 obligāt, & nullius effectus ſunt b: † vnde & ſi quis
b l. ſi. de her. inſt.
iactauerit, ſe Titium occiſurum, quamuis dein-
de conſtet fuiſſe occiſum, non tamen aduerſus
iactatorem illum præſumetur, vt condemnari
c l. ad meti. C. quod me. cau.
poſsit, ſed ſolùm poterit quęſtioni ſubici c. Quid
ſi homine occiſo, glorioſulus aliquis inter con- D
gerrones ſuos iactauerit ſe eius criminis auto-
rem ? Et putauerim non ſufficere id quæſtioni,
niſi aliæ coniecturæ accedant, vt quia inimicus
eius eſſet, vel alioquin percuſſor, & reprobæ vi-
6 tæ: † nam & confeſsio extra iudicium habita,
d l. capite. ff. de adult.
tanti non eſt, vt ex ea ſolū torqueri quis poſsit d.

c Alia ſignificatione.) Quantum ſi reſpe-
e 32 q. 5. qui viderit
ctu Dei vt Accurſius exponit. Quoniā apud Mat-
thæum ſcriptum eſt e: Qui viderit mulierem &
7 concupiuerit, iam mœhatus eſt in corde ſuo. † E
Ego non arbitror Ethnici ſcripta ab Euangelio
interpretationem accipere. Satius igitur eſt, vt
de eo loco intelligamus, quem κατὰ τὴν προπάθειαν
Hieronymus appellat. Grammatici ab affectu
vocant. Cicero in Aratæo carmine:

*Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam.*

Id eſt violare appetiſſe. Vergilius:

*Galli per dumos aderant, arcémque tenebant.*

Id eſt, affectabant tenere. Qua figura & adulte-
rum, & furem, & aleatorem dicemus, qui horum F
criminum affectatores fuerint.

d ¶ Aſſumpto actu intel.) Id eſt, ab actu quē
facere cœperit, & per eum non ſtetit quò minus
faceret, vt Oldradus ait.

LEX CCXXVI.

1 *Negligentia ſimplex, culpa leuiſſima eſt.*
2 *Culpa in legibus accipitur leuis.*
3 *Teſtes qui culpam interueniſſe dicunt ob incertitudinem non probant.*
4 *Lata culpa dolus præſumptus eſt.*
5 *Lata culpa ſæpe & latior dicitur.*
6 *Vbi dolus, ibi & lata culpa præſtatur.*
7 *Lege Cornel. de ſicarijs, lata culpa à dolo diſtinguitur.*
8 *Homicida de dolo tenetur, non lata culpa.*
9 *Vbi expreſſe lex de dolo cauit, lata culpa excluditur.*
10 *Infamiæ nota dolū tantum punit.*
11 *In lata culpa non eſt mala fides.*
12 *Reſtituitur qui in lata culpa eſt.*
13 *In contractu mutui, lata & leuis culpa præſtatur.*
14 *In re friabili, leuiſſima quoque præſtatur culpa.*
15 *In contractu qui alteram duntaxat partem reſpicit, dolus & lata culpa præſtantur.*
16 *In mandato leuis culpa præſtatur.*
17 *Procurator litis de leuiſſima culpa tenetur.*
18 *Lutor in actione nominum tantum de lata culpa tenetur.*
19 *Commodatarius & leuiſſimam culpam præſtat.*

L. 226. Magna.

MAGNA negligentia.) † Negligen- 1
tia ſimplex eſt, quam culpam leuiſ-
ſimam vulgò vocant. † Culpa verò 2
D cùm ſimpliciter in lege ponitur,
pro ea accipitur, quæ leuis eſt: id
enim inter leuiſsimam & latam medium eſt, &
hoc niſi ſubiecta materia repugnet. † Idem in te- 3
ſtibus, qui ſi culpam interueniſſe in contractu
f Alex. l. ſi mora. col. 5. ſol. ma.
profiteantur, propter incertitudinem non pro-
bant f: debuerunt enim declarare expreſsius, an
de leuiſsima, leui, vel lata intelligerent: & hoc
g Corn. conſil. 108. in 1.
Cornæo viſum eſt g. † Magna verò, vel lata cul-
pa, dolus eſt, intellige præſumptus. Nam vero 4
E dolo lata culpa ſolùm proxima eſt. † Appellatur 5
& quandoque in iure hæc culpa latior, ea ratio-
ne, qua comparatiuum pro poſitiuo ſcribimus,
h, vt apud Vergilium:
h l. quod Nerua. depoſ.

*Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

† Cùm igitur lata culpa dolus ſit, conſequens 6
eſt, vt quęlibet diſpoſitio, qua dolū malum dun-
i l. contractus. ff. tit. j.
taxat præſtari tradatur, etiam de lata culpa intel-
ligatur i. Quod ego verum eſſe arbitror, præter-
k l. in lege. Cor. ff. ad l. Corn. de ſicar.
quam in lege Corn. de ſicarijs k: † qui enim ex la-
F ta culpa eo crimine deliquerit, non illius legis 7
pœna, ſed leuius punietur. † Quo exemplo 8
reſponſum eſt, cùm ex ſtatuto pœna mortis ho-
l Card. c. lator. de homic.
micidæ irrogatur l, niſi quis ſe defendendo occi-
derit, nihilominus eum quoque non contineri
qui lata culpa, non autem dolo deliquerat: idq;
receptiſsimum eſt. † Addūt alij idem eſſe gene-
raliter, vbi agitur de pœna etiā pecuniaria, & lex 9
m l. ſi. §. ſed & ſi. ff. vi bo. rapt.
mentionem expreſſam doli facit: tunc enim nō
ſufficere latam culpam m. Quapropter vt iura-

mentum in litem deferatur aduerſus eum, qui in
10 culpa lata ſolùm eſt, obtineri nequit[a]. † Idem in
eo dicendum, qui ſententia iudicis infamia no-
tatur[b]: hoc enim in ſolius doli vltionem con-
11 ceſſum fuit. † Sed & qui in lata culpa eſt, verè
malę fidei non eſt[c]:
at qui in dolo eſt, i-
pſe eſt malæ fidei.
12 † Quapropter & in
integrum reſtitutio
hoc caſu non conce
ditur[d], quam tamē
& maximè negligē
tes ſolent impetra-
re. Sanè quemad-
modum in contra-
ctibus culpa præſtā
da ſit, longa eſt diſputatio, quæ tamen paucis fi-
niri ſic poteſt, vt diſtinguamus, an vtriuſque cau-
ſa ineantur contractus, an dantis tantum, an acci
13 pientis. † In priore caſu non ſolùm lata, ſed & le
uis culpa præſtanda eſt: quod in venditione, pi-
gnore, dote, emphyteuſi, locatione, ſocietate di-
14 cendum eſt[e], † niſi res locata friabilis ſit, & quæ
facilimè frangitur[f]: tunc enim & leuiſsima cul-
pa præſtabitur. Sed & ſi quis ſocium negligen-
tiorem aſſumpſerit, ſibi imputet: non enim quic
quam præſtabit, dum in ſuis rebus diligentior
non ſit[g]. † Sequentis ſpeciei contractus ſolum
15 dolum & latam culpam recipiunt[h]: quapropter
qui depoſitum accepit, leuis culpæ non dam-
nabitur: cum enim ſua gratia contractus initus
non ſit, ſed aliena, æquum viſum eſt vt ſolùm
dolum, ſeu latam culpam præſtaret. Qua ratio-
ne ſi cotra naturam commodati[i], gratia com-
modantis ſolius contrahatur, leuis culpa non o-
16 berit. † Non tamen hæc perpetua ſunt: nam in
mandato etiam leuis culpa quandoque præ-
ſtabitur[k], vt cùm res de qua mandatum eſt, me-
17 diocrem diligentiam requirit. † præſtabitur & le
uiſsima, cùm natura negotij exactiſsimam indu-
ſtriam poſtulat, vt in procuratore ad lites,[l] & prę
fecto Liburnicarum: qui enim huiuſmodi man-
datum ſuſcipit, ſe actui mandato idoneum peni-
tus profiteri videtur: & ita Alex. reſpondit[m]. Ne-
gotiorum quoq; geſtor, leuis culpæ nomine cō-
uenietur: cùm enim ſe ſpontè offerat, mediocrē
18 diligentiam præſtare debet[n]. † In tutelæ quoq;
contractu, quò minoribus magis ſuccurſum eſ-
ſet, leuis culpæ nomine agi poſſe placuit, niſi
in exactione nominum ceſſatum eſſet[o], vel in
prædiorum emptione captio fuerit: tunc enim
ſolùm lata culpa geſtum reſarciet[p]. Sed & tuto-
19 rum hæredes ex lata culpa ſolùm cōuenientur[q].
† In vltimo caſu receptum eſt, etiam leuiſsimæ
culpæ rationem reddendam, vnde commodata-
rius ſic condemnabitur: cùm enim ob eius gra-
tiam cōtractus initus ſit, debuit diligentiſsimus
eſſe[r]: ne beneficium commodanti damnoſum
fiat. Quod & in contraria actione depoſiti & mā
dati eadem ratione receptum eſt[ſ]. In precario
tamen, ſolùm latæ culpæ periculum ſubeundū
eſt: ſibi enim imputet dominus,[t] qui ſtatim pre-
cariū nō reuocet, ſi accipientis diligentiā ſuſpe-
ctam habeat: nā poſtquā reuocauerit, ſi mora fa-
cta fuerit, de leuiſsima quoq; iudicium reddet[u].

a l. in actionib. de in lit. iur.
b §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpect. tut.
c l ſed & ſi. §. ſcire. de petit. hæred.
d l. vbi de eden.
e d. l. cōtractus.
f l. ſi merces. §. qui columnā. locati.
g §. fin. Inſt. pro ſoc.
h d. l. cōtract9.
i l. ſi vt certo. §. interdū. cōmo.
k d. l. cōtract9.
l l. à procur. C. mand.
m Alexā. conſ. 41. in 3.
n l. tutori. C. de neg. geſt.
o l. ŋ. C. arb. tut.
p l. tutor per. §. ŋ. de adm. tut.
q l j. C. de hær. tut.
r §. item is. Inſt. quib. mod. re.
ſ l ſi ſeruus. §. iuſtiſs. de fur.
t l. quæſitū. §. il lud. de preca.
u d. §. ex hoc. et §. ſeruitus.

## LEX CCXXVII.

### IDEM LIB. II. *Manualium.*

EX illa parte edi-
cti, eum quem ei
hæredem eſſe opor-
tet, hæredis hæredi-
bus bonorum poſ-
ſeſsio non defertur.
Item in ſubſtitutiōe
A his verbis, Quiſquis
hæres mihi erit, pro-
ximus hęres tantùm
ſignificatur: imò nō
tantū proximus hæ-
res, ſed etiā ſcriptus.

LEX. CCXXVII.

1 *Edicto, vnde legitimi, agnato bonorum poſſeßio datur.*
2 *Hæres agnati reijcitur à bonorum poſſeßione.*
3.5 *Hæres in edicto ad proximum refertur.*
4 *Quando id non obtineat.*
6 *Subſtitutionis pupillaris ſpes ad hæredem non tranſmittitur.*
7 *Exceptio ad prædictum axioma.*
8 *Amplicatio eiuſdem axiomatis.*

EX ILLA.) † Verba e- 1
dicti vn-
de legiti-
mi à prætore vocan
tur[x], ſunt, eum quē
ei hæredem eſſe o-
portet, ſi inteſtatus
mortuus eſſet, bo-
norum poſſeſſorem faciam. Quibus verbis is
B agnatus cui iure ciuili hæreditas delata eſſet, ad
bonorum poſſeſsionem à prætore admittitur.
† Vnde cùm eius agnati hæres, aut non æquè 2
proximo, aut nullo penitus gradu eum, qui in-
teſtatus mortuus eſt, contingat, meritò à bono-
rum poſſeſsione reijcitur, ſicut & ab hæreditate
repelleretur. † Sicque verbum illud, hæredis, 3
in edicto prætoris ad proximum tantùm refer-
tur. † In caſibus tamen, in quibus ius agno- 4
ſcendę bonorum poſſeſsionis ad hęredem tranſ
mittitur, videretur hæredem quoque hæredis
C cōtineri[y]: vt cùm intra terminum deliberandi
legitimus hæres moritur[z], niſi tunc eum hoc e-
dicto non vocari, ſed aliarum conſtitutionum
extenſione dixeris, quod magis probo. † Alius 5
eſt etiam caſus, quo proximus tantùm hæres in-
telligitur, in illa videlicet ſubſtitutione: Quiſ-
quis mihi hæres erit, Titio filio meo, ſi pupillus
moriatur, hæres eſto. Cuius rei illa eſt ratio, † 6
quòd ſubſtitutionis pupillaris ſpes ad hæredem
non tranſmittitur.[a] † quapropter ſi iuri accre-
D ſcendi coniuncta ſit, aliud eſſet: cùm enim ius 7
accreſcendi non perſonam, ſed rem reſpiciat, hę
redi quoque hæredis portio accreſcit[b]. Et ideo
in propoſita ſubſtitutionis ſpecie, ſi pupilli co-
hæredem adijſſe proponatur, deinde pupillum
mortuum, eius quoque hæreditas illi neceſſariò
accreſcet[c]: quod procedit etiam ſi ante pupil-
lum cohæres iſte deceſſerit: qui enim ei ſucce-
det, pupillo quoque ſuccedet, ne diuerſum ius
inter ipſum & eius autorem inducatur: abſur-
E dum quippe eſſet, primum hæredem potuiſſe
cogi, eius verò ſucceſſorē non poſſe, & melioris
fieri conditionis, idque in pupilli damnum, cu-
ius intereſt ex teſtamento, quod ei fecit pater,
adiri hæreditatem[d]. Vnde cùm de fauore eius
agatur, hæreditas eadem cum paterna cenſe-
tur[e], & altera alteri accreſcit, tametſi verè duæ
hæreditates ſint. † Quod autem ſubijcitur, hac 8
ſubſtitutione ſcriptum hęredem ſolùm cōpræn-
F di, hoc ſignificat, vt nec per filiumfamiliàs pater,
nec per ſeruum dominus admittatur, non enim
illis affectus fuiſſe teſtator videtur, ſed eis ſolùm
quos nominatim ſcripſerat, cùm domini vel pa-
tris ſpes in huiuſmodi acquiſitione incerta ſit.
Quid enim ſi ante quæſitam hæreditatem filius
vel ſeruus de manu exeat[f]? Quid ſi nullis minis,
nullis precibus compelli poſsint, vt adeant? Sed
de hoc latius ſuprà à nobis tractatum eſt[g].

x l. j. vnde leg.
y l. emancip. C. qui adm.
z l. cum antiquiorib. C. de iu re delib.
a l. ſed ſi plures. de vulg.
b l. ſi ex pluri. de ſuis & leg.
c l. qui patri. de acqu. hæred.
d l. ſi pupillus. de acq.
e l. Papin. §. ſed nec impuberis. de inoffic.
f l. cum propo nas. C. de hære. inſt.
g l. ſciendum. §. eod.

LEX CCXXVIII.

1 *Vrbium Romano Imperio ſubiectarum varia erat conditio.*
2 *Vrbes Coloniæ.*
3 *Coloniæ in quibus differebant à municipijs.*
4 *Municipes proprijs legibus vtebantur, & tamen ciues Romani erant.*
5 *Municipes vnde dicti.*
6 *Explicata l. j. ff. ad municip.*
7 *Municipes per abuſionē ſunt cuiuſq; ciuitatis ciues.*
8 *Conciuis, latina vox non eſt.*
9 *Municipes quibus modis fiant. & num. 11.*
10 *Simulata adoptio olim nihil iuuabat.*



## LEX CCXXVIII.

### IDEM LIB. SINGVlari de cognitionibus.

MVnicipes intel-
ligendi ſunt &
hi, qui in eodem mu-
nicipio nati ſunt.

LEX CCXXIX.

MVNICIPES.) † Vrbiū quæ Roma- B
1 no imperio ſubijciebantur, varia
fuit conditio: vt enim ſtipēdiarias
& fœderatas omittamus, earum
quæ ius ciuitatis Romanæ habe-
bant, aliæ coloniæ, aliæ municipia dicebantur.
2 † Coloniæ erant, in quas ciues Romani habitatū
deducti erant, agerque eis aſsignatus: ſolebant
autem deduci veterani, & pro diutinorum labo-
rum mercede, vnde ſenectutem tolerarent, iuge-
ra bina accipiebānt. Cauſa deductionis erat, vel C
infrequentia vrbium, vel pœna, qua veteres co-
3 loni malè de Republica meriti, mulctabantur. †
Hæ Coloniæ tanquam quædam vrbis Romanæ
effigies, paruaque ſimulachra erant: metropo-
lis enim ſuæ legibus neceſsitatibusque aſtrin-
gebantur, & ideo magis obnoxiæ, quàm mu-
nicipia: licet propter autoritatem amplitudi-
nemque Populi Romani maiore in honore eſ-
ſent: vnde & in præmium ius Colonicum qui-
buſdam prouincialibus quandoque tributum D
4 fuit, vt Berytenſibus, & Æliopolitanis[a]. † Mu-
nicipes igitur aliquanto melioris erant condi-
tionis, quòd videlicet ſuis legibus, ſuiſque mo-
ribus viuerent, & nihilominus ciues Rom. eſ-
ſent, honoreſque in vrbe Romana capeſſerent,
5 & ſicut cæteri ſuffragiorum ius haberent, † vnde
& nomen ſumpſerunt, ab eo videlicet, quòd ho-
norarij muneris capaces eſſent, licet onerum ne
ceſsitatibus non aſtringerentur, vt lib. xvj. Aul.
6 Gell. diffuſius explicat: † atque ita intelligenda E
ſunt Vlpiani verba, dum propriè municipes ap-
pellari tradit[b], qui in ciuitatem Romanam a-
7 ſciti ſunt, vt munera nobiſcum faciant. † Sed
nunc abuſiuè municipes dicuntur, ſuæ cuiuſque
ciuitatis ciues. Vnde Puteoli, & Capua, licet Co
lonię Romanorum eſſent, tamen καταχρηστικῶς, mu
nicipia nuncupabantur, & earum vrbium ciues
8 ſe viciſsim communicipes appellant. † Conci-
uem enim latinam vocem non eſſe, plerique ar-
9 bitrant, exemplo græci ſermonis συμπολίτης. † Fiūt F
autem municipes aut natiuitate, ſiue origine, vt
quia ab eo municipio aliquis originem ducit. I-
dem ſi pater eius: paternam enim patriam ſequi
filios legitimos receptum eſt[c]. Aut manumiſ-
ſione: quoniam liberti patroni ſui patriam ac-
quirunt[d]: vnde manumiſsi hodie ciues Roma-
ni fiunt. Aut adoptione, vt quia alienigena à
patre Florentino adoptatus ſit: fiet enim muni-
ceps Florentinus. Quo exemplo receptum eſt,
vt Monachus, vel Canonicus, vel Rector, eius
vrbis municeps cenſeatur, in qua iure ſacerdotij
neceſſariò reſidet. Quod & de milite fatendum
10 eſt[e]. † Illud non prætereundum, P. Mario, L. A-
ſinio conſulibus factum fuiſſe Senatuſconſul-
tum, ne ſimulata adoptio in vlla parte publici
muneris iuuaret: cē
ſerique ſimulatum,
cùm beneficia ſor-
titi, ſtatim emit-
tunt manu, quos
adoptauêre, vt Cor
neus Tacitus libro
decimoquinto ſcri-
11 bit. † Allectione
quoque creanī mu-
nicipes, cùm Reſpu
blica aliquem eli-
git[f], & in ciuem aſ-
ſumit. Quòd ſi a-
B ctum ſit, vt qui allectus eſt, ab omnibus ſit mune
ribus immunis, non ideo tamen minus muni-
ceps eſt, niſi etiam ab honoribus excludatur:
tunc enim abuſiuè municeps dicetur.

a l j. de cenſib.
b l. j. ad munic.
c l. aſſumptio. ad municip.
p l. j. C de lat. lib. tol.
e l. municeps. §. fin. eod. tit.
f l. ciues. C. de incol.

L. 229. Trāſacta.

### IDEM LIB. SINGVlari de tacitis fideicommißis.

A TRāſacta finitáve
intelligere debe-
mus, non ſolùm de
quibus controuerſia
fuerit, ſed etiam quæ
ſine cōtrouerſia ſint
poſſeſſa.

LEX CCXXIX.

1 *Quis dicatur agere.*
2 *Exigere, peragere, tranſigere quid.*
3 *Tranſactio ſtrictè & genericè accipitur.*
4 *Tranſacta dicuntur etiam quæ ſine controuerſia facta ſunt.*
5 *Ratio, quare tranſactionis vox potius ſpecialiter accipiatur.*
6 *Exceptio litis finitæ, ſi, ne vlterius progrediatur, oppoſita fuerit, impedit conteſtationem.*
7 *Quæcunq; exceptiones peremptoriæ, litis conteſtationem impediunt.*
8 *Idq; verum, ſi ſtatim probari poßint.*

D TRANSACTA.) † Agit, qui in iu- 1
dicio proſequitur id, quod ſibi
debetur. Ab hoc verbo dedu-
cuntur exigere, peragere, tranſi
gere. † Exigit, qui quod iudi- 2
cio proſecutus eſt recipit. Per-
agit, qui obtinet: vnde peregiſſe reum dicitur,
qui damnauit. Tranſigit, qui actionem ſibi
competentem[g], ſiue inſtituta, ſiue inſtituenda
ſit, aliquo accepto, cauſa concordiæ omittit.
† Hæcque tranſactionis vera & ſtricta eſt ſigni- 3
E ficatio: generaliter tamen etiam accipitur pro
quocunque actu quo concordia inducatur, vel
ab obligatione recedatur[h], vel ad finem aliquid
ducatur. Vnde tranſigere æſtatem Plinius di-
xit: ſic & tranſigere æuum, tranſigere diem di-
cimus. † Igitur in Senatuſconſulto, quo tranſ- 4
acta, finitáve rata maneant[i]. cautum eſt, trāſacta
generaliter accipiemus, etiam quæ ſine contro-
uerſia facta ſunt. † Cur autem ſpecialiter potius 5
vox hæc accipiatur, dubitari poteſt: an quod par
F ticula, ve, ſubdiſiunctiuæ vim habet, & eodem
ſenſu intelligendam oſtendit, quo & finita intel
ligitur? an quòd nulla eſt ratio, cur magis in ſpe-
cie accipiatur? Nec enim ſolum rata eſſe debent,
quæ iuſta tranſactione ſopita ſunt, ſed & quæ-
cunque alio modo finem habuerunt. † Quapro- 6
pter vulgò dicimus[k], litis finitæ exceptionem,
ſi, ne vlterius procedatur, oppoſita fuerit, con-
teſtationem impedire. Sunt autem huiuſmo-
di exceptiones non hæ tantū, quæ hīc enume-
ratæ ſunt, rei videlicet iudicatę, vel tranſactę, vel
vſucaptæ,

g l. j. de tranſ.
h l. j. de pact.
i l. j. in fin. ad Tertul.
k c. j. de lit. con teſt. in 6.

7 vſucaptæ, ſed etiam multæ aliæ: †vnde generaliter proditum eſt, quancunque exceptionem peremptoriá, qua euidéter & incótinenti cóſtare poſsit, non potuiſſe reum in ius vocari, litis conteſtationẽ impedire[a]: veluti, quoties conſtat actionem nullam actori competere, vt quia lex dicat, eius rei nomine actio nulla petitióve ſit[b]. Idem ſi agentis nihil interſit, vel incriminalibus accuſationibus ex exceptione obiecta factum impunibile reddatur,[c] idq́ue protinus ap-
8 pareat. †Nam recepti iuris eſt, nullam exceptionem, etiam rei iudicatę litis cóteſtationem & cauſę ſtatum impedire niſi ſtatim probari poſsit, idq́ue ſe facturum re us recipiat. Quæ enim altiorem indagationem requirunt, poſt iudicium acceptum reſeruantur[d].

a Bar. l. eleganter. §. ſi qs poſt. de cond. indeb.
b l. mater. de in off. teſt.
c l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ.
d Bar. l. nam & poſtea. de iureiur.

LEX CCXXX.

IDEM LIB. SINGVLARI ad S. C. Orphicianum.

A VT ſunt iudicio terminata, tranſactióe cópoſita, longioris téporis ſilentio finita.

LEX CCXXXI.

LEX CCXXX.

1 *Tres exceptiones, litis conteſtationẽ impedientes hic enumerantur.*
2 *Finitæ intelliguntur, quæ longioris temporis ſilentio finita ſunt.*
3 *Vſucapio & mobilium & immobilium rerum eſt, contra communem.*
4 *Præſcriptio propriè eſt exceptio ex vſucapione deſcendens.*
5 *Præſcriptionis vera diffinitio.*
6.7 *Vſucapione ſemper directum acquiri dominium, tam in mobilibus rebus, quàm in immobilibus.*
8 *Vſucapiens cum mala fide, ſolam exceptionem habet ad ſe defendendum.*

1 VT SVNT) †Enumerantur hîc tres exceptiones, quę litis conteſtationem impediunt, ſi à reo ſint oppoſitæ, quia litigare ſe velle neget: tanquam res minimè dubia ſit, quá finitam eſſe iam conſtet. Quòd ſi ſimpliciter ſe non debere aſſerat, litemq́; conteſtetur, tunc in vim peremptoriarum obijcientur, cognoſcet-
2 que iudex & diffinitiuè pronuntiabit. † Sanè E annotádus eſt lóquendi modus, dũ Iuriſconſultus finita intelligit, quæ longioris temporis ſilentio finita ſunt: quibus verbis per vſucapionem negotium finiri ait, non autem dominium acquiri. In quo articulo à noſtratibus Doctoribus diu diſputatum fuit[e], in hocq́ue tandem deuentum, vt vſucapione directum dominium,
3 præſcriptione vtile ſolùm acquiratur. † Eſſe autem vſucapionem in rebus mobilibus, præſcriptionem in immobilibus. Quæ ſententia om- F nino mihi non placet: paſsim enim veteres vſucapionem appellant, etiam immobilium rerum[f]: idq́ue & Iuriſconſultorum verbis & ex XII. tabularum lege, cæteriſq́ue autoribus, & M.
4 Cicerone, præſertim in Topicis, probari poteſt. † Præſcriptionem verò aſſumere propriè videntur pro exceptione ipſa, quę ex vſucapione deſcendit: & ideo rectè iudicio meo diffiniuerunt
5 veteres, † Præſcriptionem eſſe exceptionem, quæ ex temporis lapſu ſubſtantiá capit, & actioni objicit[g]. Licet Neoterici futilib. qbuſdam argumentis diſſentiant. † Igitur per vſucapionem 6 acquiri verum & directum dominium, ſiue mobiles ſint res, ſiue immobiles ego arbitror. Et cũ dominium ſit iuris, non eſt dubium: poſſe autoritate legis propriè & verè transferri. Nititurq́ue ea ratione lex, quòd qui vſucapi rem ſuam permittit, præſtare conſenſum translationi videtur[h], alioqui nec mobilium rerum vſucapio vnquam procederet, cùm inuito domino contrectatæ res, vitio reali, id eſt, fur- B ti afficerétur: quo caſu lex Attinia vſucapionem inhibet. † Cùm ergo in huiuſmodi rerum vſucapione ceſſante odio furis interpretet lex ac- 7 ceſsiſſe conſenſum, meritò dubitandum non eſt, directum dominium acquiri: in rebus autem immobilibus, cùm aduerſus ſcientem & negligentem vſu quis acquirit, eadem ratiò ſuadet vt idem credamus. In ignorante magis dubitari poſſet: ſed tamen tum quoque propter autoritatem legis verius eſt, directum transferri: licet C ratione naturali perſpecta, quandoque dicatur vtiliter aduerſus eum præſcribi[i], idq́ue eius effectus eſt, quòd re huiuſmodi ad extranei manus delata, poſſet naturalis dominus vendicatione vti, nec admitteretur poſſeſſor, qui ab alio vſucaptum eſſe affirmaret: quid enim ad eum pertineret, de iure alterius diſceptare? † Illud 8 vulgò cognitum, qui cùm mala fide vſuceperit, nullum dominij ius acquiſiuiſſe[k], ſed ſola exceptione defendi: cæterùm iure Pontificio nec vſucepiſſe intelligitur[l]. D

e in rub. de pſc.
f l iij. ſi fur. in fi. l. cum qui de uſucap.
g 16. quæ. iij. in ſumma.
h l. alienationis §. eod.
i l. j. in fi. de aqua plu. ar.
k l. ſi quis emp. §. j. de præſcr. xxx
l c. fi. de pſcript.

IDEM LIB. SINGVLAri ad S. C. Tertullianum.

A QVod dicimus, eum q naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cũ de ipſius iure quęritur: alíjs autem nõ prodeſt, niſi natus ſit.

LEX. CCXXX.

1. 6 *Regula, qua dicitur, eum qui in vtero eſt, pro nato haberi, vera eſt, quoties de eius vtilitate quæritur: ſecus ſi de alterius.*
2 *Hæc limitatio exemplo declaratur.*
3 *Eius exempli reſtrictio.*
4 *Argumentum ex hac lege ductum, de lupa plures lupulos edente.*
3 *Fictio illa, quòd in vtero exiſtens pro nato habeatur, in brutis non habet locum.*
7 *Infans conceptus dicitur poſt infuſum ſemen.*
8 *Indicia inchoati hominis quæ.*
9 *Quando anima infundatur conceptui.*

QVOD DICIMVS.) † Superius traditũ fuit, eum qui in vtero eſt, haberi pro na- 1 to: quæ regula hîc declarat, vt vera ſit, quoties de eius vtilitate quæritur: alijs F enim non prodeſt, niſi natus ſit. † Quapropter in 2 illa conditione fideicommiſsi, ſi rex Parthorum ſine liberis ex ſe legitimè natis deceſſerit, talis reſpublica ſit hæres: reſpondit Baldus[m], qui in vtero tempore mortis fuerit, non eſſe impedimento, quo minus eueniſſe conditio videatur: hic enim non de ventris, ſed de hæredis cómodo agit. † Quòd ſi is hæres qui grauatus 3 eſt, ipſe poſthumi pater ſit, aliud mihi videretur: intereſt enim haud dubiè eius, qui in vtero eſt, vt pro nato habeatur, ſicq́; paternam hæreditaté locupletiorem habeat. quod & Aretinus[a], licet alia ratione motus, probat. † Cęterùm ex hoc reſpon-
4 ſo tradunt plerique, ſi ei, qui lupum ceperit, aliquod præmium cóſtitutum ſit, venatorem à quo lupa prægnans capta fuerit, non vltra vnicum præmium conſequi poſſe, etiam ſi deinde enixa plures lupulos ediderit: hoc enim caſu non de lupulorum, ſed de venatoris vtilitate
5 agi. † Quod vt verum arbitror, ita cóſtanter negauerim, fictionem hanc in brutorum partu locum habere: ſolius enim hominis cauſa introducta eſt, nec æquitas vlla ſub-
6 eſt, vt in belluis eadem fingamus. † Et quod diximus, in aliorum commodum non fingi, intel- B ligendum eſt, vt nec patri quidem proſit: nam vt ius trium liberorum interim habeat, haudquaquam ſatis eſt duobus natis, alium in vtero adhuc eſſe: idq́ue diuus Seuerus conſtituit[b]. Quocirca nec matri quidem proderit, quæ licet prægnans puniri ſummo ſupplicio nequeat[c], & ventris nomine in poſſeſsionem mittatur[d]: non tamen hoc ideo eſt, quia iam peperiſſe fingatur, ſed quia qualiſcunque futura eſt ſpes in lucem prodituri hominis, extinguenda non fuit. Subeſt autem ſpes illa à conceptionis die, vſque ad
7 decimum menſem: † diciturq́ue conceptus in-
8 fans, poſt infuſum ſemen: † ab eo enim tempore poſt decem dies dolores capitis, vertiginesq́; oculorum mulieri oriuntur, indicium ſcilicet, vt Plinius, inquit, inchoati hominis: motus verò in vtero quadrageſimo fit die: ſicq́ue & omnibus antiquis, & etiam Iuriſconſultis conceptum ac-
9 cipi dubium non eſt: † licet recentiores aliqui, ſolùm quadrageſimo die conceptum infantem dici opinentur[e]: tunc enim infundi illi animam. Sed Phyſicorũ celeberrimi quadrageſimoquinto in maribus id fieri prodiderunt, longiore in fœminis termino. Empedocles, Diogenes, Herophilus, dum in vtero ſit, propriam animam non habere vllam exiſtimauerunt, ſed matris virtute agitari. Orthodoxi autores animam formato iam in humanam effigiem ſemine, à Deo creari, infundiq́ue receperunt: quo autem tempore corpus ipſum formetur, in medium reli- E querunt. quod & nos facturi ſumus, cùm id ad Iuriſconſultos minimè pertineat, qui, vt diximus, cóceptionem ab infuſo ſemine appellant, non à conformatione quæ in vtero fiat: quando quidem & inter ipſos Philoſophos hac de re minimè conuenit, varijs Empedoclis, Aſclepiadæq́ue ſententijs, quarum libro de placitis philoſophorum quinto, Plutarch. meminit.

m Bal. l. qui in utero. de ſtatu hom.



a Aret. l. qui filiabus. de leg. j.
b l. iij. de exc. tu.
c l. prægnantis §. de pœnis.
d l. j. §. ſi mul. ven. nom.
e In auth. de reſtit. & ea. §. vnũ

LEX CCXXXII.

CAIVS LIB. I. DE verborum obligationibus.

HÆc enuntiatio, quæ fuit pluris aureorum xxx. ſimul & quantitatis, & ęſtimationis ſignificatiua eſt.

LEX CCXXXII.

1 *Hæc locutio, Pluris aureorum xxx. & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.* F
2 *Taxatio aurei in conſtitutionibus principum.*
3 *Aureus, quo hodie vtimur, veteri ſurrogatus.*
4 *Denarius & aureus an idem.*

1 HÆC enuntiatio.) † Quoties ita loquimur, Quod in cenſum detulit Titius, pluris eſt aureorum xxx. id ſignificare poteſt, nó ſolùm quantitatem xxx. aureorum in cenſum relatam, ſed etiam tantum rerum, ſeu corporum detuliſſe, quátum æſtimatio triginta aureorum efficere poteſt. † Superius 2 autem admonui in Cæſarum conſtitutionibus ita taxari aureum[f], vt ſeptuaginta duo aurei libram conficiant: licet aureus, qui hodie in vſu eſt, minoris ſit æſtimationis, cùm nonaginta ſex ex eis libra contineat. Vnde aliqui cẽſuerunt, tametſi cóſtitutum ſit, donationem vltra quingentos aureos aut ſolidos, niſi inſinuata ſit[g], non valere, eam tamen in qua DCLXVI. noſtrates aurei erogati ſint, valere: & ita Ang. & Iaſon. viſum eſt.[h] † No 3 bis videtur aureum, quo hodiæ vtimur, ex generali omnium populorum conſuetudine, eſſe ve- B teri illi ſubrogatum: & ideo quæ de ſolido in iure ciuili cauta ſunt, ad noſtrum hunc, quamuis leuioris ſit ponderis, referenda. Nam & in præſentia propter temporum qualitates, pauperiores ſunt ciues quàm olim eſſent[i]: & ante eas conſtitutiones, cùm Romanum floreret imperium, cóſtat grauioris ponderis aureos numos ſignari ſolitos. † Sunt & qui denarios aureos variæ æſtima 4 tionis quoque ſignatos fuiſſe crediderint, idemq́ue arbitrantur denarium & numum eſſe.[k] vul- C garisq́ue ſermonis argumento vtuntur: qua in re vulgarem ipſi doctrinam planè oſtendunt. Denarius enĩ argenteus ſolùm erat póderis drachmæ, quatuorq́ue ſeſtertijs numis cenſebatur, hoc eſt, æris aſsibus decem, vnde & nomen ſumpſit. Tritiora ſunt hæc apud rei Latinæ peritos, quàm vt autorum tibicinibus ſit opus: apud Græcos tamen dubium non eſt, auream quoq; drachmam ſignari ſolitam, quã à ſimilitudine ponderis Plinius quandoq; κατα χρυσινῶς denarium appellat.

L. 233. Si calumnietur.

f l. quoties. C. de ſuſcept. lib. x.
g l. ſancimus. C. de don.
h Iaſ. l. iij. §. ex his. in fi. de uer. obl.
i §. j. Inſtit. de ſuc. lib.
k Doc. in l. quę extrinſecus. de verb. obl.

LEX CCXXXIII.

A IDEM LIB. I. AD LEgem xij. tabularum.

SI calumnietur, & moretĩ, & fruſtre-

LEX CCXXXIII.

1 *Interpretatio verborũ, Calumnietur, moretur, fruſtretur.*
2 *Calumniari & cauillari idem.*
3 *Quæ mora calumniæ præſumptionem inducat.*
4 *Inſtantiæ terminus in criminalibus biennium, in ciuilibus triennium.*
5 *Error quorundam in iudicijs.*
6 *Calumniator eſt, qui de re minima litem criminalem orditur.*
7 *Sycophantæ apud Athenienſes.*
8 *De re minima agentes, à iudicio repellendi.*
9 *Voti deſcriptio.*
10 *Vota olim pro principe nuncupabantur.*
11 *Vota anniuerſaria ob diem imperij.*
12 *Vota ob ſalutem principis à ſacerdotibus & conſulibus.*
13 *Item à priuatis.*
14 *Vota in quinquennium publicè nuncupata.*
15 *Votorum origo.*
16 *Vota decennalia.*
17 *Item vicennalia, tricennalia.*
18 *Teli qualis acceptio.*
19 *Teli etymon.*
20 *Quod Latini telum, Græci βέλος dicunt.*
21 *τόξευμα & τόξος.*
22 *Emendatus locus in hac lege.*

SI CALVMNIETVR.) Arbitror enunciatiuè verba hæc poſita eſſe, & vt recentiores dialectici dicunt, materialiter. † Interpretatur autem ea Iuriſconſul- 1

conſultus, vt caluminari idem ſit, quod per mo-
ras & fruſtrationes negotium differre, vel per
2 fraudem alios litibus vexare.† Idemque & cauil-
lari dicitur: vtrunque enim verbum ab antiquo
verbo caluire deducitur, ꝙ decipere ſignificat,
& fruſtrari: tracta à
caluis metaphora,
qui eos fruſtrantur,
à quibus per capil-
los præhendi videã-
3 tur. † Quæ autem
mora calumniæ præ-
ſumptionem indu-
cat, ſic definiri po-
teſt, vt qui in termi-
no accuſationi proſequendæ arbitratu iudicis
conſtituto, non adeſt, cauillari videatur [a]. non
debet autem is terminus eſſe longior, quàm vt
4 intra biennium cauſa expediri poſsit: † is enim
eſt inſtantiæ criminalium finis, ſicut triennium
in ciuilibus [b]. † E ideò bis errant vulgares latrun
5 culatores, qui ſi reum conuincere nequeant, eũ
rebus ſic ſtantibus abſoluunt, vt quandocunque
vel minima coniectura ducti, rurſus in carcerem
trudant. Nam elapſo biennio inquietari ampli-
us non poteſt: & cùm accuſatori ſtatutus eſt ter-
minus probationum recipiendarũ cauſa [c], ſi pro-
batum non ſit, diffinitiuè reus eſt abſoluendus,
non autem ea forma, quam concuſſores, & δημο-
6 βόροι iudices repererunt [d]. † Sanè & qui de re mi-
nima litem criminalem orditur, videtur non ab-
ſurdè calumniator poſſe appellari [e]: † exemplo
7 Athenienſium, qui huiuſmodi homines Syco-
phantas vocabãt, quòd propter ſubreptos ficus,
minimaque huiuſmodi detrimenta, capitalem
8 quæſtionem excitarent. † Quapropter ſi qui col-
litigant de re minima, & viciſsim longas amba-
ges, tricaſque accumulant, non de vtilitate ſo-
liciti, ſed vt aduerſario noceant, putauerim par-
tes religioſi iudicis fore, vt ceu cauillatores eos
reijciat, actionemque deneget.

a l. qui crimen. C. de accuſ.
b l. j. C. vt int. cert. temp.
c l. properandum §. & ſi quidem. C. de iudi.
d Imol. c. j. de officio ord.
e l. fuſtibus. C. de infam.

tur: inde & calumnia-
tores appellati ſunt,
qui per fraudem &
A fruſtrationẽ alios ve
xarẽt litibus: & inde
cauillatio dicta eſt.

Poſt calendas Ia-
nuarias die tertio ꝓ
ſalute principis vo-
ta ſuſcipiuntur.

Telũ vulgò quidẽ
id appellat̃, quod ab

¶ §. POST CALENDAS.) † Votum, eſt
9 alicuius faciendi, vel non faciendi, verſus Deũ
10 deliberata & iuſta promiſsio. † Solebant autem
veteres quamplurima vota pro principe nuncu-
11 pare. † Concipiebantur vota anniuerſaria ob diẽ
Imperij, cùm videlicet ad imperium princeps
aſſumptus eſſet quorum & in iure mentio habe-
tur [f]. Imperatori Veſpaſiano diem Imperij fuiſſe
Calendis Iulijs, eumque in poſterum celebra-
12 tum, apud autores traditum extat. † Concipie-
bantur ob ſalutẽ principis à ſacerdotibus & Cõ-
ſulibus, idque poſt tertium diem Calendarum
Ianuariarum, vt hîc dicitur: pertinebatque in
prouincijs hæc cura ad præſides, qui commili-
tonibus & Prouincialibus præibant. vt Cæcilius
Plin. libro X. Epiſtolarum eſt autor. Calendis i-
pſis nõ autem poſt tertium diem hæc vota ſuſci-
pi Cornel. Tacitus libro quarto ſentire videtur.
Idem Tiberium ægrè tuliſſe tradit, ꝙ Pontifices
cum pro eius incolumitate vota ſuſciperent, ijſ-
dem dijs filios quoque Germanici commendaſ-
ſent. Sed & libro X VI. Traſeæ ab accuſatore
obiectũ ſcribit, quòd principio anni ſolẽne iuſ-
iurandum vitaret, nuncupationibusque voto-
rum non adeſſet, quamuis quindecimuirali ſa-
cerdotio præditus. Addit Septimius in Apolo-
getico, tum ſolitos ciues focos & choros in pu-
blicum educere, vicatim epulari, ciuitatem ta-
bernæ habitu oblefacere, vino lutum cogere,

f l. omnes. C. de ferijs.

catervatim curſitare. † Concipiebantur & pro ſa 13
lute principis vota à priuatis, aliquid vouenti-
bus, ſi principem ſuperſtitem reliquiſſent, vt in
Auguſto Tranquillus oſtendit. Idem autor eſt,
C. Cæſarem Caligulam pleroſque huiuſmodi
conualeſcentes, tan-
quã impoſtores per
ora hominum tradu
ctos, infulatoſque
peſsimè mulctaſſe,
quoſdam etiam ad
necem vſque compu
liſſe. † Erant & alia 14
vota, quæ in quin-
quennium, publicè
nuncupabantur, habebãturque tũ ludi pulcher-
rimi, & Quinquennalia appellantur. † Eorum 15
origo videtur ex libris Sibyllinis emanaſſe, qui-
bus tradebatur, vt in difficilimis Reipublicæ tẽ-
B poribus ver ſacrum vouerent, ſi ad quinquen-
nium proximum res itæ ſaluæ, vti tunc erant, fo-
rẽt: cuius rei libro XXXII. T. Liuius meminit.
Horum votorum ludorumque Quinquennali-
um & Nazarius, & Mamertinus in Panegyricis
mentionem fecerunt. † Sunt & Decẽnalia uota, 16
quorum rationem Dion in Auguſti vita ſic exe-
quitur: cum Auguſtus Remp. reſtituere vellet, re
clamantib. cunctis, non vltra decenniũ ſe impe-
raturũ promiſiſſe, quo tempore elapſo, precibus
C adactum, in ſequens decennium diſtuliſſe, atque
item in aliud. Quamobrem eius ſucceſſores,
licet perpetuam adminiſtrationem accipiant,
ſingulis tamen decem annis ludos vouent, quos
celeberrimos faciunt, tanquam principatum
tunc renouare incipiant. † Hinc & vicennalia & 17
tricennalia dicta ſunt. Notantur autem in vete-
ribus numiſmatis hoc modo VOT. X. VOT. XX.
VOT. XXX. Horum meminit Trebellius in ui-
ta Galieni, & Ammianus Marcellinus, qui Con-
D ſtantium Imperatorem ſcribit Arelate tricenna-
lia celebraſſe, Theatraleſque & Circenſes lu-
dos ambitioſo apparatu.

¶ §. TELVM.) Plectit lex Cornelia eum,
qui cum telo cauſa hominis occidendi fue-
rit: † dubitatum eſt quemadmodum telum ac- 18
cipiendum ſit: & non ſolùm quod ab arcu mit-
titur ſignificari, ſed omne quod manu mitti po-
teſt Iuriſconſultus ait, † idque argumento ab 19
etymologia ſumpto: ſi quidem telum dicitur
E ἀπὸ τ̃ τηλ̃ quod longè ſignificat. Probatur idem &
Græci ſermonis ſimilitudine: † quod enim nos 20
telum dicimus, illi βέλος dicunt: deduciturque
ea vox ἀπὸ τ̃ βάλλεσθαι, id eſt, à iaciendo. † Quamuis 21
quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dica-
tur: τόξος enim arcum ſignificat: vnde & toxi-
cum, quoniam eo ſagittæ intingebantur, vt Pli-
nius ait. Quod autem ita ſit in ſermone græco,
probat Iuriſconſultus autoritate Xenophontis,
qui ita ſcribit lib. expeditionis Cyri. V. τὰ βέλη ὁμῶς
F ἔχοντο λογχαὶ τοξεύματα σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ οἰστοί. Huiuſ-
modi, inquit, tela ſimul ab eis habebantur, lan-
ceæ, ſpicula, fundæ plurimis autem & ſagittæ. † 22
Sic autem emendandus hic eſt locus ex antiquo
rum codicum lectione, ſuſpicorq; eodem mo-
do ſcriptum fuiſſe à Tribuniano in Inſtitutioni-
bus ſub rubrica de publicis iudicijs, vbi epi
gramma in Xerolopho ſcriptum allegatur. Quã-
uis enim me non lateat, in Xerolopho tripodes
fuiſſe, in quibus epigrammata ſcribi ſolerẽt, vt
etiam Priſcianus libro primo ſcribit Xerolo-
phique



phique mentio pro tumulo ex congeſtis lapidi-
bus facto ſit etiam Suidæ: tamen conuenire ma-
gis videtur, vt Xenophontis facta ſit mentio, ac-
ceperitque Tribunianus eum locum à Iuriſcon-
ſulti hoc reſponſo.

LEX CCXXXIV.

1 Hoſtis apud antiquos pro peregrino.
2 Hoſtire ſignificat æquare, & hoſtimentũ pro æquamento.
3 Hoſtis pro perduelle.
4 Hoſtes publicos inimicos ſignificãt.
5 Perduelliones qui veteribus dicti.
6 Quod ſit perduellionis crimen.
7 Crimen perduellionis & læſæ maieſtatis differunt.
8 Si legatus Cæſ. mandet alicui, vt principi centum aureos mutuet ſub pœna perduellionis, an id non faciẽs perduellis ſit.
9 Si princeps aliquem nouarum rerum ſuſpectum vrbe abſcedere iubeat, certáque illi confinia conſtituat, iſque non paruerit, an ſit reus læſæ maieſtatis.
10 Locupletes antiquis qdicti, & quis propriè ſit locuples.
11 Qui pro qualitate rei, de qua agit̃, nõ habet, paup̃ dicit̃.
12 Quis locuples ſit, vel pauper, in iudicãtis abitrio cõſiſtit.
13 Apellatione victus & veſtimenta & ſtramenta cõtineri.
14 Nomine ſtramentorum quid ſignificetur.
15 Verbum, nutrire, an cum verbo, viuere, in ſignificatu (conueniat.
16 Quid de verbo, cibare.
17 Cibi appellatio potum continet. 18 Cibarius panis.

arcu mittit̃: ſed nunc
omne ſignificat̃, q̃d
mittit̃ manu: itaq; ſe-
quitur, vt & lapis, &
lignũ, & ferrum hoc
nomine cõtineat̃: di-
ctum ab eo, quòd in
longinquum mittit̃,
ἀπὸ τ̃ τηλ̃ græca voce
figuratum: & hãc ſi-
gnificationem inue-
nire poſſumus & in
græco nomine: nam
ꝙ nos telum appella
mus, illi βέλος appel-
lãt: eo ꝗ nomine vul
gò quidem id ſinifi-
catur, quod ab arcu
mittitur. Sed nõ mi-
nus omne ſignificat̃,
quod mittitur manu,
ἀπὸ τ̃ βάλλεσθαι. & id q̃d
ab arcu mittit̃, apud
Græcos quidem pro
A prio nõine τόξευμα vo
catur, apud nos autẽ
cõmuni nomine te-
lum appellatur: ſic &
Xenophon, τὰ βέλη ὁ-
μῶς ἔχοντο, λογχαὶ, τοξεύμα-
τα σφενδόναι πλεῖστοι δὲ καὶ οἰστοί

LEX CCXXXIIII.
B Idem lib. 2. ad Leg. 12. Tabul.

QVos nos hoſtes
appellamus, eos
veteres Perduelles
appellabãt, per ean-
dem adiectionẽ indi
cantes, cũ quibꝰ bel-
C lũ eſſet. Locuples
eſt, qui ſatis & idoneè
habet, pro magnitu-

1 Q VOS NOS HOSTES.) † Hoſtis
apud antiquos pro peregrino
accipiebatur, quòd ſuis legibus
ita viueret, ſicut nos noſtris, & i-
2 deo par nobis videretur. † Hoſtire
enim æquare ſignificat, vnde Hoſtimentum æqua
mentum eſt. Sic Plautus in Aſinaria: Par pari ho-
3 ſtimẽtum datũ eſt, opera pro pecunia. † Deinde E
cœpta eſt hæc vox in alium ſenſum accipi, vt vi-
delicet perduellem ſignificaret: nam & illi iure
gentium æquali cauſa ad bellum procedere exi-
ſtimabantur: vnde quos eo bello capiebant, ſer-
uos ſibi efficiebant, dominiumq; eo iure acqui-
rebãt: & licet ex ſua malitia lucrari nemo de-
beat, captiuos tamen ſibi acquirebãt: quoniã nõ
per malitiã aut fraudẽ agere, ſed æqua cũ Roma-
nis cauſa rẽ gerere exiſtimabatur. Licet enim iu-
re ciuili Romani præcellant iure tamẽ gentium F
4 æquales cæteris cenſent̃. † Meritò igit̃ hoſtes, pu-
blicos inimicos ſignificãt: quos veteres, qa cũ il-
5 lis duellũ, id eſt, bellũ eſſet, † perduelliones ap-
pellabant: ea eñ dictione hi ſolùm indicãtur, ad-
verſus quos ius belli eſt. Quapropter priuatus ini-
micus, noſter perduellio nõ eſt. Latrones quoq;
perduelliones nõ ſunt: vnde & Cicero lib. II. Of-
ficiorũ: Pirata, inquit, nõ eſt ex perduelliũ nume-
ro definitus, ſed cõmunis hoſtis omniũ. Cũ ergo
hanc vocem perduellionis adiecimus, de his in-
dicamus, quibus cũ ſit bellum. Et ita ego inter-
pretor, licet aliter Accurſius intelligat. † Hincq; 
apparet, ꝙ ſit perduellionis crimẽ [a], nimirũ cũ qs 6
hoſtili animo aduerſus Rempu. vel principẽ ani
matus fuit. † Quapropter nõ omne læſæ maieſtatis 7
crimẽ, idem & per-
duellionis eſt, ſed
alterũ altero gene-
ralius eſt. † Sed qd ſi 8
legatus Cæſaris mi-
hi mandet, vt prin-
cipi aureos centum
mutuem ſub pœna
perduellionis, an ni
ſi id faciã, ceu hoſtis
plecti potero? Et pu
to non poſſe legatũ
ſtatuere id perduel
lionis crimen eſſe [b],
ꝙ non ſit: ſicut nec
in huiuſmodi iuſsi-
onis executionẽ cõ
tumacium bona pu
blicare poterit [c], ꝙ
prĩcipi, hiſq; qui in
ſumma adminiſtra-
tione ſunt, tantum
cõceditur. Nec ideo
ꝙ extra ordinem id 9
munus aliquib. de-
mandatũ ſit, vident̃
in ſũma adminiſtra
tiõe eſſe: imò hac in
re concuſſoris potius munere fungunt̃, tyrãnicæ
auaritiæ ſatellites, publici fures, & ꝙ dicit̃, ſplen
patriæ. † Sed qd ſi ipſe princeps aliquam nouarũ
rerum ſuſpectum, vrbe abſcedere iubeat, certa-
que illi confinia conſtituat, vnde citra ſuum
iuſſum non abſcedat, iſque non paruerit, an læſæ
maieſtatis reus erit? Et Bald. [d] negauit, ſed tan-
D tum modo arbitratu principis extra ordinem
ceu ſacrilegum plectendum [e].

¶ §. LOCVPLES.) † Locuptes antiqui lo- 10
corum, id eſt, agrorum plenos appellabant: vn-
de qui ex prædiorum poſſeſsionibus diues eſt, is
propriè eſt locuples [f]. Cum ergo in edicto præ
toris, qui in ius vocati ſunt, fideiuſſorem locu-
pletem iudicio ſiſti dare debeant, eum intellige-
mus, qui ſatis & idoneè habet, in rebus tamen
immobilibus, pro magnitudine rei quæ petitur.
E † Et inde conſequens eſt, vt qui pro qualitate rei, 11
de qua agitur, ſatis non habent, dicatur pauper.
Et ideo facto legato pro pauperibus puellis ma-
rito tradendis, poterit hæres etiam nobilis viri
filiam eligere, qui licet habeat, vnde viuat, nõ
tamen, ſalua dignitate ſua, ſi quicquam dotis
nomine alienaret, viuere poſſet [g]. Scribit Corn.
Tacitus Valerio Meſſalæ conſuli, qui oratoris
Coruini pronepos fuit, obtuliſſe Neronem in
ſingulos annos quingenta ſeſtertia, quibus
F paupertatem in noxiam ſuſtentaret: quæ ſum-
ma noſtræ pecuniæ eſt, duodecim millium & quĩ
gentorum aureorum. Eam ſi qui hodie habent,
omnium ditiſsimi exiſtimantur, & tamen tunc
Meſſala paupertate laborare credebatur. † In 12
arbitrio itaque ius dicentis erit, vt ex perſonarũ
& rerum qualitate dijudicet, quem locupletem,
quemque pauperem ducat. Vt quis verò ab ac-
cuſatione propter paupertatem reijciatur, ſuf-
ficiet ſi minus q̃ quinquaginta aureos in bonis
habeat [h]. Abſurdũ fortè viſum eſt, illũ ad crimi-

L. 234. Quos.
a l. fin. ad l. Iul. maieſt.
b l. famoſi verſ. hoc tamẽ. e. tit.
c l. j. C. ne ſine iuſſ.
d Bal. conſ. 271. in ij.
e l. ſacrilegij. C. de diuerſ. reſcr.
f l. ij. §. qui ſatiſ.
g Bal. l. ſi quis ad declinandã. C. de epiſc. & cl.
h l. nonnulli. de accuſ.

nis executionem admittere, qui si aduersus edictum eum, cui venia debetur: in ius uocaret, nó haberet vnde pœnam solueret [a].

a l.fin. de in ius voc.

13 ¶ §. VERBVM VIVERE.) †Superius à nobis tractatũ fuit, quemadmodũ appellatione victus etiam vestimenta continentur: additur hic etiã stramenta cõtineri, †quo nomine signi-
14 ficatur omne quod solo causa quiescendi insternitur, vt storeę, phormiones, paleę, & mattæ: vnde & vulgò mattaracia
15 vocamus. † Sed q, de verbo, viuere, hîc dicit, nũ & in verbo nutrire, eãdem interpretationem accipiemus? & apud Cornæum[b] responsum extat, idẽ esse.
16 ¶ Quid si cibare dictum sit? & aliud esse arbitror, cùm cõstet cibũ cibariaq; ad esculenta solùm referri. † Cibi verò
17 appellatione potũ quoq; contineri [c], dubiũ non est † at Cibariũ panem antiq intellexerũt nigrio-
18 rẽ, à quo furfur excretum non esset, sicut similagineum albicarissimũ, qui ex solo flore constat.

b Corn. consil. 45. in 4.
c Archid. c. in quibus. de consec. dist. ij.

dine rei, quã actor restituendã esse petit.

¶ Verbũ viuere, quidam putabãt ad cibũ pertinere: sed Offilius ad Atticum ait, his verbis & vestimẽta, & stramenta contineri: sine his eñ viuere neminẽ posse.

LEX CCXXXV.
IDEM LIB. 3. *ad legem 12. Tabularum.*

FErri propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat: portari ea, quæ quis iumento secum ducit: agi ea, quæ animantia sunt. ¶ Fabros tignarios dicimus, non eos duntaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.

LEX CCXXXV.

1 *Differentia inter ferri, portari, agi.*
2 *Portari dicitur quod quis suis humeris fert.*
3 *Fabri qui dicantur.*
4 *Fabri nomen ex adiectione distinguitur.*
5 *Tigni appellatione omnis materia, vnde domus cõficitur, continetur.*
6 *Faber tignarius est omnis qui ædificat, in lege XII. tab.*
7 *Faber in specie, pro lignario siue materiario.*
8 *Vocabula à fabro deducta*
9 *Collegia fabrûm.*
10 *Fabrorum varia instrumenta.*
11 *Hama est falcis vel sarculi species.*

1 FERRI.) † Enarrat Iurisconsultus differentiam inter hęc verba, ferri, portari, agi: vt ferri sit proprio corpore baiulare: portari, secum cum iumento ducere. Quapropter aliqui prodiderũt, cum lege municipali caueretur, ne quis triticum extra territorium portaret, solum de eo actum videri, qui cũ iumento duceret: quibus tamen ipse minimè assentior: cùm enim hoc constituatur, vt vilior sit annona ciuibus, siue iumento, siue per baiulos, siue quoquo alio modo quis deferat, par est ratio: nimis enim propria & subtillis est hæc Iurisconsulti nostri interpretatio: † quandoquidem & portari dici-
2 tur, quod quis suis humeris fert, vt rectè Valla annotauit ex Terentij Horatijque carminibus, quorum alter, Mi, inquit, homo quid istuc obsecro? quò puerum portas? Alter verò Ne fortè sub ala fasciculũ portes librorũ, vt rusticus agnũ. Illud nó diffiteor, qui gustus causa annonam ab sportarit, nó videri aduersus eam legem fecisse: q, à nobis Dispunct. libro quarto annotatum est.
3 ¶ §. FABROS.) † Fabri dicuntur manu
4 artificium aliquod facientes, estq; generale nomen: † vnde ex adiectione solet distingui, vt cum dicimus, faber lignarius, faber murarius, faber
5 aurarius, & similia. † Cæterum quia in lege XII. tabul. [d] tigni appellatione omnis materia, vn-
6 de domus confici potest, continetur, † ideo in ea faber tignarius intelligitur, omnis qui ædi-
7 ficat. † Videtur tamen in specie fabrum accipi p lignario, seu materiario tãtùm, qualẽ, Græci τέκτονα vocãt, cuius vocis meminit Papinianus [e] dũ licitũ esse tectoni tradit, trochos id est, rotas, extra ergasteriũ propone-
8 re. † A fabro deducitur verbum Fabrico, vnde & Fabrica, quę quidem & ipsa generalis dictio est [f], sed in cõstitutiõibus specialiter accipitur pro armorum factione, vnde & Fabricenses dicti: in quem sensum & fabricæ Cremonensis meminit Ammianus Marcell. lib.
9 decimo quinto [g]. † Erant & collegia fabrum ea de causa instituta, vt quoties in vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud com-
10 pescendum accurrerent. † eorum instrumenta hæc conumerat Vlpianus [h], licet corrupta sint exemplaria, Centones, funes, perticæ, scalæ, phormiones, spongiæ, hamæ, siphones, & acetum: hæc enim incendij extinguendi causa parantur. Siphonis in hunc vsum & hamæ C. Plinius quadam ad Traianũ epistola meminit, lib. X. itemque Iuuenalis Satyra XIIII. Dispositis prędiues hamis. & subdit: Dolia nudi non ardent Cynici. vt appareat de instrumento quod ignium causa habetur loqui, licet interpretes hoc non perceperint. † Est autem Hama falcis 11
vel sarculi species: & ita solet Græcis accipi. sed his in locis aliter videtur dicendum: nam & eo nomine vasculum ferrum significatur Hesychio. est & fabrile instrumentum, quod ab igne πυράγραν quoque vocant, Suidæ.

d l. tigni. §. eod.
e l. pen. de via. pub.
f In auth. de armis. in prin.
g l. pen. §. pen. de iure im.
h l. quęstum. de fund. instruct.

mantia sunt. ¶ Fabros tignarios dicimus, non eos duntaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.

LEX CCXXXVI.
IDEM LIB. III. *ad legem 12. Tabularum.*

QVi venenum dicit, adijcere debet, vtrum bonũ esset, an malum: nam & medicamẽta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitũ, eius naturã cui adhibitũ esset, mutat: cum id quod nos venenũ appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoq; tã medicamenta q̃ quæ nocẽt, hoc nomine cõtinenẽ: vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. Admonet & nos summus apud eos poetarum Homerus, sic dicẽs: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. ¶ Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iabolenus ait, exemplo greci sermonis, apud quos omnes arborum species appellantur ἀκρόδρυα.

LEX CCXXXVI.

1 *Venenorum malorum prohibitum commercium.*
2 *Noxiorum venenorum nomina.*
3 *Veneni vox media.*
4 *Medicamenta venena dici possunt.*
5 *Qui fatetur se venenũ alicui dedisse, nõ punitur vt veneficus.*
6 *Hodie ex vsu loquendi venenum de malo intelligitur.*
7 *Glandis appellatio omnes fructus continet.*
8 *ἀκρόδρυα apud Græcos.*
9 *Licet maternum idioma secundum literatum sermonem exponere.*

1 QVI VENENVM.) † Venenorum quæ solùm nocumento esse possunt [i], prohibitum est commercium, vnde de eis nec societas, nec emptio contrahi potest. atqui lex Cornelia etiã pigmẽtarios
2 punit [k], qui temerè huiusmodi vẽdiderint, † qualia sunt cicuta, salamãdra aconitũ, pityocampæ buprestis, mandragora, cãtharides: quorũ venenorũ remedia diffuse attingit Dioscorides libr. VI. Igiẽ quoniã in malis venenis hęc iure cõstituta sunt, cùm quis veneni mentionem facit,
3 explicare debet, an de istis intelligat: † vox enim hæc media est, & in bonam quoque partem
4 accipi potest: † nam & medicamenta venena dici possunt, quod eo nomine omne continea tur, quod naturam eius, cui adhibitum est, mutet. Vnde Vergilius:

Ille malũ virus serpentibus addidit atris. vt ostenderet esse quoq; aliquod virus, quod malum non sit. Idem & Græci fecerunt, qui φάρμακον, id est, venenum, adiectione qualitatis distinguunt, vt Homerus in Odyseæ quarto:

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

*Mixta venena quidem bona sunt, sunt plurima amara.*

Et alibi φάρμακον ἀνδροφόνον dixit. Sic & Hieronymus in Ruffinum, φάρμακον θανάσιμον, id est,
5 letale. † Et his exemplis satis constat, eum qui venenum se dedisse alicui fateatur, non tamen tanquam veneficum puniri posse, cùm de medicamento salubri intelligi possit: quod in nó dissimili casu Alexander [a] quoq; respondit. Nam & Vergilius, Nec Assyrio inquit fucatur lana veneno, cùm de purpureæ conchæ, spuma intelli-
6 geret, quæ omni nocumento caret. † Hodie tamen vulgaris consuetudo admisit, vt quoties veneni mentionem facimus, de malo intelligamus: quæ verò bona sunt, simpliciter medicamenta appellemus. Quare in hominis illiterati sermone, forensibusque hisce scribliginibus, non putarem hanc Iurisconsulti differentiam obseruandam.

¶ §. GLANDIS.) Interdixerat prætor, ne uis ei fieret, qui ex agro suo in alienum agrum caducam glandem, tertio quoque die legeret:
7 † quæsitum fuit à Prisco Iaboleno quid glandis appellatione veniret [b]? responsumque est, omnes fructus contineri, exemplo græci sermonis, apud quos omnes arborum species vocantur ἀκρόδρυα, nimirum ἀπὸ τῆς δρυὸς, id est, à quercu: vnde eodem sensu & δρύκαρπα omnes arborei
8 fructus dicunẽ. † Diligentissimi tamẽ grammaticorũ aliter Acrodrya interpretantur: intelligi eñ eo nomine solũ volũt, quæ lignosi exterius fructus sunt, vt nuces, castaneæ, pistacia, malũ punicũ, & si qua similia: sicuti ὀπῶραι è conuerso, quæ extrinsecus mollia sunt vt mâla omnia: sed no-
9 bis Iurisconsulti sententia videtur verior. † Et cùm semel atq; iterũ latinas voces exemplo græci sermonis hoc in respõso declarari videamus, argumentũ sumi potest, nobis quoq; licere vulgare nostrum maternumq; idioma secundum literarũ sermonẽ exponere: vnde cùm vernacula lingua filiolos suos se instituere testator dixisset, de nepotibus quoque, quorum pater iam decesserit, actum fuisse respondi. Illud tamen cũ Alexãd. [c] sentio, tametsi probetur in vulgari locutione cõmuni vsu aliter accipi legitimũ filium quã legitimatum, non tamen consequens esse, vt idem sit in sermone latino: qđ ab his præsertim annotandum est qui vulgari loquela iudiciales interrogationes conficiũt, vt Franci, & Sequani.

i l. quod sæpe. §. j. de contrahen. empt.
k l. iij. de sica.
a conf. 115. in 3.
b l. j. de glãd. le.
c Alex. conf. ij. col. 6. in j.

L. 237. Plebs est.

LEX CCXXXVII.

1 *Populus Romanus trib. ordinibus constabat.*
2 *Plebs, equites, senatus.*
3 *Quæ ad senatum Romæ spectarint.*
4 *Centumuirales causæ quæ.*
5 *Centumuirale iudicium.*
6 *De iudicum decurijs.*
7 *Equitum census qualis fuerit.*
8 *Senatorum census.*
9 *Equitum & senatorum insigne.*
10 *Testari quid, & testes & testamentũ à testãdo dictũ.*
11 *Testari pro iurare.*
12 *Detestari verbum.*
13 *Pignus propriè quid sit.*
14 *συγχωρεῖν & σύγχυσιν apud Græcos quid.*
15 *Pignus & hypotheca an differant.*
16 *Hypotheca etiam de re mobili contrahitur.*
17 *Noxa veteribus est, quod nocet.*
18 *Noxa exoluere.*
19 *Noxia de maleficio ipso dicitur.*
20 *Noxiam etiam substantiuè dici, contra Vallam et Beroaldum.*

LEX CCXXXVII.
IDEM.

PLebs est, cæteri ciues sine senato-

PLEBS.) † Tribus ordinibus con- 1
stabat populus Romanus, plebe, equite, & senatu: quamuis latiore significatione, plebis appellatiõe, equites quoq; continerentur. † 2
Plebs munera militiæ tributaq; subibat. Equites dicti, quòd ad eos equo militare pertineret. † 3
Senatus curam reipub. gerebat. In eum deligebantur à Censoribus, qui ex familijs patritijs erãt, vel qui magistratus aliquos gessissent, vel bello donisq; militaribus maximè illustres. Iudicia quoq; aliquo tẽpore ad eos spectarũt, donec ad equites fuere translata, ex quibus Centũuiri delecti, ius reddebãt. Oppressa verò ab Imperatorib9 republica cùm eius curã principes tractarẽt, cœperunt rursus senatores in controuersijs grauioribus, & quibus libero arbitrio, nec legib. pscripto opus esset, iudicare. Appelabanẽ & à cæteris iudicib. puta Centũuiris, decurijsq; iudicũ & prætore, cui ipsæ decuriæ assidebãt. † Sunt autem Cẽtumuirales causę, in quibus vsucapionũ, 4
tutelarum, gẽtilitatum, agnationũ, aludionum, nexorũ mancipiorũ, parietum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum iura versantur, vt lib. de Orat. I. Tullius scribit. † Hinc Centumuirale 5
iudiciũ: quod deinde quadruplex appellari cæpit, cũ aucto numero, centũ & octuaginta iudices sederẽt, & in quatuor partes diuisi essent. † Iudi- 6
cum verò decuriæ in foro considebant, & in Prętoris erant consilio: ex his sortiebatur Prætor, qui in publicis iudicijs cognoscerent, quiq; ipso prętore prędidẽte, sentẽtias tabellares ferrẽt. Assedisse se Prętori, datũq; etiã in causa pecuniaria iudicẽ, A. Gellius testaẽ. Igiẽ ab his iudicib. puo-

ribus. ¶ Deteſtatum, eſt cum teſtatione denunciatum. A

¶ Pignus appellatū eſt à pugno, quia res quæ pignori datur, manu traduntur: vnde etiam videri poteſt verū eſſe, quod quidam putant, pignus ꝓpriè rei mobilis conſtitui. B

¶ Noxæ appellatione omne delictum A continetur.

LEX CCXXXVIII.
IDEM LIB V. *ad legem 22. Tabularum.*

DVobus negatiuis verbis, quaſi permittit lex magis, quàm prohibuit. idq; etiam Seruius animaduertit. B

catio ad Senatū erat. Cęperūt & ſenatores à plebe
7 ex cenſu diſcerni. † Equitis cenſus erāt quadringēta ſeſtertia, quę pecunia eſt decē ferè millium
8 aureorum noſtratium. † Senatores duplicem eam ſummam poſsidebant, deinde etiā triplicē tempore Auguſti, vt Tranq. eſt autor.
9 † Equitum inſigne erat aureus anulus, ſenatorij ordinis lunati calcei, & latus clauus: vnde & Tribunus Laticlauius in iure, id eſt, ſenatorius [a].

a l. ſi Rufinus. C. de teſt. mil.

¶ §. DETESTATVM.) † Teſtari eſt ſententiā noſtram exponere: vnde teſtes dicti, quòd ea quæ de rei geſtæ veritate ſentiunt, id iudicium ꝓferant.
10
11 Hinc & teſtamentum. † Cæterū quoniam vt maior fides adhiberetur, etiam per numen aliquod affirmatio inducebatur, factum eſt vt te-
12 ſtari pro iurare acciperemus, & precari. † Vnde & deteſtor, idem eſt quod deprecor & abominor: & hæc vſitatior eſt ſignificatio. In iure tamen deteſtari, eſt cùm teſtatione denuntiare, C hoc eſt, ſententiæ ſuæ aliquē per denuntiationē admonere, quod & proteſtari dicimus.

13 ¶ §. PIGNVS.) † Pignus propriè eſſe[b] id, cuius poſſeſsio traditur creditori, & præſertim rei mobilis, Iuriſconſultus approbat argumento etymi, tanquam à pugno dictum ſit: quod & Vlpianus tradidit, & à Tribuniano in Inſtitutioni-
14 bus relatum eſt: † cui ſententiæ etiam Græcum exemplum ſuccurrit: ἐνεχυράζειν enim à ſecuritatis captione ipſi appellant, & ἐνέχυρον pignus
15 prætorium. † Marcellus tamen pignus & hypo- D thecam [c] ſolo nominis ſono differre exiſtimauit, cuius ſententiæ Valla acceſsit: nam conſtat veteres ſcriptores de re quoque immobili pignus dixiſſe, vt Teren. Ager oppoſitus eſt pignori, ob decem minas [d]. quo modo etiam Iuriſconſulti frequenter accipiunt, etiam ſi nulla tra-
16 ditio interuenerit. † Ego arbitror hypothecam etiam de re mobili contrahi, eſt enim græca vox ἀπὸ τοῦ ὑποτίθεσθαι, quod eſt obligationi ſupponere [e]. Vnde & receptum eſt, ſi quis promiſerit de- E cem modios frumenti ſuper tale fundo, videri huiuſmodi verbis contractam eſſe hypothecam: quid enim aliud eſt fundum ſupponere obligationi? Quòd ſi decem modij de tali fundo promiſsi ſint, aliud eſt. ſola enim perſonalis obligatio inde naſcitur.

b l. ſi rem. §. j. de pign. act.
c l. res hypo. §. de pign.
d l. non ſolū. §. ſi rē. de vſucap.
e Bar l. fundus. de ann. leg.

17 ¶ §. NOXAE.) † Noxam dixere antiqui id quod nocet: quapropter culpa, pœna, detrimen-
18 tum, noxa eſt. † Vnde & libr. XXXIII. T. Liuius, noxæ exoluere, id eſt, à pœna capitalis frau- F dis liberare, accepit. Seruus quoque, qui contra legem Aquiliam alicui damnum dedit, noxa
19 eſt. † At noxia ſolummodo de maleficio ipſo dicitur, nec tam generali ſignificatione accipitur, ſicut noxa. Cicero lib. III. de Legibus Noxiæ pœna par eſto, vt in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, auaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia. M. Manilius: Quin etiam infelix virtus & noxia felix. Plaut. in Bacchid. Sat ſit, ſuſpe-ctus ſum cùm careo noxia. Quo ſenſu & in Moſtellaria & in Pſeudolo vſus eſt. Terentius quoque in Phormione: In re incipienda ad defendendam noxiam. Sed & in Eunucho & Hecyra ad eundem modum. Nec noxam eos adſcripſiſſe quiſquā dixerit, cùm ratio carminis non conſentiret. † Quæ adducere volui, vt palàm 20 fieret, quàm iniquo iure Iuſtinianum in elegantijs ſuis inſectetur Valla, & Seruium Beroaldus, dū adiectiuè tantum dici noxiam opinantur, contra veterum autoritatem. Sanè de noxa à nobis ſuprà quoque diſputatum eſt.

LEX CCXXXVIII.

1 *Duæ negationes affirmant.*
2 *Quando id non procedat. & num. 3. 4.*
5 *Interdum tres negationes non plus efficiunt quàm duæ.*
6 *Quædam verba ſui natura prohibitiua ſunt, quibus ſi negatio addatur, non tamen abſolutè permittunt.*

DVOBVS.) † Duæ negationes affirmatiuam inducunt, vt etiam Grāmatici fatentur: cuius rei illam rationem affert Auguſtinus, quòd negatiuę natura ſit, vt quicquid inueniat, deſtruat: vnde ſi conſentiua præcedat, eam in negationem redigit, & contrà. 1
† Id tamen perpetuum non eſt: quid enim ſi ad maiorem emphaſim iterum negetur? vt in euangelio: Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non. Nā & Seruius inficiatorias duas quādoq; mentē D ſcriptoris augere ait. Quid item, ſi negationi addita ſit dictio, quidem? vt in hoc exemplo [f], Rectè dictum eſt non obligari, nec fideiuſſorem quidem. Sic & M. Cicero ad Lentulum: Neque errarent, nec aduerſarij quidem. † Quod & rece- 3 ptum eſt, quoties ea dictio tacitè intelligitur: vnde cum idem ſit nemo, quod nec homo quidē ſi dicamus, nemine nihil faciente [g], locus publicus damnum infert, recta eſt locutio, & duæ negatiuæ pro vna accipiuntur. Sic & M. Varro E de uita patrum lib. III. Qua abſtinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere. perinde eſt atque dixiſſet, munera eorum noluerūt accipere, nec homo quidem. Sunt qui per duodecimū modū ſolœciſmi id accipiāt: fit enī ex geminatione aubnēdi: vt cū dicim⁹ Nihil nunq̄ peccaui, ꝑ vnq̄. † Sed & q̄ties altera negatio pro vniuerſali 4 ponit̄, & particulares ſequūtur, negatiuę naturā ſuam ſeruāt: vt, Nullas à te accepi literas nec bre- F ues, nec prolixas. Verū potius id eſſe ego arbitror ex vi dictionis Nec, quæ verbi repetitionē inducit: vnde & certū eſt cum duobus verbis aut poſitis, aut intellectis duæ negationes addunt̄, conſentiuā nō intelligi: vt, Nec me amas, nec Titiū: ſubuadit̄ enī, amas. † Qua ratiōe etiā quādoq; fit, 5 vt tres negationes nō plus efficiāt quā duæ: vt cū lex dicit, in fugitiuo locū nō habere nec vſucapionē, nec pręſcriptionē[h]: de qua re vidēdus eſt Valla elegāt. III. libro. † Cęterū & quędā uerba ſunt 6 natura

f l. j. §. ſi quis iſta. de verb. obl.
g l. fluminū. de dam. infect.
h l. j. C. de ſeru. fug.





natura quidē ſui prohibitiua, quib. ſi negatio addatur, non tamen abſolutè permittunt, licet hoc magis inferant, quam negent: de quibus loqui Iuriſconſultum noſtrum ergo arbitror. exempli cauſa, ſi prætor dicat: Quo minus ſcorta proſtēt, non veto: non enim prætor partes ſuas interponit, vt quicquam iuris concedat, ſed non prohibet. Sunt etiam alia verba ꝓhibitionis, tacitā quādam vim habentia, quę idem poſſunt, addita vel non addita negatione: vt vereor, timeo, caueo: ſi enim dixero, vereor ne adoptio impediatur [a], idem eſt ac ſi dixiſſem, ne non impediatur. Et hæc quidem pro reſpōſi huius interpretatione ſatis ſint, cætæra diffuſius extricanda grammaticis relinquamus.

a l. nō ſolum. §. ſed uideamus. de rit. nupt.

LEX CCXXXIX.
POMPONIVS LIB. *Singulari Enchiridij.*

PVpillus eſt, qui cū A impubes eſt, deſijt in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione.

¶ Seruorū appellatio ex eo fluxit, quod

LEX CCXXXIX.

1 *Pupillus diminutiuum à pupo.*
2 *Pupillus ex etymo eſt, in patris poteſtate reſidens.*
3 *Pupillus Iuriſconſultis dicitur, qui patris poteſtatem egreſſus eſt.*
4 *Modi egrediendi poteſtatem patriam.*
5 *Emancipandi modus veteribus vſurpatus.*
6 *Capti in bello iure gentium fiebant capientium.*
7 *Serui à ſeruando dicti.*
8. 9. 10 *Non licet hoſtem, poſtquam captus eſt, occidere.*
11 *Incola quis propriè dicatur.*
12 *Mens manendi aliquo in loco vnde colligatur.*
13 *Domicilium pluribus in locis eodem tempore habere poſſumus.*
14 *Quod domicilium attendatur & præualeat.*
15 *Incolam Græci* πάροικον *dicunt.*
16 *Accola quis.*
17 *In patria agrum domúmque habens, ſi eis retentis aliò tranſmigret, incoláque fiat, nihilominus antiquius domicilium retinet.*
18 *Muneris publici definitio.*
19 *Quatuor modis vtilitas publica conſideratur.*
20 *Emendatus tex. in verb. extraordinarium.*
21. 23 *Aduena & incola quomodo differant.*
22 *Aduenam Græci* ἔποικον *dicunt.*
24 *Conuenæ qui ſint.*
25 *Populi vox incolas continet, non aduenas.*
26 *Decuriones ſunt cuiuſque ciuitatis magiſtratus.*
27 *Decurionum nominis origo.*
28 *Magiſtratuum municipalium varia munera,*
29 *Aedilium munus.*
30 *Archeiotæ.*
31 *Xenoparochi, nicoſtrategi, & ſimiles.*
32 *Duumuirorum munus.*
33 *Quartumuiri, ſextumuiri.*
34 *Decemuiri ſtlitibus iudicandis.*
35 *Auguſtales.*
36 *Decurionum cenſus varius erat.*
37 *Decuriones in caſtris vnde nomen habeant.*
38 *Turma ex XXXII. equitibus conſtat.*
39 *Etymus vrbis.*
40 *Intra mœnia olim non licebat ſepulchra conſtituere.*
41 *Euocare ſacra Iuriſconſultis quid.*
42 *Muri vrbium ſancti.*
43 *Iure Canonum non appellantur vrbes, niſi quibus conſtituti ſunt epiſcopi.*
44 *Oppidum quid.*
45 *Oppidi etymus. & num. 46.*
47 *Oppidi generaliſsima acceptio.*
48 *Oppidò aduerbium.*
49 *Territorium & diſtrictus explicantur.*
50 *Comitatus quid.*
51 *Diœceſis quid.*
52 *Si caſtrum ſit à principe de omnimoda ciuitatis iuriſdictione exēptum, an eiuſdem territorij dicatur.*
53 *Princeps donādo alicui caſtrū, an territoriū quoq; & iuriſdictionē donaſſe cenſeatur.*
54 *Princeps territorium concedens, an proprietates conceſſiſſe videatur.*
55 *Territorium ad iuriſdictionem refertur.*
56 *Si exercitus vltra fines proceſſit, et aliquis ibi deliquerit, an prætor eius populi talem puniet.*
57 *Rem certam ſuam aſſerens, de tota re ſenſiſſe dicitur.*
B 58 *Quod commune eſt propriè meum dici non poteſt; nec quod de re, quæ propria alicuius ſit, à lege conſtitutum eſt, in ea locum ſibi vendicat, quæ partim quoq; aliena ſit.*
59 *Quando id non procedat.*
60 *Cùm è duobus teſtibus alter dixit fundum à Titio poſſideri, alter negauit, concordiæ cauſa dicendum, de parte alterum, alterum de toto intellexiſſe.*



C PVPILLVS.) † Pupillus diminutiua vox eſt à pupo, quæ dictio puerum ſignificat, quē Catullus poeta etiā pupulum dixit: † vnde ex etymo, qui in patris poteſtate eſt, pupillus dici poterit [b]. Seruus quoq; impubes, hoc nomine appellabitur [c]. & hæc huius verbi latiſsima eſt ſignificatio: † Iuriſconſultorum enim frequē- 3 tior uſus aliter accipit eum ſcilicet impuberem, qui in patris poteſtate eſſe deſijt, aut morte, aut emancipatione. † morte, vt quia pater verè fato 4 D exceſſerit, vel in exlium miſſus ſit: cuius rei rationem hanc Caius Inſtit. lib. I. refert, quia non poteſt ciuem Romanū in poteſtate habere, homo peregrinæ conditionis effectus: vnde exilium hoc caſu idem poteſt, quod naturalis mors poſſet. † Emācipatione, vt quia pater eū ſui iuris 5 eſſe voluit, miſitque manu. Eſt enim emancipatio, è manu traditio introducta à lege veteri, per quandam venditionis ſimilitudinem: quia præter naturalem patrem, alius adhibebatur, q E fiduciarius nominabatur. Hic certo patri vnum aut duos numos, quaſi in ſimilitudinem pretij numerabat, quo accepto, pater illum mancipabat, manuque tradebat, idque ter coram præſide vel curia fiebat, adhibitis quinque ciuibus Romanis, & Libripende, qui ſtateram tenebat, itemque alio qui Anteſtatus vocabatur: eum ſic emptum, fiduciarius deinde manumittebat. Quapropter iure antiquo manumiſsio in emācipatione propriè interueniebat: quæ omnia diffu- F ſius à Caio, eo quem citauimus loco, referuntur: hodie autē huiuſmodi ſolēnitates ſublatæ ſunt.

¶ §. SERVORVM.) † Iure gentium introdu- 6 ctū eſt, vt capti in bello efficiātur capientiū: cęterū quoniā multi hoſtili odio in captiuos deſęuiebāt, eosq; trucidabāt, Romani Imperatores id ꝓhibuerūt, iuſſerūtq; vendi, nō autē occidi: † vnde 7 ſerui dicti ſunt, quaſi ſeruarēt. † Hicq; apparet nō 8 licere nobis hoſtē noſtrū, poſtq̄ captus eſt, interficere. † Quod intelligūt Dd. eſſe obſeruandū, cū 9 intra præſidia noſtra iam deductus eſt: ante verò

b l. fin. de verb. oblig.
c l. quam tub. de pecul.

a l. in laqueū. de acq. rer. dom.

quàm deductus ſit, occidi iure poterit, cum multa interim poſſent accidere [a]: quid enim ſi fugam capeſſeret? vel cum hoſtibus rurſus congregaretur? † Sed nobis videtur in ipſa acie ſolùm
10 id licere, idque aduerſus eos qui dedere ſe nolunt. Nam deditium hominem occidere, crudeliſsimum eſt, nec boni Imperatores hoc patiuntur: ab ea quippe humanitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet. His illud quoque conſentaneum eſt, vt ſi lege municipali exules pro hoſtibus publicis habeantur, impuneque occidi poſſint, eum qui captus iã à familia ad quæſtorem rerum capitalium ducatur, occidi impune nõ poſſe: cùm enim captiuus iam ſit, debet ſeruari, non occidi, alioquin haud difficulter reperirẽtur, qui eum obtrũcarẽt, ne de cõſcijs interrogari poſſet, vel vt maturius ignominię pœnæq; eximeretur.

11 ¶ §. INCOLA.) † Incola propriè eſt, qui cùm aduena eſſet, in aliquam ciuitatem ea mente habitatum venit, vt ibi perpetuò ſit, ſummãque re-
12 rum ſuarum habeat. † ea mens ex varijs coniecturis ſumitur: qui enim venditis, quas alibi poſsidebat, rebus ſuis, in aliam vrbẽ cum familia demigrauit [b], veriſimile eſt ſedem in ea ſuam conſtituere velle. Qui item diutius, puta decennio, in aliena patria habitauit [c], credibile eſt ibi perſeueraturum, nec aliò iturum. Ex proteſtatione quoque animus declaratur: vnde qui ſtatim vbi habitare vrbem cœpit, velle ſe in ea domicilium conſtituere affirmat, abſq; mora incolatum acquirit [d]. Idem & in eo habitatore reſponſum eſt, qui priuilegium impetrauit, quo ius ciuita-
13 tis petebat [e]. † Qua ratione etiam efficitur, vt domicilium pluribus in locis eodem tempore habere valeamus, ſi modò de animo noſtro appareat. Nam & [f] reges ipſi vt plurimum qualibet in vrbe ſibi ſubdita domicilium habent, licet ali-
14 quod ſit principalius, † potiſsimumque illud attenditur cui origo etiam accedit. Quòd ſi res, de qua agitur, in domicilio frequentiori ſit, illud præualebit [g]: duplex enim cauſa fortius alligat. Nec quicquam refert in oppido aliquo quis
15 domicilium cõſtituat, an in eius finibus vicóve, cum vicus perinde ac pars ciuitatis ſit [h]. † Incolã Græci πάροικον appellãt: vnde quod in Pſalm. 104. dicit, ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, Hieronymus ſic trãſtulit: Cùm eſſent numero breui pauciſsimi & incolæ eius. Quem locũ Accurſius quoq; adducit, & accolã legit, ſed ma-
16 lè: † eſt enim accola, non qui aliquo in loco domicilium conſtituit, ſed qui prope aliquem locum ſimpliciter habitat. Et ꝓpriè iuxta flumina ſunt accolæ: vnde Corn. Nepos accola Padi Plin. dicitur. Sed & Verg. 7. Amniſq; vadoſi Accola Vulturni. Nõ tñ negauerim parœcũ Græcis quãdoq; ſimpliciter pro aduena dici, quem illi & προσήλυτον vocant & ἄοικον, de quo infrà videbimus.

b l. prædia. §. j. de fund. inſtr.
c l. ij. C. de incol. lib. x.
d Abb. c. fin. de paroch.
e Dec. conſ. 283.
f l. aſſũptio. §. iuris. ad mun.
g Dec. d. conſ.
h l. qui ex vico. ad mun.

Imperatores noſtri iubent captiuos vendere, & per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.

A ¶ Incola eſt, qui in aliquã regionẽ domicilium ſuum contulit, quẽ Græci παροίκους appellant: nec tãtùm hi q in oppido morant̃, incolæ ſunt,
B ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum [a] habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiãt. ¶ Munus publicũ eſt officiũ priuati hominis, ex quo cõmodum ad ſingulos vniuerſóſque ciues rẽq; eorum, imperio magiſtratus extra ordinem peruenit.

¶ Aduena eſt, quem gręci ἄοικον appellãt.

a ¶ Agrum.) † Hinc argumentum ſumi poteſt, 17
eum qui in patria ſua agrum domumq́; habeat, ſi eis retentis aliò ſe transferat, incolaq́; fiat, nihilominus domicilium quoq; antiquius retinere, videriq́; eum nouum aliud domicilium acquiſiuiſſe, non autẽ vetus perdidiſſe: & ita ex facto reſponſum ſcio.

¶ §. MVNVS.) Superius viſum fuit inter ceteras muneris ſignificationes, munera quoq; perſonalia contineri: † qua- 18
propter hîc tradit̃, quemadmodum eo ſenſu definiendum ſit. Et eſt, inquit Iuriſconſultus, officiũ priuati hominis: quoniam ſolùm priuati homines ad huiuſmodi officia deliguntur. Principes enim ea ſubiri mandant, non autem ipſi exequuntur. Subijcit: Ex quo commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues, remque eorum ſcilicet publicam, peruenit. Quæ verba eam, quæ propriã vtilitas pu-
C blica eſt, comprændunt. † Nam quatuor mo- 19
dis ea conſideratur. Prima cùm in vniuerſum & particulariter commodum affertur: quòd in ſacerdotibus, magiſtratibuſque conſiſtit [i]. Secunda, quæ in vniuerſum conducit, non autem ſingulis: vt quoties de locupletando fiſco agitur [k]. Atqui optimus Imperator Traianus dicere ſolebat, Fiſcum eſſe veluti lienem, quòd ſicut eo excreſcente, artus reliqui contabeſcerent, ita ex priuatorum detrimento locu-
D pletaretur fiſcus. Tertia eſt vtilitas, quæ priuata propriè eſt, licet ex ea conſequatur etiam publica: vt cùm dicimus, publicè intereſſe dotes mulieribus conſeruari [l], liberiſque hominibus ciuitatem repleri: id enim quod conſequitur, in vniuerſum prodeſt. Quarta eſt, quoties id, quod conſequitur, ſingulis prodeſt, nec in vniuerſum quemlibet particulariter iuuat: vt cùm generaliter dicimus, Reipublicæ intereſſe, ne quis re ſua abutat̃ [m]. Quæ omnia diffuſius à recentiori-
E bus explicata cernere eſt [n]. † Quod ſubditur, im- 20
perio magiſtratus extraordinariũ, puto extraordinario, vel extra ordinẽ legendũ: vt cõpelli municipes ad ſubeunda munera dicant̃, non iure actionis, ſed officio iudicis: id enim remedium eſt extraordinarium [o]: quam interpretationem etiã Accurſius probat. Sanè quemadmodum diſtinguantur munera, à nobis ſuprà tractatum eſt.

¶ §. ADVENA.) † Inter aduenã & incolam hoc 21
intereſt, quòd incola fixit ſedem, domiciliumq́;
F cõſtituit: aduena non conſtituit, † & ideo eũ Græ- 22
ci ἄοικον appellant, quaſi ſine lare aut domicilio. vnde qui cum eo contrahit, in loco cõtractus agere non poteſt: quia videtur tanquam cum receſſuro contraxiſſe: domiciliũ igit̃ adire debet [p].
† Dicitur autem aduena, quaſi aliunde aduenĩes: 23
quapropter à Græcis προσήλυτος quoq; dicitur: tametſi ea voce in actis apoſtolorum Lucas eos intellexerit, qui diuerſæ ſectæ nati, in ius Moſaicæ legis recepti eſſent. Appellant & ἀοίκους Græci

i l. j. §. huius. de iuſt. & iur.
k l. penul. C. de primip. lib. xij.
l l. j. ſol. matr.
m §. penul. Inſt. de his qui ſunt ſui.
n d. l. j.
o l. cum filius. ſi cert. pet.
p l. hæres. §. ij. de iud.



a Felin. c. Rodulpus. de reſcrip.

Græci eleganti epitheto Scythas, quòd domibus ſint nullis: vectantur enim ſuper curru nullis certis ſedibus. † Sunt & conuenæ collectitij
24 habitatores, ſic dicti, quod plures ex diuerſis regionibus in vnum locum conuenerint. Strabo συγκλύδας vocat: vnde & Conuenarũ vrbs
25 in Aquitanis. † Sanè receptum eſt appellatione populi, eius vrbis incolas contineri, aduenas non contineri [a].

¶ §. DECVRIO
26 NES.) † Vnicuique ciuitati ſecundum mores ſuos, ſui magiſtratus ſunt, qui Decuriones dicuntur, conſilij publici gratia primùm introducti. † Emanauit autem nominis origo à colonijs
27 populi Romani, in quibus qui eas deducebant Triumuiri, decimum quenq; conſilij cauſa adſcribebant: ex his magiſtratus municipales eli-
28 gebantur [b]. † Quorum varia fuere munera [c], † &
29 in primis Ædiles, qui rem frumentariam, ponderaque & menſuras curabant ἀγορανόμους plerique vocant, Iuriſconſultus Arcadius etiam epi-
30 ſcopos. [d] † Erant Archeiotæ, qui publico archiuo præerant. In ſcholijs Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe, in quem ſontes ducerẽtur, eum à iunioribus ἀρχεῖον appellari [e]. † Erant & Xeno-
31 parochi, quos vox indicat præbendis hoſpitijs præfuiſſe. Nicoſtrategi, qui pro victoria Ducum excubarent, denuntiarentque quid in hoſtico gereretur: ſic enim etymus indicat Maſtigophori, id eſt flagelliferi, qui athletas (ſeu athlothetas mauis) in certaminibus comitarentur. Teleſphori vectigaliũ exactores, vel mãcipũ præfecti, vnde Teleſphoria munus ipſum. Sitocomæ, Decaproti, Proſtatæ, Logographi, de quibus à me alibi diſputatum eſt. Et hi magiſtratus
32 Græcorũ erant †. In Latinis municipijs Duumuiri, primi in albo deſcribebantur: hi carceribus præerant, publica locabant, faſcibus vtebantur, quod libro Diſpunctionum III. à nobis annota-
33 tum eſt. † Ad hæc Quartumuiri, qui appellationũ cauſas audiebãt, in antiqs monumẽtis ſic annotantur, IIIIVIR. A P. Sextumuiri & ipſi de his, quæ ad Rempublicam pertinebant ſolebant co-
34 gnoſcere [f]. † Erant & XVIRI STL. IVD. id eſt, Decemuiri ſtlitibus iudicandis, quorum & Spartianus in Hadriano meminit. Et hunc magiſtratum geſsiſſe C. Cæcilium Plinium, ex duobus vetuſtiſsimis monumentis quæ Mediolani con-
35 ſpiciuntur, conſtat. † Fuere & Auguſtales, quos eligi à Decurionibus ſolere aliàs retuli, diuerſus magiſtratus ab Alexandrino præfecto [g], qui Au-
36 guſtalis & ipſe dicebatur. † Decurionum cenſus ita vt lege municipali præcipiebatur, varius erat. Plinius libro Epiſt. primo, Comi fuiſſe centum millium tradit: quæ ſumma eſt noſtratis pecuniæ aureorum duorum millium & quingentorum. Solebant autem cùm in ordinem reciperentur, binos denarios, vel huiuſmodi certam quantitatem, ſingulis collegis diſtribuere: ſed & quoties aliqua ſtatua ædiculáue dedicaretur, aliquid eo nomine recipiebant [h]: ea pecunia Sportula quoque appellatur. Et ideo iure cautum eſt, minores XXV. annis Decuriones fa-

b l. fin. de mun.
c l. & ideo. de compenſ.
d d. l. fin.
e d. l. fin.
f l. ij. §. deinde. de orig. iur.
g l. ſi quos. C. de decu. lib. x.
h l. ſpurij. de decur.

¶ Decuriones quidam dictos aiunt, ex eo quòd in initio, Coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit.

A ¶ Vrbs ab vrbo appellata eſt: vrbare eſt aratro diffinire. Et Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, qđ in vrbe condẽda adhiberi ſolet.

¶ Oppidum ab ope

ctos, ſportulas accipere poſſe, licet ſuffragium ferre nequeant. Et hæc quidem de municipalibus ſatis ſint. † In caſtris quoque erant Decuriones, ſic dicti, ꝙ denis equitibus præeſſent, vt Feſtus ſcribit, licet Frõto præfuiſſe eos turmę dicat. † Conſtat tur- 37
ma ex duobus & 30. 38
equitibus. Erant & in Palatina militia: vnde apud Trãquillum traditur Saturium, cubiculariorum decurionẽ fuiſſe: ſed de his nihil ad præſentem materiam. Quomodo autem Coloniæ deducerentur, ſuprà 39
vidimus.

B ¶ §. VBRS.) † Vrbs ab urbando dicta eſt: vrbare autem eſt aratro diffinire. Solebant enim antiqui, iunctis bobus, tauro, & vacca Hetruſco ritu, in condendis vrbibus, aratro ſulcum facere, intra quem oppidum muniebant, ædificabantque. id religionis cauſa, & auſpicatò fiebat, quò eius loci penates & genios magis pro-
pitios haberent: † vnde intra eum circuitum 40
non licebat ſepulchra conſtituere [i], quòd huiuſmodi feralibus contaminari ſanctum munici- 41
C piorum ius, polluique vrbis Genius videbatur. † Nã & cùm hoſtes vrbem expugnarent, in primis eos omnes euocabant Deos, vt non offenderentur, & expugnatores ſacrilegij nomine exoluerent: quod Iuriſconſulti euocare ſacra appellant [k]. Id autem conceptis quibuſdam verbis fiebat, quæ ſe apud Serenum Sammonicum
legiſſe Macrobius refert. † Eadem ratione & mu- 42
ri vrbium ſancti appellantur [l]: vnde & iure ciuili ſine Principis vel præſidis autoritate in eis
D committi non poteſt [m]: & ideo eo iure nulli populo licitum eſt vrbem conſtituere, niſi ex principis autoritate: quod in his gentibus non procedit, quæ liberæ ſunt, & vacantia occupant: illæ enim iure gentium reguntur [n], quo iure Romani Imperatores non præcellunt. † In Pontificijs autẽ, recentioribuſque Canonibus, non 43
videntur vrbes appellari [o]. niſi quibus epiſcopus datus eſt: in antiquis enim decretis, maioribus tantummodo vrbibus epiſcopi conſtituti fuere
E [p]. Sed tamen hodie quam plurimę in Germanis, Sarmatiſque vrbes ſunt, quibus ſpecialiter nullus ſacrificulus antiſtes præeſt: hæ enim nationes, non pauca ex iure gentium adhuc retinent, licet in ſacris Chriſtiani ſint, noſtramque rem armis à Turcarum impetu egregiè, quantum in eis eſt tueantur.

¶ §. OPPIDVM.) † Oppidum videtur mi- 44
hi id eſſe, quod tanquam propugnaculum aduerſus hoſtes conſtructum eſt, & mœnibus val-
F latum: † id enim etymologia arguit, cùm dica- 45
tur ab ope, id eſt, auxilio, quòd eius cauſa factum ſit: vnde vt plurimum condebantur oppida, vt etiam natura loci tuta eſſent. Verg. ſecundo Geor. Adde tot egregias vrbes, operumque laborem, Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis. Sic & Titus Liuius lib. XLIIII. prohibitum Lacedęmoniorum tyranno tradit, ne quod oppidum in ſuo, alienóve agro conderet, quod videlicet nollent Romani habere eum, quo poſſet ſe recipere, & armis tueri. Sic & C. Cæſar cõmenta-

L. 239. Pupillus: ¶ Oppidum:

i l. mortuorũ. C. de relig.
k l. ſacra. de rerum diuiſ.
l l. ſanctum. eo. tit.
m Doct. l. j. §. ſi ue. de ope. noui nunt.
n l. ex hoc. de iuſtit. & iur.
o Bald. d. l. ex hoc.
p c. j. de priuil.

mentariorum quinto : Oppidum, inquit, Bri-
tanni vocant, cùm ſyluas impeditas vallo at-
que foſſa munierunt, quò incurſionis hoſtium
vitandæ cauſa conuenire conſueuerunt. † Sunt
46 tamen qui oppidum dictum exiſtiment, quod
eò priuati opes
ſuas cōferant. ſed q̃
Pomponius hîc ait,
47 verius eſt:† quapro-
pter ſiue vrbs ſit, ſi-
ue caſtrum, empori
um, cōciliabulum,
pagus, vicus, pręfe-
ctura, burgum, me-
trocomia, dū mœ-
nibus cingantur, &
ab incurſu hoſtium
tuta ſint, putauerim
dici propriè oppi-
da, idque cum cæ-
teris noſtratibus interpretibus. Laurentius eñ
Valla, quiq; eū ſecuti ſunt Grammatici, oppidū
omnē vrbem dici exiſtimauerunt, præter Ro-
mam, quæ peculiari nomine vrbs vocat cœpta,
48 fecit vt cęteræ vrbes, oppida vocarentur. † Eſt &
& oppidò aduerbiū, pro valde, tractumq; id eſt à
cōſuetudine agricolarū, qui cùm interrogarent,
quantū meſsiū collecturi eſſent, reſpōdebant, op
pidò: quaſi & ſibi, & oppido ſuffecturas dicerent.

¶ §. TERRITORIVM.) Quatuor ſunt
nomina eiuſdem intellectus, territorium comi-
tatus, diſtrictus, diœceſis. eorum ſignificatio ex
49 diffinitione hîc poſita intelligitur: & ſicut terri-
torium à terrendo, ita diſtrictus à diſtringendo,
& in vincula trahendo nomen à recentioribus
ſumpſiſſe videri poteſt: tametſi ſint, qui latius
patere diſtrictum putent [a], vt hoc nomine ſigni-
ficetur, quicquid vltra territorium ſuum ex alie-
no ditioni ſuæ ciues addunt, vel virtute bellica
partū, vel quaqua alia ratione, quod & crebrius
receptum videtur [b]: qua in re vix eſt, vt ego di-
ſputare velim, qui ſciam, vocem hanc apud an-
50 tiquorum neminem reperiri. † Comitatus pro-
priè de imperatoria aula dicitur: ſed quia tem-
pore Caroli Magni, regnantibusque Berenga-
rijs, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regen-
das aliquis Comes mittebatur, cœpit territori-
um, quoniam illi Comes præerat, Comitatus
dici. Otho tamen Phriſingenſis in Aenobarbi
hiſtoria, à comminando comitatum dici exiſti-
mat, eadem ratione qua & à terrendo territoriū.
51 † Diœceſis græca vox eſt, qua adminiſtratio ſi-
gnificatur: in iure noſtro pro prouincia aſſumi-
tur [c]: vnde Aegyptiaca diœceſis. Sed in patrum
decretis, ſolet ad epiſcoporum munus deflecti:
non enim in primitiua eccleſia epiſcopi iudicia
exercebant, ſed ſacra adminiſtrabant, cura-
bantque: meritò διοίκησις, id eſt, procuratio di-
ſtributioque in eis propriè locum ſibi vendica-
bat. Sicut ergo territorium dicitur, quatenus,
iudex ius terrendi habet: ſic diœceſis dicitur,
quatenus epiſcopus ius adminiſtrandi ſacra ha-
bet. Acciditque in limitaneis vicis, vt non e-
iuſdem ſit diœceſeos caſtrum, cuius eſt territo-
52 rij. † Sed finge aliquod caſtrum à principe fu-
iſſe de omnimoda ciuitatis iuriſdictione exem-
ptum, an eiuſdem territorij vel comitatus dice-
tur? Et verius eſt non eſſe: cùm enim vrbis præ-
tor, vel comes, ius terrendi eo in loco non ha-
beat, non videtur de territorio vel comitatu am-

a Clem. Paſtoralis. de re iud.
b Arch. conſ. 77.
c l. j. C. de priua. carc.

dicitur, quòd eius rei
cauſa mœnia ſunt
conſtituta. ¶ Terri-
torium eſt vniuer-
ſitas agrorum intra
fines cuiuſque ciui-
tatis: quod ab eo di-
ctum quidam aiunt,
quod magiſtratus
eius loci intra eos fi-
nes terrendi, id eſt
ſubmouendi ius ha-
bent.
A ¶ Verbum ſuum, am
biguum eſt, vtrū de
toto, aut de parte ſi-
gnificat: & ideo qui
iurat ſuum non eſſe,
adijcere debet, neq;
ſibi commune eſſe.

plius eſſe. Quapropter ſi conſtitutum ſit, vt
eius caſtri legibus deficientibus ius commune
Romanorū obſeruetur, conſtitutiones ciuitatis,
cui antè ſubijciebatur, nō obſeruabimus. Quòd
ſi exemptum non eſſet, minimè procederet,
cùm ius commune
Romanorum man-
det, caſtra quę in
terriotrio ſunt, vr-
bis ſuę legib. coerce
ri: idq; & Pontano
viſum eſt [d]. Idemq;
arbitror, ſi non om-
nino ab vrbe ſepa-
ratum ſit, vt quia ali
quo caſu illi ſubij-
ciatur: adiuuatur e-
nim origine inſpe-
cta, territorijq; no-
men ſeruat, quod 53
B ex facto Bal. reſpōdit [e]. † Finge rurſus principem
caſtrū alicui ſimpliciter donaſſe, an territorium
quoque & iuriſdictionē donaſſe cenſebitur? Et
ſi iam exemptum à iuriſdictione vrbis erat, veri-
us eſt videri donatum: pleniſſimam enim huiuſ-
modi munificentia interpretationem recipit [f].
Quòd ſi ſeparatum non erat, haudquaquam de
iure ciuitatis veriſimile eſt voluiſſe principem
quicquam diminuere [g]. † Quid item ſi territo- 54
rium conceſſerit, an & proprietates palatiaque
C conceſſiſſe videbitur? Et Oldra. non videri re-
ſpondit: † Territorium enim ad iuriſdictionem
referrur, non ad eas poſſeſſiones, quæ dominij 55
principalis ſunt: idque & cęteri probant [h]. † Sed 56
quid, ſi exercit⁹ alicuius populi extra fines pro-
ceſſit, & aliquis ibi deliquerit, an prætor eius
populi eum puniet? Et reſponſum extat, ab eo
puniri poſſe [i]: iure enim gentium, eius ſoli, quod
quis bello captum poſſidet, habet dominium,
iuriſque dictio quæritur, vt meritò territorium
D ſuum dici poſſit, à terrendo, id eſt ſubmouen-
do: ſolebant enim magiſtratus populi Rom. in
ſummæ poteſtatis ſignum, lictoris habere cum
faſcibus, quibus mandabatur, vt turbam ſum-
mouerent, vnde & ſummouere pro terrendi iu-
re accipi cœptum eſt.

¶ §. VERBVM ſuum.) † Qui fundum Sti- 57
chum domum, huiuſmodiq; certam rem nomi-
nat, ſuamque eſſe affirmat, de tota re, integra- 58
que ſpecie locutus intelligitur. † Qua ratio-
ne, quod commune eſt [k], propriè meum dici non
E poteſt: nec quod de re, quę propria alicuius ſit,
à lege conſtitutum eſt, in ea locum ſibi vendicat,
quæ partim quoq; aliena ſit. Id tamen perpetuū
non eſt: † Nam in indiuiduis, ſi plures ſint inſoli- 59
dum domini, res illa cuiuslibet, etiam propriè
eſſe exiſtimabit [l]. Vnde communis libertus, eo-
rum ratione quæ ad patroni honorem ſalutem-
que pertinent [m], pro proprio habebitur: is enim
honos inſolidum debetur [n]. In legatis quoque,
F quoniam volunta s potiſſimum locum obtinet,
idē dicemus. Vnde qui legat Stichum, qui ſuus
erit cùm morietur, etiam legaſſe eum intellige-
tur [o]: ſi non ſuus, ſed communis erit, eaque pars
debebit, quæ ad eum ſpectat: nec enim dubiū
eſt, quin illa propriè ſit ſua. Cæterum & cùm
Iudex pronuntiat fundum Titij non eſſe, intelli-
getur id pronuntiaſſe, vt neque illi comunis ſit.
Cùm enim in iudicio de veritate totius ſummę
agatur, cenſetur iudex etiā de qualibet eius par-
te pro-

d Roma. conſ. 218. Soc. 81.
e Bal. conſ. 183. in 3.
f Bar. l. ſi quando. C. de bo. ua. lib. x.
g Bart. l. j. C. de exc. mun. lib. x.
h Alber. hîc.
i Bar. hîc.
k c. ſi. e. tit. in 6.
l l. illud. de ritu nupt.
m l. j. §. domini. ad Syll.
n l. communis. de in ius voc.
o l. ſerui. §. j. de leg. j.



re pronuntiaſſe. [a] alioquin facilè eſſet rem iu-
dicatam eludere. Idem & in interrogationibus
dicendum eſt [b]: qui enim interrogat an fundus
ſit ſeruus, non ſolùm de toto, ſed & de qualibet
parte interrogaſſe cenſebitur. Et ideo ſi illi re-
ſpōdeatur, ſuum nō
eſſe, perinde erit, at-
que ſi neque ſibi cō
munem dixiſſet.
Quid ergo ſi iuraue
rit ſuum non eſſe, &
deinde probetur cō
munem eſſe, an pu-
nietur tanquam pe-
iurus? Et videre-
tur non eſſe exiſti-
mādum periurium:
vt enim crimen il-
lud euitetur, ex hu-
manitate receptum
eſt [c], etiam abuſiuā
verborum interpre-
tationem admitten
60 dam. † Vnde cùm è duobus teſtibus alter affir-
maſſet fundum à Titio poſſideri, alter verò ne-
gaſſet, concordiæ cauſa reſponſum fuit [d], de par
te alterum, alterum de toto intelligendum. Me
ritò igitur Iuriſconſultus ambiguum eſſe hunc
caſum aſſerit: & ideo debent iudices eum, qui iu
rauit ſuum non eſſe, compellere vt explicet, ſit-
ne ſibi communis, ne periurium obtegere ver-
borum inuolucro poſſit: quamuis verior ſen-
tentia ſit, etiam ſi nihil explicet, cēſeri periurū. [e]

a l. ſi quis cum totū. de execu. rei iud.
b l. qui ſeruū ni ff. de int. act.
e c. cum tu. de teſt.
d Dyn. Bal. l. ij. de cond. inſt.
e Doc l. j. §. ſi ſti- pu. de verb. obl.

LEX CCXL.

PAVLVS LIB. VII.

*Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.*

CVM quærebatur, an verbum
ſoluto matrimonio
dotem reddi non
tantùm diuortium,
ſed mortem conti-
neat, hoc eſt, an de
hoc quoque caſu cō
trahentes ſentiant: &
A multi putabant non
de hoc ſenſiſſe, &
quibuſdam alijs con
trà videbatur: ſe-
cundum hoc Titus
Imperator pronun-
tiauit, id actum eo
pacto, vt nullo ca-
E ſu remaneret dos a-
pud maritum.

LEX CCXL.

1 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
2 *Verbum, ſoluto matrimonio dotem reddi, etiam caſum mortis continet.*
3 *Ablatiui abſoluti natura eſt, vt conditionem inducat.*
4 *Et quomodo id accipiendum. & num. 5. 6. 7. 8.*
9 *Bartolus an eas conditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, rectè expreſſas appellet.*
10 *Participia in Dus terminata, nullo modo ad conditionem attinet, ſed id ſignificant, quod fieri oportet.*

CVM QVAEREBATVR.) Cùm
quis ſtipulatus eſſet ſoluto matri-
monio dotem ſibi reddi, fuere qui
crederent, conditionem ſtipula-
tionis eo ſolùm caſu euenire, quo
per diuortium ſolueretur, non etiam ſi morte al
1 terius: † quorum ſententiam ea ratio adiuuabat,
quòd cùm matrimonium conſenſu cōtrahatur,
propriè contrario cōſenſu diſſolui videtur. Qui
autem moritur, non exiſtimatur diſſentire, vnde
& viduæ iuris interpretatione in pleriſque ha-
bentur, ac ſi in priore matrimonio adhuc eſſent.
2 † Sed Imp. Titus etiam caſum mortis contine
ri exiſtimauit: quamobrem & quoties conſtan-
te matrimonio dos petitur, vt ſi maritus faculta
tibus labatur, locum eſſe ſtipulationi videretur,
cùm nullo caſu dotem remanere apud maritum
pronuntiauerit [f]. Sed hoc communiter non ad-
mittitur, cum ſolutum non ſit, & beneficium re
petitionis mulieri ipſi lex concedat, non autem
extraneo. Interpretantur autem Doctores eā ver
ba, ſoluto matrimonio, id eſt, cùm matrimo-
3 nium ſolutum erit: † indeque colligunt, abla-

f gl. l. ſi conſtā- te. ſol. mat.



tiui abſoluti naturam eam eſſe, vt conditionem in- L. 240. Cùm quę rebatur.
ducat. † In quo articulo ſciendum eſt, ablatiuos
quandoque in vim ſeptimi caſus, vt Diomedes,
Seruiusque docuerunt, enuntiari: tunc dubium
non eſt ad conditionem non referri. Inducitur 4
autem huius caſus
vis ſimpliciter inno
minibus: vt cùm di
cimus, te autore di-
dici, arbitratu Seij
ædificaui, ſaluo cō-
ſenſu domini alie-
naui, & ſi qua ſimi-
lia. † Quandoque 5
per participiū pro-
feruntur, & tūc na-
turam adiuncti par-
ticipij debemus in-
ſpicere, præſentis,
præteriti, an futuri
ſit temporis. Quod
præſentis temporis
eſt, conditionē non
inducit: vt ſi dixerim, rato manente pacto pœna
ſoluatur: item, filio præcedente, patri permit-
titur quemlibet in locum nepotis adoptare: hic
enim non videtur ſubeſſe conditio. Quod tamē
non procedit, cùm participium ipſum licet præ-
ſentis temporis, futuros tamen caſus reſpicit: vt
ſi conſtitutum ſit, ſtantibus maſculis fœminas à
C ſucceſſione excludi: illa enim verba, ſtantibus
maſculis, quoniam ab eo prolata cēſentur [g], qui
ius de ea re ſtatuendi habet, & conditionem in-
ducunt, & diſpoſitionem: quia non ſolùm fœmi
nas ſub conditione excludunt, ſed ipſos maſcu- 6
los admittunt. † Cum participium præteriti eſt
temporis, obſcurior eſt quæſtio: quoniam ex
adiectione verbi, poteſt ad omnia tempora re-
ferri, vt ſuprà à nobis ex P. Nigidij ſententia trā
ditum eſt [h]. vnde hæc verba, ſoluto matrimonio,
D generaliter accipi ex materia ſubiecta poterunt:
ſiue retrò ſolutum ſit, ſiue in futurum ſoluetur,
reſpectu futuri conditio eſt, non autem reſpectu
præſentis præteritive. Nam & cum ſermo La-
tinus præſens à paſſiuo verbo participium nul-
lum habeat, ſoliti ſunt veteres in eū ſenſum præ
terito vti, vt apud Verg. Vimque addere victis,
id eſt, qui vincebantur. Et in Georg. Quàm qui-
bus in patriam ventoſa per æquora vectis: id eſt,
qui vehuntur. Sic & in edicto prætoris [i], dum
E in eum, qui rate naue expugnata, quid rapuiſſe
dicetur, actio conceditur: illa verba, naue expu-
gnata, exponuntur, id eſt, dum expugnatur, &
præſens quoque tempus reſpiciunt. † Sumun- 7
tur & quandoque huiuſmodi participia ferè in
vim nominis, vt cùm dicimus, velo leuato iudi-
cauit, reſeruato domini conſenſu alienauit, pe-
num excepto vino legauit: quo caſu dubium nō
eſt, diſpoſitionem inferri, non conditionem: i-
demque iuris eſt, quod de vi ſeptimi caſus ſuprà
F docui. † Cùm futuri temporis participium eſt, 8
tempus potius, quàm cōditio inducitur, vt in il-
lo Lucani: Venturo Cæſare Romam, Ignauæ li-
quero manus, id eſt, cum eſſet venturus. † Vnde
quamuis Bartolus [k] eas conditiones, quæ ab ab- 9
latiuis abſolutis inducuntur, expreſſas appellet,
mihi tamen videtur huiuſmodi ablatiuos prin-
cipalius ad tempus, quàm ad conditionem refer
ri. Nam & illud in confeſſo eſt, magis diſpoſitio-

g Bar. l. ij. §. fin. ad Tertul.
h in l. verbum erit. §. eod.
i l. ij. §. deinde. de incend.
k in l. j. 7. q. de cond. & dem.

10 ni eos accedere, quā cõditio expreſſa faciat [a]. †
a Iaſon in rub. ſol. matr.
Illud etiam conſtat, quæ in Dus participia terminantur, nullo modo ad conditionem, neque expreſſam, neque tacitam attinere, ſed id ſignificare, quod fieri oportet: vt in exemplo Iuſtiniani poſterioribus ſecundo relinquendis: & rurſus, liberis inſtituēdis, vel exhæredandis.

## LEX CCXLI.

Q. MVTIVS SCAEVOLA *Libro Singulari.*

IN rutis & cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quęq; opere ſtructili, tectorióue non continentur.

LEX CCXLI.

1 *Q. Mutij liber* ὅρων.
2 ὅρος *apud Græcos q̄d ſignificet.*
3 *Domuum venditores ſolebant ruta & cæſa excipere, ne empta cenſerentur.*
4 *Quæ dicantur ruta & cæſa.*
5 *Opus ſtructile quid.*
6 *Tectorium quid.*
7 *Ruta cæſa, an inteſtina opera contineant.*
8 *Quid de ſtatuis & imaginibus.*

1 IN RVTIS.) † Scripſit Q. Mutius ſingularem librum, quem inſcripſit ὅρων, id eſt, horarum, vel etiā annalium: ſiquidem ὅροι apud Lucianum hoc ſenſu accipiuntur. †
2 Potuit & titulus operis fuiſſe τῶν ὅρων per o breue: ſic enim Ariſtoteles in Topicis diffinitionē, ſiue vt M. Cicero, notationem vocat: nam & certa de aliqua re ſententia ὅρος dici poteſt: & hæc ſecunda lectiò mihi magis placeret, niſi in antiquis codicibus huius reſponſi lemma, per o magnum ſcriberetur, nimirum hoc modo: Q. Mutius libro ſingulari ὥρων vnde ab ea ſcriptura temerè recedendum non eſt. Igitur in eo libro Mutius explicuit, quænam ruta eſſent & cæſa,
3 († ſolebāt enim domuum venditores ea excipe-
4 re, ne empta cenſerentur) † & videbatur quæcunque eruta vel cæſa ſint ſignificari: id enim voces illæ denotant. Sed Mutius [b] non contineri ea, quæ terræ fixa ſunt, exiſtimauit: ſed & ſi qua opere ſtructili, vel tectorio concluſa ſunt,
b l. fundi. §. ſi ruta. de act. em.
5 idem eſſe [c]. † Dicitur opus ſtructile, quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceque conſtructum eſt: eaque propriè pars ædificij eſt, vn-
c l. ſicuti. ſi. ſer. vend.
6 de & auferri non poteſt. † Tectorium verò incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietum, pluribus inductis ex arenato corijs, totidemque ex marmorato: quam rem M. Vitruuius lib. VII. copioſe explicat. Dureſcebat autem ea ſpecies in cruſtas, adeò vt ſpeculorum modo imagines redderet, poſſetque in abacorum quoque vſum eximi: quæ tametſi vera eſſent, non tamen ea eximere venditori licet, cum hîc diffinitum ſit, rutorum cęſorumque appellatione non comprę̄ndi.
7 † Sed an inteſtina opera comprę̄ndātur, vt ſcamna, ſedes, fulcra, abaci armaria, ſcrinia, idque genus ſimilia? Et contineri quibuſdam videtur. Cùm enim ex materia arboribus cæſa conſtent, ſatis videntur ex vi verbi ſignificari.
8 † Quid de ſtatuis & imaginibus, quales maiorum ſuorum antiqui in atrijs & veſtibulis cõſeruabant, ſicut Philoſophorum, doctrinaque inſignium hominum in bibliothecis, cęterorum in hortis vel horreis? Et M. Cicero II. de Oratore, rutis cæſisque attribuere videtur: quapropter vendita domo, emptorem non ſequerentur [d].
d l. Celſus. §. idē Iul. ad exhib.

Quod tamen aliter ab antiquioribus obſeruatum fuiſſe, Plin. eſt autor: is lib. XXXV. In foribus, inquit, & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quę nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant. Sed hęc olim fuere. Mutij enim ſententia deinde recepta eſt, vt ruta cęſaque ædium fundiue eſſe non cenſeātur [e], niſi id ſcriptum ſit. Sanè harū dictionum M. Cic. in Topicis quoque meminit: Solent, inquit, liberales venditores, vt cùm ædes fundumué vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & ſuo loco poſitum videat. Explicauit hunc locum Budæus quoque.
e l. in vendēdo. de contra emp.

## LEX CCXLII.

IABOLENVS LIB. II. EX *Poſterioribus Labeonis.*

MAlum nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe, Labeo ait: & verius eſt, quia plerumque naues ſine malo inutiles eſſent, ideoqué pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis eſt. ¶ Inter proiectum & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, quod proiectum eſſet id, quod ita proueheretur, vt nuſquam conquieſceret qualia meniana & ſuggrundia eſſent. Immiſſum autem, quod ita fieret, vt in aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabésque, quæ immitterētur. ¶ Plūbū autem quod pro tegulis poneret ædificij eſſe, ait Labeo: ſed id q̄d hypęthrij tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe.

L. 242. Malū nauis. §. plumbū.

LEX CCXLII.

1,4,5 *Artemon quid.*
2 *Verbum,* ἀρτάω, *ſignificat aſſuere & ſuſpendere.*
3 ἄρτημα.
6 *Artemon in qua ſignificatione Iabolenus hic accipiat.*
7 *Artemon non eſt nauis pars.*
8 *Recentiores hallucinati in hoc reſponſo.*
9 *Vendens lembulum, an & remos debeat.*
10 *Naui inſtructa legata, artemon debetur: ſecus in ſcapha.*
11 *Proiectum & immiſſum quomodo differant.*
12 *Meniana quæ ſint, vndéque dicta.*
13 *Suggrundia quid.*
14 γεῖσα *&* ὑπογεῖσα.
15 *Non modica iuris eſt diuerſitas, immiſſum quid, an proiectum dicatur.*
16 *Nec in alienas, nec in communes ædes immiſſum proiectúmue habere licet.*
17 *Veteres plumbo domos tegebant.*
18 *Diuerſa lectio ad §. plumbum. in hac l.*
19 *Vera lectio huius §. & verbum, hypæthrij, declaratum. & nu. 21.*
20 *Hypæthria, & ſubdiuales ambulationes, idem.*
21 *Hypæthrij tegmenta non ſunt ædificij.*
22 *Reſtitutus locus in l. quæſitū. §. de velis. ff. de fund. inſtr.*
23 *Vidua, quaſi ſine duitate, ſecundum Labeonem.*
24 *Vidua dicitur etiam quæ nunquam fuit nupta.*
25 *Labeonis etymos reprobatur.*
26 *Viduus pro priuato.*
27 *Vidua à verbo iduare dicta, quod ſeparare ſignificat.*
28 *Vidua dicitur, quæ à viro ſeparata eſt.*
29 *Vidua an ſit, quæ ſtuprum patitur poſt mortem viri.*
30 *Vidua dicitur, quæ inutilem maritum nacta eſt.*
31 *Qua ratione erga viduas ſolent leges eſſe indulgētiores.*
32 *Structuræ ex tabulis exemptiles, an ſint ædium.*
33 *Telaria vel vitraria, vendita domo debentur.*
34 *Specularia vendita domo non debentur.*
35,36 *Specularia quomodo conficiebantur.*
37 *Habens in domo vicini ius proſpiciēdi, an ſpecularia immittere poſſit, vnde ipſe vicinum videat.*

MALVM.) † Artemon velum eſt additi- 1
tium dirigendæ nauis cauſa, cuius Iulius Pollux meminit, & in actibus Apoſtolor. Lucas: ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ, id eſt, extollentes artemonem ad auræ flatum †. Deducitur à gręco 2
verbo ἀρτάω quod ſuſpēdere ſignificat, & aſſuere:



3 † vnde & ἄρτημα in etymologico magno pro loro
4 paruo accipitur, cui crumena aſſuitur †. Eſt & hac ſimilitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant: ea ingentis oneris lapides tolluntur: cùm enim cæteræ huiuſmodi machinæ duas tantummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiā requirit, quæ additia eſt, & ideo artemon epagonque dicitur, vt Vi-
5 truuius ſcribit. † Eſt & Artemon machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus, voluptariam vitam agere cœpit, vt apud Athenæum legi: vnde περιφόρητος, id eſt, circulatitius, prouerbio quoque dictus: de quo alij aliter prodide-
6 runt. † Sed hoc in Iaboleni reſponſo de velo illo extraordinario accipiendum eſt: quod etiam Iſidorus, vt tempora ſua ferebant, non prorſus malus autor, dirigendæ potius nauis cauſa, quàm celeritatis commendari lib. X-
7 IX. tradidit †. Igitur id velum tanquam addititium non eſſe nauis partem hîc traditur: nam & pleræque naues illud non habent, & tamen non
8 ideo inutiles ſunt †. At ex recentioribus plerique, quid artemon eſſet ignorantes, temonem expoſuerunt, quod ſic vulgari voce nauis gubernaculum vocetur: hincque variè ſe torſerunt, dū rationem nullam vident, cur illud pars nauis non ſit, cùm alibi expreſsim traditum legerint, gubernacula, malum, antennas, quaſi membra nauis eſſe [a]. Hinc autem apparet, vendita vel legata naui, quid præſtandum ſit †. Sed
a l. ſcapham. de euict.
9 quid ſi quis vendat tibi lembulum, an & remos debeat? Et deberi videtur, niſi ex conſue-
10 tudine aliáue ratione aliud actum cõſtet †. Quid ſi nauim inſtructam quis legauerit, an artemon præſtabitur? Et licet pars nauis non ſit [b], tamen non eſt dubitandum, quin eius inſtrumentum ſit. Quod in ſcapha contrà reſponſum eſt: ſcapha enim nauis inſtrumentum non eſt. Sanè ſciendum eſt, nauim ex vniuerſo quodam conſtare, & ideo ſingulis tabulis euictis, non videri partem euictam [c].
b l. fin. de fund. inſtruct.
c l. Naue. de euict.
11 ¶ §. INTER PROIECTVM.) † Interpretatur Priſcus Iabolenus quid inter proiectum & immiſſum differat: aitque immiſſum id eſſe, q̊d ita immitteret, vt in alieno requieſceret, vnde & ſeruitus tigni immittendi nomen ſumpſit. Proiectum aūt eſt, quod prouectum extra parietem vel ædificium, nuſquam conquieſcit: qua-
12 lia ſunt meniana, & ſuggrundia [d]. † Meniana gręci orthas appellant, nomen ſumpſere, vt Accurſ. ait, à mœnibus, cui tamen doctiſsimi grāmaticorum meritò aduerſantur, ex hiſtoriaque etymologiam hanc adducunt. Fuiſſe enim Menium quendam Romanum, qui cùm patrimonium abliguriuiſſet, domum vendidit, quam ad forum ſpectantem reliquam habebat, excepitque ſibi vnam columnam, ex qua proiecit tigna, què
d l. penul. C. de ædi. priu.
amplius podium efficeret, vnde gladiatorios ludos conſpiceret: hincque exterius porrecta ædificia appellari cœpere meniana †. Suggrundia verò ſunt, quas ſuggrūdas quoque vulgò dicimus, prominentes videlicet tecti partes †: Græci γεῖσα vocant, & ὑπογεῖσα. Varro de re ruſt. Aues, inquit, ſubtus ſuggrūdas ab initio villatico vſæ tecto. Sed & edicto prætoris cauebatur, ne quis in ſuggrunda proiectóue id poſitum haberet [e], quod alicui nocere poſſet. Extat etiam rubrica, de damno infecto, & ſuggrundis, & proiectionibus †. Sanè non modica iuris eſt diuerſitas, immiſſum quid, an proiectum dicatur. Nā immiſſum meo parieti, de facto mihi deiicere licet: at ſupra ędes meas proiectū, nō licet, ſed lege Aquilia agendum eſt [f]. Quapropter cum quis ex heliocamino perticas, quibus toralia, lintea vela, idque genus texta ſoli exiccanda ſuſtinerentur, ſuprà vicini domum proiectas haberet, reſpondi non licere propria autoritate deiicere, ſed legis actionem ſupereſſe. † 16
Non ſolum autem in ædes alienas immiſſum proiectúmue habere non licet, ſed nec in ædes communes, niſi iure ſeruitutis, vel alia ratione id debeatur [g].
13 14 15
e l. ſi vero. §. prætor. de his. qui deie.
f l. quemadmodum. §. j. ad legem Aquil.
g l. ſi duo. §. Labeo. vti poſſ.

¶ §. PLVMBVM. †) Solebant veteres, quod in præſentia penitus non exoleuit, domos plumbo tegere, eoque tegularum loco vti, id Labeo ædificij eſſe aiebat: vnde domo vēdita, & ipſum emptori accedebat. nec hac in re quicquam ambigitur: ſed quod ſubſequitur, perquam obſcurum eſt: Accurſ. ingenuè faſſus eſt, ſe hunc locum non percipere †. Sunt qui legant, id quod in ripa tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe vt cenſuerit Labeo, id plumbum, quod flumine aduectum in ripia adhuc eſt, tametſi ea mente paterfam. apportari fecerit, vt domum contegeret, non tamen ædificij eſſe. Quod quidem iure verum eſt, cum conſtet deſtinationem rei [h], pro ipſo facto non haberi, niſi cum aut opus iam cœptum factoque ipſi proximum eſt [i], aut in id res eſt deſtinata, quod prius fuit: vt cum tegulas, plūbúmue quis detraxit, vt reponeret: ędificij. n. cenſebūtur, cum alioquin tegulæ nondum impoſitę, ædificij ipſius non ſint. † Cęterùm hęc interpretatio antiquorū codicum lectioni non cõgruit, in quibus apertiſsimè legitur, id q; hipæthrij tegendi cauſa poneretur, contrà eſſet †. Moris fuit apud veteres, media ſpacia quę inter porticus ſunt adornare, ambulationeſq; eas pulcherrimis pauimētis ſternere, & hypęthria, q; ſub aperto æthere ſint appellare: vt Vitruuius lib. v. oſtēdit. Latinis etiā ſub diuales ambulationes dicūt vt Plin. lib. XVIII. & ſubdialia pauimēta lib. xxvj. Fieri hypæthria etiā ante tēplorum veſtibula cõſueuiſſe, autor eſt Zenodotus in adagiis, q Bacchi ſtatuam, quem Morychum Siculi dicūt,
17 18 19 20
h l. fundi. §. itē. l. ſeq. de acti. empt.
i l. librorum. §. præſcripti. de leg. iij.

[Greek] collocatam fuiſſe ſcribit, παρὰ τὴν εἴσοδον, i. extra templū, iuxta ingreſſus in hypæthro †. 21 Igitur hyemali tempore, ne propter gelu vel niues ea pauimenta corrumperentur, plumbo fortè vel quapiam alia materia tegebantur, quæ æſtate demum tollebantur: meritò id non eſſe ædificij Labeo ſenſit, cum ad ſtructuram non pertineat, & perpetui vſus cauſa non apponeretur. Aeſtate quoque in hypæthriis ſolis ardores, expanſis velis, defendebant †: 22 ea vela Sabinus & Caſſius[a] ſupellectili adſcribūt (licet vulgati codices prohypæthriis, partim in petris, partim apothecis ſcriptum habent) vnde ædificij non magis eſſe, quàm ſupellectilem conſtat.

¶ Viduam non ſolùm eam, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoque mulierem, quæ virum non habuiſſet, appellari ait Labeo: quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſſet. ſimiliter viduam eſſe dictam, ſine duitate.

A ¶ Structuram loci alicuius ex tabulis factam, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe ait Labeo, quoniam perpetuo vſui paratæ eſſent, neque ad rem pertinere, q̄d interim tollerentur. B

23 ¶ §. VIDVAM †.) Viduam eſſe quaſi ſine duitate, Antiſtius Labeo dixit: quoniam particula, ve, priuatiua q̄nque eſt, vt in veſano, 24 vecordeque diximus †. quapropter etiam quę nunquam nupta fuit, vidua rectè appellabitur, competentque ei cætera priuilegia, quæ viduis C 25 conceſſa ſunt[b]. † Sed hanc ego Labeonis interpretationem vix ſcio quantum approbem, non quòd A. Gellij exemplo mouear, qui & ipſe quaſdam eius ſimiles deriuationes quandoque confutauit, ſed quòd quacunque autoritate potiores apud me ſunt rationes. Quomodo enim viduam à ve, & duitate dictam credamus, quæ dictio prima in ſyllaba corripitur, cùm ſi Labeonis vera eſſet ſententia, produci debuiſſet? ſicut & vecors, veſanuſque producuntur. D Quomodo item ab etymologia vocabuli affirmatiuè argumentabimur, vt quia ſine duitate puella ſit, vidua dicatur, cum huiuſmodi argumentum non conſiſtere frequentius receptum ſit? Sed & non parum me legis Iuliæ[c] exemplum mouet, quæ viduam à virgine ſeparat, licet in vtraque ſtuprum committatur. Hieronymus quoque ad Fabiolam[d]: Vidua, inquit, eſt cuius maritus mortuus eſt †. E 26 Nam & antiqui autores viduum ſimpliciter pro priuato accipiunt, vnde viduus pharetra Apollo apud Horat. Elegantior igitur ſubtiliorque Labeonis mihi videtur ſententia, quàm verior, vt meritò non niſi ex lata ſignificatione ſuſtineri eam plerique reſponderint[e]: † 27 quandoquidem & ſcientiſſimi grammaticorum ab antiquo verbo iduare, viduam dictam putant, quod ſeparare ſignificat: vnde & Diuidere verbum, 28 & Idus dicti Marcrobio. † Sit igitur vidua, quæ à viro ſeparata eſt: cui ſententiæ & cæteri F antiqui communiſque omnium vſus aſſentire videntur. Addunt[f] aliqui ita demum propriè dici viduā, ſi à viro cui ſuperſtes exiſtit mulier, facta ſit: quod ego non probo, cùm nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat †. 29 Sed quid ſi mortui viri honorem nō procuret, ſtuprumque patiatur? Et non eſſe viduam quibuſdam videtur: quod per interpretationem admitti crediderim[g]: propter enim ſuum dedecus eis priuilegiis indigna eſt, quibus pudicæ viduæ honeſtantur. 30 † Cæterum quæ inutilem maritum nacta eſt, eadem interpretatione vidua cenſe- 31 bitur[h]. † Sed qua ratione moueri legiſlatores exiſtimabimus, vt erga viduas indulgentiores ſint? & credibile eſt ſexus imbecillitati miſertū fuiſſe, qui per alios regitur, vt plurimū infidos, & dominicarum rerum negligentes. In lege pontificia illud quoque conſiderari videtur, vt præmijs viduitatis adductæ, non facilè ad ſecundas nuptias relaberentur, quas ea lex non ſatis approbat, ſed in cœlibe lecto caſtæ eſſent: quod quò difficilius his eſt, quæ illicium Veneris experti ſunt, eò & commendatione dignius: ſi quidem vt græco prouerbio admonemur, δύσκολα τὰ καλά, quamuis hæc rara auis, vt vulgò dicitur.

a l. quæſitum. §. de velis. de fun. inſtru.
b Bartol. l. j. C. quando imp. int. pupill.
c §. ite lex Iul. de pub. iud.
d 34. diſtin. vidua.
e In c. ex tenore. de for. competen.
f Maria. d. c.
g §. quæ verò. in authent. de nupt.
h Gl. l. fin. C. de plag.

¶ §. STRVCTVRAM.) Fiunt plerunque ſtructuræ ex tabulis exemptiles: † 32 unde dubitari potuit, an illę ædium ſint, ita vt domo vendita debeantur. & eſſe Labeo ſcripſit: cum enim perpetuò in hunc vſum paratæ fuerint, tametſi quandoque tollantur, remanent tamen ędium[i], ſicut & cætera quæ ædificio detrahuntur, vt rurſus reponantur, ædium permanent. † 33 Quo argumento arbitrarer etiam telaria, vel vitraria, quibus in feneſtris vtimur, licet exemptilia ſint, tū vendita domo deberi: in perpetuum enim vſum parata ſunt, nec alij præterea feneſtræ ſolent conuenire, niſi ei cui obturandæ ſpecialiter effecta ſunt. quod non eſt in cęteris operibus, quæ rutorum cæſorumq; appellatione recipiuntur. † 34 In ſpecularibus verò, licet eundem vſum præſtent[k], aliud Pegaſo & Caſſio viſum eſt: cùm enim pretioſiora ſint, in ornamento ædium magis, quàm in inſtrumento habentur. † 35 conficiebantur aut ex ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas ſecto, & pellucido, cuius mentio paſſim apud bonos autores habetur. Qua ratione & domus vſufructu legato, ſpecularia non debentur, quoniam in inſtrumento non ſunt. Sed tamen Vlpiani[l] ſententia receptior eſt, qui ſpecularia affixa domus partem eſſe cenſuit[m], ſicut & pegmata. † 36 Fuere ex recentioribus doctoribus quidam[n], ſpecularia exiſtimantes eſſe, tabulas clatris cancelliſve ſpiſſioribus diſtinctas, quæ feneſtris opponuntur, ne virgines à prætereuntibus conſpici poſſint, vulgus Zelozias vocat. Sed hæc ſententia ex Martialis carmine confutatur:

*Hybernis obiecta notis ſpecularia puros.*
*Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.*

† 37 Sed nunquid qui in vicini domum ex feneſtra iure ſeruitutis proſpectum habet, ſpecularia immittere poſſit, vnde ipſe vicinum, minimè illi contrà perſpicuus, videat? Et non poſſe quidam aſſerebant[o]: duriorem enim vicini conditionē fieri, cùm mutuus proſpectus ceu à Plutonis caſſide, vel Gygis anulo adimeretur. contrà alijs viſum: cuilibet enim in ſuo id facere permittendum[p], quod ſibi conducere exiſtimauerit.

i l. fund. in fin. de acti. empt.
k l. quæſitū. §. itaque. de fund. inſtr.
l l. ſed & §. de vſufruct.
m d. l. quæſitū. §. ſpecularia.
n Cepo ll. intra de ſer.
o l. j. §. illud. de aqua quot.
p l. Proculus. de dam. infect.

1 *Applicata*



LEX CCXLIII.

1 *Applicata hypotheſis ad text.*
2 *In inſtrumētis quæ ab vltimo tractu perfectionē accipiūt, eodem tempore cenſentur acta omnia.*
3 *Codicilli teſtamenti iam facti pars eſſe videntur.*
4 *Codicilli ad teſtamenti ſenſum interpretatiōe producendi, & econtrà.*
5 *Exemplis hęc regula declaratur & num. 6.*

## LEX CCXLIII. SCAEVOLA LIB. 18. Digeſtorum.

SCæuola reſpondit: Semper receptum eſt, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem teſtamento, vel poſteriore loco manumitterentur: niſi manifeſtè is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

1 SCAEVOLA.) † Aſſignauerat paterfamil. in teſtamēto libertos ſuos vni ex filijs[a], dein de poſteriore ſcriptura Titium ſeruum liberū eſſe iuſſerat: dubitari potuit, an is quoque aſſignatus eſſet, cum de eo intellexiſſe non videatur teſtator, qui cum aſſignatio ſcripta eſt, adhuc libertus non erat. Sed Scæuolæ aliud viſum eſt: non C enim hoc in caſu ordo ſcripturæ videtur diuerſi- 2 tatem iuris inducere, † cum in inſtrumentis quę ab vltimo tractu perfectionem accipiunt[b], eodem tempore cenſeantur acta omnia, idcircoq; parum referat poſteriore, an priore loco libertas data ſit. Sed quid ſi non teſtamento, ſed codicillis poſt aliquod tēpus factis, libertas Titio relicta ſit? Et idem eſſe arbitror: nec enim Scæuola hic diſtinguit, qualis fuit poſterior ſcriptura[c]: D nam & quod codicillis ſcriptum eſt, perinde eſt, 3 ac ſi teſtamento adnotatum eſſet, † quoniam codicilli teſtamenti iam facti pars eſſe videntur. 4 Alibique traditum eſt[d], † & codicillos ad teſtamenti ſenſum interpretatione producendos, & vice verſa teſtamentum ad codicillorum ſenten- 5 tiam[e]: † vnde & conditio in teſtamento legato addita, ex mente teſtatoris repetita in codicillis etiam tranſlato legato cenſetur[f]: quod & Decio 6 viſum eſt[g]. † Sic & ſubſtitutio fideicommiſſaria E in prioribus tabulis facta, ex his declarationem ſumit[h], quæ poſterioribus codicillorum tabulis ſcripta ſunt, idque niſi verba euidentiſſimè repugnent, vel contraria voluntas defuncti, vt his dicitur, poſſit oſtendi. Sed quid ſi verba quidem omnino non repugnent, ſed quædam alioquin ſuperfluant, quædam diuerſa ſuadeant? Et Cornæus reſpondit[i], tum quoque codicillos ſecundum teſtamenti verba intelligendos eſſe, & ideo F ex vniuerſali ſubſtitutione in codicillis facta, non videri particulares correctas, que teſtamento ſcriptæ proponerentur.

a l. j. de aſſig. lib.
b l. ij. §. prius. de vulg.
c l. talis. in fi. de leg. j.
d l. ij. §. codicillorum. de iure codicil.
e l. Neſennius. de exc. tut.
f l. Caio. de alim. leg.
g Dec. conſ. 190.
h l. fi. ad Treb.
i Cor. conſ. 44. in 3.

LEX CCXLIV.

1 *Labeo à Paulo reprǽhenſus ratione mulctæ & pœnæ.*
2 *Mulcta & pœna, inſpecta vocabuli origine, non differunt.*
3 *Paulus ſecundum temporum ſuorum conſuetudinem loquendi mulctam accipit.*
4 *A pœna non prouocari, à mulcta prouocari, quomodo accipiendum. & num. 5.*
6 *Manifeſtus vſurarius etſi appellare prohibetur, ſi tamen aſſerat ſe tantum fœnoris non extorſiſſe, & c. prouocationi locus eſt.*
7 *Pœnam quilibet iudex delicti cognitionem habens, inferre poteſt: mulctam verò niſi cui à lege, vel mandatis principum conceditur.*
8 *Pœnæ ſingulorum peccatorum ſunt certæ, mulcta verò incerta eſt, & ex arbitrio iudicis dependet.*
9 *Si certa pecunia à lege conſtituta ſpeciali alicui delicto ſit, ea propriè mulcta dicitur.*
10 *Res exemplo declaratur.*
11 *Mulctæ etiam hodie incertæ ſunt, licet ſtatutum ſit quatenus mulctam dicere magiſtratus poſſunt.*
12 *Athenienſes mulctas in aram Διὸς σωτῆρος dedicabant.*

## LEX CCXLIIII. LABEO LIB. IIII. πιθανῶν Ex Pauli Epiſtolis.

A SI qua pœna eſt, mulcta eſt: ſi qua mulcta, pœna eſt. Paulus, vtrunque eorum falſum eſſe: nanque harum rerum diſſimilitudo ex hoc quoque B apparet, quod de pœna prouocatio non eſt: ſimulatque

SI QVA pœna.) † Scripſerat Antiſtius Labeo, pœnam & mulctam 1 idem eſſe: ſed Paul. falſum id exiſtimat, & præter cæteras, tres differentias adducit, quibus probet aliud eſſe mulctam, aliud pœnam. † 2 Sententia tamē Labeōis, inſpecta vocabuli origine, vera eſt. Quandoquidem ſuprà ex vetuſtiſſimis ſcripto- D ribus admonui, mulctam Oſcum eſſe verbum, quo pœna ſignificetur. † Sed Paul. ſecundum 3 temporum ſuorum conſuetudinem loquendi mulctam accipit, qua inſpecta, non eſt dubium expoſitionem Labeonis ſuſtineri non poſſe. Connumerauimus autem ſuperius[k] quamplures differentias, in horum vocabulorum ſignificatione: nunc tres ſolùm attingendę ſunt, quæ à Iuriſconſ. referunt. † Prima eſt quod, à pœna non prouocatur, à mulcta verò prouocatio eſt: quæ 4 E verba vario modo à Doctoribus accepta ſunt. Sed Bartolus intra tempus p̄uocandi defuncto reo pœnam deberi, mulctam verò non deberi interpretatus eſt: hincq; probari exiſtimat, pœnæ petitionem in hæredes quoque competere, mulctæ verò morte rei extingui. † Quæ ſenten- 5 tia mihi videtur non ſatis recepta eſſe: crebrius enim traditum eſt à pœna nō eſſe prouocatione: quoniam ſi de delicto conſtet, cum à lege pœna imponatur, ſi quis prouocaret, non de facto iu- F dicis, ſed de iniquitate legis conquereretur, & ideo admittendus non eſt quod in mulcta non procedit, q̄ ab ipſo iudice dicitur, non aut à lege certo modo diffinita eſt. Quapropter ſi quis eo prætextu à pœna appellaret, quòd innoxium ſe diceret, vel quòd ex lege huiuſmodi pœna affici non poſſet, dubium non eſt, quin admittēdus foret: non enī hoc caſu de legis iuſtitia, ſed de ius dicentis facto diſceptaretur[l]. Cui ſententiæ nō abſimile videtur: † quòd traditum eſt, 6 tametſi manifeſtus vſurarius appellare prohibea-

k l. aliud. §. co.
l Bal. l. j. col. v. C. ne ex del. def.

a c. quam ſit. de uſur.

tur[a], ſi tamen aſſerat ſe tantum fœnoris non ex-
torſiſſe, inque quantitatis modo prægrauari,
prouocationi locum eſſe: quod Iac. & Albe. pro-
bant. Meritò igitur cum quis facinoris conui-
ctus eſt, ſtatim pœna à lege conſtituta debetur,
at mulcta non prius
debetur, quàm in
rei iudicatæ vim
ſententia eius indi-
ctiua tràſierit. Nam
& Corn. Tacit. lib.
XIII. Cenſuit (in-
quit) L. Piſo Con-
ſul deſignatus, ne
mulctã à Tribunis
dictam quæſtores
ærarij in publicas
tabulas ante quatu-
or mẽſes referrent,
medio tempore cõ-
tradicere liceret,
deque eo conſules
7 ſtatuerent. † Secun-
da differentia eſt,
quod pœnam qui-
libet iudex, qui de-
licti cognitionem habeat, inferre poteſt, at mul-
ctam his ſolis dicere licet, quibus ex lege vel
mandatis principum conceſſum eſt. Quapro-
pter nec magiſtratus municipales[b], nec defenſo-
res ciuitatum, nec delegati iudicum, iuriſdictio-
nem ſuam per mulctæ comminationem tueri
poſſunt. Quod & in arbitro dicendum eſt[c], niſi
ex compromiſſo hæc ei poteſtas à partibus data
8 ſit. † Tertia differentia eſt, quia certæ pœnæ
ſingulorum peccatorum ſunt, at mulcta incerta
eſt, & ex arbitrio ius dicentis pendet. vbicunque
igitur delictum perpetratum ſpeciale eſt, & cer-
tam pecuniæ taxationem in vltionem non ha-
bet, ibi propriè mulcta eſt: vt ſi quis comtumax
fuerit, coram tribunali irreuerenter aliquid ege-
rit, prætorem contumelioſe compellauerit, &
ſi qua ſimilia: hæc enim delicta commune ali-
quod nomen non habent, ſed ſpecialiter deſi-
gnantur. Ea verò quæ communi generalíue no-
mine dicuntur, vt ſtuprum, furtum, falſum, pe-
culatus, certas & à lege conſtitutas habent pœ-
nas, & ideo in eis mulcta propriè locum ſibi non
vendicat. Quò fit, vt tametſi ex lege municipa-
li liberum arbitrium circa pœnas delictorum
prætori conceſſum ſit, quamuis furi, vel adulte-
ro pecuniariam pœnam indicat, nó tamen pro-
priè mulctaſſe dici poſsit: quoniam huiuſmodi
delicta communia generaliaq́; ſunt, at mulcta de
9 ſpecialibus infligitur. † Quod ſi certa pecunia
in pœnam à lege conſtitura ſpeciali alicui deli-
cto ſit, ea propriè mulcta dicetur: cum enim an-
te eam legem incerta eſſet, quamuis deinde ex
conſtitutione ad præfinitam taxationem redi-
10 gatur, ſeruat tamen nomen ſuum: † verbi gratia,
Si clericus fruſtratoriè appellaret[d], vel procura-
tor ab executione arbitrio iudicis olim mulcta-
batur[e]: deinde conſtitutum eſt, L. argenti libras
ſolueret, an ideo minus hæc mulcta dicetur? Et
propriè mulctam eſſe dicendum eſt, idq́ue etiam
ex hoc reſponſo probatur, licet aliter Accurſ.
ſenſerit. Quod & de ea pecunia arbitror, quam
fiſco iudices litium protelatores exoluere co-
11 guntur[f]: mulctam enim eam lex appellat, & qui-
dem propriè. † Illud cõſtat, cùm hodie ſtatutum
ſit, quatenus mulctã dicere magiſtratus poſſunt
[g]: quoniam minorem infligendi dimiuendique
ius habent, adhuc incertas eſſe mulctas, & in eis
nomen id proculdubio propriè locum habere.
Et hæc iure Romano vera ſunt: Athenienſes
enim aliter obſer-
vaſſe quandoque le-
12 gimus: † hi mulctas
in aram Διὸς σωτῆρος,
id eſt, Iouis conſer-
uatoris dedicabãt,
quas ſemel illatas
remittere non lice-
bat: quamuis pœ-
nas iure debitas,
pecunia redimere
fas haberent, idque
Platonis exemplo,
qui ſingulis delictis
pecuniarias mul-
ctas cõſtituit. Cęte-
ra quæ ad mulcta-
rum cognitionem
pertinent, ſuperius
à nobis explicata
ſunt.

b l. j. ſi quis iudic.

c l. non ex omnibus. de arb.

d l. ij. C. de epiſ. aud.

e l. ab execu. C. quo app.

f l properandum. § antepe. C. de iud.

g l. eos. C. de mod. mul.

enim victus quis eſt
eius maleficij, cuius
pœna eſt ſtatuta, ſta-
A tim ea debetur: at
mulctæ prouocatio
eſt, nec antè debe-
tur, quàm aut non
eſt ꝓuocatũ, aut pro
vocator victus eſt:
nec aliter ꝙ ſi is dixe
B rit, cui dicere licet.
ex hoc quoq; earum
rerum diſsimilitudo
apparere poterit, qa
certæ pœnæ ſingulo
rum peccatorũ ſunt:
mulctæ contrà: quia
eius iudicis poteſtas
eſt, quantã dicat, niſi
cùm lege conſtitutũ
eſt, quantam dicat.

LEX CCXLV.
POMPONIVS LIB. X.
*Epiſtolarum.*

B STatuę affixæ baſi-
bus ſtructilibus,
aut tabulæ religatæ
catenis aut erga pa-

LEX CCXLV.


1.3 *Statuæ affixæ baſibus ſtructilibus, an ſint ædium.*
2 *Baſis ſtructilis quid ſignificet.*
C 4 *Structile opus pars ædificij eſt.*
5.6 *Tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, ſintne ædium.*
7 *Ornamenta à domo ſeparabilia, ſi inde perfectioni domus nihil decedat, ædium non ſunt.*
8 *Varia lectio huius reſponſi.*
9 *Prothyron an ſit ædium.*
10.14 *Prothyron quid ſignificet.*
11 *Hyperthyron, hypothyron, diathyron, quid.*
12 *Dithyron ſiue biualuium.*
D 13 *Secundus rhetor ἐπίθυρος cognominatus.*
15 *Prothyron ex frequentiori ſignificatione veſtibulum ſignificat.*
16 *Aliciati ſententia, quid hoc in loco prothyron ſignificet.*


STATVAE.) Explicat hoc reſpõſo Põ-
ponius tres ſatis dubias quæſtio-
nes, quarum prior eſt huiuſmodi. † 1
An ſtatuę affixæ baſibus ſtructilibus,
ſint ædium. In quo articulo prius ſciendum eſt,
E quid ſignificet baſis ſtrũctilis. † Et conſtat baſem 2
eſſe ſedem & pedamentum cuique rei ſuſtinen-
dę: vnde baſes vaſorum Corinthiorum Iaboleno
[h], baſes catapultæ & columnarum M. Vitruuio.
Hæ ex ſolido lapide quandoque fiebant, quan-
doque opere ſtructili, id eſt ex laterculis, calce-
q́ue. † Igitur ſi quæ ſtatuæ marmoreis baſibus 3
inſiderent, in confeſſo fuit ædium non eſſe, ſed
rutis cæſiſq́ue annumerari[i]. ut ſuprà vidimus: &
ideo vendita vel legata domo, auferri poſsunt.
F Sed ſi ſupra ſtructiles baſes collocatæ eſſent, tra-
ctatus magis ambiguus eſt: † quoniam ſtructile 4
opus pars ædificij eſt, nec amoueri poteſt: ſicut
ergo baſes ipſæ pars ædium ſunt, ita eis impoſi-
tæ ſtatuæ ædibus adſcribi debent: in qua tamen
re aliter Pomponio viſum eſt: apponuntur enim
magis cauſa ornatus, quam vt ædes perficiantur.
† Sequẽs quæſtio eſt, quid de tabulis, quas pictas 5
antiqui catenis religabant, vel parieti, tigniſúe
affigebant, an illæ ædium eſſent. Et eadẽ ratione
non eſſe

h l. hæres. § penul. de leg. iij.

i l. in rutis. hoc tit.



non eſſe reſponſum eſt: ornant enim elegantio-
remq́; reddunt domum huiuſmodi tabulæ, non
autem quicquam ad eius perfectionem faciunt.
6 † Quòd ſi in tectorio opere loco cruſtarum mar-
morearum inde exemptarum appoſitæ ſint[a],
tunc ædium partes
ſunt: videntur enim
tectorij ipſius perfe
ctioni accedere, &
parũ refert ex mar-
more, vel ex tabulis
pictis, quod illi de-
eſt, ſuppleat. Quid
autem ſit tectorium
ſuperius à nobis tra
7 ctatum eſt[b]. † Hinc-
que probatur, orna-
menta quæ à domo
ſeparari commodè
poſſunt, ſi eam ob
rem nihil perfectio-
ni domus deeſt, æ-
dium non eſſe, & i-
deo ædibus vendi-
tis vel legatis nó de
8 beri. † Sanè hoc loco antiquorum codicum va-
ria eſt ſcriptura: quidam enim habent, Aut ſimi-
liter quæ cohærẽt lignis: alij, lychnis, alij tignis.
9 † In vltima quęſtione dubitari potuit, an prothy
10 ron ædium ſit: & reſponſum eſt, eſſe. † Sed in hoc C
non modica eſt difficultas explicare quid ſibi
prothyrõ velit. Et græcus ſermo indicat aliquid
ſignificare, quod ante ianuã vel oſtium ſit, à græ-
11 ca præpoſitione πρὸ, & dictione θύρα. † qua ratio-
ne & Hyperthyron dicimus, quod ſuperlimina-
re quidam vocant, ſicut Pſeudothyrõ poſticum,
Hypothyron hiantiam cauitatémve ianuæ, Dia-
thyron quod per eam ponitur: qualis eſt in ia-
nuis, quam vulgò poſterulam vocamus, in oſtijs
verò, quam vulgò buxulam appellant, & ex ta- D
bulis conficitur, ad arcenda, dum valuæ aperiun
tur, irrumpentia frigora: fit & quandoq; vice ta-
bularum appoſitis tapetibus, vel peripetaſma-
12 tis, huiuſmodiq; velamine. † Eſt & Dithyron ꝙ
Biualuium dicere poſſumus: vnde Ariſtoteles de
animalibus quarto, genus quoddam oſtracôn
appellat dithyra, quaſi bifores teſtas: quæ vox e-
tiam poſterulæ conuenire poteſt, quaſi ſit διπλῆ
θύρα, vnde & dithyron Græci, pro eo quod dupli-
catum eſt, vſurpant, vt Heſychius & Suidas tra- E
13 dit. † Philoſtratus quoque in vitis Sophiſtarum
autor eſt, Secundum rhetorem ab aliquibus ἐπί-
θυρον fuiſſe cognominatũ, quòd fabri eſſet filius.
14 † Igitur Græci prothyron vocant, quod Latini
Veſtibulum dicunt: vnde Pindarus in Olympijs
Corinthum Peloponneſi prothyron appellat,
quaſi portam vel fauces dicas. Sed & Poſidippus
in epigrammate, ἐν προθύροις, inquit, θῆκε Διδασκαλίων,
videturq́ue accepiſſe pro ſtatuariorum pergula,
in qua publicè ante ianuam ſpectãda opera pro- F
ponebantur. Hieronymus verò in Ezechielem,
quod Aquila & Theodotio prothyron dixerat,
limen portæ tranſtulit: † frequentior tamen in-
15 terpretatio eſt, vt veſtibulum ſignificet. Sed in
hunc ſenſum hîc accipi ego non arbitror, non ꝙ
me moueat Ælij Galli Iuriſconſulti autoritas,
quem refert A. Gellius ſcripſiſſe libro de ſignifi-
catione verborum, quæ ad ius ciuile pertinent,
ſecundo, veſtibulum partem ædium non eſſe:
ſed quia non video cur hoc ſenſu Pomponius &
Labeo græca magis dictione quàm latina, & qui-
dem vſitatiore, vti debuerint, præſertim cùm
indubitatum ſit, vt ego ſentio, veſtibulum, ta-
metſi extra ianuam domus ſit, ædibus tamen ad-
ſcribi, & ceu earum membrum exiſtimari. † 16
Arbitror igitur hac
voce poſterulam vel
buxulam ipſam ſi-
gnificari: interdum
enim ea, vt hîc di-
citur, in ædibus ſit:
nam Marcus Vitru-
uius autor eſt, quæ
Græci diathyra vel
vt alij magis pro-
bant, dithyra di-
cunt, à Latinis pro-
thyra appellari. Pa-
pinianus quoque[c],
Prothyron domus,
inquit, ſi velamen
eſt, inſtrumento dõ-
mus continetur.
Quibus verbis a-
pertè indicatur, non
poſſe nos de veſtibulo intelligere, ſed potius
de ſtragulis aliquibus pictis: quandoquidem Iu-
lius Pollux libro decimo inter ianitoris inſtru-
menta, prothyra quoque commemorare vide-
C tur πολυποίκιλα, id eſt, multifariam variegata. Di-
ſtinguendum igitur eſt, vt buxula, ſi ex tabulis
ſimilíve materia confecta ſit, pars ædium cenſe-
atur, ſicut & poſterula: ſi ex velamine, huiuſmo-
dique aulæis, non pars, ſed inſtrumentum ſit
domus.

a l. fũdi. § ij. de act. empt.

b d. l. in rutis.

c l. quæſitũ. § Papinianus. de fũd. inſtrum.

L. 246. Apud Labeonem.

rietem affixæ, aut ſi-
militer quæ cohæ-
A rent tignis, non ſunt
ædium: ornatus e-
nim ædium cauſa pa
rantur, non quò æ-
des perficiantur. Idẽ
Labeo ait Prothy-
ron quod in ædibus
B interdum fieri ſolet,
ædium eſt.

LEX CCXLVI.
IDEM LIB. XVI.
EPISTOLARVM.

A APVD Labeo-
nem πιθανῶν i-
ta ſcriptum eſt: Ex-
hibet, qui præſtat e-
ius de quo agitur,
præſentiam: nam e-
tiam qui ſiſtit in iu-
dicio, preſtat eius de
B quo agitur, præſen-
tiam, nec tamẽ eum
exhibet. & qui mutũ
aut furioſum, aut in-

LEX CCLXVI.


1 *Exhibere quid ſit ex ſententia Labeonis.*
2 *Labeonis definitio à Pomponio repræhenſa.*
D 3 *Labeo defenſus ab Alciato.*
4 *Præſentia propriè ad corpus refertur.*
5 *Caſus, quibus furioſus pro abſente non habetur.*
6 *Generaliter furioſorum conſenſus nullus eſt, & tamen abſentes per procuratorem conſentire poſſunt.*
7 *Si quis furioſi præſentiam præſtare promiſerit, valet ſtipulatio, contra Accurſium.*
8 *Niſi poſt ſtipulationem in furorem inciderit.*
9 *Muti à natura, infantibus & furioſis ſimiles exiſtimantur.*
E 10 *Simpliciter mutus omnes contractus facere poteſt, excepta ſtipulatione.*
11 *Reſtituere quid ſit.*
12 *Non ſufficit corpus reſtituere, niſi cũ ſo res ipſa præſtetur*
13 *Res acceſſiones fructúsve continet.*
14 *Ex libris à Iuſtiniano editis non omnes factorum ſpecies decidi poſſe.*
15 *Sine Bartolo, alijsq́; interpretibus, ius noſtrum non conſiſtere.*


F APVD LABEONEM. Scripſit La-
beo πιθανῶν, id eſt, veriſimilium li-
bros octo: † in hoc opere definiuit 1
quid ſit exhibere. Et id eſſe arbitra-
tus eſt, quod eius de quo agitur pręſentiam præſtare. † Quam definitionem à Pom- 2
ponio hîc reprobari communi calculo receptũ
eſt, idq́; duob. argumentis. Nam qui in iudicio
hominem ſiſtit, præſtat eius de quo agitur præ-
ſentiam, & tamen aliud eſt ſiſtere, aliud exhibe-
re. Rurſus, furioſus, aut infans, aut mutus iudi-

cio exhibentur, & tamen eorum præſentia non
3 videtur præſtari: loco enim abſentium habetur.
† Poſſet tamen Labeonis ſententia defendi, ſi eū
qui hominem ſiſtit, etiam exhibere dicamus, vt
exhibendi verbum generalius ſit: eſt enim exhi-
bere[a], extra ſecretū
habere. nec ſimpli-
ter verum eſt, furio-
ſi, infantis, muti prę
ſentiam nullam eſ-
ſe, ſed pro abſenti-
4 bus haberi: † quo-
niam præſentia ꝓ-
priè ad corpus refer
tur: nec dubium eſt
corpore eos præ-
ſentes, licet lex ple-
runque propter ſenſus imbecillitatem abeſſe e-
os interpretetur. † Quapropter quoſdam caſus
5 reperire eſt, quibus furioſus pro abſente non ha
betur, vt cùm de perſeuerantia, nō autem de no-
uo conſenſu agitur[b]. Itemq; cū hoc non tracta-
tur, vt conſentiat, ſed ſatis eſt ne contradicat: cu-
ius rei exemplum eſt in muliere furioſa[c], de cu-
ius dote pater agit, nec de ratihabitione cauet.
† Nam & generaliter furioſorum conſenſus eſt
6 nullus, & tamen abſentes per procuratorem cō-
7 ſentire poſſunt[d]. † Quapropter ſi quis furioſi
præſentiam præſtare promiſerit, non valere ſti-
pulationem minimè cùm Accurſio ſenſerim[e],
ſed potius corpore, & de facto exhibendum eſ-
8 ſe. † Illud non diffiteor, ſi poſt ſtipulationem in
furorem inciderit, promiſſori competere exce-
ptionem[f]. Cùm enim de ſani hominis pręſen-
tia agitur, non videntur partes voluiſſe exhiberi
9 caſu, quo propter dementiam impediretur. † Et
quod de muto hîc dicitur, de eo qui naturaliter
mutus ſit, accipiendum eſt: huiuſmodi enim &
ſurdi ſunt: vnde quid ſententiæ intellectúſve
habeant, exponere nequeunt, idque in caſu eſt,
10 vt infantibus & furioſis ſimiles exiſtimentur: †
alioquin qui ſimpliciter mutus eſt, omnes con-
tractus facere poteſt, excepta ſtipulatione, quo-
niam expreſsio verborum in ea neceſſariò re-
quiritur.
11 ¶ §. RESTITVIT.) † Reſtituere, eſt rem in ea
12 conditione, quæ retrò fuit, præſtare. † Non ergo

a l. j. §. ait prætor. de lib. exhi.
b l. patre. qui ſunt ſui vel alie. iur.
c l. ij. §. fin. ſol. matr.
d l. ij. de proc.
e l ſtipu. iſta. §. hi qui. de uerb. obl.
f l. ij. §. ſi quis. ſi quis caut.

ſantem exhibet non poteſt videri eius prꝺſtare preſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. ¶ Reſtituit non A tantùm qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionémque reddita cauſa præſtet: & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio.

ſufficit corpus ipſum, puta fundum reſtituere,
niſi omnino res ipſa præſtetur. † Res autem di-
ctio eſt vniuerſalis, quæ acceſsiones fructúſve 13
continet. Sed & in ea conditione eſt reſtituen-
da, in qua olim erat, vt ſi cauſa vſucapionis ſube-
rat, ea quoque red-
datur. Sed quoniā
non ſemper acceſ-
ſiones & fructus vel
cauſa redditur, ſed
aliter atque aliter
ſolet diſtingui, ideo
hæc reſtitutio om-
nis in iuris interpre
tatione verſatur, de
qua re ſuperiꝰ à no-
bis tractatum eſt.
B Sunt enim hoc ſub titulo quatuor eiuſdem ſen-
ſus ad hanc materiam pertinentia reſponſa, vt
non poſsim non mirari, cur idem toties inculca
uerint, qui ſub Iuſtiniano centones hos legum
conficiendi curam aſſumpſerunt, quaſi alia no-
ua magiſque neceſſaria deeſſent. † Scribat Iuſti- 14
nianus quantum velit, glorieturque ſuos hoſce
libros cauſarum negotiorumque deciſionibus
ſatis eſſe, res ipſa planè reclamat, nemoque ciui-
lis profeſsionis eruditus eſt, qui apertiſsimè nō
C videat innumerabiles dubitationes ex facto o-
riri, quas niſi omnino Oedipus is ſit, ex harum
legum ſylua deoidere nemo vnus poſsit: † vt pla 15
nè ſine Bartolo, aliiſque quibuſdam interpreti-
bus, ius noſtrum non conſiſtere affirmare au-
ſim: quid enim, ſi bonarum literarum cognitio-
nem excipies, illi aut acutiſsimè non excogi-
tarunt, aut clariſsimè non docuerunt, vt noſtris
oculis offuſas per hoſce Gręculos tenebras ape-
D rirent? Illud non diffiteor, ſi antiquorum Iuriſcō
ſultorum opera extarent, nec Iuſtiniani iniquiſ-
ſimo illo edicto ſublata fuiſſent, Accurſij, & qui
poſt eum ſcripſerunt, minimè neceſſarias futu-
ras fuiſſe lucubrationes. Sed ſatis ſit conce-
ptam animi indignationem hacte-
nus prompſiſſe, ne crabronum
aculeos irritaſſe
videar.

FINIS.

INDEX

# INDEX LEGVM SVB RVBRICA DE VERBORVM SIGNIFICAtione.


ABſentem accipere 1265
Actionis verbo 1071
Ædificia Romæ 1199
Ager eſt locus 1063
Alienationis verbum 1064
Alienatum non propriè 1118
Aliud eſt capere 1124
Aliud eſt fraus 1187
Aliud eſt promittere 1234
Anniculus amittitur 1191
Anniculus non ſtatim 1194
Appellatione rei 1126
Appellatio parentis 1000
Apud Labeonem 1346
Armorum appell. 1091
Aſsignare libertum 1159
Bona ciuitatis 1047
Bonæ fidei emptor 1161
Bonorum appell. 1279
Bonorum appell. 1098
Boues magis 1138
Carbonum appell. 1227
Cedere diem 1285
Cenſere eſt 1162
Cepiſſe quis 1200
Cætera 1094
Cæterorum 1219
Cognoſcere inſtrumenta 1198
Collegarum 12[illegible]
Commendare nihil 1248
Conditionales creditores 1106
Coniunctionem enim 1066
Coram Titio 1281
Creditor autem is 1107
Creditores accipiendos 1040
Creditorum appell. 1041
Cui præcipua 1109
Cum biſſextus 1146
Cum in teſtamento 1268
Cum prætor dicat 1133
Cum quærebatur 1333
Cum ſtipulamur 1146
Debitor intelligitur 1160
Dediſſe intelligendus 1128
Delata hæreditas 1211
Derogatur legi 1155
Deteſtatio eſt 1077
Dimiſſoriæ literæ 1159
Duobus negatiuis 1324
Etiam aureos 1219
Etiam ea mulier 1200
Eum qui vectigal 1048
Ex illa parte edicti 1307
Facere non oportere 1250
Faciendi verbo 1235
Familiæ appel. 1262
Ferri propriè 1319
Filij appell. 1134
Frugem pro reditu 1128
Fugitiuus eſt 1305
Fundi appel. 1283
Generi appell. 1196
Habere duobus 1249
Hæc adiectio 1253
Hæc enuntiatio 1313
Hæc ſtipulatio noxis 1266
Hæc verba cui 1121
Hæc verba ille aut ille 1177
Hæc verba in ſtipul. 1126
Hæc verba quanti 1254
Hæredis appell. 1116
Hæredis appellatione 1230
Hæreditatis appel. 1169
Hæreditatis appellatione 1198
Herennius ait 1173
Hominis appel. 1212
Hoſtes ij ſunt 1168
Id apud ſe quis 1204
Illa verba arbit. 1120
Illa verba optimus 1220
Impenſæ neceſſariæ 1130
In conuentionibus 1294
In generali petitione 1132
In itinere faciendo 1031
In lege cenſoria 1269
In rutis 1335
In vſu iuris 1217
In vulgari 1221
Inde tabernacula 1247
Indicaſſe reum 1263
Inſtratum omne 1094
Inſtructam autem 1247
Intelligendus eſt 1213
Inter diuortium 1252
Inter donum & munus 1254
Inter hæc verba 1242
Inter illam condit. 1291
Inter publica 1049
Inter ſtuprum & adult. 1153
Interdum proprietatem 1130
Inteſtatus eſt 1116
Is qui natus eſt 1282
Iuſta interpretatione 1267
Labeo & Sabinus 1045
Labeo lib. 1. 1051
Latæ culpæ 1302
Lege obuenire 1185
Liberationis verbum 1097
Liberorum appell. 1296
Liberti appel. 1232
Licet capitalis 1156
Licet inter geſta 1111
Litis nomen 1073
Littus eſt quouſq; 1145
Littus publicum 1163
Locus eſt 1112
Maiore parte anni 1215
Magna negligentia 1306
Malum nauis 1336
Marcellus apud 1039
Maſſurius ſcribit 1205
Meorum & tuorum 1141
Mercis appellatione 1277
Mercis appell. 1117
Mille paſſus 1214
Minus ſolutum 1070
Modeſtinus reſp. 1158
Morbus ſonticus 1164
Mouentium item 1142
Mulieris appel. 1043
Municipes intelligendi 1309
Munus propriè 1287
Munus tribus modis 1050
Nam quem ſine 1209
Natorum appellatio 1157
Natura cauillationis 1237
Nepos Proculo ſuo 1178
Neratius Priſcus 1135
Nihil aliud 1057
Nomen filiarum 1223
Nominis & rei 1035
Non eſt pupillus 1221
Non eſt ſine liberis 1208
Non poteſt videri 1168
Non tantum 1229
Notionem accipere 1149
Nurus appell. 1000
Oſtentum Labeo 1071
Palàm eſt 1070
Pali & perticæ 1229
Partum non eſſe 1062
Paterfam. peculium 1245
Patroni appell. 1101
Paulus reſpondit 1300
Pecuniæ appell. 1033
Pecuniæ nomine 1301
Pecuniæ verbum 1239
Penes te 1115
Perueniſſe ad te 1231
Plebs eſt cæteri 1322
Plus eſt in reſti. 1055
Portus appellatus 1111
Poteſt reliquorum 1144
Poteſtatis verbo 1289
Pratum eſt in quo 1069
Præuaricatores 1284
Princeps bona 1054
Pronunciatio ſermonis 1257
Probrum & opprob. 1092
Pronunciatum 1095
Propemodum 1137
Propriè bona 1134
Prouinciales eos 1251
Proximus eſt quem 1141
Proximi appel. 1215
Pueri appell. 1272
Pupillus eſt 1325
Quæret aliquis 1195
Quæſtio eſt fundus 1165
Quantum ad iuris 1216
Qui fundum 1173
Qui in continentibus 1207
Qui mortui 1184
Qui neq; 1097
Qui venenum 1320
Qui vti optimæ 1140
Quid aliud ſunt 1136
Quiſquis mihi 1167
Quos nos hoſtes 1318

# Index.


Quod dicimus eum 131
Rectè dicimus 1059
Rei appellatio 1033
Rei appellatione 1056
Reſtituere autem 1601
Reſtituere videtur 1127
Sæpe ita 1102
Satiſdationis 1114
Scæuola reſpon. 1341
Sciendum eſt 1121
Sequeſter dicitur 1160
Si ita à te ſtipulatus 1010
Si calumnietur 1314
Si cum fundum 1180
Signatorius 1127
Sylua cædua 1067
Si qua pœna 1342
Si quis ſic dixerit 1193
Si cui ex empto 1042
Soceri & Socrus 1207
Soluendo eſſe 1164
Solutionis verbo 1236
Spadonum 1183
Specioſas 1152
Sponſio 1037
Statuæ 1343
Subſignatum 1075
Tabernæ 1246
Ter enixa 1167
Tigni 1114
Tranſacta 1310
Triplici modo 1202
Tugurij 1243
Veniſſe ad hæredem 1225
Verbum amplius 1233
Verbum erit 1175
Verbum exactæ 1249
Verbum facere 1293
Verbum hoc ſi quis 1028
Verbum illud pertinere 1244
Verbum oportebit 1038
Verbum oportere 1073
Verbum reddendi 1143
Verbo victus 1095
Verba contraxerunt 1053
Verbis legis 1170
Verum eſt 1291
Veſtis appell. 1182
Vinaria vaſa 1275
Vinculorum 1304
Virilis appell. 1206
Vrbana familia 1225
Vrbana prædia 1263
Vrbis appellatio 1029
Vſura pecuniæ 1171
Vt Alphenus ait 1137
Vt ſunt iudicio 1311



BASILEAE,
Ex Officina Guariniana, Anno
M D LXXXII.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

PALMA GVAR.